Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
165
G
23
NAPOLI

111
5
16

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

DECISIONES

Coram Rmo P. Domino

CYRIACO LANCETTA

Ejuſdem Sac. Rotæ Decano

Ac Sacræ Pœnitentiariæ Regente, Viro utriuſque Juris Peritiſſimo

Ex propriis autographis diligenter depromptæ, Argumentis, Summariis, atque locupletiſſimo generali Indice adauctæ,

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XII.

PONT. OPT. MAX.

DICATÆ.

TOMUS PRIMUS.



ROMÆ MDCCXXXI.

Typis, & ſumptibus Hieronymi Maynardi in platea Montis Citatorii.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIME PATER.

EX *quo* CYRIACUS LANCETTA *Patruus meus diem extremum morte confecit, animo, & cogitatione, totoque pectore me converti ad ea ſimul edenda Decreta, quæ ſingillatim conflata publicaverat,*

cum

Digitized by Google

cumſederet in eo, quod Chriſtiani Orbis ſupremum Tribunal Deceſſores Sanctitatis Tuæ *nuncupaverunt. Quod ſanè conſilium juriſperitis gratum, acceptumque fore confidebam; cum inde legum recentiorum corpus ad perfectiorem perducendum eſſet ordinationem, allato pretioſiore incremento, quo homines limati, & exquiſiti judicii eſſent vehementiſſimè capiendi. Verùm ad hanc uſque diem auſpicia, quæ petieram, vetare videbantur. Hæc autem, cum mihi affulſerint optima, fortunatiſſimaque,* Beatissime Pater, *ex ea die, quâ totius imperii Catholici clavum* Sanctitatem Tuam *tenere* Deus *Optimus Maximus, homineſque voluerunt: in admovenda operi manu mentem firmiſſimè ſtabilivi.*

Verùm enim verò, quid mihi unquam auſpicatius contingere potuiſſet, quàm Decreta ad tutanda juſtitiæ jura luculenter a Patruo meo concinnata, unà foras efferre, æquiſſimo Principe *rerum potiente, qui in toto vitæ curſu nihil ſibi duxit antiquius, quàm, ut eadem jura ſarta tecta ſervarentur? Qui in adminiſtrandâ juſtitiâ univerſa domuit, quæ cuncti pavent, ne demtâ quidem invidiâ, ita ut mordaciores æmuli, quos invidos præſtantiſſima virtus aut invenerat, aut fecerat, ipſum timere, ſuſpicere, & quod omnium maximum eſt, laudare coacti fuerint, in quo aliqua odioſi probri argumenta invenire voluiſſent: eaſdem eximias dotes præconiis celebrantes, quibus iraſcebantur: qui Summorum Orbis Principum infractus ſæpe judex ipſis diſplicere ambiit, dum nonniſi Deo diſplicens illis placere potuiſſet, in quibus Divinam dumtaxat intuebatur imaginem. Qui tandem, ut paucis expediam, quod res eſt, annos omnes ad ſcientiam militiæ Sacræ, in quâ uni Deo militandum eſt, non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis; non in ſeipſum, & Dæmones certaminibus, ſed victoriis; non exercitationibus, ſed triumphis traducens, hoc in primis ſibi religioſiſſimè vindicavit, ut ſplendidiſſimorum* Excellentissimæ Corsinæ Gentis *luminum divulſus, ac di-*

ſtra-

ſtractus à rebus terrenis animus in ſemetipſo nitidiùs elu- ceret. Quod quidem, ut de Andrea, Nerio, Americo, aliiſque ſileam, inclytæ Domui gentilitium eſſe, vel unum Petri Cardinalis Corſini *egregium facinus palam, apertèque demonſtrat.* Is *enim, cùm ſingulari virtute maximam à* Carolo IV. *Imperatore iniviſſet gratiam, quâ vel ad propria, vel ad conſanguineorum amplificanda commoda uti potuiſſet: unam tantummodò accipere non renuit prærogativam, quæ Succeſſoribus in Præſulatu Florentino, pari, hæreditarioque jure contingeret. Hæc cum ita ſint;* Pater Sanctissime, *cuinam hominum novum accidat, ſi nemo te hodiè moderatiùs vivat, qui proventibus è nobiliſſimâ familiâ tibi obtingentibus prorsùs abdicatis, debitum conſaguineis amoris affectum in pauperes totum ex decreto transferre curaveris? Quippe cum menti tuæ à teneris unguiculis luculentum illud Hieronymi inſtillatum, ac inſculptum fuerit effatum, nempe gloriam Epiſcopi in eo maximè collocatam, ſi pauperum inopiæ providerit, nec propriis ſtuduerit divitiis.*

Illud autem, Pater Sanctissime, *maximam tibi afferre debet voluptatem, nobiſque ſummæ felicitatis omen eſt; quòd Nepotes tui perquàm ſimiles ad pietatem, ad humanitatem, ad litterarum amorem præceptis, exempliſque informaveris. Nulli enim dubium eſt, quin rectè intelligant, quòd reviviſcentibus in te uno omnium Gentis tuæ Heroum præclarè factis, nihil magis glorioſum contingere poteſt Nepotibus, quàm tanto Patruo morem gerere, & quàm proximè accedere imitando.*

Dum in hæc certiſſima, ardentiſſimaque vota deſino, Beatissime Pater, *extremum illud eſt, ut Opera Patrui mei publicando, mihi, meiſque patrocinium ex te conquiram; quod cum antehac planè immerito mihi præſtare non fueris dedignatus; in poſterum, uti ex incredibili benignitate tua ſperare licet, Patruo meo in*

ope-

operibus redivivo, ac ſuffragante, non es ſine dubio denegaturus. Ego verò gratias tibi immortales habebo, quòd tam facilè te exorari patiaris; gratiam ſingularem memoriæ Patrui, cujus beneficio effectum eſt, nè omninò ſim ingratus. Erit autem hæc ejus operum editio perenne obſervantiæ in te meæ, adeoque grati animi monumentum. O utinam, Deus Optimus Maximus continuis rerum ſecundarum ſucceſſibus, quos beata demùm claudat immortalitas, Sanctitatem tuam fortunare pergat! Interim Regiâ tuâ magnanimitate confiſus Pontificiæ tutelæ præſidium, quod jam inde ab initio imperii tui ſum expertus, poſthac etiam mihi impendi obnixè denuò poſtulare non dubito, PATER SANCTISSIME; *quiquid perinde habuero, quidquid ipſe fuero tuum id omne reputaturus.*

Sanctitatis Tuæ.

Humillimus, Devotiſſimus, ac Fideliſſimus Filius,
Cliens, & Subditus.
Antonius Maria Lancetta.

BARTHOLOMÆUS BARTOLUCCIUS

Benevolo Lectori ſœlicitatem.

CYRIACI Lancettæ præſtantiſſimi, ac Doctiſſimi Viri Sac. olim Rotæ Decani Deciſiones, quæ me maximè impulerint, ut in publicam lucem non invitus educerem, paucis, ſi per te licet, aperiam Amice Lector. Id quidem à me exegit nonnullorum, quos plurimi facio, authoritas. Ii enim cum hujuſmodi Deciſiones probarent eo commendationis ſtudio, ut quidquam fieri excellentiùs in eo genere poſſe omninò negarent, atque contenderent Typis mandari oportere: tam magna laudantibus facile perſuaderi mihi paſſus ſum & vera eſſe, quæ dicerent, & rem utilem facturum, ſi illorum voluntati parerem; ſingulis Deciſionibus per temporum ordinem diſpoſitis, argumenta, & Summaria, pro ingenioli mei tenuitate, præponens, & demum concluſiones omnes ibidem ſparſas in uno ordinatò Indice colligens. Alterum quod acceſſit, ut has ædi ſatagerem; fuit ipſius materiæ dignitas, quæ in dictis Deciſionibus pertractatur. In eis enim diligentiſſime omnes fermè juris quæſtiones, quæ in foro obſverſari, ac diſceptari ſolent excutiuntur. Eæ verò cujus momenti, ac auctoritatis ſint, meum non eſt hic referre: quoniam præſtantia excelſi Tribunalis Sac. Rotæ (in cujus ſubſelliis triginta annis jus dixit) illiuſque profunda Doctrina adeo eſt omnibus in comperto; ut etiam apud exteras nationes notiſſima ſit, & undique promulgata. Quo autem nitido ordine, qua materiarum ſelectione, quove brevi, gravique dicendi genere proprio I. C. omnia expediantur, ac priſtino, proprioque juriſprudentiæ nitori reſtituantur, tu Amice Lector melius, quam ipſe ſim Judex eris. Et ſane ſi animadvertes ad tot munera, quæ in Curia Romana, inter communes laudes noſter egregius Præſul exercuerit, totque labores, quos in eis obivit, præfecto non miraberis, cur adeo in juriſprudentia, aliiſque ſcientiis profecerit. Ipſe enim quamvis domeſtico ſummo genere eſſet, quod ab ea illuſtri Familia Lancetta ortum traberet, quæ cum Longobardis Italiam tranſvecta, ſedem glorioſè fixit Maderni in Benaci Ripis, deinde non minori gloria, pro altera ſui parte Ceſenam translata, poſt plures legationes ſumma cum laude apud Principes geſtas, varioſque poſt caſus, pro altera parte in Urbem Romam pervenit: putavit tamen non opibus, aut genere, ſed virtute, & litteris ad dignitates niti oportere. Iis proinde incubuit peradoleſcentulus, & prout erat ingenio ad litteras plane compoſito; illas ea bauſit facilitate, ut & ſpem jam tunc de ſe maximam excitaverit, & omnium ſibi exiſtimationem, admirationemque tomparaveric. Deinde verò adeò percrebuit, ut poſtquam inter præſtantiores Advocatos Romanæ Curiæ numeratus fuit, osque in defendendis gravioribus Cauſis diu operam dedit, ſpectabileque munus, quod Per Conceſſum vocant, obivit, à S. M. INNOCENTIO XII. *inter Signaturæ Juſtitiæ Votantes aſſumptus eſt: ac adeo illius probitas, & juris ſcientia in illo ſupremo Tribunoli emicuit, ut non longè poſtea fuerit ab eodem Summo Pontifice Locumtenens A. C. renunciatus, otque ob eamdem Cauſam, ita efflagitantibus, ac impenſe exoptantibus, omnibus S. Rotæ Auditoribus inter Patres ejuſdem Tribunalis ſummo cum plauſu, & honore fuit cooptatus: ac etiam S. Pænitentiariæ Regens a* S. M. CLEMENTE XI. *declaratus, S. Rotæ Decani munus mirum in modum probatus ſuſtinuit. In quibus omnibus, aliiſque muneribus nihil aliud præ oculis ſemper habuit, quam ut ſacratiſſimi Juris Sanctiones illibatas cuſtodiret. Hæc erant quibus te monitum Amice Lector volebam. Cæterum inde nec me laudem mereri, nec cupere opineris: hoc uno conſenſum tibi adeo copioſos juris fontes, aliis negligentibus, aperuiſſe. Illud reliquum eſt, ut æquo animo patiaris, ſi quis fortè error ob Typographorum incuriam irrepſerit: nam quamvis ſedula ſit adhibita diligentia, ut hæ Deciſiones quàm emendatiſſimæ prodirent, non ſpero tamen tam proſpere mihi rem ceſſiſſe, ut nullus error exciderit. Vale.*

IMPRI-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Baccari Epiſcop. Bojanen. Viceſgerens.

DEciſiones editas coràm B. M. Cyriaco Lancetta emeritiſſimo Sacræ Rotæ Romanæ Auditore, atquè Decano, inſigni olim Præceptore meo, cujus ſapientiam, & integritatem priùs in ſubſelliis A. C., & deindè in ejuſdem Sacræ Rotæ Auditorio per decennii intervallum admiratus fui, mox in lucem evulgari, vehementèr gaudeo. Perennis enim erit laudabili monumento Deciſionum hujuſmodi (ſi eis, ad quos ſpectat, imprimendæ videbuntur) tàm eximii, àc famigerati Juris Conſulti gloria, ſtudium, & labor. In eis ſanè nihil eſt, quod orthodoxæ fidei puritati, vèl morum honeſtati adverſetur, immò univerſæ Reipublicæ Litteriæ ſumma indè erit utilitas, cùm utriuſque juris, Cæſarei ſcilicet, & Pontificii ſanctiones diſertiſſimè illuſtrentur, & veritas quàm clariſſimè per eas explanetur. In quorum &c. hac Die 2. Octobris 1730.

Thomas Antamorus olim ſupradicti Illuſtriſs., & Reverendiſs. Lancettæ Sac. Rotæ Auditoris in ſtudiis Adiutor, & ad præſens Sac. Conciſtorialis Aulæ Advocatus.

SAcræ Romanæ Rotæ Deciſiones, quæ hoc, & ſequentibus libris continentur à Bo: Me: Cyriaco Lancetta emerito nuper illius Auditore, atque Decano dum viveret evulgatas, cum ipſius Tribunalis magna ſanè, & apud omnes ubique gentes illuſtris, & celebrata auctoritas, tum vero ſpectata non minus, cognitaque doctiſſimi, & Conſultiſſimi Viri pietas, prudentia, integritas, ſine alio teſtimonio, ſatis probant, atque commendant: ſed aliis hac in re licuerit communi hominum judicio, vel tacitè ſuffragari: Mihi autem cui ſingularem illius in jure dicundo, & in hiſce ipſis Deciſionibus concinnandis expoliendiſque ſummam, ac perpetuam diligentiam cominus æſtimare, & integro ferme decennio propriis oculis ſpectare datum fuit, etiam vitio verti poſſet, ſi non id palam, & in omnium conſpectu teſtificarer. Auctor itaque ſum, ſi Deciſiones iſtæ permiſſu eorum, ad quos pertinet Typis committantur, non modo ibi tutam Catholicæ fidei puritatem fore, ſed & ipſas Sacras Conſtitutiones, Romanaſque leges plurimum inde luminis, & ornamenti publico bono accepturas.

Clement Argenvillieres ejuſdem Bo: Me: Lancetta ſtudiorum olim adjutor, & nunc in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR,

Fr. Jo: Benedictus Zuannelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hoc primo Volumine Deciſionum continentur.

Romana Alimentorum.
Lunæ 10. *Decembris* 1696.
ARGUMENTUM.
Filia, quæ à ſucceſſione Matris; per ſtatutum exluſa, neglecta dote, elegit alimenta, poteſt petere illorum ſupplementum arbitrio Iudicis; etiamſi præcedentem aſſignationem acceptaverit. pag. 1

Bononien. prætenſæ devolutionis.
Lunæ 14. *Januarii* 1697.
ARGUMENTUM.
Emphyteuſis conceſſa pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque, comprehendit etiam aggregatos; quamvis appoſita ſint verba *de Domo* ipſius conductoris; quoties ſubſequantur alia, *Etiam Extraneis*. 2

Cuſentina Aſſiſtentiæ.
Veneris 1. *Martii* 1697.
ARGUMENTO,
Non indiget, 3

Colonien. Paſtoralis, ſuper executione Litterarum.
Veneris 15. *Martii* 1697.
ARGUMENTUM.
Beneficia curata, etiam de jurepatronatus eccleſiaſtico; provideri debent prævio concurſu, ſive ſint unita, ſive liberæ collationis: attento Brevi; de quo in deciſione. 4

Colonien. Paſtoratus, ſuper Attentatis.
Ven. 15. *Martii* 1697.
ARGUMENTUM.
Attentata non dicutur ſatis purgata per renunciationem; niſi copulativè reſtituantur fructus, & reficiantur expenſæ. 5

Cornetana Juris offerendi.
Veneris 22 *Martii* 1697,
ARGUMENTUM.
Creditor poſterior citatus in judicio aſſignationis bonorum, & nihil opponens, amittit jus offerendi adverſus anteriorem: &, ſi uno titulo poſſideat, per ſupervenientiam alterius, non indiget mandato, nec alia apprehenſine poſſeſſionis. 6

Ferrarien. Reſtrictionis Ghetti, ſuper negotio principali.
Veneris 22. *Martii* 1697.
ARGUMENTUM.
Plura inter ſe ſeparata continet, de quibus in Summario. 8

Romana Dotis.
Ven. 19. *Aprilis* 1697.
ARGUMENTUM.
Dotis quantitatem, mulieri ab aſcendente conſtitutam, poteſt Judex, etiam antè matrimonium augere, & à fideicommiſſo ſeparare. juxtà ætatis, ac temporum circumſtantias; de quibus in Summario.
Confirmatur in inferiori dec. 15. Et in hac cauſa ſuper alimentis adſunt inferiores deciſ. 16. & 23. 10

Romana Dotis, ſuper alimentis.
Ven. 19. *Aprilis* 1697.
ARGUMENTUM.
Alimenta debentur ſorori, quouſque nupta dotem à fratre conſequatur; inſpecta tamen patrimonii quantitate, perſonæ qualitate, ac regionis conſuetudine.
Adſunt inferiores dec. 16. & 23. 12

Ferrarrien. reſtrictionis Ghetti ſupra attentatis.
Luna 22. *Aprilis* 1697.
Patet ex Summario.
In hac cauſa ſuper puncto principali habes ſupra dec. 7. 13

Peruſina dotis.
Veneris 10. *Maii* 1697.
ARGUMENTUM.
Retroceſſio per patrem facta favore filiæ, quæ intuitu dotis, maternæ ſucceſſioni renunciaverat; operatur ejuſdem filiæ reintegrationem ad jura ſucceſſionis, & ſuſtinetur etiam in præjudicium creditorum patris, quoties præcedens renunciatio nulla erat, & læſiva. 14

Tuſculana Fideicommiſſi.
Lunæ 10. *Junii* 1697.
ARGUMENTUM.
Vide in ſequenti Summario.
Et dec. 50., & 61. quæ hujus ſunt confirmatoriæ. 15

Romana Salviani.
Veneris 14 *Junii* 1697.
ARGUMENTUM.
Aſſociationem paſſo, probatis extremis datur, immiſſio in Salviano contra tertium poſſeſſorem rei obligatæ pro relevatione.
Confirmatur infra dec. 300. 16

Romana reſtitutionis hæreditatis.
Lunę 17. *Iunii* 1697.
ARGUMENTUM.
Habens a fideicommittente facultatē vel unum ex pluribus ad libitum, vel nullum nominandi, poteſt aliquem nominare ſub certa lege. Secus eſt in habente neceſſitatem cum ſolo arbitrio eligendi, quem malit ex certo genere. 18

In hac cauſa habes quoque dec.117. 142. 270. 294. 372. & 373.

Romana dotis.

Ven. 21 *Iunii* 1697.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 8. quæ hic confirmatur. 19

Romana dotis ſuper Alimentis.

Vener. 21. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Patet ex ſuperior deciſ.9., quæ hic confirmatur.

Et adeſt infra dec.23. 20

Romana Immiſsionis,

Mercurii 26. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Jura dotalia, licet extincta per dationem in ſolutum, revivifcunt, quoties bona tradita evincantur; & evictio debetur creditoribus defuncti, etiam in concurſu creditorum hæredis: qui ſimpliciter adivit.

Confirmatur infra dec.190. 21

Romana Salviani.

Mercurii 29. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Frater, ætate major, bona adminiſtrans, præſumitur habere mandatum ab aliis fratribus. Bona emphyteutica poſſunt alienari, etiamſi in inveſtitura prohibita fuerit alienatio ſine conſenſu Domini directi: cum cenſeatur ſolum appoſita ad evitandum illius præiudicium.

In hac cauſa habes inſerius dec.26. 23

Romana Retractus,

Ven. 28. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Magiſtralis eſt hec deciſio pro intelligentia Conſtitutionis Gregorii XIII. de Iure Congrui: & examinat in ſpecie; An pro pretio rei ab Eccleſia retractæ dari poſsint ſtabilia paris valoris, ſed minoris redditus; juxta illius diſpoſitionem. §.17. 24

Cordnben. Penſionum,

Lun. 1. *Julii* 1697.

ARGUMENTO.

Non indiget,

Hæc dec. infra confirmatur tamen juxta modū in dec.64. exprimendum. 27

Corduben. Penſionum ſuper remiſſoria.

Lunæ 1. *Iunii* 1697.

ARGUMENTUM.

Collige ex ſequenti Summario. 28

Vicen. Scribaniarum.

Lunæ 1. *Julii* 1697.

ARGUMENTUM.

Vide pariter in Summario.

Et infra dec.31., quæ eſt hujus confirmatoria In hac cauſa quoque habebis dec.32. 165 & 200. 28

Romana dotis, ſuper alimentis.

Lunæ 2. *Decembris* 1697.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in Summario. Inſunt ſupra dec.9. & 16. 29

Calaguritana quarti beneficii.

Lunæ 2. *Decembris* 1697.

ARGUMENTUM.

Concurrens ad parochialem, nec approbationem reportans in examine, non poteſt, obtenta appellatione vigore Commiſsionis cum clauſula *non retardata executione concurſus*, prætendere attentatorum purgationem: nec ad illam admitti vigore approbationis, in examine coram Judice ad quem, quando longè prius fuerat ab Examinatoribus ſynodalibus tacitè rejectus.

Hec deciſio quoad ſecundam partem revocatur infrà deciſ.74. & dec.112. Et in eadem cauſa ſunt dec.105. & 150. 30

Cornetana Juris offerendi.

Lunæ 9. *Decembris* 1697.

ARGUMENTUM.

Creditor poſterior graduatus in ſententia, cui acquievit, & citatus patitur cum effectu adjudicari anteriori creditori bona communis debitoris: amittit hypothecam, & per conſequens jus offerendi: non obſtante, quod in eadem ſententia ſit facta generalis reſervatio jurium, quia requiritur ſpecifica. 32

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris dec.6.

Romana Salviani.

Lunę 9. *Decembris* 1697.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis cum contemplatione deſcendentium. ad certas perſonas reſtricta, fideicommiſſum ultra illas non diffundit: neque legatum dotis filiabus primi hæredis, correſpectivè ad excluſionem, relictum inducit fideicommiſſum maſculinum quoad ulteriores fœminas non dotatas. Quod idem operatur reciproca ſubſtitutio in caſu obitus ſine filiis ordinata, quia per exiſtentiam filiorum expirat, ad celebre *conſ.*21. *Oldradi*: nec ſucceſſoris inſubſiſtens crudelitas illud prorogat.

Habes in hac cauſa ſupra dec.18. 33

Romana Fideicommiſsi.

Ven. 10. *Jannarii* 1698.

ARGUMENTUM,

In fideicommiſſo ordinato favore maſculorum exordientium a fœmina inſtituta, maſculi ex ſequentibus fœminis non ſuccedunt, ſi conſtet in generante, & generatis maſculinitatis qualitatem a teſtatore requiri: & aliç coniecturę latè examinantur ad limitationem *conſ.*85. *Fulgoſ.*

Confirmatur infra dec.39. 35

Reatina Fideicommiſsi de Clavellonibus ſuper expenſis.

Lun. 13. *Jannarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

In hac cauſa ſunt dec.249. 315. & 339. 37

Capuana Beneficii.

Lun. 27. *Junii* 1698.

AGUMEMNTUM.

Præſentatio facta à magiſtratu cum minori ſuffragiorum numero, quam qui requiritur ad ſtatuenda negocia ad illum ſpectantia, non expectantis abſentibus Colleghis, & non ſervata

ſata forma *L. 3. Cod. de decur. lib.* 10. eſt nulla. Nec datur locus cumulativæ præſentationi, quando inter præſentatos lis fuit introducta. Et de requiſitis, & executione gratiæ *ſi neutri*.
Hæc deciſio confirmatur infra dec. 48. 38

Capuana Beneficii, ſuper remiſſoria.
Lunæ 27. *Januarii* 1698.
ARGUMENTUM.
Patet ex Summario.
Confirmatur infra dec. 49. 39

Vicen. Scribaniarum.
Ven. 16. *Februarii* 1698.
ARGUMENTUM.
Contentio inter plures Scribanias, & officia circa privativam facultatem rogandi inſtrumenta, dirimitur ex conventione, ſive tranſactione, maximè ſi ea, licet quodammodò dubia, ſit confirmata ex obſervantia, quam infringere non valent actus æquivoci, & clandeſtini,
Eſt confirmatoria ſuperioris dec. 22. In hac cauſa ſunt quoque dec. 32. 165., & 200. 40

Vicen. Scribaniarum, ſuper compulſoria.
Veneris 21. *Februarii* 1698.
ARGUMENTO.
Non indiget.
Super hac cauſa ſunt deciſiones 22. 31. 165. & 200. 42

Romana Pecuniaria.
Mercurii 26. *Februarii* 1698.
ARGUMENTUM.
Trebellianicam detrahere prohibetur, hæres in ſolo uſufructu inſtitutus, & gravatus integram proprietatem reſtituere. Et alia argumenta Trebellianicæ prohibitionem inducentia latè conſiderantur.
Quoad ſecundã dubii partẽ habes dec. 47. 43

Romana Domus,
Ven. 28. *Februarii* 1698.
ARGUMENTUM.
Poſſeſſio capta in vim dationis in ſolutum, quæ poſtea fuit declarata colluſiva, & ſimulata, non eſt manutenibilis; licèt ſit capta cum decreto Judicis; neque eſt capax impediendi manutentionem poſſeſſori poſteriori habenti potiora jura: maximè ſi dicta prima poſſeſſio fuerit capta vigore mandati cum clauſula - *ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura* -: & fortius ſi dicta prima poſſeſſio probaretur etiam erronea.

Romana Manutentionis.
Lun. 3. *Martii* 1698.
ARGUMENTUM:
Mulier aſſociata pro credito dotali in bonis viri, ſi doceat ex notula jurata ſe non fuiſſe integraliter ſatisfactam, non poteſt removeri: Neque attenduntur partitæ aliàs reſervatæ, quando cauſa recognoſcitur vigore commiſſionis cum clauſula - *Si quid exequendum* -: Nec ſi fidejuſſit pro viro vendente cum pacto redimendi, jus iſtud diminuens pretium in ſexta parte, in caſu negligentiæ viri, cadit in mulieris damnum, 47

Tiraſonen. Prioratus ſuper expenſis.
Mercurii 5. *Martii* 1998.
ARGUMENTO.
Non indiget. 49

Romana Fideicommiſſi de Alberinis.
Lun. 11. *Martii* 1698.
ARGUMENTUM.
Fœminæ nunquam cenſentur vocatæ in fideicommiſſo maſculino: quando nulla adſunt in teſtamento verba, ſaltem communia, quæ earum vocationem in ſubſidium ſuadeant: licèt in codicillis non fuerit repetita qualitas maſculinitatis; & hac occaſione examinatur etiam, quando teſtamentum dici poſſit validum, & vindicatum à ſuſpicione falſitatis.
Hæc Deciſio confirmatur dec. 68. 49

Romana Inventarii.
Lun. 2. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Inventarium confectum, non ſervatis formalitatibus ex certa cauſa conventis, & ſcienter non integrum, eſt nullum, nec poteſt ſuppleri: & latè. quæ veniant deſcribenda. 52

Romana Fideicommiſſi,
Lun. 2. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Habes ſupra deciſione 27, quæ hic confirmatur. 54

Firmana prædii della Parapina.
Veneris 6. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Conjecturæ ex quibus reciproca linealis, & bonorum identitas proletur, latè examinantur.
Confirmatur infrà dec. 101. & 136. juxta modos, qui in utraque diverſificant. 56

Aſculana Dotis, & Legitimæ.
Veneris 13. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Bonorum identitas quomodo excludatur, & à quo die de fructibus hęres gravatus rationes reddere teneatur, & quando legatariis bene ſolvat in præjudicium creditorum.
Confirmatur infra dec. 68. juxta modum ibidem expreſſum, & adſunt dec. 69. & 147. 60

Romana reintegrationis primogenituræ.
Veneris 13. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Hæres gravatus auctoritatem habens alienandi bona ad effectum illa inveſtiendi, in inveſtimento eorundem, ſi pecuniis primogenitalibus uſus fuerit, quamvis hoc non declaraverit, tamen miniſterio Legis cenſetur facta ſubrogatio pro juſto pretio, & ulteriora damna quoque alienationum tenetur reficere primogenituræ.
Confirmatur infra dec. 72. 61

Neapolitana ſanationis cenſus.
Lunæ 16. *Junii* 1698.
ARGUMENTUM.
Ex Papæ commiſſione ſanatur cenſus, in cujus impoſitione vera pecuniarum numeratio non intervenit. Cedula bancaria quando habeatur pro pecunia numerata ad effectum Planę conſtitutionis. Fundi cenſiti non ſpecificè deſignati, ſed vagè, arbitrio emptoris, electio facta

ſacta cenſetur, ex temporis curſu, & fructuum ſolutione. In cenſu ſanato fructus veniunt à die conſtitutionis ipſius. 65

Romana majoratus, & primogenituræ de Cæſarinis.

Lunæ 16. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Ad primogenituram admitti quis non impeditur per electionem temporalem celibatus, ſi de tempore apertæ ſucceſsionis polleat qualitatibus a teſtatore requiſitis, neque illa contra teſtatoris votum, & juris cenſuram eſt dividenda.

In hac cauſa adeſt infra dec. 312. cum aliis ibidem notatis. 66

Romana affictus.

Vener. 20. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Reſtaurum promiſſum conductori ab Abbatiſſa in apoca, quæ confecta eſt in ſequelam contractus venditionis, jam præcedenter in inſtrumento ſtabilitæ, quamvis in eodem non exprimatur, tamen debetur, & quomodo retardare poſsit viam executivam ab inſtrumento promanantem.

Revocatur infra Dec. 137. 68

Romana Fideicommiſsi Mutil de Bubalo.

Lunæ 13. *Junii* 1698.

A R G U M E N T O.

Non indiget, nam patet ex Summario.

Plures in hac cauſa dec. habebis enm. ſeq. 70

Romana pecuniaria.

Lun. 23. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Probatur ex elicita mente teſtatoris, quod uſusfructuarius inſtitutus cum onere ſolvendi debita, tenetur etiam extinguere ſortem cenſus.

In hac cauſa adeſt ſupra dec. 33. 33

Capuana Beneficii.

Lun. 23. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Habes ſupra deciſione 29., quæ confirmatur. 74

Capuana Beneficii ſuper remiſſoria.

Lun. 22. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Patet ex ſequenti Summario.

Hæc dec. eſt confirmatoria dec. 30. 75

Tuſculana Fideicommiſsi.

Lunæ 23. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M:

In hac Deciſione confirmatoria ſuperioris in ordine 12. dicitur, quod poſita diſtractione rei fideicommiſſariæ, acquiritur in fideicommiſſo ſucceſſori creditum cum hypotheca, cujus vigore, vel contra rem ipſam alienatam, vel contra alienantis bona petere poteſt immiſsionem pro fideicommiſsi reintegratione, neque datur retentio pro credito dotali, quando mulier habet in manu plura bona mariti. 76

Fulginaten. appalrus furni.

Veneris 27. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Probatur in hac deciſione, quod, ad evitandam ſolutionem, non prodeſt depoſitum, quod ad aliam prorſus ſeparatam cauſam factum apparet: & quod augumentum ex cumulatione menſuræ tritici in pactum deductum, quamvis in apoca non fuerit expreſſum, tamen ſit perſolvendum.

Confirmatur inferius dec. 60. 77

Perusina Hæreditatis.

Veneris 27. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Patet ex Summario.

Confirmatur infra dec. 105. 80

Gerunden. Prioratus.

Veneris 27. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Beneficiati prætendere non poſſunt fructus beneficii, quod menſæ tantùm capitulari ex Papæ conſtitutione unitum fuit; & licèt inibi adiectum fuerit. *ſeu maſſæ communi*, hoc beneficiatis non ſuffragatur, cum Capitulum de eo tempore maſſam communem privativè habuiſſe probatur, & clarè, ex diſpoſitiva conſtitutionis, hæc privativa conceſsio reſultat. 80

Gerunden. Prioratus ſuper remiſſoria, & compulſoria.

Vener 27. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Remiſſoria, & compulſoria ſpecialis denegatur, quia maſſa privativa Capitularis, quæ impugnabatur, ſatis erat probata ex Pontificiis Conſtitutionibus, & Partis confeſſionibus. 81

Romana Immiſsionis ſuper articulis.

Ven 27. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Deciditur, articulos eſſe admittendos in cauſa prætenſæ filiationis. 83

Melivetana Juriſpatronatus.

Vener. 4. *Iulii* 1698.

A R G V M E N T V M.

Quomodo per adjudicationem univerſitatis bonorum, & donationem, juriſpatronatus acquiri poſsit necne demonſtatur. 84

Firmana immiſsionis, ſuper legitima.

Veneris 4. *Julii* 1698.

A R G V M E N T V M.

Prohibitio detractionis legitimæ, non alio modo ſuſtinetur, quam mediante famigerata cautela *Soccin. in leg. Quoniam in prioribus ff. de inoff. teſtam.*: neque retentio pro ea retardatur exceptione crediti illiquidi. 86

Firmana Immiſsionis, ſuper diviſione.

Veneris 4 *Iulii* 1698.

A R G V M E N T O.

Non indiget, quia habes in Summario. 88

Romana liquidationis fructuum,

Veneris 4. *Julii* 1698.

A R G V M E N T V M.

Fructuum liquidatio probatur ex confeſsione partis alias emiſſa, & pro annis ſequentibus calculatur proportionabiliter ad eandam rationem; detractis tamen expenſis pro reparatione domus locatæ, quæ calculantur ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet cen-

centenario, & anno.
Confirmatur in ſubſequenti dec.71. 88

Fulginaten. appaltus furni.
Ven. 5. Decembris 1698.
ARGVMENTVM.
Habes ſupra Deciſione 51. quæ confirmatur. 90

Tuſculana Fideicommiſſi.
Veneris 15. *Decembris* 1698.
ARGVMENTVM.
Habes ſupra in Deciſ. 12. & 50., quæ confirmantur. 91

Giennen. iuris mutandi, ſuper expenſis.
Mercurii 10. *Decembris* 1698.
ARGUMENTO.
Nou indiget.
In hac cauſa habes dec.298. & 356. 91

Romaua Fideicommiſſi de Pinis ſuper penſionibus.
Ven. 12 *Decembris* 2698.
ARGUMENTO.
Non indiget.
In hac cauſa adſunt infra decisiones 106. & 160. 92

Corduben. penſionum.
Ven. 9. *Januarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Hæc deciſio eſt confirmatoria, juxta tamen modum, ſuperioris deciſ. 20., & in hac cauſa adeſt quoque dec.21. 93

Faventina Buſſoli.
Veneris 9. *Januarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Afferuntur conjecturæ, propter quas, appellatione deſcendentium, veniunt tantum maſculi per unicum medium fœmininum: licet regula ſit, quod æque veniant maſculi ex unico, vel duplici. 94

Æſina cenſus, & dotis.
Lunæ 12. *Ianuarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Filiis quando ex perſona propria, uti filiis, non autem uti patris hæredibus donatum cenſeatur ſimultaneè, & independenter à patre: Et an mulieri pro repetitione ſuæ dotis competat remedium *auth. res quæ* in bonis viro donatis, cum fideicommiſſo favore filiorum? 96

Urgellen. ſervitutum ſuper declaratoria.
Lunæ 12. *Ianuarii* 1699.
ARGUMENTO.
Non indiget, quia habes in Summario
In hac cauſa habes dec.99, & 100. 97

Aſculana dotis, & legitimæ.
Veneris 16. *Januarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Habes ſupra Dec.41. quæ confirmatur.
Et ſunt infra dec.proxima, & 147. 99

Aſculana dotis, & legitimæ ſuper remiſſoria.
Veneris 16. *Ianuarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Patet ex Summario.
In hac cauſa ſunt dec.41.68, & 147. 100

Romana cambii ſuper expenſis.
Veneris 23. *Januarii* 1699.
ARGUMENTUM.
Patet ex Summario. 111

Romana liquidationis fructuum.
Veneris 30. *Ianuarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Habes ſupra deciſione 59., quæ confirmatur. 101

Romana reintegrationis primogenituræ.
Mercurii 4. *Februarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Habes ſupra dec.42., quæ confirmatur. 102

Gerunden. Parochialis, ſeu rectoriæ de Vilobi.
Veneris 6. *Februarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Beneficiorum unio quomodo probanda ſit, in hac deciſione docemur. Hæc deciſio confirmatur inſra deciſ.118. 106

Calaguritana quarti beneficii.
Lunæ 16. *Februarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Beneficia Calaguritanæ Diæceſis dantur majoribus qualitatibus decorato, qui quamvis rejectus ab Examinatoribus Synodalibus, in examine à Rota poſtea repertus injuſtè reprobatus admittitur. Hæc dec.eſt revocatoria ſuperioris dec.24.& habentur in hac cauſa infra dec.112.105, & 150. 107

Mediolanen. Capellaniæ.
V*ener*. 20. *Februarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Impetrans beneficium tanquam perpetuum, & ſimplex, pro ſe juris habet aſſiſtentiam, & è contra præcedens eſſe curatum, & manuale, debet concludenter probare. Et de requiſitis veri, & perpetui beneficii, & de variatione, & optione diſſeritur.
Confirmatur infra dec. 261. 110

Senogallien. Emphyteuſis ſuper expenſis litis.
Luna 23. *Februarii* 1699.
ARGVMENTVM.
Pro ſubminiſtratione expenſarum litis obtinenda debent copulativè concurrere præſumptio boni juris, & paupertas. Ex quibus utraque colligatur? 112

Romana vineæ ſeu horti.
Mercurii 11. *Martii* 1699.
ARGVMENTVM.
Permutatio bonorum fideicommiſſariorum antecedenter facta, a ſucceſſore ex propria perſona ad libitum poteſt impugnari, eadem vindicando etiam à tertio poſſeſſore.
Hæc Deciſio revocatur infra deciſione 134. & 204. 113

Alexandrina diſtributionum.
Veneris 20. *Martii* 1699.
ARGVMENTVM.
Canonico abſenti, ad effectum lucrandi diſtributiones, quænam culpa Capituli, & litis ſuſtentatio ob reiiciendam ſententiam privationis Canonicatus, ſuffragari nequit, demonſtratur. 115

Alexandrina diſtributionum ſuper attentatis.

Veneris 20. Martii 1699.

ARGUMENTO.

Non indiget, quia habes in Summario. 117

Colonien. Canonicatus.

Lunæ 30. *Martii* 1699.

ARGUMENTUM.

Pæna privationis Beneficii, ut locum habeat, crimina debent eſſe concludentiſsimè probata; & ex iis, in quibus, de jure talis pæna inflicta ſit. Quando decerni poſſit ob non reſidentiam? 116

Adrien. canonicatus.

Veneris 3. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

In electione Canonici facta à Capitulo, ſi plures parem numerum ſuffragiorum ſuper cæteros reportaverint, & ad hos electio coarctata fuerit, unus ex his neceſſario eſt eligendus. Quomodo coarctatio inducta dici debeat, & in quibus electionibus forma *Capituli Quia propter de elect.* requiratur? 119

Adrien. Canonicatus ſuper ſequeſtro.

Veneris 3. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario. 121

Mantuana Emphyteuſis.

Veneris 29. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

In Emphyteusi pro ſe, & hæredibus conceſſa, veniunt quoque fæminæ deſcendentes, deficis maſculis: quibus præjudicari non poteſt ob obtentam voluntariè ab aliquo ex poſſeſſoribus diverſam inveſtituram, ſub prætextu devolutionis non purgata mora, quoad uſque purgari poſſit: & de conſuetudine Mediolani alienandi bona emphyteutica in præjudicium ſucceſſorum, diſtinguitur.

Confirmatur dec. 133. 133

Eugubina Canonicatus.

Lunæ 4. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Capitulum cum ſe ad electionem alterutrius ex iis, qui habent paritatem ſuffragiorum coarctaverit; alterutrum ex ipſis poſtea eligere debet: vel eo non eligente eſt locus gratificationi Epiſcopi: & uno ex his decedente, alter neceſſario eſt eligendus. Pendente lite inter electos, vel Capitulum, & electos, alius non poteſt eligi.

Carpentorten. Juriſdictionis.

Lun. 11. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Præſidis Cameræ Venaiſinæ juriſdictio ad inſtar antiqui Cæſaris Procuratoris de jure, & ex ſtatuto, exceptis cauſis fiſcalibus, & ubi partes ſe explicitè illius Curiæ ſubmittunt; ad cauſas inter privatos non extenditur: neque in eos, qui cujuſcumque Judicis juriſdictioni, vel expreſsè, vel tacitè ſe ſubiciunt. Legati de Latere conceſſio, quæ reſpicit juriſdictionis incompetentis prorogationem, quando tribui poſſit; & etiam quomodo iſta & obſervantia ſuper eadem materia veniant interpretandæ?

Hæc deciſio confirmatur infra dec. 128. Et adeſt in ſequenti tom. dec. ſuper expenſis. 129

Romana Fideicommiſſi de Alberinis.

Lunæ 11. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſione 37. quæ confirmatur. 128

Romana dotis ſeu multiplici.

Veneris 15. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Mandati expeditio ex eodem jure, ex quo aliud fuit antea approbatum, & alterius pro fructibus dotis à die contracti matrimonii, non poteſt impugnari, neque prætendi relevatio. 129

Romana, ſeu Sarzanen. immiſsionis.

Veneris 15. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Qualitates volitæ tanquam medium ad aſſequendas alias tanquam finem, non ſunt conſiderandæ, ſed ſolus finis. Obligatus hæreditatem reſtituere doctorato, ad hoc ut in Romana Curia proficiat, ſi non adimpleat, ab hujus non idoneitate, quæ ex propria culpa proceſsit, non liberatur.

In hac cauſa adſunt inferiores deciſiones 102. & 103. 132

Romana Fideicommiſſi Proſperi ſen. de Caſſarellis.

Lunæ 1. *Iunii* 1699.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac deciſione, quando locum habere poſſit Statutum Urbis diſponens, quod poſſeſſio bonorum à patre acquiſita in filios continuetur, qui eam pariter uſque ad obitum continuaſſe præſumuntur; adeoùt hujus poſſeſſionis vigore, favore hæredis ipſorum ſit locus immiſſioni. Et quod vendens cum pacto redimendi, ſi emptorem interpellavit, depoſitumque perfecerit; eodem tacente, cenſetur redemiſſe. Demum latè examinatur ex conjecturis, & obſervantia, quando pro ſe ipſo, non verò favore hæreditatis, hæres cum ſuis, vel hæreditatis pecuniis acquiſiviſſe dicendum ſit,

In hac cauſa adſunt tres dec. ſeqq., & deciſ. 189, cum trib. ſeq. & 220. 133

Romana Fideicommiſſi Proſperi, ſen. de Caſſarellis, ſuper cautheia Angeli.

Lun. 1. *Iunii* 1699.

ARGUMENTUM.

Eo non indiget.

Confirmatur infra dec. 187. 138

Romana Fideicommiſſi Joannis Petri Senioris de Caſſarellis.

Veneris 5. *Iunii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra proxima deciſio 89, cujus eadem fundamenta, & rationes hic recenſentur, ſolùm addito, quando Scripturæ, cujus originai, temporis injuria, & fluminis inundatione eſt deperditum, fides adempta dici debeat nec ne? & confirmatur deciſ. 188. 139

Ro-

Romana Fideicommiſſi Joannis Petri
Senioris de Caffarelliis, ſuper
Cauteia Angeli.
Veneris 5. Iunii 1699.

ARGVMENTO.

Non indiget.

Confirmatur infra dec. 189. 141

Romana cenſuum, & cambiorum, ſuper
Cautaia Angeli.
Veneris 12. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Hæc deciſio ſummariè agit eadem, ac in ſuperioribus deciſ. 89, & 91. dicta ſunt, & ulterius, quod donatio facta intuitu, certi, determinati matrimonii, mulieris, & filiorum commodo correſpectiva, inſinuatione non indiget: nec in præjudicium creditorum donatarii a donante poteſt innovari.

Confirmatur dec. 220. 142

Romana cambii.
Veneris 21. Junii 1699.

ARGVMENTVM.

Dans ad cambium pecunias pro extinctione cenſus pro quo fideicommittens ejuſdem impoſitor ſubivit onus renovationis fideiuſſionis in caſu obitus; juxtà permiſſionem in reformatione ſ. m. mem. Innocentii XII., ſi reſervaverit ſibi ſubingreſſum in ejus juribus, reſervatis requiſitis *glos in leg. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. poſs.*, etiamſi ejus creditor non urgeret, efficit, quod hæres gravatus rem utilem pro fideicommiſſo pro tunc faciat, & ſubingreditur in juribus cenſus contra bona fideicommiſſi: quamvis hoc non procederet contra ejuſdem cenſus fidejuſſorem, qui ex tali novatione, & ſecundo contractu, de ſui natura cum primo incompatibili, damnum habere nequiret reſtitutionis, poſt tempus conventum, & eſſet à fidejuſſione liberatus.

Confirmatur infra dec. 110. & ſunt in hac cauſa 4. proxime ſuperiores deciſiones cum ibidem notatis. 144

Bononien. Fideicommiſſi.
Lun. 15. Iunii 1699.

ARGVMENTVM.

Ex defectu inventarii intra legitima tempora integraliter non facti, evitare non poteſt hæres mandatum contra bona propria: & quænam omiſſiones inventarium reddant non integrum demonſtratur. Hoc pariter accidit hæredi ex defectu redditionis rationis etiam fructuum hæreditatis cum creditores ejuſdem urgere ſcit: quo caſu nec bonificari debent ſolutiones factæ legatariis, & creditoribus poſterioribus. 146

Bononien. Reintegrationis.
Lun. 15. Iunii 1699.

ARGVMENTVM.

Suppreſſio Monaſterii facta à Papa, & extinguit quæcumque illius jura, actu, & habitu: & ea una cum bonis devolvuntur ad Sanctam Sedem: ideoque vigore illius præexiſtentis poſſeſſionis, peti non poteſt reintegratio: & facultas poſtea conceſſa recuperandi bona intelligitur, de quibus Papa non diſpoſuit. 148

Maceraten. Fideicommiſſi.
Mercurii 17. Junii 1699.

ARGVMENTVM.

Invitatus ad Primoganituram capere poteſt etiam Fideicommiſſum ad quod vocatur; quamvis primum gravatum, propter primogenituram, teſtator a cæterorum ſuorum bonorum fideicommiſſo excluſerit.

Confirmatur dec. 109. 150

Peruſina Bonorum.
Mercurii 17. Junii 1699.

ARGVMENTVM.

Manutentio in hæreditate filii conceditur hæredi teſtamentario, qui poſſeſſionem cepit, & ſimul matri præteritæ pro dote quantitativa, & legitima; quæ non obſtante inhibitione, fructus percipiendo non attentat, neque ad eorum reſtitutionem tenetur. Vbi quando dos ſit quantitativa, & quando non obſtante matris præteritione, ſtante clauſula codicillari -- *& omni meliori modo* -- poſſeſſio capta ab hærede teſtamentario ſit manutenibilis.

Super eiſdem bonis, de quibus agitur habes infra dec. 234. 152

Urgellen. ſervitutum.
Lun. 22. Junii 1966.

ARGVMENTVM.

Actus ſervitii debentur à beneficiatis capitulo ſuperiori, cum illi ex conſuetudine, & capitularibus reſolutionibus demandentur. Qui quidem ad effectum manutentionis coactivè obtenti cenſentur à capitulo, ſi negligentes mulctaverit, & illi pro mulctæ remiſſione ſupplicaverint. Decentes verò, congruique reputantur, ſi in aliis privinciæ Eccleſiis idem obſervetur.

In hac cauſa adeſt ſuperior deciſ. 67. & huic proximè ſequens. 153

Urgellen. Servitutis, ſuper exepenſis.
Lunæ 22. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Poſt renunciationem liti, & acceptatam ſententiam eſt locus taxationi expenſarum; quamvis pendeat aliud diverſum judicium. Quæ expenſæ veniant victori refundendæ declaratur.

In hac cauſa ſunt dec. 67. & 99. 155

Firmana Prædii della Parapina.
Lun. 22. Iunii 1699.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum ad obtinendam immiſſionem præſumitur ex eo, quod bona poſſeſſa a gravato poſita demonſtrantur in eadem contrata, ubi poſſedit teſtator. Verùm ſi doceatur de ſubſequentibus acquiſitionibus factis ab hæredibus gravatis; debet Fideicommiſſarius identitatem, & poſſeſſionem de tempore mortis teſtatoris verificare, ad celebre *conſ. 145. Fulgoſ.*; vel ſaltem deneganda eſt immiſſio quoad bona, quæ probantur ab hærede gravato acquiſita.

Hæc dec. eſt confirmatoria dec. 40., & confirmatur infra dec. 136. 156

Ro-

Romana, ſeu Sarzanen. redditioois rationis.

Ven. 27 *Iunii* 1699.

ARGUMENTO.

Non indiget hęc deciſio, quod patet ex Summario.

In hac cauſa adeſt ſupra deciſ.88. & proxima 103. 153

Romana ſeu Sarzeo redditiools rationis ſuper articulis.

Veneris 26. *Junii* 1699.

ARGUMENTUM.

In cauſis prophanis quando, & qui articuli,& quomodò veniant admittendi latè examinatur.

Io hac cauſa habes dec.88. & 102. 158

Peruſina Hæreditatis.

ARGUMENTUM,

Mercurii 1. *Junii* 1699.

Hæredibus fideicommiſſariis non licet cogere primum hæredem ad reddendam rationem de fructibus hæreditatis, in caſu ſcientiæ,aut inſurgentiæ creditorum, ſed ſiquidem creditoribus ipſis. Hæredi noo competit retentio ex ſuo credito illiquido: vel nequit ſuo credito uti ad impediendam ſubhaſtationem ad effectum depooendi; & conſignandi cui de jure.

Hæc Deciſio eſt confirmatoria ſuperioris in ordine 52. 160

Calaguritana quarti Beneficil ſuper articulis.

Mercurii 1. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

In beneficialibus articuli conferentes ad cauſæ victotiam admittuntur cum clauſula -- *appoſito ſequeſtro, & facta obligatione de ſtando unicæ.*

In hac cauſa adſunt deciſ. 24. 74. 112, & 150. 161

Romana Fideicommiſſi de Piois, ſuper Cautela Aogeli.

Mercurii 1. *Iulii* 1699.

ARGUMENTO.

Non indiget, quia habes in Summario.

Adſunt in hac cauſa ſuperior dec. 63. & inferior 160. 162

Fulginateo. Alimentorum.

Mercurii 1.*Julii* 1659.

ARGUMENTUM.

Alimeota præſtauda filiabas ab hęreditate patris, Judex decernere poteſt in ſumma ſibi beneviſa & habitio reſpectu ad qualitatem perſonarum, & regionis, & quantiratem dotis. Et ſi ſint pauperes; Judex arbitrari poteſt ne pro earum aſſignatione acceptent ſtabilia, 192

Aſculana Penſioois.

Veneris 20. *Novembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Penſionarius habens quaſi poſſeſſionem, probare non tenetur remanere congruam pro Parocho in judicio manutentionis. Neque in eodem judicio ſuffragatur titulari dimiſſio ſpontanea fructuum ad penſionarii commodum, ſalva congrua pro ſe ipſo.

Confirmatur dec.126. 163

Maceraton. Fideicommiſſi.

Veneris 20. *Novembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Poſt lapſum fatalium, etiam ſi obtineatur prorogatio termini; acta in eodem tranſportata non tollunt, quio ſententia lapſa fuerit in rem judicatam: ſed de ſtylo curię obtinenda eſt commiſſio reſtitutionis in integrum. In reliquis argumentum habes ſupra deciſ.97., quæ confirmatur. 164

Romana Cambii.

Lun. 23. *Novembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Fidejuſſor obligans ſe in cambio ad certum tempus, cum clauſulis reſolutivis, & traxativis, ad ſortis reſtitutionem longè poſt repetitam noo tenetur: ad differentiam fidejuſſoris ſimpliciter. Et neuter ad fructus, poſt determinatum tempus. 165

Romana Caſtri Porciliani.

Mercurii 2. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM:

Eſt magiſtraliſſima deciſio, in qua funditus examinato articulo deciditur in bonis fideicommiſſariis venditis, ex diſpoſitione Bullæ Baronum, antequam venditio ſit conſumata deberi fideicommiſſatio prælationem: & latè textus ad materiam prælationis in genere, & in ſpecie, quando, & quibus competat perpenduntur, & conciliantur diſtinctionibus.

Io hac cauſa adſunt inferiores deciſ. 183. & 201. 167

Calaguritana Quarti Beneficii.

Mercurii 2. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 74. in in qua revocatur dec.24., & adſuot dec.105. infra dec.150. 171

Romana ſeu Savoneo. Succeſſionis.

Veneris 4. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Statutum fœminas dotatas totaliter ab hęreditate patris excludens operatur ne favore maſculorum faciant numerum pro augenda legitima. Et quænam ſubjectio requiratur ad hoc ut ſtatutum operari poſſit, examinatur: & etiam an ſtatutum prohibens Trebellianicæ detractionem intelligendum veniat in fideicommiſſis puris, vel etiam in eis factis ſub conditione *ſi ſine filiis*.

Adeſt infra dec.146. & 283. 163

Romana Salviani.

Lunę 7. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

An, & quando indicatio jurium ſit ſufficiens, ut aliquod judici extremum probatum dici debeat: & quando requiratur eorumdem realis productio.

Adeſt infra dec.144. 174

Gerundeo. Ferialis.

Ven. 4. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Ferialis in quos uſus erogandus, & à quibus ſit adminiſtrandus, ejuſque reſiduum poſt lites, & oe-

& negocia capituli confecta, quomodò inter ipſos diſtribuendum de jure, & ex ſtatutis Gerunden. Eccleſiæ latè diſſeritur.

Habes in hac cauſa inferiores deciſ. 154. & 269. 175

Piſana Diſtributionis.

Lunæ 14. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Canonico aggregato è capitulo ad maſſam, licet non intulerit capitale à Statuto Eccleſiæ ſub pœna nullitatis præfixum, ſtante longæva obſervantia continuatur à Rota participatio diſtributionum: ſed tantùm correſpectivè ad capitale conceſſum in utilitatem capituli. Aggregatio Canonici ad numerum participantium quando fieri poſſit, & factam ſutile cenſendum ſit? 178

Romana reſtitutionis hæreditatis ſuper liquidatione.

Lunæ 14. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur, habes in Sum. Adſunt in hac cauſa ſuper. dec. 14., & inferiores 270 cum ibi notatis. 180

Gerunden. Parochialis, ſeu Rectoriæ de Villobi, ſuper Negotio principali.

Ven. 11. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 73., quæ confirmatur. 183

Gerunden. Parochialis, ſeu rectoriæ de Villobi ſuper remiſſoria.

Lun. 11. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Articulorum, ſeu ſcripturarum remiſſoria, & reſpectivè compulſoria non conceditur, quando illarum relevantiam non percutit factum ubi ſe Judex ſpecialiter fundavit. Unio parochialis à quibus probetur, vel excludatur? & quod vertente lite inter proviſos ſuper exequutione litterarum Apoſtolicarum, non niſi unio clara admittitur, & ultimus ſtatus contrarius ſufficit, ut gratia ſuſtineatur. 184

Barchinonen. exemptionis ſuper expenſis.

Vener. 15. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario. 185

Piſana Parochialis.

Ven. 15. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Litteræ Apoſtolicæ obtentæ ſine vera expreſſione valoris beneficii, ſunt nullæ: neque de illis facienda eſt mentio in ſubſequentibus litteris. Quænam conſuetudo valeat ad effectum ſuſtinendi litteras, in quibus juſta expreſſio valoris beneficii non fuit facta? Litteræ Apoſtolicæ derogatoriæ medietati vocum, etiamſi exiſtat alter ab altera patronorum medietate præſentatus, qui majoribus polleat qualitatibus, ſunt exequutioni demandandæ. 186

Romana Fideicommiſſi de Moronis.

Mercurii 20. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Judex poſt pronunciatum in cauſa poteſt devenire ad aliud decretum prioris declarativum: & quando iſtius ſecundi decreti nullitas obiici nequit? Creditor retinens bona debitoris prætendere non poteſt depoſitum, vel cautionem pro ſui crediti ſatisfactione. 188

Romana cenſus, ſuper negocio principali.

Ven. 22. *Januarii* 1700.

AGUMEMNTUM.

Ob non tranſportationem actorum intra legitima tempora oritur res judicata: adeout, ejus vigore, deveniendum ſit ad taxationem: & moderationem expenſarum. In cæteris plenius habes in deciſione, quæ ſequitur. Adſunt infra dec. 148. & 149. 190

Romana cenſus, ſuper electione periti.

Veneris 22. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Hæres beneficiatus, qui pulſatus in prima Inſtantia noluit ad exhibitionem Inventarii devenire, ſed litem alia exceptione protraxit: non poteſt poſt judicium per rem judicatam terminatum, ſub prætextu redditionis rationis, impedire in bonis propriis exequutionem mandati pro hæreditario debito relaxati. Inventarii nullitas excuſari non poteſt, ſi ſit omiſſa deſcriptio bonorum, de quorum diſtractione non allegatur efficax titulus. Adſunt infra dec. 148. & 149. 192

Cracovien. Cantoriæ.

Ven. 25. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus fundatum ab Epiſcopo, & de bonis Eccleſiaſticis exercitum à Laicis ratione officii, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, eſt Eccleſiaſticum; de quo cum illicò conſtet, licet plures præſentationes, & ultimus ſtatus fuerint pro præſentato à patronis prætendentibus, vel juſpatronatum eſſe laicale, vel manutentionem præſentandi in menſibus Papæ reſervatis; tamen ſemper procedendum eſt ad favorem habentis proviſionem ex reſervatione Apoſtolica. 192

Aſculana Penſionis.

Veneris 29. *Januarii* 1700.

ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſione 108. quæ confirmatur. 194

Hydruntina manutentionis.

Veneris 3. *Februarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Privatus poſſeſſione, vigore mandati nulli ex defectu citationis legitimæ perſonæ, eſt in ea manutenendus: quod idem procedit quando exequutio ſit attentata, ob non ſervatos terminos poſt relaxationem mandati appellabilis, ex eo quod Judex proceſſit abſque diſcuſſione partitarū erronearum, & inſubſiſtentium, quas peritus reliquerat in ſuſpenſo. Adeſt infra dec. 157. 195

Digitized by Google

Carpentorat. Juriſdictionis.
Lunæ 8. *Februarii* 1700

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 85. quæ confirmatur.
Et alia adeſt in ſequenti tom. ſuper expenſis. 196

Leodien. Manutentionis,
Lunę 12 *Februarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Vxor, quæ à ſtatuto fit hæres viri ſine liberis decedentis, ad effectum eidem ſuccedendi, quomodo probet matrimonium, & Parochi licentiam de illo contrahendo coram alio Sacerdote. 197

Leodien. Matrimonii ſuper negotio principali.
Lun. 1. *Martii* 1709.

ARGUMENTUM.

Adminicula, & conjecturæ, quibus matrimonium probatur, plenè enumerantur.
Hæc deciſio confirmatur infra deciſione 139. 199

Leodien. Matrimonii, ſuper Alimentis Et ſumptibus litis.
Lun. 1. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Alimenta, ſumptuſque litis debentur, quoties de bono jure, & paupertate conſtat. Et eorum quantitas quomodo commenſurari debeat deciditur.
Hæc deciſio confirmatur infra deciſione 140. 200

Romana aſſociationis de Alberinis.
Veneris 5. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Ceſſio jurium cenſuum fideicommiſſi ab hærede gravato reportata non preſumitur cum pecuniis fideicommiſſi: præſertim quando, ultra præſumptionem juris. adſunt aliæ conjecturæ demonſtrantes, ceſſionem cum propriis gravati pecuniis acquiſitam. Neque extra ejus voluntatem compenſati præſumuntur cum alio cenſu, quem paſſivè cum hæreditate habebat: nec ſatisfacti de fructibus, quando ex præcepto teſtatoris hæreditatis adminiſtratio penes alium remanſit, quoad uſque gravatus vixit: nam tunc neque de ea rationem reddere compellitur.
Adſunt in hac cauſa dec. 151. & 161. 201

Mantuana Emphyteuſis.
Lunæ 8. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 83. quæ confirmatur. 203

Romana vineæ, ſeu horti.
Lunæ 15. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

In vim fideicommiſſi in donatione conditi vindicari nequeunt bona, quæ à donante, longè poſt, declaratum fuit eidem fideicommiſſo eſſe ſubiecta; cum donatarius talem innovationem non acceptavit: vel ſi bona illa intuitu matrimonii donata ab uxore pro ſua dote, fuerunt diſtracta: nam tunc libera evaſerunt. Permutatio vineæ utiliter facta à gravato, vel, eo poſtmodum confirmante, ab ejus tutore cum aliis bonis, à fideicommiſſario eſt ſervanda. Et permutationis utilitas vineæque valor quomodo æſtimandi ſint perpenditur.
Hęc dec. eſt revocatoria ſuperioris dec. 77., quæ confirmatur dec. 204. 207

Roſſanen Juris prohibendi.
Veneris 22. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Confraternitas poſterius erecta in eodem loco, cum eodem nomine, ac inſtitutis ſupprimenda eſt, & antiquior præſervanda ex Conſtitutionibus Clementis VIII., & Pauli V.; & quomodo anterioritas erectionis probetur?
Confirmatur infra dec. 239. 210

Firmana prædii della Paparina.
Veneris 26. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.
Superiores deciſiones 40, & 101. hic confirmantur juxta modum. 211

Romana Affictus.
Lunæ 29. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Abbatiſſa nequit præjudicare monaſterio, ſi proprio nomine, & ex novo contractu per apocam promittat. reſtaurum conductori, qui jam prius in inſtrumento cum monaſterio legitimè ſtipulato eidem amp iſſimè renunciaverat. Et latè reiiciuntur teſtes ſibi contrarii & contradicentes, aliaſ ue patientes exceptiones, qui dictæ renunciationis ſimulationem, & monialium præſtitum conſenſum pro dicto reſtauro contendebant, atque ejus realitas ab obſervantia, etiam à ſolitis monaſterii locationibus convincitur.
Superior deciſio 45. hic revocatur. 213

Eugubina Tutelæ.
Lunæ 10. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Quia de diverſis partitis in redditione rationis tutoris tractatur, habes in Summario. 219

Leodien. Matrimonii.
Veneris 14. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 130., quæ confirmatur. 219

Leodien. Matrimonii ſuper Alimentis & ſumptibus litis.
Ven. 14. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 131. quæ confirmatur. 222

Romana Laboreriorum.
Lunæ 17. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Periti deputatio non impugnata dicitur, ſi contradictum et fuerit cum erroneo ſuppoſito: cujus perſona cùm ſi approbata in ſolidatione computorum, totius ædifici, repudiari nequit reſpectu unius artificis, circa taxationem computorum ejuſdem ædificii. Nec ejus peritia infirmatur electione novi periti, facta tamen cum præſervatione jurium; quando iſte ſecundus ſuper partitis controverſis nihil

hil retulit. Sed erroneam primam peritiam prætendens, debet concludenter probare, & non per poſsibile. Fabris probantibus ædificia neceſſaria fuiſſe facta, mercea, juxta valoris peritiam, ab ædificii Domino eſt ſolvendo. 222

Romana reſtitutionis hæreditatis ſuper reſervatis.

Veneris 4. Junii 1700.

ARGVMENTVM.

Hæret gravatus quouſque teneatur ad excuſſionem creditorum, favore fideicommiſsi, & an, ſi in concurſu creditorum, habito ab eiſdem debitoribus, ea non exegerit, de proprio teneatur, & quomodo talem concurſum adfuiſſe, nec ne dignoſci poſsit, in hac deciſione pertractatur.

In hac cauſa inſunt ſuperiorea dec. 14. & 117. & infra dec. 270. & 294. 372. 373. 225

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Lunę 7. Iunii 1700.

ARGUMENTUM.

Legatum quando dicatur pium ad hoc ut Reverendæ Fabricę ſuper eo intrent facultates, ſeu potiùs profanum; & an, & quando a diſponentis intentione, & cauſa expreſſa, ſeu potiùs illius qualitate, & ipſo opere ſit hoc deſumendum. 229

Romana Salviani.

Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in Summario, & Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 114. 229

Gerunden. anniverſarium, ſuper diſpenſatione pactorum.

Mercurii 9. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Eccleſiæ ſtatuto an, & in quo caſu, & à quibus diſpenſati valeat pertractatur. 230

Romana, ſeu Savonen. ſucceſsionis.

Lun. 14. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Feminę à ſtatuto totaliter excluſæ ab hæreditate parentum, non faciunt numerum ad augendam legitimam favore maſculorum: & quamvis excluſę ſint propter dotem: tamen cum agitur de hæreditate matris, pariter numerum non faciunt. Statutum Civitatis dominantis, ubi non diſponit illud civitatia inferioris, quando attendi debeat, & bonorum exiſtentia, ſolutioniſque certo loco conventa obligatio cujus nam ſtatuto deſerendum eſſe faciant? & etiam agitur quomodo Teſtator ſtatuto loci, ubi teſtamentum confecit conformare ſe voluiſſe cenſeatur, ad effectum regulandi detractiones legitimæ, & trebellianicę ab ipſius hęreditate faciendas.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 113. & adeſt infra dec. 293. 232

Aſculana dotia, & legitimę.

Lun. 14. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum excluditur ex finium, formæ, & capacitatis diverſitate, & cum tanquam libera in inventario deſcripta ab aliis fuerint poſseſſa.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperiorum dec. 41. 68. & 69. 235

Romana cenſua.

Veneris 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris deciſ. 123. 236

Romana cenſus ſuper electione perlti.

Vener. 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 124., quę confirmatur. 237

Calaguritana beneficii.

Lun. 21. Iunii 1710.

ARGVMENTVM.

Oritur ex Summario.

In hac cauſa adſunt ſuperiores dec. 24. 74. 105. & 102. 238

Romana Aſſociationis.

Lunæ 21. Iunii 1700.

ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſ. 132. quæ confirmatur. Et inferius dec. 61. 238

Palentina Juris viſitandi ſuper negocio principali.

Ven. 25. Junii 1700.

ARGVMENTVM.

Regulares impropriam parochialitatem habentea, ubi ſunt in numero ſtatuto, Epiſcopus neque quoad Sacramentorum adminiſtrationem, nec reſpectu etiam hoſpitalia annexi, & infirmos ibidem degentes viſitare poteſt, nec redditionem rationia ejuſdem hoſpitalis quærere.

Receditur ab hac deciſ juxta modum expreſſum dec. 218. 240

Palentina Juris viſitandi ſuper manutentione.

Veneris 25. Iunii 1700.

ARGVMENTUM.

ineſt in Summario

Receditur infra dec. 219. 242

Gerunden. Ferialis.

Vener 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 115., quæ confirmatur.

Et adeſt in hac cauſa dec. 260. 243

Bononien. pecuniaria.

Lun. 28. Iunii 1700.

ARGUMENTUM.

Prębetur a Summario. 244

Bononien. Pecuniaria ſuper remiſſoria.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Ad probationem faciendam contra ſupremi Principis perfectam diſpoſitionem reſultantem ex verbis, quamvis diſpoſitivè io privilegio, & conceſsione prolatis remiſſoria non conceditur: prę ſertim si probatio sit improbabilia: & ad protrahendam ſolutionem poſt rem judicatam petatur. 245

Hydruntina manutentionis:

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGVMENTVM.

Habes in ſuperiori deciſ. 127. quæ hic confirmatur. 145

Bur-

Burgen. panis ſuper manutentione.
Vener. 2. *Iulii* 1700.
ARGUMENTUM.
Manutentio debetur habenti ſententiam ſuper titulo, quæ in judicatum tranſiit, etiam non probata poſſeſſione, multoque fortiùs ſi poſſeſſio probetur, & a ſubſequuta tunc ſententia ſuper bono jure adminiculetur; in qua cauſa iterum boni juris non eſt habenda inſpectio.
Confirmatur infra dec. 322, & adeſt alia ſuper declaratoria 364. 247

Burgen. panis ſuper remiſſoria.
Veneris 2. *Julii* 1700.
ARGVMENTVM.
Præbetur a Summario.
In hac cauſa adſunt dec. notatæ in proxima præcedenti. 248

Romana Fideicommiſſi de Pinis ſuper admiſſione ad cauſam.
Veneris 2. *Julii* 1700.
ARGVMENTVM.
Eo non indiget.
Adſunt in hac cauſa ſuperiores deciſ. 65. & 106. 249

Romana aſſociationis de Alberinis ſuper cautione.
Lunæ 10. *Januarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Creditor volens contra tertium ſatisfieri de ſuo credito, licet iſtius creditorum concurſus efformatus fuiſſet, non tenetur pecunias recipere cum cautione: dum liberè ſatisfieri poteſt mediante aſſociatione. Ubi defecit concurſus creditorum, & debitoris decoctio regulariter cautio præſtanda non eſt.
Habes in hac cauſa ſupra deciſiones 132 & 151.

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 14. *Ianuarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Trebellianicæ detractio prohibita cenſentur, quando integram hæreditatis reſtitutionem demandavit teſtator. Legitima detrahi non poteſt, quando pupillariter facta fuit ſubſtitutio ab habente ſub patria poteſtate: ſecùs ſi fiat ab avia, quæ in poteſtate non habet: quia tunc detrahi poteſt, & integra liberè debetur; neque in eam imputari poſſunt legata, quando non ex propria perſona legatarius, ſed ex alterius, cui dicta legitima debebatur, expoſtulat. Expenſæ funerum, & ultimæ infirmitatis quibuſcumque creditoribus præferuntur.
Adeſt infra dec. 303. 251

Camerinen. Aſſociationis.
Lunæ 17. *Januarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Aſſociatio ex juribus dotis maternæ, ſtante clauſula conſtituti, denegari nequit uni ex ejus hæredibus ab aliis ejuſdem cohæredibus ſub prætextu, quod tale prædium à matre poſſeſſum ad eos non parvenerit: cum illud ob eorum debita deliberatum fuiſſe conſtat; ex quo poſſeſſio, & hæreditatis maternæ in iſtis agnitio demonſtratur. Neque mater jam de dote ſatisfacta præſumitur, niſi tot bona ad eam perveniſſe doceatur, ex quibus commodè potuerit ſatisfieri: & demum allegari non poteſt retentio jure debitorum doti anteriorum ab eis dimiſſorum, quotiès illa ſunt illiquida, & altiorem requirunt indaginem. 252

Fulginaten. laudi, ſeu diviſionis.
Lunæ 17. *Januarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Diviſio paternorum bonorum ab arbitris inter fratres conſanguineos facta non ſuſtinetur; niſi illi à communi calculo priùs bona materna ſeparaverint, eamque integraliter fecerint de omnibus paternis bonis, quæ etiam commodam diviſionem non patiuntur, aſſignando tali caſu alteri corpus cum compenſatione aliis facienda: neque à partibus approbata cenſetur quoad ſtabilia, ſi aliam ſeparatam mobilium acceptaverint: aut ex eo, quod poſtquam reclamaverint, & à Judice œconomum apponi obtinuerint, tamen fructus perceperint: quia hoc ad propriorum jurium tuitionem, non ad diviſionis approbationem eſt refereudum. 256

Vicen. Scribaniarum ſuper declaratoria;
Veneris 21. *Januarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Habes infra dec. 200., & ſupra dec. 22. 31. 32. quæ curſim repetuntur. 255

Gerunden. Fundationum.
Lunæ 24. *Januarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Ad Capitulum cum Epiſcopo promiſcuam adminiſtrationem, & Eccleſiæ juriſdictionem habens ſpectat (niſi irrationabiliter diſſentiat) jus admittendi fundationes miſſarum, & anniverſariorum: abſque eo quod Epiſcopus, & dignitates, etiam præminentiam habentes hoc facere poſſint, nec indè in nihilo divinus cultus, & fidelium libertas lædatur; ſed Epiſcopus ex ſe ſolo procedere poteſt in illis actibus, qui ex ſe tantum ſunt authorizabiles.
Adeſt in hac cauſa dec. 184. 256

Sypontina Canonicatus.
Veneris 28. *Januarii* 1701.
ARGUMENTVM.
Reſignatarius beneficii reſignationem nulliter obtinet; ſi in ea narraverit reſignantem habere aliunde vivere: quando revera non habet, & patrimonium ſacrum tempore conſequutionis ejuſdem beneficii, quod tunc reſignat; ad conſtituentes, ex pacto, fuit reverſum. Ubi quomodo reſignantem aliundè vivere non habere probetur. Poſſeſſio beneficii capta non præmiſſis, dum reſignans viveret, publicationibus ad formam Gregorianæ conſtitutionis, facit illam eſſe nullam, & beneficium cenſeri per mortem reſignantis vacatum. Et modus monſtratur quo publicationis ommiſſio convincatur. 258

Senogallien. Dotis.
Lunæ 14. *Februarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Examinatur quando vir, qui intra annum poſt mortem uxoris reſiduum dotis dotanti, vel hæ-

hæredibus reſtituere ex ſtatuti diſpoſitione tenetur ſub pœna amittendi lucrum: ex creditoris dilatione a mora contrahenda liberetur. Et quam ratam ex ſuo lucro in expenſas funeris uxoris debeat contribuere.
Adeſt in hac cauſa infra dec.209. 260

Nullius, ſeu terræ Pontiani cenſus.
Lunæ 21. *Februarii* 1702.
ARGVMENTVM.
Magiſtratus majores tantùm durante officio in jus vocari nequeunt. Ad materiam *cautelæ Soccini conſ.* 122. *lib.* 1. latè examinatur quando illa, licet non expreſſa, tacita tamen ſufficere valeat, necne, ad hoc ut legitima gravari poſſit onere fideicommiſſi: & quid requiratur, ut filius hæreditatem adeundo hoc onus acceptaſſe dicendum ſit. Et demùm quando illius detractio ex ommiſſione inventarii, & alienationibus ſatisfacta, nec ne cenſeri debeat. Adeſt infra brevis deciſ. 174. 261

Barchinonen. beneficii.
Veneris 25. *Februarii* 1701.
ARGVMENTVM.
Viduæ ex conſtitutione Cathaloniæ habenti tenutam, ſeu poſſeſſionem ſuper omnibus bonis, & juribus defuncti, ad effectum aſſecurationis ſuæ dotis, non competit exercitium juriſpatronatus, quod ad virum pervenerat ex fideicommiſſo ad alios deſcendentes tranſitorio: ſed illud ſpectat ad vocatos: & dictam tenutam in bonis fideicommiſſo ſubiectis non procedere declaratur. 265

Leodien. Iuriſdictionis ſuper attentatis.
Lunæ 7. *Martii* 1701.
ARGVMENTVM.
Attentatis per deſertionem litis renunciatum dicitur. Actus facti poſt præſentatam inhibitionem, ea non reproducta, non ſunt attentati. Neque attentata cadunt, aut ſunt purganda in eo, qui poſſeſſionem continuat, vel cum de non jure petentis conſtat. Sequeſtrum à Judice appoſitum, revocatur per viam nullitatis, & in gradu appellationis, non autem per viam purgationis attentatorum.
In hac cauſa adeſt infra dec.176. 266

Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſileriis.
Veneris 15. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Appellatione deſcendentium familiæ, & lineæ quando veniant maſculi ex fœminis; & quando ex primarum dotatarum excluſione, non dotatarum deſcendentes repulſi à fideicommiſſo non dicantur, & proemialis pars quomodo à diſpoſitiva concilietur, & interpretationem accipiat optimè perpenditur. 268

Piſana bonorum, ſuper attentatis.
Veneris 15. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Habet in Summario. 271

Nullius, ſeu Terræ Pontiani cenſus.
Ven. 15. *Aprilis* 1701.
ARGUMENTUM.
Vide in Summario.
In hac cauſa eſt ſuperior dec.169. 272

Piſauren. Hæreditatis, ſuper Expenſis.
Lunæ 18. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Eſt ipſum Summarium. 272

Leodien Iuriſdictionis, ſuper remiſſoriis, & compulſoria.
Veneris 22. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Cauſa juriſdictionis tam plenariæ, quàm in certis, & determinatis operibus inter Epiſcopum, & Abbatiſſam habetur pro profana, & quomodò remiſſoria Abbatiſſæ, ad dictam juriſdictionem, vel plenariam, vel ſaltem in ſpecie probandam non ſit deneganda: quod etiam diſſeritur de compulſoria concedenda, & de eius requiſitis.
In hac cauſa eſt ſupra dec.171. 273

Peruſina Fideicommiſſi.
Lun. 25. *Aprilis* 1701.
ARGUMENTUM.
Immiſſio ad prædium, quæ in deciſionibus decreta fuit fideicommiſſario in parte vigore L. *finalis Cod. de edict. Div. Adrian. Tollen.*, ex eo quod eſſet pro illa fideicommiſſarium, in alia ex remedio utilis Salviani interdicti creditori hæredis gravati alienantis, ſi in ſententia integraliter vigore *Leg. fin.* concedatur, ea eſt nulla; nec interpretationem recipit à deciſionibus; cum monitorium, & prior ſententia; quæ confirmatur ab iſta Rotali, ſunt vigore *L. fin.*, & incidenter quando immiſſio ex remedio Salviani fructus reficiendi ſint, vel à die motæ litis, vel latæ ſententiæ.
In hac cauſa adſunt infra Dec.197., & 226. & ſuper expenſis tom. ſeq. 274

Melivetana, ſeu Neritonen. Commendæ
Lunæ 25. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Smutitio commendæ Religionis Hieroſolymitanæ facta in titulum cambimenti in eodem actu fieri poteſt in titulum recuperationis ſine nova, & ſpeciali intimatione: quod procedit etiam in commendis reſignatis ab Equitibus, quia ſtatuta non adverſantur, & obſervantia hoc comprobat. 276

Dertuſen. Beneficii.
Veneris 29. *Aprilis* 1701.
ARGVMENTVM.
Quænam pactiones, cum quibus perſonis, & de quo tempore probandæ ſint, ad hoc ut beneficium ſimoniacè reſignatum dici debeat, & ille, qui iſtud, ſub tali narrativa impetravit, conſequi valeat: & quando reſignatarius poſſidens regulis de annali, & triennali adverſus impetrantem inniti poſsit. 277

Firmana Dotis.
Lunæ 2. *Maii* 1701.
ARGVMENTVM.
Status hæreditarius quomodo per dicta teſtium conſtitui poſſit. Frater qui paternæ hæredi-

tati renunciavit, & ſoror à ſtatuto, ſola ſervata dote, excluſa nequeunt inofficioſam accuſare dotem à communi patre alteri ſorori conſtitutam. Conſtituens dotem reſervata facultate ejus ratam cum bonis perſolvere, ſi intra convenia tempora non impleat, vel creditor, poſt mandatum ad factum, obtinuit exequutivum pro pretio, illud ſolvere compellitur. Fructus dotales, a muliere intentata lite ſuper dotis reſtitutione, ejus hæredibus debentur.

Confirmatur infra deciſ. 210. 279

Romana Fideicommiſſi de Avila, ſuper Fructibus & Expenſis.

Veneris 6. *Maii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Præbetur à Summario. 281

Recinaten. Beneficii,

Lun. 9. *Maii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Donatio jurispatronatus ex eo tempore jus hæredibus donantis aufert, quo ordinarii acceſſit aſſenſus. Jus præſentandi ſpectans ad Collegium, ſi illius major pars nolit ad præſentandi electionem devenire, minor pars incaſſum facit: nam uti ſinguli nominationem explere cenſentur; juxta opinionem *Panormit.*, quæ tamen declaratur procedere, vel quando non legitimè congregatio eſt congregata, vel quia non adſit finis termini ad præſentandum; in quibus caſibus cùm nulla ſit prima nominatio, legitimè ad aliam deveniunt patroni, etiam in jurepatronatu eccleſiaſtico. Et in dictis circumſtantiis procedit opinio *Butrii*, quæ etiam locum habet cum duæ ex tribus partibus congregatorum ad nominationem devenit; juxta optimam diſtinctionem *Lotterii*. 282

Romana Caſtri Porciliani ſuper Reſervatis.

Veneris 13. *Maii* 1701.

A R G U M E N T U M.

Prælationem obtinens in prædio contra illius emptorem à die liberi depoſiti pretii fructus repetit. Extantes verò quomodo, & cum qua ſingulorum diſtinctione veniant inter ipſum, & emptorem dividendi pro rata temporis poſſeſſionis, & quomodo illud computari debeat latè diſtinguitur.

Confirmatur infra deciſ. 201., & adeſt in hac cauſa ſupra dec. 111. 284

Gerunden. Fundationum.

Veneris 3. *Junii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Habes in ſuperiori deciſione 166., cujus hæc eſt confirmatoria. 287

Romana vineæ.

Lunæ 16. *Junii* 1701.

A R G U M E N T U M.

In deliberatione facta ſecundo, & majori oblatori, citatio eſt facienda præcedenti oblatori ſub pæna nullitatis ex *Conſtitutione Pauli V* la 71.: quod non procedit, ſi ille prior, vel ſcientiam deliberationis habuit, vel deliberatio facta ſit in depoſitaria Urbana, vel quando non eſt facta in continuationem eorumdem edictorum, & mandati; ſed vigore aliorum edictorum; & mandatorum poſtmodum obtentorum. Obtinens bonorum debitoris ſubhaſtationem, & deliberationem, ea ſequuta totum jus, & hypothecas a quocumque ejus credito provenientes ſuper eo fundo remiſiſſe cenſetur. Immiſſo non debetur vigore cenſus, cujus creditum dubitari poteſt an fuerit extinctum. 289

Romana Fideicommiſſi Proſperi Senioris de Caſſarellis.

Veneris 10. *Iunii* 1701.

A R G U M E N T U M.

Habes ſupra dec. 89, quæ confirmatur.

Et in hac cauſa adſunt omnes dec. ibidem adnotatæ. 291

Romana Fideicommiſſi Proſperi Senioris de Caſſarellis, ſuper Cautela Angeli.

Veneris 10. *Iunii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Habes ſupra deciſione 90., quæ cofirmatur. 295

Romana Fideicommiſſi Joannis Petri Senioris de Caſſarellis.

Lun. 13. *Iunii* 1701.

A R G U M E N T U M.

Ineſt ſupra deciſione 91., quæ confirmatur. 296

Romana Fideicommiſſi Joannis Petri Senioris de Caſſarellis, ſuper Cautela Angeli.

Lun. 13. *Junii* 1701.

A R G U M E N T U M.

Datur à Summario.

Adeſt dec. 62. 299

Romana Immiſsionis.

Veneris 17. *Junii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Habes in ſuperiori dec. 17. 299

Reatina Juriſdictionis.

Lunæ 20. *Iunii* 1701.

A R G V M E N T V M.

Venditio caſtri cum juriſdictione quomodo per actus juriſdictionales factos ab emptore probatur; adeout excludant alios clam factos à vendente, & translationem juriſdictionis ab eodē in aliud Caſtrū prætenſā, ad effectum, ut emptori manutentio concedatur; & quando beneplacitum Apoſtolicum interveniſſe in tali venditione neceſſe ſit probare. 300

Romana Litterarum Cambii.

Lun. 20. *Iunii* 1701.

A R G U M E N T V M.

Literis Cambii acceptatis; cum clauſula - *S. P.* ideſt *ſopra preteſto* -; nequit acceptans agere contra girantem, ſed ſolum contra ſcribentem pro ſatisfactione; quamvis poſtea acceptationem qualificet cum hoc, quod ſolvat in honorem girantis; quia hoc facere nequit. Et quando, & quę atteſtationes mercatorum ſuper tali conſuetudine admittantur nec ne? 302

Co-

Colonien. domus.

Mercurii 22. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Poſt reſignantionem canonicatus, in alterum reſignans transferre non poteſt ipſius canonicatus jura, quæ ſtatim in reſignatarium tranſeunt. Cannonicatus quando dicatur vacans, necne quando reſignans inveniat alterum cannonicatum ſibi reſignatum eſſe litigioſum, ideoque ad primum regredi maluit? 303

Romana Cambii.

Mercurii 22. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Creditores fratris priuſquam ille alterius fratris debitis gravati hæreditatem adiverit, poſſint pro ſuis creditis accipere loca montium primi, quæ fuerant vinculata pro cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, abſque eo quod prætendi poſſit retentio ab eo, qui ſecundi fratris debita dimiſit, licet in tempore priùs contracta: nam illa, reſpectu bonorum fratris, qui hæres alterius fratris fuit; anterioritatem metiuntur ſolum à die illius aditionis. 305

Spoletana Dotis.

Lun. 27. Iunii 1701.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur, habes in Summario. 306

Romana, ſeu Nepeſina Affictus.

Lun. 27. Iunii 1701.

ARGUMENTUM.

Primus affictua initus cum pacto, quod finito triennio, niſi præmiſſa fuerit renovatio, cenſetur continuatus, quomodo extinctus non cenſeatur, ſi fuerit alteri à Domino, finito triennio, locatus, cui fuit data facultas incipiendi longè poſt, & ea ipſe uſus fuerit: & tunc primus conductor penſionem uſque quo novus affictuarius affictum non inceperit, ſolvere tenetur. 308

Peruſina Fideicommiſſi.

Ven. 1. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 177. quæ confirmatur, & in hac quoque additur immiſſio in Salviano ob alienatione, fideicommiſſi, non obſtantibus prætenſis detractionibus. Adeſt infra dec. 266. in qua hæc partim ſuſpenditur. Et ſuper expenſis tom. ſequen. 309

Senogallien. Cenſus.

Vener. 1. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario. 311

Romana Aſſociationis, ſeu cenſus.

Veneris 1. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Cenſus impoſitus ſuper bonis alienari prohibitis abſque licentia Principis ſuſtinetur, ſi ſint elapſi ſeptuaginta anni, in quibus cenſus fuit obſervatus, nec à Principe intentata caducitas. Et ſuſtinetur etiam ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quando creatus fuit ab habente facultatem alienandi pro dimittendis debitis fideicommiſſi. Retentio allegari non valet pro ſolutione, in qua recipiens proteſtatus fuit, uti non poſſe juribus ceſſis contra ipſum neque in concurſu, neque ex credito poſteriori, neque pro melioramentis non liquidatis.

Hæc dec confirmatur infra dec. 203. 313

Vicen. Scribaniarum, ſuper Declaratoria.

Lun. 4. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

In hac cauſa ſunt deciſione 22. 31. 32. & 265. 314

Romana Caſtri Porcilliani, ſuper Reſervatis.

Ven. 10. Decembrit 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 183., quæ hic confirmatur. 314

Peruſina Pecuniaria.

Lunæ 5. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Mulier major neceſſe non habet ſolemnitates adhibere de iure in contractibus, ubi ſtatutum contrarium non diſponit, præſertim neceſſariis. In donatione iuramento munita, aut non verè tali non ſunt ſervandæ ſolemnitates *L. Donatio 25. C. de donat.* Numeri in libris ex quibus ratio reddita fuit, immutati non cenſentur ab eo, qui potuit ad libitum partitas non deſcribere antea, vel poſt redditam rationem apud ſe non habuit, præſertim ſi ultimus numerus productus integer, & non corruptus appareat.

Confirmatur infra dec. 223. 317

Romana Aſſociationis, ſeu Cenſus.

Lun. 12. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 199., quæ hic confirmatur. 318

Romana vineæ, ſeu horti.

Veneris 10. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 77. & 134., quæ confirmatur. 32[illegible]

Tiraſonen. Prioratus ſuper declaratoria.

Veneris 13. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Habea in Summario. 321

Lycien. Capellaniæ.

Lunæ 16. Ianuarii 1702.

ARGUMENTUM.

Habens idem cognomen non ideo venit ſub nomine conſanguineorum fundatoris, quibus juſpatronatus paſſivum ad Capellaniam fuerat relictum, cui quamvis Sacerdoti præfertur Clericus de conſanguineitate. Nec ab excluſione conſanguinitatis in jurepatronatus activo inferri poteſt ad paſſivum, ubi ſatis clarè, & nonniſi cum inſtantanea correctione, eadem volita eſt. 321

Maceraten. Contributionis.

Lunæ 20. Ianuarii 1702.

ARGUMENTUM.

Obligatio dotandi fœminas inita in dotatione cum obligatione Camerali extenſa tam ad be-

Digitized by Google

bona donata in primogenituræ cauſam, quam cætera donantis poſtea fideicommiſſo ſuppoſita. facit, quod primogenitura, & fideicommiſſum teneantur, & in dotandis puellis nubentibus, & alendis innuptis, etiam ſi fideicommiſſum everteretur; nam ex Camerali obligatione puellæ jus anterius fideicommiſſo habetur.

Confirmatur infra dec. 228. 322

Romana prætenſæ Reintegrationis.

Lun. 23. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Propoſitum Eccleſiam ampliandi narratum Papæ ab Univerſitate ad effectum eamdem Eccleſiam obtinendi, non inducit ejus obligationem: ſi ſtet per modum ſimplicis deſiderii in narrativa, et cum inter onera à Papa impoſita in enunciativa non legatur. Rectoris non Vniverſitatis damno cedit diminutio reddituum ab initio eidem aſſignatorum (dummodo ab initio talia fuerint, quæ fuerant expreſſa, ne gratia ſit inefficax) quando Pontifex bona Eccleſiæ ad Vniverſitatem liberè voluit devenire, cui libertati hoc onus adverſeretur. 324

Senogallien. Dotis.

Lun. 16. *Ianuarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Dat ſuperior Deciſio 168. hic confirmata. 326

Firmana Dotis.

Veneris 27. *Ianuarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 180. quæ confirmatur. 327

Romana Cambiorum.

Lunæ 30. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Credita, & debita poſt ſententiam contracta, in qua compenſatio hinc indè facta dicitur, in illa non comprehenduntur. Creditor ex bonorum in adminiſtrationem ſibi aſſignatorum fructibus ſatisfactus non præſumitur; cum in adminiſtratione una cum alio electus, alius & non iſte in eadem ſe ingeſſit.

Confirmatur inſra dec. 233. Et in hac cauſa eſt quoque dec. 284. 330

Romana Locorum Montium.

Lunæ 30. *Januarii* 1072.

ARGUMENTUM.

Loca Montium fideicommiſſaria, quæ cum inſertione ejuſdem vinculi, & minori pretio vendita ſunt à gravato, pro eius tantùm iure vitalitio ceſſa videntur: cui contractui quamvis acceſſerit hæres gravatus pro evictione ſe quoque obligans; quomodo iſta ſint intelligenda optime agitur.

Confirmatur inſra dec. 242. & adeſt alia tom. 2. 331

Romana Aſſociationis.

Veneris 3. *Februarii* 1702.

ARGVMENTVM.

Mulier etiam extranea major ſine ſolemnitatitibus Statuti Vrbis poteſt pro patrimonio ſacro donare, ſicut pro dote profana, & iſta propter ejus excellentiam cauſa finalis dicitur, licèt enumerentur donatarii merita. Procuratori, & medico: quando donatio facta non valeat; & ſi donantis inopia inſit; hæc non ſatis eſt donationem reſcindere; ſed tribuit ſolùm actionem pro alimentorum conſecutione.

Confirmatur infra dec 296. 334

Spoletana Fideicommiſſi.

Lunæ 6. *Februarii* 1702.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia ad effectum filiationis, & ſucceſſionis, quomodo ex fidibus baptiſmatis, depoſitionibus teſtium, & Teſtamento ſatis probetur, & quomodo identitas in antiquis. Legitimę detractio non debetur cum eſt ſervata cautela Soccini Jun., vel omiſſa fuit inventarii confectio, & copulativè concurrunt aliæ rationes.

Confirmatur inſra dec. 229. 336

Pacen. Decimarum.

Vener 10. *Februarii* 1702.

ARGVMENTVM.

Latè agitur quando monialibus competat exemptio à Decimis vigore Brevis Gregorii XIII., & quando laicę & Novitiæ non computentur cũ liquidantur introitus monaſterii, ad effectum inſpiciendi, an excedant congruam ſcut. 25. auri pro qualibet, & quomodo hæc liquidatio facienda, & appretiandum ſcutum auri, & an ad huiuſmodi effectum debeant numerari eleæmoſynæ, & quæ non computentur?

Confirmatur infra juxta modum deciſione 231 & 241. 338

Reatina Fideicommiſſi de Sempiternis, ſuper Fructibus.

Veneris 17. *Februarii* 1702.

ARGVMENTVM.

Fructus percepti ab injuſto occupatore rerũ fideicommiſſariarum à die motæ litis mortuo pendente lite hærede gravato actore, an ejus hæredibus, vel ulteriori vocato debeantur, vel ille retinere poſſit ex juribus reintegrationum debitarum à dicto gravato. Defectus Inventarii, & alienationes eumdem de ſuo eredito ſatisfactum præſumere faciunt?

Adeſt infrà dec. 227. & 276. 340

Lauretana Fideicommiſſi.

Lunæ 6. *Martii* 1702.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio ordinata in caſu obitus utriuſque hæredis ſine filiis expirat, ſi alter filios habet ad *conſ.* 21. *Oldradi*, & contrariæ conjecturæ, præſertim non extante conſideratione agnationis, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, reiiciuntur.

Confirmatur inſra dec. 243. 242

Palentina Juris viſitandi ſuper negocio principali.

Veneris 10. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Receditur à ſuperius deciſis in deciſione 152. circa viſitationem Epiſcopo competentem Hospitalis Religioſorum curæ commiſſi, ſub motivo, quod ibidem non degerent duo

duodecim Religioſi, juxta conſtitutiones Apoſtolicas. Et hæc non exiſtentia duodecim Religioſorum comprobatur ſimul conſiderando teſtium depoſitiones, redditus, & amplitudinem conventus, & ſtatum antiquum: & numerus quamvis accidentaliter poſtea fuerit accitus ad colludendum Epiſcopo nihil prodeſt ſine licentia ſacræ Congregationis Epiſcoporum. Minorum Conventualium verò conventus ab Epiſcopi viſitatione ſunt exempti, ſi ibidem ſex Religioſi commorentur. 343

Palentina Juris viſitandi ſuper manutentione.

Veneris 10. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

Receditur in parte à ſuperius deciſis deciſ. 153. 345

Romana Cenſuum, & Cambiorum.

Veneris 17. *Martii* 1702.

ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſione 93., quæ hic confirmatur.

In hac cauſa adſunt omnes dec. notatæ ſupra dec.89. 346

Melevitana Commendæ.

Veneris 17. *Martii* 1702.

ARGVMENTVM.

Aſſumptus ad Epiſcopatum commendas Sacræ Religionis Meliten. retinere nequit, & ex natura earumdem commendarum, quæ dantur revera in titulum, & quomodò eveniat declaratur, & ex Sacri Concilii Tridentini, & ex conſtitutione Gregorii XIII. Contraria obſervantia ex impetratione Apoſtolicorum indultorum eliditur. 353

Fulginaten. diviſionis.

Lunæ 20. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſum in caſu, quo expiratum voluit teſtator, non poteſt prorogari per contemplationem agnationis, prohibitionem alienationis, & verba perpetuitatem indicantia, quando iſta non ſtant indefinitè, ſed reſtrictivè, neque ex ſeparata oratione, ſed reſtrictivè, neque ex ſubintelligentia conditionis *ſi ſine filiis* in alia oratione, & caſu a transverſali appoſita: & demum non ideò non expiravit, quod poſſidens de prætenſis bonis fideicommiſſariis per Teſtamentum non diſpoſuerit.

In hac eadem cauſa ſuper prima parte dubii adeſt ſupra dec.164. 355

Peruſina Pecuniaria.

Veneris 24. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Multa tractantur ſuper redditione rationis inter conſocios, & de legalitate librorum ad eundem effectum, & quando aſſignatio nominum debitorum propter eorum inexigibilitatem ſit læſiva, & quomodo, & à quo inexigibilitas probetur.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec.202. 358

Melevitana ſucceſſionis.

Lunæ 27. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Promiſſio à viro facta, quod mulier correſpectivè ad dotem ſuo patri dotanti renunciationem eſſet emiſſura, ipſi mulieri abſenti non obeſt, & etiam ſi illa verè renunciaſſet, dummodò abſque juramento id fecerit, poteſt ad patris renunciatarii bona unà cum fratribus, collata tamen dote, ſuccedere. Nullatenùs attento quod dos legitimæ congrueret. Cui juris regulæ non contrariatur conſtitutio Siciliæ, & ſimiles, cùm agitur de ſucceſſione in hæreditate Clerici. 360

Illerden. diſtributionum ſuper redditione rationis.

Veneris 31. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Capitulum adminiſtrans maſſam ipſi communem, de qua etiam participant Beneficiati, eiſdem, præter redditionem rationis, quam ex præſcripto Sac. Concilii Tridentini Epiſcopo facit, independenter aliam quoque facere tenentur, abſque eo quod præſcriptio ſuffragetur. 362

Peruſina Fideicommiſſi.

Lunæ 3. *Aprilis* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 177. & 197 quæ in parte reſpiciente immiſſionem in vim *L. fin.* confirmantur: in altera circa immiſſionem in vim nullis ſalviani interdicti ſuſpenduntur. Et ſuper expenſis tom. ſequenti. 363

Reatina Fideicommiſſi de Sempiternis ſuper Fructibus.

Lunæ 15. *Maii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori Deciſ 26. quæ confirmatur.

Adeſt in hac cauſa infra dec 276. 366

Maceraten. Contributionis.

Mercurii 14. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

Accipe à ſuperiori deciſ. 207. quæ hic confirmatur. 367

Spoletana Fideicommiſſi.

Lunæ 19. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 214., quæ hic confirmatur: Addito ulterius, quod conſtitutioni aſſignanti certam quantitatem dotis fœminis deſcendentibus, cui teſtator ſe conformare voluit, non præſumitur per lapſum temporis derogatum: præſertim ſi idem teſtator dotem minorem propriis filiabus aſſignavit. Nec eſſe inobſervatam, niſi contrarium legitimè probetur. 369

Pampilonen. Matrimonii.

Veneris 23. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

Sponſalia de futuro, ſponſo promittente ſe non accepturum aliam uxorem, & mutua datione manuum, & annuli ſponſa tacitè conſenſum demonſtrante, quæ poſtea corrumpi eſt paſſa, ſunt probata, ad hoc ut ad matrimonium ratiſ ſit devenlendũ, nec ſufficiat oblatio dotis. 371

Pacen. Decimarum.

Lunæ 26 Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 215., quæ confirmatur: revocatur autem in ea parte, in qua dixerat moniales laicas non eſſe reputandas uti veras religioſas, ad effectum fruendi aſſignatione viginti quinque aureorum pro qualibet ab omni onere liberorum ex Gregoriana Conſtitutione: ubi declaratur eſſe verè moniales illas laicas dictas, quæ tribus votis, & clauſtrali reſidentiæ ſe coarctarunt; valoremque ducatorum, recedendo in hac quoque parte a deciſis, firmat eſſe valutandum de tempore ſolutionis, non autem conſtitutionis, & hujus rei motiva expendit. Adeſt infra d. 241. 373

Sorana diviſionis.

Lunæ 26. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo bona inter fratres ſint dividenda explicatur. 374

Romana Cambiorum.

Mercurii 28. Iunii 1702.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori deciſione 211. quæ confirmatur. Et in hac cauſa adeſt quoque deciſ. 284. 376

Nucerina Bonorum.

Mercurii 28. Iunii 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo Dominus directus probare debeat dominium, & identitatem bonorum emphyteuticorum, ad hoc ut defecta linea inveſtitorum, habeat ſuper eiſdem manutentionem, & ex ejus juribus novus Inveſtitus. Adeſt ſuper hiſcemet bonis, de quibus agitur in hac dec. ſuperior dec. 98. 377

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 3. Iulii 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo cognoſcatur, an quis ſit Comitatenſis? qui Bononiæ etiamſi minores, in Civitate, vel extra ſine ſolemnitatibus poſſunt ſe validè obligare: quod idem accidit de notariis. Fidejuſſio Bononiæ habet ſubintellectam clauſulam *in ſolidum*. 378

Roſſanen. juris prohibendi.

Lunæ 3. Julii 1702.

ARGUMENTUM.

Confraternitas ejuſdem nominis, & inſtituti poſterior in eodem loco poteſt exercitio ab antiquiore privari ex Clementis VIII. conſtitutione.

Adeſt in hac cauſa ſupra dec. 135. 379

Illerden. vigeſimæ, ſeu Salarii.

Veneris 24. Novembris 1702.

ARGVMENTVM.

Diſputatur quando ex vigeſima aſſignata Capitulo loco ſalarii antea ſoliti pro ſuperintendentia adminiſtrationis, in qua principale habet intereſſe, & de qua rationem reddit Epiſcopo; debeatur eidem integra, & pro aliis inferioribus miniſtris, à quibus Capitulum rationes exigit, alia ſint detrahenda ſalaria aliunde, vel potius ex dicta vigeſima, adeoùt una, vel plures adminiſtrationes cenſeantur: potiſſimùm ſtante longa conſuetudine, cujus ſcientia in intereſſe habentibus præſumitur, quin ex eorum informibus atteſtationibus confundatur. 380

Segobien. Canonicatus ſuper attentatis.

Mercurii 6. Decembris 1702.

ARGVMENTVM.

Acta facta poſt interpoſitam appellationem ſunt nulla, & poſſeſſio Beneficii attentatè capta circumſcribitur appoſito Æconomo. 383

Pampilonen. Præeminentiarum.

Lunæ 11. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Præcedentia retinendi ſcamnum à laicis nobilibus in gradibus capellæ majoris, aliaque in Eccleſia honorifica habendi quomodò rituali Romano, Clementis VIII. conſtitutioni, ſacerdotalique decori non adverſentur, & ex poſſeſſione comprobentur: præſertim in Regno Navarræ in decorem præcipuè nobilis familiæ Garziæ, de qua hic agitur. 385

Pampilonen. Præeminentiarum ſuper Remiſſoria.

Lunæ 11. Decembris 1702.

ARGVMENTUM.

Latè adducuntur rationes quando ſecunda remiſſoria in tertia inſtantia denegari deberet; quod non procedere deciditur in cauſa profana, ubi ſola relevantia dubietas ſufficit ut concedatur, ſine tamen retardatione. 387

Pacen. Decimarum.

Veneris 15. Decembris 1702.

ARGVMENTVM.

Habes ſuper deciſ. 215. & 231. 388

Romana Locorum Montium.

Veneris 12. Januarii 1703.

ARGVMENTVM.

Habes ex ſuperiori deciſione 212. quæ hic confirmatur. 390

Lauretana Fideicommiſſi.

Lunæ 15. Januarii 1703.

ARGVMENTVM.

Habes in ſuperiori dec. 217. quæ confirmatur, 392

Fulginaten. Fructuum.

Veneris 19. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Tutor non inveſtiens legatum dotis pecuniarium pupillæ relictum, ad damna non tenetur, quia eidem utilius eſt dotem in pecunia habere ad effectum facilius inveniendi virum. Neque debentur fructus legati dotis, quod ſucceſſit loco legitimæ, quando puella à patris heredibus alimenta percepit, ſed eis acquiruntur etiamſi ſuperſint, & ſi deficiant, peti nequeunt. 393

Romana Fideicommiſſi de Matthæis.

Veneris 26. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Magiſtraliter deciditur, quod filii primi gradus niſi ſint etiam primo loco hæredes inſtituti tenentur imputare fructus in trebellianicam; ad *Text. in L. Jubemus C. ad S. C. Trebell.*

Con-

Conjecturæ ad cognoſcendum inveſtimentum non taxativè favore primi hæredis, ſed demonſtrativè, favore ſcilicet omnium vocatorum fuiſſe demandatum, expenduntur. Et quando teſtamentum, licèt refertum marginalibus apoſtillis diverſi caracteris, neque à teſtatore, neque à notario approbatis, pro legali ſit reputandum. 395

Majoricen. Beneficii.

Ven. 26. *Ianuarii* 1703.

ARGUMENTUM.

In jure patronatus paſſivo regula ab activo deſumitur, præſertim ſi ita à primo hærede ſit obſervatum. 399

Compoſtellana Parochialis.

Lunæ 29. *Ianuarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Quando ex lite inter patronos ſuper Iurepatronatu parochialis, fiat, ut non obſtante protractione concurſus, & nominationis intrà legitima tempora devolutio ad Sanctam Sedem impediatur. Ius patronatus ad Capitulum ſpectans, & pro eo ad Canonicum certæ tenuiæ ſtictuarium, eo ante vacationem defuncto, ad ejus hæredes non pertinet. 401

Tudertina Fideicommiſſi.

Mercurii 31. *Ianuarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Filius natus octo menſes poſt contractum matrimonium legitimus habetur. Nec contrarium convincitur ex teſtibus de auditu, & ad perpetuam; neque ex epiſtola patris, qui tamen poſtea in actu magis ſerio eundem pro legitimo agnovit.

Adeſt in hac cauſa infra dec. 286. & 289. 403

Reatina Fideicommiſſi de Ciavellonibus.

Lunæ 12. *Februarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Dos ex fideicomiſſo non niſi in ſubſidium detrahitur, neque pro ea actio datur, quando obſtat heredibus eam pretendentibus exceptio cedendarum, ob ceſſionem jurium ab eorum auctore dotis creditore facta favore ementis rem libere ſpectantem ad fideicommiſſum debitoris ejuſdem dotis: cætera habes infra.

Habes in hac cauſa dec. 28. 315. & 339. 404

Romana Canonum.

Veneris 9. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Reductioni canonum ad hoc ut locus ſit, quænam læſio ſit probanda, & à quibus excludatur latè perpenditur. 406

Barchinonen. Beneficii.

Veneris 16. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Subrogationis gratioſæ in defuncti juribus requiſita recenſentur. 408

Avenionen. Tranſactionis.

Veneris 16. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Ordinamentum in Legatione Avenionen. exiſtens, quod omnes publici extrajudiciales contractus in fine cujuſque folii à contrahentibus, Notario, & teſtibus ſubſcribantur, non extenditur ad contractus privatos; qui quomodo tales dignoſcantur latè perpenditur. Falſitas tranſactionis non arguitur ex apoſtillis in eadem inſertis, ſi eam impugnans illas approbavit, & pro ejus executione inſtetit; quamvis de falſitate Notarium accuſaverit, cùm tamen ab accuſatione receſſerit, & tranſactionem approbaverit. 408

Luceorien. Matrimonii.

Mercurii 21. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Non valet matrimonium cum diſſenſu, & metu à puella contractum; quamvis ex eo ſuſcepta ſit proles, & quomodo ad id metus iſte etiam ab amita incuſſus ſufficiens reputandus ſit?

Confirmatur infra dec. 310. 410

Bononien. Aſſociationis.

Veneris 23. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Hæres ſine inventario nequit impedire exequutionem ſuper hæreditate prætextu ſuorum jurium. Religioſus facta renunciatione omnium bonorum, ſi poſt emiſſam profeſſionem egreditur a religione, & ob ejus extinctionem redit ad poſſeſſionem bonorum, dicitur poſſidere uti hæres præmortuorum fratrum renunciatariorum, non vigore ſuorum jurium, ne præjudicet eorum creditoribus. 412

Barchinonen. Beneficii.

Lunæ 26. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Tempus ad præſentandum, & ad petendum inſtitutionem an, & quando incipiat currere? & agitur de impedimentis curſus illius. Beneficium cuinam adjudicandum in concurſu cum proviſo Apoſtolico? 414

Avenionen. Fideicommiſſi de Ninis.

Veneris 20. *Aprilis* 1703.

ARGUMENTUM.

Immiſſio datur proximioribus agnatis teſtatoris, quando nominatio hæredis non habuit effectum, vel nominatus ante apertam ſucceſſionem deceſſit: vel etiam ſi extitiſſet, ex conjecturata mente teſtatoris, ſubſtituti quinam alii ſint cognoſcitur. 415

Piſauren. Fideicommiſſorum.

Lunæ 13. *Aprilis* 1703.

ARGUMENTUM.

Vigore renunciationis factæ à moniali favore fratrum ſtipulantium pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quamvis contineat favorem agnationis, adhuc hæreditas tranſmittitur ad extraneos hæredes renunciatarii, vivente ipſa renunciante. Immiſſio datur proximioribus ad bona fideicommiſſaria, excluſis remotioribus de linea contentiva.

Confirmatur infra dec. 293. 417

Conſtantien. Decimarum.

Veneris 27. *Aprilis* 1703.

ARGUMENTUM.

Decimæ perſonales de jure debentur Paroco, miniſtranti ſacramenta, & prædiales debentur Eccleſiæ, intra cujus limites ſita ſunt prædia. Atteſtationes quænam attendenda ſint, habetur. 419

Ro.

Romana Caducitatis.

Lun. 30. *Aprilis* 1703.

ARGUMENTUM.

An, & quando incurratur caducitas nec ne? 420

Fanen. Immiſsionis.

Lunæ 7. *Maii* 1703.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum qui ſemel acceptavit non valet amplius impugnare. Renunciatio fertur ad ſolam cauſam inteſtati, aliis non ſpecificatis. Inſtitutio hæredis habetur per verbum -- *ſubſtituit* -- Quomodo diſtinguatur hæres uſufructuatius à proprietario? 421

Mediolanen. Capellaniæ.

Ven. 11. *Maii* 1703.

ARGUMENTUM.

Iuſtificatio litterarum Apoſtolicarum fit ab ultimo ſtatu beneficii, quando ab Inſtrumento publico, vel per rem judicatam clarè non probetur contrarium. Beneficium ſimplex eſſe præſumitur, & pro ſimplicitate ſtatur quando qualitas illius ſemper non fuit univoca.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec.75. 423

Romana Cenſus.

Lunæ 14. *Maii* 1703.

AGUMEMNTUM.

Actio eadem eſt contra fundum ſubrogatum, quæ prius erat contra illud, cui fuit ſubrogatum: & ad damna, & intereſſe quando oriatur ob inveſtimentum non tutum in cenſibus obligatio, & an producatur ex ſimplici conſenſu? 424

Imolen. Salviani ſuper Reintegratione.

Veneris 1. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Reintegratio ex defectu citationis non conceditur poſt lapſum quinquaginta annorum. Scientia ſupplet defectum citationis, & quomodò eadem probetur? 427

Reatina Reintegrationis.

Lunæ 4. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario. 428

Bononien. Fideicommiſſi de Bavoſiis.

Mercurii 6. *Junii* 1703.

ARGVMENTVM.

Acquiſitio pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus facta cenſetur, etiamſi adeſſet præceptum Teſtatoris de inveſtiendo, & à ſocietate ab eodem proveniente extinctus fuerit cenſus pro pretii parte ab acquirente accollatus, & uti communis in ſocialibus Libris ſit deſcripta; quando acquirens, & in Inſtrumento, & in aliis ſeriis actibus eam proprio nomine feciſſe declaravit. 429

Bononien. Fideicommiſsi de Bavoſiis ſuper Remiſſoria.

Mercurii 6. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Denegatur remiſſoria cum ſero petitur ad probandum cum libris ſocialibus contra publica inſtrumenta, præſertim quia ſuper illis non ſe fundavit Rota, nec inde contraria haberi poteſt probatio. 431

Romana Pecuniaria.

Lunæ 11. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Sententia Rotalis ritè, & validè profertur ſuper illis, quæ dependent à reſolutis in Deciſione, quamvis ibidem non ſpecificentur. Solutio in duriorem cauſam non cadit, quando provenit à præambula partium conventione, & de utriuſque partis voluntate conſtat, & quando pro unaquaque cauſa diverſa ſolita fuit fieri expreſsio. 431

Romana Pecuniaria ſuper exceſſu.

Lunæ 11. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Judicium validè fit citatis tunc creditoribus poſſidentibus, & non illo, qui jam fuerat ab eiſdem ſpoliatus. Exceſſus executionis excluditur, ſi fiat pro minori capitali illius, quod in mandatis continetur: & idem eſt de fructibus, quorum liquidatio, cum ſunt certi, vel agitur de fructibus civilibus, non neceſſe eſt quod præcedat. 433

Gerunden. Ferialis.

Ven. 15. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Dant ſuperiores deciſ. 115. & 154. quæ hic confirmantur. 435

Romana reſtitutionis Hæreditatis ſuper reſervatis.

Veneris 15. *Iunii* 1703.

ARGUMENTVM.

Animalia gregem conſtituentia unà cum fructibus à die motæ litis reſtitui debent. Secùs eſt de animalibus maſculis, quæ gregem non conſtituunt, & quæ poſt quadraginta annos demortua præſumuntur, & de illis, quæ ſub erroneo ſuppoſito fuerunt in inventario deſcripta clauſulis ſalutaribus munito.

Adſunt in hac cauſa ſuperiores deciſ. 14. 117. 142., & infra 294. 372. cum ibi notatis. 436

Neapolitana, ſeu Tricaricen juris redimendi.

Lunę 18. *Iunii* 1703.

ARGVMENTVM.

Quando non conſtat de ſcientia hæredis venditoris cum pacto redimendi illud non præſcribitur; præſertim concurrente modicitate pretii ad celebres theoricas *Hoſtienſis*, & *Jacobini à S Georgeo*. Scientia pacti redimendi quomodo excluditur, etiam ſi hæres in lite ſit citatus? Fructus eidem à poſſeſſore debentur à die intimationis facti depoſiti pro redimendo. 438

Valentina Beneficii.

Veneris 22. *Iunii* 1703

ARGUMENTUM.

Approbatio Ordinarii in donatione juriſpatronatus, quando fieri ex poſt poſſit, nec ne, ad illam convalidandam? & alia de quibus in Summario. 440

Uratislavien. Manutentionis.

Lunæ 25. *Iunii* 1703.

ARGUMENTUM.

Religioſus ad animarum curam ex præſentatione Abbatis etiam ab Epiſcopo Inſtitutus, poteſt ab Abbate ad Clauſtra revocari, & in hac quaſi poſſeſſione eſt manutenendus, præ-

Digitized by Google

præſertim ex privilegiis Præmonſtratenſium, & particularibus quoque Monaſterii S. Vincentii Uratiſlavien., de quo agitur; Epiſcopo tamen debetur manutentio in approbando Religioſos a ſuo Superiori ad curam deputatos, ex præſcripto S.C.T. 441

Romana Saiviani.
Lunæ 15. Junii 1703.
ARGUMENTUM
Hæres creditor ſive antea, ſive poſt hæreditatis non poſt creditum conſequi, niſi rationem reddiderit, præſertim ſi ſit actor. 444

Beneventana Beneficii.
Lunæ 25. Iunii 1703.
ARGUMENTUM.
Juſpatronatus annexum feudo remanet apud ejuſdem dominum, ſicum tali pacto feudum locavit. Promiſſio de vendendo ad certum tempus, venditio non eſt, neque dominium transfert. 445

Reatina Fideicommiſſi ſuper declaratoria.
Lunæ 25. Iunii 1703.
ARGUMENTUM.
Habes in Summario.
In hac cauſa ſunt ſuperiores deciſiones 216. 227. 447

Romana Fideicommiſſi de Palmeriis.
Mercurii 27. Iunii 1703.
ARGUMENTUM.
Hæres cujus qualitas hæreditaria probatur, inventarium non coficiens propria credita confundit cum hæreditate. 446

Leodien. Juriſdictionis.
Mercurii 27. Iunii 1703.
ARGVMENTVM.
Archidiano cum materia eſt adaptabilis conceditur manutentio in juriſdictione ſibi ab Epiſcopo reſervata contra alios eandem denegantes.
In hac cauſa adſunt quoque dec. 171. 776. & 279. 447

Leodien. Juriſdictionis ſuper Attentatis.
Mercurii 27. Iunii 1703.
ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

Wormatien. Canonicatus. 449
Mercurii 27. Iunii 1703.
ARGUMENTUM.
Patronus in caſu peremptionis dotis beneficii ab ipſo conſtitutæ ad illius ſupplementum non tenetur. 449

Ferrarien. Bonorum.
Lunæ 2. Iulii 1703.
ARGUMENTVM.
Agitur de nullitate dationis in ſolutũ receptæ à Tutore ex juribus creditoris ab ipſo dimiſſi qui repelli potuiſſet ex juribus anterioribus pupillorum, & pro nonnullis partitis inſubſiſtentibus, & non juſtificatis: quamvis fuerit ratificata à minoribus, ſine tamen ſolemnitatibus, & prævia proteſtatione. 450

Ferrarien. Bonorum ſuper manutentione.
Lunæ 2. Iulii 1703.
ARGUMENTVM.
Habes in Summario.
Adeſt infra deciſ. 344. cum aliis ibidem adnotandis. 452

Romana, ſeu Savonen. Succeſſionis ſuper reſervatis.
Lunæ 2. Iulii 1703.
ARGUMENTUM.
Quia diverſa tractantur habes in Summario.
Adſunt ſupra dec. 113 & 146. 453

Romana cambiorum.
Lunæ 2. Iulii 1703.
ARGUMENTVM.
Præbetur à Summario.
In hac cauſa habes ſupra deciſione 211 & 233. 454

Avenionen. ſeu Vaſionen. Primogenituræ ſuper Cautela Angeli.
Lunæ 2. Iulii 1703.
ARGVMENTVM.
Bona de pertinentiis alicujus Caſtri fideicommiſſo ſuppoſiti, fideicommiſſaria pariter ſunt, & quomodo de Caſtri pertinentiis eſſe probentur? Confeſſio veniens in neceſſariam conſequentiam æque operatur, ac eſſet clara. 454

Tudertina Fideicommiſſi ſuper articulis.
Lunæ 19. Novembris 1703.
ARGUMENTUM.
Admittuntur articuli ad probandam per Teſtes informatos impotentiam generandi in prætenſo patre poſt eius obitum, ut concludi poſſit illegitimitas.
In hac cauſa habes ſupra decif. 248., & infra 289. 455

Barchinonen. Beneficii.
Lunæ 26. Novembris 1703.
ARGVMENTVM.
Unus de Collegio ad quod jus nominandi ſpectat, ſi in nominationis actu ſit contemptus, ſi proteſtetur, & poſtea litem non intentet intra legitima tempora nec proſequatur, non irritatur nominatio. Quænam falſa narratio obreptionem non cauſet. Et quando cauſa dicatur tacitè ante ſententiam deſerta. 459

Romana Prætenſæ Immiſſionis.
Lunæ 3. Decembris 1703.
ARGVMENTVM.
Quia diverſa tractantur habes in Summario.
Adſunt infra dec. 307., & 308. 458

Tudertina Fideicommiſſi.
Lunæ 3. Decembris 1703.
ARGUMENTUM.
Illegitimus non præſumitur filius natus in figura ſolemniter contracti matrimonii.
Eſt confirmatoria ſuperioris dec. 248. 459

Foroſempronien. Molendinorum.
Veneris 7. Decembris 1703.
ARGVMENTVM.
Molendinum in ſuo fundo quilibet poteſt ædificare

Digitized by Google

ficare, quando aquam non impedit, vel derivat in da unum habentium ibidem per prius Molendina, quæ privativam prætendere non poſſunt, ex quo cum prius eſſent Principis, ex ejus banno privativam habebant: dummodo cum tali ſpecifico privilegio non ſint empta: præcipuè cum tale bannimentum fuerit neque acceptatum, neque obſervatum, vel poſtea fuerit revocatum. 460

Barchinonen. Annuæ præſtationis.
Veneris 11. *Januarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Manutentio debetur alimentario habenti quaſi poſſeſſionem alimenta exigendi etiam ſi à multo tempore non exegit, dummodo denegatio debitoris non adfuerit, & etiam cum lis pendet in gradu appellationis. Adeſt dec. 318. 461

Valentina Beneficii.
Mercurii 16 *Ianuarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Præbetur ex Summario. 462

Piſauren. Fideicommiſſi.
Lunæ 21. *Ianuarii* 1704.
ARGUMENTUM.

Confirmatur ſuperior deciſio 257. Et inſuper examinatur an conſ. 21. *Oltrad.* locum tantum habeat in ſubſtitutione facta cum conditione -- *ſi ſine filiis*; adeout in altera concepta ſub conditione - *non extantibus* - locum ſibi vindicet *Theorica Soccini in l. ſolemus* -- & & quomodo concilientur. Verbum *omnes* quando importet præcedentium ampliationem, ſeu potius ſit illative, & declarativè ad præcedentes ſubſtitutiones. 463

Romana reſtitutionis hæreditatis ſuper reſervatis.
Lun. 21. *Januarii* 1704.
ARGUMENTUM.

Filia favore patris renuncians cum conditione reſolutionis in caſu quo eadem hæres inſtitueretur, non poteſt in bonis renunciatis à patre gravari, in caſu quo inſtituatur, & plura de conditione voluntaria, & de renunciatione ſtrictè accipienda diſſeruntur.

Adſunt in hac cauſa ſupra dec. 14. 117. 142. & 270 & infra tom. ſeq. dec. 372. cum ibi notatis. 465

Fulginaten ſucceſſionis, & dotium.
Veneris 25. *Ianuarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Dotis congruitatem Avus commenſurat à numero neptum, nec illam fœminæ, quæ à ſtatuto excluduntur favore maſculorum, etiam ſi loco legitimæ ſuccedat, debent antè matrimonium conſequi, interim alimentis contentæ; & quando bona æſtimanda ſint pro dicta dote? Filiæ dotatæ excluſæ à Matris ſucceſſione à ſtatuto quod verbum *dotata* adiecit alteri *petere*, non verò ſucceſſionis, vel excluſionis, ſat eſt, ut excludantur, quod tales ſint de tempore petitionis, licèt dotatæ adhuc non eſſent de tempore apertæ ſucceſſionis.

In hac cauſa adeſt ſupra *dec.* 107. *& infra tom. ſeq. deciſ.* 357. 467

Romana Aſſociationis.
Ven. 2?. *Januarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſ. 213., quæ confirmatur, addito, quod bona à Muliere majore, licèt ſine ſolemnitatibus in Patrimonium ſacrum aſſignata, non poteſt cogi Sacerdos, ut dimittat facta obligatione ab aſſignatariis recipientibus ſolvendi certam annuam quantitatem. Et quantitas Patrimonii ſacri ſecundum cujus loci conſuetudinem, vel loci originis, vel permanentiæ ſit dimetienda? 469

Sabinen. Fideicommiſſi ſuper Fructibus.
Lunæ 28. *Januarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Fructus non debentur ei, qui immiſſionem obtinuit cum ſententia conditionali *ſolutis &c.* niſi à die veri adimplementi conditionis, etiamſi poſſeſſor appellaverit.

Confirmatur juxtà modum dec. 348., & adſunt in hac cauſa deciſ. 316. & 347. 470

Giennen. Juris mutandi cum cauſa, vel ſine.
Lunæ 11. *Februarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Epiſcopus jus habens à re judicata confirmatum, *libere* mutandi canonicos de una ad aliam Eccleſiam ſine cauſæ expreſſione, ex rationabili arbitrio poteſt facere, quin eam exprimere teneatur: & quomodo hoc jus probetur, latè examinatur. Si verò Canonici ſe gravatos ſenſerint, poſſunt in particularibus caſibus reclamare, appellationem tamen in devolutivo obtenturi.

Confirmatur infra. deciſ. 356. 471

Romana Caducitatis ſuper Alimentis.
Lunæ 11. *Februarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Alimenta ad primogenituram vocatis debentur etiamsi non adhuc in eadem ſucceſſerint, prælativè ad creditores hæredis gravati: & undè ſumantur, & in qua quantitate taxentur? 473

Romana Salviani.
Vener. 15. *Februarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Habes ſupra Deciſ. 13. quæ confirmatur. 474

Carthaginen. Beneficii.
Lunæ 18. *Februarii* 1704.
ARGUMENTUM.

Nuncii Hyſpaniarum non poſſunt conferre beneficia excedentia valorem ducat. 24. & quomodo valor computandus, probandusque ſit? Regula de annali non ſuffragatur poſſeſſori, qui titulum affert, ſi inſubſiſtens deprehendatur. 477

Reatina Reintegrationis.
Lunæ 18. *Februarii* 1704.
ARGUMENTUM.

Dat ſuperior deciſ. 264. quæ hic confirmatur. 478

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 22. *Februarii* 1704.
ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſione 162., cujus hæc eſt confirmatoria. 478

Ro-

Romana Pecuniaria,
Lunæ 22. Februarii 1704.
ARGVMENTVM.
De præſcriptione, & præſumpta ſolutione ſtatutaria quando habeat nec ne locum differitur, & de excludenda ſimulatione in reſtitutione bonorū à muliere pro ſuis dotibus retentorum facta favore creditorum potiorum, ad hoc ut redeat ad primæva jura. Cætera in ſummario. 480

Avenionen., ſeu Carpentoraten. Fideicommiſſi de Tertullis.
Mercurii 27. Februarii 1704.
ARGUMENTUM.
An deſcendentes maſculi ſive per unicum, ſive per duplex medium fœmininum ſuſcepti, teſtator voluerit admitti de jure, & ex facti circumſtantiis latè examinatur. Adeſt infra in hac cauſa dec.351. cum aliis ibidem notandis. 482

Cautien. Beneficii ſuper manutentione.
Lunæ 3. Martii 1704.
ARGUMENTUM.
Beneficium quando vacare dicatur per reſignationem, non verò per obitum reſignantis ante ejuſdem publicationem ſequuti, & quommodò defectus publicationis cum gratia reſtitutionis in integrum ſanetur. Nepos ex filio illegitimo, facta expreſsione favore conſanguinei, admittitur ad beneficium per Avum poſſeſſum. 485

Romana prætenſæ immiſsionis.
Veneris 7. Martii 1704.
ARGVMENTVM.
Habes in ſuperiori dec. 288. 487

Romana prætenſæ immiſsionis ſuper articulis.
Veneris 7. Martii 1704.
Habes in Summario. 489

Ferrarien. Primogenituræ.
Lunæ 10. Martii 1704.
ARGVMENTVM.
Deſcendentia quomodo probata ſufficiat cum agitur de ſucceſsione, in qua teſtator ad familiam in genere reſpexit, & lis eſt cum extraneis. Legitimitatem lineę uſque ad ſtipitem monſtrare neceſſe non eſt, quando teſtator in ſolis vocatis legitimitatem voluit. Deſcendentia ab eo, qui fuit Eques Hieroſolymitanus, non probat illegitimitatem, niſi conſtet, tunc fuiſſe profeſſum: nec obeſt illegitimitas eorum à quibus non procedit deſcendentia. Et legitimitas à quibus convincatur? Privatus ex teſtatoris præcepto in caſu ſequutæ confiſcationis, quomodo bona recuperet in caſu, quo ad principis gratiam fuerit plenè reſtitutus, vel ſi illa ad filios tranſiverint, Nato ultimo ſine filiis patri præcedeote, libera non evaduot, ſed in eis pater tanquam novus homo, & ultimis primogenitus ſuccedit. 490

Luceorien. Matrimonii.
Veneris 11. Aprilis 1704.
ARGVMENTVM.
Habetur à ſuperiori deciſione 253. hic confirmata. 492

Romana nominationis dotium.
Veneris 11. Aprilis 1704.
ARGVMENTVM.
Locus pius cui capitale relictum fuit ad dotandas puellas, reſervata à teſtatore favore uxorum primogenitorum ab ipſo inſtitutorum aliquarum nominatione, non exiſtentibus uxoribus, prætendere non poteſt jus nominandi in ipſum conſolidatum; ſed pertinet ad ipſos primogenitos: qui cum prima nominatio effectum non habuerit, poſſunt alias nominare, quin in Cedulis dotium vincula eiſdem præjudicialia, ſibique favorabilia d. locus pius poſsit apponere. Nec ſi à Pontifice obtinuerit, abſque mentione hujus juris, gratiam applicationum talium dotium, primogenitis Papā præjudicare voluiſſe præſumitur. 494

IN-

INDEX DECISIONUM,

Quæ in hoc Primo Volumine continentur, per Diæceſes, juxta ordinem Alphabeticum.

A

ADrien. Canonicatus 3. *Aprilis* 1699. *Deciſ.*81. Pag. 119
Eadem ſuper ſequeſtro *eadem die deciſ.*82. 121
Alexandrina Diſtributionum 20 *Martii* 1699. *dec.*78. 115
Eadem ſuper attentatis 20. *Martii* 1699. *dec* 79. 117
Aſculana Dotis, & Legitimæ 13. *Junii* 1698. *dec.*41. 60
Eadem 16. *Januarii* 1699. *dec.*68. 99
Eadem 14. *Junii* 1700. *dec.*147. 235
Eadem ſuper remiſſoria 16. *Ianuarii* 1699. *dec.*69. 100
Aſculana Penſionis 20. *Novembris* 1699. *dec.*287. 457
*dec.*108. 163
Eadem 29. *Januarii* 1700. *dec.*126. 194
Avenionen. Fideicommiſſi de Ninis 20. *Aprilis* 1703. *dec.*256. 416
Avenionen. ſeu Carpenctoraten. fideicommiſſi de Tertullis 27. *Februarii* 1704. *dec.*305. 483
Avenionen. ſeu Vaſionen. Primogenituræ ſuper cautela Angeli 2. *Iulii* 1703. *dec.*285. 455
Avenionen. Tranſactionis 16. *Martii* 1703. *deciſ.*252. 408

B

BArchinonen. annuæ præſtationis 11. *Januarii* 1704. *dec.*291. 461
Barchinonen. Beneficii 25. *Februarii* 1701. *dec.*170. 265
Barchinonen. Beneficii 16. *Martii* 1703. *deciſ.*251. 408
Barchinonen. Beneficii 26. *Martii* 1703. *deciſ.*255. 414
Barchinonen. Beneficii 26. *Novembris* 1703. *dec.*287. 4 7
Barchinonen. Exemptionis ſuper expenſis 15. *Ianuarii* 1700. *dec.*120. 185
Beneventana Beneficii 25. *Iunii* 1703. *deciſ.*275. 445
Bononien. Aſſociationis 23. *Martii* 1703. *deciſ.*254. 412
Bononien. Fideicommiſſi 15. *Junii* 1699. *deciſ.*95. 146
Bononien. Fideicommiſſis de Bavoſiis 6. *Junii* 1703. *dec.*265. 430
Eadem ſuper remiſſoria *eadem die deciſ.*266. 431
Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 15. *Aprilis* 1701. *dec.*172. 268
Bononien. Pecuniaria 28. *Junii* 1700. *deciſ.*155. 244
Eadem ſuper remiſſoria *eadem die dec.*156. 245
Bononien. Pecuniaria 3. *Junii* 1701. *deciſ.*235. 378.
Bononien. Prætenſæ devolutionis 14. *Ianuarii* 1697. *dec.*2. 2
Bononien. Reintegrationis 15. *Iunii* 1699. *deciſ.*96. 148
Burgen. Panis ſuper manutentione 2. *Iulii* 1700. *dec.*158. 247
Eadem ſuper remiſſoria *eadem die deciſ.*159. 248

C

CAlaguritana Quarti Beneficii 2. *Decembris* 1697. *dec.*24. 31
Eadem 16. *Februarii* 1699. *dec.*74. 107
Eadem 2. *Decembris* 1699. *dec.*112. 171
Eadem ſuper articulis 1. *Iulii* 1699. *deciſ.*105. 161
Calaguritana Beneficii 21. *Iunii* 1700. *deciſ.*150. 238
Camerinen. Aſſociationis 17. *Ianuarii* 1701. *dec.*163. 153
Capuana Beneficii 27. *Ianuarii* 1698. *dec.*29 38
Eadem 23. *Iunii* 1698. *dec.*48. 74
Eadem ſuper remiſſoria 27. *Ianuarii* 1698. *dec.*30. 39
Eadem 23. *Iunii* 1698. *dec.*49. 75
Carpenctoraten. Juriſdictionis 11. *Maii* 1699. *dec.*85. 126
Eadem 8. *Februarii* 1700. *dec.*128. 196
Carthaginen. Beneficii 18. *Februarii* 1704. *dec.*301. 477
Caurien. Beneficii ſuper manutentione 3. *Martii* 1704. *dec.*306. 486
Civitatis Caſtelli Pecuniaria 7. *Iunii* 1700. *deciſ.*143. 227
Colonien. Canonicatuum 30. *Martii* 1699. *deciſ.*80. 118
Colonien. Domus 22. *Iunii* 1701. *dec.*193. 304
Colonien. Paſtoratus ſuper executione litterarum 15. *Martii* 1697. *dec.*4. 5
Eadem ſuper attentatis *eadem die dec.*5. 6
Compoſtellana Parochialis 29. *Ianuarii* 1703. *dec* 247. 401
Conſtantien. Decimarum 27. *Aprilis* 1703. *deciſ.*258. 419
Corduben. Penſionis 1. *Iulii* 1697. *dec.*20. 27
Eadem 9. *Ianuarii* 1699. *dec.*64. 93
Eadem ſuper remiſſoria 1. *Iulii* 1697. *deciſ.*21. 28
Cornetana juris offerendi 22. *Martii* 1697. *de-*

Digitized by Google

deciſ.6. Pag.7
Eadem 9. *Decembris* 1697. *dec.*25. 32
Cracovien. Cantoriæ 25. *Ianuarii* 1700. *deciſ.*125. 192
Cuſentina aſſiſtentię 1. *Martii* 1697. *dec.*3. 3

D

DErthuſen. Beneficii 29. *Aprilis* 1701. *deciſ.*179. 277

E

ÆSina Cenſus,ſeu Dotis 12. *Ianuarii* 1699. *dec.*66. 96
Eugubina Canonicatus 4.*Maii* 1699.*dec.*84. 124
Eugubina Tutelæ 10. *Maii* 1700. *dec.*138. 216

F

FAnen. Immiſsionis 7. *Maii* 1703. *deciſ.*260. 421
Faventina Buſſoli 9. *Ianuarii* 1699. *dec.*65. 95
Ferrarien. Bonorum 2. *Iulii* 1703. *dec.*281. 453
Eadem ſuper manutentionem *eadem die dec.*282. 452
Ferrarien. Primogenituræ 10. *Martii* 1704. *dec.*309. 490
Ferrarien. Reſtrictionis Ghetti ſuper negocio principali 22. *Martii* 1697. *dec.*7. 8
Eadem ſuper attentatis 22. *Aprilis* 1697. *deciſ.*10. 13
Firmana Dotis 2. *Maii* 1701. *dec.*180. 280
Eadem 27. *Ianuarii* 1702. *dec.*210. 328
Firmana Immiſsionis ſuper legitima 4. *Iulii* 1698. *dec.*57. 87
Eadem ſuper diviſione *eadem die dec.*58. 88
Firmana Prædii della Parapina 6. *Iunii* 1698. *dec.*40. 57
Eadem 22. *Iunii* 1699. *dec.*101. 156
Eadem 26. *Martii* 1700. *dec.*136. 211
Forosemptonien. Molendinorum 7. *Decembris* 1703. *dec.*290. 460
Fulginaten. Alimentorum 1. *Iulii* 1699. *deciſ.*107. 162
Fulginaten. Appaltus Furni 27. *Iunii* 1698. *deciſ.*51. 78
Eadem 5. *Decembris* 1698. *dec.*60. 90
Fulginaten. Diviſionis 20. *Martii* 1702. *deciſ.*222. 356
Fulginaten. Fructuum 19. *Ianuarii* 1703. *deciſ.*244. 393
Fulginaten. Laudi ſeu diviſionis 17. *Ianuarii* 1701. *dec.*164. 254
Fulginaten. Succeſsionis, & Dotium 25. *Ianuarii* 1704. *dec.*295. 467

G

GErunden. Anniverſariorum ſuper diſpenſatione pactorum 9. *Iunii* 1700. *deciſ.*145. 231
Gerunden. Ferialis 11. *Decembris* 1699. *deciſ.*115. 176
Eadem 25. *Iunii* 1700. *dec.*154. 243
Eadem 15. *Iunii* 1703. *dec.*269. 435
Gerunden. Fundationum 24. *Ianuarii* 1701. *dec.*166. 257
Eadem 3. *Iunii* 1701. *dec.*184. 287
Gerunden.,Parochialis ſeu Rectoriæ de Vilobi 6. *Februarii* 1699 *dec.*73. 106
Eadem 11. *Ianuarii* 1700. *dec.*118. 183
Eadem ſuper remiſſoria *eadem die deciſ.*119. 184
Gerunden. Prioratus 27. *Iunii* 1698. *dec.*53. 80
Eadem ſuper remiſſoria *eadem die dec.*54. 81
Giennen. Iuris mutandi cum cauſa, vel ſine 11. *Februarii* 1704. *dec.*298. 472
Giennen. Iuris mutandi ſuper expenſis 10. *Decembris* 1698. *dec.*62. 92

H

HYdruntina Manutentionis 3. *Februarii* 1700. *dec.*127. 195
Eadem 28. *Iunii* 1700. *dec.*157. 246

I

ILlerden diſtributionum ſuper redditione rationis 31. *Martii* 1702. *dec.*225. 362
Illerden. Vigeſimę 24. *Novembris* 1702. *deciſ.*237. 381
Imolen. Salviani, ſuper reintegratione 1. *Iunii* 1703 *dec.*263. 427
Interamnen. Fideicommiſsi 14. *Ianuarii* 1701. *dec.*162. 251
Eadem 22. *Februarii* 1704. *dec.*303. 479

L

LAuretana Fideicommiſsi 6. *Martii* 1702. *dec.*217. 342
Eadem 15. *Ianuarii* 1703. *dec.*243. 392
Leodien. Iuriſdictionis 27. *Iunii* 1703. *deciſ.*278. 448
Eadem ſuper attentatis 7. *Martii* 1701. *dec.*171. 267
Eadem 27. *Iunii* 1703. *dec.*279. 449
Eadem ſuper remiſſoria, & Compulſoria 22. *Aprilis* 1701. *dec.*176. 273
Leodien. Manutentionis 12. *Februarii* 1700. *dec.*129. 197
Leodien. Matrimonii ſuper negocio principali 1. *Martii* 1700. *dec.*130. 199
Eadem 14. *Maii* 1700. *dec.*139. 219
Eadem ſuper alimentis, & ſumptibus litis 1. *Martii* 1700. *dec.*131. 200
Eadem 14. *Maii* 1700. *dec.*140. 222
Lucerien. Matrimonii 21. *Martii* 1703. *deciſ.*253. 410
Eadem 11. *Aprilis* 1704. *dec.*310. 493
Lycien. Capellaniæ 16. *Ianuarii* 1702. *deciſ.*206. 321

M

MAceraten. contributionis 20. *Ianuarii* 1702. *dec.*207. 323
Eadem 14. *Iunii* 1702. *dec.*228. 368
Maceraten. Fideicommiſsi 17. *Iunii* 1699. *deciſ.*97. 150

Eadem 20. *Novembris* 1699. *dec.*169.164
Maioricen. Beneficii 26. *Ianuarii* 1703. *deciſ.*246. 399
Mantuana Emphyteuſis 29. *Aprilis* 1699. *deciſ.*83. 122
Eadem 8. *Martii* 1700. *dec.*133. 204
Mediolanen. Capellaniæ 20. *Februarii* 1699. *dec.*75. 110
Eadem 11. *Maii* 1703. *dec.*261. 423
Melivetana Commendæ 17. *Martii* 1702. *deciſ.*221. 353
Melivetana Iuriſpatronatus 4. *Iulii* 1698. *deciſ.*56. 84
Melivetana ſeu Neritonen. Commendæ 25. *Aprilis* 1701. *dec.*178. 276
Melivetana Succeſſionis 27. *Martii* 1702. *deciſ.*224. 361

N

Neapolitana Sanationis Cenſus 16. *Iunii* 1698. *dec.*42. 65
Neapolitana ſeu Tricarien., Iuris redimendi 18. *Iunii* 1703. *dec* 271. 438
Nucerina Bonorum 28. *Iunii* 1702. *dec.*234.377
Nullius ſeu Terræ Pontiani Cenſus 21. *Februarii* 1701. *dec.*169. 262
Eadem 15. *Aprilis* 1701. *dec.*174. 272

P

Placen. Decimarum 10. *Februarii* 1702. *deciſ.*215. 338
Eadem 26. *Iunii* 1702. *dec.*231. 373
Eadem 15. *Decembris* 1702. *dec.*241. 389
Palentina Iuris viſitandi ſuper negocio principali 25. *Iunii* 1700. *dec.*152. 240
Eadem 10. *Martii* 1702. *dec.*218. 343
Eadem ſuper Manutentione 25. *Iunii* 1700. *dec.*153. 242
Eadem 10. *Martii* 1702. *dec.*219. 346
Pampilonen. Matrimonii 23. *Iunii* 1702. *deciſ.*230. 371
Pampilonen Præeminentiarum 11. *Decembris* 1702. *dec.*239. 385
Eadem ſuper remiſſoria 11. *Decembris* 1702. *dec.*240. 387
Peruſina Bonorum 17. *Iunii* 1699. *dec.*98. 151
Peruſina Dotis 10. *Maii* 1697. *dec* 11. 14
Peruſina Fideicommiſſi 25. *Aprilis* 1701. *deciſ.*177. 275
Eadem 11. *Iulii* 1701. *dec.*197. 309
Eadem 3. *Aprilis* 1702. *dec.*226. 363
Peruſina Hæreditatis 27. *Iunii* 1698. *dec.*52. 80
Eadem 1. *Iulii* 1699. *dec.*104. 160
Peruſina Pecuniaria 5. *Decembris* 1701. *deciſ.*202. 317
Eadem 24. *Martii* 1702. *dec.*223. 359
Piſana Bonorum ſuper attentatis 15. *Aprilis* 1701. *dec.*173. 271
Piſana Diſtributionum 14. *Decembris* 1699. *dec* 116. 178
Piſana Parochialis 15. *Ianuarii* 1700. *deciſ.*121. 186
Piſaurien. Fideicommiſſorum 23. *Aprilis* 1703. *dec.*257. 417
Eadem 21. *Ianuarii* 1704. *dec* 293. 463
Piſaurien. Hæreditatis ſuper expenſis 16. *Aprilis* 1701. *dec.*175. 274

R

Reatina Fideicommiſſi de Clavellonibus 12. *Februarii* 1703. *dec.*249 404
Eadem ſuper expenſis 13. *Ianuarii* 1698. *dec.*28. 37
Reatina Fideicommiſſi de Sempiternis ſuper fructibus 17. *Februarii* 1702. *dec* 216. 340
Eadem 15. *Maii* 1702. *dec.*227. 367
Eadem ſuper declaratoria 25. *Ianii* 1703. *dec.* 276. 446
Reatina Juriſdictionis 20. *Iunii* 1701. *deciſ.*191. 301
Reatina Reintegrationis 4. *Iunii* 1703. *deciſ.*264. 428
Eadem 18. *Februarii* 1704. *dec.*302. 478
Recinaten Beneficii 9. *Mai.* 1701. *dec.*182. 282
Romana Affictus 20. *Junii* 1698. *dec.*45. 69
Eadem 29. *Martii* 1700. *dec.*137. 214
Romana Alimentorum 10. *Decembris* 1696. *dec.*1. 1
Romana aſſociationis 3. *Februarii* 1702. *deciſ.*213. 334
Eadem 25. *Ianuarii* 1704. *dec.* 296. 469
Romana Aſſociationis de Alberinia 5. *Martii* 1700. *dec.*132. 201
Eadem 21. *Iunii* 1700. *dec.*151. 238
Eadem ſuper cautione 10. *Ianuarii* 1701. *dec.*161. 249
Romana Aſſociationis ſeu Cenſus 1. *Iulii* 1701. *dec.*199. 313
Eadem 12. *Decembris* 1701. *dec* 203. 319
Romana Caducitatis 30. *Aprilis* 1703. *deciſ.*259. 420
Eadem ſuper alimentis 11. *Februarii* 1704. *dec.*299. 473
Romana Cambii 12. *Iunii* 1699. *dec.*94. 144
Romana Cambii 23. *Novembris* 1699. *deciſ.*110. 165
Romana Cambii 22. *Iunii* 1701. *dec.*194. 305
Romana Cambii ſuper expenſis 23. *Ianuarii* 1699. *dec.*70. 101
Romana Cambiorum 30. *Ianuarii* 1702. *deciſ.*211. 330
Eadem 28. *Iunii* 1702. *dec.*233. 376
Eadem 2. *Iulii* 1703. *dec.*284. 454
Romana Canonum 9. *Martii* 1703. *dec.*250.406
Romana Caſtri Porciliani 2. *Decembris* 1699. *dec.*111. 168
Eadem ſuper reſervatia 13. *Maii* 1701. *dec.*183. 285
Eadem 10. *Decemb.*1701. *dec.*201. 315
Romana Cenſus 14. *Maii* 1703. *dec.*262. 425
Romana Cenſus ſuper negocio principali 22. *Ianuarii* 1700. *dec.*123. 190
Eadem 18. *Junii* 1700. *dec.*148. 236
Eadem ſuper electione Periti 22. *Ianuarii* 1700. *dec.*124. 191
Eadem 18. *Iunii* 1700. *dec.*149. 237
Romana Cenſuum, & Cambiorum 17. *Martii* 1702. *dec.*220. 347
Eadem ſuper cautela Angeli 12. *Iunii* 1699. *de-*

*dec.*93. 142
Romana Domus 28. *Februarii* 1698. *dec.*34. 45
Romana Dotis 19. *Aprilis* 1697. *dec.*8. 10
Eadem 21. *Iunii* 1697. *dec.*15. 19
Eadem ſuper Alimentis 19. *Aprilis* 1697. *dec.* 9. 12
Eadem 21. *Iunii* 1697. *dec.*16. 20
Eadem 2. *Decembris* 1697. *dec.*23. 29
Romana Dotis ſeu multiplici 15. *Maii* 1699. *dec.*87. 129
Romana Fideicommiſſa 10. *Ianuarii* 1698. *deciſ.*27. 35
Eadem 2. *Iunii* 1698. *dec.*39. 55
Romana Fideicommiſſi de Alberinis 12. *Martii* 1698. *dec.*27. 50
Eadem 11. *Maii* 1699. *dec.*86. 128
Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper fructibus 6. *Maii* 1701. *dec.*181. 281
Romana Fideicommiſſi de Matthiettis 26 *Ianuarii* 1703. *dec.*245. 396
Romana Fideicommiſſi de Moronis 20. *Ianuarii* 1700. *dec.*122. 188
Romana Fideicommiſſi de Palmeriis 27. *Iunii* 1703. *dec* 277. 446
Romana Fideicommiſſi de Pinis ſuper admiſſione ad cauſam 2. *Iulii* 1700. *dec.*160. 249
Eadem ſuper cautela Angeli 1. *Iulii* 1699. *dec.*106. 162
Eadem ſuper Penſionibus 12. *Decembris* 1698 *dec.*63. 92
Romana Fideicommiſſi Ioannis Petri ſen. de Caffarellis 5. *Iunii* 1699. *dec.*91. 139
Eadem 13 *Iunii* 1701. *dec.*188. 297
Eadem ſuper cautela Angeli 5. *Iunii* 1699. *dec.*92. 141
Eadem 13. *Julii* 1701. *dec* 189. 299
Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo 23. *Iunii* 1698. *dec.*46. 70
Romana Fideicommiſſi Proſperi ſen. de Caffarellis 1. *Iunii* 1699. *dec.*89. 134
Eadem 10. *Iunii* 1701. *dec.*186. 292
Eadem ſuper cautela Angeli 1. *Iunii* 1699. *dec* 90. 138
Eadem 10 *Iunii* 1701. *dec.*187. 296
Romana Immiſſionis 26. *Iunii* 1697 *dec.*17. 21
Eadem 17. *Iunii* 1701. *dec.*190. 299
Romana Immiſſionis ſuper Articulis 27. *Iunii* 1698. *dec.*55. 83
Romana Inventarii 2. *Iunii* 1698. *dec.*38. 53
Romana Liquidationis fructuum 4. *Iunii* 1698. *dec.*59. 89
Eadem 20 *Ianuarii* 1699 *dec.*71. 101
Romana Laboreriorum 17. *Maii* 1700. *deciſ.*141. 223
Romana Litterarum Cambii 20. *Iunii* 1701. *deciſ.*192. 302
Romana locorum Montium 30. *Ianuarii* 1702. *dec.*212. 332
Eadem 12. *Ianuarii* 1703. *dec.*242. 391
Romana Majoratus, & Primogenituræ de Caſarinis 16. *Iunii* 1698. *dec.*44. 67
Romana Manutentionis 3. *Martii* 1698. *deciſ* 35. 47
Romana Nominationis Dotium 11. *Aprilis* 1704. *dec.*311. 494
Romana Pecuniaria 26. *Februarii* 1698. *deciſ.* 33. 43
Eadem 23. *Iunii* 1698. *dec* 47. 72
Romana Pecuniaria 11. *Iunii* 1703. *dec.*267. 432
Eadem ſuper exceſſu 11. *Iunii* 1703. *deciſ* 268. 433
Romana Pecuniaria 22. *Februarii* 1704. *deciſ.*304. 480
Romana Prænenſæ Immiſſionis 3. *Decembris* 1703. *dec.*288. 458
Eadem 7. *Martii* 1704. *dec.*307. 487
Eadem ſuper Articulis *eadem die deciſ* 308. 489
Romana prænenſę reintegrationis 23. *Ianuarii* 1702. *dec.*208. 324
Romana Reintegrationis Primogenituræ 13. *Iunii* 1698. *dec.*42. 62
Eadem 4. *Februarii* 1699. *dec.*72. 103
Romana Reſtitutionis hęreditatis 17. *Iunii* 1697. *dec.*14. 18
Eadem ſuper liquidatione 14. *Decembris* 1699 *dec.*117. 181
Eadem ſuper reſervatis 4. *Iunii* 1700. *deciſ.*142. 225
Eadem 15. *Iunii* 1703. *dec.*270. 437
Eadem 21. *Ianuarii* 1704 *dec.*294. 465
Romana Retractus 28. *Iunii* 1697. *dec.*19. 25
Romana Salviani 14. *Iunii* 1697. *dec.*13. 16
Eadem 15. *Februarii* 1704. *dec.*304. 474
Romana Salviani 26. *Iunii* 1697. *dec.*18. 23
Eadem 9. *Decembris* 1697 *dec.*26. 33
Romana Salviani 7. *Decembris* 1699. *deciſ.*114. 174
Eadem 7. *Iunii* 1700. *dec.*144. 229
Romana Salviani 25. *Iunii* 1703. *dec.*274. 444
Romana ſeu Nepeſina Affictus 27. *Iunii* 1701. *dec.*196. 208
Romana ſeu Sarzanen Immiſſionis 15. *Maii* 1699. *dec.*88. 132
Romana ſeu Sarzanen. redditionis rationis 26. *Iunii* 1699. *dec.*102. 157
Eadem ſuper articulis 26. *Iunii* 1699. *deciſ* 103. 158
Romana ſeu Savonen. Succeſſionis 4. *Decembris* 1699. *dec.*113. 172
Eadem 14. *Iunii* 1700. *dec.*146. 233
Eadem ſuper reſervatis 2. *Iulii* 1703. *deciſ.*283. 453
Romana Vineę 16 *Iunii* 1701. *dec.*185. 289
Romana Vineę ſeu Horti 11. *Martii* 1699. *deciſ.*77. 113
Eadem 15. *Martii* 1700. *dec.*134. 207
Eadem 13. *Ianuarii* 1702. *dec.*204. 320
Roſſanen. Iuris prohibendi 22. *Martii* 1700. *dec.*135. 210
Eadem 3. *Iulii* 1702. *dec.*236. 379

S

SAbinen. Fideicommiſſi ſuper fructibus 28. *Ianuarii* 1704. *dec* 297. 471
Segobien. Canonicatus ſuper annotatis 6. *Decembris* 1702. *dec.*238. 379
Senogallien. Cenſus 1. *Iulii* 1701. *dec.*198. 311
Senogallien. Dotis 14. *Februarii* 1701. *deciſ.*168. 260
Eadem 23. *Ianuarii* 1702. *dec.*209. 326

Se-

Senogallien. Emphyteuſis ſuper expenſis litis 23. *Februarii* 1699 *dec.*76. 112
Sorana diviſionis 26. *Iunii* 1702. *dec.*232. 375
Spoletana Dotis 27. *Iunii* 1701. *dec.*195. 306
Spoletana Fideicommiſſi 6. *Decembris* 1702. *dec.*214. 33
Eadem 19. *Iunii* 1702. *dec.*229. 369
Sypontina Canonicatus 28. *Ianuarii* 1701. *deciſ.*167. 258

T

TIraſonen. Prioratus ſuper expenſis 5. *Martii* 1698. *dec.*36. 49
Eadem ſuper declaratoria 13. *Ianuarii* 1702. *dec.*205. 321
Tudertina Fideicommiſſi 31. *Ianuarii* 1703. *dec.*248. 403
Eadem 3. *Decembris* 1703. *dec* 289. 459
Eadem ſuper articulis 19. *Novembris* 1703 *dec.*286. 456
Tuſculana Fideicommiſſi 10. *Iunii* 1697. *deciſ.*12. 5
Eadem 23. *Iunii* 1698. *dec.*50. 76
Eadem 5. *Decembris* 1698. *dec.*61. 91

V

VAlentina Beneficii 23. *Iunii* 1703. *deciſ.*272. 440
Valentina Beneficii 16. *Ianuarii* 1704. *deciſ.*292. 462
Vicen Scribaniarum 1. *Iulii* 1697. *dec* 22. 28
Eadem 21. *Februarii* 1698. *dec.*31. 40
Eadem ſuper compulſoria 21. *Februarii* 1698. *dec.*32. 42
Eadem ſuper declaratoria 21. *Ianuarii* 1701. *dec.*165. 255
Eadem 4. *Iulii* 1701. *dec.*200. 314
Uratiſlavien Manutentionis 25. *Iunii* 1703. *deciſ.*273. 442
Urgellen. Servitutum 22. *Iunii* 1699. *deciſ.*99. 153
Eadem ſuper declaratoria 12. *Ianuarii* 1699. *dec.*67. 98
Eadem ſuper expenſis 22. *Iunii* 1699. *deciſ.*100. 155
Wormatien. Canonicatus 27. *Iunii* 1703. *deciſ.*280. 450

Finis Indicis Deciſionum.

Digitized by Google



DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram
R. P. D. LANCETTA
EJUSDEM SACRÆ ROTÆ DECANO.

ROMANA ALIMENTORUM.

Lunæ 10. Decembris 1696.

ARGUMENTUM.

Filia, quæ à Succeſſione Matris per ſtatutum excluſa, neglectâ dote, elegit Alimenta; poteſt petere illorum ſupplementum arbitrio Judicis; etiamſi præcedentem aſſignationem acceptaverit.

SUMMARIUM.

1 *Filia per Statutum excluſa a ſucceſſione Matris, ex illius bonis licitum eſt conſequi vel dotem, vel alimenta.*

2 *Filia deſtituta ſpe contrahendi nuptias, tam ſpirituales, quam carnales; ſolam alimentorum præſtationem poteſt eligere.*

3 *Alimenta poſſunt augeri arbitrio Judicis; etiamſi alimentarius quantitatem præcedenter aſſignatam acceptaverit.*

4 *Debentur ab hærede debitoris dotis.*

5 *Heres beneficiatus, non reddita ratione, poteſt condemnari in bonis propriis.*

6 *In alimentorum conſequutione ex bonis matris, potior eſt cauſa filiorum, quam nepotum.*

DECISIO I.

Commiſſâ mihi cauſa appellationis à mandato rotali, pro annuis ſcutis viginti, in ſupplementum alimentorum, relaxato favore D. Martiæ de Bonellis, prævia *Deciſione* edita 4. *Julii proximi præteriti coram R. P. D. meo de la Tremoille*: propoſui hodie, ad tenorem reſcripti, conſuetum dubium: *An dictum mandatum eſſet exequendum*: & DD. *affirmativè* reſponderunt.

Suppoſitâ enim illius validatione, inter
Partes non controverſa: juſtitia evidens ap-
1 paruit, ex quo, ſicut præfatæ D. Martiæ, ob
denegatam ſucceſſionem in hæreditate Duciſ-
ſæ Imperialis ejus matris, licitum erat, ex
cenſura noſtri ſtatuti *lib. 1. cap. 45.* dotem
conſequi, vel alimenta: ita potuit ipſa, ex
2 ſua habituali ægritudine, deſtituta ſpe nup-
tias contrahendi, tam ſpirituales, quam tem-
porales; ſolam alimentorum præſtationem eli-
gere; ut, ultra relatos in dicta *Deciſione
R. P. D. mei de la Tremoille §. Pro decernendis*, probat *Merlinus de Legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 14., & q. 10. n. 18., & 19.*

Neque adverſari viſum fuit repetitum objectum, quod D. Martia ſatis congruè proviſa reperiatur in menſtruis ſcut. 18., quæ conſequitur ex legato Cardinalis Bonelli ejus patrui. Quidquid enim ſit, an alimenta fœminis excluſis ex ſtatutaria diſpoſitione, præſtanda, debeantur, etiamſi illæ divites ſint, ac aliunde vivere poſſint; in quo articulo, pluribus allegatis, affirmativam tenet *Merlinus de Legit. d. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 15.*: hoc unum placuit Dominis, quod, cum ſtante notoria ejuſdem D. Martiæ mala valetudine comprobata etiam ex Phiſici atteſtatione; ſumma præfata ſufficere nequeat pro ſubſtentatione nobilis mulieris, quæ nedum aſſiduo indiget unius ancillæ ſervitio; verum etiam medelas quotidianas, ac cibos requirit ſalubriores: rectè potuerit, juxta arbitrium in his ter-

terminis à Jure conceſſum in *l.2. C. de Alim. pupill. præſtan.*, cum aliis relatis in *prædicta deciſione §. Pro taxanda*; demandari tenue
3 ſupplementum in ſcut. 20. annuis: cùi aliàs, datâ inſufficientiâ, locus eſſet, etiam ſi præcedenter aſſignata quantitas fuiſſet ab alimentario acceptata; ex firmatis per *Rot. coram Priolo dec. 212. n.12. & in rec. dec.31. n.3. part. 1.*

Minùs obſtitit aliud obiectum, quòd D. Carolus ad alimentorum ſupplementum conventus, nil aliud poſſideat ex hæreditate dictæ Ducillæ, ſuper cujus bonis demandata fuit exequutio mandari, quàm loca novem cum dimidio montis fidei, reddentia ſolùm annuum fructuum ſcut.28.; adeòut, ſi ab iſtis demantur prædicta ſcut. 20., quid minimum ipſi remaneat; ac melioris fiat conditionis fœmina excluſa, quàm maſculus admiſſus. Etenim, ultrà quod tale ſuppoſitum legitimè probatum non videbatur ex ſimplici, & informi atteſtatione; obiectum ceſſabat ex facto, dum ſola dos ejuſdem Ducillæ aſcencit ad ducatos 40000., quæ pervenerunt ad manus Ducis Michaelis; cujus ipſe D. Carolus pro medietate eſt hæres: ideoque, ſicut Dux Michael hac exceptione juvari non poterat;
4 ita nec ejus hæredes: ut, omiſſis generalibus, in his terminis reſpondit Rota in alia *Romana de Bonellis coram Coccino dec.2232. n.2., & ſeqq.*

Et licèt ſupponeretur, D. Carolum paternam hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii adiviſſe; attamen, cùm ob rationem, uſque adhùc non redditam, potuiſſet in bonis propriis condemnari; *Rota dec.39. n.1. & ſeqq. par.14 rec.*, & alibi paſſim: multò fortiùs demandari potuit exequutio ſuper ipſis bonis hæreditariis Ducillæ, ex quadam etiam
6 æquitate, affectis magis propriæ filiæ, quàm nepotum alimentis.

Et itâ, utraque &c.

BONONIEN. PRETENSÆ DEVOLUTIONIS.

Lunæ 14. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Emphytheuſis conceſſa pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, comprehendit etiam aggregatos; quamvis appoſita ſint verba *de domo* ipſius conductoris; quoties ſubſequantur alia, *etiam extraneis*.

SUMMARIUM.

1 *Emphytheuſis laicalis eſt tranſitoria ad quoſcumque hæredes extraneos.*

2 *Maximè ſi fuerit conceſſa pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque.*

3 *Comprehendit etiam aggregatos; quoties, ultra prædicta, concurrat ſpecialis ſtipulatio pro extraneis.*

4 *Etiamſi legantur verba* de domo ipſius conductoris; *cum expreſſa vocatio extraneorum effectum ſortiri debeat extra familiam: & ſic extendatur ad aggregatos.*

5 *Filiorum appellatione, in emphytheuſi, non veniunt adoptivi.*

6 *Limita ſi emphytheuſis non eſt reſtricta ad filios: ſed conceſſa etiam pro extraneis.*

DECISIO II.

DEnegata Lutio immiſſione ad bona, per Joannem ejus authorem anno 1513. in emphytheuſim conceſſa Joanni Antonio Sangiorgio; non ſolùm per ſententiam à me latam, dum eſſem A.C. Locumtenens, ſed etiam per aliam hujus ſupremi Tribunalis, prævia *deciſione, ædita 3. Decembris 1694. coram R. P. D. meo Caprara*: curavit ille mihi, interim ex clementiſſima SS. D. N. munificentia, inter S. Rotæ Auditores coòptato, ulteriorem appellationis cauſam committi: quâ hodiè propoſitâ ſub dubio: *An ſit locus ſtatuto de duabus*: Domini, attentâ ſententiarum validitate, conformitate, & juſtitia, *affirmative* reſponderunt.

Validitas enim fuit extra controverſiam; conformitas patebat ex illarum lectura: dum una confirmat aliam, juxta *Gloſſ in Clement.1. Verb. Alicujus, de Sentent. & re judic.* Juſtitia verò deducebatur, ex quo dicta conceſſio facta fuerat favore præfati Joannis Antonii conducentis *pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, cum clauſula *Ad habendum*, aliiſque ſimilibus, dominii translationem indicantibus. Quapropter, dum Vincentius Sangeorgius ultimus à primo emphytheuta deſcendens hæredem ſibi ſcripſit, cum onere aſſumendi cognomen, & arma ſuæ domus, Ludovicum Simoninum; dicitur ille in inveſtitura comprehenſus; tam ex natura emphytheuſis, quæ uti laicalis, tranſitoria eſt ad hæredes extraneos; ut, præter
1 authores in *dicta deciſione R. P. D. mei Capraræ*, allegatos *in §. Agitur enim*, probant *Clar. in §. Emphytheuſis q. 28. n.9., Cald. de Jur. Emphyt. lib.2. q.23. n.52., & 53., Rota dec.159. n.2. part.16. rec.*: quàm etiam ex dictis ampliſſimis verbis in conceſſione appoſitis -- *pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque* --, quorum virtute emphytheuſis
2 fit hæreditaria quorumcumque, etiam extraneorum comprehenſiva *Rota coram Cavalerio dec.290., & dec.293. utrobique n.1.*, & proſequitur *d. dec. eodem §. Agitur enim.*

Neque regulari emphytheuſis naturæ, ac hujuſmodi verborum generalitati adverſantur verba ſubſequentia -- *de domo tamen ipſius conductoris, maſculis* --, quaſi ex eis, conceſſio reſtricta fuerit ad illos de domo, & familia emphytheutæ. Quidquid enim eſſet, ſi ultrà hæc verba, nullum aliud in inveſtitura continetur: obiectum ceſſare viſum fuit ex aliis immediatè poſitis ibi -- *etiam extraneis*. Inde enim convincitur, quod, licet fuerit aliquo modo limitata illa indefinita comprehenſio omnium, & quorumcumque ſucceſſorum; dum partes voluerunt eos eſſe de domo Sangeorgia; tamen dicta limitatio reſtrin-

gi

gi nequit ad illos, qui eſſent de vera, & naturali familia: ſed etiam ad aggregatos extenditur: Hujuſmodi enim qualitatea, quod quis eſſet extraneus; & è contra eſſet de domo acquirentia; inter ſe invicem pugnantes; nullo alio modo conciliari poſſunt, quàm ad emphytheuſim admittendo aggregatum: qui, & ſi extraneus; mediante aggregatione, & cognominis aſſumptione de domo efficitur: ac
3 proinde dici debet, quod, cum primus emphyteuta fuerit etiam pro aggregatis ſtipulatus; duret adhuc inveſtitura favore Simonini hac qualitate pollentia: ut generaliter probant *Rovitus conſ.27. ibique Add. num.1., Gratianus diſcept. for.cap.645. num.6., Cardinalis de Luca de Præeminen. diſc.13. num.24., Rota deciſ.427. num.39. par.5., dec. 135. num.2. par.15., & dec.276. num.51., par.18. rec.*, & in præciſis terminis *Gratian. conſ.132. num.17. lib.1. Curt. jun. conſ.138. num.9.*

Minùs placuit Dominis intellectus, quod cum verba -- *de domo ipſius conductoris* -- importent ſolam vocationem illorum de familia effectiva; fuerint deinde adiecta illa - *etiam extraneis* -- ad effectum comprehendendi etiam alios de familia contentiva, non tamen aggregatos. Quoniam, dum in principio legitur facta conceſſio cum verbis ampliſſimis, & generalibus *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, utramque familiam
4 includentibus: ſubſequens dictio *ipſius* non alterat, neque immutat præcedentem generalitatem complexivam etiam familiæ contentivæ: & ſubſequentia verba, *etiam extraneis*, ne remaneant prorsùs ſuperflua; dici debent appoſita augmentativè, extendendo conceſſionem ad familiam aggregatam; *Monach. Deciſ. Florent.71 num.17. & ſeqq. Rota dec. 697. n.6. Verſ. Et hæc quidem par 1. rec.*, cum quibus pertranſit dicta *deciſ. ſub §. Nec urget*.

Poſitâ autem comprehenſione; ceſſat ex facto alterum objectum, quod Simoninus fuerit agregatus ſine conſenſu domini directi; idque in eius præiudicium fieri non potuerit; maximè in teſtamento: cum aliàs pacta reverſiva fruſtratoria redderentur, ſi liceret unicuique, in defectum veræ familiæ, alios ad ſuam cooptare: Siquidem prætermiſſo, quod aggregatio facta fuit bona fide longè ante obitum Vincentii, & tempore, quo iſte poterat etiam ſperare prolis ſuſceptionem, ſi matrimonium contraxiſſet: quælibet removebatur difficultas, ponderando, quod hic non
5 agitur de inveſtitura facta pro filiis, quorum appellatione non veniunt adoptivi, in præjudicium domini directi: juxta *text. in cap. Adoptivus ſi de feudo defuncti fuerit controverſ.* cum quo pertranſeunt *Peregrin. de Fideicomm. art.22. n.93., Roſſental. de Feud.cap.7. concl.30. n.33., Bottiglier. de Succeſ. ab inteſt.*
6 *cap.3. theorem 107. n.18.*: ſed de conceſſione facta verbis ſuperiùs expreſſis adeo effrenatis, & aptis comprehendere etiam extraneos; & per conſequens multò fortius aggregatos; ita ut bene dignoſcatur, inveſtitum acquirere voluiſſe pro omnibus iis, qui nomen Sangeorgii conſervarent: & concedentem, uſque ab initio contractus, talem facultatem conceſſiſſe: ut limitando contraria, tradunt *Curt. Jun. conſ.138. n.2. & 9. Roſſental. d. concluſ.30. n.36. & 39., Bottiglier. de Succeſſ. d. cap. 3. theor. 107. n.18. verſ. Quod tamen limitatur.* Atque ideò neceſſarius non fuit novus domini conſenſus: dum Simoninus, uti aggregatus, erat in inveſtitura comprehenſus; ex allegatis.

Tandem non relevat prætenſa obſervantia ducta ex diſpoſitione ultimi inveſtiti mandantis, quod hæredes reſtituerent, judicio peritorum, bona controverſa. Quoniam teſtator ſolum expreſſit prætenſionem domini directi, & ad evitandam litem, reſtitutionem demandavit, quoties ita à duobus peritis judicaretur: quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, reſtitui, quatenùs de jure deberetur: ideoque, dùm per bina judicata reſponſum fuit, bona non eſſe reſtituenda; ceſſavit diſpoſitio, & conſequenter obſervantia, ex illa deducta.

Et ità utraque &c.

CUSENTINA ASSISTENTIÆ.

Ven. 1. Martii 1697.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Aſſiſtentia ſuper bonis conceditur creditori, probatis extremis.*
2 *Succeſſor non habet majus jus, quam haberet illius author.*
3 *Retentio non datur ex credito poſteriori contra creditorem anteriorem.*
4 *Hæres beneficiatus, donec rationem non reddiderit; juvari non poteſt exceptione inventarii.*
5 *Et tenetur ſervare factum defuncti intra vires hæreditarias.*
6 *Melioramenta, ut probata dicantur, debet conſtare de antiquo valore bonorum.*
7 *Et prò illis non datur retentio; quotiès ex perceptione fructuum effecta fuerunt illiquida.*

DECISIO III.

CEnſum in ſorte ducatorum 800., impoſitum favore Anteræ de Bernardo à Silvio patre, & Mutio filio de Campilongo, in ſolidum cum Marco Antonio de Anſelmo; totum in ſe aſſumpſerunt iidem de Campilongo; utpote ſolum eorum commodum reſpicientem: ac dictum de Anſelmo penitus indemnem relevare promiſerunt. Cum autem Cavalcantes maritus Laudemiæ filiæ dictæ Anteræ creditricis, binas domos hæreditarias præfati Marci Antonii de Anſelmo, ſibi adjudicari feciſſet uſque de anno 1624., pro reſtitutione ſortis, & ſolutione fructuum prænarrati cenſus; hinc Urſula, & Joannes Baptiſta, tamquam vocati ad fideicommiſſum, à præ-

à prædicto Marco Antonio ordinatum; ju-
dicium inſtituerunt anno 1652 contra mona-
ſterium Virginum Cuſentiæ, ſuper aſſiſtentiâ
ad domos dudùm poſſeſſas à dictis de Campi
longo cenſus impoſitoribus: ſed, protractâ
uſque ad annum 167. litis terminatione; pro-
diit in partibus favore monaſterii ſetentia
abſolutoria: cauſaque ſiluit uſque ad præſens.

Defunctâ nuper Urſulâ, & aperto præfato
fideicommiſſo ad favorem Salultii, & Anellæ
illius filiorum; appellarunt iſti ad A.C., à
quo ſententiam reportarunt præcedentis
revocatoriam, concedentem petitam aſſiſten-
tiam, confirmatam in gradu appellationis
per R. P. D. Bancherium: ſed ulterioris ap-
pellationis causâ ad hoc ſacrum Tribunal de-
latâ, mihique commiſsâ: dubium hodiè pro-
poſui - *An ſit danda aſſiſtentia* - & *affirmativa*
prodiit reſolutio.

Moti fuerunt Domini ex validitate ſenten-
tiarum, in Curia latarum; quæ ex actorum
revolutione patebat; iuxta vulgatam *dec. 260.
Caputaquen.* illarumque juſtitia reſultante
ex concurſu omnium extremorum ad hunc
effectum requiſitorum: nimirum credito cum
hypotheca, antiqua poſſeſſione Debitorum,
antè factam monaſterio venditionem, ac de-
mum moderna ejuſdem monaſterii Rei con-
1 venti. Quibus ſtantibus, aſſiſtentiam eſſe
concedendam probant *Rovit. in Pragmat.
Regni tit. de Aſſiſtent. bonorum præſtan. Prag-
mat. 1. per tot.* & ſignanter *n. 33.*, *Franc. dec.
80. n. 15. in fin.* & *dec. 101. n. 22. & 23.*

Nec ad eam retardandam, ſuffragari vide-
batur exceptio retentionis, in præcedenti-
bus inſtantiis per monaſterium oppoſitæ; ac
duplici ex capite prætenſæ. Primo nempe ex
cauſa crediti dotalis quondam Victoriæ de
Cava, quo idem monaſterium ſe tueri præ-
tendit ex perſona Franciſci Mariæ, ac Silvii
ejus authorum. Secundò ratione melioramen-
torum, quæ moniales in controverſis domi-
bus adiecitſe ſupponunt.

Quo enim ad creditum dotis, ceſſare viſa
fuit difficultas: tum ex quo Franciſcus Maria,
& Silvius junior, à quibus cauſam habet mo-
naſterium; in diviſione cum cæteris fratribus,
inita de anno 1640. intuitu pinguioris portio-
nis eis aſſignatæ, univerſa debita Mutii pa-
tris, ac debitoris, ob præfatam bonæ fidei
recognitionem; in ſe ſuſceperunt: Quapro-
pter, ſicut hodie, ſi hæredes fideicommiſſarii
actionem dirigerent contra Franciſcum Ma-
riam, & Silvium juniorem; non poſſent iſti,
prætextu dotium maternarum, aſſiſtentiam
retardare; dum, vigore præfatæ generalis ac-
collationis debitorum, promiſerunt etiam
dotem maternam à patre debitam ſibi ipſis
perſolvere: ita eamdem aſſiſtentiam retarda-
2 re nequit monaſterium; quod ex illorum
jure propriam tuetur poſſeſſionem ad *text.
in l. In iis, §. Non debeo ff. de Regul. Jur.*, *Gra-
tian. diſcept. for. cap. 653. n. 73.*, & *Rota de-
ciſ 170. n. 1. par. 12 rec.*

Tum etiam: quia dicti Franciſcus Maria,
& Silvius ſeſe Mutii patris hæredes declara-
runt uſque de anno 1636; à qua die, quaſi
contrahendo cum creditoribus hæreditariis,
obligarunt etiam favore fideicommiſſi eorum
jura dotalia: illiſque propterea, tamquam
3 priùs pro fideicommiſſo obligatis, uti nequit
contra hæredes fideicommiſſarios monaſte-
rium ſuam actionem deſumens ab inſtru-
mento venditionis anni 1640, & ſic tempore
poſterius: *Rota coram Ninot. dec. 24. num. 15.*,
& in rec. dec. 55. in fin., *& dec. 259. n. 10.
par. 18.*

Non refragante reſponſione, quod illi hæ-
reditatem adiverint cum beneficio legis, & in-
ventarii; quo mediante præſervata remanſe-
4 rit actionum confuſio. Etenim ſemper obſtat
qualitas hæreditaria, quouſque ratio reddita
non fuerit de bonis in inventario deſcriptis;
Rota coram Coccino dec. 2075. num. 6., & 7.,
& in rec. dec. 610 n. 4 & 5. par. 18. Et in om-
nem caſum, cum doceatur, domos à mona-
ſterio poſſeſſas, ad quas petitur aſſiſtentia;
5 eſſe hæreditarias Mutii: non juvat inventa-
rium, quod actionum confuſionem non impe-
dit, quatenus capiunt bona hæreditaria: *Ad-
den. ad Gregorium deciſ. 4 8. num. 15. Rota de-
ciſ 253. n 9. apud Zacch. de Oblig. camer.*, *co-
ram Celſo dec 83. n. 2. cum duobus ſeqq.*, *& in
rec. dec. 256. n. 5. par. 2.*

Quo verò ad melioramenta, iſta probata
non videbantur ex ſimplici fide duorum ar-
chitectorum non deponentium de antiquo
6 valore domorum; ſine quo, meliorationes fir-
mari non poſſe, pluries reſpondit *Rota*, & ſi-
gnanter *dec. 459. num. 1. coram Priol.*, *in rec.
dec. 203. n. 1. par. 13.*, *& dec. 291. n. 2. par. 15.*
7 Et in omnem caſum, illiquida reddeban-
tur ex fructibus perceptis à die obtentæ aſſo-
ciationis; itaut concedi non poſſet retentio;
Rota dec. 295. n. 7. par. 14. deciſ. 80. n. 15., *&
ſeqq.*, *& dec. 119 n. 8 par. 15. rec.*

Et ita, Paſchalibus tantùm informantibus;
monaſterio verò, licet pluribus intimationibus
laceſſito; comparere non curante; fuit reſo-
lutum.

COLONIEN. PASTORATUS, SUPER EXECUTIONE LITTERARUM.

Ven. 15. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Beneficia curata, etiam de iurepatronatus ec-
cleſiaſtico; provideri debent prævio concur-
ſu, ſive ſint unita, ſive liberæ collationis;
attento Brevi; de quo in deciſione.

SUMMARIUM.

1 *Valor beneficiorum Germaniæ exprimi ſolet per
non exceſſum in ducatis 24.*
2 *Vacandi modus, ob non factum concurſum, pro-
batur, ex quo de illo non docetur.*
3 *Vel quoties de eo in proviſione non fuit facta
mentio.*
4 *Concurſùs non facti probatio reſultat ex impe-
tratione parochialis, tamquam unitæ,*

5 Re-

5 *Requiritur etiam in parochiali unita, quotiès per conſtitutionem Pontificiam ita fuerit diſpoſitum.*

6 *Diſpoſitio particularis, ubi viget, recurrendum non eſt ad regulas generales.*

7 *Parochiales quæcumque, etiam de jurepatronatus eccleſiaſtico, prævio concurſu, provideri debent ex diſpoſitione S. Concilii Tridentini.*

8 *Proviſus a Sede Apoſtolica de beneficio, ſi ſola ſupplicatione ſignatâ, ac litteris non expeditis, recurſum habuerit ad Ordinarium; & vigore inſtitutionis ab illo reportatæ, beneficii poſſeſſionem cœperit; ſit perpetuò inhabilis ad idem beneficium aſſequendum ex conſtitutione Julii Tertii, bullario veteri* la 33.

DECISIO IV.

AD parochialem eccleſiam Sancti Lupi, per obitum Hermanni ultimi rectoris vacantem, aſpirantes Henricus. & Wilielmus, ambo, ſub diverſâ tamen narrativâ, proviſionem à Sede Apoſtolica impetrarunt: Henricus nempe tamquam præſentatus à præpoſito inſignis collegiatæ Sancti Cuniberti, cui dictam parochialem unitam ſuppoſuerat: Wilielmus verò *in forma dignum*. Ille litteras officiali Colonienſi, pro exequutione directas, expedivit; ille autem, neglectâ ſuarum expeditione, ipſammet parochialem, ſibi uti canonico, & per Capitulum præſentato, à Colonienſi Archiepiſcopo conferri curavit; introductaque hinc inde diſputatione coram dicto officiali Colonien.. licèt iſte utrumque collitigantem repuliſſet; pronunciando, litteras Henrici non eſſe exequendas; & viceverſa, jus activum nominandi, & præſentandi Capitulo non competere: nihilominus Wilielmus, ſpreta appellatione per Henricum ab hujuſmodi ſententia interpoſitâ, inſtitutionem à prædicto Archiepiſcopo reportavit, tam vigore præſentationis Capitularis, quàm prætextu juris devoluti, ſeque in poſſeſſionem intruſit. Hinc, devolutâ per appellationem causâ ad Rotam, diſputatoque 25. *Junii anni præteriti coram bo: me: Emerix* dubio: *An Litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ, ſeu potius Henricus ſit inſtituendus: negativè*, quoad utramque dubii partem, prodiit reſolutio.

Quia verò Henricus, agnitâ forſan juſtitiâ totalis reſolutionis, novam obtinuit à Sede Apoſtolica proviſionem ejuſdem parochialis, tamquam devolutæ ob non ſervatum concurſum; & è contra Wilielmus litteras Apoſtolicas, ſignatæ uſque de anno 1691. ſupplicationis, expedivit; fuit propterea coram Me, in locum dicti bo:me: Emerix ſubrogato, concordatum dubium: *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, ſeu quænam litteræ ſint exequendæ*: ſed cùm hodie Partes, ſuperfluum putantes, ſuper exequutione primæ gratiæ ampliùs inſiſtere; omiſſâ diſputatione primæ partis dubii; ſecundam duntaxat examinandam proponerent: id circo Domini, juxta illam reſpondendo, cenſuerunt, *Litteras Apoſtolicas Henrici, utpote in omnibus juſtificatas, eſſe exequendas*.

Vacatio enim per obitum Hermanni, clericatus, & idoneitas Henrici ad curam animarum, & qualitas parochialitatis, erant extra controverſiam: valor narratus per non exceſſum in ducatis 24., juſtificatione non in-
1 digebat; cùm in omnibus Germaniæ beneficiis, talis expreſſio fieri conſueverit; ut pluries dixit *Rot.*, & ſignanter *coram Cerro dec. 72. n.5. & dec.572. n 3.*

Modus autem vacandi, ob non factum concurſum juxta Pianam conſtitutionem, proba-
2 tus remanet; tum ex quo de illo non docetur, *Rot. dec.310. n.17. par.16., & dec.150. n.6.*
3 *par.17. rec.*; tum etiam, quia in proviſione Wilielmi, nulla fuit facta illius mentio: *Rota coram Buratto dec. 303. n 9.* Quinimmo ex-
4 cluditur: dum eam, tamquam Capitulo unitam, impetravit; ex deductis *in Barchinonen. Hebdomodariæ Majoris de Palau Tordera 1. Junii 1696. §. Tertiò demum, coram Reverendiſſimo D. meo Decano; & in Barchinonen. Parochialis de Albinyana eiſdem die, & anno §. Certiùs quia coram R.P.D. meo Muto.*

Tota itaque diſputatio, ad ſenſum Partium, reducebatur ad verificationem unionis: circà quam, plura hinc inde per informantes deducebantur: quorum tamen examen prorsùs inutile Domini exiſtimarunt: dum circa parochialem, de qua res eſt, certam ſtatuit legem ſa: me: Gregorius XIII. explicitè demandando, quod illa conferatur perſonis, quæ, *Non ampliùs a ſuperioribus, & inquiſitore præſentatis; ſed in concurſu, ab examinatoribus, inibi, juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem deputandis, ſervata ejuſdem Concilii Tridentini forma, examinari, & approbari debeant*: Quapropter, ſive conſtaret de unione, ſive illa excluderetur: unicè ad effectum devolutio-
5 nis ſatis fuit defectus concurſus, qui utroque modo, ex dictæ conſtitutionis cenſurâ, requirebatur; ut in his terminis reſpondit, *Rota in Gerunden. Beneficii 10. Februarii 1696. §. Neque obſtare, coram R.P.D. meo Scotto, confirmata 10. Decembris ejuſdem anni §. Cæterum coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Atque ex hac conſtitutione, ſublatâ remanet alterâ exceptio, quod etiam unione ſepoſitâ, neceſſarius non fuiſſet concurſus quoad controverſam parochialem, utpote de jurepatronatus eccleſiaſtico: & uni ex Canonicis conferendam à Capitulo, ad quod, jus præſentandi ſpectare ſupponebatur. Etenim, quidquid ſit de veritate hujus ſuppoſiti: recurrit eadem reſponſio, quòd, dum ſummus Pontifex, præcisè de iſta eccleſia diſponendo, juſſit, illam per concurſum provide-
6 ri; non erat ad generales juris regulas recurrendum: ſed particularis diſpoſitio adamuſſim ſervanda, per *Text. in cap.2. de Regul. jur. in 6., & cap. Si Capitulo de Conceſſ. præbend. in 6.*, & in puncto *Rota in d. Gerunden. Beneficii §. Minuſque in fin. cor. R.P.D. Scotto; & §. Cæterum*, paritèr *in fin. coram R. P. D. Anſaldo.*
7 Et tamen ex præſcripto ſacri Concilii Tridentini *Seſſ.24. cap.18. de reform.*; quæcumque

par-

parochiales, etſi de jurepatronatus eccleſiaſtico, debent, prævio concurſu, provideri; ut generaliter notat *Barboſ. ibid. n.136.*, & loquendo de diœcoſi Colonien., *idem Barboſ. in Seſſ.25. de reform. cap.2.n.1.*, & de Leodienſi, *Rot. dec.32. par.18. rec.* Quam veritatem, in propoſito comprobavit etiam atteſtatio data in *Summ.* Wilielmi *n.6.* præſeferens, quod: *in poſtrema ſynodo Colonienſi celebrata anno 1662., vigore decreti s. Concilii Tridentini Seſſ. 24 cap.18., propoſiti, & approbati fuerunt ſex examinatores ſynodales &c.*: ſignum evidens, quod uſque tunc agnita fuerat neceſſitas concurſus in parochialibus.

Poſitâ ex his verificatione litterarum Henrici: minùs illarum exequutioni adverſari vi-
8 debantur litteræ Wilielmi. Cum enim iſte, poſt ſignatam à ſummo Pontifice ſupplicationem pro præſentato à Capitulo, recurſum habuerit ad Archiepiſcopum Colonienſem; & vigore inſtitutionis ab eo reportatæ, beneficii poſſeſſionem apprehenderit; effectus inde fuit perpetuò inhabilis ad idem beneficium aſſequendum; ex litterali, & nota conſtitutione Julii III: bullario veteri *la* 33., de qua *Rota coram Cerro dec.196. n.9. & ſeq., & in recen. dec.216. n.5., dec.268. n.2. & dec. 287. n.1. par.6.*

Et ita utraque &c.

COLONIEN. PASTORATUS, SUPER ATTENTATIS.

Veneris 15. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Attenta non dicuntur ſatis purgata per renunciationem; niſi copulativè reſtituantur fructus, & reficiantur expenſæ.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio capta pendente appellatione, eſt nulla, & attentata.*

2 *Pro purgatione attentatorum requiritur, præter renunciationem, reſtitutio fructuum, & refectio expenſarum.*

3 *Oblatio reficiendi expenſas ſerotinè facta, inefficax eſt ad retardandam purgationem attentatorum.*

4 *Nec admittitur quoad fructus, quorum totalis reſtitutio debet præcedere.*

5 *Fructus præſumuntur percepti ab eo, qui beneficii poſſeſſionem occupavit; niſi probet ab alio fuiſſe perceptos.*

DECISIO V.

Cum pendente appellatione ad Sedem Apoſtolicam interpoſitâ per Henricum à ſententia officialis Colonien., denegante exequutionem litterarum Apoſtolicarum, quas ille ſuper proviſione parochialis ſancti Lupi, obtinuerat: Wilielmus, tamquam à Capitulo inſignis collegiatæ ſancti Cuniberti præſentatus, inſtitutionem ab Archiepiſcopo Colonienſi reportaverint; ac ſucceſſivè poſſeſſionem apprehenderit: curavit hodie præfatus Henricus, occaſione diſputationis dubii ſuper exequtione novæ gratiæ per ipſum impetratæ; proponi etiam aliud particulare: *An conſtent de attentatis*: quod fuit *affirmative* reſolutum.

1 Attentatam enim fuiſſe poſſeſſionem, tamquam captam intra decendium, & in ſpretum appellationis, nedum ſtatuit *Text. in leg. prima & toto tit. ff. Nil novari appellat. interpoſit. & in cap. Non ſolùm de appellat. in 6.*, verum etiam agnovit ipſemet Wilielmus; qui poſſeſſioni renunciavit.

Sed hanc renunciationem inſufficientem
2 Domini reputarunt, ex quo una ſimul refectæ non fuerunt expenſæ, nec reſtituti fructus antea percepti; prout faciendum eſſe, dixit *Rot. coram Buratt. dec.356. n.4. coram Celſo dec.80. num.1., & in recen. dec.75. n.7. part.13.* Et quamvis expenſarum refectio fuerit in limine propoſitionis cauſæ judicialiter oblata; adhuc talis oblatio prorsùs inefficax vi-
3 debatur: tum quia nimis ſerotìne facta eſt; ut in his terminis reſpondit *Rota dec.80. n 8. par.13. recen.*: tum quia, data etiam per hypotheſim illius validitate; admitti ſolum potuiſſet quoad expenſas, juxta opinionem *Angel. in l.4. §. Ait prætor ff. de re judicat.* non
4 tamen quoad fructus, quorum totalis reſtitutio in judicio attentatorum præcedere debet, ad hoc, ut iſta integrè purgata dicantur, ut ſequendo doctrinam *Bald. in cap. Conquerente de Reſtit. ſpoliat.*, & caſus diſtinguendo, probat *Adden. ad Ludoviſ. dec.503. n.6.* & firmavit *Rota in Gerunden. Sacriſtæ ſuper attentatis 28. Junii 1694. §. final. coram R.P.D. meo Pio.*

Nec obſtare viſa fuit replicatio, quod fructus dictæ parochialis, non à Wilielmo; ſed ab œconomo, in Partibus deputato, fuerint percepti. Ultrà quod enim hujuſmodi deputatio, quatenus revera ſubſiſteret, eodem laboraſſet vitio nullitatis, & attentatorum, quo infecta erat poſſeſſio; ex ſupra firmatis: objectum removebatur ex quo non conſtabat, illam fuiſſe factam, & quidem legitimè cum citatione Partis; ac reportata obligatione fructus reſtituendi, cui beneficium adjudicatum fuiſſet: adeòut, cum è contra certum ſit, Wilielmum parochialis poſſeſſionem oc-
5 cupaſſe; urgeat propterea contrà ipſum juridica præſumptio perceptionis fructuum; niſi concludenter doceat, eos ab alio fuiſſe perceptos; ut proſequitur *Rota in d. Gerunden. Sacriſtiæ, §. Nec obſtat.*

Et ita, utràque &c.

CORNETANA JURIS OFFERENDI.

Veneris 22. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Creditor poſterior citatus in judicio aſſignationis bonorum, & nihil opponens, amittit jus offerendi adverſùs anteriorem: &, ſi uno titulo poſſideat, per ſupervenientiam alterius, non

non indiget mandato, nec alia apprehenſione poſſeſſionis.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor citatus in diſtractione pignoris, niſi opponendo compareat, hypothecam remiſiſſe cenſetur: & bona in anteriorem tranſeunt irrevocabiliter; ut* num. 3.

2 *Hypotheca ceſſante, ceſſat jus offerendi.*

4 *Augumentum, ſive deterioratio bonorum cedit beneficio, & reſpectivè damno creditoris, cui fuerunt adjudicata.*

5 *Creditor poſſidens jure pignoris, ſi deinde obtineat bona ſibi adjudicari; poteſt illorum poſſeſſionem continuare abſque nova apprehenſione.*

6 *Et per ſupervenientiam novi tituli acquirit illicò dominium; ac ſi eo nomine ab initio res tradita fuiſſet.*

7 *Creditor poſterior non citatus in judicio aſſignationis bonorum habet jus offerendi.*

8 *Jus offerendi datur poſteriori ex æquitate; ut poſſit ſatisfieri ſuper eo, quod pignus excedit in valore creditum anterioris.*

9 *Non datur, quoties conſtet, pignus fuiſſe juſto pretio adjudicatum.*

DECISIO VI.

JUs offerendi, quod Eminentiſſimo D. Cardinali Mareſcotto creditori Vincentii Tagliaviæ. A.C. per ſententiam conceſſerat ad bona jam adjudicata Cæciliæ anteriori Creditrici, ex æquitate *Textus in l. Potior §. Finali ff. Qui potior in pign. hab., & in l. 1. C. eod.*; putarunt hodiè Domini, non competere: ideoque petitam *immiſſionem denegarunt*.

Conſtitit enim in facto, quòd, poſt indictum creditorum concurſum, electumque peritum pro ſingulorum bonorum æſtimatione; prodiit ſententia declarans, illa *eſſe adjudicanda, & aſſignanda creditoribus graduatis juxta pratium æſtimatum a perito; proportionabiliter tamen unicuique pro concurrenti rata ejus crediti: eligenda juxta ordinem anterioritatis: & facta electione; mandatum de immittendo, & aliud opportunum eſſe relaxandum*: quodque in hujus ſententiæ exequtione, Cæcilia pro ſuis creditis, facta electione bonorum, quæ præcedenter jure pignoris retinebat; confirmationem illorum poſſeſſionis à Judice reporta-
1 vit. Cum autem omnes iſti actus geſti fuerint citato ſemper, nunquam tamen ſe opponente dicto Eminentiſſimo D. Cardinali, nec in eodem judicio ullatenus offerre curante, *Summ. illorum de Tagliaviis num. 2. cum tribus ſeqq.*: ſicut exinde ceſſavit hypotheca, quam ipſe ſuper dictis bonis acquiſiverat; ad *Text. in l.*
2 *ſi eo tempore C. de Remiſs. Pignor.*: ita jus offerendi, tamquam effectus ab hac cauſa producibilis, ut inquit *Bald. conſ. 50. num. 2. verſ. Quampropter lib. 1. Cephal. conſ. 298. num. 16.,*
3 *& Rot. cor. Bich. dec. 43. num. 19. & 34.*; extinctum remanſit: ac bona creditrici anteriori fuerunt irrevocabiliter acquiſita, *Salgad. in Labyr. Credit. par. 1. cap. 8. num. 11. Poſth. de Subbaſt. inſpect. 66. num. 38., Theſaur. dec. 157. n. 11.*, ubi ita judicatum fuiſſe reſtatur; cui ſe ſubſcripſit etiam *Gaſpar filius in Addit. lit. B.*, referens ſententiam, non attenta contraria opinione *Riminald. Jun., & Morotii in tract. de Jur. offer.*, fuiſſe confirmatam; *Amat. reſol. 11. n. 3. & ſeqq., de Marin. reſol. 219. n. 8. lib. 1., Rot. cor. Bich. dec. 95. n. 6., in rec. dec. 32. n. 7. par. 17., in Narnien. Juris offerendi 7. Februarii 1678. §. Ratio autem, cor. Reverendiſ. Bourlemont, & in Romana Immiſsionis 17. Martii 1694. in princ. cor. R. P. D. meo Pio.*

Æquitas namque non patitur, quod rerum dominia diu ſtent in incerto; & creditor, cui bona fuerunt adjudicata, ſemper in ſuſpenſo remaneat; ſed rebus aliquando terminus im-
4 ponatur: & quemadmodum bonorum deterioratio creditoris damno ceſſiſſet; ita illorum incrementum, vel ex temporis beneficio, vel ex alia ratione cauſatum; ejuſdem commodo referri debet, *Cephal. conſ. 550. n. 19. Schettin. de Jur. offer. par. 1. cap. 3. ſect. 4. n. 6., Poſth. de Subbaſt. inſpect. 66. n. 55. & Rot. cor. Mantic. dec. 126. n. 4.*

Non attentâ reſponſione, quod hæc procedant, quoties actus adjudicationis fuerit completus; ſecus verò quando prout hic imperfectus remanſit; dum Cæcilia poſt ſententiam graduatoriam, mandatum de adjudicando non expedivit, nec poſſeſſionem nacta fuit: itaut adhùc dici nequeat dominium à debitore fuiſſe penitus abdicatum. Quippè, ſtante præcedenti ſententia declarante, bona Vincentii creditoribus eſſe adjudicanda, & aſſi-
5 gnanda: ſatis fuit quod Cæcilia, quæ jam poſſidebat, illa pro ſuo credito elegerit, ac electa retinuerit; abſque eo quod ullum ſuſciperet mandatum: quod, tamquam contra ſe ipſam, ſeque ipſa expulſa exequendum; nedum neceſſarium non erat; ſed prorsùs incongruum: *Dyn. in l. ſi finita §. Julianus ff de Damn. infect., ibique Bartol. n. 37., Bologuin. n. 93., Aretin. in l. 1. in princ. ſub n. 31. ff. de Acquir. poſſeſſ., Cephal. d. conſ. 298. n. 9. & conſ. 550. n. 29.*, & optimè *Pariſ. conſ. 42. n. 31. lib. 1.* Quoties enim quis poſſidet jure pignoris, eique novus ſupervenit titulus dominii transla-
6 tivus; neceſſaria non eſt alia traditio: ſed ſtatim proprietas acquiritur; perindè ac ſi res eo nomine tradita fuiſſet: ut inquit *Text. in §. Interdum, Inſtit. de Rer. diviſ. & in l. Qua ratione §. Interdum etiam ſine traditione ff. de Acquir. rer. domin.*

Perperàm verò impugnabatur præcedens Cæciliæ poſſeſſio, ſub fundamento, quod poſt ceſſionem bonorum à Vincentio factam, deputatus fuiſſet œconomus pro illorum adminiſtratione: ſiquidem in ipſamet œconomi deputatione, litteraliter excepta fuerunt bo- 1
na per Cæciliam electa, ut in *Summ. replicationis dd. de Tagliaviis n. 2.*: & ulterius fuit ei poſtmodum conceſſa generalis facultas recolligendi fructus omnium bonorum, *eodem Summario n. 3*: idque nedum laſſi fuerunt credito- 4
res, qui mandatum obtinuerunt, expulsâ Cæciliâ; ſed etiam admiſit Judex, qui Cæciliæ bonorum retentionem concedendo ſub conditione, quod ſummam, ejus creditum exceden-

dentem; aliis ſolveret creditoribus; in neceſſarium antecedens ſuppoſuit ejus poſſeſſionem, imò & dominium: quod ſicut pro rata ſoluta, citra dubium acquirebatur; ita pro ſumma cum credito compenſata, dici debebat acquiſitum.

Et ex his inapplicabiles videbantur plures authores congeſtæ in *Aſculana Juris offerendi 22. Martii 1688. coram Reverendiſs. Turonen.* firmantes, ultimo creditori competere jus offerendi, ratione hypothecæ ſuper bonis communis debitoris, ad ſui favore contractæ.

7 Procedunt enim cum ſuppoſito, quod creditor in judicio aſſignationis citatus non fuerit: quo caſu tale jus cenſeri debet præſervatum: eum ei nequeat imputari, cur antea non obtulerit; ut, materiam diſtinguendo, & conciliando contraria, firmatum fuit in *dicta Aſculana §. Hæc autem*.

Quæ fortiùs procedere Domini exiſtima-

8 runt, ex quo jura poſtremo creditori facultatem offerendi concedentia unicè nituntur æquitati; juxta quam congruum videtur, ut, ſi pignus pro credito anteriori adjudicatum, pluris valeat; tale valoris augmentum poſterior conſequatur: ſatiſque ſit anteriori totaliter de ſuo credito ſatisfieri: *Cravett. conſ. 298. n. 1. verſ. Et iſtud jus offerendi, Morot. de Jur. offer. n. 12., Acoſt. de privil. credit. regul. 3. limit. 1 n. 25., & 26., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. queſt. 43. n. 4. Rot. dec. 445. n. 4. cor. Duran.*

At hujuſmodi æquitatis ratio nequit in

9 præſenti verificari: dum bona Cæciliæ adjudicata fuerunt priùs æſtimata per peritum judicialiter electum, citato præ cæteris Eminentiſſimo D. Cardinali, & quod magis eſt, comperto, illorum valorem, creditum excedere; fuit illud plus alteri intermedio creditori ſolutum: itaut ceſſet quæcumque ſpes, mediante pretii oblatione, lucrum conſequendi ex recuperatione bonorum.

Et ita, utraque &c.

FERRARIEN. RESTRICTIONIS GHETTI, SUPER NEGOTIO PRINCIPALI.

Veneris 22. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Plura inter ſe ſeparata continet, de quibus in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Actor ſuæ intentionis fundamentum probare tenetur.*
2 *Reo ſufficit negare prætenſionem actoris.*
3 *Conditione non purificata, locus non eſt facto promiſſo*, & num. 7.
4 *Ex propria culpa nemo commodum reportare debet in aliorum præjudicium.*
5 *Locator, & conductor non debent ad imparia judicari.*
6 *Colluſio inter locatorum, & conductorem arguitur ex facili conductoris liberatione facta ſine præcedenti cauſæ cognitione.*
8 *Contractus regulari debet juxta tempus; quo fuit geſtus: non autem a præcedenti.*
9 *Hæbreis, ſicuti penſiones augeri non debent; ita domorum domini cogendi non ſunt ad illarum diminutionem.*
10 *Jus* Gazagà *inter hæbreos eſt pretio æſtimabile.*

DECISIO VII.

INter capitula, occaſione conſtructionis ghetti in civitate Ferrariæ, de mandato Cardinalis Cennini, tunc de latere Legati, concordata per hæbreorum univerſitatem cum dominis domorum, in circumdario deſignato exiſtentium; conventum extitit, quod: *Se per mancanza di linea finita, ò per il partire, che faceſſe qualche quantita d' ebrei da Ferrara, ò per qualunque altra cauſa, non reſtaſſero affittate* (ſcilicet domus): *l' univerſita, e natione di detti Ebrei, ſia tenuta, & obligata de proprio al pagamento delli affitti di dette caſe, e botteghe per un'aunata intiera: nel qual tempo mentre la ſodetta univerſita, ò natione non voglia continuar' a pagare detti affitti del proprio; ſia obligata far' inſtanza avanti l' Illuſtriſſimo Signor Cardinal Legato, che ſara prò tempore, acciò ſi reſtringa il circondaio del ghetto.* Huic autem diſpoſitioni præfata univerſitas innixa cœpit in partibus prætendere locum eſſe reſtrictioni ghetti, vel reductioni penſionum, cum ſuppoſito, quod cauſæ ibidem expreſſæ verificarentur. Et, quamvis in prima inſtantia utramque obtinuerit; nihilominus, compromiſſa deinde controverſia, denegata fuit per arbitros, ghetti reſtrictio: conceſſa tamen penſionum reductio. At, dominis domorum huic laudo non acquieſcentibus, cauſaque proinde ad Curiam delata, primò in Tribunali A.C., ac poſteà in hoc ſacro Auditorio, prævIis geminis deciſionibus coram R. P. D. Muto, prodierunt ſententiæ, neutram ex inſtantiis per dictam univerſitatem promotis admittendam eſſe; declarantes. Cumque cauſam, in ulteriori inſtantia, mihi commiſſam hodierna die propoſuerim, & DD. poſteriora judicata ſolidis fulcita rationibus recognoverint; idcircò *Sententiam rotalem confirmandam* eſſe, reſponderunt.

Hujus enim validitate ſuppoſita; juſtitiam ſatis reſultare putarunt, ex quo controverſa ghetti reſtrictio non fuit in capitulis abſolutè, nec ad Hæbreorum libitum permiſſa; ſed ſolùm quoties illorum lineæ defeciſſent, vel aliqualis eorum numerus è civitate diſceſſiſ-

1 ſet. Quamobrem partes ſunt univerſitatis, alterutram ſaltem ex dictis cauſis juſtificandi, tamquam propriæ intentionis fundamentum, *Text. in l. Actor qui aſſeverat, C. de Probat. Alex. conſ. 46. n. 1. lib. 5., & Rot. deciſ. 758. ſub n. 4. verſ. Prætenſa verò, par. 3. rec.*: cùm cœte-

2 roquin domorum poſſeſſoribus illas negare ſufficiat, *Menocch. de Præſumpt. præſ. 182. per tot., Altograd. conſ. 77. n. 19. & ſeqq. lib. 2.* cum aliis, quos refert prima *deciſio R. P. D.*

mei

mei Muti, ædita 23. *Martii* 1696., §. *Mi-*
nus eam.

Tantum autem abeſt, ut linearum deficien-
tiam, vel Hebræorum diſceſſum probaverit
Univerſitas; licèt diu ad hunc effectum expe-
ctata, quin potiùs domorum poſſeſſores, de
contrario docuerint; ſignanter ex notulâ per
ipſosmet Hebræos, in cancellaria epiſcopali
exhibitâ de anno 1627., quo inita fuerunt
prædicta capitula: ex qua conſtat Hebræo-
rum numerum tunc temporis non exceſſiſſe
1700., *Summario poſſeſſorum dato 5. Julii 1694.*
n.5., Et tamen illorum quantitas in præſenti
aſcendit certè ad 1725., ut ex calculo diſtin-
ctè regiſtrato in *Sum. diei* 23. *Martii* 1696. *n.7.*
Quod comprobarunt etiam notulæ per He-
bræos ſucceſſivè traditæ, uſque ad annum
1661., in quibus major ſemper legitur nume-
rus eo, qui anno 1627. fuerat adnotatus: un-
de, cùm nullam ex conditionibus, ſub quibus
3 ghetti reſtrictio conventa fuerat, eveniſſe
probetur; locus illi non eſt contra pactum,
adeò accuratè ſtabilitum, *l. Item quia ff. de*
Pact. Rot. dec.222. n.11. par.18. recen., & paſ-
ſim alibi.

Nec ad evitandam hujuſmodi probationem
duplex relevare videbatur exceptio, per Uni-
verſitatem deducta. Prima nempè, quod de-
ficientia, vel diſceſſus Hebræorum, fuerit in
capitulis enunciatus pro cauſa, ob quam poſ-
ſeſſores pro domibus, quæ locatæ non eſſent,
penſiones exigere valerent ab Univerſitate:
nullatenus autem requiſita fuerit hujuſmodi
cauſarum verificatio in ea parte capitulorum,
ubi fit mentio de reſtrictione ghetti: ad quam
obtinendum, unicè ſufficiat, Univerſitatem
coactam fuiſſe ad ſolutionem integrarum pen-
ſionum pro domibus diſlocatis. Secunda,
quod, in omnem caſum, Hebræos hodiè nu-
merando comparativè ad tempus constructio-
nis ghetti, factæ anno 1624., pateat, illos,
tunc temporis, conſtituiſſe numerum 2074.,
modò verò non excedere 1725., ut ſupra di-
ctum fuit: itaut certa jam adſit probatio no-
tabilis diminutionis.

Quo enim ad primam, quidquid ſit, an di-
ctæ cauſæ appoſitæ fuerint correſpectivè ſo-
lùm ad ſolutionem penſionum nec ne: pon-
derarunt Domini, fuiſſe quidem conceſſam
Univerſitati facultatem petendi reſtrictione
ghetti: ſed ad certum effectum; ut ſe exime-
ret à ſolutione penſionum, ad quam in eodem
capitulo ſe obligaverat pro domibus, ex He-
bræorum deficientia, vel diſceſſu, inconduct-
tis remanentibus: Unde cùm Univerſitas
penſiones ſolverit in præteritum, & ſolvat
adhùc in preſenti; non ex cauſis ſuperiùs
expreſſis; ſed ex quo ipſa in fraudem Chri-
ſtianorum, colludendo cum Hebræis, per-
miſit iſtos voluntariè, nullâque cogente ne-
ceſſitate, domos à principio conductas di-
mittere; partim ob alias eis beneviſas adau-
ctas; partim ob plures de novo conſtructas;
& demum ob apothecas, & promptuaria, ex-
trà ghettum conducta: nulla ratio ſuadere
videbatur, quod ipſa, ex propria culpa, &
malitia, in aliorum præjudicium commodum
4 reportare deberet; contra regulam *Text. in*
l. In fundo de Rei Vindic. de qua Barboſ. axiom.
143. n.3., Rot. coram Coccin. dec.311. num.9.,
& coram Priolo dec.34. n.42. adeòut Hebræo-
rum conductorum arbitrio repoſitum eſſet,
domos deſerere: quando è contra, Chriſtia-
nis locatoribus permiſſa non eſt illarum arbi-
traria locatio: cum tamen nil magis æquum
ſit, ac naturale, quam ut locator, & condu-
5 ctor ad æqualia judicentur; ut, ultra dedu-
ctos in *d. prima deciſione R. P. D. mei Muti*,
§. *Quo enim*, advertunt *Roland. conſ.69. n.27.*
lib.4., Surd. conſ.34. n.26., Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap.740. n.14. Cyriac. contr.151. num.19.
Mell. obſerv. for.137. n.11.

Potiſſimè; dum ex ædicto Cardinalis Pal-
lottæ demandatum fuerat, quod non poſſent
Hebræi conductores domos dimittere; præter
quam in caſibus, quibus è contra, juxta for-
mam capitulorum licuiſſet domorum poſſeſ-
ſoribus illos eiicere: & hoc etiam caſu, re-
quiſita priùs ab eiſdem Dominis licentia; ad-
ditâ ratione ſcilicet, ne iſti cogantur, ad He-
bræorum libitum penſiones reducere. Quo
circà tanto minùs poterat Univerſitas anti-
quos domorum conductores, ad illarum di-
miſſionem admittere, ac liberare, nulla præ-
præcedente cognitione, an aliqua urgeret le-
gitima cauſa dimittendi: & ita creſcit pro-
6 batio fraudis, & colluſionis; benè *Rota coram*
Merlin. dec.13. n.6. & in rec. dec.525. num.8.
par.13. & dec.468. n.4. cum ſeqq. par.18.

Quæ non minus emicat, tum ex quo He-
bræi, licet aliàs hac eadem excitata præten-
ſione, obtinuerint ghetti reſtrictionem; non
deſierunt tamen exinde antiquis domibus no-
vas incorporare, ac etiam ex integro nova
ædificia in circumdario conſtruere: Unde
oritur evidens argumentum, quod allegata
Hebræorum deficientia, nullo pacto ſubſiſtat:
ſitque purus prætextus, ad fraudem coloran-
dam, emendicatus: tum ex quo nec de pre-
ſenti diſlocatæ ſunt domus, quarum penſiones
ſolvit Univerſitas: cum iſta nonnullas ex eis,
aliis conductoribus ſublocaverit.

Et ex hac circumſtantia patet etiam, do-
morum diſlocationes non proceſſiſſe (ut ſup-
ponit univerſitas) ab inopia Hebræorum: iſta
enim non probatur, & adhùc probata irrele-
vans eſſet ad obtinendam ghetti reſtrictio-
nem: quæ ſolùm conventa fuit in caſu, quo
domus *non reſtaſſero affittate*: Ideòque dum
conſtat, domos ab antiquis conductoribus
dimiſſas, fuiſſe aliis ſublocatas: jam non ve-
rificatur qualitas, ſeu circumſtantia, ſub qua
fuit concepta diſpoſitio; cui proinde locus
7 eſſe non poteſt, *Decius conſ.49. n.2. Venturin.*
conſ.11. n.129. & conſ.39. a n.31. Cyriac. contr.
356. n.11. Ciarlin. contr.522. n.52.

Reſpectu verò ſecundæ exceptionis, ſa-
tisfacere videbatur reſponſio, quod calculus
perſonarum, ad effectum recognoſcendi, an
iſtorum numerus fuerit diminutus, initium
ſumere debet non ab anno 1624., quo ghet-
tum fuit conſtructum: ſed ab anno 1627., quo
inita

inita fuerunt capitula, & ſpecialis facta mentio de illius reſtrictione. Undè, cum ab eo
8 tempore diminutio non evenerit: nulla eſt habenda ratio de illa, quæ contractum præceſſerat; ut in proximis terminis reſpondit *Rot. coram Cavaler. dec 60. n.1.*, & firmat *d. prima deciſio R. P. D. mei Muti §. Eo minus, in fine*.

Hæc quoad reſtrictionem ghetti. Quo vero ad reductionem penſionum, neque iſtam deberi cenſuerunt Domini ex quo penſionum quantitas fuit ab initio maturo judicio taxata, nulloque unquam contradicente, ſervata ſpatio annorum 70: undè modo minuenda non eſt ſub generali prætextu, quod fructus omnium bonorum decreverint: tum quia, ſicuti retroactis temporibus, quibus cœtera inveſtimenta majorem reddebant fructum,
9 non curarunt, nec poterant domorum domini penſiones augere: ità æquum non eſt, quod cogantur hodiè ad illarum reductionem; ut in terminis firmavit, *Rot. dec.49. n.9. & 10. par.19. rec.* cum qua pertranſit *d. prima deciſio R. P. D. Muti §. Quin urgeat*: tum etiam, quia Hebræis, correſpectivè ad dictas penſiones, alia fuerunt in capitulis conceſſa, & ſignanter facultas ædificandi ad proprium commodum; utendo, ut dicunt, jure Gazagà: quod eſſe
10 pretio æſtimabile, tradunt *Gratian. diſceptat. for. cap.842. n.21. & ſeq., Thomat. deciſ.236. n.4. cum duob. ſeqq., Card. de Luc. de Locat. diſc.33. n.3. Pacion. eodem tract. cap.61. n.284. & ſequen.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DOTIS.

Ven. 19. *Aprilis* 1697.

ARGUMENTUM.

Dotis quantitatem, mulieri ab aſcendente conſtitutam, poteſt Judex, etiam antè matrimonium, augere, & à fideicommiſſo ſeparare, juxtà ætatis, ac temporum circumſtantias; de quibus in ſummario.

SUMMARIUM.

1 *Dos in majori quantitate conſtitui debet mulieri, quæ nubilem ætatem exceſſit*; & num 7.
2 *Dos ex fideicommiſſo detrahenda, poteſt etiam ante nuptias ſeparari; licet debeatur tempore nuptiarum*; ut n.5.
3 *Facultas augendi dotes debet intelligi cum ſuo moderamine.*
4 *Dotis congruitas Iudicis arbitrio repoſita eſt.*
6 *Dotes in dies augentur: & quare?*
8 *Dotem incongruam poteſt hæres gravatus. proportionabiliter augere: etiamſi fuiſſet in certa quantitate a teſtatore taxata.*
9 *Dotis congruitas, concurrente diſparitate ætatis, & temporum, regulanda non eſt a quantitate, alteri ſorori longè ante conſtituta.*
10 *Parentum commune votum eſt, filias commodè, ac nobiliùs, quam poſſint nubere.*
11 *Dotis quantitatem a teſtatore præfinitam, ſi Iudex inſufficientem agnoſcat, poteſt ad neceſſariam congruitatem augere; etiamſi augmentum fuiſſet expreſsè prohibitum.*
12 *Teſtatoris voluntas eſt ſervanda.*
13 *Clauſulæ*, cum omnibus incidentibus dependentibus, ac, quam & quas, *in commiſſione appoſitæ, operantur, ut omne jus partium in judicium deductum cenſeatur.*
14 *Stante clauſula* quam & quas, *poteſt ferri ſententia ſuper cauſa probata; licet non expreſſa, & formaliter non deducta.*

DECISIO VIII.

DOtem ſcutorum decem mille, quam Horatius Falconerius in teſtamento legaverat filiabus fœminis ex Paulo Franciſco filio naſcituris, auxit ille favore D. Mariæ Magdalenæ ejus filiæ, ad ſcut. 25000.; declarando, ſe ad hunc effectum uti facultate, quam in codicillis præfatus teſtator, his verbis, attribuerat: *Item dichiara, che il poſſeſſore della medeſima primogenitura poſſa accreſcere dette doti laſciate alle figlie di ſcudi diecimila, come ſopra, ſino a quella ſomma, e quantita, che ſecondo le qualita del maritaggio, e de' tempi, parerà al detto poſſeſſore pro tempore di detta primogenitura*. Cum autem D. Lelius, poſt obitum Pauli Franciſci patris in primogenitura ſucceſſor, tale augmentum, utpote intempeſtivè declaratum, impugnaret; ſolamque offerret quantitatem ab Horatio legatam: idcircò eadem Maria Magdalena, litem cum fratre neceſſariam prævidens, quantominùs tamen fieri poſſit duraturam exoptans, cauſam huic ſacro Auditorio committi obtinuit à Sanctiſſimo, appellatione remota, præviis duabus deciſionibus, omnium dominorum ſuffragio reſolvendam: mihique directa commiſſione, dubium propoſui: *An, & in qua ſumma, & ſuper quibus bonis, ſit aſſignanda dos*: eamque *aſſignandam eſſe in ſcutis 20. mill. comprehenſo etiam acconcio, ſolvendis ex fructibus multiplici extantibus; & pro reſiduo, ex bonis primogenituræ*; fuit hodie reſolutum.

Quo ad dotem in genere quæſtio non erat inter partes: eaque ſolum verſabatur circa quantitatem, quam D. Lelius, juxta præceptum Horatii, D. Maria Magdalena verò, juxta declarationem patris, conſtituendam eſſe prætendebant. Domini tamen neutram, juxta facti circumſtantias, congruam exiſtimarunt.

Non quidem illam ſcut. 10. mill.; quia mater actricis dotem habuit ſcutorum 20. mill., ſoror, licèt nupta in florida ætate, ſecum tulit ſcut. 15. mill.: patrimonium, ex quo dos detrahenda venit, eſt valdè pingue: & eadem
5 actrix jam nubilem ætatem exceſſit: adeò ut niſi pinguiùs dotata ſit, virum paris conditionis difficilè poſſit invenire: quod, pro majori dotis conſtitutione, ponderavit *Frecc. de Feud. lib.2. q 2. n.2. fol mihi 288., Rot. coram Buratt. dec 340. n.7. in fin., & cor. Carill. dec. 253 n.10., & Card. de Luc. de Dot. diſc. 144. n.25.*

E' converſò autem putarunt Domini, rationem habendam non eſſe de quantitate

ſcut.

ſcut. 25. mill. à Paulo Franciſco declarata.
Quidquid enim ſit, an Paulus Franciſcus augendi
facultatem habens, *ſecondo le qualità del
maritaggo, e de' tempi*; potuerit tempore, quo
nullum aderat ſtabilitum, nec præordinatum
matrimonium, dotem præventivè declarare:
quod facere potuiſſe, ſuſtinebant ſcribentes
pro D. Maria Magdalena; eo ſub fundamento,
quòd liceat dotem à fideicommiſſo etiam
2 ante nuptias ſeparare: ut mulier nuptui tradenda,
illam, abſque ulla mora, celebrato
matrimonio conſequatur; ex deductis per
Boſſ. de Dot. cap. 16. *n.* 186., *& ſeqq. Rot. cor.
Dunoz. jun. dec.* 726 *n.* 15. *& ſeq.*, *& in recen.
dec.* 179. *n.* 9. *& ſeqq. par.* 13. Domini, omiſſa
quæſtione circa facultatem, eamque reducendo
ad quantitatis cognitionem ponderarunt in
præſenti, actionem dirigi non contrà bona patris,
ſed avi: qui, etſi ad dotationem obligatus
exiſtat; primogenituram tamen inſtituit,
ac particulare multiplicum demandavit pro
dotandis quibuſcumque fœminis ab eo deſcendentibus:
inter quas adſunt jam hodie filiæ
D. Lelii primogeniti, licèt nondum nubiles:
ac proindè ſicut facultas dotes augendi, à
teſtatore primogenitis attributa, rigorosè in
ſolo caſu inſtantis matrimonii accipienda
non eſt: ita è contrà tolerandus non videtur
illius abuſus in perniciem, & diminutionem
3 multiplici, prò aliis etiam fœminis deſtinati;
ut, diſtinguendo inter bona libera, & fideicommiſſaria,
probat *Card. de Luca de Dot. diſc.*
145. *n* 88., & dixit *Rota coram Mantic. dec.*
329. *ſub n.* 3. *verſ. Idem ergo*.

Hinc dotis congruitatem, quam, penſatis
4 omnibus circumſtantiis, Judicis arbitrio repoſitam
eſſe, ſtatuit *Celſ. in l. ſi filiæ pater* 43.
ff. de Legat. 3. & latè firmat *Card. de Luc de Dot.
diſc.* 144. *n* 9. *Rota in Fononien. fideicommiſſi,
& dotium*, 3. *Martii* 1692. §. *Et quidem, cum
ſequen.*, *& in Urbevetana Dotis* 9. *Februarii*
1693. §. *Nec etiam, coram bo: me: Emerix*;
convenire cenſuit Rota in præfata ſumma
ſcutorum 20. mill., comprehenſo etiam ac-
5 concio: quam propterea, licèt nuptiarum
tempore tradendam, præventivè decrevit,
ne illa ſub incerto litium eventu remanente,
matrimonium ulteriùs protrahatur: cum
mariti velint dotes, & non lites, ut dixit
Rot. coram Dunozett. Iun. d. dec 726. *n.* 15., *&
dec.* 179. *n.* 12. *par.* 13. *recen.*

Ad hunc enim effectum fuit præ oculis
habita familiæ nobilitas, illiuſque ſolitum in
dotibus conſtituendis, quantitas patrimonii,
temporum diverſitas; juxta quæ, ob luxum
in dies excreſcentem, graviores ſubire opor-
6 tet expenſas, & correſpectivè dotes augeri,
ut teſtatur *Michalor. de Fratr. part.* 3. *cap.* 3.
n. 19. *Rot. coram Zarat. dec.* 83. *n* 20., *& in rec.
dec.* 48. *n* 29. *par.* 12., ac demum ætas D. Mariæ
Magdalenæ, quæ ſpecialem apud Dominos
meruit animadverſionem: utque matrimonium
præſto habeat majoris dotis compen-
7 ſationem expoſcit; ut præter auctoritates
ſuprà relatas in §. *Non quidem*, firmavit *Rota
in Æſina Dotis* 23. *Februarii* §. *Quæ omnia*, *&*

26. *Iunii* 1693. §. *Nec refert coram R. P. D.
meo Molines*.

Idque etiam Horatius permiſiſſe videtur,
nedùm in codicillis; in quibus prævidens
forſan proprias neptes ad longævam ætatem
protractas, cum exigua dote a ſe conſtituta,
matrimonio jungi non poſſe; illis conſuluit,
facultatem concedendo poſſeſſori primogenituræ
majorem quantitatem aſſignandi, *ſecondo
le qualita de' tempi*: verùm etiam priùs
in teſtamento, in quo, poſt demandatam dotium
aſſignationem cum fructibus multiplici,
ac rigorosè prohibitam capitalium alienationem,
ita dixit: *E ſe non oſtante la proibitione
da me fatta &c. ſi daſſe il caſo, che detta alienatione
ſi poſſa fare per ſupplir' alle doti delli miei
deſcendenti, in caſo che non foſſe ſtimata congrua
la quantità laſciatali: ordino, che in luogo di
alienar detti corpi, ſia tenuto* (ſcilicet primogenitus)
*di farlo de' frutti de' beni della primogenitura:
e ſe ciò non oſtante, etiam per via giuridica,
ſi veniſſe all' atto de'l' alienatione per tal
cauſa: voglio, che il detto poſſeſſore, per riſtoro
dell' alienatione, rinveſta il doppio più in beni
ſtabili &c.*, Ex quibus patet, ipſum Horatium
præcogitaſſe caſum, quo dos ſcut 10.
mill. indiſtinctè aſſignata, futuris temporibus
ſupplemento indigere potuiſſet: ideoque eo
modo, quo ſi nulla fuiſſet conſtituta dos, poſſet
illa, juxta preſentiarum circumſtantias,
8 proportionabiliter conſtitui: eodem & faciliori
decerni valet illius augmentum, neglecta
taxa per fideicommittentem a longo citrà
tempore ſtatuta; ut in terminis probat *Cravett.
conſ.* 291 *n.* 1 *cum ſeq.*, *Peregrin de Fideicom.
art.* 42. *n.* 33, *Menoch de Præſumpt. lib.* 4. *præſ.*
189. *n.* 158. §. *Quartò accedit*, *Staiban. Iun. reſ.*
102. *n.* 69. *tom.* 2, *Amat. dec. March* 28 *n* 14.,
& 15, *Boſſ de Dot cap* 16. *n.* 118. *Card. de Luc.
eod tract. diſc* 53. *n* 6. *& Rot. dec.* 260. *à n.* 16.
ad 21. *par* 15. *rec.*

Neque ab hac dotis conſtitutione gravamen
Lelio inferri videbatur. Sicut enim ipſe
bono tulit animo, quod alteri ſorori, licèt in
longè minori ætate conſtitutæ, tradita fuerint
ſcut. 15. mill.; ità malo ferre non debet,
9 quod Maria Magdalena, ultra dictam ſummam,
aliud, ratione ſuæ ætatis, neceſſarium
conſequatur augmentum, cum quo pares,
ſicut illa, nuptias contrahere poſſit: *Boſſ. de
Dot. cap.* 13. *n.* 29. *&* 30., *Rot. coram Gregor.
dec* 63. *ſub n.* 22. *&* 23., *coram Zarat. dec* 83. *n* 21.
& ſeq, *in rec. dec.* 198. *n.* 18. *part.* 9, *& dec.* 236.
n 13. *&* 14 *par.* 18.

Et revera, ſi viveret hodie Horatius, ac
neptem videret obſequiis ſuæ domus longo
tempore addictam, non curaret utique præfinitæ
taxæ obſervantiam: ſed opportuno
occurreret augmento; ut illa nuptias, nedùm
propriæ nobilitati conſentaneas, ſed etiam
majores contraheret: ſequendo non ſolùm
10 commune, ac naturale votum omnium
aſcendentium: de quo teſtatur *Altograd. conſ.*
7 *n.* 51., *& ſeqq. lib.* 1., *Manſ. conſult* 7. *n* 8.
Mangil de imp. t. quæſt. 33. *n.* 20. Verùm etiam
præmium retribuendo reverentiali neptis

ob-

Digitized by Google

obſequio erga patrem : quem, licet poſt vigeſimum quintum annum potuiſſet de jure ad dotis ſolutionem urgere ; facere tamen diſtulit uſque ad præſens, in ſui præjudicium.

Quinimmò, etiamſi teſtator dotis augmentum expreſsè prohibuiſſet: adhuc, quoties prudens Judicantis intellectus quantitatem à teſtatore præfinitam, inſufficientem arbitra-
11 retur; poſſet illam abſque dubio ad neceſſariam congruitatem augere; *Staiban. Iun. d. reſol. 102. n. 69. tom. 2. Card. de Luc. de Dot. d. diſc. 53. n. 6.* ubi refert, dotem fuiſſe taxatam in ſcut 35. mill., non obſtante quod teſtator illam in ſcut. 1500. conſtituiſſet.

Hæc quoad dotis quantitatem. Quo verò ad bona, in ejus ſolutionem aſſignanda, juxta ſecundam dubii partem, convenerunt Domini, quod illa, pro intranti rata, ex fructibus multiplici, jam maturatis, ac uſque ad diem nuptiarum maturandis: pro reſiduo verò ex bonis primogenituræ, non autem ex capitali ejuſdem multiplici, veniat detrahenda. Horatius enim expreſsè prohibuit capitalis pro multiplico deſtinati alienationem, per illa verba : *Quale non voglio, che ſi poſſa in modo alcuno alienare, per coſtituir le dette Doti, nè per altro effeto immaginabile*: quam alioquin permiſit in aliis bonis primogenituræ, injuncto ſolùm onere primogenito fideicommiſſum reintegrandi; ut ex verbis ſuprà relatis in §. *Idque etiam*. Ideòque teſtatoris voluntatem,
12 in hac parte, ſervandam eſſe, exiſtimarunt; ad *text. in §. Diſponat Auth. de Nuptiis*.

Quibus ita firmatis; irrelevans viſus fuit oppoſitus juriſdictionis defectus, ex eo deſumptus, quod commiſſio à Maria Magdalena impetrata, reſtricta ſit ad conſtitutionem dotis, juxta declarationem Pauli Franciſci: itaut S. Rotæ judicio fuerit unicè remiſſum declarationis examen, non autem dotis taxatio, ſecundum juris diſpoſitionem. Objectum enim ceſſabat ex lectura commiſſionis: in qua, licèt ſummo Pontifici narrata fuerit prædicta declaratio, ac juxta illam petita dos: fuerunt
13 tamen adjectæ conſuetæ clauſulæ. *Cum omnibus incidentibus dependentibus, ac quam, & quas*: quæ operantur, ut omne jus competens, in judicium deduci valeat; *Mart. de clauſul. part. 1. clauſul. 120. n. 7. verſ. Hæc clauſula, Add. ad Greg. dec. 399 litt. A., & Rota coram Duran. dec. 60. n. 33.* & per conſequens, ferri poſſit ſententia ſuper cauſa probata, licèt
14 non expreſſa, & formaliter non deducta: *Rota coram Duran. d. dec. 60. n. 36., & in recen. dec. 30. n 30. par. 15.*

Et ita, utraque parte informante, ac omnibus Dominis ſuffragantibus, fuit reſolutum.

ROMANA DOTIS, SUPER ALIMENTIS.

Veneris 19. *Aprilis* 1697.

ARGUMENTUM.

Alimenta debentur ſorori, quòuſque nupta dotem à fratre conſequatur; inſpecta tamen patrimonii quantitate, perſonæ qualitate, ac regionis conſuetudine.

SUMMARIUM.

1 *Soror, cui dos fuit conſtituta, debet interim ali ab hæredibus patris; donec, matrimonio contracto, dotem exigat.*

2 *Alimenta ſunt taxanda juxta vires patrimonii, qualitatem perſonæ, ac regionis conſuetudinem.*

3 *Alimenta debita jure actionis, non autem jure pietatis, ſubminiſtrantur juxta dignitatem, & qualitatem perſonæ.*

4 *Mater habet actionem repetendi alimenta filiæ præſtita.*

DECISIO IX.

AD tenorem commiſſionis, manu Sanctiſſimi ſignatæ, mihique directæ, petiit D. Maria Magdalena, ut una cum dubio ſuper aſſignatione dotis à D. Lelio fratre conſtituendæ, aliud etiam proponerem pro ſubminiſtratione alimentorum. Quapropter hodiè à Dominis exquiſivi : *An, & pro qua ſumma ſint ſubminiſtranda alimenta*, & reſponſum habui, illa. *pro nunc ſubminiſtranda eſſe in menſtruis ſcutis quadraginta; cum facultate augendi arbitrio Rotæ, ex fructibus primogenituræ.*

Sanè quoad primam dubii partem, controverſia cadere non poterat. Sicut enim ſoror dotem à fratre nequit exigere, niſi, mediantibus nuptiis, dies cedat illius ſolutionis;
1 ita juri conſonum eſt, quod interim neceſſarie conſequatur alimenta; *l. Penult*, & ibi *Bartol. ff. de Liber. agnoſcen.*, *de Franch. deciſ.* 187. *n.* 10. *Surd. de Aliment. tit. 1. q. 105. n. 2. Rot. dec. 34. n. 58. poſt Michalor. de Fratr. & in Bononien. fideicommiſſi & dotium, 3. Martii* 1692. §. *Hanc autem cor. bo. me. Emerix*.

Iſtorum autem quantitatem, juxta ſecundam dubii partem, in menſtruis ſcutis 40. decretam, æquam, & rationabilem agnovit Rota, tum inſpecta quantitate patrimonii,
2 fideicommiſſo ſubjecti; juxta monitum *text. in l. Ius alimentorum ff. ubi Pupill. Educ. deb. & in l. Cum plures §. finali ff. de Adminiſtr. tut.* & firmata *per Rot. coram Penia dec. 184. in fin. & in rec. dec. 241. n. 12., par. 19.* tum attenta qualitate perſonæ, ac regionis conſuetudine, famulos, ancillas, currum, aliaque requirente; *d. l. Ius alimentorum*, cum aliis adductis per *Boſſ. de aliment. cap. 3 n. 75. Rota deciſ. 341. n. 29. par. 9., & dec. 397. n. 4. & ſeqq. par. 17. rec.*; tum denique ponderando, non agi de alimentis jure, pietatis debitis, ſed
3 jure actionis ſubminiſtrandis, quæ ideò pro modo dignitatis, ac qualitatis perſonæ alendæ veniunt ſuppeditanda; *Rota dec. 158. n. 6. & dec. 166. n. 27. p. 12. rec.*

Fortiùs, animadvertendo, quod Horatius, primogenituræ inſtitutor legavit primogeniti Fratribus menſtrua ſcut. 125.: unde, ſi teſtator à longo citra tempore tantam ſummam neceſſariam putavit pro maſculorum ſuæ familiæ ſubſtentatione; conqueri non poteſt Lelius, quod ſola tertia pars illius quantitatis,

pro

pro nunc ſorori decernatur:quando alias iſta,
æquali decore, juxta coæqualem nobilita-
tem, vivere debet: prout in præterito ſæcu-
lo, pro ſubſtentatione nobilis mulieris Cla-
ricis de Ceulis, menſtrua ſcut. 100. taxavit
Rota dec.500. n.2. in fin. par.4. diverſ.

Nec attendenda videbatur tenuis D. Lelli
oblatio in menſtruis ſcut. 15. In eo fundata,
quod patrimonium, detracto ære alieno, ca-
pax non ſit majoris quantitatis; quòdque
majori non Indigeat D. Maria Magdalena,
quæ cum matre coovivit. Suppoſita enim
fructuum tenuitas, abſque neceſſitate firman-
di ſtatum, prout petebat D. Lelius, ceſſabat
ex calculo per ipſum exhibito coram A.C.,
tempore quo contra Paulum Franciſcum pa-
trem alimenta petebat pro filiis ex ſe natis,
& naſcituris; juxta quem fuerunt ex reſcri-
pto plenæ Signaturæ, ejus filiis infaotibus, à
ſola nutrice alimeotum recipientibus, aſſi-
gnata menſtrua ſcut. 15.: quorum ideò reſpe-
ctu, nemo exceſſivam reputaverit prò Inte-
grali nobilis virginis ſubſtentatione, præfa-
tam quantitatem ſcut. 40.

Quod verò D. Maria Magdaleoa cum ma-
tre convivat, operari quidem poteſt, ut mi-
oor Impenſa requiratur: oon autem quod
onus alendi refundi debeat io matrem: quæ
4 imò actionem haberet, alimenta jam præſti-
ta repetendi, *Cyn. in l. alimenta n.2. C. de ne-
got. geſt., Cyriac contr.480. n.15. de Franch.
dec.87. eodem numero, Surd. de aliment. tit.6. q.8.
num.8.*

Et de facto, hac habita conſideratione,
cenſuerunt Domini, neceſſariam modò non
eſſe majorem quantitatem: ſatiſque conſul-
tum putarunt, reſervando ſibi facultatem au-
gendi, quoties temporum qualitas, vel ali-
quis ex funeſtis caſibus, per ſcribentes pro
D. Maria Magdalena, præventivè pondera-
tis, id exigere videbitur: quemadmodum
ſervavit *Rot. in d. dec.500. par.4. diverſ.*

Poſita ex his quantitate: placuit Dominis
pro illius exactione, deſignare bona primo-
genituræ, non autem illa, multiplico deſti-
nata. Horatius enim ſeparavit prorſus à to-
to aſſe, capitale ſcut. 50. mill. conſiſtens in
locis 500. montium cameralium: ac enixè
præcepit, quod illorum fructus ſiogulis an-
nis reinveſtirentur, quouſque aliud capitale
ſimilis ſummæ conflatum fuiſſet: idque velle
declaravit ad ſolum effectum, ut ex illo fœ-
minæ dotareotur. Immò prævidens hujuſce
multiplici diſtractionē, occaſione dotationū,
illud iterum compooi juſſit uſque ad ſummam
ſcut. 100. mill. Unde, cum conſtet de præ-
ciſa voluntate, quod ſolæ dotes ex multipli-
co detrahantur: per neceſſe dicendum eſt,
Horatium, ooere fœminas alendi, gravaſſe
primogenitos: qui ſicut fructus multiplici
exigere, ac in proprios uſus convertere non
poſſunt: ſed ioveſtire tenentur: ita debeot ex
aliis bonis alimenta mioiſtrare.

Quod etiam videbatur magis proficuum
ipſi D. Lelio: cujus filiæ fœminæ, ſi multi-
plicum pro alimentis modo diſtraheretur;
utique dotes, ex illo detrahendas, exoptata
facilitate conſequi noo poſſent.

Et ita, utraque Parte informatione, om-
nibuſque Dominis ſuffragantibus, reſponſum
fuit.

FERRARIEN. RESTRICTIONIS GHETTI SUPER ATTENTATIS.

Lunæ 22. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Attentare non dicitur qui continuat.*
2 *Clauſula*, non retardata ſolutione affictuum,
*præſervat facultatem exigendi annuas præſta-
tiones; non obſtante appellatione.*
3 *Attentatis renunciatum cenſetur per diſputatio-
nem negotii principalis, nulla facta mentione
attentatorum.*

DECISIO X.

DEcretum Rotale, præviis duabus deciſio-
nibus æditum coram R.P.D. meo Muto,
In quo declaratum fuit, noo cooſtare de at-
tentatis; Domini confirmandum eſſe ceoſue-
ruot.

Sive enim attentata prætendatur penſionum
exactio poſt pendentiam litis in Curia coram
A.C., ſive poſt præſentatam Rotalem inhibi-
tionem, utroque caſu obſtare viſa fuit regula,
quod, cum lis per appellationem devoluta,
non verſaretur circa exactionem penſionum;
ſed principaliter concerneret reſtrictionem
1 ghetti, ac penſionum reductionem, atten-
taſſe non dicitur, qui in antiqua quaſi poſſeſ-
ſione continuavit: dum ſuper ipſa continua-
tiooe ſpecifica inhibitio non emanaverat; ut,
præ cæteris reſpondit *Rota in Reatina fidei-
commiſſi 11. Februarii 1689. §. finali, coram bo:
me: Emerix, & in Colonien. Beneficii ſuper at-
tentatis 27. Iunii 1696. §. 2. coram R. P. D.
meo Olmo.*

Attento præſertim, quod Cardinalis Le-
gatus, à præcedentibus judicatis de partibus,
appellationem admiſerat cum clauſula, *non
retardata ſolutione penſionum*, itaut præſervata
2 remaueret libera facultas exigendi præſta-
tioues tam decurſas, quàm io poſterum de-
currendas; ut, de ſimili clauſula, in termi-
nis penſionum eccleſiaſticarum, *Rot. coram
Coccin. dec.604. per tot., cor. Cerro dec.736. n.5.
& in rec dec.21 n.1. par.15.*

Idque agnovit ipſamet Hebræorum uni-
verſitas: quæ, poſt excitatam attentatorum
prætenſionem, paſſa fuit, quod merita cauſæ
3 in negotio principali coram A.C. diſputa-
reotur: ideòque, ſi quæ adfuiſſent attentata;
quæ ex præmiſſis noo aderant; cenſeretur il-
lis renunciatum; ut, præter adductos in
*prima Deciſione R. P. D. mei Muti, 30. Aprilis
1694. §. Accedentibus, & in ſecunda 23. Mar-
tii*

tii 1696. §. *Clariùs*, firmavit *Rota in Romana prætenſorum Attentatorum*, 4. *Julii* 1681. §.2. *coram bo: me: Emerix*.

Et ita altera &c.

PERUSINA DOTIS.

Ven. 10. *Maii* 1697.

ARGUMENTUM.

Retroceſſio per patrem facta favore filiæ, quæ intuitu dotis, maternæ ſucceſſioni renunciaverat; operatur ejuſdem filiæ reintegrationem ad jura ſucceſſionis, & ſuſtinetur etiam in præjudicium creditorum patris, quoties præcedens renunciatio nulla erat, & læſiva.

SUMMARIUM.

1 *Dotis ſolutio probatur etiam ex confeſſione de recepto; quoties præceſſit promiſſio.*
2 *Ex diuturna præſtatione alimentorum.*
3 *Ex ſolutione majori partis;*
4 *Præſertim ſi debitor ſit dives.*
5 *Filia reintegratur ad primæva jura ſucceſſionis maternæ renunciata, per illorum retroceſſionem.*
6 *Simulatio excluditur, quando conſtat de veritate actus geſti.*
7 *Pater tenetur dotare filias; etiam ſi aliunde habeant.*
8 *Minor, ex metu reverentiali, faciliùs præſumitur inductus ad renunciandum.*
9 *Renunciatio filiæ favore patris pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, dici nequit facta ad conſervationem agnationis.*
10 *Et quoties ſit læſiva, enunciativæ in ea adiectæ cenſentur ad colorandam fraudem.*
11 *Res judicata inefficax redditur ex contraria partis confeſſione.*

DECISIO XI.

EXequatur Rotale, uſque de anno 1672. *coram bo: me: Rondinino* relaxatum favore Conſtantiæ, & Juniperæ de Monte Mellinis, pro reſtitutione dotis maternæ in ſcut. 12. milib. contra bona hæreditaria Comitis Adriani earum patris, confirmandum eſſe reſpondit *Rota 8. Junii anni præteriti coram bo: me: Emerix* tunc temporis noſtri Auditorii Decano meritiſſimo; ut ex deciſione coram eo edita: adverſus quam, impetratâ per Eugenios ejuſdem Adriani creditores novâ audientiâ; Ego, in locum interim defuncti Collegæ ſubrogatus, deciſionis fundamenta iterum examinanda propoſui: eorumque ſubſiſtentiâ recognitâ, Domini, *in deciſis* ſtandum eſſe reſponderunt.

Conſtitit enim de credito in præfata ſumma ſcut. 12. mill. ex publico inſtrumento quietantiæ: quod, licèt opponeretur continere ſimplicem confeſſionem de recepto, in præjudicium creditorum regulariter non admittendam; attamen illius veritas, in præſenti comprobata videbatur, tum ex præcedenti
1 promiſſione; *Angel. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 8. limit. 6. n. 11. & 12., Merlin. de Pignor. lib. 3. q. 58. n. 87., & ſeq., Rota apud Michalor. de Fratr. dec. 46. num. 9., & apud Salgad. in Labyr.*
2 *credit. dec. 3. n. 5.*: tum ex diuturna præſtatione alimentorum, abſque ulla reclamatione *Caren. reſol. 117. n 5., Maſin. de Confiſcat. q. 31. n. 18., Rota apud Salgad. d. dec. 3. n. 5., & coram Ludoviſ. dec. 62. eodem numero*, tum denique
3 ex ſolutione majoris partis dictæ dotis, facta
4 per debitorem admodùm divitem, tunc Peruſiæ, ac Umbriæ Thæſaurarium: quâ ſtante, reſiduum etiam ſolutum præſumi probant *Gratian. diſcept. for. cap. 362. n. 18., Conciol. alleg. 78. n. 9.*, & benè, his omnibus ponderatis, firmavit *Rota in deciſionibus præcedentis inſtantiæ, coram Rondinino 226. n. 2., & dec. 338. poſt num. 25. par. 17. rec.*, cum quibus pertranſit *deciſio, quæ revidetur §. finali.*

Sicut autem ex præmiſſis, originarium creditum filiarum ſatis juſtificatum videbatur; ita ad illius ſatisfactionem evitandam, irrelevans apparuit repetita exceptio, quod eædem filiæ renunciaſſent favore patris, tam doti materna, quam aliis quibuſcumque ſucceſſionibus ad eas delatis, ac reſpectivè deferendis: ideòque non poſſent renunciata jura experiri: quoniam ipſemet pater, agnitâ poſtmodùm nullitate renunciationis, in exonerationem propriæ conſcientiæ, anno 1667. omnia ſibi renunciata retroceſſit favore filia-
5 rum: quæ proinde fuerunt ad primæva maternæ ſucceſſionis jura reintegratæ; ut firmat *d. dec. 338. n. 2. par. 17. recen.*

Abſque eo quòd efficacia retroceſſionis dilueretur ex reſponſione, quod illa per Adrianum emiſſa fuerit tempore, quo alieno ære gravatus, commiſſionem impetraverat à Sanctiſſimo vigore Septuagenariæ, adversùs creditores actualiter urgentes; immò poſt jam tranſmiſſum Commiſſarium de mandato Congregationis Baronum; itaut fraudis ſuſpicione laboraret. Cùm enim præcedens renunciatio, per patrem extorta, nulla eſſet, ac læſiva; utique ſubſequutus ab illa receſſus, mediante retroceſſione, cenſendus potiùs eſt actus juſtitiæ, quàm fraudis; juxta vulgare principium, quòd fruſtra quærimus de ſimu-
6 latione, quando liquet de veritate cauſæ; *Capyc. Latro conſult. 137. n. 67., Armenzar. deciſ. Jannen. 66. n. 7 Rota dec. 150., & dec. 209. utrobique n. 12. poſt Zacch. de Oblig. camer., & dec. 80. n. 20. poſt Torr. de Pact. futur. ſucceſſ, dict dec 226 n. 18. & 19. par. 17. rec., & in dec. quæ revidetur §. Neque juvat.*

Nullam verò, ac læſivam fuiſſe controverſam renunciationem, palàm fieri videbatur, animadvertendo, quod filiæ, intuitu dotis ſcut. 5. mill. pro qualibet à patre conſtitutæ, dimiſerant iſtius commodo pinguem dotem maternam ſcut. 12. mill., præter alias ſucceſ-
7 ſiones: quando pater, ultra dictæ dotis reſtitutionem, filias etiam de proprio dotare tenebatur; ad *text. in l. finali Cod. de Dotis promiſſ.*, cum aliis deductis in *dec. quæ revidetur §. Minuſque.*

Certiùs, dùm ex relatione periti, ad hunc effe-

Digitized by Google

effectum à S. Rota electi, conſtitit, patrem, de tempore renunciationis, poſſediſſe bona valoris ſcut. 44304.; inter quæ licèt ſupponatur plurima extitiſſe obnoxia reſtitutioni, ex fideicommiſſo Adriani ſenioris: nihilominus quidquid ſit de bonorum identitate, ac ejuſdem fideicommiſſi perpetuitate, ſuper quibus, utpote ad cauſam nullatenus neceſſariis, Domini quidquam declarare noluerunt; hoc unum certum eſt, quod fideicommittens dotem ſcut. 3. mill. ſingulis deſcendentibus in teſtamento legaverat; quod ſecluſo legato, potuiſſent in ſubſidium alienari bona fideicommiſſaria vigore *Auth. Res quæ*: quodque bona patris, quæ libera fuiſſe non controvertitur, citrà dubium aſcendebant ad ſcut. 17. mill. circiter; itaut poſſet ille, ac deberet de proprio dotes conſtituere: unde, vel in minori, vel majori potuerit quantitate; innegabile redditur, quod dum filiæ, correſpectivè ad renunciationem, nil fuerant à patre conſequutæ; immò nec integram matris dotem recuperaverant; fuiſſent ad renunciandum ſeductæ metu reverentiali: quem, ratione minoris ætatis; quam illæ agebant, ad
8 inducendam nullitatem faciliùs præſumi notant. *Palm. Nep. alleg.* 196. *num.*12., & 13., *Torr. de Primogen. lib.*2. *quæſt.*48.*n.*4. & *ſeqq.*, & *n.* 25., & dixit *Rota in Avenionen. renunciationis* 6. *Martii* 1693. §. *Verum Dominis*, *confirmata* 29. *Maii ejusdem anni cor. R. P. D. meo Priolo*.

Replicatio autem, quod filiæ renunciaverint ex cauſa conſervandi bona in agnatione patris, non ſubſiſtit: dum illa recepta legitur à patre, tunc temporis maſculina prole deſtituto, pro ſe, & hæredibus quibuſcumque: ideòque, etiam favore extraneorum, quorum
9 comprehenſio agnationis conſervationem excludit; ut firmat *dicta dec.* 338. *n.*17. *part.* 17. *rec.*, & *dec. quæ revidetur* §. *Pront nec pariter*. Et tamen poſita læſione, ac minori ætate renunciantium, expreſſiones iſtæ factæ dicuntur ad colorandum fraudem renunciatio-
10 ni præordinatam; ut reſpondit *Rot. in d. Avenionen. renunciationis* 6. *Martii* 1693. §. *Verum Dominis uſque ad finem coram R. P. D. meo Priolo*.

Poſitâ ex his nullitate renunciationis; ac reſpectivè validitate retroceſſionis; extranea prorsùs videbàtur omnia deducta ad probandum exceſſivam fuiſſe dotis quantitatem in ſcut. 5. mill., ſingulis filiabus aſſignatam. Hodierna quippe controverſia non verſatur circa dotem filiabus ex paterno aſſe debitam: ſed ſolum in eo, an ipſis, pro recuperatione maternæ dotis agentibus, obſtet renunciatio: quam uti nullam, & læſivam, adverſari non poſſe, fuit ſuperiùs demonſtratum.

Nec ad excludendam nullitatem quidquam urgebat ſententia, in Tribunali A.C. lata de anno 1648., declarans, renunciationem prædictam fuiſſe validam, ac ritè factam; quam ideò, utpote in judicatum tranſactam, incidenter revocari non poſſe ſupponebatur. Siquidem, cum longè poſt illius promulgationem ipſemet pater, injuſtitiam fatendo, quæcumque jura ſibi renunciata filiabus retroceſſerit; inefficax omninò remanſit ſententia,
11 et perinde habenda, ac ſi non emanaſſet; ut reſpondit *Rot. dicta dec.*338. *n.*2. *cum ſeqq. part.*17. *rec.*, & *in deciſione quæ revidetur*, §. *Nec ſubſiſtit*. Immò, quatenus etiam ſubſequuta non fuiſſet retroceſſio; adhùc, ſtante injuſtitia, ex præmiſſis comprobata, ſententia dici non poſſet in judicatum tranſacta; ex notiſſimis.

Et ità, omiſſis cæteris, quibus plenè ſatisfacit præcedens *deciſio bo. me. Emerix*, reſolutum fuit, utrâque.

TUSCULANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 10. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Vide in ſequenti Summario.

S U M M A R I U M.

1 *Poſita diſtractione rei fideicommiſſariæ, eſt in arbitrio ſucceſſoris agere, vel ad illius recuperationem, vel prò fideicommiſſi reintegratione contra alienantes.*

2 *Si alienans rem fideicommiſſariam, promiſit fideicommiſſum reintegrare mediante multiplico, donec non docetur de implemento, hæres eſt obligatus in bonis propriis ad reintegratione.*

3 *Mulier, ad cujus manus pervenerunt bona mariti, præſumitur ſatisfacta de credito dotali; donec de iis rationem reddiderit.*

D E C I S I O XII.

VIneam, quam inter cætera bona fideicommiſſò ſubjecerat Joannes Perna, prævia licentia à fa: me: Paulo V. impetrata; diſtraxit Gregorius ſenior hæres gravatus, pretio ſcutorum 2050., onere aſſumpto, ex illorum rata componendi multiplicum uſque ad totalem dicti pretii reintegrationem. Cumque Gregorius junior, purificata ad ſui favorem vocatione, immiſſionem petierit contrà Fauſtinam bonorum detentricem, eamque obtinuerit, ne dum coram A.C., verumetiam in gradu appellationis, ab hoc ſacro Auditorio, *coram bo. me. Emerix*, ad bona fideicommiſſaria Ioannis; & inter iſta præfatam vineam, utpote priùs alienatam, non invenerit: idcircò præcedenti dubio ſuper immiſſione alterum ſuperaddi curavit: *An, & cui eſſet danda reintegratio*: quo ſub die prima Iulii 1689. non reſoluto, & hodiè per me repropoſito, Domini, reintegrationem Gregorio dandam, eſſe, reſponderunt.

Sicut enim exiſtentia fideicommiſſi, ejuſque purificatio favore actoris, reſultat ex teſtamento Ioannis relato in præcedentibus hujus cauſæ deciſionibus; identitas verò vineæ, tam ab enumeratione partium, ac recognitione confinium, in dicto teſtamento deſcriptorum, quàm ab enunciativa, per ipſum gravatum, in inſtrumentis alienationis, emiſ-

emiſſa: ità, poſita rei fideicommiſſariæ di-
1 ſtractione, ſucceſſoris arbitrio repoſitum eſt
agere, vel ad illius recuperationem, vel pro
fideicommiſſi reintegratione contra bona
alienantis, à Fauſtina retenta; *Cyriac. contr. 5. n. 25. Peregrin. de Fideicomm. art. 45. num. 15. Fuſar. de Subſt. q. 558. per tot. Rot. coram Merlin. dec 382. n. 2., in rec. dec. 400. n. 3. par. 9., in Fulginaten. fideicommiſſi 17. Maii* 1683. §. 4. *circa valorem coram bo. me. Guaxardo, & in Sabinen. fideicommiſſi 5. Martii* 1692. §. *Sublato in fine, & in Carpentoraten. fideicommiſſi ſuper reſervatis* 12. *Maii eiuſdem anni* §. *Secundò coram R. P. D. meo Priolo*.

Præſertim in hypotheſi, qua Gregorius ſe-
nior, nedum ſcivit fideicommiſſum, verùm
etiam onus aſſumpſit, illud, mediante mul-
tiplico, reintegrandi; de cujus implemento,
quouſque non conſtet, certa eſt hæredis obli-
2 gatio in bonis propriis, ad fideicommiſſi re-
integrationem, *Cardinal. de Luca in Summa fideicommiſſorum ſub n. 300. verſ. Tertiò*, & firmavit *Rot. in Tiburtina Bonorum* 16. *Iunii* 1692. §. *Iuſtitia enim coram Eminentiſs. Mediolanen.*

Nec allegabilis viſa fuit retentio per Fau-
ſtinam prætenſa in ſcut. 458. pro reſiduo ſuæ
dotis, quam ei præſervarunt aliæ deciſiones
editæ *coram bo. me. Paulutio, & Eminentiſs. Mediolanen.*, ex beneficio *Anth. Reſquæ Cod. Commun. de legat.* Quoniam ex depoſitionibus
teſtium, ad ejuſdem Fauſtinæ inſtantiam,
formiter examinatorum in altera cauſa cum
creditoribus Raynaldi ejus ſecundi viri, co-
ram me vertente, dum eſſem A. C Locumte-
nens; conſtitit, ad ipſam, uti mediatam hæ-
redem Marci Antonii, perveniſſe gemmas,
3 & argenta, præfatam quantitatem longè ſu-
perantia: ita ut ex illis, de ſuo credito. ſibi
ſatisfeciſſe præſumatur; niſi mediante reddi-
tione rationis de contrario docuerit; *Card. de Luca de Dot. diſcurſ. 94. ſub num. 5. Rot. dec. 161. num. 5. & ſequen. par. 12. rec.*

Et ità, Gregorio ſolùm informante, Fauſtinâ verò, licèt pluries monitâ, non comparente; reſponſum fuit.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 14. Junii 2697.

ARGUMENTUM.

Aſſociationem paſſo, probatis extremis, datur immiſſio in Salviano contra tertium poſſeſſorem rei obligatæ pro relevatione.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio Rei conventi probatur ex litis ſubſtentatione.*
2 *Immiſſio conceditur, probatis extremis.*
3 *Aſſociatio non conceditur prò cenſu, niſi ad fundum cenſitum.*
4 *Sentenia præſumitur juſta.*
5 *Identitas in antiquis probata diciter ex verificatione loci cum uno confine.*
6 *Emptor, ſtante promiſſione fundi liberi, habet actionem petendi liberationem a damnis paſſis, & præſtationem illius liberatis, etiam evictione non ſequta.*
7 *Hæres mulieres nequit, prætextu crediti dotalis retardare immiſſionem creditoribus ſuper bonis viri, quoties extant fundi dotales.*
8 *Colluſio excluditur ex præexiſtenti credito.*
9 *Poſſeſſor, qui ſe tueri non valet, evictionem prævveniendo, poteſt creditores dimittere.*
10 *Relevatio prætendi nequit deficiente interpellatione moleſtiarum.*
11 *Limita ſi nullæ competebant defenſiones.*
12 *Sententia lata cum legitimo contradictore facit jus quoad omnes, etiam non citatos.*
13 *Hæres, qui ex facto ſui authoris ad relevationem tenetur; poteſt, ſi rationem reddidit; agere prò ſuo credito.*
14 *Bona per deſcriptionem in inventario non dicuntur approbata tamquam hæreditaria, ſtante declaratione incontrarium.*

DECISIO XIII.

DOmos in clauſtro Hebræorum poſitas, quas anno 1588. Julius de Magiſtris vendidit Herſiliæ uxori, pretio ſcutorum mille, liberas. & à quacumque hypotheca prorsùs immunes promiſit etiam Franciſcus Scappuccius, ſe, unà cum Julio venditore in ſolidum obligando. Cùm autem anno 1656. Clarix Luparella de Parabiacchis, & Prudentia Alphonſa de Signoribus, fuiſſent ad eaſdem domos aſſociatæ pro cenſibus, ſuper eis ante venditionem ab ipſo Julio impoſitis favore bo: me: Cæſaris de Graſſis hujus olim S. Rotæ Auditoris; idcircò Octavius Herſiliæ filius, & hæres. ad effectum creditores dimittendi, præfatas domos cum pacto redimendi vendidit Bartholomæo Zanardo, qui fructus jam decurſos, alioſque in futurum decurrendos ſolvere promiſit. Sed cum, poſt obitum Octavii, Petrus ejus filius, & hæres illas redemerit, fructuſque cenſuum adhùc non extinctorum abinde citrà, perſolverit, eoque defuncto, continuaverit Antonius hæres; hinc iſte, ad aſſequendã reintegrationem damnorum, quæ tam ejus authores, quàm ipſe, hucuſque paſſi fuerunt; nuper immiſſione petiit, ac obtinuit a R. P. D. Cerro Judice ab A.C. deputato, ad poſſeſſionem palatii, & apothecarum ad præfatum Scappuccium fidejuſſorem ſpectantium, & modò poſſeſſorum per Archiconfraternitatem Confalonis: ad cujus provocationem, commiſſa mihi appellationis cauſa; dubium propoſui: *An ſit danda immiſſio*, quòd fuit *affirmativè* reſolutum.

Conſtitit enim de omnibus requiſitis in hoc judicio neceſſariis: dum creditum cum hypotheca reſultabat ex publico inſtrumento *Summar. actoris num.* 1.: palatium, & apothecas fuiſſe in bonis Scappucci patebat, nedùm ex inventario bonorum, quæ in hæreditate filiorum dicti Franciſci reperta fuerant, ſed etiam ex confeſſione, per authores Archiconfraternitatis emiſſa in actu aditionis hæreditatis quondam Gaſparis de Scappuccis, *d. Summ. n.8.*: moderna verò, Archiconfraterni-

tatis

iatis poſſeſſio, ultra quod ex litis ſubſtenta-
1 tione convincebatur, ut dixit *Rot. coram ſa:
me: Alexandro VIII. dec. 143. n. 7.*, *& in rec.
dec. 38. n. 5.*, *& dec. 315. num. 13. par. 15.* ſup-
ponenda videbatur tamquam alìàs admiſſa in
noſtro Tribunali; ut videre eſt *in Romana
Cenſus 15. Junii 1686. §. Etenim allegata poſſeſ-
ſio cor. Reverendiſs. D. meo Decano*. Quibus
2 ſtantibus, immiſſionem eſſe concedendam
juxtà theoricam *Bartoli in l. Rem alienam ff.
de pignorat. act.*; pluries reſpondit *Rota*; *ut in
dec. 5. n. 8.*, *& dec. 13. n. 3. poſt Pacific. de Sal-
vian.*, *& in rec. dec. 371. ſub n. 3. part. 4. tom. 1.
& dec. 110. per tot. part. 17.*

Nec illam retardare valuit exceptio, quod
moleſtiæ non verificentur illatæ ſuper domi-
bus à Julio venditis Herſiliæ, cum fidejuſſio-
ne Scappucci: proindeque actio contra iſtiua
bona dirigi non potuerit: identitas quippè
comprobata remanebat ex cōfrontatione con-
finium: dum cenſus quorum cauſa evenerunt
moleſtiæ, impoſiti leguntur à Julio ſuper do-
mibus in ghetto, confinantibus cum bonis Do-
mitii de Cavaleriis, *d. Summ. n. 9. lit. A. B.
C. D.* Has eaſdem domos cum dicto Domitio
confinantes vendidit Julius Herſiliæ, *d. n. 1.*,
& ad illas cum ejuſdem confinia expreſſione
aſſociatæ fuerunt Parabiacca, & de Signori-
bus, *d. Sum. n. 6.* Quapropter, ſicut aſſociatio
3 ad Domos concedi non poterat, niſi cenſus
ſuper eis fuiſſent impoſiti; ut de praxi teſta-
tur *Ridolphin. part. 2. cap. 5. per tot.*; ita illâ
conceſsâ, & effectum ſortitâ, neceſſariò di-
4 ci debet, qualitatem fundi cenſiti ſatis fuiſſe
verificatam; juxta regulam, quòd pro juſti-
tia ſententiæ ſit præſumendum; de qua *Me-
noch. de Præſumpt. lib. 6 præſ. 62. n. 9.*, *Rota
dec. 613. n. 13. par. 18. recen.*

Attenta præſertim identitate loci genera-
liter ſumpti, qualis eſt clauſtrum Hebræorum
unà cum certo confine Domitii Cavalerii,
5 ubique, ut ſuprà, ſpecialiter enunciati: quæ
ad hunc effectum in re metam centum anno-
rum excedente plenam conſtituunt identita-
tis probationem, *Rota coram Merlin. dec. 134.
n. 3.*, *coram Coccin. dec. 218. eodem numero*, *&
coram Zarat. dec. 39. n. 20* juncta etiam deſcri-
ptione demandata in acceſſu per R.P.D.Cer-
rum, in qua leguntur confinia publica; nem-
pe platea verſus Eccleſiam S. Angeli in foro
piſcium, alia Plateola verſus Tyberim, & Ar-
cus del Macello; *d. Sum. n. 12.* quæ ad un-
guem correſpondent confinibus enunciatis in
inſtrumento donationis à præfata Herſilia fa-
ctæ favore Agabiti filii, de qua in *Sum. n. 10.*

Poſita ex his domorum identitate: non re-
levat, quod evictio per ſimplicem aſſociatio-
nem eveniſſe non dicatur; ideoque ad illam
agi non poſſit. Etenim Antonius non agit pro
evictione; ſed petit tam liberationem à damnis
quæ paſſus fuit occaſione domorum, quam
traditionem rei liberæ à cenſibus, & hypo-
thecis, juxta ſolidalem Scappucci obligatio-
6 nem; ideoque, licet evictio ſequuta non fuerit
locus tamen eſt obligationi promiſſæ libertatis
m, unum caſum ab altero diſtinguendo probat
Pacif. de Salvian. inſpect. 4. cap. 1. n. 14., *Ur-
ceol. conſult. 53. n. 8.*, & dixit *Rot. in Romana
donationis 25. Junii 1694. §. Denique coram R.
P. D. meo Pio*.

Ita non urget, quod evictio proceſſerit ex
culpa Octavii, qui, ad repellendos Julii cre-
ditores, dotale creditum Herſiliæ matris al-
legare neglexit. Siquidem, ultrà quod nullo
jure tenebatur Octavius proprium, & parti-
culare creditum contra creditores opponere,
quando evictionis expromiſſores habebat;
placuit alia reſponſio, quod, & ſi voluiſſet,
non poterat: dum Herſiliæ dos promiſſa, &
reſpectivè tradita fuerat in certis ſtabilibus,
nulla præcedente æſtimatione, *d. Sum. n. 17.*
7 Ideòque, cum ea conſiſteret in fundis dotali-
bus, juxta *text. in l. ſi cum dotem C. de Jur. dot.*
nequibat uxoris hærea ſuper aliis mariti
bonis creditorum ſatisfactionem retardare;
l. etiam ff. de Fundo dotal., *Rota dec. 441. n. 11.
par. 14.*, *dec. 190. n. 3. par. 15.*, *& dec. 174. n. 6.
par. 19. rec.*, *& in Romana fideicommiſſi 4. Fe-
bruarii 1689. §. Quo verò, coram bo: me: Eme-
rix*, *& in Romana ſeu Sabinen. manutentionis
13. Januarii 1696. §. Ex his ſatis coram R.P.D.
meo Priolo*.

Sicut autem nulla culpa notari poteſt Octa-
vius ex non facto: ita multò minùs redargui
valet ex facto; quod nempe cum creditoribus
colluſivè tranſigendo, voluntariè paſſus fue-
rit evictionem. Quoniam aſſerta colluſio ex-
8 cluſa remanet ex præexiſtenti credito con-
tranſigentium, & quidem anteriori; ut in pun-
cto reſpondit *Rota in Viterbien Prædii 9. Apri-
lis 1685. §. Firmata igitur, coram bo: me: Benin-
caſa*, *& 4. Julii 1696. §. Non obſtat altera
coram R. P. D. meo Caprara*: contra quod
9 propterea, cùm ſe tueri non poſſet Octavius;
rectè valuit evictionem præveniendo, non ex-
pectato Judicis facto, creditores dimittere;
Mangil de evict. q. 199. n. 11., *Rot. coram Mer-
lin. dec. 876. n. 3.*, *in rec. dec. 337.*, *& deciſ. 390.
utrobique n. 1. par. 5.*, ubi concordantes, *&
dec. 626. n 8. par. 18.*

Hinc ceſſat, quod dum Octavius moleſtias
ſibi illatas, Scapuccio non interpellavit; re-
10 levationem conſequi non poſſit; ex vulgata
l. ſi rem ff. de evict., *& l. cum ſucceſſores C.
eod.* Recepta enim ſatisfacit limitatio, quòd,
11 cùm nullæ competerent defenſiones; evitari
nequit promiſſa relevatio ex defectu inter-
pellationis; *Rot. cor. Dunoz. Junior. dec. 949.
n. 6.*, *in recen. dec. 162. n. 5.*, *& ſeqq. part. 8.*,
dec. 387. n 8. & 12. part. 17., *& in Romana, ſeu
Neapolitana liberationis a moleſtiis 15. Junii
1685. §. Quo verò coram bon. mem. Alber-
gato*.

Ejuſdem erat irrelevantiæ alterum obje-
ctum, quod Antonius uti mediatus hæres Iu-
lii venditoris, relevare teneatur Scapuccium
fidejuſſorem; eique proinde obſtet regula
text. in l. Vindicantem C. de Evict. Ceſſabat
enim ex Inventario bonorum ejuſdem Iulij,
quorum ratio, ictu oculi, reddi videbatur:
dum in eo deſcripta ſolum leguntur tria cor-
pora ſtabilium; domus nempe in platea San-

ti Salvatoris in Lauro, domus in ghetto,
& 14. loca montium, una cum ſcutis 89. in
ſacro Monte Pietatis depoſitis; præter mo-
dica mobilia, ut in particulari, ac diligenter
compoſito folio ſtatus hæreditarii.

Inde autem detrahenda venit domus in
platea ſancti Salvatoris, tamquam ſuppoſita
antiquiſſimo fideicommiſſo quondam Mariani
de Magiſtris; prout favore Petri authoris An-
tonii, declaravit uſque de anno 1682. R.P.D.
meus Caprara tunc A. C. Locumtenens, me-
diante ſententia, in judicatum tranſacta: quæ,
12 tamquam lata cum legitimo contradictore,
facit jus quoad omnes etiam non citatos; ad
*text. in l. Ingenuum ff. de Stat. hominum, Palm.
nep. alleg. 14 n.27., Rot. dec. 508. num. 6 par. 5.,
dec. 108. n. 2. par. 16., dec. 173. n. 3. par. 18.,
dec. 41. n. 8. par. 19 recen.*

Domus in ghetto, ſunt illæmet Herſiliæ,
venditæ anno 1688., quarum cauſa modo
agitur, & tamquam ſpectantes ad Herſiliam,
deſcriptæ fuerunt in inventario; ut ex *dicto
folio particulari n. 2.*

Loca montium una cum ſcutis 89. in ſacro
Monte depoſitis, utpote provenientia ex
pretio domus, de directo dominio Conven-
tus, & Patrum S. Auguſtini, fuerunt ab hæ-
redibus Iulii, mediante tranſactione reſti-
tuta eidem conventui, devolutionem præ-
tendenti ob terminatas inveſtituras; *d. Summ.
num 15.*

Mobilia demùm exigui valoris fuerunt,
prævio Judicis mandato, in ſolutum data
Herſiliæ, ad computum ſui crediti dotalis:
13 unde, redditâ de omnibus exacta ratione ab
Antonio, ceſſat quælibet obligatio relevatio-
nis erga præfatam Archiconfraternitatem;
*Rota dec. 326. num. 1. par. 2. rec., & in Roma-
na fideicommiſſi de Stefanis 27. Iunii 1693. §. Nec
magis coram bo:me: Beaincaſa, & 4. Junii 1694.
§. Verum neque coram R. P. D. meo Molines.*

Nec adversùs hujuſmodi rationis reddi-
tionem ſuffragatur, quod domus in ghetto, uti
deſcriptæ in dicto inventario, cenſeri debeant
à Iulio recuperatæ vigore facultatis redimen-
di; quam ille ſibi reſervaverat in inſtrumen-
to venditionis; ideòque calculandæ ſint in
hæreditate Iulii. Objectum enim urgeret, ſi
deſcriptio facta fuiſſet abſolutè; ſecùs verò
dum fuit addita declaratio, quod illæ ſpe-
14 ctarent ad Herſiliam: ex qua declaratione,
approbationē hæreditariæ qualitatis excludi,
reſpondit *Rot. in Romana, ſeu Neapolitana
Pecunaria 5. Maii 1692. §. Deſcriptio coram
Reverendiſs. D. meo Decano.*

Et ita utraque &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS.

Lunæ 17. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

**Habens a fideicommittente facultatem vel unum
ex pluribus ad libitum, vel nullum nominandi
poteſt aliquem nominare ſub certa lege. Se-
cus eſt in habente neceſſitatem cum ſolo arbi-
trio eligendi, quem malit ex certo genere.**

SUMMARIUM

1 *Acceptans legatum ſub conditione nihil aliud pe-
tendi, aliis juribus renunciaſſe cenſetur.*

2 *Habens a fideicommittente facultatem vel unum
ex pluribus ad libitum, vel nullum nominandi,
poteſt aliquem nominare ſub certa lege.*

3 *Habens nominandi neceſſitatem, cum ſolo arbitrio
eligendi quem malit ex certo genere; electum
nullo pacto gravare poteſt.*

4 *Maximè ad proprium comodum.*

5 *Enunciatio unius teſtamenti, uti relativi ad aliud,
relativum non approbat.*

6 *Referens ſequitur naturam relati.*

7 *Declaratio, niſi ſit expreſſa vel tacita, quæ veniat
in neceſſariam actus conſequentiam, non impor-
tat oneris acceptationem.*

DECISIO XIV.

REvocatis ad examen hodierna die quatu-
or deciſionibus editis in hac cauſa coram
bo. mem. Emerix; unica nempe favore Ven.
monaſterii Septem Dolorum, ac tribus, inter
quas poſtrema favore Principis D. Julii de
Sabellis; confirmationem meruerunt illæ
Principi favorabiles. Ideoque reſponſum fuit
ſtandum eſſe *in ultimo loco deciſis.*

Movit iterum Dominos, litteralis obligatio
per Virginiam monaſterii autricem emiſſa,
reſtituendi omnia bona hæreditaria Ducis Jo-
annis, favore vocatorum ad iſtius fideicom-
miſſum: eaque nullatenus evitari videbatur
ex geminis exceptionibus pro Monaſterio re-
petitis. Altera quod cùm eadem Virginia, ex
facultate ſibi à viro attributa, perſonam bene-
viſam nominare poſſet; eo ipſo quod Princi-
pis favore nominationem explevit ſub certa
lege, quod aliud quidquam petere non debe-
ret, nequeat Princeps illi contraveniendo
1 fideicommiſſi reintegrationem poſtulare. Al-
tera, quod, cum Princeps tenutam Ripaltæ,
ſibi à Duciſſa Virginia, ſub eadem conditio-
ne aliud non petendi, legatam acceptaverit:
cenſeatur omnibus aliis juribus renunciaſſe,
ad *text. in l. Imperator §. Si centum ff. de Le-
gat. 2.*

Quo enim ad primam: urgeret objectum,
2 ſi Ioannes fideicommittens abſolutam Vir-
giniæ dediſſet facultatem, vel unum ex plu-
ribus ad libitum, vel etiam nullum nominan-
di: adeòut, electione non facta, fideicom-
3 miſſum evanuiſſe diceretur: ſecus autem dum,
impoſita eligendi neceſſitate, filiæ ſolùm ar-
bitrio commiſit electionem ejus, quem ma-
luiſſet, ex certo genere DD. de Sabellis. Hoc
enim caſu Princeps D. Iulius, tamquàm ne-
ceſſariò nominatus à Virginia, nullo pacto
gravari potuit: cùm facultas neceſſariæ ele-
ctionis, propriæ liberalitatis beneficium non
ſit; juxta celebre Papiniani reſponſum *in l.
unum ex familia* 69. *§. Si de falcidia ff. de Legat.*
2., & probant *Caſtill. contr. jur. lib. 5. cap. 161.
n. 6., Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 4. num. 19.*

Fu-

Digitized by Google

*Fuſar. de Subſtit. quæſt.*511. *nom.* 1. *& ſeq.,Tondut. reſol. Civil. cap.*50. *n.*41. *& ſeq., Capon. controv. for.*8. *art.*3. *n.*38., *Palm. Nep. alleg.*5., *Manſ. conſult.*390. *utrobique num.*1., *& ſeq., Card. de Luc. de emphyt. diſc.*57. *n.*6. *Torr, de Primogen. par.*2. *q.*15. *a n.*10. *ad* 21., *Modernus Forolivien. in addit. ad Ramon. conſ.*85. *n.*53. *& ſeq.*, & ſignanter *n.*72., *& Rot. dec.*337. *n.*6. *& ſeq par.*16 *recen.*

Idque procedit, etiamſi Duciſſa Virginia potuiſſet eligere vel Cardinalem Paulum, vel Principem Bernardum. Quippè, ultrà quòd Cardinalis renunciaverat favore Principis D. Iulii omnibus juribus ſibi competentibus: ilici-
4 tum non erat Duciſſæ, ex præelectione facta inter plures de certo genere perſonarum, reportare commodum, gravando electum: quidquid ſecùs eſſet, quoties gravamen favore alterius ex eis, qui eligi poterant, fuiſſet appoſitum; juxta originalem limitationem *Bartol. in d. leg. unum ex familia* §. *Sed & ſi fundum, verſ. Quæro; quem ſequutus fuit Zanch. in l. Hæredes mei* §. *Cum ita n.*357. *ff. ad Trebell.*, *aliique relati per Fuſar. de Subſtit. d. q.*511. *num* 8., *Tondut. d. quæſt.* 50. *num* 35. *&* 36., *Capon. dict. contr.*8. *art* 3 *num.*37. *Palm. nep. alleg.*5. *n.*15., *Manſ. d. conſult.*390. *n.*11. *Torr. de Primog. tom.*1. *cap.*27. *n.*142., *Rot coram Duran. dec.*171. *n* 9. *& plene in Romana fideicommiſſi de Zeffiris,* 27. *Iunii* 1696. §. *Quia Iura coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quo verò ad ſecundam exceptionem, placuit reſponſio, quòd duo actus, ad ſuadentem legati acceptationem adducti, tale quid non concludunt. Non quidem petitio mandati de aſſociando ad tenutam Ripalræ, ad Principis inſtantiam judicialiter facta: dum in citatione fit ſolùm relatio ad teſtamẽtum Ducis Joannis; nec ullum verbum de illo Virginiæ, &, licèt iſtius mentio habeatur in decreto; non eſt tamen abſoluta, ſed qualificata, & commixta cum teſtamento Ducis Ioannis; ut videre eſt in *Sum. Monaſterii n.*4. ibi: *Iuxta formam & valorem teſtamenti bo: me: Duciſſæ de Latera, ejuſdemque diſpoſitionis, relativa ad teſtamentum bo: me: Ducis Ioannis Sabelli*; Vndè patet, Vir-
5 giniæ teſtamentum, fuiſſe dumtaxat enunciatum uti relativum, ad illud Ioannis; & indicativum bonorum ad iſtum ſpectantium: inter quæ, ſicut conſiderari poterat tenuta per ipſam Virginiam loco alienatorum ſubrogata ità etiam immiſſio, vel aſſociatio ad illam vigore fideicommiſſi decerni ex deductis in *Romana fideicommiſſi de Incoronatis* 9. *Iunii* 1694. §. *Exiſtentia coram bo: me: Emerix.*

Minùs concludit declaratio, ſucceſſivè facta per Principem, à monaſterio requiſitum ſuper acceptatione legati: dum expreſſam habet relationem ad decretum A.C. Bulga-
6 rini: quòd, ſicut ex præmiſſis, nullum intulit præjudicium; ità nec declaratio ad illud relativa; *Rot. dec.*797. *n.*11. *par.* 18. *& dec.* 191. *n.*12. *par.*19. *rec.*

Quinimmò, quod iſta declaratio non importaret acceptationem tenutæ, modo, quo fuerat per Duciſſam relicta: patet nedùm ex quo monaſterium poſtea Principem interpellavit, ut ſe apertius declararet: verùm etiam ex quo non facta nova declaratione, quàm requiſiverat, à dicto mandato provocavit: ita
7 indicando, quod nec mandatum, nec præcedens declaratio talem præſeferebãt oneris acceptationem, qualis requiritur ad irrogandum præjudicium; expreſſa nempe, vel tacita, quæ tamen veniat in neceſſariam alicujus actus conſequentiam; ut latè, diſcuſſo articulo, reſpondit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Gargantibus* 18. *Martii* 1695. *coram R.P.D. meo Pio.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 21. *Iunii* 1697.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 8. quæ hic confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Dotis augmentum, alterius arbitrio collatum, ſtante diſcordia ſuper quantitate, poteſt a Judice, juxta perſonæ qualitates, declarari.*
2 *Etiam præventivè ante nuptias.*
3 *Mulieri, poſt nubilem ætatem, pinguior dos vult decernenda, quam fuerit conſtituta alteri ſorori, quæ in florida nupſit ætate.*
4 *A dote, ex diverſis circumſtantiis aucta, regula ſumenda non eſt pro aliis fæminis dotandis.*
5 *Prohibitio diſtractionis bonorum ex fideicommiſſo favore dotis negligitur.*

DECISIO XV.

SCribentes pro primogenito domus Falconeriæ, ut receſſum ſuaderent à deciſione coram me edita 19. *Aprilis elapſi*, tria allegabant præjudicia, quæ ab illa, nedum ipſi, ſed et aliis pro tempore ſucceſſuris, inferri ſupponebant. Sed cum ea in præcedenti deciſione ſublata viſa fuerint, D.D. pro confirmatione reſpondere non hæſitarunt.

Et ſanè irrelevans videbatur primum, ex eo deductum quod Sac. Rota dotem, ultra ſummam à teſtatore præſcriptam, augendo, eam ſibi arrogaverit facultatem, quam idem teſtator Primogeniti arbitrio repoſuit: Licèt enim Horatius, dotis augmentum fieri juſſerit à Primogenito: ejus tamen voluntati adeò non detulit, ut ſi nollet, prò libito poſſet dotem non augere; ideoque cum Lelius, ante hujuſce litis incoationem, ſolam quantitatem ab Horatio legatam, deberi contendederet: rectè potuit D. Maria Magdalena, omiſſo medio, & amputatis dilationibus ſibi
1 perniciosis, implorare Judicis officium; à quo dotem, juxta ſuæ perſonæ qualitates, congruam, & neceſſariam decerni obtineret, *Tob. Non. conſ.* 50. *n.* 8., *Giurb. ad conſuetut. Meſſan. cap.*3. *gloſſ.*7. *n.*82. *in fin verſ. Verius tamen, Boſſ. de dote cap* 9. *n.*91. *ad med. verſ. Probatur etiam, Card. de Luc. eodem tract. diſc.*69. *n.* 12. §. *Verum, uſque ad finem.*

 Non

Digitized by Google

Non urgente reſponſione, quod augumentū ex teſtatoris præcepto regulandum ſit juxta temporum, ac matrimonij qualitates; itaut, nullo adhuc inſtante matrimo, præventivæ illius declarationi locus eſſe non poſſet. Siquidem temporum, ac matrimonii qualitates fuerunt ſolum à Teſtatore indicatæ tanquam unum ex mediis, quibus penſatis, Primogenitus dotis congruitatem metiretur: ſed non inde ſuprema Judicis authoritas adeo valuit coarctari, ut nuptiis non imminentibus, do-
2 tem declarare non poſſet, ita matrimonium, ab incerto litis eventu dependens, difficilius reddendo: ad quod evitandum, præventivam admitti declarationem, firmat deciſio quæ revidetur § *Hinc Dotis in fin.*, & dixit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi, & dotium, 3. Martii 1692 §. Hanc autem coram bo: me: Emerix, impreſſa inter deciſion. Lucen. recollectas a Palm. dec.72. n.6., & ſeqq.*

Et hac ratione, inapplicabile videbatur temperamentum, à Lelio propoſitum; dotem nempe proportionabiliter augendi, quoties ei matrimonium imminens fuiſſet denunciatum. Hoc etenim admiſſo, idem eveniret abſurdum, quod nemo, ſub incerta dote, fratris arbitrio collata, matrimonii tractatum aſſumeret.

Minoris erat relevantiæ ſecundum præjudicium ductum, nedum ab aſſignatione dotis in ſcut. 20. mil.; quando Soror Mariæ Magdalenæ matrimonio collocata, tempore quo Lelius nondùm filias fœminas ſuſceperat, dotem ſolùm habuit ſcut. 15. mil: verùm etiam ex quo fœminæ in poſterum à primogenitis orituræ, iſtius exemplo, quantitatem renuent ab Horatio legatam. Quo enim ad primam obiecti partem, occurrit deciſio, quæ revidetur in §. *Non quidem, & §. Ad hunc enim*; quod nempe ſoror nupta, ultra dotem pecuniariam, aliâ etiam pollebat ætatis floridæ, quâ caret iſta; quæ jam nubilem exceſſit. Quò
3 verò ad ſecundam ſatisfacit repoſitio, quod præſens aſſignatio, huiuſce caſus circumſtantiis adaptata, cœteris normam dare non po-
4 terit, ad *Teſt. in l. Inter Stipulantem. 83. §. Sacram verſ. Sed hæc, ff. de Verb. oblig.*

Ita demum inſubſiſtens apparuit tertium, reſpiciens dotis detractionem ex capitali primogenituræ, quando fideicommittens iſtius alienationem ſtrictiſſimè prohibuit: ac pro dotibus particulare multiplicum deſigavit.
5 Quoniam, ultra quod talis prohibitio, favore dotis, Jure negligitur, ut comprobat *præcedens deciſio §. Quinimò*: illam etiã in præſenti relâxavit Horatius; dum poſt ordinatum multiplicum pro dotandis fœminis, illiuſque alienationem, etiam ex cauſa dotium interdictam, prævisâ incongruitate relictæ quantitatis, ac præcognito caſu, quo mediante Judicis authoritate ſequeretur diſtractio capitalis primogenituræ deſtinati, onus iniunxit primomogenito illud ex fructibus reintegrandi: unde conſonat teſtatoris voluntati, quod rata dotis, in multiplico deficiens, ex primogenitura detrahatur; ut firmat *eadem deciſio §. Hæc quoad dotis congruitatem*.

Et ita, in reliquis approbando fundamenta præteritæ deciſionis Rota reſpondit, ſuffragantibus omnibus, utraque &c.

ROMANA DOTIS SUPER ALIMENTIS.

Veneris 21. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Patet ex ſuperior deciſ. 9, quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus ſtabilium calculantur ad rationem quatuor pro centenario.*
2 *Alimenta, vertente lite, peti poſſunt etiam extrà domum debentis alere.*
3 *Etiamſi lis ageretur ſuper ipſis alimentis.*
4 *Alimenta non ſunt præſtanda ex bonis multiplico deſtinatis pro fœminarum dotatione: ſed ex aliis bonis hæreditariis.*

DECISIO XVI.

SIcut hodiè fuit à Dominis approbata deciſio ſuper aſſignatione dotis: ita confirmationem meruit altera ſuper alimentorum præſtatione: cum menſtrua quantitas 40. ſcut. prò nunc ad congruam, & integralem D. Mariæ Magdalenæ ſubſtentationem, denuo viſa fuerit neceſſaria; reſervata faculate augendi arbitrio Rotæ.

Nec ad illam evitandam, juvare poterat repetita exceptio tenuitatis fructum aſſis fideicommiſſarii: dum ſuppoſito iſtius valore in ſcut. 500. mill.; prout neque ſcribentes prò primogenito impugnabant; nemo non videt ejus fructùs ad rationem ſcutorum trium pro
1 centenario calculatos, aſcendere ad annua ſcut. 15 mill.: licet, juxta legalem taxam, calculus fieri poteſt ad rationem quatuor; ex deductis in *Bononien Prælii 20. februarii 1690. §. Quantitas cor. Reverendiſs. D. meo Decano.*

Iſtaque præſumpio verificata videbatur ex coſimili calculo, per ipſum Lelium exibito coram A. C.: addita etiã expreſſione, quod redditùs tunc temporis talem ſummam non excederent; eo quia bona primogenialia, debitâ diligentiâ non colerentur à Paulo Franciſco eius Patre: unde, vel hodiè ſub diligentiſſima Lelii cura, magis erunt in fructu, vel æqualiter: & utroque modo, hujuſmodi oneris, citrà dubium, capacia.

Ejuſdem irrelevantiæ videbatur altera exceptio, quod Maria Magdalena teneatur alimenta recipere in propria ipſius Lelii menſa, ut ita iſte minori ſumptu gravetur. Quippè, omiſſis aliis reſponſionibus per ſcribentes adductis; ea ſatis erat, quod, ſtante lite tam ſuper aſſignatione dotis, quam ſuper alimentis biennii ferè ſpatio non præſtitis, poſſunt alimenta peti extrà domum, ac menſam ale-
2 re debentis; ut notat *Jaſ. conſ. 44. num. 4. verſ. Sed in caſu noſtro lib. 1., Merlin. Pignattell. contr. for. cent. 2. cap. 40. num. 42., Sanfelic. dec. 203. num. 11., Rub. in Annot. ad dec. 636. n. 162., & ſeq. par. 4. tom. 3., Rota dec. 166. n. 13. cum ſeqq. par. 12.*

Digitized by Google

par.12., & dec.241. n.19. & ſeqq., & dec.320. n.5. & ſeqq. par.19. rec., & in ſpecie, etiamſi
3 lis agitetur ſuper ipſis alimentis, *Rot. coram Celſo dec.67. n.2. cum duob. ſeqq., & in rec. deciſ.199. n 6. par.4. tom. 1.*

Vindicata ex his juſtitia Rotalis reſolutionis circa menſtruam quantitatem; clarior illa emicabat circa deſtinatam exactionem ex bonis primogenituræ. Ut enim innuit *deciſio, quæ revidetur in §. Poſita ex his*; Horatius teſtator ſegregavit à ſuo patrimonio ſcut.50. mil., eaque aſſignavit multiplico perpetuò duraturo prò dotandis fœminis: qua ſtante ſeparatione, ſicut multiplicum, utpote ab hæreditate præcedenter excerptum, inter effectus hæreditarias connumerari non poteſt; ita oneri fœminas alendi, ab hæreditate ſupportando, nequit primogenitus ex multiplico ſatisfacere,
4 ut in proximis terminis reſpondit *Rota in Derthuſen. Fundationis Beneficiorum 23. Januarii proximi præteriti §. Cui circumſtantiæ, coram R. P. D. meo Pio.*

Cæteris reſpondet præcedens deciſio, cum qua Domini tranſierunt, omnibus denuò ſuffragantibus; ac utraque.

ROMANA IMMISSIONIS.

Merc. 26. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Jura dotalia, licet extincta per dationem in ſolutum, reviviſcunt, quoties bona tradita evincantur: & evictio debetur creditoribus defuncti, etiam in concurſu creditorum hæredis; qui ſimpliciter adivit.

SUMMARIUM.

1 *Retentio conceditur pro creditis anterioribus contra creditorem poſteriorem.*

2 *Hæres, ſimpliciter adeundo, ſtatim contrahit hypothecam ſuper ſuis bonis favore creditorum.*

3 *Dotis favore datur reviviſcentia jurium antiquorum; non obſtante datione in ſolutum, & ceſſione crediti.* & n.6.

4 *Et competit retentio bonorum debitoris; quando ceſſio effectum ſortita non fuit.*

5 *Ex diſpoſitione Bullæ Baronum, pretium aliàs exigi nequit à creditoribus, quam cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

7 *Dotis cauſa eſt præcipua.*

8 *Dotis creditum, per dationem in ſolutum non extinguitur; niſi res data perpetuò, & irrevocabiliter maneat penès mulierem.*

9 *Pecunia exacta cum vinculo cautionis dicitur extare.*

10 *Cedens nomen debitoris tenetur ad illius evictionem, quæ proceſſerit ex cauſa præexiſtenti.*

11 *Creditor hæredis, in ejus bonis, præfertur creditoribus defuncti.*

12 *Hæres, per ſimplicem aditionem, approbat hypothecam ſuper ſuis bonis à defuncto contractam.*

13 *Et creditores defuncti poſſunt illa retinere ad excluſionem creditorum hæredis.*

14 *Bona pro creditis, poſterioribus aſſignata, poſſunt retineri ex credito anteriori.*

15 *Colluſio dationis in ſolutum removetur ex præexiſtentia crediti.*

DECISIO XVII.

Immiſſionem, à D. Marchione de Sacchettia petitam ad domum olim ſpectantem ad Jacobum de Vecchis, & modò poſſeſſam à Julia Maria Faraglia, & Abbate Defendio illius donatario, denegandam eſſe Domini cenſuerunt.

Licèt enim eſſet apud Partes in confeſſo, creditum dicti Marchionis, ex cauſa cambii, in ſorte ſcutorum 2000., originem ducere ab anno 1667., nihilominus, quia dicta Julia poſſeditrix munita reperitur anteriori credito, & quidem hypothecario; arceri profectò
1 non potuit à poſſeſſione, per immiſſionem favore poſterioris creditoris; *Rot. coram Mantica dec.69. n.1., coram Coccin. dec.67. num.12., coram Buratt. dec.858. n.1., apud Zacch. de Oblig. Camer. dec.177. n.9., & in Romana Aſſociationis 24. Novembris 1687. §. Siquidem coram bo: me: Emerix.*

Hoc autem creditum ex eo reſultabat, quod præfata Julia uſque de anno 1630., quo nuptias contraxit cum quondam Defendio de Vecchis, tradita dote ſcut. 10. mill.; pro illius, ac lucri dotalis reſtitutione, obligatione reportavit à viro bonorum tam propriorum, quam hæredum: unde, cum Jacobus, & Franciſcus dicti Marchionis debitores anno 1640. ſeſe patris hæredes declaraverint, hoc titulo paternum creditorem dimittendo; palam fit, quod hypotheca ſuper eorum bonis, & ſic in domo controverſa, pro credito
2 dotis initium ſumit à dicto anno 1640: ideoque, longè ante illam, anno 1667. favore dicti Marchionis contractam; plenè *Rocca Diſput. Jur. cap. 50. n. 60., & ſeqq., Card. de Luc. de. Cred. diſc. 37. n.6., & in Eugubina Salviani, 14. Januarii 1692. § Nec Dominos, cum ſeqq. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Abſque eo quod adverſaretur, dotem anno 1666. fuiſſe Juliæ reſtitutam; ac proinde, illius prætextu, immiſſionem retardari non poſſe. Quippe, cum in computum ejuſdem dotis, ceſſus præ cœteris fuiſſet cenſus in ſorte ſcut. 4000. per Ferdinandum, & alios de Urſinis, anno 1654. impoſitus ſuper palatio in platea Agonali, cum promiſſione quod eſſet *liber immunis & exemptus à quocumque onere*; illeque jam, tempore ceſſionis talis non eſſet, ob anterioreres hypothecas ſuper palatio contractas; adeo ut, aliis reſiſtentibus creditoribus, mulier fructûs cenſus exigere non potuerit: utique, ſicut ipſa primævam actionem, ſibi pro dote competentem, poſſet experiri; nedum ex literali pacto in datione in ſolutum appoſito; *Sum. reſponſionis Juliæ n.2.*:
3 ſed etiam de jure; *ad text. in l. ſi rem 98. ff. de Pignorat. action., Merlin. Pignatell. lib. 1. contr.27.*

Digitized by Google

tr.27. num.14., *Arias de Meſa lib.1. cap.42. n.4.*, *de Marin. reſol.166. n.8. lib.2.*, *Merlin. de Pignor. quæſt 150. n 42.*, *Fontanell. de Pact. nuptial. clauſul.5. gloſſ.8. part.14. n.90.*, *Boſſ. de Dot. cap.17. n.13. ante finem*, *Capyc. Galeott. lib.1. contr 32. n 76.*, *Caſtill. dec.5. num.12. cum ſeqq.*, & Rot. *apud Merlin. de Pignor. dec.143. n.8.*, ita ex credito dotali, mediante ineffi-
4 caci ceſſione non ſatisfacto, retentionem valet allegare; ut reſpondit Rot. *coram Bichio dec.239. n.8.*

Nec relevat, quod cenſus in ſolutum datus, licet retroactis temporibus inexigibilis, modò tamen adeò facilis evaſerit exactionis, ut ipſemet Principis Urſinus debitor Juliam interpellaverit ad recipiendum ſortem, & fructus ſui cenſus; ac propterea nequeat illa, primævis juribus utendo, controverſam domum retinere. Siquidem, ſuppoſita facilis exactio, excluditur ex lectura ejuſdem interpellationis, in qua Julia citata legitur ad faciendam legitimam quietantiam, ad for-
5 mam; & tenorem Bullæ Baronum; *d. Sum. reſponſionis n.1.* Cum autem, ut notorium eſt, ex diſpoſitione hujuſmodi conſtitutionis editæ à ſan. mem. Clemente VIII. *Bull. nov. tom.3 in ordine la 40. §.5.*, teneantur creditores pretium recipere cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus; inde patet, quod Julia promiſſam dicti cenſus, ac fructuum libertatem, & exemptionem ab omni onere conſequi non poſſit: ideoque primævam actionem
6 valeat experiri; ut, præter authoritates ſuprà relatas, firmavit Rota *in Romana Salviani 26. Novembris 1688. §. Et quamvis coram R. P. D. meo Molines.*

Ideoque ſummâ ratione; quia, cum dotis
7 cauſa ſemper, & ubique præcipua ſit; ac Reipublicæ interſit dotes mulieribus conſervari; juxta verba *textus in l. 1. ff. Solut. matrim.* & hoc habeat peculiare privilegium, ut ejus creditum, per dationem in ſolutum, nullatenus extinguatur; niſi res data perpetuò, ac
8 irrevocabiliter maneat penes mulierem; ut bene probant *Merlin. Pignatell. d. contr. 27. n.14. lib.1.*, *Caſtill. d. dec.5. n.8. cum ſequen.*, *Card. de Luc. de Dot. diſc.64. num.3.* certe ſi Julia ſortem cenſus ſibi aſſignati, cum vinculo cautionis recipere cogeretur; amitteret privi-
9 legium irrevocabilitatis: dum pecunia, cum hoc vinculo exacta, dicitur extare; perinde ac ſi nunquam ab æde ſacra fuiſſet amota; Rot. *coram Celſo dec.206. n.2.*, *in rec. dec.130. n.4. par.16.*, *dec.276. n.1. par.17.*, & *dec.27. n.8. par.19.*

Reſponſio autem, quod hujuſmodi vinculum, uti accidentale, ac contingens longè poſt factam ceſſionem, damno mulieris ceſſionariæ veniat ad ſcribendum; urgere poſſet quoties illud ex nova cauſa, tempore ceſſionis nõ exiſtente, proceſſiſſet: ſecus autem dum evenit, ex quo fundus cenſitus tempore impoſitionis anterioribus hypothecis ſubjectus reperiebatur; itaut promiſſa libertas, & exemptio, de tempore ceſſionis vera non eſſet;
10 ut in terminis diſtinguendo probat *Card. de Luc. de Dot diſc.157. ſub n 26. verſ. Quod tamen verum.*

Non obſtat, quod domus controverſa non ſit hæreditaria Deſendii Juliæ debitoris;
11 ſed propria Iacobi hæredis; ideoque Marchio illius creditor ſuper illa præferri debeat creditoribus defuncti, quamvis anterioribus; ut, cæteris adductis firmavit *Rot. coram Priolo dec.83. n.1.*, & *per tot.* Duplex enim occurrit reſponſio: altera quod Iacobus, & Franciſcus hæredes uſque de anno 1666. (& ſic ante contractum cambium favore Marchionis) præfatum cenſum mulieri aſſignando ſub præciſa ſuorum bonorum obligatione, illius libertatem ab omni onere promiſerunt; *d. Sum. reſponſionis Juliæ n 2.*: altera quod Deſendius, in inſtrumento dotali, ſpecialiter obligavit bona hæredum, *Sum. informationis n.2. in fin.*, ideòque ſicut illi, anno 1940. paternam hære-
12 ditatem ſimpliciter abſque inventario adeundo, ab ea die hypothecam ſuper propriis bonis à patre cotractam approbarunt, *Rota poſt Zacch. de Oblig. Cameral. dec.239 n.1.*; ita creditoribus defuncti competit eorumdem bo-
13 norum retentio, ad excluſionem creditorum hæredis in tempore poſteriorum; ut in ſpecie reſpondit *Rota cor. Dunozett. jun. dec.576. n.25 cum ſeqq.*

Ità in facto non ſubſiſtit, quod Julia plura bona fratrum de Vecchis poſſideat ex credito poſteriori, uſusfructûs nempe ſibi tam à Deſendio viro, quam à Carolo relicti. Bona enim, quæ ab ipſa poſſideri ſupponit Marchio, ſunt illa ultimo loco in ſolutum tradita valoris ſcut. 6200., inter quæ adeſt præfata
14 domus: quæ, licet aſſignata pro creditis poſterioribus; retineri tamen poſſunt ex credito anteriori, una cum fructibus aſcenden. ad ſcut. 9000. *Neguſan. de Pignor. part 2. membr.4. n.129*, *Merlin. eodem tract lib.4 q 166. n 9. Capyc. dec.119 per tot.*, *Rota dec.778. n.10 par.18. recen.*

Ea, quæ deducebantur per ſcribentes prò Marchione circa ſimulationem & colluſionem plurium dationum in ſolutum, à Jacobo factarum favore Juliæ matris, viſa non fuerunt præſentis indaginis. Et tamen allegata col-
15 luſio excludebatur ex præexiſtentibus creditis; quorum cauſa illæ factæ fuerant; ut dixit *Rota in Viterbien. Prædii 9. Aprilis 1685. §. Firmata igitur coram bo: me: Beniucaſa*, & *in Romana Salviani 14. currentis §. Sicut autem coram me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Merc. 26. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Frater, ætate major, bona adminiſtrans, præſumitur habere mandatum ab aliis fratribus. Bona emphytheutica poſſunt alienari, etiamſi in inveſtitura prohibita fuerit alienatio ſine conſenſu Domini directi: cum cenſeatur ſolum

Digitized by Google

lum appoſita ad evitandum iſtius præjudi-
cium.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio cum relatione curſoris indefinita, præſumitur exequuta contra omnes in illa comprehenſos.*

2 *Maximè ſi agatur de perſonis in eadem domo conviventibus.*

3 *Mandatum procuræ præſumitur in eo, qui comparuit in judicio, & notabiles ſolvit expenſas.*

4 *Non requiritur in compoſſeſſore ad defenſionem rei communis.*

5 *Actus utilitas, ab initio, non à futuro eventu judicari debet.*

6 *Bona emphytheutica non veniunt ſub generali obligatione; quoties indefinitè probibita eſt alienatio.*

7 *Limita, ſi inveſtitura fuerit conceſſa pro ſe, ſuiſque, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & cum clauſulis importantibus translatione dominii,* & n. 10.

8 *Amplia, etſi ſubſequenter ſuiſſet adjectum pactum de non alienando: quod intelligitur ad favorem Domini, ne illius juribus præjudicium irrogetur in exactione laudemii, & aliis.*

9 *Conſenſus, ſine juxta cauſa, emphytheutæ, per dominum denegatus, habetur pro præſtito.*

11 *Emphytheuta poteſt obligare commoditatem percipiendi fructus; non obſtante probibitione alienationis; ſi agatur de emphytheuſi hæreditaria.*

12 *Et obligatio tranſit ad ſucceſſores, etiam particulares.*

13 *Dos prius eſt detrahenda ex bonis liberis: & in ſubſidium ex fideicommiſſariis, etiamſi a fideicommittente relicta.*

14 *Dos, vigore* Auth. Res quæ, *detrahi non poteſt ex bonis, quæ per terminationem fideicommiſſi effecta fuerunt libera.*

15 *Sententia lata ſuper ſtatu, facit jus quoad omnes etiam non citatos.*

DECISIO XVIII.

SVb prætextu nullitatis, & injuſtitię, impugnabant fratres de Boncompagnis Rotalem Sententiam R. P. D. mei Molines; qua D. Principi Vaino conceſſa fuit immiſſio in judicio Salviani, ad poſſeſſionem nonnullarum apothecarum, olim ſpectantium ad fratres de Montanis, cenſuum debitores, ac poſitas ſub directo dominio Reverendiſſimi Capituli S. Mariæ Majoris. Sed neutra exceptione relevante, Domini *pro illius confirmatione* reſpondere non dubitarunt.

Nullitas enim ex eo deducta, quod citatio ad terminos ſubſtantiales, præſentata ſolùm fuerit Abbati de Boncompagnis citato, alia verò ad ſententiam, licèt facta contra Abbatem, & *alios*, non probetur contra omnes fratres exequutioni demandata; dum Curſor generaliter retulit, ſe feciſſe perſonaliter, nullâ factâ perſonarum declaratione; ceſſare
1 viſa fuit, tum ex quo indefinita Curſoris relatio intelligi debet quoad omnes in citatione comprehenſos; ad *text. in l. ſi ſervitus ff. de ſervit. urb. præd.* maximè dum agitur de
2 fratribus, in eadem domo conviventibus. Tum quia, etiamſi ſolus Abbas citatus fuiſſet; tamen, cùm ipſe ætate maior communia gereret negotia; controverſas apothecas communi nomine locaret, ac penſiones exigeret; imò in hoc judicio ſolus ſemper aliorum fra-
3 trum nomine comparendo, notabiles ſolverit expenſas: indè ſufficiens habere dicebatur mandatum ad evitandam nullitatem ex defectu citationis contra alios elicitam; ut, his omnibus ponderatis reſpondit R*ot. deciſ.* 70. *& dec.* 106. *per tot. coram Royas*, & priùs *coram Seraph. dec.* 1433 *n.* 3: ubi amplius, quod etiam
4 ſine mandato, potuiſſet in re communi ſolus comparere. Tum demum, quia, ſicut D. Princeps, quatenus in hoc judicio ſuccubuiſſet; non poſſet ſententiarum nullitatem ex hoc capite allegare; ita è contrà non debet hoc eiſdem fratribus permitti; ex quo ſuccubuerint: cum in judiciis ſervanda ſit æqua-
5 litas: & actus utilitas ab initio, non à futuro eventu, judicanda veniat, ut, in his terminis, firmatum fuit in *d. dec.* 106. *n.* 1. *coram Royas*.

Vindicata exceptione nullitatis, facilior erat excluſio alterius ſuper injuſtitia. Licèt enim repeteretur objectum, quod agatur de fundo emphytheutico, conceſſo cum pacto ibi: *Che detto emfiteuta non poſſa in modo alcuno vendere, cedere, dare, donare, permutare, dar in dote, ò in qualſivoglia modo alienare, ipotecare, impegnare &c., nè meno imporvi cenſi, ſenza eſpreſſa licenza di eſſo Capitolo, ſotto pena di devolutione*: inde inferendo, quod non ſolùm defecerit poteſtas bona emphytheutica hypothecandi; verùm, & fortiùs, voluntas debitorum; qui ſub generali obligatione illa com-
6 prehendere noluiſſe cenſentur, juxtà *dec.* 425. *par.* 1. *diverſ.*, & alias lato calamo allegatas per informantes pro Boncompagnis.

Placuit nihilominus reſponſio in utraque decisione R. P. D. mei Molines adducta; quod nempe, quidquid dici poſſet, ſi ageretur de emphytheuſi ex pacto, & providentia; certum eſt, quod, ubi prout hic, agitur de emphytheuſi hæreditaria conceſſa *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, cum clauſula, *ad habendum*, aliiſque ſimilibus,
7 dominii translationē indicantibus, poteſt emphytheuta, ex facultate ſibi in limine contractus attributa, eadem bona in quoſcumque, etiam extraneos, alienare; *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Succeſſ. in bon. emphyt. q.* 7. *n* 6., *Add. ad dec.* 26. *n.* 19. *par.* 3. *rec.*, *Rota coram Seraph. dec.* 124. *per tot.*, *dec.* 210. *in fin. par.* 4. *diverſ.*, *in rec. dec.* 642. *n.* 9. *par.* 1., *dec.* 309. *n.* 3. *par.* 15., & alibi ſæpiſſimè.

Abſque eo quod obſtet in ſubſequentibus verbis inveſtituræ, appoſitam fuiſſe rigoroſam alienationis prohibitionem. Iſta quippè non eſt abſolutè, ac indefinitè concepta: ſed cauſativè, ad hoc, ut emphytheuta capituli aſſenſum, vel ante venditionem, vel poſt ſex
men-

Digitized by Google

menſes ab illa, requirere teneatur: ideoque
ad evitandam inſtantaneam correctionem,
8 dici debet ſolùm inducta, ne domino directo,
in exactione laudemii, aliiſque juribus, præ-
judicium irrogetur, *Rota dec.170. n.18. & 19.
par 9, dec 408. n.41. par.16. rec., & in* R*omana
Concurſus, 15. Junii 1665. §. Non obſtat coram
bo: me: Emerix*: Non autem ut poſſit ille ad
libitum aſſenſum denegare; qui aliàs, in
9 caſu denegationis, haberetur pro præſtito;
*Bartol. in l.1. §. Si plures n 9. ff. de Exercit. act.,
Surd. conſ. 328. n 77, idem dec.220. n.15.,*R*ot.
dec.129. n.15. & 16. par.16. rec.*: & diſtin-
guendo inter emphytheuſim hæreditariam,
& ex pacto, & providentia, *d. dec.408. d n.39.
uſque ad 50. eadem par.16.*

Ex his autem, admiſſâ facultate hypothe-
candi, multò minus dubitari poteſt de volun-
tate. Cum enim obligatio à Montanis emiſ-
ſa ſit generalis, omniumque bonorum com-
10 plexiva; iſta, & ſi Emphytheutica, naturam
tamen hæreditariæ qualitatis habentia, pro-
cùl dubio comprehendit; *Menoch conſ. 129.
num.15.*, R*ot. cor. Cavaler. dec.293. num.1.*, &
probat *prima deciſio R. P. D. mei Molines 4.
Februarii 1695. §. Verum, & ſecunda 4. Junii
1696. §. Quandoquidem.*

Quæ ſi procedunt in vera obligatione ipſo-
11 rum bonorum: faciſius admittenda videntur
quòad commoditatem percipiendi fructus cu-
jus reſpectu, omnis aberat devolutionis metus
qui emphytheutam ab obligatione retrahe-
re potuiſſet; dum per illam illæſa remanet
ſubſtantia rei, nullumque Domino directo
præjudicium irrogatur; ut plenè firmat *d.
prima deciſio* R. *P. D. mei Molines § Et in
omnem caſum, & ſecunda §. Cæterum, & in Ro-
mana Horti 4 Februarii 1695. §. Quæ ſanè coram
R. P. D. meo Pio.*

Nil refragrante reſponſione quod talis hy-
potheca durare ſolum potuiſſet ad vitam em-
phytheutæ hypothecantis; quo jam defuncto,
nequeat modo ad exercitium deduci. Siqui-
dem, cùm agatur de emphytheuſi hæredita-
taria, ſucceſſores illam ex voluntate magis, ac
12 judicio emphytheutæ, quam Domini directi
habere dicuntur: proindeque hypotheca per
emphytheutam bonis infixa, in eoſdem tranſit
ſucceſſores, *Rot. cor. Zarat. dec.59. n.16. cor.
Cerr. dec 144. n.14 & in d. Romana Horti eodem
§. Quæ ſanè coram R.P.D meo Pio.*

Quibus ſtantibus, inefficax erat ad immiſ-
ſionem retardandã nova exceptio anteriori-
tatis, ab eo deductæ, quod fratres de Bon-
compagnis obligatam habeant Creuſam de
Montanis; proindeque poſſint. iſtius juribus
utendo, controverſa bona retinere prò dote,
illi debita ex teſtamentaria Cæſaris dipoſi-
tione condita de anno 1614. Duplex enim oc-
currit reſponſio; altera, quod Alexander Cre-
uſæ pater jam dotem filiabus de proprio con-
ſtituit; quo circa evanuit quæcumque actio
eis prò dote competens ex fideicommittentis
13 diſpoſitione: quæ in ſubſidium dumtaxat, reli-
cta, cenſetur; *Menoch. conſ. 704. ſub n.15.
verſ. Secunda eſt, Caren. reſol. 175. n.9., Giurb.
ad conſuet. Meſſan. cap.1. gloſſ.2. ſub n.106. in
fin., Card. de Luc. de Dot. diſc.145. n.67. Rot.
coram Peutiug. dec.262. n.1., coram Celſ. dec.108.
n.8. & 9., & in rec. dec.389. n.9. par.17., &
in Romana Salviani 28. Januarii 1692. ſub
§. Siquidem coram bo: me: Benincaſa.*

Altera, quod cum bona, a fideicommittente
provenientia libera in Alexandrum tranſiviſ-
14 ſent: dum fideicommiſſum expiraverat, ſup-
poſita non erant dotationis oneri, ut plenè
probat *Card. de Luc. in ſupplem. de Dot. diſc.189.
n.4. cum ſeqq.*

Fideicommiſſum autem jamdiù expiraſſe
declaravit uſque de anno 1667. Eminentiſ. D.
Card. Cavallerinus, tunc A. C. Locũtenens,
mediante Sententia in judicatum tranſacta:
quæ, tamquam lata ſuper ſtatu, citatâ ipſâ-
15 met Creuſâ, nequit hodie, impugnari: & facit
jus quoad omnes; ut reſpondit *Rota in alia
Romana Salviani 14. currentis §. Inde autem,
coram me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA RETRACTUS.

Ven. 28. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Magiſtralis eſt hæc deciſio pro intelligentia Conſtitutionis Gregorii XIII. de Jure Congruo: & examinat in ſpecie; An pro pretio rei ab Eccleſia retractæ dari poſſint ſtabilia paris valoris, ſed minoris redditus; juxta illius diſpoſitionem. §.17.

SUMMARIUM.

1 *Bulla Gregoriana viciuis rem eccleſiæ retrahere volentibus, nullum aliud onus impoſuit, quàm quod deponeretur in æde ſacra juſtum pretium, cum augumento duodecimæ partis; & poſteà reinveſtiretur in ſtabilibus.*

2 *Non conſiderat, quod fructus reinveſtimenti debeant æquare fructus rei retractæ.*

3 *Ejus diſpoſitio adamuſſim ſervanda eſt.*

4 *Item concedit emphytheutis facultatem liberandi à Canone ſolum ſubjectum directo dominio Eccleſiæ: tradendo tamen rem ſtabilem, non ſolum in pretio; ſed etiam in redditu æqualem.*

5 *Id expreſſiſſet, ſi voluiſſet etiam in retractu rei liberæ.*

6 *Affrancatio canonis reſpicit ſolùm intereſſe particulare emphytheutæ; & retractus rei liberæ, etiam publicum.*

7 *Duplici onere quis pro eadem re gravari non debet.*

8 *Difficillimum eſt inveſtimentum ſtabile, correſpondens pretio, & redditui rei retractæ.*

9 *Hæc Bulla primario id reſpicit, ut omnes ad ornatum urbis majori facilitate invitentur.*

10 *Parificat bona eccleſiæ, bonis fideicommiſſo ſubjectis.*

11 *Æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio.*

12 *Utilitas inveſtimenti à dicta Bulla conſiderata importat, quod inveſtimentum debeat eſſe fructiferum; non tamen æqualis fructus.*

13 *Pro-*

13 *Prohibetur eccleſiæ, retractum reſcindere ſub prætextu utilitatis.*
14 *Ut alienatio rei Eccleſiæ ſubſtineatur, neceſſaria eſt utilitas & in pretio, & in fructibus.*
15 *In retractu tamen, quod importat alienationem coactivam, & onerosam, etiam retrahenti, ratione publicæ utilitatis; quæ privato Eccleſiæ commodo eſt præferenda; nedùm relevatur emptor ab onere tradendi fundum æqualis redditus, ſed nec etiam attendi debet damnum Eccleſiæ.*
16 *Derogatur in d. Bulla* Extravag. Ambitioſæ.
17 *In eius interpretatione ſequendus eſt ſenſus, qui ornatui urbis magis proficuus ſit.*
18 *Loca montium non vacabilia, ad omnes effectus, pro ſtabilibus reputantur.*
19 *Et hoc inveſtimentum admittit dicta Bulla.*
20 *Inveſtimentum in locis montium, non eſt minùs proficuum, quàm in domibus ſubiectis dislocationibus, ruinis &c.*
21 *Loca montium non admittunt alia vincula, vel hypothecas, quàm expreſſa in literis patentibus.*

DECISIO XIX.

Publicis, privatiſque Urbis ædificiis, antiquę majeſtati reſtituendis, plures ſtuduere Summi Pontifices: ſtuduit præ cæteris ſan. mem. Gregorius XIII., qui ejus ornatui, ſpeciali conſtitutione de Jure congruo conſuluit. Ruinoſa enim reſtitui voluit; ſpatia inter ædes occupari permiſit; vicinis licentiam dedit præter jus noſtrum, cogendi vicinos ad vendendum; eiſdemque prælationem in emptores conceſſit; inquilinos præhabuit; prædia minora majoribus addixit; emphyteutica pacta in pretium tranſtulit; eiſdemque legibus de plenaria Pontificis poteſtate, ſubiecit nedum bona fideicommiſſis obnoxia; ſed & ipſa bona eccleſiaſtica, & ad loca pia ſpectantia; ſubrogato pretio pro vinculis, ac utilitate fideicommiſſi, & Eccleſiæ.

Hac decretali compulſæ Moniales Purificationis anno 1654. vendiderunt hæreditati Cardinalis Veralli, domum æſtimatam ſcut 797. *obul.* 28., & in inſtrumento ſibi ſtipulatæ fuerunt ſolvi quot annis ſcut. 25., donec res ſtabilis, juſtam Gregorianam conſtitutionem, daretur. Nuper autem D. Marchio Spada, hæreditatis Veraliæ poſſeſſor, Monialibus obtulit vel unam ex tribus domibus æqualis valoris; inter quas aderat altera annui canonis ſcut. 23. æſtimata ſcut. 1056., quam A. C. Monialibus addixit, reddito Marchioni majori pretio ſcut. 58.: cui judicato non acquieſcentibus Monialibus, cauſâ ad me devolutâ exquiſivi à Dominis *die* 3. *hujus*: *An eſſet locus exequutioni inſtrumenti retractus; & quomodò, ſeu quænam bona eſſent aſſignanda*: cumque ob gravitatem articuli, nunquam in hoc ſacro Adiutorio examinati, dilata fuerit reſolutio, addito quod ſtricte ſcribentur ſuper intelligentia Bullæ; omneſque Domini ſuffragium ferrent: dubium hodie repropoſui; & reſponſum habui: *Eſſe locum exequutioni inſtrumenti: & pretium eſſe deponendum, ad effectum inveſtiendi in bonis ſtabilibus, etiam locis montium æqualis valoris, licet non æqualis redditus domus retractæ: ſervata forma Bullæ.*

Et ſanè, omiſſa prima dubii parte, ſuper qua ſcribentes hinc inde concordes erant; aſſumptoque examine ſecundæ concernentis modum exequutionis, ac reſpectivè bonorum aſſignationem: movit principaliter Dominos impulſiva ratio conſtitutionis, publica nempe utilitas privato commodo præferenda, juxta illius verba proœmialia ibi: *Quæ publicè utilia, & decora eſſe huic almæ Urbi ratio ipſa, atque uſus docuit, ea privatis cupiditatibus, ac commodis præferenda cenſemus*: Iſtoque retento principio: Summi Pontificis voluntatem indagantes ad caſum preſentis controverſiæ, putarunt, illum in §. 17., præfatæ conſtitutionis, vicinis, rem Eccleſiæ retrahere volentibus, nullum aliud onus impoſuiſſe, quam quod ipſi juſtum pretium, unà cum duodecimæ partis augumento, in æde ſacra deponerent; ac poſtea in ſtabilibus inveſtirent; nullâ proſus habita ratione, quod inveſtimenti fructùs æquarent redditus fundi retaracti. Cum enim tale onus retrahentibus iniunctum non legatur: noſtrum non eſt addere: ſed ſpecialem Principis legem adamuſſim ſervare; ut in terminis hujus conſtitutionis, reſponſum fuit in Voto Camerali, impreſſo *dec.* 413. *n.* 14. & 15. *par.* 13. *recent.*

Fortiùs: dum in præcedenti §. 13. conceſſa
emphyteutis facultate, ſolum, ſub directo
4 Eccleſiæ dominio poſitum, à Canone liberandi;
certa illis adjicitur conditio, tradendi rem
ſtabilem, nedum in pretio, ſed in reddi
etiam æqualem. Quocircà, dum in caſu retractus
rei liberæ, ab Eccleſia poſſeſſæ, repetita
non fuit: inde urgens reſultat argumentum,
Pontificem nullatenùs emptores grava-
5 re voluiſſe; ad *text. in l. unica* § *Sin autem ad
deficientis, C. de Caduc. tollen., Rot. deciſ.* 99.
n. 9. *par.* 18. *recen.*

Huic præſumptæ voluntatis diverſitati, aſ-
ſiſtit profectò diverſa ratio diſponendi; quod
ſcilicet eatenùs in affrancatione canonis, im-
poſita fuerit emphyteutis aſſignatio rei, quo-
ad redditus, etiam æqualis: quatenùs illa ſo-
lùm reſpicit privatum emphyteutę intereſſe:
6 quem ideò par eſt, quanti pluris propriam
emere libertatem, Reipublicæ nullatenùs
proficuam: At non ita in ſimplici retractu,
ad quem aſſequendum, cum emptor onus ha-
beat, publico Urbis ornatui ædificandi: æquum
non erat, ut altero, & quidem præponderan-
ti, gravaretur, fundum valore, ac reddit
parem, Eccleſiæ tradendi; contra regulam
7 *text. in l. Navis Onuſtæ* §. *Cum autem ff. ad leg.
Rhod. de jactu, Cravett. conſ.* 111. *n.* 8, *Max.
Antonin. Var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 97. *ſub n.* 4., *Rota
dec.* 672. *in fin. par.* 1. *recen.*

Et revera, dato contrario intellectu, Pon-
tificia conſtitutio raro ad praxim deduci poſ-
ſet. Siquidem, cum ſtabile inveſtimentum
domus retrahendæ, pretio, ac fructibus cor-
8 reſpondens difficillimum ſit; ut teſtatur *Card.
de Luc. de Servit. diſc.* 97. *n.* 6.; nemo non videt,

Digitized by Google

quod tamen enixa Pontificis voluntas, ſoli Vrbis ornatui directa, eluſoria prorſus redderetur à nimis difficili adiecti oneris implemento: cum tamen primaria conſtitutionis cauſa ea fuerit, quod omnes maiori facilitate,
9 ad ornandum invitarentur, juxta verba alterius Voti Cameralis, impreſſi *dec.538. n.87. par.13. recen.*

Clarior convincitur hæc interpretatio ex parificatione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, cum illis ad Eccleſiam ſpectantibus, in eodem §.17. contenta ibi, *Deinde, ſi res eccleſiaſtica erit, vel etiam laicalis, ſed quod ſciatur fideicommiſſo, ſimilive diſpoſitioni ſubjecta*. Sicut enim dubitari nequit, fideicommiſſo ſatis eſſe conſultum, quoties emptor inſtum
10 pretium unà cum augumento perſolverit; quamvis illud in ſtabilibus erogatum, fructus non æquet fundi retracti: nulla ſubeſt ratio, cur Eccleſiæ reſpectu, coæqualis fructus requiratur, contrà regulam, quod æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio; de qua
11 *Roman.conſ.129 n 1. litt.A., Actolin.reſol.11. n 14 & reſ.76.n.8., Palma Nep.alleg.107.n.21., Rota dec.98, n.20 par.19. rec.*

Abſque eo quod contrarium ſuadere poſſet dictio *Utiliter*. in precepto inveſtiendi appoſita; quaſi quod ea virtualiter contineat, inveſtimentum fieri debere in ſtabilibus, vel majorem, vel ſaltem æqualem fructum reddentibus. Quippe illa dictio deſignat ſolùm pretium eſſe inveſtiendum in bonis fructiferis; ad excluſionem eorum, quæ nullum red-
12 derent fructum: non autem quod bona æqualis fructus neceſſariò eſſe debeant. Idque patet ponderando, quòd priùs conſtitutio jubet pretium, unà cum augmento, deponi: ac deinde illud utiliter inveſtiri: undè utilitas reſtricta eſt intra pretium jam depoſitum; & ab illo deſumenda venit: non autem indefinitè conſideranda. Præſertim quia in altero caſu affrancationis rei emphyteuticæ, Pontifex non demandavit emphyteutæ depoſitum pretii, eiuſque inveſtimentum: ſed directè traditionem rei ſtabilis, ut ita indicaret, in illo tantum caſu, æqualis redditus neceſſitatem impoſuiſſe.

Quod etiam comprobant tam dicta parificatio bonorum Eccleſiæ cum fideicommiſſariis, ad quæ illa dictio *Utiliter*, pari modo refertur; ac proinde æqualiter determinat; *l. jam hoc Jure ff.de Vulgar.& Pupillar.*: quam, & fortiùs ſequentia conſtitutionis verba, in
13 quibus diſpoſitum fuit, quod venditio, ab Eccleſia facta modo præſcripto: *nequaquam reſcindi, aut impugnari poſſit prætextu inutilitatis Eccleſiæ*: Hinc enim palam fit, præcogitatum fuiſſe caſum, quo ab hujuſmodi venditione damnum Eccleſiæ irrogaretur, & quidem in fructibus, (dum reſpectu capitalis verificari non poterat, ex quo integrum illius pretii depoſitum, unà cum augmento etiam duodecimæ partis, fuerat demandatum:) & tamen noluit Summus Pontifex, illius prætextu, retractari poſſe venditionem, quam publico beneficio permiſerat.

Nec urget, quod per dictionem *Utiliter*, voluerit Pontifex particularem legem, juris diſpoſitioni conformare; juxta quam, ut alienatio ab eccleſia facta ſuſſineatur, neceſſaria
14 eſt utilitas, nedùm in pretio; ſed etiam in fructibus, *Redoan. de Reb. Eccleſ. non alienan. q.20. num.169., Corrad. in Prax. diſpenſat. lib.9. cap.4. n.52., Roſa de Exequut. litt. Apoſtol. lib.1. cap.4. n.314.* Omiſſo enim, quod hoc argumentum non probaret aſſumptum: nam, juxta illud, nec ſufficeret æqualitas redditus: ſed major eſse deberet: quod tamen nec monaſterium, aut ullus unquam alius prætendit: ſatisfacit reſponſio, quod, in caſu voluntariæ venditionis, in quo loquuntur authoritates proximè allegatæ, nulla intercedit publica utilitas, quæ privato Eccleſiæ commodo præferenda veniat: dum emens ab Eccleſia voluntariè vendente, obligatus non eſt ad ædificandum: ad quod è contrà tenetur emens, mediante retractu: ità ut publica utilitas, ab ędificio reſultans, nedum relevet emptorem ab onere tradendi fundum æqualis redditus: verum etiam ope-
15 retur, ne damnum Eccleſiæ attendi debeat; ut in dicto Voto Camerali *dec. 413. n. 27. par. 12. recent.*

Et de facto in eadem conſtitutione legitur ſpecifica derogatio *Extravag. Ambitioſæ de Reb. Eccl. non alienan.*: quæ poſita coactio
16 ne ad vendendum neceſſaria non erat: niſi ad effectum, ne venditio, prætextu reſultantis ab illa præiudicii, & ſic dictæ *Extravag.* contraria revocaretur; ut in ſuperiori §. *Quod etiam*.

Conſonat his omnibus altera conſtitutionis pars in §.23., aperte diſponens: *Omnia, & ſingula, quæ ſupra ſtatuta ſunt, ſi quando, in aliquo caſu, de eorum ſenſu controverſia contingeret in eam partem interpretanda eſſe, quæ ad Vrbis ornatum, magis facere videbitur*: Quamobrem cum declaratio neceſſitatem excludens tradendæ rei quoad fructus æqualis, ultra dubium, ſit magis Urbis ornatui profutura: in
17 alium ſenſum nobis ire non licet; *Gratian. diſcept.464. n. 44. cum ſeqq., Rot. dec. 143. n.14. cum duobus ſeqq. apud Pacif., de Salvian*, & firmatum fuit in dicto Voto Camerali *dec.538, n.12. par.13.*; præſertim dum facultatem ſubſtulit ipſa conſtitutio per clauſulam *Sublata*; decretumque irritans, immediatè appoſitum; ut proſequitur dictum Votum *n. 14 & 16.*

Poſito ex præmiſſis, quod ſtabilia Eccleſiæ tradenda, paris fructus eſſe non debeant: facilis fuit reſolutio, quod conſtitutionis forma ſatis adimpleta remaneat, pretium inveſtiendo etiam in locis Montium Cameralium
18 non vacabilium; cum iſta, ad omnes effectus, pro ſtabilibus, & immobilibus habeantur *Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. n. 650. & ſeqq., Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.34. art.28. à n.12. uſque in fin., Card. de Luc.de Regal. diſc.143.n.2.*, cum cæteris, lato calamo collectis *per R. P. D. meum Anſaldum in Tract. de Commerc. & mercat. diſc. 95. n. 10. cum ſeqq.*, & in his præciſis terminis in dicto Voto

Ca-

Camerali *dec.413. n. 72., & ſeqq. par. 12. rec.*
Potiſſimè quia ſummus Pontifex, ab hujuſ-
modi inveſtimento non abhorruit: dum illud
19 in §.18. poſitivè admiſit in certo caſu ibi:
*Emantur ex ipſo pretio vel loca Montium non
vacabilium, vel alia bona immobilia*.

Immo, perpenſis omnibus circumſtantiis,
20 reputari poſſunt non minùs proficuum inve-
ſtimentum, quam ſint domus, quæ ſubjacent
dislocationibus, difficultati penſiones exi-
gendi, ac periculo illarum amiſſionis, rea-
ptationibus, publicis taxis, ruinis, fideicom-
miſſis, ac hypothecis: quando è contra, lo-
ca montium, licèt remoto extractionis, ac
fructuum reductionis periculo ſubjecta, nul-
21 lam tamen hypothecam recipiunt, præter
expreſſim in litteris patentibus; *Card.de Luc.,
de Regalibus diſc. 27. in fin., & diſc.38. num.3.*,
& eſt notorium.

Et hæc quoad intelligentiam Bullæ. Quod
verò attinet ad exequtionem inſtrumenti,
de quo erat quæſtio: placuit Dominis decla-
rare, quod niſi monaſterium, intra terminum
judicialiter præfigendum, certum deſignave-
rit inveſtimentum, cum pretio jam declarato
in ſc.797. obul.28. comparandum; vel mutato
conſilio, domum acceptaverit jam oblatam, &
in ſentētia A.C. admiſſam; dempto tamen one-
re reddendi ſc.58. ad quorū reſtitutionē fuerat
condemnatum: poſſit Marchio vel tradere tot
loca montium; regulato tamen illorum valore
ad rationem currentem de anno 1654., quo
orta fuit actio favore monaſterii, rem ſtabilem
conſequendi: ne, dilata promiſſionis exeqvu-
tio Marchionis cedat beneficio, per valoris
incrementum: dum, aucto pretio capitalis,
fructus hodiè in monaſterii præjudicium di-
minuti remanerent: vel pretium deponere,
ad effectum erogandi in aliud inveſtimentum,
modo, & forma ſuprà firmatis, & in conſti-
tutione expreſſis.

Et ità, omnibus Dominis ſuffragantibus,
utrâque &c.

CORDUBEN. PENSIONUM.

Lunæ 1. Julii 1697.

ARGUMENTO.

Non indiget,
Hæc dec. infra confirmatur tamen juxta modum
in dec.64. exprimendum.

SUMMARIUM.

1 *Diminutis penſionibus, locus eſt remotioni æco-
nomi, & reintegrationi Titularis ad fructu-
um adminiſtrationem, quam favore penſiona-
riorum dimiſerat.*
2 *Declaratio ab eo emiſſa, qui facultatem habet
quietandi, & liberandi; eſt attendenda.*
3 *Declaratio ab aliquo emiſſa in ſui exonerationem,
non præjudicat tertio, quominus contra ipſum
agat.*

DECISIO XX.

Dimiſerat uſque de anno 1686. Eminentiſ-
ſimus D. Cardinalis de Salazar Epiſcopus
Cordubenſis, in manibus æconomi pro pen-
ſionariis deputati, tertiam partem fructuum
ſuæ menſæ epiſcopalis; ad hoc, ut illa detra-
cta, penſionariorum commodo, juxta clau-
ſulam *Dummodo penſiones inſimul unitæ, ter-
tiam partem fructuum non excedant*, in eorum
literis appoſitam: reſiduum ſibi, abſque ul-
la moleſtia, conſignaretur. Cùm autem tra-
ctu temporis, nonnulli ex penſionariis obiiſ-
ſent: obtulit idem Eminentiſſimus penſionum
onus in ſe iterum aſſumere; ac reintegratio-
nem petiit ad jura priſtinæ adminiſtrationis:
quæ licet in Partibus denegata, fuit tamen
conceſſa per ſententiam Reverendiſſimi D.
mei Decani, demandata inſimul præſtatione
idoneæ cautionis pro penſionibus, in futurum
decurrendis. Vndè, commiſſa mihi, ad pro-
vocationem penſionariorum, appellationis
cauſa, hodie propoſito dubio, pro dictæ
ſententiæ Rotalis confirmatione, prodiit re-
ſolutio.

Validitas enim reſultare viſa fuit ex actis:
& juſtitia ſatis eluceſcit ex deciſionibus edi-
tis in præcedenti inſtantia: in quibus optimè
fuit demonſtratum, quòd, cum dimiſſio ter-
tiæ partis fructuum facta eſset cauſativè, ad
effectum, ut ex illa dumtaxat penſiones ſol-
verentur, juxtà præfatam clauſulam, favore
D. Cardinalis adjectam: utique illarum one-
re diminuto per obitum aliquorum ex pen-
ſionariis, defecit principalis ratio dimiſſionis:
1 & per conſequens locus erat remotioni æ-
conomi, & Titularis reintegrationi ad ple-
nariam fructuum adminiſtrationem; *Salgad. in
Labyr. credit. par.3. cap.16. n.37., Rot. coram
Cerro dec.929. n.3.*, cum quibus pertranſit de-
ciſio Reverendisſimi D. mei Decani, 16. *Ja-
nuarii proximipræteriti §.1. ante fin., & §. Vl-
tra quod*.

Nec ad illam retardandam urgebat exce-
ptio, quod dicta tertia fructuum pars elapſis
annis, non fuerit æconomo integraliter
conſignata. Quippe contrarium patebat ex
pluribus documentis, in dicta etiam deciſio-
ne Reverendisſimi D. mei Decani recenſitis;
& ſignanter ex quietantia, & liberatione,
ab æconomo facta, cum ſpecifica expreſ-
ſione totalis ſatisfactionis; ibi, *Mi dò per ſo-
disfatto, & intieramente pagato, in nome delli
detti penſioniſti, della detta quantità intiera;
che li toccò, e potè toccare in detti tempi*, Quæ
declaratio, ab eo emiſsa, cui præcedenter
2 conceſsa fuerat facultas quietandi, & libe-
randi; venit omninò attendenda; *Rot.cor.Pam-
phil. dec.325. n.1., & in rec.dec.224. n.6. par.19.*

Stante autem hujuſmodi liberatione nil re-
fert quod poſteà idem æconomus, ad in-
ſtantiam penſionariorum, declaraverit, ſibi
traditam non fuiſse integram tertiam partem
fructuum: ſed pro nonnullis partitis recepiſ-
ſe ſolam quantitatem ducatorum 8000. Sicut
3 enim talis declaratio, tamquam ab æcono-
mo, ad ſui exonerationem emiſsa, obſtare
non valuit penſionariis, quominùs ipſi actio-
nem contrà illum dirigere poſsent; ut in
proximioris terminis reſpondit *Rota dec.371.*

n.12. poſt Cenc. de Cenſib.:ità Eminentiſſimo Titulari, jam plenariè liberato, nullum inferre potuit præjudicium.

Cęteris ſatisfaciunt præcedentes deciſiones, cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita, Eminentiſſimo ſolum Epiſcopo informante; penſionariis vero alterius dubii ſuper remiſſoria, reſolutionem, & in hoc dilationem petentibus, reſponſum fuit.

CORDUBEN. PENSIONUM SUPER REMISSORIA.

Lunæ prima Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Collige ex ſequenti Summario.

SUMMARIUM.

1 *Relevantia, etiam ſine fumo ſufficit in cauſa prophana prò concedenda remiſſoria.*

2 *Et ſatis etiam eſt relevantia unius articuli.*

3 *Ne Pars diù immorando in faciendis probationibus, cauſæ expeditionem, ad ſui libitum protrahat: conceditur remiſſoria cum clauſula:* Cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ.

DECISIO XXI.

SIcut penſionarii epiſcopalis menſæ Cordubenſis, ad evitandam efficaciam generalis quietantiæ, ab eorum æconomo, favore Eminentiſſimi Domini Cardinalis de Salazar, emiſſæ, petebant hodiè ſibi concedi remiſſoriam; probare offerentes, æconomum recepiſſe duntaxàt ducatos 8000., non autem integram tertiam partem fructuum; quæ verè debebatur: ità è contra Eminentiſſimus Epiſcopus confirmationem Rotalis ſententiæ, fructuum adminiſtrationem reſtituentis, expoſtulabat: cumque Domini pro confirmatione reſponderint; ut in deciſione coram me, hac eadem die edita: cenſuerunt remiſſoriam eſſe dandam non ſimpliciter, ſed adiectâ clauſulà *cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ.*

Moti fuerunt ad illam concedendam ex ar-
2 ticulorum relevantia: quæ, & ſine fumo, ſufficit ad hunc effectum in materia prophana; *Rota coram Merlin. dec.455. n. 1., cor. Bich. dec. 123 n. 3., & cor Celſ. dec. 262., & 303. utrobique n. 1., & dec. 378. n. 3 par. 19. rec.*

Relevantia præ cœteris, videbatur conſiderabilis in tertio, & quarto ex illis, in quibus articulatum fuit, quod licèt æconomus generalem fecerit quietantiam, declarando, quod integra tertia pars fructuum ſibi fuiſſet conſignata: attamen inter eum, ac Eminentiſſimum Epiſcopum conventio pręceſſerat, quod penſionarii poſſent totum id, quod deerat à ducatis 8000. receptis, uſque ad integrum complementum tertiæ partis, exigere in futurum ab adminiſtratore; ita ut ipſi remanerent in quaſi poſſeſſione dictę tertiæ partis, etiam in poſterùm, quamvis penſiones fuiſſent diminutæ. Hujuſmodi autem conventiones ſi probarentur, excluderent profectò efficaciam quietantię, ac impedirent reintegrationẽ Eminentiſſimi Epiſcopi ad perceptionem omnium fructuum: unde emergit articulorum re-
2 levantia: quam, etiam in altero ex eis, ſatis eſſe, pluriès reſpondit *Rot. cor. Coccin. dec. 895. n. 5., dec. 1117. n. 1., dec. 1134. n. 2., cor. Cerro dec. 230. n. 21., & dec. 123. n. 3. par. 19. recen.*

Eatenùs verò fuit à Dominis addita clau-
3 ſula: *Cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ.* ne penſionarii, diu immorando in probationibus faciendis, valeant ad libitum expeditionem cauſæ retardare; ut alias advertit *Rot. in dec. 145. n. 10. par. 19. recen.*

Et ità, utraque &c.

VICEN. SCRIBANIARUM.

Lunæ 1. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Vide paritèr in Summario.

Et infra dec. 31., quæ eſt hujus confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Sentenia, de ſui natura, ſtricti juris eſt: & non extenditur ultra ea, quæ ibi ſcripta ſunt.*

2 *Obſervantia, præſertim proxima, plurimum eſt attendenda.*

3 *Actùs æquivoci, & incerti, non excludunt jus certum, deductum ex inſtrumento, & conſtitutionibus diù obſervatis.*

DECISIO XXII.

POſtquam per geminas Rotales ſententias; quarum altera prodiit coram Reverendiſſimo D. meo Decano; altera coram R. P. D. meo Molines; declaratum fuit per Notariũ Curiæ Vicariatus, ſeu Epiſcopi, & alium Curiæ Officialatus ad Capitulum ſpectantis, poſſe, ac debere exerceri acta, & rogari inſtrumenta ad formam ſententiæ arbitramentalis anni 1444.; reliqua verò acta, & inſtrumenta extrajudicialia, res tam prophanas, quàm ſpirituales concernentia, intrà Civitatem, terminum, & parochiam Vicen., ſpectare ad Notarium ſcribaniæ communis, & publicæ, privativè quoad omnes alios Notarios: fuit in tertia Inſtantia, commiſſa mihi appellationis cauſa: & Domini, præfatas ſententias confirmandas eſſe, reſponderunt.

Cum enim in prætetita ſententia arbitramentali, diſtrictè enumerentur omnes actus, ad quos extenditur facultas tam Curiæ Vicariatus, quam Officialatus: conſequens eſt, quod cœteri actus, quorum nulla ibidem legitùr facta mentio; ſive reſpiciant materiss prophanas, ſive ſpirituales; in illa dici nequeant comprehenſi: ſed, juxta eorum naturam, reſervati Scribaniæ communi: ad quam, tùnc temporis, pertinebant ex natura ſententiæ: quæ, tamquam ſtricti juris, ultrà ea non extenditur, quæ ibi ſcripta non ſunt; *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 5. n. 2., Rot. cor. Burat. dec. 321. n. 7., & dec. 788. n. 5.* Quod

Quod autem dictum jus privativū, tempore latæ ſententiæ, ſpectaret ad ſcribaniam communem: reſultat, nedum ex inſtrumento permutationis, ſeu concambii anno 1315. celebrato per Epiſcopum Berengarium cum Jacobo Aragonum Rege: ſed etiam ex tribus conſtitutionibus epiſcopalibus; in quibus omnibus diſpoſitum fuit, quod in dicta civitate, terminis, & parochia Vicen., nullus alius inſtrumenta recipere poſſet, præter Notarium publicum ſcribaniæ communis; ut ſingulis accuratè, ac diſtinctè penſatis, & omnibus objectis reſpondendo, luculenter probat deciſio R. P. D. mei Molines, *edita 15 Junii 1696. à §. Fundati, uſque ad §. Pariter non obſtat.*

Idque ſubſequuta comprobavit obſervantia: dum ab anno 1330., quo Epiſcopus Galcerandus dictam Scribaniam communem Capitulo donavit, fuerunt per illam, uſque in preſens, ſtipulata omnia inſtrumenta, & ex his ſignanter 85. ipſomet Epiſcopo vivente: qui procùl dubio, tales actus non permiſiſſet in præjudicium Notarii Curiæ Vicariatus; niſi privativum jus ad ſcribaniam communem
2 pertinere, cognoviſſet: quæ obſervantia, præſertim proxima, plurimum attenditur; *Rota dec. 266. n. 21. par. 15., & dec. 352. n. 29. par. 16. recen.* Junctis etiam replicatis præceptis, effectum ſortitis; quibus Capitulum alios prohibuit Notarios, ne inſtrumenta publica extrajudicialia recipere poſſent, in præjudicium ſcribaniæ communis.

Nec illa obſervantia deſtrui videbatur ex aliis quampluribus inſtrumentis; quæ diverſis temporibus, à Notariis curiæ vicariatus, recepta fuiſſe, conſtabat. Plura enim ex eis edita fuerunt à perſonis, quæ ſimul erant Notarii vicariatus, & ſcribaniæ communis. Alia concernunt res, in arbitramentali ſententia præſervatas; & in controverſiā non deductas; Alia tandèm notum non eſt, a quibus Notariis recepta fuerint; cum in eis nemo
3 ſubſcriptus legatur: itaut ex hujuſmodi actibus, excludi nequeat certum jus Capituli ductum ab inſtrumento, & conſtitutionibus longo tempore obſervatis; ut pariter latiſſimè comprobat præfata deciſio R. P. D. mei Molines: cujus fundamenta iterum Domini approbarunt. Altera &c.

ROMANA DOTIS, SUPER ALIMENTIS.

Lunæ 2. Decembris 1697.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Frater à die primogenialium bonorum poſſeſſionis, ex eorum fructibus tenetur innuptæ ſorori alimenta præſtare.*
2 *Potiſſimè ſi pater fideicommittens, eam dotari juſſit.*
3 *Mater non tenetur alimenta præſtare filiæ, & ſi dederit, poteſt ea repetere.*
4 *Alimenta debita jure actionis poſſunt repeti, quamvis præterita, & aliunde quæſita.*
5 *Qui abſque ſolemnitatibus juri ſuo expreſsè renunciare non poteſt, multo minus per actum æquivocum.*
6 *Judex poſt prolationem ſententiæ, nequit amplius in eadem cauſa pronunciare.*
7 *Clauſula*, quam, & quas, *in commiſſione appoſita, operatur, quod poſſit pronunciari ſuper cauſa probata, licet non expreſſa, & formiter non deducta.*
8 *Reo non appellante, poteſt Judex ſuam ſententiam declarare.*
9 *Frater tenetur ſorori collitiganti, & nihil actu poſſidenti ſubminiſtrare expenſas pro lite, quæ non computantur in alimenta.*

DECISIO XXIII.

PEndente judicio coram me, vigore ſpecialis Commiſſionis à Sanctiſſimo ſignatæ, ſuper dote, ac alimentis D. Mariæ Magdalenæ ſubminiſtrandis per D. Lelium fratrem, primogenituræ Falconeriæ poſſeſſorem: inſtetit illa, ut interim ſibi de aliqua pecuniarum ſumma provideretur: quam in ſcutis 600., *ſub die 27. Martii labentis anni*, in cauſam declarandam, ſacra Rota decrevit. Propoſitâ verò deinde cauſa, geminæ prodierunt deciſiones; altera 19. *Aprilis*; altera 21. *Junii*; quibus declaratum fuit, alimenta eidem Mariæ Magdalenæ ſubminiſtranda eſſe in menſtruis ſcut. 40., cum facultate augendi, arbitrio Rotæ: cujus judicio, licèt acquieverit Lelius, mediante litis renunciatione, in actis emiſſa; quia tamen iſta, inefficax viſa fuit, ob conditiones inibi appoſitas: decreta fuit expeditio cauſæ; ac contemporanea ſubminiſtratio aliorum ſcutorum 200., paritèr in cauſam declarandam.

Cùm autem, occaſione hujuſmodi præſtationum, orta fuerit inter Partes controverſia ſuper computatione pecuniarum; quas Lelius de mandato noſtri Tribunalis exſolvit; contendente iſto, ſibi accepto ferendas eſſe in alimentis debitis à die motæ litis: illa verò retentionem allegante, tam pro alimentis decurſis à die obitus Pauli Franciſci patris; quam reſpective pro expenſis in lite factis; hinc ad noſtrum Tribunal, ex decreto R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, nova quæſtione delata; in mandatis habui propoſitionem Dubii: *An alimenta debeantur à die obitus patris*: Quod hodiè propoſitum, fuit *affirmativè* reſolutum.

1 Sicut enim ab illa die Lelius nactus fuit primogenialium bonorum poſſeſſionem; ità in ipſum tranſivit onus, ex eorum fructibus, innuptæ Sorori alimenta præſtandi; *Bartolus in l. Si quis a liberis §. Item reſcriptum ff. de Liber. agnoſcen., Giurb. dec. 5. n. 19., de Franch. dec. 87. n. 15., Monter. dec. 16. n. 29. cum ſeqq., Rota noſtra coram Duran. dec. 26. n. 11.*

2 Potiſſimè in præſenti caſu, quo fideicommittens, fœminas ab eo deſcendentes dotari juſſit: unde cenſetur etiam de alimentis provi-

Digitized by Google

viduſe, quouſque nuptiarum dies adveniat: per *text. in l. Qui filium ff. ubi pupill. educ. deb., Ciarlin contr.45.n 40., Surd. de Aliment. tit.1 quæſt.26. n.1. cum ſeqq.* Itaut nec fuerit neceſſaria excuſſio bonorum patris: quæ tamen à Lelio retinentur pro reintegratione avitæ primogenituræ.

Et quamvis ſoror cum matre convixerit: non inde jus amiſit alimenta præterita con-
3 ſequendi: tum quia mater filiam alere non tenebatur: imò quod præſtitit, repetere poſſet; ex deductis in *prima deciſione hujus cau-*
4 *ſæ §. Quod verò*: tum etiam, quia cum agatur de alimentis debitis jure actionis; poſſunt iſta licitè peti, quamvis præterita, & mulier aliunde ſuſceperit; *Bald. conſ.481. n.5. lib.4., Gratian. diſcept.815. n.4. verſ. Ut præterita, Rot. dec.203. n.1. par.2. diverſ., & deciſ.199. n.5. par.4. tom.1. rec., & in Romana Alimentorum 27. Novembris* 1693. *§. Poſtremò coram bo: me: Emerix.*

Non obſtat, quod in expeditione cauſæ, alimenta judicialiter petita fuerint à die motæ litis; unde infertur, præteritia fuiſſe renunciatum. Siquidem, cum ante diſcuſſionem articuli, in qua ſumma illa eſſent taxanda, fuiſſet à S. Rota demandata ſolutio ſcutorum 600. in cauſam declarandam; quæ actrix, in majori etiam ſumma, pro alimentis præteritis, poſtulaverat: mirum non eſt, ſi poſt receptam quantitatem, quæ præſtationes debitas à die obitûs patris, uſque ad motam litem excedit; ſoror inſtantiam reſtrinxit ad alimenta ex poſt decurſa; nullâ factâ præteritorum mentione. Iſtaque interpretatio, citra dubium, admittenda videtur: ne alias dicamus; Mariam Magdalenam juri ſuo re-
5 nunciaſſe; quod ſicut abſque ſolemnitatibus, nec expreſsè potuiſſet, ità, & multo minùs, potuit tacitè, per actum penitùs æquivocum; bene *Rota coram Buratt dec.82.n.13., in recen. dec.326.n.14.par.10., & dec.52.eod.num.par.15.*

Minoris erat relevantiæ allegatus iuriſdictionis defectus, quoad cognitionem illius articuli deſumptus, tùm ex quo commiſſio, reſtricta videatur ad alimenta futura: tum
6 ex quo ſaltem, ſtante prolatione ſententiæ, nequeat amplius ab eodem Iudice in eadem Cauſa pronunciari; ad *text in l. Poſtea quàm ff. de re judicat.* Quoniam, reſpectu commiſſionis, animadverterunt Domini, eam fuiſſe à Maria Magdalena impetratam; *Ut ſibi de condecenti ſubſtentatione provideretur*: quæ utique haberi non poſſet, niſi etiam quoad præterita fuiſſet conſultum: & in omnem caſum,
7 attenta clauſula *Quam & Quas*, aliiſque ſalutaribus, in eadem commiſſione contentis: potuit omne jus competens, etiam quoad alimenta præterita, in judicium deduci; *Rot. dec.30. n.30. par.5. rec.*, cum aliis relatis in *prima deciſione hujus cauſæ*, ſuper negotio principali, *edita 19. Aprilis præteriti §. Quibus ita coram me*. Reſpectu vero expeditionis cauſæ: placuit reſponſio, quod, cum Lelius non appellaverit; præſervata remanſit ei-
8 dem Judici facultas ſententiam declarandi; juxtà *Gloſſ. in l. Ea quæ, in fine C. Comminationes epiſtolas &c., Roman. conſ.45. num.1. cum ſeqq., Gabriel. concluſ. jur. lib.6. concl.2. n.14., Scacc. de Sentent., & re judicat., gloſſ.14. q.17. & 30.* Et tamen, ſi quæ in hoc dubietas emergere potuiſſet: ſublata remanſit ex decreto R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi: qui, ut in facto prænotavi, præſtationis deciſionem ſacræ Rotæ remiſit.

His poſitis: cenſuerunt Domini, quod, calculatis alimentis à die obitus Pauli Franciſci, uſque in præſens; eiſque contrapoſitis ſcut.600., primo loco ſolutis; teneatur Lelius ad ſupplementum ſummæ deficientis: dum ſcut.200. ultimo loco ſoluta, cedere debuerunt in expenſas, quas Maria Magdalena ſubire coacta fuit in lite, ac expeditione cauſæ, ob conditiones renunciationi adiectas,
9 neceſſaria; &, ad quarum ſubminiſtrationem cum teneretur Lelius ergà ſororem collitigantem nihil actu poſſidentem: nullatenus admittenda venit imputatio in cauſam alimentorum; *Rub. in Addit. ad deciſ.617. à n.139. uſque ad 162. par.4. tom.3. rec., & firmavit Rot. cor. Penia dec.1055. num.2., & deciſ.1076. per tot.*

Et ita, utraque &c.

CALAGURITANA QUARTI BENEFICII.

Lunæ 2. Decembris 1697.

ARGUMENTUM.

Concurrens ad parochialem, nec approbationem reportans in examine, non poteſt, obtenta appellatione vigore Commiſſionis cum clauſula - *non retardata executione concurſus* -, prætendere attentatorum purgationem: nec ad illam admitti vigore approbationis in examine coram Iudice ad quem; quando longè prius fuerat ab Examinatoribus ſynodalibus tacitè rejectus.

Hæc deciſio quoad ſecundam partem revocatur infrà deciſ.74. & dec.112.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio in beneficialibus ſuſpenſiva non admittitur.*
2 *Clauſula* - non retardata executione concurſus, *appoſita in commiſſione cum facultate revocandi attentata, illorum revocationem denegat.*
3 *Habens qualitates ad beneficium, de illo eſt providendus.*
4 *Pauper in concurſu ad beneficium cum divite, eſt præferendus.*
5. *Examini ſe opponens, ex coappoſitorum approbatione, tacite rejectus videtur, licèt non fuerit expreſſus in relatione.*
6 *Dictio* ſolamente, *eſt excluſiva aliorum*,
7 *Nemo poteſt contra propriam confeſſionem venire.*
8 *Approbatio coram iudice ad quem, non importat gravamen reprobationis coram ordinario.*
9 *In concurſu parochialis, litteratura, & alia* con-

Digitized by Google

concurrentium attenduntur qualitates.
10 *Ex deputatione in Oeconomum ad curam vacantem, non infertur idoneitas pro illius aſſeentione.*
11 *De idoneitate ad curam animarum, debet unicè conſtare ex relatione Examinatorum ſynodalium.*

DECISIO XXIV.

CUm vacante parochiali eccleſia Villoslada,
Ordiostius Calaguritanus anno 1693. ad
formam notiſſimæ conſtitutionis ſa. me. Clementis VIII., editæ ſuper collatione beneficiorum Calaguritanæ diœcæſis; mediante publico edicto concurſum indixerit coram eo:
præcæteris comparuerunt Franciſcus Martinez de Teyada, & Martinus Gomez Gonzalez: qui tanquam filii Patrimoniales dictæ
Eccleſiæ recogniti, remiſſi fuerunt ad ſynodales examinatores. Cumque, nulla prorſus
habitâ ratione Franciſci, fuerit ſolum Martinus, una cum aliis, renunciatus idoneus ad curam animarum; idcirco iſte à beneficiatis præfatæ eccleſiæ præſentatus, ſucceſſivè fuit ab
Epiſcopo inſtitutus.

Quia verò Franciſcus ante prædictam inſtitutionem à mala examinarum relatione provocaverat; commiſſionemque 22. *Maii* 1694.
obtinuerat, bo: me: Emerix, tunc temporis
noſtri Auditorii Decano directam: ideò ego
in locum interim defuncti collegæ ſuffectus;
tranſportato ad Vrbem proceſſu de menſe
Octobri anni præteriti ante quam cauſam proponerem; nemine uſque tunc prò Martino
comparente, ſubdelegavi per contradictas
Canonicum Cathedralis Calaguritanæ; ut ad
novum examen Franciſcum admitteret: prout,
ſpretis oppoſitionibus, reſpective appellatione, coram ipſo, per Martinum interpoſitâ,
admiſit; & idoneum renunctavit. Quibus
peractis, dubium hodie propoſui. *An conſtet
de attentatis; & an, & cui ſit adiudicandum
Beneficium:* & Domini reſponderunt: *Non conſtare de attentatis, & Beneficium eſſe adiudicandum
Martino Gomez Gonzalez.*

Quo ad primam dubii partem, facilis viſa
fuit reſolutio: nedum ex quo appellatio per
Franciſcus interpoſita, unde attentata deſumitur, licitè ſperni potuit in ſubiecta materia,
quæ tàm ex diſpoſitione Concilij Tridentini,
1 quam ex cenſura dictæ conſtitutionis, appellationem in ſuſpenſivo non admittit; ad notata per *Fagnan. in cap. Eam te n. 26. & ſeqq. de
Ætat: & qualit., Barboſ. de Paroch. par:2. cap.
2. n.145., Card. de Luc. de iudic. diſc.37. n.53.*

Verùm etiam, quia Commiſſio, licet petita cum facultate revocandi attentata, fuit ſolum conceſſa cum clauſula: *Non retardata
exequutione concurſus*, per quam ſicut Summus
2 Pontifex, attentatorum revocationem denegaſſe cenſetur: ita nequit amplius illorum
actio promoveri; ut in ſpecie firmavit *Rota
dec.179. per tot. par.18. rec., & in Calaguritana Dimidiæ portionis 27. Aprilis 1667. in fin.
coram bo. me. Albergato, in alia Calaguritana
de Ferande 27. Iunii 1672. §. final. coram Reverendiſſ. Burdegalen., & in alia Beneficii de Salinellis 23. Februarii 1684. §. Minùs pariter
coram clar. me. Card. Matthæio.*

Quo vero ad ſecundam dubii partem, ſuper adjudicatione beneficii; ſtetit ratio reſolutioni in eo, quod Franciſcus ab Examinatoribus in concurſu non fuit approbatus: quando è converſo approbationem retulit Marti-
3 nus: qui cum polleat etiam qualitatibus, à
Clementina conſtitutione requiſitis; meritò,
de controverſo beneficio erat providendus;
*Rot. coram Celſo dec.198. n.1., coram Bichio
deciſ. 62. à num. 1. ad 5., coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.123. n.4. & 5., & deciſ.264.
n.1., & 2, & in rec. dec.160. n.1. par.12., &
dec.415. n.3. par.18.*

Stante præſertim extrema ipſius paupertate; nedum ratione proprii patrimonii; ſed
etiam, quia nullum aliud poſſidet beneficium:
4 Franciſcus autem, ultrà pingue patrimonium,
poſſidet actu capellaniam, & integrum beneficium parochialis Eccleſiæ de Montenigros
ideoque, tam ex diſpoſitione juris, quam
ſupra relatæ conſtitutionis, Martinus erat in
concurſu præferendus; *Rot. coram Celſo dec.
174. n.3., & d. dec.198. eodem numero, & dec.
213. n.6., coram Dunoz. Iun. dec.938. n.1. & 2.,
coram Penia dec.496. n.3., coram Peutinger. dec.
456. n.3. & ſeqq., coram Cerr. dec.467. num.7.
& dec.468. n.8., coram Vbag. dec.77. n.5., in rec.
d. dec.160. n.3. par.12., & dec.393. n.19. par.17.,
dec.461. n.6., & dec.773. n.11. par.18.*

Non obſtat quod in relatione ſynodalium
Examinatorum, nulla fuerit habita mentio
Franciſci; adeòut ipſe dici ſolùm poſſit in
primo examine præteritus, non autem reprobatus. Ultrà quod enim ex ipſa cooppo-
5 ſitorum approbatione, videtur tacitè rejectus; ut dixit *Rota in alia Calaguritana Beneficii 16. Maii 1687. §. Neque obſtat coram bo.
me. Benincaſa*, præſertim ſtante dictione *ſola-
6 mente*; quæ omnem aliam perſonam excludit;
ex firmatis per *Rot. dec.426. n.5. par.2. recen.*:
ceſſat objectum ex lectura appellationis à
Franciſco interpoſitæ, in qua expoſuit ſe reprobatum; *eius Sum. n.4.*, ſimilemque narrativam emiſit in commiſſione Sanctiſſimo porrecta; *Sum. Martini n.6.*: quocirca reproba-
7 tio ex confeſſione Partis, dubitationem non
admittit; vulgata *l. Cum te 5. C. de Tranſact.,
Rot. coram Dunoz. Iun. dec.279. n.9.*

Poſita vero Franciſci reprobatione in concurſu: nullius relevantiæ viſa fuit Dominis
approbatio, quam ille, in gradu appellationis à Iudice ſubdelegato reportavit. Tum
quia ſequuta poſt lapſum triennii a die repro-
8 bationis: quæ ideò gravamen in primo examine non concludit: cum tanto tempore intermedio potuerit Franciſcus ſtudiis operam
dare, ac doctus fieri; ut ait *Loter. de Re benef. lib:2. q.31. n.155. §. Ad quod, Rota coram
Celſ. dec.103. n.3., coram Peutinger. dec.357. n.4.
coram ſa. me. Alexandro VIII. d. dec.123. n.13.,
& in rec. dec.364. n.4. par.10., & dec.177. n.16.
par.12.*

Tum etiam quia, data per hypotheſim litte-

teratura in Franciſco ad curam animarum ſufficienti: non inde reſultaret injuſtitia reprobationis, cùm ille potuerit aliis carere
9 qualitatibus; ad quas Examinatores in concurſu reſpexiſſe cenſetur; *Rot. dec.654. per tot. par.4. diverſ.*, *& coram Bichio decif.362. n.6. & 7.*, *& in recen. dict. decif. 177. num.19. par.12.*

Atque hinc Domini, ſuperfluum putarunt examinare qualitates, quibus ſe pollere aſſe-
10 rebat Franciſcus, & ſignanter quod fuerit aliàs ad curam animarum approbatus; eamque pluries, etiam in eccleſia controverſa exercuerit. Cùm enim in diœceſi Calaguritana tota cura animarum reſideat penes epiſcopum: nequit propterea ab illius exercitio, quod etiam clericis committi ſolet; deduci
11 ſufficiens idoneitas; de qua non aliter conſtare debet, quam per relationem Examinatorum, qui omnia ſcrutari præſumuntur; ut in his terminis reſpondit *Rota coram Peutinger. dec. 131. n.5. & 6. & dec.142. n.3.*

Et ita, utraque &c.

CORNETANA JURIS OFFERENDI.

Luna 9. Decembris 1697.

ARGUMENTUM.

Creditor poſterior graduatus in ſententia, cui acquievit, & citatus patitur cum effectu adjudicari anteriori creditori bona communis debitoris; amittit hypothecam, & per conſequens jus offerendi: non obſtante, quod in eadem ſententia ſit facta generalis reſervatio jurium, quia requiritur ſpecifica.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris dec.6.

SUMMARIUM.

1 *Creditor poſterior, qui patitur anteriori bona communis debitoris adjudicari, amittit jus offerendi.*

2 *Et magis ſi ſciens pro ſe non remanere bona, acquieſcat.*

3 *Reſervatio iurium facta ad commodum unius, nequit allegari à tertio.*

4 *Declaratur* Poſth. de ſubhaſt. inſpect.66. n.56. & 57.

5 *Reſervatio iurium comprehendit ſolùm deducta ante ſententiam, non autem ius offerendi.*

6 *Creditor poſterior citatus in adiudicatione bonorum, decreta favore anterioris, niſi contradicat, quamcumque amittit hypothecam.*

7 *Iuris offerendi, fundamentum eſt hypotheca.*

8 *Adiudicatio decreta per verba de futuro, ad ſui perfectionem requirit, vigore mandati, poſſeſſioni. adeptionem.*

9 *Secùs ſi ſententia ſit per verba de præſenti, actum omninò perfectum indicantia.*

10 *Poſſidens iam pridem nova poſſeſſione non indiget.*

11 *Actio diverſa, in diverſo iudicio intentari debet.*

DECISIO XXV.

Domini ſteterunt in deciſis, iterum denegando immiſſionem, ratione juris offerendi petitam ab Eminentiſſimo D. Cardinali Mareſcotto. Ut enim firmatum fuit in præcedenti deciſione, *edita 22. Martii labentis anni*, in dicto concurſu per creditores Vincentii Tagliaviæ prodiit ſententia graduatoria; qua fuit etiam declaratum, bona communis debitoris adjudicanda eſſe illius creditoribus, juxtà ordinem anterioritatis, pretio per peritum, aliàs electum, æſtimato. Cum autem inter primos creditores, Cæcilia fuerit graduata: eo ipſo quod idem D. Cardinalis longè poſt deſcriptus, ne dum à dicta ſententia appellationem non interpoſuit: verùm etiam paſſus fuit, in illius executionem bona
1 Cæciliæ adjudicari; & ab ea diu poſſideri: amiſit jus offerendi; quod ſibi alias competere potuiſſet; bene *Bald. conſ.50 n. 1. lib. 1.*, *Dec conſ.558. n.3. Gaill. obſerv. 18. n.13. lib.2.*, *Afflict. dec. 187. n.4. & 5., ibique Vrſill. n. 1. & 2.*, *Mangil. de Subhaſt. quæſt.82. n. 8. 9. & 10.*, *Poſth. eodem tract. inſpect.66. n. 50. & 75.*, & in præciſis terminis *Rot. cor. Mantica dec. 126. à n.1. uſque ad 4.*

Nec urgere viſa fuit reſponſio, quod adjudicatio bonorum, non fuerit in ſententia ſimpliciter decreta favore Cæciliæ; ſed ad commodum omnium creditorum, juxta eorum anterioritatem; itaut credere potuerit Eminentiſſimus Cardinalis inter illos graduatus, quod aliqua bonorum portio, etiam pro ſui ſatisfactione ſupereſſet. Siquidem advertebant Domini, quod in ſententia, fuit habita expreſſa relatio ad æſtimationem omnium bonorum antecedenter factam, qua mediante, præcognito jam illorum valore, ictu oculi patebat, quot creditores in ſententia graduati potuiſſent ex eo ſatisfieri, quodque ideò D. Cardinali ceſſabat quæcumque ſpes, ſuum creditum conſequendi. Cumque ipſe, ultra neglectam appellationem à ſententia, præfatæ acquieverit æſtimationi; nequit am-
2 plius ad oblationis beneficium admitti; *Poſth. de Subhaſt. d. inſpect. 66. n. 53.*

Replicatio autem, quod in ſententia fuerint præſervata jura creditorum etiam citatorum; ac proinde jus offerendi omninò illæſum remanſerit, abſque neceſſitate appellandi, removetur ex facto: dum in eadem ſententia legitur bonorum adjudicatio cum clauſula: *Ita tamen* (ſunt verba præciſa) *ut bona ſtent, & ſtare debeant obligata, & hypothecata loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus ejuſdem Vincentii, etiam in præſenti ſententia comprehenſis, & citatis*: unde conſtat, jura fuiſſe dumtaxat reſervata favore anteriorum, & potiorum; de quorum nu-
3 mero, cùm non ſit D. Cardinalis, nequit reſervationem ad ſui commodum allegare; ad tradita per *Rota dec. 153. n.6. par. 6. rec.*, *& in Mediolanen Beneficii 4. Februarii 1692. §. Nam quoad primam*, *& §. Tum etiam coram Reverendiſs. Zamoren.*

Neque contrarium firmare videtur *Poſth. de*.

de Subhaſt. d. inſpect. 66. n. 56., & 77. Loqui-
4 tur enim in caſu, quo Iudex ſpecificè, favo-
re poſteriorum, jus offereodi reſervaſſet:
quòd lnngè diſtat ab hypoteſi, dùm favore
ptintum, & potinrum tantùm creditorum ſue-
runt in genere præſervata jura: quorum etiam
appellatiqne illa ſolum comprehendi, ante
probatinnem Sententiæ deducta: oon autem
5 jus offcrendi; firmavit *Rot. cor. Mantica d.
dec. 126. ſub n. 4. verſ. nec obſtat*.

Et rstio eſt: quia, cum per adiudicationem
bonorunu, à Iudice decretam favore anterio-
ris creditnris, poſterinr citatus, oiſi contradi-
6 cat, qusmcumque amittat hypnthecam ſuper
illis contractam, ut probat *Poſth. ubi ſupra n.
63.*: oimis spertè repugnat, quod generalis
reſervatio iotelligi debeat de jure offerendi:
cujus baſis, & fundsmentum, in hypotheca
conſiſtit; ut, præter allegatos in *prima deci-
ſione huius cauſæ ſub* § 2., reſpondit *Rota in Ro-
mana Immiſſionis* 8. *Iunii* 1694. §. *primo coram
R. P. D. meo Pio*.

Poſito ex his, quod mediante bonorum
adiudicatione favore anterioris creditoris
tollatur poſterioris jus offerendi: fruſtra ſcri-
bentes pro D. Cardinali conabaotur oſtende-
re, controverſam adjudicaiionem favore Cæ-
ciiiæ, non fuiſſe perfectam, ex quo illa, vi-
gore mandati, poſſeſſionẽ non apprehenderit.
Obiectum enim procederet, ſi adjudicatio
8 fuiſſet decreta per verba de futuro; io quibus
terminis loquuntur Doctores allegati, & ſi-
gnanter *Rota coram Bich. dec. 161. n. 7. & ſeqq.*:
ſecùs verò quando, prout hic, mediante
ſententia, facta fuit per verba de preſenti,
9 actum omninò perfectum indicaotia: & quod
plus eſt, Cæcilia jam pridem poſſidebat: quo
caſu, opus non erat oova poſſeſſionis appre-
10 henſione, ut præ cœteris adductis *in deciſio-
ne, quæ revidetur* §. *Non attenta*, probat in
ſpecie *Pariſ. conſ. 42. n. 31. lib. 1.*, à quo, in his
terminis non diſſentitur *d. dec. 161. n. 7. coram
Bichio*.

Quatenùs verò iniuſta ſupponatur adjudi-
catio, ex qun præcedens bonorum æſtimatio
fuerit erronea, & læſiva: ſatisfacit reſponſio,
quod de hoc agendum non ſit in preſeoti: ſed
poterit Eminentiſſimus Cardinalis jura ſua in
11 diverſo judicio experiri; ut ad propoſitum
notat *Caſtren. in l. A Divo Pio*, §. *Si poſt addi-
tum, verſ. ſi vero ff. de re iudicat.*, & *Poſth. in
Addit. ad Inſpect. 66. de Subhaſt. n. 13.*

Et ità, Partibus informantibus, reſolutum
fuit.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 9. Decembris 1697.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis cum contemplatione
deſcendentium, ad certas perſonas reſtricta,
fideicommiſſum ultra illas noo diffundit: ne-
que legatum dotis filiabus primi hæredis, cor-
reſpectivè ad excluſionem, relictum inducit
fideicommiſſum maſculinum quoad ulteriores fœminas non dotatas. Quod idem operatur reciproca ſubſtitutio in caſu obitus ſine filiis ordinata, quia per exiſtentiam filiorum expirat, ad celebre *conſ. 21. Oldradi*: nec ſucceſſoris inſubſiſtens credulitas illud prorogat.

SUMMARIUM.

1 *Vocatio deſcendentium, cum prohibitione alienandi, perpetua inducit tractum ſucceſſivum in univerſa linea.*

2 *Prætendens bona ſubiecta fideicommiſſo debet probare.*

3 *A vocatione activa, non fit extenſio ad paſſivam.*

4 *Declaratur procedere, quando prohibitio alienationis, & contemplatio deſcendentium ſtat per ſe abſolutè.*

5 *Limitatur quando eſt reſtricta ad certas perſonas,* & n. 7.

6 *Vocatio* deſcendentium *intelligitur reſtrictivè ad gradus, ad quos teſtator ſe expreſſe retulit.*

8 *Rem iudicatam ſuper ſtatu inter auctores impugnare non poſſunt ab eis cauſam habentes.*

9 *Fæminæ excluſæ in fideicommiſſo maſculino ob dotem eis relictam, pro ipſa ius habent a die conditi fideicommiſſi.*

10 *Legatum dotis relictum ab aſcendente primis fœminis, non inducit fideicommiſſum favore maſculorum, quoad ulteriores fœminas.*

11 *Reciproca ſubſtitutio hæredum, eiſdem ſimul viventibus, facit durare fideicommiſſum; adeò ut ab eius conſtitutione bona ſint obligata pro fœminæ deſcendentis dotatione, ad excluſionem creditorum eorumdem hæredum.*

12 *Reciproca ſubſtitutio in caſu obitus ſine filiis, expirat per ſuperviventiam eorumdem; ad* conſ. 21. Oldrad.

13 *Et inter primos ordinata, inter alios vocatos repetita non cenſetur.*

14 *Ære alieno gravatus, bona ſua vinculo expirati fideicommiſſi ſubmittere non poteſt, in colluſionem creditorum.*

15 *Succeſſoris inſubſiſtens credulitas non poteſt prorogare fideicommiſſum, quod in teſtamento non adeſt.*

DECISIO XXVI.

FRatres de Boncompagnis, ut receſſum obtineret à deciſis coram me 26. Iunij præteriti; variata hodiè defenſionis methodo, principale conſtituebant fundamentum in qualitate bonorum; ad quæ D. Princeps Vainus immiſſionem obtiouit: ſupponentes, illa, uti provenientia a Cæſareo ſenio de Montanis, ejuſque fideicommiſſo ſubjecta, oon potuiſſe per hæredes gravatos, favore authoris D. Principis, obligari, vel ſaltem longè ante, nempe a die conditi fideicommiſſi, hypothecata eſſe favore Creuſæ authricis eorumdem fratrum de Boncompagnis; eiſque propterea ex juribus anterioribus retentionem deberi. Sed cum Domini hoc novum fundamentum minùs ſubſiſtere compererint; reſponderunt ſtandum eſſe *in deciſis*.

Et ſanè non ſubſiſtit, quod manſiones, ad quas D. Princeps fuit immiſſus, tempore, quo fuerunt ad Alexandrum Creuſæ patrem delatæ, ſuppoſitæ reperirentur fideicomiſſo Cæſarei. Quippe, admiſſo etiam; quod illæ fuerint ab eodem Cæſareo conſtructæ in Exquiliis, ſuper ſitu, de quo fuerat à Capitulo Liberianæ Baſilicæ inveſtitus, pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; ad quòd demonſtrandum, plura deducebantur perſcribentes pro Boncompagnis: non in-
1 de tamen reſultare videbatur, quod de tempore contractæ obligationis ſavore authoris D. Principis, per filios fœlicis unius ex hæredibus inſtitutis, duraret adhuc fideicommiſſum: adeòut eadem bona hypothecari non poſſent: ad quod probandum, ipſi fratres tenerentur; ex *text. in l. enm qui noviſſimus ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, *Rota dec.238. num.3. par.15.*, *& dec.593. n.10. par. 18 recen.*

Tantum autem abeſt, ut hoc probaverint: quin potiùs contrarium apparuerit ex lectura teſtamenti; in quo Cæſareus, poſt inſtitutos hæredes Petrum fratrem, ac Felicem, Mutium, & Jo: Baptiſtam, ex altero fratre Alexandro Nepotes; eiſque rigoroſè prohibitam alienationem, & pignorationem, etiam ex cauſa Trebellianicæ, ita diſpoſuit: *E morendo alcuno di detti eredi iſtituiti ſenza figli legittimi, e naturali &c., ſuccedano nella portione di detto moriente, li altri, che ſopraviveranno, e loro figlinoli legittimi, e natnrali in ſtirpes, & non in capita: ſiccome d' adeſſo li ſoſtitniſco l' uno all' altro, e l'altro all' uno*: Hinc enim patet, fideicommiſſum non progredi ultrà filios hæredum inſtitutorum: & conſequenter exſpiraſſe ſtatim ac ad illud fuerunt admiſſi Alexander, & Jacobus Antonius, Felicis filii: qui reſtitutionis onere gravati non fuerant:
2 ac proinde nequit ab eorum activa vocatione, fieri extenſio ad paſſivam; *Soccin ſen. conſ.204. n.2. & 3. lib 3.*, *Peregrin. de fideicomm. art.29. n.26.*, *Fuſar. de Subſtit. q.441. n.1.*, *Caren. reſol.232. n.1.*, *Urceol. conſult.70. n.2. & 9. cum ſeqq. lib.2.*, *Crivell. dec. Dolan 64. ſub num.22., & 23.*, *Rota dec.538. n.8. par.2.*, *dec.158. n.4. par.5.*, *& dec.349. n.7. cum ſeqq par.19. rec.*

Neque gravamen, ſeu duratio fideicommiſſi in Alexandro elici poteſt ex eo, quod teſtator, in ſuperiori parte diſpoſitionis, in qua hæredibus inſtitutis alienationem prohibuit; rationem adiecerit ibi: *Ad effetto che detti beni ſi conſervino ſempre intieramente ſenz' alcuna diminuzione in detti eredi iſtituiti, & altri ſo-*
3 *ſtituiti, come ſi dirà da baſſo*, itaut, poſita contemplatione deſcendentium, omnes in infinitum vocati cenſeantur, *iuxta deciſionem 113. n.13. & ſeq. coram ſa. me. Alexandro VIII.*, aliaſque authoritates pro Boncompagnis allegatas.

4 Urgeret enim objectum, ſi prohibitio alienationis, & contemplatio deſcendentium,
5 ſtaret de per ſe abſolutè: ſecus autem dum eſt modicata, & reſtricta ad perſonas infra exprimendas per illa verba, *come ſi dirà da baſſo*: quo caſu, cum vocati non fuerint ulteriores gradus, quam filiorum ex *primis* hæredibus, palam fit, vocationem deſcendentium non fuiſſe intellectam in tota ſui latitudine:
6 ſed reſtrictivè ad gradus, ad quos expreſsè teſtator ſe retulit; *ad text. in l. ſi teſtamento 8. C. de Inſtit. & ſubſtit.*, *Menocch. conſ.86.n.71.*, *Rot. apud Torr. de Pact futur. ſucceſſ. dec.105. n.11. & per tot.*, *coram Pentinger. dec.43. num.8. & ſeq.*, *& coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*
7 *244. n.6.* Prohibitio verò alienationis, ad certas perſonas limitata fideicommiſſi gravamen, ultrà illas, extendere non poteſt; *Bellon. jun. conſ.35. n.15.*, *Rot. coram Seraph. dec.482.n.2. & 3.*, *apud Giovagnon. conſ.97. n.12. lib.1.*, *& in rec. dec.496. n.3. par.13.*

Et hoc etiam mediante ſententia declaravit uſque de anno 1677. Eminentiſſimus Cavallerinus, tunc A.C. Locumtenens; denegando Creuſæ, retentionem bonorum; quam ipſa, vigore dicti fideicommiſſi, adverſus ipſum D. Principem Vainum, Alexandri creditorem, ſibi deberi ſupponebat: pronunciando ulteriùs, præfatum fideicommiſſum *jamdiù ex-*
8 *piraſſe; & amplius non exiſtere*: quæ ſententia lata ſuper ſtatu, & in judicatum tranſacta, citrà dubium, afficit Boncompagnos, à Creuſa cauſam habentes; ut probat *præterita deciſio §. finali*.

Nec ad elidendum efficaciam rei judicatæ, ſuffragari viſa fuit reſponſio, quòd ageretur de fideicommiſſo maſculino: dum teſtator fœminas excluſit, ob certam dotem eis relictam; itaut potuerit Eminentiſſimus Cavallerinus à fideicommiſſo Creuſam, uti fœminam,
9 excludere; & adhuc ipſa, pro dote ſaltem ſibi legata, jus habeat à die conditi fideicommiſſi.

Siquidem teſtator non legavit indefinitè dotes quibuſcunque fœminis: ſed illas correſpectivè, ad excluſionem, reliquit duntaxat filiabus hæredum ibi: *Item ch' eſſendoci figlie femine in dettti miei eredi, voglio, che non poſſino ereditare: mà, che ſiano dotate di dote competente, che non paſſi 5000. ſcudi moneta*: quo caſu,
10 ſicut ab excluſione filiarum hæredum, ob dotem eis relictam, non cenſetur inductum fideicommiſſum maſculinum, quoad alias ulteriores fœminas non dotatas, quoties fideicommiſſum duraret; *Soccin. ſen. conſ.287. ſub n.7. verſ. non obſtat quarta, lib.2.*, *Pariſ. conſ.35. n.24. & 25. lib.3.*, *Caſtald. conſult.62. n.18.*, *Card. de Luc. de Fideicomm. in Summa, n.269.*, *Rot. cor. Celſ. dec.145. n.14.*, *coram Dunozett. Jun. dec. 837. n.4.*, *& in rec. dec.349. num.20. par.19.* ita dici nequit, Creuſam, ratione fideicommiſſi maſculini, fuiſſe rejectam; ſed, uti non comprehenſam in legato dotium, à Teſtatore demandato.

Certius ponderando, quod Creuſa, quæ cauthelâ Angeli allegaverat ad excludendos patris creditores, eundem ſortita fuiſſet effectum; ſive bona retinniſſet uti ſubiecta fideicommiſſo Cæſarei; ſive tanquam pro dote ſibi relicta: quodque ſententia nedum retentionem indefinite denegavit; ſed, quod plus eſt, præmiſſa declaratione, quòd fideicommiſſum

Digitized by Google

ſum Cæſarei jam diu expiraverat; ita indicando ab ipſa die, qua ceſſaverat fideicommiſſum, omne jus Creuſæ competens defeciſſe.

Sicut autem ex præmiſſis conſtat, fideicommiſſum non eſſe perpetuum favore deſcendentium: ſed expiraſſe in Alexandro filio, unius ex hæredibus inſtitutis: ita illius extenſio fruſtra deduci videbatur ex eo, quod teſtator hæredes reciproce ſubſtituerit per verba, *ſiccome li ſoſtituiſco l' uno all' altro, e l' altro a l' uno*, inde inferendo, quod, cum de
11 tempore dotationis Creuſæ, viveret adhuc Cæſareus junior, Alexandri frater; duraret ſaltem fideicommiſſum reciprocum; ſufficiens ad inducendum Creuſæ dotationem.

Quoniam aſſumptum corruit ex facto: dum reciproca per teſtatorem volita, reſtricta legitur ad primos hæredes; ibi: *E morendo alcuno di detti eredi iſtituiti ſenza figli &c. ſuccedano nella portione di detto moriente li altri, che ſopraviveranno, e loro figli legitimi, e naturali, in ſtirpes, & non in capita: ſiccome d' adeſſo li ſoſtituiſco l' uno all' altro, e l' altro all' uno*,
12 itaut, eo ipſo, quod Felix, unus ex primis hæredibus, deceſſit cum filiis; ſcilicet Alexandro, Jacobo Antonio, & Cæſareo juniore; evanuerit reciproca ſubſtitutio, in caſu obitus ſine filiis concepta *iuxta vulgatum conſil. Oldra-*
13 *di* 21.: nec illa inter primos inſtitutos ordinata, inter alios vocatos repetita cenſetur; *Menocch. conſ.* 743. *ſub n.* 4., plenè *Fuſar. de Subſt. q.* 472. *n.* 30., *Rot. dec.* 272. *n.* 19 *par.* 6., *dec.* 255. *n.* 7. & 12. *par.* 15., & *dec.* 349. *num.* 21. *par.* 19. *recen.*

Atque hinc nil relevat, quod Alexander dotem Creuſæ filiæ conſtituerit relativè ad teſtamentum Cæſarei; ejuſque diſpoſitioni adhærendo: tum quia ille, de tempore con-
14 ſtitutæ dotis, alieno ære gravatus reperiebatur; itaut ei expediret creditores eludere: tum etiam, quia, licèt ſecluſa colluſione putaſſet Alexander, fideicommittentem quibuſcumque fœminis, ultrà filias hæredum, Do-
15 tes reliquiſſe: non ideò eius credulitas ex ſupra deductis, inſubſiſtens potuiſſet aliis præjudicium irrogare; *Decius conſ.* 33. *n.* 69. *lib.* 1., *Menocch. conſ.* 91. *n* 39., *Soccin. iun. conſ.* 112. *num.* 2. & 3. *lib.* 1., *Andreol. contr* 254. *num.* 16., *Caſtald. conſult.* 244. *n* 10., *Rota cor. Coccin. dec.* 2342. *n.* 14. *cum ſeqq.*, *cor. Royas dec.* 153. *n.* 23., *in rec. dec.* 489. *n.* 13. *par.* 5., *deciſ.* 283. *n.* 16. *par.* 6., & *dec.* 10. *n.* 29. *par.* 15.

Hæc quoad fideicommiſſum: quo verò ad qualitatem emphyteuticam, circa quam nonnulla etiam hodie repetebantur per ſcribentes pro Boncompagnia; cenſuerunt Domini, plenè fuiſſe ſatisfactum in præcedenti deciſione: cujus ideò fundamenta iterum approbarunt; utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 10. *Januarii* 1697.

ARGUMENTUM.

In fideicommiſſo ordinato favore maſculorum exordientium à fœmina inſtituta, maſculi ex ſequentibus fœminis non ſuccedunt, ſi conſtet in generante, & generatis maſculinitatis qualitatem a teſtatore requiri: & aliæ conjecturæ latè examinantur ad limitationem *conſ.* 85. *Fulgoſ.*

Confirmatur infra dec. 39.

SUMMARIUM.

1 *In fideicommiſſo ordinato favore maſculorum ex maſculis, maſculi ex feminis non ſuccedunt ad limit.* conſ. 85. Fulgoſ.

2 *Fideicommiſſum eſſe favore maſculorum ex maſculis dignoſcitur, quando in generante, & generatis teſtator maſculinitatem requiſivit*, & num. 11.

3 *Dictio*: eius: *eſt perſonaliſſima, & cauſam immediatam deſignans.*

4 *Nomine filiorum non veniunt nepotes, ſi de iis fuit diſpoſitum.*

5 *Et magis ſi filiis ſit appoſita demonſtratio parentum.*

6 *Pars conditionalis, ſi contineat ſolos filios primi gradus, arguitur eoſdem, continere etiam diſpoſitivam.*

7 *In ſubſtitutione filiorum naſciturorum ex deſignatis perſonis, veniunt filii, qui poſtea ex eis naſcentur, non autem nepotes.*

8 *Filii vocati ſub expreſſa qualitate maſculinatis, ſub eadem cenſentur in ſubſtitutione poſiti.*

9 *Abſurdum, quod quis ſit ſibimet ſubſtitutus, evitandum eſt, etiam ſi recedendum eſſet a proprio, & litterali verborum ſignificatu.*

10 *Conjecturæ enumerantur pro receſſu a* conſ. 85. Fulgoſ.

12 *Contemplatio agnationis non excluditur abſolutè, ſi fideicommiſſum exordiatur a fæmina hærede inſtituta.*

13 *Nec inde appellatione maſculorum ex maſculis, veniunt maſculi ex ſequentibus fæminis.*

14 *Subſtitutio fæminarum poſt defectos maſculos continuatè vocatos, donec illi ſuperſint, agnationis contemplationem non excludit.*

DECISIO XXVII.

PEtrus Antonius Jannutius, maſculina prole deſtitutus, univerſalem hæredem inſtituit Catharinam unicam filiam; cui (ſunt verba teſtamenti) *In perpetuum, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſuccedere debeant ejus filii maſculi legitimi, & naturales nati, & naſcituri, eoſdemque filios, & filios filiorum maſculos, natos, & naſcituros in infinitum, ad invicem, & viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Et in eventum, in quo dicti maſculi nati, & naſcituri ex dicta Catharina hærede univerſali, decederent ſine filiis legitimis, & naturalibus, non autem legitimatis per reſcriptum Principis, vel alterius authoritatem habentis; vel non naſcantur: tunc, & eo caſu, ſuccedant filiæ fæminæ vulgariter, pupillariter,*

riter, & per fideicommiſſum, ut ſupra.

Defuncta Catharinâ, hæreditatem æqualiter inter ſeſe diviſerunt duo ejus filii maſculi, Hærcules nempe, ac Eugenius. Portio iſtius delata fuit ad Gaudentium filium, & deinde ad Cæſarem nepotem: illius verò ad Petrum Antonium ejuſdem Hærculis filium; qui anno 1694., mortuo Cæſare abſque filiis, poſſeſſionem medietatis ab illo detentæ apprehendit: ac ſucceſſivè, citatis fratribus de Georgeis à Livia Eugenii filia deſcendentibus, mandatum de manutendo ab A.C. Thomato reportavit, una cum ſententia declarante, fideicommiſſum favore ſui ipſius, tamquam maſculi ex maſculo, fuiſſe purificatum. Cum autem, pendente appellationis cauſa in noſtro Auditorio, Petrus Antonius deceſſerit, ac bonorum poſſeſſionem nactæ fuerint Paula, & Catharina illius ſorores; litem idcircò proſequutæ, ſuccubuerunt, mediante contraria ſententia per Reverendiſſimum D. meum Decanum, prævIis geminis deciſionibus lata, eiſdem fratribus de Georgiis immiſſionem concedente: à qua commiſſa mihi appellatione; dubium hodie propoſui: *an ſententia Rotalis, ſit confirmanda, vel infirmanda*, & reſponſum habui *pro infirmatione*.

Cenſuerunt enim Domini, teſtatorem ordinaſſe fideicommiſſum maſculinum favore maſculorum, ex maſculis deſcendentium à Catharina prima hærede inſtituta; eiſdemque maſculis decedentibus, vocaſſe fœminas;
1 adeòut cum Georgei non polleant qualitate maſculinitatis ex maſculo, nequeant ad fideicommiſſum aſpirare; ut, limitando celebre *Fulgoſ. conſ.* 85. originaliter docuit *Caſtren. in l. 1. n. 2. C. de Condit. inſert.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 26. n. 18.*, *Rota dec. 378. n. 3. par. 13. rec.*, & nuper, recedendo à priori deciſione, ſuffragantibus omnibus Dominis, *in Romana Fideicommiſſi de Moronis* 10 *Maii* 1697. *§. Quandoquidem coram R. P. D. meo Pio*.

Hujuſmodi vero teſtatoris voluntatem deſumebant, ex quo ille, reſpectu filiorum Catharinæ, & ſic generantium, citrà dubium requiſivit qualitatem maſculinam, per verba: *ſuccedere debeant eius filii maſculi*: reſpectu verò generatorum, idem voluiſſe, declaravit
2 ex verbis immediatè ſubſequentibus: *eoſdemque filios, & filios filiorum maſculos ad invicem, & viciſſim ſubſtituit*. Quapropter, ſicut qualitas illa maſculinitatis reduplicative conſiderata, non verificatur in Georgeis deſcendentibus ex fœmina; ita dici nequit eorum favore aperta ſucceſſio; ut præter authoritates ſupra relatas, probat *Caſtill. contr. iur. lib. 3. cap. 29. n. 23. & ſeqq.*, *Rodulphin. alleg. 174. n. 20.*, *Rot. coram Cerro dec* 630. *n. 4.*, *coram Priolo dec. 205. n. 2, in rec dec 199. n. 6.*, *& dec. 304. n. 5 par. 19.*

Nec ad excludendam hujuſmodi continuatam maſculinitatis rationem, quidquam relevat, quòd teſtator, vocando filios maſculos *filiorum*, non adiecerit, iſtorum reſpectu, qualitatem maſculinitatis; prout facere potuiſſet dicendo: *filios maſculos filiorum maſculorum*: ideoque reſpectu generantium, qualitas maſculinitatis omiſſa cenſeatur; ut innuit prima deciſio Reverendiſſimi D. mei Decani, *edita* 8. *Martii anni præteriti ſub §. Sicque ex præmiſſis*.

Quippe corruit objectum, ponderando, quod teſtator, vocando filios Catharinæ, ad-
3 jecit dictionem *Ejus*, ibi: *ſuccedere debeant eius filii maſculi*, quorum appellatione venire non poterant ulteriores deſcendentes, ſed ſolùm filii primi gradus; tum attenta natura præfatæ dictionis perſonaliſſimæ, & cauſam immediatam deſignantis; juxta firmata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 765. num. 8. & 9.*, *Rot. dec. 307. n. 9.*, *dec. 667. n. 6. par. 2.*, *dec. 378. n. 14. par. 13.*, *& dec. 262. num. 7. par. 17. recen.*: tum, ex quo teſtator infra ſubſtituit etiam *filios filiorum*; ita indicando, non habuiſſe pro
4 ſynonimis filios, ac nepotes: ex theorica *Bartol. in l. Liberorum ſub n 4. verſ. primo caſu ff. de verb ſignif.*, *Decian. conſ. 94. num. 4. lib. 5.*, *Soccin. ſen. conſ. 73. num. 21. verſ. nam teſtator lib. 4.*, *Rot. dec. 378. num. 12. par. 13.*, *& dict. dec. 199. num. 13. cum ſeqq.*, *& d. dec. 304. n. 6 par. 19. recen.*: tum demum quia in parte conditionali, vocando fœminas, dixit: *Et in eventu, in quo dicti maſculi nati, & naſcituri ex dicta Catharina hærede &c. decederent ſine filiis maſculis &c. ſuccedant, & ſuccedere debeant filiæ fœminæ*:
5 per quæ verba, *ex dicta Catharina*, ſicut in conditione poſuit ſolum filios primi gradus; ut in his terminis firmavit *Rot. d. dec. 304. n. 4. cum duobus ſeqq par. 19. rec.*: ita licet arguere,
6 quod in parte diſpoſitiva de illis dumtaxat intellexerit; ut reſpondit *Rot. in d. Romana fideicommiſſi de Moronis* 10. *Maii* 1697. *§. Quandoquidem coram R. P. D. meo Pio*.

Non attenta reſponſione quod fuerint ſubſtituti etiam filii naſcituri, & ſic nepotes, & ulteriores deſcendentes: quia, poſitis verbis reſtrictivis *Eius*, & *ex dicta Catharina*, vocatio naſciturorum nil aliud importat, quam ſubſtitutionem quoque illorum filiorum, qui, poſt
7 conditum teſtamentum, ex Catharina orti fuiſſent; ut in ſpecie reſpondit *Rot. d. dec. 262. n. 6. & 7. par. 17. rec.*

Atque hinc, dum poſtea teſtator *eoſdem filios, & filios filiorum maſculos* ſubſtituit: utique ſub dicto verbo *filiorum*, de aliis intelligere non potuit, quam de filiis immediatis Catharinæ, quos, ſicut unicè ſub expreſſa qualitate maſculinitatis ſuperius vocaverat; ſub eadem etiam qualitate cenſetur in ſubſti-
8 tutione poſuiſſe; in puncto *Rota coram Cerro dec. 630. n. 4.*, *& in Romana fideicommiſſi de Alborghettis* 3. *Decembris* 1696. *§. Purificatio vero coram R. P. D. meo Scotto*, *confirmata* 14. *Junii* 1697. *§. Abſque eo quod, coram R. P. D. meo Muto*.

Fortiùs: quia, ſi illa verba: *eoſdemque filios*, ac alia *filios filiorum*, referenda non eſſent ad ſolos filios Catharinæ, quorum reſpectu teſtator maſculinitatem expreſſe requiſiverat; complecterentur etiam filias fœminas, tamquam deſtituta adiectivo maſculinitatis: & tamen illas prudens teſtator a maſculis ſeparavit, vocando ibi: *In eventum in quo dicti maſculi*

ſculi nati, & naſcituri ex dicta Catharina hærede, decederent; itaut certum ſit, quod fœminæ ſub dicto verbo *Filiorum* incluſæ non eſſent; ne alias ſequeretur abſurdum, quod eſſent ſibimet ipſis ſubſtitutæ: ad quod evitan-
9 dum, omnem capiendam eſſe interpretationem; etiamſi à proprio, & litterali verborum ſignificatu ſit recedendum, dixit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Benatiis* 17. *Martii* 1680. *§. Tum quia coram Reverendiſs. D. meo Decano, impreſſa apud Torr. de Majorat. dec.*41. *n.*5.

Præmiſſa verò non evitantur, ex reſponſione, quod non verſemur in fideicommiſſo agnatio, nec in concurſu maſculorum ex maſculis; ſed potius in diſpoſitione, quæ incipit
10 à filiæ fœminæ inſtitutione, & in fœminarum vocatione expirat: quibus ſtantibus, veriſimile omnino ſit filiorum appellatione maſculos ex fœmina comprehendi.

Siquidem, licèt agnationis contemplatio, & maſculorum concurſus facilem ſuadeant receſſum à conſilio Fulgoſii; non inde ſequitur, quod, illis deficientibus, maſculi ex fœminis indiſtinctè admittantur: quinimmò, ad eorum excluſionem, ſat eſt, habitam fuiſſe rationem maſculinitatis per maſculos in gene-
11 rante, ac generato verificandæ; optimè *Rot. coram Priolo dec.*205. *num.*1., *in rec. deciſ.*84. *n.*21. *&* 22. *par.*5., *dec.*199. *n.*6. *& ſeqq. par.*19. confirmata *dec.*304. *n.*5 *eadem par.*19., & admittit 1. *dec. Reverendiſſimi D. mei Decani §. Licet vero, &* 2. *§. Quamobrem*.

Et tamen in preſenti, agnationis contemplatio abſolute non excluditur, ex quo fideicommiſſum exordiatur a fœmina primo loco vocata: cum novum in jure non ſit, quod teſtatores inſtituant fideicommiſſa agnatitia, vel
12 ſimpliciter maſculina, in familia, quæ deſcendat à fœmina hærede inſtituta; ut, præ cæteris, firmavit *Rot. dec.*218. *num.*9.. *par.*11. quodque per conſequens, appellatione ma-
13 ſculorum ex maſculis, non veniant maſculi ex ſequentibus fœminis procreati; *Roſa conſult.* 69. *n.*211. *in fin.*, *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1854. *n.*3. *cum ſeq.*, *& cor. Cerro d. dec.*603. *& n.*9. *ad fin.*

Prout etiam non excluditur ex fœminarum ſubſtitutione in defectum maſculorum, cùm,
14 poſita continuata vocatione maſculorum, rectè dici poſſit, inter illos, donec ſuperſint, agnatio contemplata; *Gabriel. conſ.*116. *n.*12. *&* 13. *lib.*2., *Molin. de Primog. lib.*3. *cap.*5. *n.*50. *circa fin.*, *Rot. cor. Duran. dec.*126. *n.*38., *& in rec. dec.*18. *num.*31. *part.*10., *& dec.*465. *n.*22. *part.*14.

Et ita, utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE CLAVELLONIBUS SUPER EXPENSIS.

Lunæ 13. *Januarii* 1698.

ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ judiciales integræ veniunt reficiendæ.*
2 *Extrajudiciales de ſtylo Rotæ taxantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*
3 *In expenſis actorum, quæ non poſſunt referri, niſi ad cauſam terminatam, victus condemnatur.*
4 *Procurator carens expreſſo mandato procuræ, non poteſt liti renunciare, & valet taxatio expenſarum poſtea factarum.*
5 *Promiſſio de rato ſine clauſula*, ita quod, *reſolvitur in ſimplices diligentias.*
6 *Renunciatio cum jurium reſervatione non impedit taxationem expenſarum, poſt eam factarum.*

DECISIO XXVIII.

Deliberationem prædiorum Caſtri Apulegiæ, ac molendini *della Salce*, uſque ab anno 1636. ſequutam ad inſtantiam filiorum Liviæ, maternæ dotis creditorum, contra Flaminium, illius debitorem; iſte, uti nullam impugnavit coram A. C. Argelo; à quo tamen per ſententiam abſolutoriam de anno 1642. fuit rejectus: commiſſaque appellationis cauſa bo: me: Dunozetto, nil ultrà fuit actum, itaut cauſa deſerta remanſerit.

Elapſis jam 50., & ultrà annis, illam reaſſumens Franciſca Antonia Flaminii neptis, obtinuit, mediante commiſſione, ſubrogari Reverendiſſimum D. meum Decanum in locum Dunozetti; ac deinde alteram commiſſionem admiſſionis ad cauſam: quarum vigore, diſputato 12. *Ianuarii* 1693. dubio: *An & ſuper quibus bonis eſſet danda immiſſio*: negativa prodiit reſolutio; ſub fundamento, quod præfata ſententia, in judicatum tranſacta incidenter revocari non poſſet: ſed præcedens in integrum reſtitutio requireretur: qua proinde impetrata, cum Franciſca Antonia redierit ad noſtrum tribunal, & die 11. Martii ejuſdem anni 1693. nedum diſputandum propoſuerit dubium; *An conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum*: ſed illi addiderit aliam partem *Ita ut ſit locus manutentioni, ſeu reintegrationi; ſeu potius: an ſit danda immiſſio* idcircò S. Rota, dilatâ reſolutione, ultimam dubii partem, utpotè ſub Commiſſione non comprehenſam, deleri mandavit. Hinc eadem Franciſca Antonia, nova commiſſione unionis cauſarum à Santiſſimo reportatâ; complicatiſque dubiis, tam ſuper reſtitutione in integrum, quàm ſuper immiſſione; in utroque ſuccubuit: dum, quoad iſtam, Reverendiſſimus D. meus Decanus Cappellettos, per ſententiam ab impetitis abſolvit: reſpectu vero reſtitutionis in integrum, mandavit taxari, & moderari expenſas; eaſque taxavit in ſcutis 70., à qua taxatione cum dicta mulier appellaverit, mihique cauſam committi obtinuerit: quæſivi à Dominis: *An conſtet de exceſſu*, & *negativam* habui reſolutionem.

Conſtitit enim ex lectura notulæ, à Reverendiſſimo Decano taxatæ, quinque dumtaxat expenſarum ſpecies in illa contineri; quatuor nempe judiciales; prout ſunt citationes, nota decreti, propina, & regeſtum: quæ cum
nullam

1 nullam patiantur diminutionem, integre veniunt reſtituendæ; *Rot. coram Carill. dec. 77. n. 2., coram Bich. dec. 73. n. 1. & 2., & dec. 214. n. 7. & 8 par. 15. rec., & in Romana Multiplici 23 Novembris 1696 §. Ea ſiquidem coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Palentina Beneficii ſuper expenſis 17. Iunii 1697. coram R. P. D. meo*
2 *Pio*. Extrajudiciales verò, licèt de ſtylo tribunalis, taxari ſoleant in ſcutis decem pro qualibet inſtantia; ut in *d. dec. 73. n. 3. coram Bich., dec. 384. n. 6. par. 14., & d. dec. 214. n. 9. par. 15. rec.*, fuerunt tamen calculatæ in ſcutis 8.; & obul. 17. $\frac{1}{4}$; itaut, neque in hac parte, Franciſca Antonia de exceſſu conqueri poſſit.

Nec hujuſmodi exceſſus deſumi valet ex eo, quod in regeſto actorum in cauſa nullitatis deliberationis, inſerta fuerint jura, & acta reſpicientia judicium immiſſionis adhuc vigens; adeòut certus exinde remaneat taxationis exceſſus. Obiectum enim laborare viſum fuit aſſiſtentia facti: nedum ex quo notarius teſtatur, acta tranſportata concernere articulum deliberationis; ſed etiam quia judicium immiſſionis fuit in Rota, mediante commiſſione unionis cauſarum, inſtructum poſt jam producta jura, & acta omnia modo controverſa: quæ proindè, cum referri ſolum poſſent ad judicium deliberationis, tunc temporis exiſtens; nullatenus autem ad aliud immiſſionis poſteà, mediante commiſſione,
3 incoatum: meritò fuerunt in illo adnotata; & rectè, per conſequens, ad expenſas, eorum cauſa factas, condemnata Franciſca; *Tondut. de Prævent tom 1. cap 6. n. 3. cum trib. ſeqq., Cancer. Var. reſol. lib. 1. cap. 17. n. 48., Rot. coram Coccin. dec. 849. n. 2., coram Priol. dec. 273. num. 9., & in rec. dec. 82. num. 1. & 2. par. 17.*

Minùs eruitur exceſſus, ex quo in notula taxatæ fuerint etiam expenſæ, per Cappellettos factæ poſt ſolemnem liti renunciationem, a procuratore Franciſcæ judicialiter
4 emiſſam. Tum quia procurator carebat ſpeciali mandato, ad talem effectum requiſito; ut firmavit *Rota coram Celſo dec. 410. num. 8., cum aliis in Peruſina reintegrationis 3. Iulii 1662. §. Neque coram bo: me: Emerix*. Et licèt de rato promiſerit; neglexit tamen appone-
5 re clauſulam: *Ita quod &c.*, adeò ut Cappelletti ſtare non tenerentur promiſſioni, quæ poterat in ſimplices diligentias reſolvi; ad tradita per *Rot. dec. 474. à n. 9. ad 12. par. 13., & dec. 41. n. 4. par. 14. recen.*

Tum, & fortiùs; quia renunciatio non fuit
6 pura, ſed jurium reſervatione munita: ideòque non attendenda; juxta conſtitutione Sanctiſſimi D. noſtri Papæ feliciter regnantis, ſuper ſportulis §. *Decimo ſi fuerit*, & dixit *Rot. cor. Priolo dec. 180. n. 12., cor. Cerr. dec. 170. n. 4., & in Romana Dotis ſuper Alimentis 2. Decembris proximi præteriti: ſub §. 1. & §. finali coram me.*

Et ita, utraque &c.

CAPVANA BENEFICII.

Lunæ 27. Iunii 1698.

ARGUMENTUM.

Præſentatio facta à magiſtratu cum minori ſuffragiorum numero, quam qui requiritur ad ſtatuenda negocia ad illum ſpectantia, non expectatis abſentibus Collegis, & non ſervata forma *L. 2. Cod. de decur. lib.* 10. eſt nulla. Nec datur locus cumulativæ præſentationi, quando inter præſentatos lis fuit introducta. Et de requiſitis, & executione gratiæ ſi *neutri*.

Hæc Deciſio confirmatur infra deciſ. 45.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta a magiſtratu cum minori numero electorum, quam qui requiritur ad determinanda negocia ad illum ſpectantia eſt nulla*, & n. 6.
2 *Teſtes contra producentem benè probant.*
3 *In præſentatione ad beneficium facienda ab Electoribus Civitatis, ſervandæ ſunt ſolemnitates* L. 2. Cod. de decur. lib. 10.
4 *Præſentatio facta nimia celeritate, in fraudem compatronorum, non valet.*
5 *Compatroni cogi non poſſunt ad intereſſendum nominationi, durante quadrimeſtre à jure conceſſo ad præſtandum.*
6 *In ſimilibus idem eſt judicium.*
7 *Patrono, poſt introductam litem inter præſentatos, non licet etiam intra quadrimeſtre aliquem ex collitigantibus denuò præſentare.*
8 *Poſt productam gratiam*: ſi neutri: *coram Exequutore, patronis denegatur quoque cumulativa præſentatio.*
9 *Concurrentibus requiſitis gratiæ*: ſi neutri: *quæ enumerantur, illa exquutioni eſt demandanda.*
10 *Non jus impetrantis pro juſtificatione gratiæ* ſi neutri: *probatur ex propria confeſſione.*

DECISIO XXIX.

AD ſimplex beneficium, Theſaurariam nuncupatum, de jurepatronatus civitatis Capuanæ, vacans per obitum Bernardini, tres ejuſdem civitatis electi eodem mane, quo defuncto rectori juſta perſolvebantur; Andream præſentarunt; uno ex aliis tribus electoribus diſſentiente, aliiſque duobus nullatenus convocatis: qui proindè, hujuſmodi præſentatione poſthabitâ, aliam favore Iacobi Antonii ſingulariter expleverunt. Ortâ ex his, inter utrumque præſentatum, controverſia, eaque coram Reverendiſſimo Archiepiſcopo Capuano pendente, Iacobus Antonius, ſub narrativa, quòd nec ſibi, neque collitiganti jus aliquod ſuper beneficio competeret; gratiam, *Si neutri*, à Santiſſimo impetravit: cujus exequutionem ab Ordinario demandatam, cum Signatura Iuſtitiæ revocaverit, mediante clauſula: *Ad Rotam ex integro*: idcirco ſacrum Auditorium hodiè conſului: *An ſit inſtituendus Andreas de Capua, ſeu potius ſint exequendæ litteræ Apoſtolicæ Canonici Iacobi Antonii: Et negativa quoad primam, affirmati-*

va

va verò quoad ſecundam, dubii partem prodiit
reſolutio.

Movit Dominos, quoad priorem dubii
partem, nullitas primæ præſentationis ex eo
1 deducta, quod tres numero tantum electores,
ex illis ſex, civitatem conſtituentibus, An-
dream præſentarunt: cum tamen, juxta in-
veteratam civitatis Capuanæ conſuetudinem,
determinatio negotiorum, quæ illius jura
concernunt, numerum exigat quatuor uni-
formium ſuffragiorum, etiamſi omnes electo-
res ad concilium non convenerint; ut plenè
deponunt teſtes ab Andrea inducti, ac reſ-
2 pectivè producti, *Sum. Jacobi n.12.*; qui con-
tra producentem plenam conſtituunt proba-
tionem; *Rot. dec.748. num.6. par.2., dec.350.
n.5. & 6. par.10., dec.100. num.2. par.13. rec.,
& in Calaritana Penſionis 11. Januarii 1697.
§. Portiones autem coram R. P. D. meo Muto.*

Iſtaque nullitas augeri videbatur, ponde-
rando, quod omnium electorum convocatio
non præceſſit ſervatis ſolemnitatibus, à jure
præſcriptis in *l.2. C. de Decurionibus lib.10.*:
3 quas in terminis præſentationis ad benefi-
cium, à communitate faciendæ, ſervandas eſ-
ſe, firmavit *Rot. coram Priolo dec.91. n.7., in
rec. dec.295. n.6. par.6., & dec.82. n.3. par.7.*
4 quodque in eadem præſentatione nimis pro-
ceſſum fuit celeritate: dùm nulla urgebat
neceſſitas, quod adhùc non humato rectoris
cadavere, ſucceſſor in ſimplici beneficio eli-
5 geretur in fraudem compatronorum, qui, li-
cèt moniti fuiſſent; cogi tamen non poterant
ad intereſſendum, durante quadrimeſtri à ju-
re conceſſo; ut reſpondit *Rot. cor. Mantica
dec.268., & dec.288. per tot., in rec. dec.350 in
fin. par.17., dec.5. per tot. par.18., & dec.388.
n.10. cum ſeqq. par.19.*, & pluribus relatis in
individuo, in *Syracuſana Præpoſituræ 5. De-
cembris 1696. §. Præterea, confirmata 20. No-
vembris 1697 coram R.P.D. meo Muto.*

Sicut autem, ex præmiſſis, nulla fuit prima
præſentatio Andreæ; ità ipſimet vitio labo-
6 rat ſecunda, nedum uti facta per eoſdem tres
electores, quarto diſſentiente, ac duobus
7 aliis minimè vocatis: verùm etiam, quia poſt
litem, inter præſentatos introductam, vigore
primæ præſentationis; licitum patronis non
erat, etiam intra quadrimeſtre, alterum ex
colligantibus denuo præſentare; ut probat,
*Lancellott. de Attentat. par. 2. cap.4. in præfat.
n.668. cum ſeqq., Garzias de Benef. par.5. cap.9.
n.217., Add. ad Buratt. dec.941. n. 7., Rota in
Compoſtellana Parochialis apud Barboſ. de Offic.
& Poteſt Epiſc. alleg.72. n.162. §. Pro præſen-
tis quæſtionis, coram Celſo dec.364. num.3. cum
duobus ſeqq., & dec.369. n.5., in rec. deciſ.216.
n.7. par.2., & dec.262. n.6. par.14.*

Fortius: quia poſt obtentam à Sanctiſſimo
gratiam: *Si neutri*, eamque coram exequuto-
te productam, adeò conſumpta dicebatur
8 vacatio; ut patronis neque cummulativa præ-
ſentatio permitteretur; ut in ſpecie reſpondit,
*Rot. d. dec.216. ſub n.6. verſ. ſed nihilominus
par.2. recen.*

Ex hac vero negativa reſolutione primæ
partis dubii, de plano ſequitur affirmativa
9 ſecundæ: cum omnia concurrant requiſita
gratiæ *ſi neutri*; lis nempe vigens de tempore
impetrationis, verificata ex datia in *Sum. Ia-
cobi Antonii n. 15.*; non jus Andreæ colliti-
gantis ſatis patet ex ſupra deductis; & de-
10 mùm non jus impetrantis, ad hunc effectum,
ex propria confeſſione ſufficienter comprobe-
tur; ut probat *Roſa de exequut. litter. Apoſtolic.
cap 17. n.27, Rot. coram Ludoviſ. dec. 89 n.2.,
coram Bich. dec. 358. n. 5., coram Cerr. dec.205.
n. 3. & 4., & dec.227. n.1., et in Paderbonen.
Abbatiſſatus 3. Julii 1690. §. Omiſſo namque
coram bo: me: Benincaſa.*

Et ità, Iacobo Antonio dumtaxat infor-
mante, Andrea verò ſub alio dubio remiſſo-
riam, & in hoc dilationem petente; fuit reſo-
lutum.

CAPUANA BENEFICII, SUPER REMISSORIA.

Lunæ 27. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes à producente non poſſunt impugnari:*
2 *Remiſſoria denegatur, quoties probationes in ejus
vim faciendæ non eſſent profuturæ.*

DECISIO XXX.

GRatiam *ſi neutri*, quam Iacobus Antonius
à Sanctiſſimo impetravit; & prò cujus
exequutione, hac eadem die ſacra Rota re-
ſpondit; ex probationibus hactenus compila-
tis, juſtificatam agnoſcens ipſemet Andreas
collitigans; novas hodie probationes, median-
te formali teſtium examine, offerebat; exhi-
bitis ad hunc effectum articulis, in quibus
generaliter propoſuit, quod ad validitatem
conciliorum, neceſſarius non ſit omnium
ſex electorum, civitatem repræſentantium,
interventus; nec abſentium convocatio; ſed ſa-
tis ſit quatuor ex illis interveniſſe: ità ſuppo-
nens, quod, cum in ſui ipſius præſentatione
quatuor electores interfuerint; alterum ex
requiſitis dictæ gratiæ; ſcilicet mali juris col-
litigantis à Iacobo Antonio narrati, deſidera-
retur: ideò contemperaneè cum dubio ſuper
exequutione gratiæ, aliud particulare pro-
poſuit; *An ſit concedenda remiſſoria*. Et Domini
negativè reſponderunt.

Omiſſis enim aliis per ſcribentes adductis:
unica reſolutionis ratio ſtetit in irrelevantia
probationum: dum, admiſſo etiam quod ci-
vitas, à quatuor electoribus legitimè repræ-
ſentetur; adhuc, cum quartus elector præſen-
tationi ejuſdem Andreæ noluerit aſſentiri; ut
eſt apud partes in confeſſo: jam inde, per hanc
novam probationem, ſublata non eſſet nulli-
tas dictæ præſentationis: quæ ad ſui valida-
tem, quatuor ſuffragia inter ſe concor-
dia requirebat; ut deponunt quinque teſtes
for-

Digitized by Google

formiter examinati ad inſtantiam ipſius An-
1 dreæ: à quo propterea nequeunt illorum dicta impugnari; juxta authoritates in alia deciſione ſuper negotio principali allegatas §. *Movit Dominos.* Quoties autem conſtat, probationes, in vim remiſſoriæ faciendas, non eſſe profuturas; ſolet illa citra dubium, de-
2 negari: ne Partes inutilibus expenſis, ac inani labore fatigentur; *ad text. in l. Ad probationem, ubi gloſſa in Verb. non convenit, C de Probat., Rota dec. 195. n. 4. & 5. p. 15., dec. 265. n. 6., & dec. 653. n. 7. p. 18. rec., & in Derthuſen. Iuriſdictionis 26. Aprilis 1694. §. Demum coram R. P. D. meo Caprara.*

Et ità, utraque &c.

VICEN. SCRIBANIARUM.

Veneris 21. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Contenio inter plures Scribanias, & officia circa privativam facultatem rogandi inſtrumenta, dirimitur ex conventione, ſive tranſactione, maximè ſi ea, licet quodammodò dubia, ſit confirmata ex obſervantia, quam infringere non valent actus æquivoci, & clandeſtini.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec. 22.

SUMMARIUM.

1 *Jus commune vincitur a jure particulari.*
2 *Dictio univerſalis* quæcũque, quibuſcunque &c. *complectitur omnia indiſtincte.*
3 *Limita non procedere, quando clauſulæ univerſales non ſtant de per ſe, ſed ſunt reſtrictæ à ſubſequentibus.*
4 *Dictio* quæ *eſt relativa, nec diſtinguit ſubſequentem orationem a præcedenti, ſed uſque ad peryodi perfectionem continuat.*
5 *Verba reſtricta ad unum actum], non poſſunt extendi ad alium, quando ſequitur improprietas vocabulorum.*
6 *Dictiones*, alia vero, *de ſui natura ſunt adverſativæ.*
7 *Argumentum a diſcretiva procedit in eadem ſcriptura, non in diverſis.*
8 *Et quando utriuſque diſpoſitionis verba nullam admittunt dubitationem.*
9 *Verba generalia, & ampla ſequentia declarant dubium in parte ſuperiori.*
10 *Diſpoſitio ſubſequens ſumere debet interpretationem, ex conſimili ſenſu antecedentis.*
11 *Obſervantia comprobat interpretationem ſcripturarum.*
12 *Sententia non eſt trahenda ad diverſa, de quibus non loquitur.*
13 *Diſpoſitio generalis reſtringitur ad ea, de quibus diſponi poterat.*
14 *Deputationes judicium, & notariorum potiùs præſeferunt naturam litterarum patentium, quam inſtrumentorum.*
15 *Notarii habentes facultatem actitandi, poſſunt recipere decreta redditionis rationum, creationis cenſuum &c. interponenda per Judices: non poſſunt autem de iis rogitum explere non habentes facultatem rogandi.*
16 *Obſervantia non eliditur ex alia prætenſa obſervantia, & actibus dubiis & æquivocis.*
17 *Actus clandeſtini ignoranti non præjudicant.*

DECISIO XXXI.

Deciſionem coram me *editam die prima Julii anni præteriti*, Capitulo ſolùm informante, Domini hodiè, audito etiam Reverendiſſimo Epiſcopo confirmandam eſſe cenſuerunt. Adhùc enim in ſuo robore perſiſtere viſum fuit principale reſolutionis fundamentum, poſitum in ſententia arbitramentali, uſque ab anno 1444. promulgata, quæ, licèt ad dirimendas controverſias inter ſcribanias officialatùs, ac vicariatùs vigentes, unicuique iſtarum ſuas diſtinctè attribuat facultates; nihilominùs, cum de facultate rogandi inſtrumenta intra civitatem Vicenſem, nullatenus loquatur, virtualitèr ſaltèm explicavit, ad neutram ex illis tale jus pertinere; ſed ſcribaniæ communi, ac publicæ fuiſſe reſervatum; ut probat *deciſio, quæ revidetur §. Cùm enim.*

Hæc autem baſis non evertebâtur ex argumentis, & actibus, longa ſerie prò Epiſcopo cumulatis. Licèt enim ſcribentes pro iſto, variata defenſionis methodo, cauſam ex integro reaſſumentes, rem altiùs inquirere profiterentur; attamen, omnibus accuratè ponderatis, patebât, ea in præcedentibus hujus cauſæ deciſionibus examinata fuiſſe, ac reſpectivè rejecta.

Sanè rejecta erat aſſiſtentia juris, quam prò ſuo Notario allegabat Epiſcopus. Illius enim ratio habenda non eſt; quotiès, ut in
1 præſenti, diverſa concurrit particularis diſpoſitio ab epiſcopali cõſtitutione deducta; ut prætèr authoritates relatas *in dec. R. P. D. mei Molines 15. Junii 1696. §. Nam reſpondetur;* firmatum fuit *in Gerunden. Beneficii 10. Februarii 1696. §. Minuſque in fine coram R. P. D. meo Scotto, confirmata 10. Decembris ejuſdem anni §. Cæterum pariter in fin. coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Colonien. Paſtoratas 15. Martii 1697. §. Atque ex hac coram me.*

Nec ejuſmodi ſpecialis proviſio, per Epiſcopum Berengarium anno 1317. ſtabilita, ullo modo concedit (ut ſupponebant ſcribentes prò Epiſcopo) notariis epiſcopalibus facultatem inſtantias recipiendi in Civitate, terminis & parochia Vicen.: quinimmo apertè prohibet ſub pœna excommunicationis, ne ullus alius, præter notarium ſcribaniæ communis, inſtrumenta publica intra dictam civitatem, terminos, & parochiam, conficere attentaret. Et, quamuis anno 1325. per modum declarationis, explicatum fuerit, quod in præcedenti conſtitutione incluſus non eſſet notarius epiſcopalis: adhùc tamen hujuſmodi declaratio non fuit indefinitè, ſed reſtrictivè concepta, ut nempe *Idem notarius per ſe, vel per alium, ſeu alios, ſcribendi, & conficiendi acta, ſeu proceſſus, aut ſcipturas, & quæcumque alia in cauſis, & negociis quibuſcumque, quæ coram nobis (ſcilicet Epiſcopo) quoquomodo, ſive jure ordinario, ſive delegato, contigerit agitari; ſcribenda, ſeu conficienda occurrerint, & ſententias* quaſ-

*quaslibet in cauſis, ſeu negociis hujuſmodi la-
tas, & ferendas, in publicam formam redigen-
di, & claudendi in poſterum perpetuò liberam
habeat facultatem* –: quæ verba manifeſtè de-
monſtrant, epiſcopalis notarii facultatem, fuiſ-
ſe limitatam ad actus contentioſæ juriſdictio-
nis, non voluntariæ; & ſic alio modo explen-
dos, quàm mediante rogitu inſtrumentali,
in quo præſentis quæſtionis cardo unicè reſi-
debat.

Non urgente reſponſione, quod ſuperiùs
recenſita conſtitutionis periodus munita ſit
pluribus dictionibus univerſalibus; ſcilicet
quæcumque alia, in negotiis quibuſcumque,
itaut omnia indiſtinctè complecti valeat. Si-
quidem objectum ceſſabat, animadvertendo,
hæc verba non ſtare de per ſe, ſed con-
nexa cum aliis ſubſequentibus; videlicet:
*Quæ coram nobis jure ordinario, ſive dele-
gata contigerit agitari*, ex quibus clarum
fit, epiſcopum conſtitutionis authorem, intel-
lexiſſe dumtaxat de actibus judicialibus con-
tentioſis, coram ipſo, vel tamquam ordina-
rio, vel tamquam delegato, conficiendis,
2 juxta naturam relativæ dictionis *Quæ*, non
diſtinguentis ſubſequentem orationem à præ-
cedenti: ſed eam uſque ad periodi perfe-
ctionem continuantis; *Bald. conſ. 151. ante
fin. verſ. & ſi dicatur lib. 5.*, *Cyriacus contr.
336. n. 14. & 15.*

Eademque reſponſio ſatiafacit alteri di-
ctioni, à ſcribentibus pro epiſcopo ponde-
ratæ; nempe *Quæ coram nobis quoquo modo
contigerit agitari*. Vis enim quæſtionis non
ſtat in generalitate modorum; ſed in quali-
tate actuum, ſive ſcripturarum; quæ, dum-
modò judiciales ſint, ac contentioſam
reſpiciant juriſdictionem; quocumque mo-
do fiant, permittuntur: minime tamen ex-
tendi poſſunt ad actus extrajudiciales; pro-
ut eſt rogitus inſtrumentorum, in quibus ve-
3 rificari non poſſent illa verba *contigerit agi-
tari*; quæ ſanè actionem, & conſequenter
judicium ſupponunt, in contentioſis dum-
taxat verificabile; juxta *tit. inſtit. de action.*
& patet ad ſenſum.

Idque certiùs ponderando prohibitionem
immediatè appoſitam ibi: *Alia verò inſtru-
menta, vel ſcripta publica, non habeant con-
ficiendi poteſtatem*, quæ cùm negari non poſ-
ſit, quin loquatur de actibus extrajudiciali-
4 bus, & concepta ſit cum dictione *Alia*, con-
juncta cum altera dictione. *Verò*, de ſui na-
tura adverſativa; ad *text. in l. Si verò ff. qui
ſatisdare cogantur*, *Rota coram Dunoz.
jun. d. 633. n. 12.*, utique denotat, eoſdem
actus extrajudiciales, in ſuperiori parte per-
miſſiva, non fuiſſe comprehenſos; ad *text. in
l. ſi fundus ſub conditione §. libertus ff. de
Legat. primò*, & optimè firmat *d. dec. R.
P. D. mei Molines, §. Non obſtante cum
ſeqq.*

Sicut autem hujuſmodi facultatis reſtri-
ctio, reſpectu notarii epiſcopalis, extendi
non poterat ab intrinſecis ejuſdem conſtitu-
tionis partibus: ita & multò minùs illius ex-
tenſionem ſuadere potuerunt extrinſeca, ni
dicamus extranea prorsùs argumenta. Illud
enim ductum à diſcretivo diſponendi modo,
ex quo in inſtrumento, ut dicunt concam-
bii, ſeu permutationis, anno 1615. initæ per
Berengarium Epiſcopum Vicenſem cum Ja-
cobo Aragonum Rege, fuerit ex pacto ſpe-
cificè conventum, quod notarii curiarum
ſæcularium, & officialatus epiſcopalis actus
extrajudiciales conficere non poſſent; quod
pactum fuerit omiſſum in declaratoria con-
ſtitutione anni 1325. quoad notarium epiſco-
palem; cujus reſpectu generalibus verbis:
*Quæcumque alia, quibuſcumque negociis,
quoquo modo* conſtitutio proceſſerit: dupli-
ci tollitur reſponſione; altera quod argu-
mentum diſcretivæ, unicè procedit in una
5 eademque ſcriptura; ſecùs autem in diverſis,
cum diverſa perſona, diverſoque tempore
confectis; *Add. ad Ludoviſ. d. 301. n. 18. in
fin.*, *Rota coram Celſo d. 229. n. 7.*, *coram
Priolo d. 406 n. 8.*, *in rec. d. 174. n. 21. par. 4.
tom. 1.*, *dec. 194. n. 7. par. 17.*, *dec. 478. n. 10.
par. 18.*: altera quod illa tunc ſolùm urget
6 quoties utriuſque diſpoſitionis verba nul-
lam admittunt dubietatem: ideòque, ſi con-
ſtitutio anni 1325. aliquod in ſuperiori parte
dubium involvit; hoc vel declaratum rema-
7 net per ſequentia verba generalia, & ampla;
vel meliorem ſumere debet interpretatio-
8 nem ex conſimili ſenſu, quem Epiſcopus Be-
rengarius, in præcedenti diſpoſitione, reſ-
piciente notarios curiarum ſæcularium, &
officialatûs epiſcopalis, habuiſſe dignoſci-
tur, ut bene ponderat *Rot. dec. 284. n. 27. &
28 par. 18. recen.*

Cum hac intelligentia concordat obſer-
vantia quatuor ferè ſæculorum, ex innume-
ris inſtrumentis, aliiſque documentis legiti-
mè comprobata; quam ab omnibus objectis
vindicarunt præcedentes hujus cauſæ deci-
ſiones, & præ cæteris, dicta elaboratiſſima
*deciſio R. P. D. mei Molines §. Ultra prædi-
ctas cum ſeqq.*; ad quam ideò Domini in hac
parte, causâ ſuperfluæ repetitionis evitan-
dæ, ſeſe remiſſivè habuerunt.

Abſque eo quod contrarium obſervantiæ
argumentum: deduci poſſet ex præfata ſen-
tentia arbitramentali anni 1444. cum ſuppo-
ſito, quod illa facultatem notarii epiſcopalis
extendat etiam ad actus extrajudiciales, vo-
luntariam Epiſcopi juriſdictionem concer-
nentes. In ea quippe habetur ſolùm mentio
de actibus, proceſſibus, & expeditionibus,
ad unamquamque ſcribaniam officialatûs,
& vicariatûs pertinentibus: & inter iſtas fit
expreſſa diſtributio; nullâ factâ mentione
actuum extrajudicialium, qui modò ſunt in
9 controverſia: undè ſequitur, quod iſti præ-
tendi nequeant à notariis epiſcopalibus: ſed
omne ipſorum jus coarctetur ad actus in ſen-
tentia enumeratos, quos Capitulum non im-
pugnat: nam aliàs, ſicut in ſententia fuerunt
diſtinctè, ac ſingillatim enumerati actus ju-
diciales, prædictis curiis competentes: ita
etiam extrajudiciales fuiſſent adnotati, niſi

reverà iſti ad capitulum pertinerent ; ex ſupra deductis in §. 1.

Atque hinc nil ultra concludunt deputationes notariorum, ab Epiſcopis conceptæ cum verbis -- *Pro regimine, & adminiſtratione dictæ curiæ vicariatûs, & conficiendi, & recipiendi inſtrumenta, & acta, tam judicialia, quàm extrajudicialia* -- Siquidem, cùm notarii epiſcopatus, ex facultate ipſis reſervata in dicta conſtitutione, ſeu declaratione anni 1325., recipere poſſint etiam inſtrumenta extra terminum, & parochiam Vicenſem : nulla intercedit repugnantia, quod verba deputationis, in parte reſpiciente rogitum inſtrumentorum, intelligantur extra terminum, & parochiam : ideoque, ſicuti non concludunt facultatem intra limites, in præfata conſtitutione ſcribaniæ com-
10 muni præſervatos : ita reſtrictivè ad univerſalem diſpoſitionem intelligi debent, ne ultra facultatem ſibi reſervatam, Epiſcopi diſpoſuiſſe dicantur ; *Rota coram Dunoz. Jun. dec. 476. n. 10.*

Alia verò, quæ ad obſervantiæ probationem, ex parte Epiſcopi deducebantur : viſa fuerunt extra materiam inſtrumentalem, de qua res eſt. Quo enim ad actus profeſſionis fidei, conſenſus à patronis præſtitos in reſignatione, vel permutatione beneficiorum, ipſoſque actus reſignationum, Capitulum ultro admittebat fieri potuiſſe à notariis epiſcopalibus, tamquam conſequutivos, & dependentes à collatione beneficiorum, quæ in dicta ſententia arbitramentali, notario Epiſcopi fuerat reſervata.

Delegationes Judicum, deputationes vicariorum foraneorum, ac reſpectivè nota-
11 riorum, in Diœceſi Vicenſi, pari modo non impugnabantur ; utpotè potiùs litterarum patentium, quàm inſtrumentorum naturas præ ſe ferentes.

Promulgationes indulgentiarum, declaratoriæ, erectiones confraternitatum, ac licentiæ pro Reliquiis exponendis, ſupponebantur ex conſuetudine, tàm notario epiſcopali, quàm ſcribaniæ communi cumulativè permiſſæ.

Quoad decreta per Epiſcopos interponenda in redditione rationum, creatione censuum, & concordiis, per miniſtros eccleſiarum faciendis non diſſentitur Capitulum, poſſe notarium epiſcopalem, actum interpoſitionis decreti ſimpliciter recipere. Secùs autem contractus indefinitè, ac de per ſe ſumpti, rogitum explere.

Litteræ monitoriales, aliaque hujuſmodi, extracta ex libro penès ſcribaniam vicariatus aſſervato, cui titulus eſt *Liber gratiarum*, & relata in *ſum. Epiſcopi n. 33.* non controvertebantur à Capitulo ; tamquam actus in arbitramentali ſententia compræhenſi.

Conſtitutiones denique patrimoniorum, pro ſacerdotibus ordinandis, quæ longa ſerie à notariis epiſcopalibus receptæ probabantur per plurima inſtrumenta recenter adducta ; congrua elidebantur reſponſione ; quod tunc temporis unus idemque foret notarius ſcribaniæ communis, ac vicariatûs ; ut ponderat *dec. quæ revidetur, §. finali.* Adversùs quam, licet replicaretur, quod prothocolla, hujuſmodi actûs continentia, remanſerint poſtea in cancellaria epiſcopali ; ad differentiam illorum, quæ per eumdem notarium, uti ſcribaniæ communis officialem, confecta fuerant : adhuc tamen Domini ponderabant, id eatenùs evenire potuiſſe, quatenùs inſtrumenta ſuper aſſignatione patrimonii, requirunt poſt ſe approbationem Epiſcopi, ac decretum ; à quo, ſicut ultimum eſſe deſumunt ; ita notarius epiſcopalis, ratione decreti actum perficientis, illa epiſcopali curiæ adſcribenda eſſe putavit : quæ
12 poſſibilitas, cùm ſaltem dubios, & æquivocos reddat actus pro Epiſcopo allegatos ; ſatis operatur, ut iſti contrariam obſervantiam inducere non valeant ; ex authoritatibus cumulatis *in dicta deciſione R. P. D. mei Molines §. Cæteri autem*

De aliis actibus ab epiſcopali notario prætenſis, vel nullum adducebatur documentum, vel erant adeò pauci, ut allegari non mererentur ad interpretationem conſtitutionum, clarè pro Capitulo militantium ; maximè in conflictu contrariorum actuum :
13 ſed potiùs reputandi eſſent clandeſtini, ac proindè nullatenùs Capitulo ignoranti præjudiciales ; ut plenè probat nunquam ſatis laudata *dec. R. P. D. mei Molines §. Tum etiam, & §. Et idem* : cum qua in reliquis, Domini tranſierunt.

Et ita utraque &c.

VICEN. SCRIBANIARUM, SUPER COMPULSORIA.

Veneris 21. Februarii 1698.

ARGUMENTO
Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Compulſoria ſpecialis, ut concedatur præter exiſtentiam, requiritur etiam relevantia ſcripturarum.*

2 *Denegatur, quando jura poſſunt extrahi vigore compulſoriæ generalis ; cum tunc ſpecialis petita cenſeatur ad protrahendam cauſam.*

DECISIO XXXII.

FAcultatem rogandi quæcumque inſtrumenta extrajudicialia, privativè quoad omnes in termino, & parochia Vicen:, ſpectare ad ſcribaniam communem ; declaravit noſtrum Tribunal per binas ſententias, quæ in tertia inſtantia coram me confirmationis robur aſſumpſerunt *prima Julii anni præteriti* ; Capitulo ſolùm informante. Cùmque conceſſâ novâ audientia, Epiſcopus alia jura produxerit :

xerit: ne iſtorum legalitas in dubium revocaretur, ex quo, lite pendente, ac ſine partis citatione, fuerint extracta; petiit contemporaneè cum dubio præſenti, alterum proponi: *An eſſet concedenda compulſoria ſpecialis*, quam Domini *denegandam eſſe* cenſuerunt.

Cùm enim ad obtinendam compulſoriam
1 ſpecialem, præter exiſtentiam, requiratur etiam relevantia ſcripturarum; ad notata per *Rotam dec. 189. n.1. par.11. rec.*, *& in Dertbuſen. jurisdictionis ſuper compalſoria 28. Januarii 1697. §. Et quidem coram R.P. D. meo Pio*, *& in Piſana jurisdictionis ſuper compulſoria prima Julii ejuſdem anni §. 1. coram R.P.D. meo Priolo*: conſtitit Dominis, in præſenti, relevantiam deficere; ex quo Jura nuper producta, ultra particulares reſponſiones, in deciſione ſuper negotio principali hac eadem die cumulatas, reſpiciunt ſolummodò actus expreſſos, & virtualiter contentos in ſententia arbitramentali anni 1444. inter partes non controverſos: non autem rogitus inſtrumentorum extrajudicialium ſuper quacumque materia, nec privativam, quoad illa ſcribaniæ communis, facultatem, in qua totum reſidet præſentis cauſæ momentum.

Immò, cùm jura prædicta, vigore compulſoriæ generalis, extrahi potuiſſent; pe-
2 titio ſpecialis directa ſolum cenſetur ad protrahendam reſolutionem ſuper altero dubio jam captam; ideòque faciliùs denegandas ut dixit *Rota coram Duran. dec. 376. n. 7.*, *coram Carillo dec.238. n.4.*, *& in rec. dec.189. n.11. par.11.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Mercurii 26. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Trebellianicam detrahere prohibetur hæres in ſolo uſufructu inſtitutus, & gravatus integram proprietatem reſtituere. Et alia argumenta Trebellianicæ prohibitionem inducentia latè conſiderantur.

SUMMARIUM.

1 *Deductio Trebellianicæ pendet ex facti circumſtantiis, & voluntate teſtatoris.*

2 *Uſusfructus hæreditatis tantùm relictus, proprietatis mixturam non importat.*

3 *Proprietas non expreſſa in inſtitutione facta de uſufructu, reſtituenda eſt ſubſtitutis*

4 *Heredi cui relictus fuit ſolus uſusfructus, Trabellianicæ, detractio prohibetur.*

5 *Præceptum teſtatoris de reſtituendo totum uſumfructum ſubſtitutis, importat prohibitionem Trebellianicæ.*

6 *Fructus hæreditatis aliquando in Trebellianicam imputandi ſunt.*

7 *Diſſolutio æris alieni demandata fieri ex fructibus hæreditatis, inducit prohibitionem Trebellianicæ.*

8 *Quod ſimile deſumitur ex præcepto inveſtiendi reliquum pretii poſt diſſoluta debita ex venditione mobilium retractum*, & n. 14.

9 *Et quod bona ſtabilia abſque aliqua diminutione à ſucceſſoribus conſerventur.*

10 *Et ex prohibitione alienationis latiſſimè concepta.*

11 *Et ex contemplatione agnationis.*

12 *Præſertim ſi agnatio ſit aſſumenda quoque ab extraneo ſubſtituto cum aſſumptione cognominis, & inſignium teſtatoris.*

13 *Agnationis votum eſt validiſſimum argumentum prohibitionis Trebellianicæ.*

15 *Obſervantia hæredum, & gravatorum, maximè in ipſorum præjudicium, Trebellianicæ prohibitionem, & teſtatoris dubiam diſpoſitionem interpretatur.*

DECISIO XXXIII.

BArtolus Lombardus, inſtitutis æqualiter hæredibus Nicolao, & Franciſco, ejuſque bonorum uſufructu, vitâ dumtaxat durante, relicto, cum onere, tàm bona ſtabilia ex illo conſervandi, quàm teſtatoris, ejuſque anteceſſorum debita exſolvendi, ipſiſque in caſum obitûs, ad invicem ſubſtitutis, vocavit ſucceſſivè primogenitum maſculum, ex dicto Nicolao naſciturum, alioſque primogenitos in perpetuum, ſervato primogeniture ordine: illiſque deficientibus, ſecundò genitos pariter maſculos; fœminis, eorumque deſcendentibus excluſis: Nicolao verò, ejuſque filiis, ſine prole maſculina decedentibus, ſubſtituit Righettum affinem, ejuſque primogenitum maſculum; ac reſpectivè alios primogenitos in infinitum, onere injuncto, cognomen, ac inſignia teſtatoris aſſumendi; ut latiùs ex teſtamento; in *ſumm. ejuſd. Righetti n. 1.*

Purificatâ per obitum Franciſci, ac deinde Nicolai ſine filiis, ſubſtitutione favore Righetti: coactus iſte fuit á Mazzantibus ad ſolutionem fructuum cenſûs in ſorte ſcutorum 350. impoſiti per Carolum Bartoli, teſtatoris authorem: quocircà pro illorum reintegratione, inſtructo judicio coram A. C. contra Deſiderium, alioſque, præfati Franciſci hæredes; iſtiſque in compenſationem, cenſus, ut ſupra, extinguendi, allegantibus detractationem Trebellianicæ ſuper hæreditate Bartoli, competentis: ſententiam retulit Righettus, nedum dictos hæredes condemnantem ad ſolutionem fructuum, ac ſortis principalis dicti cenſûs extinctionem: ſed etiam per caput ſeparatum, declarantem, Trebellianicam non deberi; A quâ, commiſsâ mihi appellatione dedi dubium — *An hæredes Bartoli Lambardi teneantur ad extinctionem cenſûs, de quo agitur; & an debeatur Trebellianica* — Cùmque Domini, quoad primam dubii partem, fuerint inter ſe diſcordes: ideò illius reſolutione dilatâ

reſpon-

reſponderunt ad ſecundam *Trebellianicam non deberi.*

Licèt enim in hujuſmodi articulo, ſecluſâ teſtatoris expreſsâ prohibitione, generalis,
1 ac certa regula ſtatui non poſſit; adeò ut, juxta varias facti circumſtantias, Judicis arbitrio repoſitas, variæ, ac diverſæ, in ſuis caſibus, prodierint reſolutiones: Domini tamen, in hypotheſi, ad Trebellianicæ denegationem principaliter moti fuerunt ex eo, quod teſtator voluerit Nicolaum, & Franciſcum primos hæredes, nil ultra uſumfructum ex ejus bonis percipere poſſe: dum ipſis reliquit -- *L'uſufrutto di tuta l'eredità, in vita loro ſolamente* -- Per quæ verba, ſicut indicavit reſtrictionem ad ſimplicem
2 uſumfructum, abſque ulla proprietatis mixtura; ut, articulo magiſtraliter diſcuſſo, firmavit *Rota in Interamnen. manutentionis* 22. *Aprilis anni præteriti* §. 20., *quia coram R.P.C meo Anſaldo*: ita etiam deſignavit,
3 quod proprietas non expreſſa, ſuppoſita remaneret reſtitutioni, ad commodum ſubſtituti faciendæ; ut totidem verbis reſponſum fuit *in Romana Trebellianicæ* 15 *Januarii* 1691. *ſub* §. *Pro ſecunda coram R.P.D. meo Priolo.* Et generaliter, quod, quoties jura hæredum ad ſimplicem reſtringitur uſumfru-
4 ctum; certa reſultet detractionis Trebellianicæ prohibitio, tradunt Altogradus *conſ.* 104. *n.*29. *lib.*2., *Gratian. Diſcept. for. cap.*821. *n.*11. *& ſeqq.*, & firmavit *Rota coram Merlino dec.*505. *n.*29., *apud Vrceol. de Tranſact. dec.* 11. *n.*5., *in rec. dec.*165. *n.*3. *par.*15., *dec.*75, *n.*12. *&* 13. *par.*16., *dec.*145. *n.*2. *& ſeqq.*, *& dec.*196. *n.*7., *& ſeqq.*, *& dec.*277. *n.*4 *par* 18.

Talemque voluntatem, in aliis etiam teſtamenti partibus declaravit. Et primò dum hæredibus inſtitutis, ſubſtituit primogenitum maſculum Nicolai -- *nell' uſufrutto della detta mia eredità* -- Si enim vigore hujus relativæ dictionis primogenitus fuit ſubſtitutus in uſufructu totius hæreditatis, primis hæredibus relicto: ſequitur per neceſſe, quod illis vetita fuerit Trebellianicæ decretatio: cùm alias, datâ proprietatis aliena-
5 tione, uſusfructus totius hæreditatis non poſſet in ſubſtituto verificari; *Rota in dicta Romana Trebellianicæ* 16. *Januarii* 1690. *ſub* §. *Quinta ad med. coram bo. me. Emerix.*

Secundò, quia teſtator ſpecificè diſpoſuit, quod primi hæredes, cum uſufructu eiſdem relicto, bona hæreditaria, abſque diminutione, conſervare; ac ulterius, ex illo quæcumque debita perſolvere tenerentur. Votum quippe adeò enixum conſervationis bonorum in proprietate, ut ipſoſmet fructus, (quamvis de jure, ad hæredem ſpectantes;
6 vel ſaltem in Trebellianicam imputandos; per *text. in l. in fideicommiſſariam* 18. *in princip.*, *& l. Mulier* 22. §. *Si hæres ff. ad Trebell.*) in æris alieni diſſolutione erogari mandaverit; nimir urgens inducit argumen-
7 tum, quod noluerit teſtator proprietatem, ex Trebellianicæ detractione, diminui; *Giovagnon. conſ.* 99. *n.* 17. *verſ. Additur*, *Altograd. contr.*71. *n.*13. *verſ. Quibus additur*, *lib.*2., *Rota in dicta Romana Trebellianicæ*, 16. *Januarii* 1690. §. *Quarta coram bo. me. Emerix*, *&* 15. *Januarii* 1691. §. *Augetur efficacia*, *&* §. *Et fortiùs*, *in fine coram R.P.D. meo Priolo.*

Huic conjecturæ conſonat tertia conſimilis ducta ex præcepto, quod hæredes, quoties aliqua ex mobilibus diſtrahere voluiſſent; tenerentur ex illorum pretio legatis, ac funeris expenſis ſatisfacere; id autem, quod ex pretio ſupereſſet, commodo hæreditatis, ac ſucceſſorum inveſtiretur: hinc enim tantum abeſt, quod hæreditatis diminutionem teſtator permiſerit; quin potiùs
8 illius augmento proſpexerit; ut ad propoſitum notat *Rota in dicta Romana Trebellianicæ* 16. *Januarii* 1690. §. *Quinta coram bo. me. Emerix.*

Accedit quarta, oriens ex generali ratione adjecta in prohibitione alienationis, ut nempe bona ſtabilia, ſine aliqua diminutione ab hæredibus, aliiſque ſubſtitutis, ac per fideicommiſſum vocatis, conſervarentur: ibi -- *E perche è ſtata ſempre, & è mia volontà, che li miei eredi iſtituiti, e tutti gli altri da me ſoſtituiti, e vocati per fidecommiſſo nel preſente teſtamento, conſervino li miei beni ſtabili ſenza deteriorarli, ò diminirli in parte alcuna: perciò proibiſco eſpreſſamente il venderli, obligarli, hipotecarli, & in qualſivoglia modo diſtraerli* --; Quæ bonorum conſervatio ſine diminutione; ſicut, detractâ Trebellianica, non ad-
9 impleretur; ita exindè, iſtius prohibitio inducta cenſetur; *Gratian. Diſcept. for. cap.* 869. *n.*18. *&* 19., & *cap* 889. *n.*11. *Mantica de conject. ult. volunt. lib.*7. *tit.*12. *n.*16., *Peregrinus de fideicomm. art.*3. *n.*89., *Mangil. de Imput. q.*115. *n.*11., *Adden. ad Buratum dec.*480. *n.*20., *Rota coram Dunozetto Jun. dec.*19. *n.*5., & *dec.*155. *n.*11., *& dec.* 509. *n.* 1. *coram Cerro dec.* 776. *n.* 6., *coram Celſo dec.* 157. *n.* 5., *in rec. dec.*257. *in fin. par.*2., & *dec.*399. *n.*9. *par.*5.

Atque hinc emergit quinta, reſultans ex prohibitione alienationis, latiſſimè conceptâ. Hæc namque perſpicuum præbet indicium voluntatis teſtatoris, quod prohibendo alienationem, eo pleniori, quo potuit
10 modo, intellexerit etiam prohibere Trebellianicæ deductionem; *Rub. conſ.*16. *n.*46. *Surdus conſ* 412 *n.*41., *Ciarlinus contr.*152. *n.*8., *Caren. reſ.* 219. *n.* 2., *Altograd. dicta contr.* 71. *n.*47. *lib.*2., *Roſa conſult.*40. *n.*26. *Rocca diſput. jur. cap.*10. *n.*67. *& ſeqq.*, *Rota apud Merlinum de legitim. dec* 21. *n.*10., & *dec.*93. *n.*26., *coram Cerro dec.*788. *n.*20., *in rec. dec.*121. *n.*7. *par.*16., & *dec.*131. *n.*12., & *dec.* 199. *n.* 13. *par.* 17., *in Bonon fideicommiſſi de Linis*, 26. *Februarii* 1681. §. *Nec ad impedien. coram bo. me. Emerix*; *in Ceſenaten. fideicommiſſi* 24. *Maii* 1685 §. *Deveniendo coram Rmo. Turonen.*, *& in dicta Romana Trebellianicæ*, 16. *Januarii* 1690.

§. *Quarta*

Digitized by Google

§. Quarta verſ. Et generaliter coram bo. me. Emerix, & 15. Januarii 1691. §. Comprobatur verſ. Ita pariter coram R. P. D. meo Priolo.

Junctâ præſertim contemplatione agna-
tionis, expreſsè reſultante nedum ex per-
11 petua primogenitura, in teſtamento ordi-
nata cum qualitate maſculinitatis, ac fæmi-
narum excluſione; ad notata per *Rotam*
dec.95. n.8. par.1., & *dec.269. n.13. par.15.*,
verum etiam ab extraneorum admiſſione,
per poſterius volita, cum onere aſſumendi
12 cognomen, ac inſignia teſtatoris; juxta cu-
mulata in *dec.* 398 *n.* 10. *par.*15., & *dec.* 69.
*n.*44. *par.*17.: quod agnationis votum, vali-
13 diſſimum eſſe prohibitionis Trebellianicæ
argumentum, tenuit ſemper *Rota*, & ſi-
gnanter *coram Dunoz. jun. dec.509 n.3.*, &
in rec. dec.74. n.3. par.8., & *in dicta Romana Trebellianicæ* 16. *Januarii* 1690. *§. Sexta coram bo. me. Emerix.*

Nec relevat, quod prohibitio alienationis, non fuerit generalis, ſed ſpecialis, in ſolis ſtabilibus; itaut allegari nequeat ad prohibitionem Trebellianicæ. Quidquid enim ſit de concluſione in abſtracto, ceſſat, in hypotheſi, illius efficacia, ex peculiari facti circumſtantia: quod ſcilicet teſtator, etſi mobilia permiſerit alienari; juſſit tamen, ex illorum pretio, legatis, funeriſque impenſæ ſatisfieri; ac reſiduum hæreditatis commo-
do reinveſtiri: undè palam fit, quod neque
14 ex mobilibus Trebellianicam detrahi vo-
luerit; ut in his ferè terminis ratiocinatur
Rota in dicta Romana Trebellianicæ 16. *Januarii* 1690. *§. Quinta coram bo. me. Emerix*, & 15. *Januarii* 1691. *§. Creſcit vis*, & 11. *Januarii* 1692. *§. Demandato coram R. P. D. meo Priolo.*

His omnibus adſtipulatur obſervantia: dum ipſimet Fanfonii collitigantes, portionem hæreditatis, à Franciſco eorum authore poſſeſſæ, integrè Nicolao, alteri cohæredi, reſtituerunt; non retentâ; imo nec ullâ tactâ mentione Trebellianicæ; ut in *ſumm. Righetti n.4.*: prout ſucceſſivè, defuncto Nicolao, integra pariter hæreditas fuit eidem Righetto reſtituta. Quæ obſervantia
hæredum, & gravatorum, maximè circa
15 actum ipſis præjudicialem, teſtatoris diſ-
poſitionem, quatenus dubia foret, optimè interpretatur; *Rota dec.67. n.27. par.13.*, & *dec.269. n.5. par.14.*, & *alib. paſſim.*

Et ita, Partibus auditis, reſponſum fuit.

ROMANA DOMUS.

Veneris 28. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Poſſeſſio capta in vim dationis in ſolutum, quæ poſtea fuit declarata colluſiva, & ſimulata, non eſt manutenibilis; licèt ſit capta cum decreto Judicis: neque eſt capax impediendi manutentionem poſſeſſori poſteriori habenti potiora jura: maximè ſi dicta prima poſſeſſio fuerit capta vigore mandati cum clauſula -- *ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura* --: & fortius ſi dicta prima poſſeſſio probaretur etiam erronea.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio dari non poteſt ad bona teſtatoris, qui eadem tempore mortis non poſſedit.*

2 *Poſſeſſio uſque ad mortem continuata præſumitur.*

3 *Viâ executivâ vulneratâ, executio peti non poteſt, ſed agi ſolùm via ordinaria pro ſententiarum revocatione.*

4 *Confeſſione propria nulla major datur probatio.*

5 *Simulatio contractus reſultans ex Partis confeſſione, poteſt in poſſeſſorio allegari.*

6 *Simulatio dationis in ſolutum excluditur, ſi recipiens rem datam poſſederit.*

7 *Poſſeſſio prævalet recognitioni bonæ fidei.*

8 *Actus poſſeſſorii ante ſententiam declarantem ſimulationem, ſimulati pariter cenſentur.*

9 *Simulatio dationis in ſolutum domus convincitur, ſi ille qui dat in ſolutum, rei datæ canones poſtea vendat.*

10 *Poſſeſſio capta vigore mandati cum clauſula* -- ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura -- *non eſt manutenibilis in concurſu habentis potiora jura.*

11 *Poſſeſſio anterior nulla, & erronea non retardat manutentionem poſteriori validæ.*

DECISIO XXXIV.

Margarita obſtetrix, quæ plures labore ſuo cumulaverat pecunias; verita quod conſtitutiones, à ſummis Pontificibus editæ favore Monaſterii Convertitarum, ipſam etiam complecterentur; adeout poſt ejus obitum hæredes vexari potuiſſent: geminos iniit ſimulatos contractus ſuper quadam domo, per ipſam à fundamentis extructa: primum nempe anno 1676., quo, narrando, ſe pro conſtructione dictæ domus, recepiſſe ſcuta 3200. à Dominico Manciocho ejus filio adoptivo, iſti (reportatâ priùs futuræ ſimulationis declaratione per apocham trino teſte munitam) eandem domum, mediante publico inſtrumento, in ſolutum aſſignavit. Verùm, cum elapſo biennio, Princeps Juſtinianus, dicti Domini creditor, mandatum ab Eminentiſſimo Cavalerino, tunc A. C. Locumtenente, relaxatum ſuper dicta domo, exequutioni demandaſſet: idcircò præfata mulier, exhibita in actis apoca ſuperiùs recenſita, declarari obtinuit per ſententiam, prædictum inſtrumentum fuiſſe nullum, ſimulatum; & exequutionem reſpectivè, uti factam in bonis alterius, quàm debitoris, eſſe revocandam.

Hinc hæſitans, ut priùs Margarita, eamdem domum fidei Marchionis Nunez, ſibi admodum benevoli, committere decrevit, & fatendo ſe ab iſto ſcuta 3000. mutuo accepiſſe; pleraque in ædificio domus erogata:

domum ipſam per publicum inſtrumentum, in ſolutum dedit; & poſtea reportavit bonæ fidei recognitionem. Interim vero, defuncto ſupradicto Dominico, Franciſcus ejus filius, ignorans ſententiam, ut ſupra, ab Eminentiſſimo Cavallerino latam contra ejus patrem, aſſociationem petiit ad domum: ſed ab A. C. Thomato fuit rejectus per ſimilem ſententiam, cujus juſtitiam agnoſcens, liti ceſſit.

Poſt hæc, eadem Margarita, condito anno 1691. teſtamento univerſalem ſcripſit hæredem Mariam Hieronymam, ex dicto Dominico filio adoptivo neptem: ac tandem, ſolutis ſcutis 110. monaſterio Convertitarum liberam obtinuit diſponendi facultatem. Cum autem illa eodem anno defuncta, alter præfati Dominici filius religionem ſancti Honuphrii profeſſus, uti ab inteſtato hæres ſui patris; vigore mandati de immittendo à R. P. D. Patriarcha, Eminentiſſimi Vicarii Locumtenente, relaxati cum clauſula *Dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura*; prædictæ domûs poſſeſſionem occupaverit: eamque deindè, vigore ſimilis mandati, cæperit Maria Hieronyma, uti hæres teſtamentaria Margaritæ. Hinc, judicio manutentionis invicem inſtructo coram Judice, eâque dictæ Mariæ Hieronymæ denegatâ, provocavit iſta; cauſamque à Signatura committi curavit clar. mem. Cardinali Thauruſio, tunc temporis S. Rotæ Auditori: eâque modò reaſſumptâ, ego in locum promoti, ac reſpectivè defuncti Collegæ, ſuffectus, dubium propoſui -- *An & cui ſit danda manutentio*. Quam *Mariæ Hieronymæ dandam eſſe*; Domini reſponderunt.

Licèt enim in facto conſtaret, dictum Manciochum, in occupanda controverſæ domûs poſſeſſione, mulierem prævenisse: adhuc tamen illius poſſeſſio viſa fuit nulla, tamquam capta vigore mandati de immittendo ad bona hæreditaria Dominici, inter quæ præfata domus connumerari non poterat: dum, nec ipſo vivente, nec de tempore
1 illius obitûs, ab eo poſſeſſam fuiſſe docetur; primò requiritur, ad tradita per *Rotam coram Priolo dec.429. n.1., in rec. dec.293. eod. n. par. 13., in Romana Immiſſionis 5. Julii* 1688 §. *Vulgata coram Reverendiſſimo Turonen.*; & *in Urbevetana Cambii* 26. *Novembris* 1691. *coram bo. me. Emerix.*

Talis autem poſſeſſionis probatio deduci non potest ex eo, quod præfata domus, per Margaritam, uſque ab anno 1676. dicto Do-
2 minico inſolutum data fuiſſet; qui proindè uſque ad obitum poſſediſſe præſumatur. Siquidem, ultra quod hujuſmodi dationem in ſolutum, nullam, & ſimulatam declararunt Eminentiſſimus Cavallerinus, & A.C. Thomatus; ut in facto præmiſimus; adeout viâ
3 exequutivâ jam diù vulnerata, illius exequutio peti non poſſet; ſed agi ſolùm pro ſententiarum revocatione; ex firmatis per *Rotam apud Zacchiam de oblig. camer. dec.* 36. *n.*6., *dec.*45 *n.*4., & *dec.* 58. *n.* 2. *coram Coccino dec.* 78. *n.* 1., & *ſeqq.* In præſenti etiam ſimulatio viſa fuit innegabilis. Et quidem, abſque neceſſitate indagandi conjecturas, & cauſam ſimulandi; ſufficit expreſ-
4 ſa Dominici confeſſio emiſſa in apoca recognitionis bonæ fidei; ut in *ſumm. Mariæ Hieronymæ n.*2. quâ nulla major in jure probatio; ad *text.* in *l. Cùm te C. de Tranſact.*, & *l. Generaliter C. de non numer. pecun.*, & in his terminis *Gratian. Diſcept. for. cap.* 600. *n.*19. *Adden. ad Gregor. dec.*157. *n.*27. *verſ. Prædicta.*

Nec, ad evitandam hujuſmodi confeſſionis relevantiam, placuit reſponſio, quod exceptio ſimulationis, in petitorio judicio cognoſci debeat, non autem in poſſeſſorio, in quo modò agitur: Cùm enim illa ex partis confeſſione, nullam admittat controver-
5 ſiam: valet etiam in poſſeſſorio judicio allegari, ut in ſpecie reſpondit *Rota coram Pentingeno dec.*21 *n.*25.

Fruſtrà verò ſimulatio excludi contende-
6 batur ſub prætextu, quod Dominicus Margaritæ filius, apochâ ſupradictâ non obſtan-
7 te, controverſam domum poſſederit; itaut ſimulata potiùs dici poſſit præcedens bonæ fidei recognitio; quam ſubſequuta in ſolutum aſſignatio. Factum quippe, huic ſuppoſito non aſſiſtit, dum Dominici poſſeſſio arguitur dumtaxat ex tribus receptis, ab illo favore inquilinorum exaratis. annis 1676. & 167., quo tempore adhuc erat occulta ſimulatio: nullum autem affertur documentum actûs poſſeſſorii, poſt ſententiam ab Eminentiſſimo Cavallerino latam de anno 1678., quâ mediante, ſicut in lucem prodiit ſimulatio inſtrumenti, quod ex tali vitio nullum, & invalidum fuit declaratum:
8 ita exactiones in ejus ſequelam factæ, diverſum judicium ſortiri non poſſunt; *Rota coram Dunoz.* jun. *dec.* 703. *n.*17.

Imò è contrà docuit Maria Hieronyma, quod Margarita, etiam poſt dationem in ſolutum; & quod plus eſt, etiam de tempore, quo penſiones à Dominico exigebantur, in canonum ſolutione continuavit: & poſtmodùm, mediante publico inſtrumento, alteri
9 aſſignavit: qui actus profectò veritatem apochæ, ac reſpectivè inſtrumenti ſimulationem manifeſtè convincunt; *Rota coram Coccino dec.*1873. *n.*45., *coram Cerro dec.* 195. *n.*3., *coram Bichio dec.* 416. *n.* 15. *coram Dunozetto jun. dec.*362. *n.*8., *dec.*38. *n.*8. *par.*11., & *dec.*13. *n.*16. & 17. *par.*19. *recen.*

Quibus ſtantibus meritò viſa fuit Mariæ Hieronymæ concedenda manutentio; non obſtante quod ejus poſſeſſionem prævenerit dictus Manciochus: tum quia cùm mandatum, ab ipſo reportatum, contineret clauſulam ſalutarem -- *ſine præjudicio habentium*
10 *meliora & potiora jura*: tribuere non potuit poſſeſſionem manutenibilem; attento potiori jure Mariæ Hieronymæ; *Rota coram Durano dec.*84. *n.*10., *coram ſa. mem. Alexandro VIII. dec.* 116. *n.* 15., *in rec. dec.* 24.

Digitized by Google

dec. 24. ſub n. 15. par. 16., & *in Romana ſeu Firmatiua Bonorum 15. Junii 1679. §. Nec poteſt coram bo. mem. Albergato.* Tum
11 etiam quia anterior Manciochi poſſeſſio, uti capta cum erroneo ſuppoſito, quod controverſa domus eſſet hæreditaria ſui patris; nulla fuit ex præmiſſis: ideoque inefficax ad retardandum manutentionem poſterioris; valido legitimoque titulo innixæ; *Rota dec. 177. n. 1. & ſeqq. par. 4. diverſ.*, *coram Cerro dec. 557. n. 3.*, *& in Romana manutentionis, 8. Junii 1685. §. Licèt enim coram Eminentiſſimo Mediolanen.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA MANUTENTIONIS.

Lunæ 3. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Mulier aſſociata pro credito dotali in bonis viri, ſi doceat ex notula jurata ſe non fuiſſe integraliter ſatisfactam, non poteſt removeri: Neque attenduntur partitæ aliàs reſervatæ, quando cauſa recognoſcitur vigore commiſſionis cum clauſula -- *Si quid exequendum* --: Nec ſi fidejuſſit pro viro vendente cum pacto redimendi, jus illud diminuens pretium in ſexta parte, in caſu negligentiæ viri, cádit in mulieris damnum.

SUMMARIUM.

1 *Aſſociatus ad bona, donec non conſecutus fuit ex illis integri crediti ſatisfactionem, citra vitium ſpolii removeri nequit.*
2 *Notulæ juratæ ſtandum eſt circa perceptionem fructuum ex bonis, ad quæ creditor fuit aſſociatus, donec contrarium probetur.*
3 *Vigore commiſſionis ſignatæ cum clauſula --* Si quid exequendum --, *debet procedi cum eiſdem juribus, & judicii ordine, quo fuit proceſſum in ſuperiori inſtantia.*
Et partitarum in primo judicio reſervatarum, in ſecundo commiſſo vigore dictæ clauſulæ habenda non eſt ratio, & n. 18.
4 *Mater poteſt capere poſſeſſionem nomine filiorum.*
5 *Non reſtituta dote, competunt mulieri fructus illius.*
6 *Jus redimendi eſt appretiabile, &* n. 8.
7 *Alienatio facta à marito cum fidejuſſione uxoris, cedit proportionabiliter in iſtius debitum.*
8 *Valor juris redimendi in alienationibus factis à marito cum fidejuſſione mulieris non cedit in iſtius detrimentum.*
9 *Sed creditorum mariti.*
10 *Fidejuſſio mulieris facta viro, non extenditur, ut teneatur de ejus negligentia.*
11 *Fidejuſſio mulieris in alienatione facta à viro, non extenditur ad valorem pacti redimendi, ſed tantum ad pretium ſolutum.*
12 *Pactum redimendi temporaneum, minuit valorem bonorum venditorum pro ſexta parte.*
13 *Sicut pro ſolutione fructuum datur actio contra fundum occupatum, ita multo magis retentio.*
14 *Retentio faciliùs conceditur, quàm actio.*
15 *Hæres, & creditor juribus auctoris, & debitoris uti poſſunt.*
16 *Creditor poſterior habens obligatum creditorem anteriorem, ſuccedit in illis juribus.*
17 *Sententia lata ſuper ſtatu, facit jus quoad omnes etiam non citatos.*

DECISIO XXXV.

CUm ſuppoſito, quod Junipera Sabbatina creditrix Saldoni de Saldonis ejus viri, in ſcutis 1000 pro reſtitutione ſuæ dotis, ſatisfactionem ex nonnullis ejuſdem viri bonis, in relatione periti judicialiter electi, adnotatis, conſequuta fuiſſet: Archangelus, aliique fratres de Mandoſiis; contra quorum authorem præfata mulier, pro dicto credito, uſque ab anno 1658. aſſociationem obtinuerat ad binas domos, à prædicto Saldono venditas, & modo à Margarita uxore Ruggerii, præfatæ Juniperæ filii poſſeſſas: judicium manutentionis anno 1692. inſtituerunt coram clar. mem. Cardinali Thauruſio, tunc A. C. Locumtenente, eamque ab iſto decretam, confirmavit S. Rota in gradu appellationis, præviis duabus deciſionibus coram bon. mem. Emerix; altera ſub die 22. Junii 1693., & altera 5. Decembris 1695.: in quarum ſequelam decreta fuit exequutio mandati, ab A. C. relaxati. Iterum verò provocante eadem Margarita, mihique commiſſâ appellatione, dubium ſubſcripſi -- *An mandatum Rotale eſſet exequendum* -- ſine reſolutione propoſitum 10. Junii anni præteriti, hodie ſortitum fuit *negativam*.

Quoties enim creditor integralem ſui crediti ſatisfactione aſſequutus non fuit ex bo-
1 nis, ad quæ aſſociationem obtinuit: nequit, citra vitium ſpolii, ad illorum reſtitutionem compelli; ad text. in *l. penult. & l. final C de Pignor.*, *Poſthius de Manut. obſerv. 11. n. 4.*, *Rota coram Coccino dec. 2029. n. 1. & coram Priolo dec. 279. n. 10.*

Juniperam autem non fuiſſe de ſuo credito ſatisfactam reſpectu penſionum ex domibus exactarum: patebat ex notula per ipſam, mediante juramento, judicialiter ex-
2 hibita; cui, donec contrarium probetur, ſtandum eſſe, nota ſunt jura; ut videre eſt *coram Bichio dec. 547. n. 18.*, & *coram Celſo dec. 161. n. 29.*, *coram ſa. me. Alexand. VIII. dec. 226. n. 15.*, *in rec. dec. 161. n. 29. par. 6.*, & *dec 451. n. 8. par. 13.*

Et, licèt replicaretur, quod poſt dictæ notulæ traditionem, aliæ penſiones à muliere fuerint exactæ: adhuc tamen illarum ratio in præſenti habenda non videbatur: dum hæc partita, unà cum nonnullis aliis, in poſtrema deciſione coram bo. me. Emerix *edita 5. Decembris 1695.* particulari fuit examini reſervata: ideoque ſicut iſta ſepoſita, mandatum fuit relaxatum; ita hodie, quo

cauſa,

Digitized by Google

3 cauſa, vigore commiſſionis, cum clauſula,
Si quid exequendum cognoſcitur; debet cum
iiſdem juribus, eodemque judicii ordine pro-
cedi: *Marcheſanus de commiſſ. par.1. fol.706.*
n.146., *Adden. ad Burattum dec. 231.n.8.*
& dec.650. n.17.

Quo verò ad alia bona, ex quibus juxta
relationem periti, ſolutio deſumebatur:
agnoverunt Domini, eatenùs illum retuliſſe,
quod mulier eſſet de ſuo credito ſatisfacta;
imò debitrix remaneret in ſcutis 1685.; qua-
tenùs ad ejus debitum nonnullas poſuit par-
titas, quæ demendæ viſæ fuerunt; & qua-
rum aliquæ, in præcedenti etiam inſtantia,
fuerunt detractæ. Et ſanè, procedendo jux-
ta ordinem à perito ſervatum, iſte primo
loco mulieris debito adſcripſit geminas
partitas, inſimul conflantes ſcuta 1500., al-
teram nempe ſcutorum 900. pro pretio vi-
neæ à Junipera in ſolutum acceptæ pro fru-
ctibus censûs debiti à Carabellis; alteram
verò ſcutorum 600. provenientem ex judi-
ciali adjudicatione domûs, per eamdem re-
portata pro ſuo credito dotali. Utraque au-
tem ex his partitis viſa fuit à calculo detra-
henda. Quo enim ad vineam conſtitit, illius
4 poſſeſſionem captam fuiſſe nomine filiorum;
quorum perſonas, & jura mater adminiſtra-
bat. Domus verò ſuſcepta quidem fuit à Ju-
5 nipera: ſed in cauſam fructuum dotalium,
uſque tunc decurſorum; non verò ſortis.
Quapropter, demptâ hac ſummâ, debitum
mulieris, ad ſenſum Partis, remaneret ſo-
lùm in ſcutis 185.

Calculat ſecundo loco Peritus valorem
6 juris redimendi; quod maritus Juniperæ, ſi-
bi reſervavit, tam in venditione canonis,
facta favore fratrum de Mandoſiis, quàm
domus, favore Votalarchæ. At, ſicut Do-
mini, inhærendo firmatis in deciſionibus
præcedentis inſtantiæ, admiſerunt etiam ho-
die alienationes à marito factas cum uxoris
7 fidejuſſione, fuiſſe in illius debitum pro-
portionabiliter imputandas, ut præter alle-
gatos in dictis deciſionibus, fuit noviſſimè
reſponſum *in Sabinen. fideicommiſſi ſu-*
per conſignatione, 26. Junii anni præteriti,
§. Quæ hæreditaria nullitas; coram R.P.D.
meo Muto. Ita è contrà æquum non puta-
runt, quod pactum redimendi à marito in
8 his geminis alienationibus adjectum, calcu-
lari debeat in præjudicium uxoris, quæ in il-
lis fidejuſſit. Tale quippe jus, in patrimonio
viri præſentis diſtractoris remanſit; adeout
etiam iſtius creditum hypothecis obnoxium
eſſet; proindeque nulla ſubeſt ratio, cur ne-
gligentiam in non redimendo Juniperæ po-
6 tiùs damno, quàm fratrum de Mandoſiis,
& aliorum viri creditorum veniat referen-
da; cum tamen uxoris fidejuſſio, emptorum
commodo dumtaxat, emiſſa nequeat etiam
7 ad viri negligentiam extendi; juxta regu-
lam textus in *l. Fidejuſſores Magiſtratuum,*
§. Pro Aurelio ff. de Fidejuſſoribus, *Rota*
coram Pamphilio dec. 694. n.8., *ibique Ad-*
den.n. 10. coram Dunozetto jun. dec. 225.
n.7., *coram Bichio, dec. 135. n. 9.*, *in rec.*
dec.369 n.6. par.16.

Non attentâ reſponſione, quod jus redi-
8 mendi ſit pars pretii, adeout illo per lap-
ſum ſtatuti temporis reſoluto, emptores po-
tuiſſent cum juribus dotalibus Juniperæ, ſe-
ſe pro integro bonorum valore, contrà cre-
ditores tueri. Siquidem poſito ex præmiſſis,
quod mulieris obligatio non extendatur ul-
tra pretium, quod in venditione realiter in-
9 tervenit: conſequens eſt quod pro illius ra-
ta dumtaxat licuiſſet emptoribus creditores
repellere: ideòque, ultra illam fieri non de-
beat imputatio in uxoris præjudicium.

Atque hinc, ſi pactum redimendi, tem-
poraneum æſtimemus in ſexta parte, prout
ab illo regulariter bonorum valor diminui-
10 tur, ex ſententia noſtri tribunalis; ut *coram*
Seraphino dec. 1063. ſub n. 5., *in rec. dec.*
64, & dec.344. utrobique n.13 par.4 tom.2.,
& *dec. 93 n.5. par.17.*: jam indè patet, de-
lenda eſſe à debito mulieris ſcuta 438.,
ad quæ, tali pacto ſecluſo, ſexta pars cano-
nis, ac domûs, ut ſupra, venditæ, aſcendiſ-
ſet: ideòque, ſubductis ab hac ſumma ſcutis
185., quorum debitrix, juxta ſenſum Partis,
remanſiſſet Junipera: nemo non videt, iſtius
creditum ſupereſſe in capitali ſcutorum
248., & per conſequens, manutentionem
injuſtè Mandoſiis fuiſſe conceſſam, ex au-
thoribus ſupra relatis in §. *Quoties enim.*

Creſcit autem injuſtitia, ponderando
quod, etſi Junipera, in partem reſtituendæ
dotis, acceperit cenſum in ſorte ſcutorum
1900. à Saldono uſque de anno 1621. in po-
ſitum favore Ludovici Sabbatini: adhuc ta-
men iſtius fructus exegiſſe non conſtat: quin-
immò, cùm cenſus ſuper altera ex contro-
verſis domibus legatis impoſitus, utique,
ſicut actio pro fructuum ſolutione, contra
fundum cenſitum dirigi poſſet; ita & fortiùs
11 retentio, quæ facilius datur, quàm actio
valet allegari; *Rota coram Priolo dec. 455.*
n.17., *& coram Bichio dec.658. n.28.*

Nec iſta excludi poſſe videbatur ex du-
plici objecto, à Mandoſiis excitato. Primum
enim, quod Junipera, cum vixit, hunc cen-
ſum alienaverit; & ſic nequeant hodie Mar-
garita, & Canonicus de Grandis poſſeſſores
retentionem ex illius juribus allegare: ceſ-
ſat ex quo alienatio fuit à Junipera facta ti-
tulo donationis, favore Ruggerii filii; cujus
hæres cùm fuerit ex teſtamento Margarita,
13 & creditor reſpectivè Canonicus, meritò
illius juribus uti poſſunt; ut de hærede ſunt
textus in l. ſi pactum ff. de Probat., *& l. Uni-*
ca C. Ut action. ab hæred., & de creditore in *l.*
Nomen C. Quæ res pign. oblig. poſſ.

Minoris eſt relevantiæ ſecundùm, quod in
venditione Mandoſiis facta, ſe obligaverit
etiam Julia Trincia, Saldoni venditoris ma-
ter; cujus creditum dotale prætato cenſu an-
terius exiſtat. Similis enim obligatio in illo
emiſſa fuit à Julia favore Sabbatini; qui prop-
terea ſuæ anterioritatis privilegio potitur.

Hæc omnia, quorum relevantiam ipſi
etiam

Digitized by Google

etiam defenſores fratrum de Mandoſiis agnoverunt; evitare poſſe putabant, addendo mulieris debito plures alias partitas, in peritia non contentas;& ſignanter alteram ſcutorum 1000. ab illa setractosum ex venditione vini, ad maritum ſpectantis. At, ultra ſpecialem reſponſionem, quod huic partitæ, adminiſtrationes tutelæ reſpicienti, obſtat ſententia uſque ab anno 1660. per A.C. Bulgasinum lata; declarans, bene à Junipesa fuiſſe red-
13 ditam rationem: quæ tamquam lata ſuper ſtatu, facit jus quoad omnes etiam non citatos: *Rota dec.* 173. *n.* 3. *p.* 18., & *dec.* 41. *n.* 8. *par.* 19 *rec.*, cum aliis *in Romana Salviani 14. Junii anni præteriti* §. *Indè autem*, *coram me*. Generalis etiam quoad alias aſſiſtit, quod nempe, cum agatur in præſenti de exequutione mandati: illius juſtitia, ex eiſdem
14 juribus, non verò novis, probanda venit; optimè *Rota coram Rembold dec.* 85. *n.* 8. *cum aliis ſupra relatis in* §. *Et licèt.*

Et ita, utraque &c.

TIRASONEN. PRIORATUS SUPER EXPENSIS.

Mercurii 5. Martii 1698.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ judiciales, omnes integrè debent reſici; & extrajudiciales calculantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*

DECISIO XXXVI.

POſt tres conformes ſententias, à Joanne in hoc ſacro Auditorio reportatas, ſuper exequutione Litterarum Apoſtolicarum, per quas ipſe de Prioratu in Eccleſia Collegiata de Borgia provideri obtinuerat: Reverendiſſimus Dominus meus Decanus, cui cauſa in gradu reſtitutionis in integrum commiſſa fuerat, expenſas taxavit in ſcutis 203.: cùmque Antonius collitigans, ſe ad illas exceſſivè condemnatum ſupponeret; mihique, ad hunc effectum, cauſam committi curaverit: dubium hodie propoſui -- *An conſtet de exceſſu* --, quod fuit *negativè* reſolutum.

Cùm enim expenſæ judiciales, juxta notulam, ut ſupra taxatam, aſcenderent ad ſcuta 263.; extrajudiciales verò pro quatuor inſtantiis, calculatæ in ſcutis decem pro qualibet, ad ſcuta 40.: jam indè tollitur quicum-
1 que ſuppoſitus exceſſus; & conſequenter omnes veniunt reficiendæ. *Rota dec.* 73. *n.* 3. *coram Bichio, dec.* 384. *n.* 6. *par.* 14., & *dec.* 214. *n.* 9. *par.* 15. *rec.*, & *in Romana Multici 23. Novembris* 1696. §. *Ea ſiquidem*, & §. *ſequenti coram R. P. D. meo Anſaldo*, & *in Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus ſuper expenſis 13. Januarii proxime præteriti.* §. *Conſtitit enim, coram me.*

Et ita, Joanne tantùm audito; Antonio verò, licèt pluriès monito, non comparente, reſponſum fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALBERINIS.

Lunæ 11. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Fæminæ nunquam cenſentur vocatæ in fideicommiſſo maſculino: quando nulla adſunt in teſtamento verba, ſaltem communia, quæ earum vocationem in ſubſidium ſuadeant: licèt in codicillis non fuerit repetita qualitas maſculinitatis; & hac occaſione examinatur etiam, quando teſtamentum dici poſſit validum, & vindicatum à ſuſpicione falſitatis.

Hæc Deciſio confirmatur decif. 86.

SUMMARIUM.

1 *Non habens qualitates à teſtatore requiſitas, eidem ſuccedere nequit.*
2 *Bona efficiuntur libera in ultimo hærede maſculo de linea, cum hac qualitate vocata.*
3 *Fæminæ à maſculo deſcendentes, dicuntur eſſe in linea maſculina, cujus ſunt finis.*
4 *Licèt poſſint eſſe principium alterius lineæ.*
5 *Præſertim ſi teſtator à fæminis non abhorruit.*
6 *Et fortiùs veniunt in linea maſculina in concurſu cum extraneo.*
7 *Limitatur ſi vocati fuerunt filii primogeniti maſculi, ex linea maſculina.*
8 *Declaratur, fæminas intelligi vocatas; ſi ſint vocati ſimpliciter deſcendentes de linea maſculina: nec contrariæ conjecturæ concurrant.*
9 *Fæminæ, quando nulla concurrant verba communia, quæ ad illas referri poſſint; neque in ſubſidium ad fideicommiſſum maſculinum cenſentur vocatæ.*
10 *Extraneus non capit bona ex judicio teſtatoris: ſed ab ultimo maſculo, penès quem bona libera remanſerunt.*
11 *Teſtator, quando quod voluit expreſſit, ſequitur, quod noluit id, quod non expreſſit.*
12 *Argumentum à diſcretiva excludit non expreſſa.*
13 *Omiſſio maſculinitatis in codicillis nequit variare fideicommiſſum, expreſsè in teſtamento pro maſculis tantùm ordinatum.*
14 *Mutatio voluntatis teſtatoris in codicillis, oculis corporeis debet dignoſci.*
15 *Et conciliandа eſt cum teſtamento: adeout ſecunda diſpoſitio primæ non contradicat.*
16 *Referentis, & relati par debet eſſe judicium* & n. 18
17 *Præſervativa appoſita inter hæredes gravatos potiùs confirmat, quàm deſtruat fideicommiſſum*, & n. 18.
19 *Repugnantia manifeſta omninò debet excludi.*
20 *Jus ſuccedendi, ex concordia inter gravatos inita, non cenſetur innovatum.*
21 *Tranſactio habet vires litis finitæ, & rei judicatæ.*

Digitized by Google

22 *Renunciatio facta fraternis hæreditatibus, impedit ſucceſſionem in illis ab inteſtato.*
23 *Cauſa inteſtati ceſſat ex teſtamento.*
24 *Conjecturæ, quæ aſſiſtunt veritati teſtamenti ſemper prævalet contrariis.*
25 *Obſervantia præſertim proxima teſtamento ejuſdem falſitatem excludit.*
26 *Legalitas teſtatoris, & hæredum, facit præſumere teſtamentum validum.*
27 *Et idem facit legalitas notarii.*

DECISIO XXXVII.

AD ſucceſſionem bonorum Cæſaris, & Horatii, ac etiam R. P. D. Petri de Alberinis, aſpirantibus venerabili monaſterio, & Monialibus Sanctiſſimæ Purificationis de Urbe, ex perſonis Sororum Mariæ Cæleſtis, & Mariæ Seraphinæ, de eadem familia, motâque lite contra R. P. D. Horatium Alberinum, eorumdem bonorum poſſeſſorem: cauſâ mihi commiſsâ, dubium de ordine S. Rotæ propoſui -- *An, & ſuper quibus bonis ſit danda immiſſio* -- ſuper quo Domini de more conſulti, *negativè in omnibus* reſponderunt.

Et quidem quoad bona Cæſaris, Domini, pro fundamento reſolutionis, ponderabant, quod cùm iſte, in caſu obitus quandocumque Pauli de Alberinis fratris patruelis hæredis inſtituti, ſubſtituerit ejus filium primogenitum maſculum legitimum, & naturalem, omneſque primogenitos per lineam maſculinam ab eo deſcendentes. Et, conſiderato ulteriùs caſu, quo idem Paulus hæres inſtitutus, ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus decederet; tunc; & eo caſu ſubſtituerit (ſunt verba teſtamenti) -- *Unam de mearum ſororum germanarum filiabus; eam videlicet, quæ tunc temporis nupta reperietur, vel primò nupſerit cum uno ex filiis D. Joannis Baptiſtæ de Alberinis, quondam D. Marcelli filii; & huic ſubſtitutæ cùm deceſſerit, iterùm ſubſtituo filium ipſius primogenitum maſculum, ex eodem matrimonio naſciturum &c.; huicque primogenito ſubſtituo in infinitum omnes primogenitos maſculos, ex linea maſculina ipſius deſcendentes.* -- Utique ſicuti defecta linea Pauli abſque filiis defuncti, fideicommiſſum purificatum remanſit favore lineæ Joannis Baptiſtæ, ejuſque deſcendentium maſculorum; ita conſequens eſt, ut admitti nequeant ad ſucceſſionem fæminæ, in quibus deficit qualitas maſculinita-
1 tis, & deſcendentiæ ex linea maſculina, à teſtatore requiſita; ut firmant *Altogradus conſ. 80. n. 91. & 92. lib. 2., Rota coram Buratto dec. 272. n. 15., & dec. 454. n. 2., & in Romana, ſeu Florentina fideicommiſſi 1. Junii 1682. §. ſcilicet, coram Rm̃o Turonen., & 6. Martii 1684. §. quo ſuppoſito coram bo. me. Ronduino, & in Ferrarien. Bonorum 28. Junii 1686 §. Nec hæreditas coram Reverendiſſimo D. meo Decano; & in Romana donationis, ſeu primogenituræ de Aldobrandinis, 20. Junii 1687. §. Et quidem coram eodem, & in Bononien. ſucceſſionis 20. Februarii 1688. §. Non quidem, coram bo. me. Emerix.*

Sed bene in ultimo deſcendente maſculo ejuſdem lineæ, qualis fuit R. P. D. Petrus, Joannis Baptiſtæ nepos, bona effecta fuerunt
2 libera; & ſic tranſitoria ad quemcumque hæredem extraneum ab ipſi inſtitutum; ad *text. in l. Cùm pater. §. Libertus ff. de legat. 2., Altogradus dicto conſ. 80. num. 90., Rota coram Priolo dec. 344. n. 22., & in dicta Romana, ſeu Florentina fideicommiſſi. §. Sed bona, & in dicta Ferrarien. Bonorum. §. Atque ex his, & in dicta Romana donationis, ſeu primogenituræ de Aldobrandinis. §. Ex his in fine.*

Nec obſtare viſa fuit limitatio adducta per ſcribentes, pro monialibus, quod, ubi fæminæ à maſculo deſcendunt, dicantur eſſe
3 in linea maſculina, utpote illius finis; quam-
4 vis & ipſæ poſtea fieri poſſint principium alterius lineæ fæmininæ; præſertim, quando,
5 prout hìc, teſtator à fæminis non abhorruit: dum in caſu deficientiæ Pauli ejus hæredis, abſque filiis maſculis legitimis, & naturalibus, unam ex ſuis germanis ſororibus expreſsè ad ſucceſſionem invitavit; ut ex ver-
6 bis ſupra relatis; itaut ſaltem in concurſu cum extraneo, fæminæ, in ſubdium, ſub denominatione lineæ maſculinæ, admitti debeant.

Etenim, cùm in hypotheſi vocati ſemper fuerint filii primogeniti maſculi ex linea maſculina deſcendentes: nullo modo, & ex nulla interpretatione, illorum nomine venire
7 poſſunt fæminæ, quantumvis agnatæ, *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 38., & ſequen., Rovit. conſ. 16. ex n. 4. & ſeq. lib. 1., Andreolus contr. 344. n. 22., Rota coram Bichio dec. 493. n. 6., & in rec. dec. 95. n. 11. par. 11., & in Senogallien. fideicommiſſi 28. Ianuarii 1678. §. Non obſtante cum ſeq. coram Reverendiſſimo Bourlemont, & in dicta Romana ſeu Florentina fideicommiſſi coram Reverendiſſimo Turonen. §. Scilicet, & coram bo. me. Ronduino. §. Quo ſuppoſito in fine, & in dicta Ferrarien. bonorum d. §. Nec hæreditas, & in citata Romana donationis, ſeu primogenituræ de Aldobrandinis, §. Ex implicita, & in Anconita fideicommiſſi. 11. Maii 1696. §. Non enim, coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in Romana fideicommiſſi de Moronis 10. Maii 1697. §. Superfluam coram R. P. D. meo Pio.* Solùmque id forſan procedere poſſet, ubi vocati ſimpliciter eſſent deſcendentes per lineam de linea, vel ex linea maſculina; nec contrariæ demonſtrationes,
8 ſeu conjecturæ concurrerent; ut bene diſtinguit *Cardinalis de Luca de jurepatron. diſc. 30. n. 8. poſt med. verſ. Quinimò, Redenaſ. conſ. 30. n. 15. & ſeq. lib. 1., Giovagnolus conſ. 7. n. 41. lib. 1., Rodulphinus allegat. 111. num. 6.*

Ex iſta autem explicita maſculorum, & lineæ maſculinæ vocatione, inſubſiſtens viſa fuit ſubſidiaria fæminarum admiſſio; maximè cùm nulla concurrant verba communia, quæ ſine repugnantia cæterarum partium, poſſint ad fæminas congruè referri; quo caſu invaluit opinio, per ſacram Rotam approbata; ut fæminæ, nec per poſterius cenſentur

Digitized by Google

9 tur vocatæ; ex defectu voluntatis fideicom-
mittentis, tametſi deficientibus maſculis,
bona ad extraneos hæreditario jure devol-
vantur; ut probant *Gabriel. conſ.132. n.54., & ſeq. lib.1., Altogradus conſ. 13. n. 35. & ſeq. lib.2., Rota coram Buratto, dec.213. n. 15., & ſeq., & dec,454. n.2., & in rec. dec. 203. n.7. & 8., & dec.432. n.4. & ſeq. par.2.: ubi n. 7.* reſpondendo ad abſurdum, quod
bona tranſeant in extraneum, excluſâ fœmi-
nâ agnatâ, inquit, extraneum non capere
10 bona ex judicio teſtatoris, ſed ab ultimo
maſculo, penès quem bona libera remanſe-
runt, & *in Ferrarien. bonorum 28. Iunii* 1686.
§. Et quamvis, & in dicta Romana donationis, ſeu primogenituræ de Aldobrandinis §. Tum denique, & in dicta Romana fideicommiſſi de Moronis §.2. in fine.

Et quamvis in eventum obitûs Pauli abſ-
que filiis maſculis, ſubſtituta per teſtatorem
fuerit una ex filiabus ſororum; id potiùs
contrariam præſefert voluntatem. Sicut enim
11 quando teſtator fœminam admittere voluit,
expreſsè vocavit; ita, dum poſtea de illis
ampliùs loquutus non fuit, excluſiſſe cenſe-
12 tur: ducto argumento à diſcretivo loquen-
di modo, de quo *Rota coram Ubag. dec. 17. n.29 & 30., & in rec. dec.176. n.17., & ſeq., & dec.328. n.10. par.17.*

Hujuſmodi autem voluntas, apertis verbis
in teſtamento reſtricta ad lineam ſolummo-
13 dò maſculinam, ampliata dici nequit ad fœ-
minas in codicillis per eumdem teſtatorem
conditis, in quibus mentem revolvendo ad
conditionalem filiæ ſubſtitutionem in teſta-
mento factam, nubendi ſcilicet viro ex linea
Joannis Baptiſtæ, in eventum obitûs Pauli
abſque filiis maſculis legitimis, & naturali-
bus; & forſan prævidens, quod dicto tem-
pore, vel filia non exiſteret, vel dictas nup-
tias recuſare poſſet cum aliquo ex deſcen-
dentibus ex linea dicti Joannis Baptiſtæ -- *E può eſſere, che in quel tempo, ò non ci ſia detta figlia, ò non voglia maritarſi con alcuno de' deſcendenti della linea del detto Signor Giovan Battiſta* -- Tali caſu ſubſtituit lineam maſcu-
linam dicti Joannis Baptiſtæ de primogenitis
in primogenitum, abſque adiectivo maſculi-
nitatis; ex cujus neglecta repetitione, ſcri-
bentes pro monialibus, voluntatis mutatio-
nem inferebant: illam etiam confoventes ex
proœmiali ratione in codicillis adducta -- *E perche con la mutatione de' tempi ſi muta anco opinione, volendo però aggiongere alcune coſe al detto teſtamento, & alcune diminuirle, & altre mutarle &c.*

Geminæ quippe ſatisfacere videbantur
reſponſiones; altera quod teſtator in codicil-
lis providere tantummodò voluit in caſu par-
ticulari, quo filiæ ſuarum ſororum non exi-
ſterent, vel nubere nollent, ſive non poſ-
ſent; nullamque expreſſit voluntatem varian-
di ſubſtitutionem deſcendentium Joannis Ba-
13 ptiſtæ: & ita, ſola omiſſio non repetitæ qua-
litatis maſculinæ in primogenitis, apta non
14 eſt ad inducendam mutationem, quæ oculis
corporeis dignoſci debet, eaque ſuppleri, ac
15 declarari ad normam teſtamenti; itaut po-
ſterior diſpoſitio priori non contradicat; ut
optimè firmatum fuit *in dicta Anconitana fideicommiſſi 11. Iunii 1696. §. Verùm, coram R.P.D. Tremoille.*

Altera, quod in dicta linea Joannis Bap-
tiſtæ, teſtator non ſolùm eaſdem perſonas in
teſtamento nominatas vocavit; ſed expreſ-
ſam habuit relationem ad illud -- *Di primogenito in primogenitum, conforme al detto te-*
16 *ſtamento* --, ex cujus natura par debet eſſe
judicium, ac ſi dictam qualitatem maſculini-
tatis, ex lege teſtamenti in primogenitis re-
quiſitam, litteraliter in codicillis repetiiſſet;
ut ad propoſitum reſpondit *Rota dec.95. n.25. par.11., & dec.274. n.8. par.12. rec., & in dicta Romana, ſeu Florentina fideicommiſſi coram bo. me. Rondinino §. Tum quia, & in Romana fideicommiſſi de Alborghettis 3. Decembris 1696. §. Purificatio verò, coram R. P. D. meo Scotto, confirmata 14. Iunii 1697. coram R.P.D. meo Muto.*

Minuſque talis alteratio inducta dici po-
teſt ex concordia inita de anno 1632. inter
Jacobum, & Tiberium filios Pauli primi hæ-
redis, necnon Horatium filium Joannis Bap-
tiſtæ ſubſtitutum. Quæſtio ſiquidem, quæ
cauſam dedit tranſactioni ſolùm promota
fuit ſuper continuatione, vel extinctione
fideicommiſſi: itaut licèt per illam diminu-
tum fuerit fideicommiſſum; non tamen alte-
rata, minuſque innovata fuit qualitas perſo-
narum, in eodem fideicommiſſo vocatarum:
dum, reſervando ſub illius vinculo caſale,
& domum, dictum fuit -- *Caſale autem, & domus prædicta reſervata, convenerunt quod ſub accaus, & ſubjacere debeant fideicommiſſo per D. Cæſarem facto, omnibuſque*
17 *vinculis in eo contentis &c.* -- ex qua potiùs
clara reſultat voluntas illud confirmandi; ut
ad propoſitum ſimplicis præſervativæ tradit
Rota coram Coccino dec.1916. n. 13., & ſeq., & in Senogallien. fideicommiſſi 12. Maii 1681. §. Stante præſertim coram bo. me. Rondinino, & in Romana immiſſionis 16. Iunii 1684. §. Clariùs intentio, coram eodem.

Nil relevante quod ex particulari conven-
tione ſtatutum fuerit, ut, deficiente linea
maſculina Pauli, fideicommiſſum compre-
hendere deberet lineam prædicti quondam
Joannis Baptiſtæ; ex qua ſimplici mentione
lineæ, non ſuperaddita qualitate maſculinita-
tis, novum conventionale fideicommiſſum,
fœminarum quoque incluſivum, conſtitutum
eſſe ſupponebatur. Hujuſmodi namque in-
telligentiæ nimis repugnare viſa fuit ſpecia-
lis præſervativa fideicommiſſi, per tranſigen-
tes emiſſa cum omnibus vinculis in eo con-
tentis; cum qua proindè, ſicut incompatibi-
lis eſt dicta immutatio in parte adò eſſentiali:
18 ita aſſerendum, vocationem lineæ intelligen-
dam eſſe cum iiſdem qualitatibus requiſitis
in teſtamento, ad quod fuit habita relatio;
ut latè firmavit *Rota in Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi 23. Ianuarii 1697., & 2. De-*

Digitized by Google

*cembris ejuſdem anni coram R. P. D. Tre-
moille.* Et recurrit regula, quod omnis ſu-
19 menda eſt interpretatio, per quam manife-
ſta repugnantia excludatur; ad *text. in l.
Non adeò verſ. Quod ſi purè, ubi gloſſa ff. de
condit. & demonſtr, Rota dec. 305. n. 11. part.
14. rec., & in Romana immiſſionis 16. Iunii
1684 § Quibus ſtantibus coram bo. me. Ron-
20 dinini*; potiſſimè, cum ex juris cenſura or-
do ſuccedendi nunquam ex talibus concor-
diis, innovatus præſumatur; ut ponderat *Ro-
ta in Senogallien. fideicommiſſorum 12. Maii
1681. §. Sed eadem recurrebat reſponſio, & in
Romana immiſſionis 11. Decembris 1682. §.
Subſiſtere autem, & 16. Iunii 1684. §. Hæc
tamen novatio, coram bo. me. Rondinino.*

Quo verò ad bona Horatii, Domini cen-
ſuerunt, obſtare monaſterio tranſactionem
initam de anno 1684, *ſum. R. P. D Horatii
n. 4.*; in qua illud pro omni eo, quod præfa-
tæ ſorores prætendere poſſent expreſsè in
21 bonis ejuſdem Horatii, recepit à R. P. D.
Petro Alberino certam pecuniarum ſum-
mam: undè reſultat exceptio litis finitæ, ac
rei judicatæ; quæ omnea præcedentes præ-
tenſiones extinguit; ad *text. in l. Non mino-
rem C. de Tranſact., Urceolus de Tranſact. q.
4. n. 51. & 53., Rota dec. 86 n. 2. 5. & 6. par.
6., & dec. 29. n. 6: par. 14. rec., & in Bono-
nien. bonorum 11. Decembris 1682 § Nulli-
tas, coram bo me. Emerix, & in Burgen. ju-
riſdictionis 17. Februarii 1667. §. Illud verò
coram Rmo Turonen.*

22 Eademque tranſactionis exceptio ſucceſ-
ſionem impedit ad bona R. P. D. Petri; cùm
in ea pariter comprehenſa ſit renunciatio
fraternis hæreditatibus: & tamen, eâ ſecu-
tâ, cum dictus R. P. D. Petrus teſtatus de-
ceſſerit; nil proindè prætendere poteſt mo-
naſterium ex perſonis dictarum ſororum,
tamquam ab inteſtato hæredum; quarum
23 cauſa ceſſat ex teſtamento; ut dictum fuit
*in Romana ſeu Veneta Immiſſionis 28. Iunii
1694. §. 1. coram Rmo D. meo Decano.*

Et, quamvis contra hujuſmodi teſtamen-
tum plures oppoſitæ fuerint falſitatis ſuſpi-
ciones per ſcribentes pro monialibus: atta-
men Domini, inhærentes regulæ; quod ubi
24 adſunt conjecturæ pro illius veritate, iſtæ
ſemper prævalere debeant; ut firmavit *Ro-
ta coram Pamphilio dec. 670. n. 10., & in Ro-
mana, ſeu Iannen. teſtamenti 9. Iunii 1671.
§. Libratis coram clar. me. Cardinali Mat-
theo*; animadvertebant, quod teſtamentum
fuit à teſtatore ſubſcriptum, adjectis etiam,
ultra ſubſcriptionem, pluribus verbis, ejus
voluntatem denotantibus; fuitque per ipſaſ-
met moniales approbatum, tranſigendo cum
R. P. D. Horatio, tamquam hærede; & qui-
dem de tempore magis proximo ſucceſſionis
25 ex qua obſervantia, quamcumque falſitatis
ſuſpicionem excludi, probant *Baldus conſ.
401. n. 9. lib. 5., Rota coram Celſo dec. 111. n. 9.
& in Romana manutentionis 15. Martii
1688. §. Idque potiori, coram Rmo Turonen.,
& in Romana Cambiorum 2. Maii 1695. §.
Tollitur etiam falſitas coram bo. me Emerix*;
26 attenta inſuper qualitate perſonarum hære-
dis, & patris ejuſdem, quam ad propoſitum,
conſiderat *Rota in Romana teſtamenti 16.
Iunii 1692. §. Et denique, confirmata 20. Fe-
27 bruarii 1693. coram bo. me. Emerix*; ac etiam
legalitate notarii, quam pariter obſervat
Rota in dicta dec. ſub eod. §. Et denique. Et
his omnibus ponderatis, *in Peruſina fidei-
commiſſi 5. Aprilis 1680. §. Et ulterius uſque
ad finem coram bo. me. Emerix.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA INVENTARII.

Lunæ 2. Iunii 1698.

ARGUMENTUM.

Inventarium confectum, non ſervatis formalitatibus ex certa cauſa conventis, & ſcienter non integrum, eſt nullum, nec poteſt ſuppleri: & late, quæ veniant deſcribenda.

SUMMARIUM.

1 *Deſcriptio in inventario non eſt ſolemnis, ſi ſit contra formam conventam.*

2 *Adnotatio non inſerta in inſtrumento, ſubjacet periculo amiſſionis.*

3 *Formalitates ex certa cauſa requiſitæ, & conventæ, ſuppleri non poſſunt per æquipollens.*

4 *Inventarium, ut ſit legitimè confectum, debet continere omnia bona, jura, & actiones hæreditarias.*

5 *Omiſſiones involuntariæ in inventario poſſunt ſuppleri.*

6 *Capitula matrimonialia attendi debent præciſivè ab inſtrumento.*

7 *Incerta, & impersonalia ſunt reducenda ad naturam contractus.*

8 *Vir eſt legalis adminiſtrator bonorum uxoris.*

9 *Et de iis rationem reddere tenetur.*

10 *Et conficere inventarium.*

11 *Inventarium conficere tenentur omnes, quibus incumbit onus redditionis rationis.*

12 *Aſſumens onus conficiendi inventarium, illo de cujus bonis agitur non interveniente, non poteſt omittere integralem eorumdem deſcriptionem.*

13 *Nomina debitorum non ſunt de jure in inventario deſcribenda.*

14 *Bona litigioſa connumerantur inter jura, & actiones: & ideò in inventario cum ſuis qualitatibus ſunt deſcribenda.*

15 *Nomina debitorum non poſſunt in inventario omitti, quando de iis ſpecifica habetur notitia.*

16 *Adminiſtrator poteſt pro ſua indemnitate declarare in inventario qualitates ſibi notas.*

17 *Facultas ab adminiſtratore reſervata addendi in inventario, illud ſalvat à vitio nullitatis.*

18 *Diffi-*

18 *Difficultas exactionis tunc ſolùm conſideratur, quando circa eam petitur reſtitutio.*
19 *Omiſſio deſcriptionis ex difficultate exactionum, non ſalvat inventarium à vitio nullitatis.*
20 *Superadditio in inventaria excuſat à dolo, non à negligentia.*
21 *In inventario negligentia eſt omninò vitanda.*
22 *Tutor omittens in inventario deſcriptionem gregis, licèt inveſtiat ad commodum pupillorum pretium ex illius venditione retractum; eſt in culpa.*
23 *Et ob id poteſt removeri.*
24 *Reſervatio addendi, & minuendi in inventario, ſolùm operatur juſta concurrente ignorantia.*

DECISIO XXXVIII.

MArchioniſſa Petronilla, prævià diſpenſatione ſuper ætatis defectu à ſa. me. Clemente X. conceſsâ, ſpopondit anno 1673., ſe matrimonium contracturam cum Marchione Franciſco de Maximis; eique in dotem aſſignavit, *tutti, ſingoli, e qualſivoglia beni ſtabili, e mobili, luoghi de' monti, nomi de' debitori, attioni, e ragioni preſenti, e future di qualunque ſorte, e valore; & eſiſtenti in qualunque luogo, & ad eſſa ſpettanti &c.; benche richiedeſſero più ſpeciale, & individua mentione, ſenza eſcluder coſ'alcuna; eccetto quello, che ſi dirà à baſſo.* Inferiùs autem declaravit, in generali aſſignatione, comprehenſa non eſſe caſtra in Regno Neapolis, nec bona allodialia, quæ ex conſtitutionibus, ac pragmatica dicti Regni, in dotem tradi prohiberentur; pacto tamen adjecto, quod, ſi unquam regius aſſenſus, ac beneplacitum ſuperveniſſet, eo caſu illa in dotem data cenſerentur. Ac demum indefinitè convenit, *che di tutti li detti beni ſtabili e mobili &c., compreſi nella preſente dote, ſe ne habbia da fare inventario, ò deſcrizzione più eſatta, che ſia poſſibile, da inſerirſi nell' iſtromento dotale &c.: e ſe in qualunque tempo ſi trovaſſe qualche coſa non notata in tal inventario, o deſcrizzione, ſi habbia da notare, et oggiungere di nuovo; acciò ſia ſempre chiaro, quanto la detta Signora Petronilla hà*: ut latiùs in capitulis matrimonialibus *ſum. Marchioniſſæ impreſſo n.2. litt. A. & B.*

Ad normam hujuſmodi capitulorum, ſtipulato paulò poſt inſtrumento, & adhuc inventario non facto, repetita in illo fuit obligatio quantò citiùs conficiendi; *d. n.2. litt. R.* Succeſſivè matrimonio ſequuto, Marchio Franciſcus locorum montium, aliorumque dotalium bonorũ poſſeſſionem apprehendit; ac pro conſequutione bonorum, in Regno Neapolis exiſtentium, inſtructo judicio contra uxoris pupillæ tutorem, petiit etiam redditionem rationis, & obtinuit, fructus eorumdem bonorum poni ſub ſequeſtro, ſub quo, ab anno 1674. adhuc reperiuntur; extera vero bona liberè adminiſtravit.

Cùm autem progreſſu temporis, plures ortæ fuerint inter conjuges controverſiæ; quarum altera ſuper confectione inventarii, quam à viro, ad formam capitulorum, Marchioniſſa poſtulabat: & quoad iſtam, R. P. D. Sperellus Judex ab A. C. deputatus -- *ſine præjudicio jurium ambarum Partium, facto per D. Marchionem inventario bonorum, ſibi in dotem aſſignatorum, in reliquis declaraverit, per ipſam non ſtetiſſe, neque ſtare quominùs inventarium integrè conficiatur.* -- Hinc Marchio, citatâ uxore pro diebus, & hora certis; nemine pro ea comparente, proceſſit ad bonorum dotalium deſcripſionem, eâque deinde judicialiter exhibitâ, ſententiam retulit, rejicientem exceptiones per Marchioniſſam contra dictum inventarium oppoſitas: ſed, appellatione interpoſitâ, mihique delegatâ, quæſivi à Dominis, *an inventarium ſit legitimè confectum.* Et *negativam* habui reſolutionem.

Conſtitit enim, deſcriptionem à Marchione exaratam, fuiſſe minùs ſolemnem, ac mi-
5 nùs integram. Minùs ſolemnem, ex quo, juxta conventionem in capitulis initam, ac in inſtrumento dotali repetitam, illa erat eidem inſtrumento alliganda, ut quovis futuro tempore uxoris patrimonium innoteſce-
2 ret. Quamobrem, ſicut informis adnotatio, in inſtrumento non inſerta; ſed penès acta diverſi prorsùs notarii producta, facili ſubjacet amiſſionis periculo: ita ſupplere non
3 valuit formalitatem à Partibus ex certa cauſa requiſitam, & ex pacto conventam; ut in proximis terminis notat *Adden. ad Romanum conſ.23. ſub litt. D.* idemque *Romanus conſ.77. n.4.*

Viſa etiam fuit minùs integra deſcriptio; tum quia fuerunt ſolùm adnotata loca 662. montium, quando, juxta relationem Periti, (à me dum eſſem A.C. Locumtenens electi) illorum numerus aſcendit ad 665. 33/106 *d. ſum. impreſſo Marchioniſſæ n.1.* tum quia omiſſa fuit deſcriptio bonorum allodialium, in Regno Neapolis exiſtentium; quorum notabilis quantitas reſultat ex inventario univerſæ hæreditatis paternæ facto per tutorem Marchioniſſæ, de quo in ejus *ſum. particulari n.1.*; tum demum, quia nulla fuit habita mentio nominum debitorum, conſtantium ſummam ducatorum 77000, inter quæ ducata 28000. in cenſibus conſiſtebant; ut in *dicto ſum. n.1.* Et tamen certum eſt, quod, ut inventarium dicatur legitimè confectum, re-
4 quiritur exacta, & fidelis adnotatio, nedùm bonorum, ſed jurium, & actionum; quorum probationes in hæreditate reperiuntur: *Angel. in l. finali n 20. C. de jur. deliber., Montan. de offic. tutor. & curat. cap.32. regul.5. n.79.*

Hujuſmodi autem ſubſtantiales defectus evitari non videbantur ex generali reſponſione, quod debuiſſet Marchioniſſa deſcriptionis actui per ſe, vel alium, intereſſe ad ſatisfaciendum oneri, quod ſibi erat cum marito commune; & ſic involuntarias omiſſio-
7 nes, quæ modò redarguuntur ſupplere potuiſſet:

ſet: ſiquidem talis obligatio, reſpectu Mar-
6 chioniſſæ non videbatur in capitulis contine-
ri: quæ unicè, præciſivè etiam ab inſtrumen-
to, attendi debent; *Add. ad Ludoviſ. dec.*
168. n.8., *Rota coram Pænia, dec.1237. n.18.*
& 19, *in rec. dec.34. n.28, & 29. par.12.*, *&*
dec.135. n.17. cum ſeqq. par.14. Licèt enim
inventarii confectio in illis concepta legatur
per verba imperſonalia, & incerta -- *Sen'*
habbia da fare inventario &c : attamen im-
perſonalitatem hujuſmodi, ac incertitudi-
7 nem reducendo ad ſubiectam materiam, &
naturam contractus, juxta monitum *Baldi*
conſ.330. n.2. circa med. lib.3., quod refert
Rota coram Ludoviſio, dec. 511. n.4. & 5.,
clarè patet, onus inventarii directum eſſe ad
perſonam Marchionis; qui, ſicut ex natura
8 contractùs, tamquam legalis adminiſtrator
9 bonorum uxoris, ad redditionem rationis,
erat adſtrictus: ita etiam ſubire tenebatur
10 onus inventarii; quo de jure gravantur om-
11 nes, quibus redditio rationum incumbit;
ad *text in l. Cùm oportet §. Non autem C.*
de Bon quæ liber., *Guttier. de Tutel. par 2.*
cap.2. n.5., *Muuoz. de ratiociu cap.9. n.14.*
Cancerius Var. reſol. part. 3. cap 2. num.1.
Et tamen, quatenùs per hypotheſim, inven-
tarii compilatio ad Marchioniſſam etiam per-
12 tinuiſſet; non ideò, ea negligente, potuiſſet
Marchio, tale onus aſſumens ad libitum bona
deſcribere, ac reſpectivè omittere in præju-
dicium uxoris; cujus tantùm intuitu exacta
deſcriptio fuit in capitulis, ac inſtrumento
conventa, ad *text. in l. Cùm à ſocero 7. C. de*
jur. dot., *Rota coram Merlino dec. 515. n.4.*
& 5., *in rec. dec.76. n 10. par.17.*

Minus prodeſſe valuit particularis reſpon-
ſio, ſub qua oppoſitas omiſſiones excuſare
ſupponebant ſcribentes pro Marchione: quod
ſcilicet bona in Regno Neapolis, eatenùs
13 omiſſa fuerint, quatenùs litibus involuta re-
periuntur; nomina verò debitorum, non eſ-
ſent de jure deſcribenda. Siquidem reſpectu
bonorum, placuit animadverſio, quod illo-
rum fructus, poſt obtentum regium aſſenſum,
manent adhuc ſub ſequeſtro; ſub quo ad in-
ſtantiam Marchionis, uſque ab anno 1674.
14 poſita fuerunt: itaut illa, quamvis litigioſa,
poſſent ſaltem inter jura, & actiones, citra
dubium adſcribi; & conſequenter in inven-
tario, cum ſua qualitate adnotari; ut, præ-
ter authoritates ſuperius allegatas in §. *Con-*
ſtitit., in fine probat *Tuſcus in Repertor.*
concluſ. jur. litt. I. concl.344. n.31. Debito-
rum autem nomina, quidquid ſit an indiſtin-
ctè debeant in inventario deſcribi; hoc unum
certum eſt, quod, cùm Marchio, occaſione
litis motæ contra Paulinum Marchioniſſæ pa-
truum, & tutorem, ſuper redditione ratio-
15 nis, ſpecificam haberet illorum notitiam ex
libris ejus procuratori traditis, ut *in ſum. par-*
ticulari Marchioniſſæ n.1. & 2.: prout de facto
idem procurator plures ex debitoribus in ju-
dicium vocavit; *&* ad ſolutionem compelli
obtinuit; *d. ſum. n.7.*: eadem propterea in
deſcriptione omittere non poterat; ut in ſpe-
cie firmat *Gratianus diſcept. for. cap. 532.*
16 *n.16.*, licèt, propriæ indemnitati conſulen-
do, potuiſſet eodem tempore, illorum qua-
litates ſibi notas declarare.

Abſque eo quod ſuffragaretur reſponſio,
quod nihil unquam ex eis fuerit exactum;
quodque ſatis uxori conſuluerit Marchio,
17 reſervando ſibi addendi facultatem, Mar-
chioniſſæ quoque conceſſam in ſententia R.
P. D. Sperelli; cujus vigore, quoties credita
fuiſſent exacta, potuiſſent inventario ſuper-
addi. Quo enim ad exactionis difficultatem,
ponderabant Domini, eam, quatenùs veri-
18 ficetur, tunc ſolum conſiderandam, quan-
do uxor virum ad integræ dotis reſtitutio-
19 nem teneri contenderet; excludere tamen
non poſſe defectus ex omiſſa deſcriptione
20 reſultantes; dum ſuperadditio, quæ poſt
ſequutam exactionem fieret, excuſaret qui-
21 dem a dolo, non autem à negligentia, om-
22 ninò vitanda, ut in ſortiotibus terminis de
tutore, qui gregem in inventario non deſcrip-
ſerat; licet poſtea, illo vendito, pretium ad
pupillorum creditum depoſuiſſet; quod di-
23 catur eſſe in culpa, & negligentia, ob quam
removeri potuit; deciſum legimus in *dec.336.*
n 4. & 5. coram Ubaldo, ubi etiam *n.15.* re-
jicitur excuſatio ignorantiæ; eo quia ex offi-
cio teneretur inquirere, ac in inventario de-
ſcribere.

Reſervatio verò facultatis addendi, poſi-
tâ certâ ſcientiâ Marchionis ſuperiùs com-
24 probatâ, redditur inefficax, cùm illa ſolùm
operetur, quotièsjuſta concurrit ignorantia;
Bartolus in l.1., *§. Iterum n.4. ff. de offic.*
Præf. Urb., *Hondedus conſ. 34. n.41. lib.1.*,
Gratianus diſcept. for. dicto cap.532. n. 12.,
Surdus dec.216. n.2., *Rota coram Cerro, dec.*
919. n.3. & ſeqq.

Et ita. utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 2. Iunii 1698.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 27. quæ hìc confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Dictio* -- ejus -- *eſt perſonaliſſima, & demon-*
ſtrat ad oculum perſonas expreſſas.
2 *Nomine filiarum veniunt deſcendentes, ſi ſit*
adjecta dictio -- in perpetuum.
3 *Secùs, ſi illa dictio adjecta non ſit perſonis, ſed*
modo ſuccedendi, & diſtributioni temporis.
4 *Vocatio filiorum naſciturorum facit, quod*
teſtator reſpectum habuerit ad tempus fu-
turum.
5 *Subſtitutio filiorum naſciturorum ex deſi-*
gnata perſona, vocat tantùm ejuſdem fu-
turos filios, non verò deſcendentes.
6 *Dictio* -- ejus -- *eſt reſtrictiva de ſui natura,*
& eo magis, ſi à ſequentibus teſtamenti idem
colligitur, & n.7.
8 *Dictio* -- ejus -- *ſtat demonſtrativè, quando*
adſunt verba tractum temporis impor-
tantia,

tantia: ſecùs quando ante dictionem ejus, *vel ob* ipſo, *adeſt nomen patris, aut matris; quia tunc extenſionem non patiuntur.*

10 *Declaratur* deciſ.460. *coram* Merlin.

11 *Sub nomine filiorum legitimoram, & naturalium filiæ, teſtator præſumitur vocaſſe ulteriores deſcendentes: ne ſupponatur cogitaſſe de illius inhoneſtate.*

12 *Iſta conjectura non militat in teſtatore idiota.*

13 *Diſpoſitio teſtatoris idiotæ, non eſt cum juris ſubtilitatibus examinanda.*

14 *In teſtamento idioti liberorum appellatione non veniunt nepotes.*

15 *Verba* legitimi, & naturali *de ſtylo notariorum appoſita cenſentur.*

16 *Clauſulæ* -- vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, *ne ſuperfluæ remaneant, nomine filiorum veniunt deſcendentes.*

17 *Secùs quando ineptè appoſitæ cognoſcuntur.*

18 *Clauſula* -- pupillariter -- *eſt inepta in teſtamento avi materni.*

19 *Et appoſita cenſetur de ſtylo notariorum.*

20 *Dictio* -- eoſdem -- *eſt de ſui natura repetitiva qualitatum ſuperius expreſſarum.*

21 *Pater prole maſculina carens aliquando ſe ſtipitem conſtituit familiæ, in qua filiam nupſit.*

22 *Et tunc maſculi ex aliena familia non poſſunt excludere maſculos à filia deſcendentes.*

DECISIO XXXIX.

COnceſsâ fratribus de Georgiis novâ audientiâ adversùs deciſionem *coram me editam* 10. *Januarii præteriti*, hodie illius fundamenta novo examini propoſui: contra quæ, licèt à ſcribentibus plura deducerentur argumenta; adhuc tamen Dominos removere non potuerunt, quin reſponderint: ſtandum eſſe *in deciſis*.

Iterùm enim Domini convenerunt in ſententia, quod teſtator in mente ſolùm habuerit inſtitutionem fideicommiſſi maſculini, favore maſculorum ex maſculis; & ſic cum reduplicativa qualitate maſculinitatis, tàm in generante, quàm in generato: iſtamque voluntatem, abſque ulla verborum violentia (quam fieri verbis teſtamenti perperam aſſerebatur) deſumebant ex contextu diſpoſitionis, in qua teſtator, poſt inſtitutam univerſalem hæredem Catharinam unicam filiam, voluit, quod -- *In perpetuum vulgariter, & per fideicommiſſum ſuccedere debeant ejus filii maſculi* -- Huc uſque certum eſt, quod nulla in parte teſtamenti comprehenduntur maſculi ex fœminis: dum vocatio reſtricta legitur ad filios Catharinæ, per illam
1 dictionem *ejus*, quæ tamquam perſonaliſſima demonſtrat ad oculum perſonas expreſſas; ſolùmque adaptabilis eſt Catharinæ immediatæ parenti; *Rolandus à Valle conſ.*97. *n.*20. *cum ſeqq. lib.*4., *Cyriacus contr.* 522. *n.*8. *cum aliis relatis in præterita deciſione* §. *corruit.*

Veritatem hujus concluſionis non impugnabant in abſtracto ſcribentes pro Georgeis: illius tamen efficaciam declinare putabant ex eo, quod filii Catharinæ, vocati fue-
2 rint cum dictione *In perpetuum*, tractum ſucceſſivum præſeferente; adeout appellatione filiorum, nedùm filii primi gradûs, ſed etiam ulteriores deſcendentes dici debeant compræhenſi. At objectum ceſſare videbatur, ponderando quod dictio *In perpetuum* non legitur appoſita correſpectivè ad filios: quorum ſucceſſio perpetua eſſe debeat; quo caſu. appellatione filiorum venirent etiam nepotes; ſed ſtat correſpectivè ad modum ſuccedendi, & diſtributionem temporis, referibilem ad obitum Catharinæ: ideoque cùm
3 perpetuitas, volita non ſit reſpectu perſonarum, ſuccedere debentium, apta non eſt ad inducendam nepotum vocationem, ſub ſimplici filiorum appellatione; ut reſpondit *Rota coram Celſo dec.*34. *n.*11.

Ejuſdem irrelevantiæ viſa fuit animadverſio; quod teſtator vocaverit, nedùm filios na-
4 tos, ſed etiam naſcituros; & ſic reſpectum habuerit ad tempus futurum. Recurrit enim eadem reſponſio: quod conſiderati fuerunt naſcituri ex ipſa Catharina: dùm vocatio naſciturorum qualificatur à præfata dictione
5 *Ejus*; ideoque fideicommiſſum ultra perſonas filiorum Catharinæ, qui etiam poſt conditum teſtamentum orti fuiſſent, non valet extendere: *Socinus ſen. conſ.*104. *in princ. & n.*1. *lib.*3., *Riminaldus jun. conſ.*173.*n.*8., *Cyriacus contr.*522. *n.*36. *& ſeqq.*, ubi vocat hanc certiſſimam conjecturam: *Rota coram Millino dec.* 378. *n.* 3., *in rec. dec.*507.*n.*10. *par.*2., *& dec.*505. *n.*28. *par.*4. *tom.*3., & optimè *in Vercellen. Prætenſæ immiſſionis* 17. *Februarii currentis anni* §. *Neque plus valuit coram R.P.D. meo Muto*; comprobatque *deciſio, quæ confirmatur* §. *Non attenta.* Quodque reverà teſtator, appellatione filiorum naſciturorum complecti noluerit omnes deſcendentes; ſed ſolùm eos, qui ortum immediatè ducerent à Catharina: ultra
6 prædictam reſtrictivam dictionem *Ejus*, ſuadet altera poſita in parte conditionali, in qua fœminæ fuerunt ſubſtitutæ; ibi -- *In eventum, in quo dicti maſculi nati, & naſcituri ex dicta Catharina decederent ſine filiis &c.* -- Illa enim verba -- *Naſcituri ex dicta Catharina*, clarè denotant, quod dictio *Ejus* in
7 parte diſpoſitiva erat appoſita etiam qualicativè ad filios naſcituros; & ſic reſtrictivè ad Catharinam, uti cauſam immediatam; ut præter authoritates cumulatas in præcedenti *deciſione dicto* §. *Corruit*, firmavit *Rota dec.* 118. *n.*11. *par.*17. *recen.*

Atque hinc inapplicabiles videbantur authoritates allegatæ ad probandum, quod ta-
8 les dictiones .. licèt de ſui natura perſonaliſſimæ deſtruantur ex verbis, tractum ſucceſſivum importantibus, ac dicantur ſtare demonſtrativè. Procedunt enim, quoties vocatio dirigitur ad filios alicujus certo nomine, ſimpliciter nuncupati: ſecùs autem quando,
9 ultra nomen patris, vel matris, concurrunt verba

Digitized by Google

verba *Ejus*, vel *Ab ipſo*: quia tunc perſona-
litas eſt adeò reſtricta; ut extenſionem mi-
nimè patiatur; prout diſtinguendo, & con-
traria conciliando, reſpondit *Rota dec.*304.
*n.*8. *&* 9. *par.*19. *recen.*

10 Neque huic intelligentiæ adverſatur *deci-
ſio* 460. *n* 15. *coram Merlino*, tamquam pun-
tualis adducta ad probandum, quòd quotiès
adſunt verba *In perpetuum* t fideicommiſſum
extendatur ad omnes deſcendentes: tametſi
vocati fuerint filii cum dictione *Ejus*.. Tum
quia in illa, nulla capta fuit reſolutio ſuper
exiſtentia fideicommiſſi; ut patet ex *n.* 19.
poſt medium; tum quia, etiamſi in caſu dictæ
deciſionis, S. Rota pro extenſione fideicom-
miſſi reſpondiſſet; non indè recta fieret illa-
tio ad hypoth ſim: dum in illa vocati erant
filii · *Ex ipſis Scipione, & Camilla procrean-
di in perpetuum* -- adeòut hæc dictio ſtaret
qualificativè ad filios: quod ſecùs eſt in hy-
potheſi, in qua modum ſuccedendi qualifi-
cat; juxta prænotata in §. *veritatem.*

Minùs urgebat tertia ponderatio, quod
cùm teſtator vocaverit maſculos legitimos,
& naturales; & conſequenter ſpurios exclu-
ſerit; neceſſariò reſpectum habuerit ad ulte-
riores Catharinæ deſcendentes, inter quos
aliquis ex naturalibus procrearetur: nam
11 aliàs, ſuppoſito quod intellexiſſet de filiis
immediatis Catharinæ; dicendum foret ip-
ſum cogitaſſe. quod ejus filia honeſtatis im-
memor potuiſſet ſpurios procreare; quod,
tamquam pudicitiæ contrarium, dici non
12 debet: ſiquidem ad objecti remotionem
animadvertebant Domini, teſtatorem idiotam
fuiſſe, ac legum prorsùs ignarum; ejuſque pro-
13 pterea diſpoſitionem, non eſſe cum juris ſub-
tilitatibus examinandam; ut inquit *Menoch.
conſ.*215. *n* 59 *&* 60., & latiùs *conſ.*328 *n* 24.
14 *&* 25., ubi, quod in teſtamento ſimilium
perſonarum nec veniunt nepotes appellatio-
ne liberorum: *Roſa conſult.*42. *n.*26.: dicta-
15 que verba fuiſſe potiùs de ſtylo notariorum
appoſita; ut reſpondit *Rota dec.*160. *n.*17.
*par.*10 *recen.*

Nullius denique momenti videbatur ar-
gumentum ductum ex eo, quod filii Cathari-
næ vocati eſſent cum clauſula *Vulgariter,
pupillariter, & per fideicommiſſum*; ideoque
ſicut Catharina filios jam habens, decedere
non poterat in pupillari ætate; ita ne dicta
clauſula ſuperflua remaneat; dicendum ve-
16 niat: appellatione filiorum comprehenſos
etiam fuiſſe ulteriores deſcendentes, qui
dumtaxat ſuccedere poterant filiis, vel ne-
potibus, in pupillari ætate obeuntibus. Illam
17 enim inepte appoſitam fuiſſe, in præſenti
patebat, animadvertendo, quod ſi ea referri
velit ad filios Catharinæ, teſtatoria reſpe-
18 ctivè nepotes; nullo modo verificari poteſt:
cùm illi non eſſent in avi materni poteſtate:
ideòque recurrit eadem reſponſio: quod
19 fuerit ex notariorum conſuetudine appoſi-
ta; ut ex ipſiſmet rationibus.

Ex his autem poſito, quod vocatio filio-
rum maſculorum Catharinæ, in prima teſta-
menti parte contenta, non progrediatur ul-
tra illius filios immediatos; ac proinde fra-
tres de Georgiis minime comprehendat: con-
ſequens eſt, quod illi nullatenùs includi poſ-
ſint in altera parte, in qua *teſtator eoſdem fi-
lios, & filios filiorum maſculos ad invicem
ſubſtituit*: dum per hæc verba, indicavit, ſe
ad ſucceſſionem invitare maſculos ex maſcu-
20 lis; ſtante illa dictione *Eoſdem*, de ſui natu-
ra repetitiva qualitatum ſuperiùs expreſſa-
rum; *Grat. conſ.*21. *n*,26. *lib.*1., *Curtius jun.
conſ.*115. *n.*21., *Torr. de primog. tom.*2. *q.*36.
*n.*21.

Taliſque voluntas certior fiebat apud Do-
minos ponderando, quod teſtator carens pro-
le maſculina, totum patris amorem vertit er-
ga familiam Bragonam, ratione propriæ filiæ,
21 quæ in illa nupſerat; ſeque, filiâ mediante,
conſtituit quaſi ſtipitem familiæ Bragonæ:
ideòque, ſicut videtur agnationem quodam-
modò viri propriæ filiæ, tamquam ſuam con-
ſideraſſe; ut plerumque contingit ex animad-
ſis per *Card. de Luca de fideicomm. diſc.* 26.
22 *n.*6.: ita repugnat, quod filii de aliena fami-
lia, quales ſunt Georgii; admitti debeant ad
ſucceſſionem, maſculis ex filia deſcendenti-
bus deſtinatam; *Grat. conſ.*120. *n.*32. *& ſeqq.
lib.*2., *Fuſar. de ſubſtit. q.*404. *n.*21., & pro-
bat *præterita deciſio*, §. *Hujuſmodi verò*; ad
quam in reliquis relativè ſe habuerunt Do-
mini. Utrâque &c.

FIRMANA PRÆDII DELLA PARAPINA.

Veneris 6. *Iunii* 1698.

ARGUMENTUM.

Conjecturæ ex quibus reciproca linealis, & bo-
norum identitas probetur, latè examinan-
tur.

Confirmatur infra deciſ.101. & 136. juxta
modos, qui in utraque diverſificant.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata promanat ex omiſſa intra decen-
dium appellatione.*

2 *Injuſtitia aperit viam reſtitutioni in inte-
grum.*

3 *Reciproca linealis intelligitur ordinata inter
filios, quando teſtator vetuit tranſitum bo-
norum in extraneos, & in portione unius,
vocavit alios.*

4 *Et quando voluit, in ejus bonis nullum alium
ſuccedere poſſe, quam ejus hæredes, & ab
eis deſcendentes.*

5 *Quando ex ſimplici fideicommiſſo conſervari
non poſſunt ſecundùm voluntatem teſtato-
ris cuncta bona inter filios vocatos, inducta
cenſetur reciproca linealis.*

6 *Perpetua bonorum conſervatio in familia
agnatorum, & deſcendentium, nullo modo
verificari poteſt ſine reciproca lineali.*

7 *Et proindè neceſſariò reciproca linealis indu-
cta cenſetur.*

8 *Probi-*

8 *Probibitio alienationis, & conſervatio bonorum in agnatione, cum ſtant acceſſoriè ad primos hæredes, fideicommiſſum reciprocum ultra illos non extendant.*

9 *Dictio*--itaut-*quando ſtet declarativè, quandoque augmentativè.*

10 *Dictio*--itaut--*quando ſtat augmentativè reſtringere non poteſt diſpoſitionem in ſucceſſiva teſtamenti parte contentam.*

11 *Conjecturæ in facto, quibus probetur identitas.*

12 *Plura petia terrarum unita poſſunt cadere ſub alio generali vocabulo, cuncta complectenti.*

13 *Bona poſſeſſa ab hærede gravato, ſi à fideicommittente acquiſita fuerunt, à fideicommiſſo proveniunt.*

14 *Enunciativæ in antiquiſſimis probant identitatem.*

15 *Immò ſola generalis demonſtratio prædii.*

16 *Etiam ſi antiqua confinia diſcreparent à modernis.*

17 *Concordatio confinium in prædiis acquiſitis à fideicommittente, cum cataſtro in faciem primi hæredis, denotat apertè provenientiam eorumdem à fideicommittente.*

18 *Acquiſitiones factæ ab hærede gravato, niſi demonſtrativè diſtinguantur a bonis fideicommiſſo ſubjectis, retardare non poſſunt fideicommiſſario immiſſionem.*

19 *Et tunc ſatis primo hæredi conſultum cum præſervativa in ſententiis appoſita.*

20 *Identitas excluditur ex diverſitate quantitatis corporis, & confinium.*

21 *Prædium in caſtrato poſteriùs deſcriptum, dici nequit acquiſitum longè ante aliud per priùs ibidem adnotatam.*

22 *Acquiſitiones modici pretii non ſunt attendendæ, &* num.24.

23 *Identitas prædii excluditur ex diſcrepantia in vocabulo, & confinibus.*

25 *Deliberatio bonorum in correſpondenti quantitate illorum ab hærede gravato acquiſitorum, monſtrat bona exiſtentia eſſe fideicommiſſaria.*

26 *Immiſſio ad prædium fideicommiſſarium retardari non poteſt ſub prætextu modicarum acquiſitionum inibi factarum ab hærede gravato, quæ aliàs diſtractæ præſumuntur.*

DECISIO XL.

AD obtinendam reſtitutionem in integrum adverſùs rem judicatam, cujus vires, ob neglectam appellationem, aſſumpſerat rotalis ſententia favore fratrum de Carellis, lata per Reverendiſſimum Dominum meum Decanum, confirmatoria præcedentis, latæ à R.P.D. meo Muto ſuper immiſſione ad prædium Paraplnæ, uti fideicommiſſarium Julii Carelli: Adrianus illius profeſſor, in hodierna inſtantia repetebat, non conſtare de fideicommiſſo reciproco lineali; vel ſaltem probatam non eſſe bonorum identitatem eo modo, quo probare tenetur agens ex fideicommiſſo: quinimò illam ex juribus noviter adductis, prorſùs excludi contendebat. Sed cùm Domini adhuc agnoverint, neutrum ex objectis revera ſubſiſtere: idcircò reſponderunt, *Conſtare de re judicata.*

Iſta quippe, citra dubium promanans ex
omiſſa intra decendium appellatione; ut di-
xit *Rota dec.*201. *par.*13. *dec.*270., & *dec.*
1 366. *in omnibus n.*1. *par.*15. *recen.*, evitari
2 nequibat cum ſuppoſito injuſtitiæ; quæ cæte-
roquin viam aperit in integrum reſtitutioni.
Quatenùs enim illa deſumitur ex defectu fi-
deicommiſſi reciproci linealis: & in hoc ple-
nè ſatisfacere videbantur præcedentes deci-
ſiones, & præ cæteris, illa edita 20. junii
1696. §. *Quo enim, cum ſeqq coram R.P.D.
meo Muto.* Teſtator namque poſt inſtitutos
quinque filios, eoſque in caſum obitus ſine
filiis, vel alterius caſûs, ex quo hæredes eſſe
non poſſent, invicem ſubſtitutos; immedia-
tè addit--„ Itaut non poſſint aliquo modo
„ per dictos ejus filios, & hæredes dicta bo-
„ na ſtabilia vendi, vel quovis modo aliena-
„ ri, vel in alium transferri ex teſtamento,
„ vel ab inteſtato, vel quocumque titulo; ſed
„ ſemper, & incontinenti quod aliquis eorum
„ non poſſet dicta bona hæreditaria habere,
„ vel poſſidere, deveniant in alios; & nullus
„ alius poſſit in dictis bonis, ratione aliqua,
„ titulo, iure, vel causâ ſuccedere, quàm
„ dicti ſui hæredes, & eorum filii legitimi,
„ & naturales, & ex eis deſcendentes ex le-
„ gitimo matrimonio; ad effectum, ut do-
„ mus dicti teſtatoris præſervetur, & dicta
„ bona deveniant, & remaneant perpetuò,
„ & perpetuis futuris temporibus in familia
„ agnatorum, & deſcendentium ipſius te-
„ ſtatoris: -- Ex his autem verbis occurrit
primo loco ponderandum; quod teſtator,
quotieſcumque bona non poſſent à filiis, &
hæredibus poſſideri; voluit illa in alios vo-
catos devenire: undè, cùm decedente uno
ex hæredibus vel ab inteſtato, vel cum teſta-
mento, ſuccedere non poſſet extraneus, ſed
alii eſſent vocati: per conſequens, inter hæ-
3 redes ordinata erat reciproca linealis; ut
eleganter notat *Urceolus conſult* 80. *n* 8. &
ſeqq., *Carolus Antonius de Luca de linea
legal. art.*20. *n.*23. & 24., *Card. de Luca de
fideic. diſc.*101 *ſub n.*10. §.1., & dixit *Rota
in Romana Bonorum* 20. *Aprilis* 1693. §.
Quod clariùs, coram R.P.D. meo Molines.
4 Quod clariùs poſtea explicavit, deman-
dando, quod nullus alius valeat in ejus bonis
ſuccedere, quàm dicti ſui hæredes, eorum-
5 que deſcendentes. Quod præceptum, ſicut
effectum ſortiri non poterat ex ſimplici fidei-
commiſſo diſcretivo; dum bona potuiſſent
per ultimum unius lineæ in extraneos aliena-
ri; vel ex titulo teſtati, aut inteſtati, deli-
cti, fidejuſſionis, aut alterius cauſæ tranſire
ad perſonas à teſtatore minimè vocatas: ita
dicendum venit, hæredes, eorumque deſcen-
dentes, fuiſſe reciprocè de linea ad lineam
ſubſtitutos; ut egregiè probat *Fuſar. conſ.*
154. *n.*18. & 19., *Altogradus conſ.*92. *n.*7.

*lib.*1., *& conſ.*120. *n.*63. *lib.*2., *Andreolus*
*contr.*194. *n.*4. *& pluribus ſeqq.*, *& Rota dec.*
411.*n.*4.*uſque ad finem*,*& dec.*472. *n.*12. *cum*
*ſeqq. par.*14. *recen.*

Adſtipulante ratione per teſtatorem adje-
cta ibi -- *Ad effectum ut domus dicti teſtato-*
ris præſervetur, *& dicta bona deveniant*, *&*
remaneant perpetuò, *& perpetuis futuris*
temporibus in familia agnatorum, *& deſcen-*
dentium ipſius teſtatoris. -- Hæc enim perpe-
6 tua bonorum conſervatio in familia agnato-
rum, & deſcendentium, expreſſa ad deno-
tandum,quare nollet bona in alios quàm deſ-
cendentes tranſire: nullo modo verificari po-
7 teſt ſine reciproca lineali, quæ proindè ne-
ceſſariò inducta cenſetur: *Peregrinus de fi-*
*deicom. art.*13. *n.*81., *& conſ.*47. *n.* 7. *&* 9.
*lib.*4., *Urceolus conſult.*80.*ferè per tot.*, *op-*
*timè Rota c ram Coccino dec.*2080. *à n.*13.*ad*
21, *confirmata dec.* 1100. *n.* 1: *& ſeqq. coram*
eodem; *& in rec. dicta dec.*411. *n.*5. *&* 7., *&*
*dicta dec.*472. *n.*12. *& ſeqq. par.*14., *dec.*28.
*n.*6. *cum duobus ſeqq. p.* 19., *& in Aſculana*
fideicommiſſi 29.*Maii* 1693. §. *Verùm etiam*
coram R.P.D. meo Caprara.

8 Non obſtat, quod prohibitio alienatio-
nis, & conſervatio bonorum in agnatione,
ſtent acceſſoriè ad primos hæredes ſupravo-
catos, tamquam appoſitæ per dictionem *Ita-*
ut; ideòque fideicommiſſum reciprocum ul-
9 tra filios non extendatur. Quoniam illa di-
ctio, licèt aliàs de ſui natura declarativa; in
præſenti ſtat augmentativè ad priorem par-
tem ſubſtitutionis: cùm longè plùs contineat
quàm in illa fuerit expreſſum; vocationem
nempe deſcendentium, & familiæ agnato-
rum ipſius teſtatoris; quæ in prima parte non
legitur *Menocchius conſ.*348. *n.*43., *Gratia-*
*nus diſcept. for. cap.*828. *n.*15., *Rota dec.* 133.
*n.*5. *& ſeqq. par.*4. *diverſ.*, *& coram Bichio*
10 *dec.*129. *n.*7., & propterea operari nequit
reſtrictionem diſpoſitionis, in ſucceſſiva te-
ſtamenti parte contentæ; ut animadvertit
*Decianus conſ.*86. *n.*26. *& ſeqq. lib.*3., *Fu-*
*ſarius de ſubſtitut. q.*683. *n.*23., *Rocca diſ-*
*put. jur. cap.*10. *n.* 12., *Rotæ coram Cerro*,
*dec.*65. *n.*11.

Hæc quoad fideicommiſſum. Quo verò ad
identitatem, quæ mordicùs ab Adriano im-
pugnabatur cenſuerunt Domini, probatio-
nes aliàs pro concludentibus admiſſas, nul-
latenùs offuſcari ex juribus de novo produ-
ctis.

Præmittendo ad hunc effectum, quod præ-
dium Parapinæ conſtituitur ex pluribus ter-
ris, licèt diverſo nomine nuncupatis; ut de-
ponunt teſtes *ſumm. fratrum de Carellis n.*6.
11 conſtat ex litterali confeſſione per ipſum-
met Adrianum poſſeſſorem emiſſa in receptu-
ta; de qua *d. ſumm. n.*14. ibi -- *Hò riceumto*
&c. per prezzo di quarti 38. *di Gianna nella*
Parapina, *cioè Colle*, *il Piano di Maria*, *le*
Cenciare, *e Piſciarella*, *con tutti li terreni*
della Parapina. -- Et comprobat nedùm atte-
ſtatio Communitatis, *d. ſum. n.*70., ſed etiam
colonorum, qui fructus dicti prædii tradide-
runt Adriano, *eod. ſum. n.*12., fides exacto-
ris collectarum cameralium, aſſerentis, iſtas
ſibi fuiſſe ab Adriano ſolutas -- *Per le terre*,
e beni, *ch'egli poſſiede nelle contrade di Col-*
le, *Monicella*, *Cenciara*, *& altre*, *che tutti*
ſi comprendono, *e vengono ſotto nome della*
Parapina -- *d. ſum. n.*13.; ac demùm partita
Cataſtri, *eod. ſum n.*9.

Quo jacto fundamento, ſtrictiùs exami-
nando probationes quod prædium Parapinæ,
ad quod petitur immiſſio, ſit illudmet à Ju-
lio fideicommittente poſſeſſum: animadver-
tebant, plura fuiſſe ab iſto acquiſita bono-
rum corpora ab anno 1533. ad 1552. relata in
12 *di. ſum. n.* 5., quæ, licèt diverſis nomini-
bus appellentur; nihilominùs ferè in omnibus
illorum vocantur pro confine bona Julii em-
ptoris: ideòque omnia cadunt ſub generico
vocabulo Parapinæ; prout ſub iſto compre-
henduntur geminæ acquiſitiones in contrada
Collis; quas prædio Parapinæ unitas eſſe,
non ambigetur ex Adriani confeſſione, ſupe-
riùs tranſcripta. Ex acquiſitionibus autem fi-
deicommittentis oriri probationem, quod
13 bona, per hæredes gravatos poſſeſſa, pro-
veniant à fideicommiſſo: dixit *Rot. in Farſen.*
fideicommiſſi 24.*Martii* 1692. §. *ſecundo*, *quia*
confirmata 4. *Julii ejuſdem anni* §. *Nec ma-*
gis ad med., *& in Romana Salviani* 6. *Junii*
1695, §. *Generales quippe*, *coram R. P. D.*
meo Muto: & latè probat *dec. in hac cauſa*
edita 20. *Junii* 1696 § *Abſque eo quod*, *co-*
ram eod. R.P.D. meo Muto.

Id ipſum comprobant duo antiquiſſima inſ-
trumenta, in quibus Julius vocatur pro confine
in prædio Parapinæ, *d. ſum. n.*17.: quas enun-
14 ciativas in re, meram centum & ultra an-
norum excedente ſatis eſſe ad probationem
identitatis, reſpondit *Rota coram Cerro dec.*
83. *n.*8., *coram Peutingerio dec.*309. *n.*11.
& 12.; *in rec. dec.*35. *n* 12., *& dec.*335. *n.*43.
*par.*18. Quinimò, ſtante hoc temporis lap-
15 ſu, ſolam demonſtrationem generalis præ-
dii, quamvis in plura petia terrarum diſtin-
cti, ſufficere, dixit *coram Dunozetto jun.*
*dec.*663. *n.*11., *& in rec. dec.*735. *n.*35. *par.*18.
16 etiamſi antiqua confinia diſcreparent à mo-
dernis; *coram Priolo dec.*182. *n.*8. *cum ſeqq.*,
*& dec.*188. *n.*9. *et* 10.

Et tandem conſonat concordatio confi-
17 nium appoſitorum in acquiſitionibus factis à
Julio fideicommittente, cum illis contentis
in cataſtro in faciem Matthæi primi hæredis
gravati; ac reſpectivè in ſententia Rotali per
Adrianum reportata in judicio ſpolii, *dicto*
*ſum. n.*9., 10., *et* 11., quæ circumſtantia ma-
gis apertè denotat, prædium Parapinæ à Ju-
lio fideicommittente provenire.

Nec ad enervandum efficaciam harum
probationum, quidquam urgebat, quod Mat-
thæus alter ex primis hæredibus gravatis, ac
mediatus author Adriani, plura bona in ea-
dem contrada Parapinæ acquiſiverit; quo-
rum valor in cataſtro æſtimatus reperiatur in
libris 175., & tamen integrum prædium mo-
do poſſeſſum, vix aſcendat ad libras 143.,
juxta

juxta calculum deſumptum ex dicto cataſtro, & pattitis ſolutionis collectarum; de quibus in *ſum. Adriani n.*12.; undè inferebatur, quod nedùm Adrianus quidquam non retineat ex bonis fideicommiſſo ſubjectis; ſed imò deficiant libræ 32. de bonis, ut ſupra per Matthæum acquiſitis. Siquidem ultra quod adductæ acquiſitiones retardare non poſſent
18 immiſſionem Carellis conceſſam, niſi illæ ex parte Adriani demonſtrativè diſtinguerentur à bonis fideicommiſſo ſubjectis; ut bene firmavit *Rota coram Dunozetto jun. dec.* 663. *n.*5., *& coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*102. *n.*15. *&* 16., *& coram Priolo dec.*
19 359. *n.*17. *&* 18., ſatiſque Adriano conſultum videbatur, mediante præſervativa in utraque ex Rotalibus ſententiis appoſita; quod ſcilicet ab immiſſione ad prædium Parapinæ, intelligerentur excepta bona, ſpecificè per Matthæum acquiſita; ſi quæ intra illud exiſterent: adhuc Domini attentè rimatis acquiſitionibus à Matthæo factis, agnoverunt, hujuſmodi acquiſitiones nullatenùs in ſuppoſita quantitate ſubſiſtere; ideòque ratiocinium ſuo marte corruere.

Et ſanè, præcedendo juxta ſeriem acquiſitionum, ab Adriano recenſitam, ſi reſpicimus primam factam anno 1574., *dicto ſum.*
20 *Adriani n.*13., iſta, licèt concordatis confinibus, in inſtrumento deſcriptis, videatur adamuſſim adnotata in cataſtro: eſt tamen modica, & æſtimata in una tantùm libra; *eod. ſum. n.*8. *litt. B.*

Longè tamen diſcordat à cataſtro ſecunda facta anno 1582. de tribus petiis terrarum, relata in *dicto ſum. n.*14. Ibi enim, præ cæteris, aſſignantur pro confine bona Matthæi emptoris, & aſſeritur, terrenum eſſe modiolorum 13., ſtadiorum quatuor, & pedum quatuor; ejuſque pretium aſcendere ad florenos 564. 31. E contrà verò, percurrendo partitam cataſtri, ab Adriano relatam in *dicto ſum. n.*8. *litt. A.*, ultra diſcordiam contratæ, ac confinium, inter quæ nulla mentio bonorum Matthæi; notabiliſſima eſt diverſitas quantitatis terrarum: dum leguntur deſcripti modioli 125., in totidem libris æſtimati. Quocircà evidens eſt diſcrepantia, & modioli 13. per Matthæum acquiſiti à *Fiordaliſa Platea*; ut in *dicto ſum. n.* 14. præcisè deſcripti reperiuntur, uti provenientes à Platea in quantitate librarum 12. cum dimidia circiter, in tres partitas diſtinctas *eod. ſum. n.*8. *litt. C.*

Quòdque reverâ partita cataſtri continens libras 125. referri non poſſit ad hujuſmodi acquiſitionem, ſuadetur ponderando, quod prima acquiſitio per Matthæum facta de anno 1574., ut in *dicto ſumm. n.*13. deſcripta
21 legitur in cataſtro *dicto n.*8. *litt. B.*: undè alia, de qua hìc agitur, ſequuta poſt elapſos octo annos; nempe anno 1582., ut in *dicto n.* 14., non potuit antecedenter ad primam deſcribi; ſed utique poſtea in *dicto n.*8. *litt. C.*

Tranſeundo ad tertiam acquiſitionem per Matthæum factam anno 1590. à Chryſoſtomo de Angelis; ponderabant Domini, inſtrumentum relatum in *ſumm. Adriani n.*15. *Loqui de uno petio terræ prativæ &c. in contrada Parapina, juxta bona ipſius D. Matthæi à tribus lateribus, & viam communem à pede, & alios fines, pro pretio florenorum* 68. non expreſſâ terreni quantitate; adeout
22 ſtante modico pretio, quo fuit emptum, nulla hujuſmodi acquiſitionis ratio poſſit haberi: nec admittebant hoc petium terræ illud eſſe in cataſtro deſcriptum, & æſtimatum in libris 14., & ultra, *d. ſum. n.*8. *litt. E.*:
23 dum talis deſcriptio nedùm diſcordat in contrada Parapinæ, & loquitur de bonis *nella contrada delle Bore della Roceo*: ſed quod plus eſt, nunquam vocat pro confine bona Matthæi; qui tamen juxta prænotatum acquiſitionis inſtrumentum, debuiſſet à tribus lateribus cohærere.

Succedit denique quarta acquiſitio facta anno 1592.; quæ licèt in inſtrumento non enuncietur, cujus ſit quantitatis; vocat tamen pro confine bona Matthæi emptoris, à tribus lateribus, & viam communem; *dicto ſum. n.*16.: ideòque concordat cum deſcriptione, ac æſtimatione in cataſtro facta; ſed eſt dumtaxat ſolidorum decem, *eod. ſum. n.*8. *litt. D.*

Ex his autem quatuor acquiſitionibus, calculando quantitatem in inſtrumentis enunciatam, vel deſcriptam in cataſtro, quoad illas, quæ concordare noſcuntur; aſſequimur bona per Matthæum acquiſita, vix aſcendere ad æſtimationem librarum 15. circiter. Et tamen certum eſt quod ad inſtantiam creditorum Joannis Franciſci filii Matthæi prætenti acquirentis, plura fuerunt deliberata bonorum corpora in dicta contracta Parapinæ, citra dubium excedentia quantitatem à Matthæo acquiſitam, *ſum. fratrum de Carellis n.* 26. *&* 27.; itaut vehementior eliciatur præ-
25 ſumptio, quòd bona, modo extantia in eadem contrada Parapinæ, ſuppoſita ſint fideicommiſſo per Julium inſtituto: ad quod rectè Carellis conceſſa fuit immiſſio.

Potiſſimè animadvertendo, quod calculato pretio ſingularum acquiſitionum, à Matthæo factarum, illud non excedit florenos 803., quæ ad rationem obulorum 40. pro quolibet floreno, juxta valutationem in primo inſtrumento acquiſitionis, à Matthæo factæ, *d. ſum. Adriani n.*13., ſolùm conſtituunt ſcuta 320. circiter: vice autem verſâ, valor prædii Parapinæ, ad fideicommiſſum ſpectantia, aſcendit ad ſcuta 3000., juxta venditionem ultimo loco factam Manardis:
26 atque ideò hæ modicæ acquiſitiones, quæ jam, ut dictum eſt, fuerunt ad inſtantiam creditorum deliberatæ, fruſtra ad impediendam immiſſionem allegantur.

Et ita, utraque &c.

ASCULANA DOTIS, & LEGITIMÆ.

Veneris 13. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Bonorum identitas quomodo excludatur, & à quo die de fructibus hæres gravatus rationes reddere teneatur, & quando legatariis bene ſolvat in præjudicium creditorum.

Confirmatur infra dec. 68 juxta modum ibidem expreſſum.

SUMMARIUM.

1 *Identitas prædii excluditur ſi ſit in contrada diverſa ab expreſſa, quamvis ſub eodem territorio.*

2 *Et ex eo quod aderat ædificium, quod fuiſſe non probatur.*

3 *Teſtium depoſitiones informes, & pendente lite exceptæ, non ſunt attendendæ.*

4 *Teſtes mendaces non probant.*

5 *Partis confeſſio cuicumque teſtium numero prævalet.*

6 *Identitas excluditur ex eo quod bona exiſtant in diverſo territorio.*

7 *Secùs dum territoria ſunt contermina, & eodem nomine promiſcuè appellata.*

8 *Identitas in re antiqua, minori indiget probatione.*

9 *Identitas excluditur ex difformitate pretii in venditione.*

10 *Secùs ſi pretium non fuerit integrum, ſed ad computum.*

11 *Hæres beneficiatus rationem reddere debet de bonis, tempore obitus, à teſtatore relictis.*

12 *Retentio jure fideicommiſſi cadentis ſuper re, corpore diverſa, non poteſt allegari.*

13 *Deſcriptio in inventario probat provenientiam bonorum à teſtatore, cujus eſt inventarium.*

14 *Hæres beneficiatus reddere tenetur rationem de fructibus hæreditariis poſt inſurgentiam creditorum.*

15 *A die inſurgentiæ creditorum, ceſſat hæredi beneficiato quæcumque bona fides.*

16 *Hæres beneficiatus ex ſola bona fide poteſt facere fructus ſuos*

17 *Hæres beneficiatus ſolvens legata ante inſurgentiam creditorum, bene ſolvit.*

18 *Nec imputari poteſt quod non reportaverit cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

19 *Reportatio dictæ cautionis requiritur, quoties certa concurrit in hærede ſcientia creditorum.*

20 *Hæres beneficiatus ſolvens legata, citatis creditoribus, & cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, bene ſolvit.*

DECISIO XLI.

Cum ſuppoſito quod Laurentius Pariſanus rationem ſatis non reddidiſſet de bonis, ad Alcidis hæreditatem ſpectantibus: reſpondit Rota coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, ſub die prima Julii anni præteriti, exequendum eſſe mandatum ab A. C relaxatum, tam contra eadem bona hæreditaria, quàm contra propria ipſius Laurentii. Ad cujus provocationem, commiſsâ mihi causâ, dubium propoſui commiſſioni conforme -- *An ſit procedendum ad legitimam exequutionem mandati contra bona propria, ab A. C. relaxati* -- cumque Domini, ex partitis ad hæredis debitum in præcedenti inſtantia relatis, nonnullas hodie admittendas; alias verò delendas eſſe putaverint; idcircò, *juxta modum* inferiùs recenſendum, *affirmativè* reſponderunt.

Incipiendo autem à prædio cum domo, & columbario valoris ſcutorum 525. non hæſitarunt, quod de illo reddenda ſit ratio. Suppoſito enim (ut erat apud Partes in confeſſo) quod idem prædium in Alcidis hæreditate remanſerit: perperam allegari videbatur fuiſſe ad inſtantiam fratrum de Varamontibus evictum: dum collatis invicem illius demonſtrationibus, juxta deſcriptionem ab Alcide factam in teſtamento, cum aliis prædiis evicti; conſtat, magnam inter utrumque diſcrepantiam intercedere. Siquidem in inventario deſcripta legitur -- *Una poſſeſſione lavorativa, & arborata, con caſa, e palombara in eſſa eſiſtente, poſta in detto territorio di Folignano, e contrada detta del Marino, ò della Pigna, appreſſo li ſuoi noti confini.* -- In mandato autem de immittendo favore dictorum fratrum de Varamontibus relaxato, dicitur -- *Item un' altro campo in dette pertinenze* (ideſt) *di Folignano, e contrada delle lame, con palombara in eſſo eſiſtente, appreſſo li beni &c, e dall' altro il detto fiume del Marino.* -- Et, licèt ambo prædia, ſita reperiantur in eodem territorio, ſunt tamen poſita in diverſa contrata; alterum nempe in contrata *del Marino*; alterum verò in illa *delle*
1 *lame*: ex qua diverſitate probationem identitatis excludi, firmavit *Rota coram Rembold.*
2 *dec.* 596. *n.* 1. Fortiùs, quia domus in inventario deſcripta, una cum columbario adnotata non legitur in mandato de immittendo; quod ſolum continet columbarium; itaut certior exinde reddatur diverſitas; in ſpecie *Rota coram Priolo dec.* 359, *n.* 20.

Neque contrarium admitti poſſe videbatur ex teſtibus, nuper ad perpetuam rei memoriam examinatis, aſſerentibus quod contratæ *del Marino*, & *delle lame*, promiſcuè accipiantur; quodque hoc prædium cum domo, & columbario retineatur à Varamontibus, unà cum altero prædio magno, & palatio in eadem contrata exiſtente. Hujuſmodi
3 enim depoſitiones, tamquam informes, ac pendente lite receptæ, non ſunt attendendæ; *cap.* 2. *de teſtibus*, *Rota dec.* 82. *n.* 14. & 15. *par.* 7., & *dec.* 69. *n.* 29. *cum ſeqq. par.* 18.
4 *rec.* Maximè quia de mendacio convincuntur in ea parte, qua hæc ambo prædia unita ſupponunt: dum conſtat ex facto, illa, diſtinctis, ac ſeparatis confinibus terminari; & ſic, eſſe inter

Digitized by Google

inter ſe omninò diverſa : *Gratian diſ ept.for. cap 502. n.10.*, *Rota coram Ludoviſ.dec.555. n.7. & 8.*, *coram Biebia dec.112. n 18.*, *coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.8. n.6.*, & *in rec. dec.151. n.14. par.19.*

Iſtaque diverſitas ad evidentiam patet ex ipſa Partis confeſſione: dum, licèt fratres de Varamontibus, uſque ab anno 1683, poſſeſſionem adepti fuiſſent : adhuc Laurentius anno 1690. in lite habita cum Collegio Patrum Jeſuitarum, non negavit ſe poſſidere prædium controverſum ; ſolùmque oppoſuit, illud æſtimandum non eſſe, ex quo dd. Patres pretium petierant, ut in *coram ſum.*
5 *n.5. litr.C.* Hæc autem confeſſio cuicumque teſtium numero prævalere debet : *Cravetta conſ.61. n.3.*, *Rota coram Ludoviſ. dec. 357. n.3.*, ibique *Add n.7.*, *coram Merlino*, *dec. 732. n.6.*, & *in rec. dec.309. n.14. par.10.*, & latiùs in *dicta dec. edita prima Julii 1697. §. His poſitis in fin. coram Rm̃o D meo Decano.*

Pari modo cenſuerunt Domini, reddendam eſſe rationem de alio prædio valoris ſcutorum.1500. in territorio Appignani, cum modificatione tamen, ut ex eo detrahantur ſcuta 710. Laurentio debita pro ſorte principali centûs, per Marianum de Pariſanis impoſiti, ejuſque fructibus uſque ad annum 1691. decurſis. Ad quam detractionem evitandam, licèt ſcribentes pro Collegio oppo-
6 nerent prædium oneri cenſûs obnoxium, tamquam poſitum in diverſo territorio Caſtiglionis, eſſe ab hæreditario diſtinctum : at-
7 tamen ex noviter in facto deductis, comprobata videbatur identitas : dum territoria Caſtiglioni, & Appignani, ſunt contermina, & promiſcuè nuncupantur; juxta depoſitiones teſtium *ſum. Laurentii n. 9.* Contrata Vallis Chienti, deſcripta in impoſitione cenſûs, repetitur etiam in inventario adnotata ; idemque Marianus, qui cenſum impoſuit, ipſum prædium cum eadem expreſſione ſucceſſivè diſtraxit ; *d. ſum. n.10.*: quæ demonſtratio ſatis eſt ad probationem identitatis, cùm in re antiqua verſemur : *Rota dec.*
8 *668. n.5.*, & *dec.735. n.42. par.18. rec.* cum aliis in *Firmana prædii della Parapina*, 20. *Junii 1696. §. Tum demum coram R. P. D. meo Muto.*

9 Replicatio autem quod prædium ſitum in territorio Appignani, venditum fuerit ſcuta 250. ; & ſic maxima intercedat diverſitas inter aliud in territorio Caſtiglionis, pretio
10 ſcutorum 1500. æſtimati ; non ſubſiſtit in facto, dum ſcuta 250. in dicta venditione contenta, non fuerunt pro integro pretio ſoluta; ſed in illius cauſa excomputata : nec aliàs fieri poterat ; ex quo, juxta conventionem in inſtrumento initam, prædium erat à peritis æſtimandum *d. ſum. n.10.*

11 Ita etiam tenetur Laurentius rationem reddere de horto in contrata *le Cararine*, ſeu *Cannarine*, tempore obitûs ab Alcide
12 relicto. Quin allegari valeat illius retentio ex titulo particularis fideicommiſſi per Marianum ſeniorem ordinati ; de quo *Rota in Aſculana fideicommiſſi 5. Decembris 1691. coram R. P. D. meo Capraxa*; cum tale fideicommiſſum cadat ſuper viridario exiſtente in Civitate Aſculi ; & ſic in corpore diverſo prorsùs ab horto, extra Civitatem poſito ;
13 ut patet ad ſenſum. Et ulteriùs hortus uſque de anno 1680. deſcriptus fuit inter bona hæreditaria Alcidis ; viridarium verò, de quo loquitur teſtamentum Mariani ſenioris, fuit anno 1690. à monialibus Tolentini vindicatum.

14 In ſequelam autem iſtorum, onus etiam Laurentio incumbit rationem reddendi de fructibus ex bonis hæreditariis perceptis, ſaltem ab anno 1687., quo creditores urgere
15 cæperunt : cùm ab illa die ceſſaverit quæcumque bona fides ; ex qua ſolùm poteſt hæ-
16 res beneficiatus fructus ſuos facere ; ut præter adductos in *deciſ. Rm̃i D. mei Decani*, probant *Manſ. conſult 270 n.16. & 20.* & dixit *Rota dec.521. n.9 & ſeq. par.14.*, & *dec. 267. n.26. cum ſeqq. par.17. rec.*

E converſo viſum fuit Dominis, demendos eſſe á debito Laurentii, fructus extantes
17 de tempore obitûs Alcidis : cùm illi, uſque ad annum 1681. juxta diſpoſitionem teſtatoris, bona fide conſignati fuerint Capitulo, & Canonicis Cathedralis Aſculi legatariis, antequam urgerent creditores, qui tantùm ſexennio poſt, nempe anno 1687. comparuerunt.
18 Quam obrem imputari non debet hæredi, quod cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus non reportaverit :
19 dum illa dumtaxat requiritur, quoties certa concurrit in hærede ſcientia creditorum, *Cardinalis de Luca de hæred. diſc.25. n.6. & ſeqq. cum ibi relatis.*

Prout quoque ſunt demenda mobilia uxo-
20 ri teſtatoris tradita, eaque defuncta PP. Dominicanis ; cùm in actu conſignationis citati fuerint creditores, & ſignantur ipſum Collegium ; fueritque à dictis PP. facta obligatio de reſtituendo, cui de jure : quæ partita, etiam à ſcribentibus pro Collegio in hodierna propoſitione admittebatur.

Et juxta hunc modum reſponſum fuit, utraque &c.

ROMANA REINTEGRATIONIS PRIMOGENITURÆ.

Veneris 13. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Hæres gravatus auctoritatem habens alienandi bona ad effectum illa inveſtiendi, in inveſtimento eorumdem, ſi pecuniis primogenialibus uſus fuerit, quamvis hoc non declaraverit, tamen miniſterio Legis cenſetur facta ſubrogatio pro juſto pretio, & ulteriora damna quoque alienationum tenetur reficere primogenituræ.

Confirmatur infra dec. 72.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Inveſtimentum factum cum pretio bonorum fideicommiſſi, quæ vendere ad effectum inveſtiendi permiſerat teſtator: miniſterio Legis emptum dicitur proprimogenitura, quamvis hoc non dicatur in inſtrumento.*

2 *Fortiùs attentis clauſulis* -- pro omnibus quorum intereſt intererit in futurum -- *quæ de ſui natura important vocationem compræhenſorum in primogenitura.*

3 *Emptio facta de propriis pecuniis à gravato, ſibi non fideicommiſſo cedit*, & n.6.

4 *Contra, ſi pretium non fuit in actu ſtipulationis erogatum, ſed poſtea ſequutis alienationibus, quia ex eis ſolutum præſumitur.*

5 *Fortiùs ſi ex ſequutis alienationibus nullum inveſtimentum appareat.*

7 *Limitatur quoties ex pecuniis fideicommiſſariis facta fuit emptio, quia tunc intrat ſubrogatio.*

8 *Acquiſitio pro ſeipſo facta intelligitur quoties emptor inveſtire non tenetur pecunias ad commodum fideicommiſſi, & vocatur ad illud.*

9 *Secùs concurrente præcepto teſtatoris de inveſtiendo.*

10 *Et tunc ex pecuniis hæreditariis facta, favore fideicommiſſi de jure præſumitur acquiſitio.*

11 *Etiamſi adſint clauſulæ contrariæ.*

12 *Enunciativæ in legitimo actu factæ à Procuratore, ſi impugnatæ non fuerint à principali, imò tacitè approbatæ, contra ipſum attenduntur.*

13 *Bona miniſterio Legis ſubrogata in primogenitura, non cenſentur pro pretio excedenti, ſed juſto.*

14 *Et lucrum tam in fructibus, quàm in augmento valoris cedit commodo primogenituræ.*

15 *Folium informe non probat, &* num. 18.

16 *Fructus caſtrorum calculatur ad rationem duorum cum dimidio pro centenario, & anno.*

17 *Fructus diſtincti non poſſunt referri ad aliam redditionem rationis.*

19 *Centenaria facit præſumere quemcumque titulum, etiam contra fideicommiſſum.*

20 *Contrarium ſi eſt interrupta.*

21 *Centenaria etiam pacifica allegabilis non eſt, cum conſtat de ejus initio ex publico inſtrumento.*

22 *Et tunc allegari non poteſt alius titulus ex temporis beneficio præſumptus.*

23 *Succeſſor auctoris factum impugnare nequit.*

24 *Agens ex juribus propriis impugnare poteſt factum ſuorum aſcendentium.*

25 *Damnum illatum fideicommiſſo propter alienationes, ab alienante eſt reficiendum.*

DECISIO XLII.

Hieronymus Melchiorrius Epiſcopus Maceratenſis, inſtituto univerſali hærede Marcello ex fratre nepote, ſuſtituit (ſunt verba teſtamenti) -- *Eo deficiente, Thomam ejuſdem Marcelli filium primogenitum, ejuſdemque primogeniti filium maſculum; & ſic de primogenito in primogenitum maſculum, durante ejuſdem Marcelli linea maſculina legitima, & naturali; itaut ſemper, & in perpetuum primogenitus ex linea prædicta, excluſis ſemper fœminis, vocatus ſit, & eſſe cenſeatur*, -- ſucceſſivè prohibuit omnibus primogenitis in infinitum quamcumque bonorum alienationem, ac detractionem tam ratione Legitimæ, Trebellianicæ, Falcidiæ, ac Dotium, quàm cujuſcumque alterius cauſæ ab utroque jure, vel ex indulto Pontificis, aut alterius ſupremi Principis quomodolibet permiſſæ. Hac tamen additâ declaratione, quod poſſent omnia ejus bona in totum, ſeu in parte alienari, ad effectum illorum pretium in aliis bonis ſtabilibus, etiam feudalibus inveſtiendi; bonaque ſic empta ſubjacere deberent fideicommiſſo, & primogenituræ.

Defuncto teſtatore Marcellus hæres, & primogenitus hæreditatem adivit, & ſolemne confecit inventarium, in quo, tam ſtabilia, quam mobilia ingentis valoris, & credita deſcripſit: ac immediatè poſt, utendo facultate ſibi attributa, procuratorem conſtituit ad vendendum omnia bona hæreditaria Hieronymi, poſita in Provincia Marchiæ pro pretiis reperibilibus, prout ille, vigore dicti mandati, plura diſtraxit; *ſum. ſororum de Melchiorris n.4., & actoris n.6.* Et demum ipſemet Marcellus nonnulla loca montium, primogenituræ ſubjecta, alienavit, cenſuſque retrovendidit.

Emit deinde caſtrum Turritæ pretio ſcutorum 30000., & in actu emptionis declaravit, illud acquire -- *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, omnibuſque aliis, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum* -- ac tandem, elapſo decennio concordiam iniit cum Thoma filio, poſt ejus obitum in primogenitura ſucceſſuro; in qua convenit, quod pro omnibus, & ſingulis bonis primogenituræ ſubjectis, per eumdem Marcellum alienatis, ac in poſterum etiam alienandis, ſubrogatum dumtaxat remaneret caſtrum Turritæ, quod dicto pretio ſcutorum 30.mil. comparaverat; *Iſtáque ſtante ſubrogatione*, (ſunt verba inſtrumenti) *reliqua bona remanerent libera in proprietate, peculio, & dominio ejuſdem Marcelli; itaut de illis legitimè potuerit de præterito diſpoſuiſſe, & in futurum diſponere.*

Hinc putans Marcellus liberam acquiſiviſſe facultatem diſponendi de bonis primogenituræ ſubjectis: teſtamentum condidit, in quo, relictâ inſtitutionis titulo ſolâ legitimâ Thomæ filio primogenito, hæredes æqualiter

Digitized by Google

liter inſtituit alios filios, nempe Benedictum, & Petrum Paulum, unà cum filiis maſculis ab eodem Thoma naſcituris; in ſtirpes tamen, & non in capita: adeò quod hæreditas trifarlam eſſet dividenda; eoque vita functo, ſcripti hæredes bonorum poſſeſſionem occuparunt. Vice autem versâ dictus Thomas, cujus favore aperta erat primogenitura, præfatam ſubrogationem Caſtri, uti læſivam, judicialiter impugnavit, proteſtando, quod, antequam fieret diviſio, detraherentur bona primogenituræ, cum omnibus juribus ad illam ſpectantibus, eique, ultra Caſtrum Turritæ, aſſignaretur omne, ac totum id, quod eidem primogenituræ quomodolibet debebatur. Cùmque neglectis hujuſmodi proteſtationibus, Judices ad hunc effectum à ſummo Pontifice deputati demandaverint per modum proviſionis, ac ſine præjudicio jurium Partium, fieri diviſionem: ideò Thomas appellationem interpoſuit; quam tamen morte præventus proſequi non potuit.

Thomæ ſucceſſit Benedictus, qui cum ſe jam pridem, Marcelli patris hæredem declaraſſet; magis proficuum ſibi credidit in eadem declaratione perſiſtere, quàm hæreditariam qualitatem impugnando, litem proſequi, à prædefuncto fratre inſtauratam ſuper nullitate ſubrogationis: atque ideò Caſtrum prædictum, uti primogenitus, abſque ulla reclamatione poſſedit uſque ad obitum; quo ſequuto de anno 1660. Hieronymus junior, in primogenitura ſucceſſor, iſtius jura reaſſumpſit; & pulſatus à nonnullis Benedicti, ac Petri Pauli creditoribus, primogenituram oppoſuit, calculumque fecit, vigore decreti R. P. D. mei Capraræ, tunc A. C. Locumtenentis, in quo nullâ præfatæ ſubrogationis habitâ ratione, præterquam in ſcutis 30.mil. pro quibus Caſtrum fuerat acquiſitum: ſe creditorem conſtituit in ſcut. 90.mil. quæ Marcellus retraxerat ex alienatione bonorum primogenituræ ſubjectorum, eodemque calculo mediante, creditores excluſit.

Nuper autem, delatâ ſucceſſione ad Philippum primogenitum, egit iſte coram me, dum eram A. C. Locumtenens, pro reintegratione primogenituræ, ac petiit reſpectivè declarari, Caſtrum Turritæ, pro rata ſolùm juſti valoris, eſſe primogenituræ ſubjectum; & ulteriùs bona ſtabilia in territoriis, & Civitatibus Laureti, ac Recineti extantia, & à Marcello non diſtracta, ſub eadem primogenitura remanere; prout etiam palatium in Urbe poſitum vice locorum montium à Marcello ſubrogatum; ac demum pro deficienti rata mandatum relaxari contra bona hæreditaria ejuſdem Marcelli. Cùmque ego peritum elegerim ad effectum firmandi ſtatum hæreditarium Hieronymi, & confrontandi alienationes de iſtius bonis factas per Marcellum; ac inſuper diſtinguendi quantitatem alienationum, ac reſpectivè reintegrationum, & antequam peritus retuliſſet, fuerim inter S. Rotæ Auditores cooptatus; idcircò A. C. Origus mihi ſuffectus, ſuperventâ periti relatione, declaravit per ſententiam: Caſtrum Turritæ eſſe nulliter ſubrogatum pro tota, & integra primogenitura; palatium eſſe illi ſubjectum pro locis montium alienatis; bona ſtabilia, in Provincia Marchiæ, ſuppoſita eſſe dictæ primogenituræ; ac denique pro reſtanti quantitate mandatum relaxavit. A qua ſententia devoluta per appellationem cauſâ ad noſtrum Tribunal; dubium de ordine S. Rotæ propoſui -- *An, & pro qua rata ſubſtineatur ſubrogatio Caſtri Turritæ ſub primogenitura, itaut ſit danda reintegratio*, -- cui Domini reſponderunt -- *Subrogationem Caſtri ſuſtineri pro ſumma ſcutorum* 34753., *& pro reliquis dandam eſſe reintegrationem.*

Reſolutionis ratio, quoad primam par-
1 tem, ſtetit in eo, quod Caſtrum, licèt emptum à Marcello nomine proprio, fuit tamen acquiſitum, ejuſque pretium ſolutum ſucceſſivè poſt venditionem bonorum primogenialium, factam vigore facultatis à teſtatore conceſſæ, cum præcepto pretium inveſtiendi: adeòque miniſterio Legis emptum dicitur pro primogenitura; tametſi nulla in emptionis inſtrumento emiſſa fuerit declaratio; *in terminis Rota dec.* 308. *à n.* 1. *uſq. ad* 8. *p.* 11. *rec.*, *in Pedemontana, ſeu Albanen. Bonorum* 15. *Martii* 1683. §. *Reliqua verò cum ſeqq.*, & 9. *Decembris* 1686. §. *Nec refert*, & §. *Quo poſito coram Rmo D. meo Decano*, & *in Romana, ſeu Neapoletana Pecuniaria* 11. *Decembris* 1690., & 5. *Maii* 1695. *coram eodem.*

Fortiùs attentis dictis clauſulis in ſtipula-
2 tione adjectis -- *Pro omnibus aliis, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum*, -- quæ de ſui natura importaut vocationem comprehenſorum ad primogenituram; quorum intererat Caſtrum eſſe illius vinculo ſubrogatum, ut articulo diſcuſſo, reſpondit *Rota in Recinaten. fideicommiſſi* 13. *Decembris* 1693. §. *Siquidem, coram bo. me. Benincaſa*, 31. *Januarii* 1695. §. *Firmata coram R.P.D. meo Priolo*, & 26. *Martii* 1696. §. *Poſita, coram R.P.D. meo Pio, confirmata* 21. *April. proximè præteriti coram eod.*

Nec relevat quod Marcellus, de tempore emptionis dicti Caſtri, tot pecunias ex effectivis venditionibus bonorum primogenialium retractas, tunc temporis non haberet, quot ad illius acquiſitionem ſufficerent; ideò-
3 que emptio, tamquam facta de propriis pecuniis, cenſeatur ſibi, non primogenituræ
4 ſtipulata. Tollitur enim objectum, ponderando, quod pretium non fuit in actu emptionis numeratum; ſed de eo habita fides cum traditione cedulæ banchariæ, dilatâ ſolutione per annum, & ultra: undè vel ſubſequutæ ſolutiones factæ fuerunt ex pretio tot bonorum ex fideicommiſſo, pendente dilatione, diſtractorum, nedum æquantium, ſed excedentium dicti Caſtri valorem; juxta calculum datum in reſponſione Marchionis Philippi, ſignatum *litt. B.*: vel ſi quam ſummam

Digitized by Google

mam ſolvit de proprio Mercator, qui cedu-
lam confecerat, recuperavit poſtea ex alio-
5 rum bonorum venditorum pretio, poſt ſolu-
tionem exacto; quod excepto palatio, de
quo in narrativa facti, in aliis nec ante, nec
poſt conſtat fuiſſe inveſtitum: & utroque
modo removetur ex facto, quod Caſtrum
6 fuerit emptum cum propriis Marcelli pecu-
niis; itaut excludatur præſumptio acquiſi-
7 tionis pro ſe ipſo; & alia ſubintret pro ſubro-
gatione ad favorem primogeniture, *Cravet-
ta conſ.295. n.4., & ſeqq., Surdus dec.15. per
tot.*

Authoritates autem in contrarium addu-
ctæ ad probandum, quod acquiſitio ſemper
facta præſumatur potiùs ex pecuniis propriis
emptoris, quàm hæreditariis; procedunt ſo-
lùm quoties emptor inveſtire non teneatur
pecunias hæreditarias ad commodum fidei-
9 commiſſi, & vocatorum ad illud: ſecùs au-
tem, ubi concurrit teſtatoris præceptum de
10 inveſtiendo: quia tunc, datâ bonorum hære-
ditariorum alienatione, & ſucceſſivo inve-
ſtimento, ius non ſolùm præſumit, illud ex
pecuniis hæreditariis factum fuiſſe; verùm
etiam abſque aliqua declaratione acquiren-
11 tis, imò rejectis clauſulis contrarium im-
portantibus, acquiſitionem pro fideicom-
miſſo de per ſe operatur, ut præter authori-
tates ſuperiùs allegatas in §. *Reſolutionis ra-
tio*, firmavit *Rota coram Cerro dec.33. n.2.,
in rec. dec 42 & ſeqq par.16.*

Sed fruſtra quærimus, an Marcellus Ca-
ſtrum acquiſiverit ex propria, vel hæredita-
ria pecunia, quando litteralem habemus
confeſſionem emiſſam ab ejus ſpeciali procu-
ratore conſtituto ad inſinuandum inſtitutio-
nem ſubrogationis à ſe factæ. Ille enim aſſe-
ruit *Marcellum ceſſiſſe, & aſſignaſſe hære-
ditati quondam Rm̃i D. Hieronymi &c. Ca-
ſtrum Turritæ &c., aliàs per ipſum D. Mar-
cellum de pecuniis hæreditariis dicti quon-
12 dam Epiſcopi emptum.* -- Quam enunciati-
vam, cùm nunquam Marcellus impugnave-
rit; imò vigore ſubrogationis, ac donationis
à procuratore, ut ſupra, inſinuatæ cætera
bona primogenituræ uti libera, poſſederit;
ac de illis poſtea pro libito diſpoſuerit: om-
nia in prefato inſtrumento contenta cenſetur
approbaſſe; *de Angelis de confeſſ. lib.3. q.1.
n.14.*

Poſito igitur ex prædictis, quod inveſti-
mentum dicti Caſtri ceſſerit ipſo jure, ac ex
Legis miniſterio ad commodum primogeni-
13 turæ; conſequens eſt, quod ſucceſſiva illius
ſubrogatio, per Marcellum facta, minimè
ſuſtineatur pro rata pretium excedente; ſed
ſolùm pro ſcutis 34753., ad quam præciſè
ſummam ipſæmet Reæ conventæ, cum exa-
ctiſſima partitarum diſtinctione, docuerunt
coram perito idem Caſtrum, unà cum aliis
additamentis, aſcendere; ut ex ejuſdem pe-
riti relatione *ſum. dictarum ſororum n. 30.,
& actoris n.20.*, ut reſpondit *Rota in Roma-
na Suppoſitionis 21. Junii 1697. §. Et cum
hoc, coram Rm̃o D. meo Decano.*

Atque hinc ſuperfluum erat examinare;
an Caſtrum Turritæ de tempore ſubrogatio-
nis redderet annua ſcuta 2000., ut ſuppone-
bant ſcribentes pro ſororibus de Melchior-
14 ris; dum, eo ipſo quod emptio ceſſit com-
modo primogenituræ, omne lucrum tam in
fructibus, quàm in augmento valoris, eidem
primogeniture, debet adſcribi, ut probat
*modern. Lucen. conſult.740. n.10., & ſeqq.,
Mantica de conject. ult. volunt. lib.7. tit.8.
ſub n.23.* Et tamen hoc ſuppoſitum, nec de
tempore dictæ ſubrogationis, nec ex poſt,
15 verificabatur; ſolium enim informe, quod
exaratum dicebatur anno 1603, ab admini-
ſtratore dicti Caſtri, ultra quod ignoratur, à
quo ſcriptum fuerit; nullamque continet
ſubſcriptionem; tantum abeſt, ut intentum
concludat; quin potiùs manifeſtè contra-
rium. Siquidem in illo eatenùs adminiſtrator
conſtitutus fuit debitor in ſumma ſcutorum
1487., quatenùs ad ejus debitum poſitæ fue-
runt quatuor partitæ, nil commune haben-
tes cum fructibus Caſtri de anno 1603., pri-
ma ſcilicet ſcutorum 263., quæ à Marchione
tradita fuerunt in pecunia numerata, ſexta
ſcutorum 25.. octava ſcutorum 23., & un-
decima ſcutorum 142. pro totidem retractis
ex venditione bobum, & equorum; ac de-
mum ultima ſcutorum 160. 87. debitorum
ex cauſa ſolidationis initæ anno antecedenti
1602., ut in *ſum. reſponſionis Marchionis
Philippi n.1.*. quæ partitæ inſimul conflantes
ſummam ſcutorum 613. 87, ſi detrahantur
ex prefatis ſcutis 1487., calculanti patet,
fructus anni 1603, non exceſſiſſe ſcuta 873.
12.; quæ, calculata ad rationem ſcutorum
16 duorum cum dimidio pro centenario juxta
deciſ.1030. coram Seraphino, vix juſto pre-
tio dicti Caſtri correſpondent.

Ejuſdem naturæ ſunt computa extracta ex
libro, qui confectus ſupponitur à Benedicto
Melchiorrio de annis 1611., & 1612., in
quibus, licèt enuncietur, Caſtrum reddidiſſe
annua ſcuta 2000. circiter: attamen æque
conſtat ex lectura, quod in illius territorio
plura detinebantur cujuſcumque generis ani-
17 malia, quorum fructus, tamquam à feudo
diſtincti, non poſſunt ad illud referri.

Et hæc reſponſio cæteroquin minimè ne-
ceſſaria, congruit omnibus aliis argumentis
ad hoc probandum adductis: quę, tamquam
18 deſumpta ex informibus documentis, nul-
lum conſtituunt gradum probationis, *Rota
coram Ubaldo dec.265. n.2., & coram Bichio
dec.33. n.32.*

Non obſtat, quod à die factæ ſubrogationis
pro omnibus bonis primogenituræ, effluxe-
19 rint centum, & ultra anni; ex quorum lap-
ſu præſumi debeat ſuperveniſſe quæmcum-
que meliorem titulum, etiam in præjudicium
fideicommittentis admittendum. Siquidem,
cùm talis ſubrogatio fuerit ſemper impugna-
ta, & quidem etiam ab ipſo Thoma primo
tranſigente cum Marcello, & deinde ab aliis,
20 ut in facto prenotavimus, prætenſa cente-
naria, tamquam interrupta ex actibus con-
trariis,

trariis redditur omninò debilis, & inefficax; *Bonden. colluct. legal.29. n.18. & ſeq.tom.2., Antonellus de Temp. legal.lib.2.cap.102.n.7., Rota coram Penia dec.704.n.4. juxta impreſſionem Lugdunen.*

Qnioimo, etiam ſi eſſet pacifica, non re-
21 levaret: cùm conſtet de illius Initio, reſultante ex publico inſtrumento ſubrogationis,
quo ſtante, allegabilis non eſt alius titulus
ex temporis beneficio præſumptua; *Gabriel*
22 *de Præſumpt concluſ.prima n.44 & 57., Modern. Lucen.conſult. 168. n.62. & ſeqq.*

Minùs urget, quod Marchio Philippus,
23 uti ſucceſſor Marcelli, nequeat illius fa-
24 ctum impugnare: agit enim ipſe non ex perſona Marcelli, nec tamquam illius hærea, ſed independenter & ex propria perſona, uti vocatus ad primogenituram: ideoque aon adſtringitur ad obſervandum factum defuncti; *Peregrinus conſ.138. n.10. lib.2.; & in tract. de fideicomm. art.52. n.95., Rota coram Peatinger. dec.214. n.2. & 3. coram Zarat. dec.73. n.9., in rec. dec.597. n.15. & ſeqq. par.5., dec.363. n.44.par. 10., dec.202. num 5. par.11.*

Hæc quoad primam partem reſolutionis. Quo vero ad ſecundam, Domini faciliùs proceſſerunt, decernendo relaxationem mandati, pro eo, quod deficit, uſque ad integrum ſupplementum bonorum alienatorum, tam ab ipſo Marcello, quàm ab ejus hæredibus; quia, cùm iiti bona primogenialla diſtraxerint, uti libera Marcelli, qui pro omnibus alienationibus factis, & faciendis, ſolum Caſtrum Turritæ cum antedictis boois annexia
25 ſubrogaverat: damnum proindè ab ipſo
Marcello proceſſit; & ex ejus bonis venit emendandum, nt reſpondit *Rota in Romana Secretariatûs 6. Aprilis 1693. §. 3 demùm coram bo. me. Benincaſa.*

Et ita, utraque &c.

NEAPOLITANA SANATIONIS CENSUS.

Lunæ 16. Iunii 1698.

ARGUMENTUM.

Ex Papæ commiſſione ſanatur cenſus, in cujus impoſitione vera pecuniarum numeratio non intervenit. Cedula bancaria quando habeatur pro pecunia numerata ad effectum Pianæ conſtitutionis. Fundi cenſiti, non ſpecificè deſignati, ſed vagè, arbitrio emptoris, electio facta cenſetur, ex temporis curſu, & fructuum ſolutione. In cenſu ſanato fructus veniunt à die conſtitutionis ipſius.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur à jure.*

2 *Juris rigor temperatur vigore facultatis à ſupremo Principe attributæ.*

3 *Judex vigore facultatis à Papa tributæ poteſt ſanare cenſum, quando conſtat de vera pecuniarum numeratione: quamvis non contemporaneæ impoſitioni.*

4 *Cedulæ bancariæ traditæ equipollent reali numerationi pecuniæ.*

5 *Secùs ſi adeſt in ipſis vinculum differens ſolutionem.*

6 *Vinculum in cedulis appoſitum, inveſtiendi pro ſecuritate cenſus, ex ipſa impoſitione cenſus tollitur.*

7 *Mora in exigendis pecuniis cedularum, ex ſola culpa venditoris cenſus, emptori non præjudicat.*

8 *Cenſus imponi poteſt ex Piana conſtitutione ſuper aliis cenſibus, & annuis redditibus eidem correſpondentibus.*

9 *Cenſus, & annui redditus connumerantur inter bona immobilia.*

10 *Cenſus eſt nullus, ob non factam ſpecificam deſignationem confinium fundi cenſiti.*

11 *Fundi cenſiti arbitraria electio, ad removendas nullitates, ex longo temporis curſu, & fructuum ſolutione, facta præſumitur.*

12 *Tamen Rota ad cautelam vigore facultatis à Papa in commiſſione tributæ, mandat certum fundum ſupponi.*

13 *Sanatio retrotrahitur ad diem impoſiti cenſus, ideoque illius fructus debentur.*

14 *Maximè, ſi venditor cenſus emit ejuſdem pretio rem fructiferam.*

15 *Per ſententiam jus acquiritur.*

16 *Sententiæ ſuper nullitate cenſus Papæ narratæ, derogatum cenſetur: & non impedit ſanatoriam, arbitrio Rotæ commiſſam.*

DECISIO XLIII.

CUm Patrea SS. Margaritæ, ac Bernardini Civitatis Neapolitanæ annuum cenſum ducatorum 140., quem ſub die 17. Auguſti 1634., favore Baltaſſaris de Leone, pretio ducatorum 200., impoſuerant, ſolvere denegaſſent: Dominicus Scalpatus ceſſionarius fructuum dicti cenſûs In ſumma ducatorum 266., mandatum à Reverendiſſimo Nuncio reportavit: quod tamen in gradu appellationis revocavit R. P. D. meus Caprara, dum fungebatur munere Locumtenentia A. C.: declarando ulteriùs per ſententiam, cenſum præſatum malè, ac nulliter impoſitum fuiſſe. Hinc denuò appellatione interpoſitâ, filii, & hæredes dicti quondam Baltaſſaris, aliique interim ad cauſam admiſſi, porrecta Sanctiſſimo commiſſione, obtinuerunt reſcribi -- *De ſanatione, arbitrio, Rotæ, conſtito de credito* -- Quâ mihi directâ, dubium propoſui -- *An, & pro qua ſumma intret arbitrium, etiam ad effectum relaxationis mandati* -- Quod affirmativè in omnibus pro ſumma debita, fuit reſolutum.

1 Arbitrium enim licèt reguletur à jure;
juxta dictum *Bartoli in Extravag. ad re-*
2 *primendum verb. videbitur.* Adhuc tamen
vigore facultatis, mediante commiſſione à
ſupremo Principe attributæ, juris rigor ali-
3 qualiter temperatur; itaut licitè poſſit Ju-
dex, æquitatem amplectendo, ſanationem
cenſûs decernere, quoties de vera conſtet
pecuniarum numeratione; quantumvis iſta

impoſitionis actui contemporanea non fuerit,
ut præ cæteris reſpondit *Rota in Avellina*,
ſeu nullius præſtationum, 29. *Aprilis* 1697.
§. *Minùſque*, & 9. *Maii proximè præteriti*,
§. *Nam cùm coram R.P.D.meo Olmo.*

Realis autem pecuniarum numeratio, in
præſenti comprobata videbatur ex eo, quod
in actu impoſitionis traditæ fuerunt duæ ce-
dulæ bancariæ; quæ, cum æquipolleant nu-
meratæ pecuniæ; ac veræ ſolutionis vim ha-
beant: rectè valuit, illis mediantibus, cen-
ſus imponi, ut communiter tenent Docto-
res, & ſignantur *Cencius de Cenſ. quæſt.* 50.
*n.*13., *Cardinalis de Luca eod. tract. diſc.*4.
*n.*5., *Adden ad Gregor. dec* 347. *n.*19., *Ro-
ta coram Vbag. dec.*48. *n.*2. & 3, *in rec. dec.*
57. *n* 3. *cum ſeqq. par.*16., & *in alia Neapo-
litana cenſus* 20. *Aprilis* 1693. §. *Vicem au-
tem coram Rm̃o Turonen.*

Nec relevat, quod cedulæ præfatæ, ob
5 vincula in illis adjecta, & exactionem ferè
quinquaginta dierum ſpatio dilatam poſt
cenſus impoſitionem, numeratæ pecuniæ,
6 non potuerint æquiparari. Cùm enim illarum
vinculum præſeferret dumtaxat onus inve-
ſtiendi pecunias pro ſecuritate dotis, & an-
tephati uxoris dicti quondam Baltaſſarris: il-
lud profectò mediante cenſus impoſitione,
7 fuit reſolutum; proindeque mora procura-
torum, qui exactionem diſtulerunt uſque ad
diem quintam, & ſextam reſpectivè Octo-
bris ſubſequentis, præjudicare non potuit
emptori, qui nullum præſtitit impedimen-
tum, quominùs pecuniæ exigerentur; ut in
fortioribus terminis cedulæ cum vinculo in-
veſtimenti, ac pretii per triennium inexacti,
firmavit *Rota in dicta Neapolitana Cenſus*
20 *Aprilis* 1693. §. *Probata verò*, *coram
Rm̃o Turonen.*, *confirmativa* 26. *Martii*
1694. §. *Atque hinc*, & *ſeqq. coram bo. me.
Benincaſa.*

Minùs allegari merebatur altera nullitas
cenſus ex defectu fundi, deſumpta. Iſta ſiqui-
dem quoad ratam annuorum ducatorum
8 124. removebatur ex facto, dum cenſus de
quo agitur, ſpecificè impoſitus fuit ſuper aliis
cenſibus, annuiſque redditibus præfatæ ſum-
9 mæ correſpondentibus, quæ, cum inter bona
immobilia connumerentur, potuerunt citra
dubium ex Piana Conſtitutione in fundum
aſſignari; *Cencius de Cenſ. q.*31. *n.*1., & *q.*72.
*n.*35., *Card. de Luca eod. tract. diſc.*17. *n.*3.,
*Rota coram Buratto dec.*913. *n.*11. & IV., &
*in rec. dec.*235. *per tot. par.*7.

Pro reliquis verò ducatis 16. in comple-
10 mentum integri fundi cenſiti, licèt ex præ-
dicta conſtitutione ſpecificam confinium de-
ſignationem, requirente, cenſus nullus re-
manſerit, tamquam ſimpliciter impoſitus *ſu-
per cæteris bonis præſentibus*, & *futuris ad
electionem dicti quondam Baltaſſarris*: ni-
11 hilominùs, ultra quod, ex tam longo tempo-
ris curſu, & ſucceſſiva fructuum ſolutione,
præſumi valet, electionem fuiſſe factam à cre-
ditore ad removendam cenſus nullitatem,
ad tradita per Rotam coram Buratto dec. 10.
n 14., & *in Ferrarien. Cenſus* 1. *Julii* 1682.
coram bo. me. Gnaxardo.

Domini, ad lites in poſterum dirimendas,
12 utendo facultatibus à Sanctiſſimo conceſſis,
cenſuerunt poſſe arbitrium pro ſanatione in-
terponere, cogendo Patres ad ſupponen-
dum aliquem certum fundum, dicti annui
redditus capacem, ſuper quo cenſus licèt
longè ante impoſitus validè ſuſtineatur; ut in
proximis terminis cenſus impoſiti ſuper fun-
do ædificando, tradit *Cardinalis de Luca de
Cenſ. diſc.*7. *n.*4. & 5.

Poſito ex præmiſſis, quod ſit locus ſana-
13 tioni cenſus, de plano ſequitur, manda-
tum eſſe relaxandum pro fructibus, etiam in
præteritum decurſis: cum illa retrotrahantur
ad diem celebrati contractûs; ut optimè fir-
mat *Cardinalis de Luca de cenſ. diſc.*3. *n.*6.,
*Rota coram Bichio dec.*614. *n.*12., & *in rec.
dec.*311. *n.*11. *par.*17

Idque faciliùs, ponderando, quod pa-
tres, ex pecuniis ad cenſum receptis do-
14 mum acquiſiverunt: quamobrem nulla æqui-
tas patitur quod locupletentur cum aliena
jactura, & domo fruantur; è converſo au-
tem allegent nullitatem cenſûs, ne illius
fructus perſolvant; ut egregiè ratiocinatur
Rota in dicta Neapolitana Cenſus 20. *Apri-
lis* 1693. §. *finali*, *coram Rm̃o Turonen.*

Quin retrotractionis effectum remotare
valeat ſententia lata ſuper nullitate, per
15 quam jus partibus quæſitum dicebatur: ſi-
16 quidem, cùm in commiſſione narratum fue-
rit ſummo Pontifici, dictam ſententiam ema-
naſſe, illaque non obſtante pro ſanatione ar-
bitrio hujus ſacri Auditorii reſcripſerit: cen-
ſetur cujuſcumque juri ex dicta ſententia
quæſito derogare voluiſſe; ut, occurrendo
huic objecto, dixit *Rota in dicta Avellina*,
ſed nullius præſtationum 29. *Aprilis* 1697.
§. *Nec refragatur*, *confirmata* 9. *Maii pro-
ximè præteriti.* §. *Atque hinc*, *coram R. P.
D. meo Olmo.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA MAJORATUS, ET PRIMOGENITURÆ DE CÆSARINIS.

Lunæ 16. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

Ad primogenituram admitti quis non impedi-
tur per electionem temporalem celibatus,
ſi de tempore apertæ ſucceſſionis polleat
qualitatibus à teſtatore requiſitis, neque il-
la contra teſtatoris votum, & juris cenſuram
eſt dividenda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiarum reſultat ex actorum revolutione.*
2 *Sententiæ ſunt conformes, quando ſecunda primam confirmat.*
3 *Pollens, de tempore apertæ ſucceſſionis, quali-*
tatibus

Digitized by Google

tatibus à teſtatore requiſitis, ad illius hæreditatem admittitur.

4 *Electio celibatus non perpetua, ſed per modum ſimplicis oblationis, non inducit ſtatum religioſum, & perpetuam obedientiam legibus monialium: verùm, eſt ad libitum revocabilis.*

5 *Et per licitum egreſſum evaneſcit, quoad omnes ejus effectus.*

6 *Sacris ordinibus initiari verificatur tantum in maſculis.*

7 *Conditio appoſita in antecedenti ſubſtitutione, ad ſequentem ſeparatam extendi non valet.*

8 *Eomagis ſi adſint circumſtantiæ diverſitatem diſpoſitionis demonſtrantes.*

9 *Ex contextu teſtamenti dignoſcitur, quid fuerit ſubſtitutis appoſitum, & quid non.*

10 *Electionem celibatus non temporalem, ſed perpetuam, odio habitam fuiſſe ex circumſtantia demonſtratur.*

11 *Capacitas requiritur de tempore ſucceſſionis, & ante conditionis eventum, nec antecedens incapacitas nocet.*

12 *De bono jure cum conſtet. non datur locus temperamento diviſionis bonorum*

13 *Temperamentum dividendi inter litigantes bona primogenialia eſt incongruum, ſtante prohibitione diviſionis facta à teſtatore.*

14 *Juris regula eſt, quod bona primogenialia diviſioni non ſubjaceant.*

DECISIO XLIV.

POſt geminas rotales ſententias, alteram latam à R P.D. meo Molines, & alteram à R.P.D. meo Muto, declarantes, ſuceeſſionem in majoratu nobiliſſimæ familiæ de Ceſarinis, debitam eſſe D. Duciſſæ Liviæ primogenitæ; excluſâ D. Principiſſa Cleria ſorore: iſta recurſum habuit ad Sanctiſſimum, ac petiit in Signatura Gratiæ commiſſionem proponi, qua noſtro tribunali demandaretur, ut ex æquitate, ac prudentiali, cum temperamento procederet, prout à R. P.D. Auditore Sanctiſſimi obtinuit, cauſam in conſueto ſollo adnotari, abſque tamen ulla conceſſione ſuperſeſſoriæ: quam ad retardandum judicialem litis progreſſum, Principiſſa poſtulabat; cùmque è contra Duciſſa Livia, hujuſce litis terminationem exoptans, decretum reportaverit ab eodem R. P. Auditore, quo cauſæ propoſitio arbitrio S. Rotæ remiſſa fuit: hinc dubium in hodierna audientia propoſui -- *An ſit locus ſtatuto de duabus* -- Et Domini, ſecundùm juris cenſuram procedentes, *affirmativè* reſponderunt, attentâ ſententiarum validitate, conformitate, & juſtitia.

Suppoſitâ enim ex actorum revolutione, validitate, prout etiam conformitate ex le-
2 ctura ſecundæ, quæ primam confirmat; juxta deducta in *Bononien. prætenſæ devolutionis* 14. *Januarii* 1697. §. *Validitas enim, coram me*, juſtitia reſultare videbatur ex eo, quod inſtitutores primogenituræ, poſt extinctam lineam maſculinam (ſunt verba præciſa) -- *Succedere voluerunt &c. vocarunt, & nominarunt filiam fœminam primogenitam legitimam, & naturalem, & ex legitimo matrimonio ab initio contracto, in gradu proximiori ultimo decedenti primogenito; dummodò filia fœmina ſic vocata, tunc nupta ſit, & reperiatur cum aliquo nobiliſſimo viro ſecundò, vel aliàs deinceps genito ex nobiliſſimis domibus, vel familiis infraſcriptorum Baronum, videlicet ex familia Ducis Joannis Antonii Urſini &c. ex familia Caietana &c. ex familia Sfortia Ducum Signiæ &c.;*
3 *& Cæſia* -- quocirca, dum præfata D. Duciſſa Livia, de tempore apertæ ſucceſſionis, utrâque pollebat requiſitâ qualitate, primogenitæ ſcilicet, ac nuptæ in tertia ex quatuor familiis ab inſtitutoribus primogenituræ, ſpecificè nominatis, meritò fuit ad illam admiſſa; *L. Cùm pater* 79. §. *Hæreditatem il princ. ff. de legat. ſecundò, Rota coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*244. *n.*2. & 3., & *coram Celſo dec.*358. *n.*5.

Nec urgere videbatur objectum, in præcedentibus inſtantiis promotum, ſemperque rejectum, quod ſtatim ac eadem D. Duciſſa Monaſterium Septem Dolorum ingreſſa, cœlibatum elegit, ex ejuſdem primogenituræ diſpoſitione, omne jus ſibi competens amiſerit.

Siquidem electio cælibatûs non fuit per-
4 petua, & irretractabilis, ſed per modum ſimplicis oblationis, quæ tamquam ſtatum religioſum non inducens, nec excludens matrimonium, minimſque adſtringens ad obſervantiam Legum, quibus Moniales obligantur: erat ad libitum revocabilis, ut relatâ deciſione in hac cauſa edita 13. *Januarii* 1687. *coram bo. me. Emerix*; nuper reſpondit *Rota in Romana reſtitutionis dotis* 16. *Januarii* 1696. §. *Quoniam, coram R.P.D. meo Scotto, confirmata* 22. *Aprilis* 1697. *coram R.P.D. meo dell' Olmo*. Ac proinde, ſi-
5 cut declaratio cælibatûs, ab ingreſſu dependens, per licitum egreſſum evanuit: ita omnes effectus ab illa reſultantes, fuerunt reſoluti; ut in fortioribus terminis repetitionis dotis traditæ Monaſterio, proſequitur *Rota in dicta Romana reſtitutionis dotis*, §. *Inde ſequitur coram R.P.D. meo Scotto.*

Hujuſmodi autem intelligentiæ nullatenùs adverſatur Lex primogenituræ in §.152., ubi demandatur, quod primogeniti, cum pervenerint ad vigeſimum quintum ætatis annum, declarare teneantur, an velint in cæ-
6 libatu vivere, vel potiùs matrimonium contrahere. Illius enim verba in ea parte litteraliter, ac expreſsè referuntur ad maſculos; in quibus dumtaxat verificari poteſt alternativa -- *An velit ſacris initiari, ſeu potiùs uxorem ducere* -- Ideòque, dum poſtea in vocatione fœminarum, requiſita non fuit hujuſmodi declaratio; ſed unicè qualitas primogenitæ, cum una ex dictis quatuor familiis matrimonio copulatæ: particularis quoad iſtas proviſio ſervanda venit, abſque illatione, ac extentione præcedentium; *Fuſarum*

riat de ſubſtit. o.460. n.15 cum aliis adductis in poſtrema hujus cauſæ, dec. 25. Februarii 1697. §. Quanuquidem, coram R.P.D. meo Muto.

Ponderando præſertim, quod inſtitutores primogenituræ, poſt vocatam in genere filiam primogenitam cum ſupradicto onere nubendi certis perſonis; prævidentes, illam de tempore apertæ ſucceſſionis, potuiſſe in ſtatu viduitatis reperiri; licèt antecedenter extra familias deſignatas matrimonium contraxiſſet: adhuc tamen ad primogenituram admiſerunt cum onere novas nuptias, juxta modum præſcriptum contrahendi. Quæ cir-
8 cumſtantia manifeſtè demonſtrat, præventivam declarationem in maſculis requiſitam, omninò quoad fæminas, fuiſſe neglectam:
9 hoc ſolùm, quoad iſtas requiſito, quod de tempore apertæ ſucceſſionis, forent in ſtatu à primogenituræ conditoribus volito, vel ſaltem habiles ad illum aſſumendum; licèt antea fuiſſent in ſtatu contrario, ut patet ad ſenſum.

Et ex hac circumſtantia validiùs emicat
10 aſſumptum, quod in primogenitura odio habita non fuit electio cælibatûs, pro libito variabilis; ſed illa ſolùm, quæ ſemper in eodem ſtatu perſeverando impiemento conditionum, in primogenitura præſcriptarum de tempore ſucceſſionis adverſaretur: ita
11 etiam dictante juris regulâ, quod capacitas de tempore ſucceſſionis inſpicitur; ut in ſpecie de Monacho, jampridem ex Religionis inſtituto incapaci; habili tamen effecto ante conditionis eventum, reſpondit *Federicus de Sen. conſ. 26. n.2 & per tot.* quod refert dicta deciſio in hac cauſa edita 13. *Januarii* 1687.§. *Nec obſtat in ſin. coram bo. me. Emerix.*

Hæc, & alia in præteritis hujus cauſæ deciſionibus latius enucleata, bonum jus D. Ducillæ Liviæ latis apertè comprobant; itaut
12 aliàs propoſitum temperamentum æqualiter dividendi bona primogenituræ ſuppoſita, prorſus incongruum videretur. Licèt enim Domini per hypotheſim admitterent, D. Principiſſam Cleliam nuptias contraxiſſet ſub ſpe primogenituram aſſequendi; quam bona fide conceperat, ex cælibatû ſtatu, per ſororem
13 aſſumpto; non inde tamen cenſuerunt, eorum arbitrio repoſitum, à recto juris tramite divertere, ac diviſione mediante, Legem offendere primogenituræ; quæ *n.12*, diviſionem ſpecificè prohibet per verba ibi -- *Facere unum corpus, nulloque modo alienari, vel dividi poſſe; ſed ſemper in perpetuum ſic indiviſa, & tanquam indiviſibile corpus, eſſe unius tantum maſculi primogeniti, ac integra, & ſine aliqua diminutione cadere de primogenito in primogenitum* -- taiemque prohibitionem repetit à *n.* 110. uſque ad *n.*115.;
14 impoſitâ rigoroſâ pœnâ caducitatis. Cui etiam diſpoſitioni conſonat illa juris diſpoſitio, juxta quam bona primogenialia diviſioni non ſubjacent; *Cyriacus contr.*312. *n.*67., *Andreolus contr.*380. *n.*17., *Molina de primogen. lib.*1. *cap.*13.*n.*9. *Rota dec.*457. *n.*4.*& ſeqq. par.*14. *rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA AFFICTUS.

Ven. 20. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

Reſtaurum promiſſum conductori ab Abbatiſſa in apoca, quæ confecta eſt in ſequelam contractus venditionis, jàm præcedenter in inſtrumento ſtabilitæ, quamvis in eodem non exprimatur, tamen debetur, & quomodo retardare poſſit viam executivam ab inſtrumento promanantem.

Revocatur infra Dec.17.

SUMMARIUM.

1 *Reſtaurum conventum à partibus eſt reficiendum, etiamſi eſſet in modica quantitate.*

2 *Reſtaurum conventum refici in paghis, venit quolibet anno reficiendum, nec eſt expectanda affictus terminatio*, & n.5.

3 *Apocæ verba non debent remanere fruſtratoria.*

4 *Solutiones affictus quolibet anno debentur.*

6 *Apoca confecta ab Abbatiſſa ſine conſenſu monialium, & ſolemnitatibus, præjudicare non poteſt Monaſterio.*

7 *Apoca ſimplex in concurſu cum inſtrumento non attenditur.*

8 *Limitatur quando apoca eſt confecta in ſequelam conventionis præcedenter ad inſtrumentum ſtabilitæ, & continet meram bonæ fidei recognitionem.*

9 *Et tunc ab Abbatiſſa, ſeu Prælatis in Eccleſiæ præjudicium rectè poteſt exarari.*

10 *Item fieri poteſt à tutoribus, ſeu adminiſtratoribus.*

11 *Abbatiſſa tutori, ſeu adminiſtratori æquiparatur.*

12 *Dictum duorum teſtium, formiter examinatorum, plenè probat conventionem præcedentem.*

13 *Notarius rogatus deponens de facto proprio, facit pluſquam ſemiplenam probationem.*

14 *Negociorum geſtor monaſterii circa illius contractuum declarationem, plurimum eſt attendendus.*

15 *Fides teſtium lite pendente expiſcata nihil probant.*

16 *Perſonæ affectæ, integram fidem non merentur.*

17 *Nec enervare valent teſtes formiter examinator.*

18 *Obſervantia apocæ ab abbatiſſa confectæ, probat factam fuiſſe, quia cum monialibus earumque Miniſtris ità fuerat conventum.*

19 *In Curia Laicali non poteſt Eccleſiaſticis præjudicium inferri.*

20 *Ec-*

20 *Eccleſiaſticus non poteſt incompetentiam Judicis Laici opponere propter exceptionem à Rege promotam, ſi illum coram eodem convenerit.*

21 *Exceptio reſtauri, uti promanans ab apoca, vel requirens liquidationem, opponi non poteſt ad impediendam actionem executivam, ex publico inſtrumento promanantem.*

22 *Secus ſi promanet ab apoca, quæ ſit eidem inſtrumento correſpectiva.*

23 *Liquidatio, ex cujus facto impeditur, habetur pro facta.*

24 *Damno in genere probato, dimitti poteſt conductori ſumma vero ſimiliter eidem correſpondens.*

DECISIO XLV.

TEnutam nuncupatam *della Magliana*, ſpectantem ad Ven. Monaſterium, & Moniales S. Cæciliæ de Urbe, Tyberis flumini adiacentem, ejuſque inundationibus obnoxiam, conducturus ad novennium Chriſtophorus de Nicolaia, Monialibus obtulit annua ſcuta 1300., quatenùs tamèn in caſu, quo flumen undis obrueret, congrua mercedis remiſſio ſibi promitteretur. Cumque Moniales, licèt oblationem rationi conſentaneam putarent, renuerunt è contra dictam remiſſionem publicè, mediantè inſtrumento in pactum deducere; ad evitandum præjudicium, quod etiam in poſterum, ſub hujuſmodi lege, tenuta locari debuiſſe; Convenerunt proindè, quòd inſtrumentum liberè, abſque ullâ reſervatione ſtipularetur; & viceverſa fieret, per apocam bonæ fidei recognitio, vel declaratio, quod in præfato caſu, promiſſa reſponſio proportionabiliter ad damnum exinde illatum, eſſet minuenda; prout actum fuit: dum die 27. Septembris anni 1691.; ſine ulla conditionem receptum fuit inſtrumentum; atque illinc ad paucos dies, nempè 10. Octobris ſubſequentis, Abbatiſſa præfati monaſterii, mediante apoca, declaravit, quòd in caſu generalis inundationis Tenutæ exiſtimandum foret damnum ab illa proveniens; & ejus quantitas acceptò ferenda in cauſam ſolutionum, prò affictibus faciendarum; ut ex apoca in *Summario Chriſtophori num. primo.*

Prævиſus caſus evenit anno 1694. Ideoque tunc temporis Monialibus affictuum ſolutionem judicialitèr poſtulantibus, & Chriſtophoro ſibi reſtaurum deberi apponentes, fuit concorditèr electus peritus, qui damnum æſtimaret: eoque relato in ſcutis 320., Judex iſta in ſuſpenſo relinqui decrevit, mandatum prò reliquis relaxando; quæ abſque ulla contradictione fuerint perſoluta. Succeſſivè novis terminis decurſis, conventus ad ſolutionem Chriſtophorus coràm R. P. D. Viceſgerente anno 1696., quo altera fluminis inundatio evenerat, denuò eandem exceptionem oppoſuit; electiſque propterea hinc inde Peritis, ille Chriſtophori damnum retulit in ſcut. 515., ille verò Monaſterii in tenui ſumma ſcutorum 54.: quâ ſtante diſcordiâ, Judex ad tertii deputationem proceſſit. Sed poſtea his omnibus neglectis, declarando per ſententiam defalcum non deberi, & apocam ſupradictam nullam fuiſſe; ac reſpectivè executionem non mereri, mandatum prò omnibus affictibus, uſque tunc decurſis in ſumma ſcutor. 545. 61., relaxavit. Quod cum in gradu appellationis, exequi juſſerit R. P. D. Fatinellius, idcircò ulterioris appellationis causâ mihi, tanquam Prælato extra Rotam commiſsâ: Dominos meos de more conſului -- *An ſit procedendum ad legitimam executionem;* Et *negativam* accepi reſolutionem.

Cùm enim ſpecialitèr fuiſſet inter Partes
conventum, in caſu inundationis, reſtau-
rum; non poterat citrà injuſtitiam relaxari
mandatum prò integris affictibus, ſed rata
1 damni, ab inundationibus illati, quamvis
illud modicum fuiſſet, erat detrahendum;
juxta magiſtrale *Conſilium Angeli* 312. *n.*6.
*& per tot., Camil. Medic. conſ.*23 *num.*15.,
*Rocca diſput. jur. cap.*121. *nu.*1. *Cardinal.*
*de Luca de Regal. diſc.*64.*n.*2., *diſc.*65 *n.*13.,
*& diſc.*134. *n.*6., *& de Locat. diſc.*1.*a.*6. cum
aliis relatis per R. P. D. meum Anſaldum
*in tract de Commerc. & mercat. diſc.*96.*n.*29.
2 Fortiùs: quia præfata conventio præſe-
fert, quod damnum liquidandum bonificari
debeat in paghis; adeout expectanda non
ſit affictùs terminatio ad effectum calculandi
3 redditus integri novennii: dum alias verba
Apocæ -- *Debba bonificarſi nelle paghe del*
medeſimo affitto -- remanerent fruſtratoria;
Tondutus quæſt. civil. capite 31. *num.*11.
& *Rocca diſput. Jur. dicto cap.*121 *n.*1. *verſ.*
4 *Idque*; Et, ſicuti ſolutiones quolibet anno
5 debentur: reſtaurum annuatim venit admit-
tendum; quoties damnum emerſerit; ut
eleganter diſtinguendo probat *Faber. in Co-*
*dice. lib.*4. *tit.*42. *defin.*35.
Veritatem concluſionis non impugnabant
6 ſcribentes prò Monaſterio: negabant tamen
conventionem, uti deſumptam ex ſimplici
apoca per Abbatiſſam ſubſcripta; quæ abſque
monialium conſenſu, aliiſque ſolemnitati-
bus præjudicare nequeat Monaſterio, nec
7 in concurſu inſtrumenti attendi mereatur.
8 Verùm ad remotionem objecti, pondera-
bant Domini, apocam non fuiſſe de novo,
& independenter ab inſtrumento confe-
ctam, ſed in ſequelam conventionis præce-
dentèr ad inſtrumentum ſtabilitæ: adeòque
illa, tanquam continens meram bonæ fidei
recognitionem, rectè potuit per Abbatiſ-
9 ſam, abſque aliis ſolemnitatibus exarari;
ut de Prælato in præjudicium Eccleſiæ *Tar-*
ricell. de Reb. Eccl. non alien. cap. 26. *n.*25.,
& *Rota coram Baratto dec.*453. *n* 6., *coram*
*Arguell. dec.*63. *num.*38., *in rec. dec.*27. *n.*4.
10 *part.*9., & generalitèr de tutore, ſeu ad-
miniſtratore; quibus Abbatiſſa æquiparatur
11 eſt text. *in l. quoties §. Sicut*, ibi -- *Neque*
enim prohibentur tutores bonam fidem agno-
ſcere -- *ff. de adminiſtrat. tutor.*, & *Rot. cor.*
*eodem Baratto dec.*49. *n.*18. *& dec.*154. *n.*3.
Hujuſmodi tamen præcedens conventio
12 fatia

12 ſatia comprobata videbatur ex dicto duo-
rum teſtium formitèr examinatorum, depo-
nentium, quod cum Chriſtophorus, in actu
ſtipulationis inſtrumenti, appoſitam in illo
audiviſſet ampliſſimam renunciationem cui-
cumque defalco, etiam in caſu inundationis
tyberis: & hac de causâ nullatenùs vellet
contractum perficere: fuit ad ſtipulationem
inductus ſub ſpe futuræ apocæ *d. ſum. Chri-*
13 *ſtoph. n.* 10. *&* 11. Ex iis verò teſtibus alter
eſt Notarius de inſtrumento rogatus; qui,
tanquam deponens de facto proprio, pluſquā
ſemiplenam conſtituit probationem; ut in
puncto reſpondit *Rota cor. Buratto dec.* 775.
n. 5. *&* 6, *& dec.* 114. *n.* 4. *&* 5. *part* 8. *recen.*
14 Alter verò negotiorum geſtor Monaſterii,
adhùc de tempore examinis, illius ſervitio
addictus, & ſic plurimum attendendùs;
Maſcardus de probat. concluſ. 758. *n.* 10. *&* 11.
Farinacc. de Teſtibus quæſt. 55. *n.* 143. *&*
ſeq, Pax Jordan. var. elucubrat. tom. 3. *lib.* 14.
tit. 18. *n.* 235. *& ſeqq.*

Quibus fruſtrà contraponebantur nonnul-
læ fides deputatorum Monaſterii, negati-
vam dictæ conventionis teſtantium: illæ nam-
que, vel uti extrajudiciales, ac lite pen-
15 dente confectæ, nil probant; per *text. in*
16 *l. ſi quando C. de Teſtibus*, vel tanquam emiſ-
ſæ à perſonis erga Monaſterium affectis, in-
tegram fidem non merentur, itaut eo minùs
17 enervare valeant contrarias teſtium, formi-
tèr examinatorum, depoſitiones; *Farinacc.*
de teſtibus quæſt. 60. *n.* 267. *& ſeqq.* & firma-
vit *Rota dec.* 233. *n.* 9. *part.* 19. *rec.*

Et ſanè iſtarum veritatem comprobavit
obſervantia: dum Moniales, ejuſque Mi-
niſtri, petente Chriſtophoro anno 1694. re-
ſtaurum, ob damna ex flumine illata, nedum
oppoſuerunt, illi fuiſſe renunciatum in in-
ſtrumento; ſed aſſenſum præſtiterunt ele-
ctioni periti, qui damnum liquidaret; quod-
que in ſuſpenſo relinqueretur quantitas, ad
quam illud aſcendebat: quæ profectò cir-
cumſtantia manifeſtè demonſtrat, Abbatiſ-
ſam non ſubſcripſiſſe apocam ad gratifican-
dum Chriſtophoro; ſed ex quo ità cum Mo-
nialibus, earumque Miniſtris fuerat præce-
dentèr conventum; ex traditis per *Rotam*
coram Celſo dec. 15. *n.* 11., *in rec. dec.* 190. *n.* 1.
& ſeqq. part. 18., *& dec.* 52. *n.* 7. *part.* 19.

Quin iſtius efficacia elidatur ex reſpon-
ſione, quòd relationes peritorum geſtæ fue-
19 rint in Curia Capitolina, in qua, tanquam
laicali nullum potuerit irrogari præjudi-
20 cium Monaſterio. Cùm enim actio coràm
Judice laico, intenta fuerit à Monialibus
prò conſequutione affictuum; electio verò
peritorum petita fuerit à Chriſtophoro per
viam exceptionis: nequit proindè incom-
petentia judicis opponi: cum Eccleſia co-
ram Judice laico agere non prohibeatur; ut,
diſtinguendo, probat *Fagnanus in cap. ſi Cle-*
ricus laicum n. 20. *& ſeqq. de for. compet.*

Minùs relevat, quod exceptio reſtauri,
vel utpotè ab apoca deſumpta, vel uti majo-
21 rem requirens liquidationem, opponi ne-
queat ad impediendum executivam actio-
22 nem, ex publico inſtrumento promanan-
tem. Quò enim ad primam objecti partem,
ſatis erat reſponſio, quod, cùm ex ſuprà ad-
ductis, inſtrumentum, & apoca ſint duo
actus correſpectivi, adeout pactum remiſ-
ſionis mercedis cenſeri debeat appoſitum in
inſtrumento, rectè valet iſtius executio,
per talem exceptionem, retardari; ut in ſpe-
cie reſpondit *Rota apud Zacchiam de oblig.*
23 *Camer. dec.* 8. *n.* 1.: reſpectu verò liquidatio-
nis, iſta in parte præceſſerat; &, ſi pro re-
liquo completa non fuit, ob impedimentum
à Monialibus præſtitum, vel haberi debet
prò facta; *Conciolus alleg.* 55. *n.* 4., *Adden. ad*
Pamphil. dec. 227. *n.* 4. *& ſeqq.*, *Rota dec.* 19.
n. 10. *part.* 7., *& dec.* 44. *n.* 20. *part.* 17. *rec.*: aut
24 ſaltem poſitâ in genere probatione damni,
dimitti poterat pœnès conductorem ſumma
veriſimilitèr eidem damno correſpondens;
Pacionus de Locat cap. 45. *n.* 22., *Rocca diſpu.*
Jur. cap. 119. *n.* 68.

Et ita, prætermiſſis aliis levioris ponderia,
reſponſum fuit, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTO

Non indiget, nàm patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Revocatio ſententiarum peti non poteſt ab eo, ad cujus inſtantiam fuerunt prolatæ.*
2 *Maximè ſi bonorum poſſeſſionem appræhendit*, & num. 5.
3 *Res judicata æquiparatur tranſactioni.*
4 *Tranſactio, ſeu res judicata per viam læſionis, vel reſciſſionis impugnari nequit, niſi priùs omnia ejus vigore recepta reſtituantur, &* num. 5.
6 *Folio à nobili integro viro exarato, creditur.*
7 *Magis ſi plures ex partitis ibidem contentis verificentur.*
8 *Nova inſtrumenta reperta, niſi probetur illa fuiſſe à collitigante ſtudioſè occultata, tranſactionem non infringunt.*

DECISIO XLVI.

MUtius de Bubalo; ſcripto univerſali hæ-
ſede Hyacintho nepote, illiuſque filiis
legitimis, & naturalibus; ſubſtituit, qua-
tenus iſti non extarent, vel deficerent,
Quintium fratrem ejuſque lineam maſculi-
nam; qua etiam deficiente, ſubſtituit prò
rata ſcutorum 30. mill. Ven. Societatem
SS. Annunciationis Urbis; in reliquis verò
bonis Eleonoram de Bubalo, tunc temporis
nuptam Petro Honuphrio Camajano, qua-
tenus viveret; ſin minùs illius filios, & de-
ſcendentes, nedum maſculos, ſed etiam
fœminas, in ſtirpes, & non in capita. Defun-
ctis tam Hiacyntho, quàm Quintio ſine filiis,
aper-

aperiique proindè ſucceſſione ſavore dictæ Societatis prò rata ſcutorum 30. mill., ac in reliquis ſavore Marchionis de Montauto, aliorumque ab Eleonora deſcendentium: fuit ab illis petita, & reſpectivè obtenta in Tribunali A. C. immiſſio ad nonnulla bona, & Cenſus, tanquam Mutii teſtatoris hæreditaria; cum onere tamèn refundendi Marchioni Sanctacrucio hæredi Portiæ uxoris dicti Hyacinthi ſcut. 8344., quæ ipſi ex cauſa detractionum, ac melioramentorum, debita ſupponebantur.

Devolutâ vero cauſa per appellationem ad noſtrum Tribunal; ac diſputato ſub *die 26. Martii 1688. coràm Reverendiſſimo Zamoren.* dubio -- *An, & ſuper quibus bonis danda eſſet immiſſio*: Sac. Rota, procedendo cum folio per Hiacynthum conſcripto, & pendente cauſa reperto; in quo bona omnia fideicommiſſaria deſcripta erant: reſpondit, dandam eſſe immiſſionem ad bona omnia, & credita, in folio adnotata, & reſpectivè bonifican. Marchioni Sanctacrucio melioramenta, & detractiones, ibidem pariter deſcriptas. Cumque in eodem ſenſu præſtiterit, 2. *Maii* 1689 lata fuit ſententia, immiſſionem decernens; refectâ prius ab actoribus ſummâ ſcut 3049. 40., & ulterius declarans, quatuor cenſus in ſorte ſcut. 4800. hæreditati Mutii Fideicommittentis debitos à Quintio de Bubalo, habendos eſſe pro extinctis, tanquam compenſatos cum detractionibus ex eodem fideicommiſſo faciendis: juxtà quam normam infirmata, & reſpectivè confirmata fuit ſententia A.C., reſervato inſupèr jure Marchioni Sanctacrucio, quatenus dicto folio acquieſcere noluiſſet, detractiones ſibi competentes aliunde liquidandi; ac reſpectivè liquidatione ſequutâ, retinendi proportionabilitèr bona fideicommiſſaria. Et demùm, condemnato eodem Marchione ad reſtitutionem fructuum ex dd. bonis, à die motæ litis perceptorum; habita tamen proportionabili rata melioramentorum, ſeu ſummæ, ut ſupra reficiendæ in ſcut. 3049. 40. Cùmque ad ipſius Marchionis Sanctacrucii provocationem, cauſa in tertia inſtantia, prævia deciſione, *coram eodem Zamoren. edita 20. Aprilis 1690.* prodierit ſecunda ſententia rotalis, quæ ultra ſcut. 3049. in præcedenti ſententia contenta, declaravit etiam, prò melioramentis domus magnæ reficienda eſſe dicto Marchioni alia ſcut. 1333. 33. Idcircò iſte, poſtremo judicato acquieſcens, dimiſit bonorum poſſeſſionem; quam Collitigantes adepti fuere.

Cùm autem per lapſum octo annorum, & pacificam bonorum poſſeſſionem Marchio de Montautis, ejuſque in hac lite conſortes, prætextu jurium de novo repertorum, ſententias præfatas, utpotè injuſtas, revocandas eſſe contenderent; & ad hunc effectum commiſſionem impetraverint in gradu reſtitutionis in integrum, cum clauſula *Non retardato exequatione ſententiarum*: eâ proinde mihi directâ, dubium hodie propoſui -- *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum* -- Et Domini *negativè* reſponderunt.

Poſitâ enim ſententiarum validitate, apud
Partes non controversâ, juſtitia perperam
impugnari videbatur à dicto Marchione de
1 Montauto, ne dum ex quo illæ ad eius in-
ſtantiam prodierant; juxta *gloſ. in l. Stipula-*
tio iſta n.1. in fin. verbo ſucceſſores, ante
fin. verſ. Itèm nec potero dicere ff. de verb.
obligat. Boerius dec. 306. n.2., Surdus dec. 108.
n.10., Rota coram Priolo dec. 169. n.11. Ve-
2 rùm etiam, quia ipſe Marchio, præfatas ac-
ceptando ſententias, poſſeſſionem bonorum
à Marchione Sanctacrucio dimiſſam, nactus
3 fuit. Quibus ſtantibus, ſicuti res judicata
vires tranſactionis aſſumpſit; ut ait *Felinus*
in cap. ſignificavit n.11. de for. compet: ita
4 adverſus illam, per viam læſionis, vel re-
ſciſſionis, agere non licet; niſi priùs omnia
in exequutionem rei judicatæ, ſeù tranſa-
ctionis recepta reſtituantur; *Guſmanus de*
evict. quæſt. 31. n.14., Turr. de pact. futur.
ſucceſſ. lib. 2. cap. 34. n.1. Pegas reſol. forenſ.
cap. 7. n.1., plenè Adden., ad dec. 81. n.1.,
& 52. par 8. rec.. Rota cor. Merlino dec. 767.
n.4., cor. Ludoviſio dec. 418. n.9., & in recen.
dec. 322. n.11. par. 12.

Fortiùs verò, quia actores rem judicatam,
5 & conſequutivam bonorum poſſeſſionem
obtinuerunt ſub potiſſimo fundamento folii,
(ut in facto præmiſſi) per Hyacinthum de
Bubalo exarati, & ab ipſis in S. Rota pro-
6 ducti; &, quod plus eſt, ab iſta plenariè
approbati, nedum ſub clypeo notoriæ inte-
7 gritatis, & nobilitatis Hyacinthi, ſed etiam
ob verificationem plurium ex partitis in illo
contentis; ut videre eſt in *dicta dec. edita*
26. Martii 1688. §. In nihilo refragante cor.
8 *Reverendiſs. Zamoren.* Quapropter, cùm
hodierna inſtantia principaliter tendat ad
ejuſdem folii impugnationem, ſub prætextu
jurium de novo repertorum: nulla ſuadet
ratio, quòd res judicata, verbo, & factis
acceptata per actores, debeat ex hoc capite
reſcindi: cum ad reſciſſionem tranſactionis,
cujus naturam, ex prænotatis, aſſumpſit
res judicata, ſatis non ſit nova inſtrumenta
fuiſſe reperta, niſi probetur, illa fuiſſe
priùs à collitigante ſtudioſè occultata; ad
text. in l. Sub prætextu 19., & l. Non mi-
norum C. de tranſact., Bartolus in l. 2. n.10.
C. de Jur. fiſc. lib. 10., Cyriacus contr. 128.
n.34., Urceolus de tranſact. qu. 4. n.57., Tran-
chledin. conſ. 50. n.7., Palma Nep. alleg. 160.
n.45. & ſeqq., Rota cor. Royas dec. 187. n.7,
& in Romana Reſciſſionis tranſactionis 2.
Febr. 1690. §. final. coram bon. mem. Benin-
caſa.

Hoc autem poſito, ſuperfluum putarunt Domini deſcendere ad examen partitarum, quæ ad ſuadendam præcedentium ſententiarum injuſtitiam, à ſcribentibus prò dicto Marchione de Montauto, longa ſerie proponebantur. Ille ſiquidèm adhuc retinet

bona

bona per Marchionem Sanctacrucium di-
9 miſſa : Et tamen , *ſi contrà placitum agere
nititur : æquitatis ratio ſuadet , dimiſſis bo-
nis , cauſam ex integro agi* ; ſunt verba *text.
in l. ſi diverſa C. de Tranſact.* , & probant
cæteræ authoritates ſuprà relatæ in §. *Poſita
enim* .

Et ità , utrâque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Probatur ex elicita mente teſtatoris , quod uſufructuarius inſtitutus, cum onere ſolvendi debita , tenetur etiam extinguere ſortem cenſus .

SUMMARIUM.

1 *Hæres uſufructuarius gravatus extinguere debita hæreditaria , tenetur extinguere Cenſus .*

2 *Sors cenſus non venit ſub ſpecifica mentione ſolutionis debiti , &* num 20. *dubitativè* num.4. & 21.; *contrarium* n.4.

3 *Debitum propriè verificatur in eo quod à debitore , licèt invito, repeti valet .*

5 *Cenſus comprehendantur ſub nomine debiti, quando conſtat de teſtatoris voluntate .*

6 *Voluntas teſtatoris cum apparet , receditur à proprietate , & naturali ſignificatione verborum .*

7 *Fructus cenſus, ſecluſa voluntate teſtatoris , ab uſufructuario ſolvendi ſunt .*

8 *Verba Teſtatoris non debent ſtare otioſa .*

9 *Ex præcepto teſtatoris ſolvendi omnia ejus debita , cum nullum aliud adeſt debitum , quam cenſus , ille eſt extinguendus .*

10 *Verba* -- tutti i miei debiti -- *attenta generalitate , illa quoque includunt , quæ de jure non comprehenderentur .*

11 *Cenſus extinctio arguitur venire ſub generali præcepto extinguendi debita cum adeſt Teſtatoris votum augendi perpetuam primogenituram ad commodum vocatorum , & clarius ex* Menoch. num.13. & 26.

12 *Interpretatio ea capienda, per quam finis volitus a Teſtatore uberiùs impleatur .*

14 *Cenſus extinctio arguitur comprehendi ſub generali præcepto extinguendi debita, ex demandata venditione mobilium , pretiique inveſtimento ad augendum hæreditatem .*

15. *Taxa legalis fructuum eſt quatuor pro centenario .*

16 *Cenſus extinctio comprehenditur ſub demandata ſolutione debitorum , ne dicatur, ſanum Teſtatorem voluiſſe, proprias pecunias modico fœnori dari , & alienas ſub gravi retineri .*

17. *Quod ſanæ menti repugnat, præſumi non poteſt .*

18 *Teſtator qui ob effectum conſervandi bona pro fideicommiſſo; voluit dotem minutatim ſolvi ex fructibus , videtur, ſub generali præcepto extinguendi debita , comprehendiſſe ſortem cenſus .*

19 *Teſtator Juris peritus cenſetur loqui cum propria , & legali verborum ſignificatione.*

22 *Contrarium .*

23 *Præceptum ſolutionis debitorum intelligendum eſt ſecundum juris diſpoſitionem .*

24 *Debita fideicommiſſi regulariter, quoad capitale , ſolvenda ſunt ex capitali , quoad fructus, ex fructibus .*

25 *Contrarium, quando obſtat Teſtatoris voluntas ,*

27 *Dictio & , ita conjungit antecedentia cum ſequentibus , ut qualitas præcedentis orationis etiam ſequenti tribuatur .*

28 *Quantitas fructuum perceptorum dignoſcitur ex relatione Periti .*

DECISIO XLVII.

Dilatâ ſub die 26. Februarii currentis anni reſolutione primæ partis dubii -- *An hæres Bartoli tenerentur ad controverſi cenſus extinctionem* -- cauſam iterùm abſque reſolutione propoſui ; donèc hodie ſuffragantibus quinto, & ſexto ex DD., juxtà præcedens Sac. Rotæ reſcriptum , reſponſum fuit -- *Hæredes teneri ad extinctionem cenſus.*

Decidendi ratio deſuper fuit , ex quo te-
ſtator , poſt inſtitutos æqualiter hæredes ,
eorum dumtaxat vita durante , Nicolaum ,
1 & Franciſcum in ſolo uſufructu, voluit cum
iſto ſolvenda eſſe quæcunquè debita , tàm
ab ipſo , quàm ab ejus authoribus contracta:
quo circa , dum hæreditas , cenſui , de quo
agitur , gravata reperiebatur ; debebat ,
juxta præceptum teſtatoris , ab hujuſmodi
onere liberari ; ut pluribus relatis firmavit
*Rota coram Celſo dec.402. n.3. , & in Ro-
mana Redditionis rationis 19. Jan. 1674.
§. Licèt enim cor. bo. me. Calataiù* .

Nec placuit reſponſio , quod ſors princi-
2 palis cenſus , comprahenſa dici non poſſit
3 ſub generica mentione debiti , quæ , cùm
proprè verificetur in eo , quòd à debitore ,
licèt invito , repeti valet : inapplicabilis
proinde reddatur quoad ſortem cenſus , de
ſui natura inexperibilem ; ut in ſpecie tue-
tur *Sperellus dec.177. n.26. cum ſeqq.* Quid-
quid enim ſit de veritate concluſionis in ab-
4 ſtracto , in qua contrarium ſuſtinet ex pro-
feſſo *Andreol. contr.13. n.10. & ſeqq* : viſa
eſt Dominis , in præſenti ceſſare difficultas ,
ex lectura teſtamentariæ diſpoſitionis . ſua-
dentis , Bartolum , ſub generali præcepto
ſolvendi omnia debita , etiam de ſorte prin-
5 cipali controverſi cenſus intellexiſſe . Quâ
ſtante voluntate , nemo eſt qui dubitet de
compræhenſione ; & admittit idem *Sperel-
lus* contrariæ opinionis ſectator *in dicta de-
6 ciſ.177. n.35.* : & generalitèr quod , ubi
conſtat , teſtatorem alitèr ſenſiſſe , quàm
verba ſonent , recedatur ab ipſa verborum
proprietate , ac naturali ſignificatione , ſta-
tuit *text. in l. Non alitèr 67: ff. de Legat. 2.*
Magon.

Digitized by Google

Mogan. dec. Lucen. 63. *n.* 11. *& ſeqq., Gob. conſult.* 9. *n.* 56., *Manſ. conſult.* 197. *n.* 12., *&* 13., *Rodulphinus alleg.* 84. *n.* 7., *& Rota dec.* 81. *n.* 24. *part.* 16. *recent.*

Primum autem hujuſmodi voluntatis argumentum reſultat ex præcepto, hæredibus injuncto, ſolvendi omnia debita, nedum teſtatoris; ſed etiam ejus authorum. Cùm enim nullum aliud extaret debitum,
7 prætèr cenſum, de quo res eſt; jamque fructus illius, ſecluſa hominis diſpoſitione, eſſent, de jure, ab uſufructuario ſolvendi; ut probat idem *Sperellus dicta dec.* 177. *n.* 14. *& ſeqq., Gratianus diſcept. forenſ. cap.* 611. *n.* 4. *verſ. Idem eſt, Cyriacus contr.* 510. *n.* 13., *Surdus dec.* 28. *n.* 2., *& Rota coràm Buratto*
8 *dec.* 73. *n. primo*, & 2. utique, ne tale præceptum, otioſum in hac parte, & ſine effe-
9 ctum remaneret: perneceſſe referri debet ad ſortis principalis extinctionem; ut generalitèr probant *Gob. conſult.* 149. *n.* 38. *cum ſeqq., Rocca diſput. Jur. cap.* 149. *n.* 85. *Rota dec.* 140. *n.* 9., *& dec.* 218. *n.* 19. *par.* 18. *rec.*, & in præciſis terminis *Menochius conſ.* 997., *n.* 24. *ante fin.*, *& Rota in dicta Romana redditionis rationis* 29. *Januarii* 1679. §. *Nec*
10 *dicatur, coram bo me. Calataiu*: attenta præſertim univerſali ditione -- *Tutti i miei debiti &c.*: quæ, proptèr ejus generalitatem, illa etiam includit, quæ aliàs de rigore juris non compræhenderunt; *Monacus deciſ. Florent.* 69. *& ſeqq.*, *Rota coràm Ludoviſio dec.* 315. *n.* 11., *coram Cerro dec.* 178. *n.* 4., *&* 5., *in rec. dec.* 62. *n.* 2. *& ſeqq.*, *& dec.* 119. *n.* 3. *par.* 7., *& dec.* 144. *n.* 4., *& ſeqq. part.* 10., *& in Faventina Succeſſionis* 3. *Martii* 1684. §. *Eoque magis, coram Rmo D. meo Decano.*

Paris erat relevantiæ ſecundum argumentum, ductum à conſtitutione perpetuæ pri-
11 mogeniture, ac enixo teſtatoris voto augendi hæreditatem ad commodum vocatorum; quod cum pleniùs effectum ſortiatur,
12 mediante cenſus extinctione: iſta profectò capi debet interprætatio, per quam volitus finis uberius impleatur; *ad text. in l. Cum pater* §. *Dulciſſimi ff. de Legat.* 2., *cap. intelligentia, de verb. ſignificat., Mantica de conject. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 7., *& ſeqq.* cum aliis, quos refert *Manſ. conſult.* 375. *n.* 7. *& ſeqq.*, & fuit dictum in *Toletona Juriſpatronatus ſuper præſtationibus decurſis* 5. *Junii* 1697. *ſub* §. *final. coràm R.P.D. meo dell'Olmo.*

Et in ſpecie quòd conſtitutâ primogenitu-
13 râ, & demandatâ hæredibus ſolutione omnium, & quorumcumque debitorum, teneantur illi palatium, primogenituræ ſuppoſitum, ab onere cenſuum liberare; probat *Menocchius d. conſ.* 997. *à n.* 19. *uſquè ad* 21.

Tertium argumentum promanat ex eo,
14 quod teſtator, ad augendum aſſem hæreditarium, illiuſque fructùs, vendi juſſit omnia mobilia, exceptis nonnullis tabulis pictis, eorumque pretium, ſolutis legatis, inveſtiri. Sicut enim fructùs inveſtimenti, ab hærede faciendi, veriſimiliter non exceſ-
15 ſent ſcuta quatuor prò centenario; juxta taxam legalem; de qua in *Romana dotis ſuper alimentis* 21. *Junii* 1697 § *Nec ad*
16 *illam, coràm Me*: ità, niſi dicamus, ſub demandata ſolutione debitorum, ſortem quoque cenſus fuiſſe comprahenſam; ſequeretur, quod teſtator, cujus cæteroquin prudentiam, ex aliis teſtamenti partibus inſpicimus; voluerit pecunias modico tænori tradere; alienas verò, ſub gravi ſcutorum quinque, & ultrà prò centenario, retinere: quod, utpotè ſanæ menti repugnans, præſumi non poteſt; *ad text. in l. Cum de indebito verſ. Qui enim ſolvit. ff. de Probat., Bonden collect. legal.* 10. *ſub n.* 56., *Rota coràm Dunozetto Jun. dec.* 346. *n.* 23. *&* 24.

Succedit quartum, quòd, licèt teſtator maximo proſequeretur amore perſonam Franciſcæ de Petris; eamque pluribus legatis in teſtamento honoraverit: adhùc prævidens caſum, quo illa nuptias fuiſſet contractura, dotem conſtituit ſcut. 400., minutatim tamèn ex fructibus ab hærede ſolvendis; ut in *ſum. propoſitionis currentis, dato pro Righetto, num. unico*: Unde, ſi noluit capitale hæreditarium diſtrahi poſſe prò dote mulieris admodum benemeritæ; non alio fine motus, quàm conſervandi, & augendi bona prò vocatis ad fideicommiſſum; ut pluries
18 declaravit: eâdem profectò ratione dicendum eſt, voluiſſe cenſum ex fructibus extingui; ut pinguior hæreditas ad ſubſtitutos devolueretur; benè *Rota in dicta Romana redditionis rationis* 29. *Januarii* 1674. §. *Ponderatio, coràm bo. me. Calataiu.*

Tota verò interprætatio, tot argumentis comprobata, elidi non poterat cum vaga
19 reſponſione, quod teſtator eſſet Juriſperitus, & ſic, demandando ſolutionem debi-
20 torum, non intellexerit de cenſus extinctione; in qua propria, & legalis ſignificatio ſolutionis minimè verificatur. Siquidem,
21 ultra quod hæc ipſa concluſio, etiam in abſtracto ſumpta, controverſa eſt apud Doctores: ſatis ille putavit ex prædictis, ſuam voluntatem explicaſſe. Et tamen argumentum eſt nimis fallax: dùm experientia do-
22 cet, lites, & quidem inextricabiles oriri ſuper teſtamento doctiſſimorum hominum; qui tamen illas, unico verbo, de medio tol-
15 lere valuiſſent; ut totidem verbis reſpondit *Rota in Romana fideicommiſſi de Avila* 23. *Januarii* 1693. §. *fin. coràm bo. me. Emerix, impreſſ. penès Cardinalem Albitium de Inconſt. in judic. dec.* 27. *num.* 16.

Minùs relevat, quod præceptum ſolutio-
23 nis debitorum, intelligi debeat ſecundùm juris diſpoſitionem; juxta quam debita fidei-
24 commiſſi, quoad capitale, ſolvenda ſunt ex capitalibus; fructus autem ex fructibus: Re-
25 gula enim non procedit: quoties in contrarium ſtat hominis voluntas: quæ in præſenti
26 clarior eſſe non poteſt: dùm teſtator præfefert litteralem obligationem conſervandi cùm fructibus bona, & ſolvendi omnia debita, ibi -- *Con conditione, che con eſſo uſufru-*

fructo debbino mantenere tutti li miei ſtabili, e pagare tutti i miei debiti, e de miei anteceſſori--Quæ dictio continuativa *Et* ma-
27 nifeſtè demonſtrat, eo modo ex fructibus ſolvenda eſſe debita, quo ex illis bona erant conſervanda; benè *Rota coràm Bichio deciſ. 262. n. 9., & 10., coràm Priolo dec. 121. n.3., in rec. dec. 273. n.6. par. 15., & dec. 349. n.14. part. 19.*

Nec demùm ſubſiſtit, quòd ſuppoſitâ in hæredibus neceſſitate cenſum extinguendi cum uſuſructu, eluſoria fuiſſet illorum inſtitutio. Objectum quippe, reſpectu Fran-
28 ciſci, ceſſat ex relatione periti; juxta quam conſtat, fructus bonorum, ab ipſo perceptos, aſcendere ad ſcut.534., à quibus ſubductis ſcut. 175., prò medietate cenſus, ab ipſo extinguendi, adhùc ſeppetunt ſcuta 359.; ut patet calculanti. Quinimmò ultrà fructus habuit uſum domus, ac plurium mobilium, & argentorum; ut in *ſum. Righetti primæ propoſitionis n.4.* Reſpectu verò Nicolai cohæredis, res eſt facilior: quia, cùm tribus annis Franciſco ſupervixerit, majores proindè fructus exegit; quos poterat pro ſua rata, in extinctionem cenſus erogare.

Et ita, utraque &c.

CAPUANA BENEFICII.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 29. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Quæ ex propria auctoritate fieri poſſunt, à ſuperiore, ex gratia non petuntur.*
2 *Statutum unius Collegii non trahitur ad aliud diverſum.*
3 *In caſu neceſſario non eſt expectandus plenus numerus electorum.*
4 *Præſentatio reportata à tribus Electoribus, quando abſque numero quatuor, non poterat expleri, eſt nulla.*
5 *Præſertim ſi alter elector parùm diſtet, quia tunc eſt vocandus, vel expectandus.*
6 *Et ſi non vocati in actis nullitatem fuerint proteſtati*
7 *In electione facta à magiſtratu, certis diebus ſtatutis ad ſe congregandum, non requiritur, quod alii electores abſentes convocentur.*
8 *Electiones ad beneficia non cadunt ſub ordinario munere magiſtratus.*
9 *Electionem feſtinare non urgetur, cui illa non cadit ſub ordinario munere.*
10 *Sed vel beneficium providendum de œconomo.*
11 *Vel expectandum, donec electores intra quadrimeſtre commodè poſſint convocari ad explendam electionem.*
12 *Conſuetudo conferendi beneficia ſolis patritiis eſt repugnans ſacris canonibus, & non eſt attendenda.*
13 *Nobiles, ex cauſa nobilitatis, in beneficiis non ſunt præferendi aliis inferioris gradus.*

DECISIO XLVIII.

INhærentes Domini fundamentis deciſionis editæ coram me ſub die 27. Januarii præteriti, denuò exiſtimarunt, denegandam Andreæ inſtitutionem; & è contra exequendas eſſe litteras Apoſtolicas, à Jacobo Antonio impetratas; ideòque reſponderunt *ſtandum eſſe in deciſis.*

Conſuetudo enim vigens in Civitate Capuana, quod publica negocia uniformibus quatuor ſuffragiis decernantur; ultra probationes in præterita deciſione recenſitas: hodie viſa fuit meliùs comprobari, ex duplici quodam libello, anno 1595. Civitatis nomine, porrecto Comiti de Olivares, Neapolis Proregi; ad hoc, ut indulgeret, quod, etſi duo Electores adeſſent, liceret tamen tribus aliis, Civitatem repræſentantibus, quæcumque neceſſaria negocia decernere; prout reverâ
1 idem Comes induliſit. Hujuſmodi namque inſtantia fuiſſet certè ſuperflua, & prorsùs inutilis, ſi actus, ex gratia petiti, abſque ullo ſuperioris facto, trium dumtaxat Electorum ſuffragia requiſiviſſent, ut in ſimilibus ferè terminis dictum fuit ſub hac eadem die in *Tuſculana fideicommiſſi §. Quo enim, coram me.*

Quâ poſitâ conſuetudine, nullatenùs adverſabatur particulare ſtatutum Equeſtris Ordinis nobilium, expreſsè diſponens in *cap. 11.*, ut tunc negociorum concluſio legitimè dicatur capta, cùm ex quatuor ſuperſtitibus, pars major concordat. Illo enim ligari non poteſt aliud Collegium Electorum integræ
2 Civitatis gubernio præſidentium, cum conſuetudine prorsùs diverſa, & oppoſitum præſeferente, regatur; ut ad propoſitum *Rota in Gerunden. Beneficii 10. Februarii 1696. §. Minuſque in fin. coram R.P.D. meo Scotto,* & 10. *Decembris ejuſdem anni §. Cæterum pariter in fin. coram R. P. D. meo Anſaldo,* & *in Colonien. Paſtoratûs 15. Martii 1697. §. Atque ex hac coram me.*

Minuſque relevat actus electionis Abbatiſſæ, relatus *in ſum. Andreæ n.7.* Siquidem, licèt ille geſtus ab initio fuerit per tres electores: completus tamen apparet cum quarti conſenſu; dum, ultra tres ibidem deſcriptos, legatur ibi -- *Interveniſſe il voto del Signore Vincenzo Lanza loro compagno.*

Nec allegari merebatur quod anno 1687. extractio pecuniarum è publico Civitatis erario, ad uſum magni Comeſtabilis, tunc in Proregem Neapolis electi, trium dumtaxat ſuffragio decreta fuerit; quippe, imminente
3 illius acceſſu, tamquam in caſu neceſſario, quatuor Electorum ſuffragium non requirebatur: undè meritò talis actus à nemine fuit impugnatus.

Ex his autem certa remanet nullitas præ-
4 ſentationis, per Andream reportatæ à tribus dumtaxat Electoribus: quæ ulteriùs augeri
5 videbatur ex eo, quod Salzillus alter ex Electori-

ctoribus, qui utpotè parum diſtans à Civita-
te, accerſiri, vel expectari debuiſſet; ut ait
*Caſtellinus de Elect. cap.8. ſub n.1. verſ. Ita-
ut, Lavor. Var. elucubr. tit.4. cap.17 n.17.,
Riccius in Prax. fr. Eccleſ.p.4.in prax. elect.
reſol.44 n.2, Lotterius de Re beneſ lib 3. q.17.
n.117., Coccinus dec 2021. n.28.* prout ſem-
per ad actus præcedentium electionum fue-
rat convocatus, in præſenti ſtudiosè ſpretus,
6 contemptuſque fuit: cùmque nullitatem ex-
inde reſultantem, in actis Curiæ Archiepiſ-
copalis Capuanæ, unà cum aliis geminis Ele-
ctoribus pariter contemptis oppoſuerit: illa
nequit ullo modo excuſari; per *text. in cap.
bonæ, cap. Quod ſicut, cap. Cum inter, cap.
Cum in genere, & cap. Coram de Elect.*; ibi-
que ſcribentes; & *cap. Cum in Eccleſiis de
Præben. in 6.*, & latè *Barboſa de jur. eccleſ.
lib.1. cap.19. n.113. & 115., & in votis de-
ciſ. vot 47. n 174., Card. de Luca de Canon.
& Capit. diſc.27 n.13. & 14., Rota coram
Mantica dec.268 n.4*, & *coram Buratto dec.
225. & 351., in rec. dec.36. n.1. p 6.*, & *dec.
288. n.12 p.19.*

Quin urgeat in oppoſitum obſervantia cu-
7 juſdam particularis decreti, ſtatuentis certas
dies, quibus Electores congregati publica
negotiis definiant; ac ſi facta in uno ex præſ-
criptis diebus electione, ſuperflua videretur
abſentium convocatio.

Quoniam cùm actus electionis ad benefi-
cia, regulariter non cadant ſub ordinario
9 munere Magiſtratùs; nulla urgebat neceſſitas
10 electionem feſtinandi; ſed vel poterat pro-
videri per appoſitionem œconomi; prout
aliàs in hoc eodem beneficio ſervaverat Si-
11 gnatura Juſtitiæ; vel durante adhuc quadri-
meſtri, convocandi erant alii Electores; ut,
ſine tanta temporis coarctatione, commodè
poſſent intervenire; ut reſponſum fuit in *Si-
racuſana Præpoſituræ* 5. *Decembris* 1696. §.
Præterea, confirmata 20. *Novembris* 1697.
§. fin. coram R.P.D. meo Muto, quam refert
præterita deciſio in §. Itaque nullitas.

Omitti demum poterat præjudicium, quod
illatum dicebatur nobilium conſenſui, ex col-
latione hujus beneficii, mediante gratia *Si-
gnaturæ*, reportata per Homphrium civem
inferioris nobilitatis, quando illud fuerat
ſemper collatum ſolis Patritiis Equeſtris Or-
dinis, habentibus juſpatronatùs paſſivum. Iſ-
tud enim nullatenus probatum erat; & è con-
tra beneficium non minùs Patritiis, quàm ci-
vibus aliàs fuiſſe collatum; patebat ex datis
in ſum. Homphrii n.8.: & in omnem caſum,
12 ſi talis viguiſſet conſuetudo, illa, tanquam
repugnans regulis ſacrorum Canonum, nùl-
lam habentium perſonarum acceptationem,
nullatenus attendi merebatur; ad *text. in cap.
Novit. de judiciis*; & docet *Vivianus de ju-
repatr. p.2. lib.6. cap.11. n.10.*; quodque viri
13 nobiles, ex ſola cauſa nobilitatis, præferri
non debeant aliis inferioris gradùs, ſtatuit,
tex. in cap. venerabilis 37. de Præben.

Ea verò, quæ repetabantur ſuper altera
præſentatione in perſonam Andreæ, ſecun-

do loco facta intra quadrimeſtre, prorsùs ſu-
blata fuerat ex reſponſionibus datis *in §. Si-
cut autem* præcedentis deciſionis; cum qui-
bus Domini tranſierunt. Utraque &c.

CAPUANA BENEFICII SUPER REMISSORIA.

Lunæ 22. Iunii 1698.

ARGUMENTUM.

Patet ex ſequenti Summario.
Hæc deciſio eſt confirmatoria deciſ. 50.

SUMMARIUM.

1 *Articuli ſolùm admittuntur, quando mate-
ria articulata eſt relevans.*

2 *Remiſſoria nunquam datur, ad probandum ea,
quorum contrarium reſultat ex actibus pu-
blicis.*

3 *Teſtes contra inducentem plenè probant.*

4 *Et ab eodem inducente non poſſunt alii teſtes
in contrarium adduci.*

5 *Conſuetudo conferendi beneficia ſolis nobili-
bus, omninò ſpernenda; quia repugnans ſa-
cris Canonibus.*

DECISIO XLIX.

INformantes pro Andrea, ut retardarent jam
captam reſolutionem ſuper dubio exequutio-
nis litterarum Homphrii, denuò remiſſo-
riam, aliàs denegatam poſtularunt; quam
Domini ex eiſdem fundamentis, *conceden-
dam non eſſe*, iterum reſponderunt.

Cùm enim articuli, ſolùm admittantur,
1 quando materia articulata eſt relevans; ut
præ cæteris dictum fuit *in Romana, ſeu Sa-
bin. manutentionis ſuper articulis 22 Aprilis*
1697. §. *Licet enim, coram R.P.D. meo Pio*:
relevantia deficere viſa fuit in præſenti; dum
articulata ſolùm fuit conſuetudo, quod Ele-
ctores certis hebdomadæ diebus congregen-
tur, nullâ præcedente intimatione, quoque
cum ſolo interventu quatuor Electorum quæ-
cumque negocia reſolvantur; & congreſſus
extra dies deſtinatos, habiti ſemper fuerint
interpellatis tantùm præſentibus: nullum
autem in articulis fit verbum de conſuetudi-
ne, quod Civitatis negocia cum tribus dum-
taxat ſuffragiis concludantur; multòque mi-
nùs, ubi quartus diſſentiat; in quo totum reſi-
det cauſæ momentum; cùm ſtet benè ſimul,
quod intereſſentia ſolùm quatuor Electorum
ſufficiat; & iſtis concordantibus, valida ca-
piatur reſolutio; juxta deducta, & articula-
ta, è contra verò legitimè capi non poſſit,
ubi ex quatuor intereſſentibus, unus repu-
gnet: in quo caſu tantum abeſt, ut detur ulla
probatio, quin potiùs, ex juribus relatis in
deciſionibus ſuper negotio principali, de
contraria conſtet conſuetudine: undè intrat
2 regula, quod ad probandum ea, quorum
contrarium reſultat ex actibus publicis, aliiſ-
que authenticis documentis, remiſſoria mi-
nimè concedatur; *Rota in Bonon Littera-
rum Cambii ſuper remiſſoria 26. Junii 1793.*

§. Irrelevantia coram Rm̃ Zamoren, in Calaguritana fructuum ſuper remiſſoria 10. Martii 1694. §. Quocirca, coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana Legati ſuper articulis 10. Decembris ejuſdem anni, §. Quæ eò fortiùs, coram R.P.D. meo Scotto.

Potiſſimè, quia teſtes ab eodem Andrea inducti in Curia Capuana ſuper articulis modò exhibitis, formiter examinati depoſuerunt, quatuor omninò vota requiri, ſive
3 Electores eſſent ſex, ſive quinque: qui teſtes, ſicut contra inducentem plenè probat; ex allegatis in præcedenti deciſione ſuper negocio principali edita 27. *Januarii præteriti §. Movit Dominos*: ita illorum depoſi-
4 tiones operantur, ut alii teſtes in contrarium non ſint admittendi; *Rota in Derthuſen. Juriſdictioris 26. Aprilis 1694. §. Ad effugiendum, coram R.P.D. meo Caprara.*

Eademque congruit reſponſio quoad articulum ſuper jurepatronatus paſſivo; cujus vigore ſolis nobilibus controverſum beneficium deberi ſupponebatur. Cùm enim tale juſpatronatus nullo modo probatum fuerit; quinimò collationes factæ perſonis, etiam nobilitate carentibus, datæ fuerint à ſcribentibus pro Jacobo Antonio; ut in altera deciſione hac eadem die edita ſuper negotio principali: jam plenè conſtat de contrario: & conſequenter articuli admitti non poſſunt. Fortiùs, quia, ſi quæ adeſſet conſuetudo
5 conferendi ſolis nobilibus, omninò ſpernenda foret; uti SS. Canonibus apertè repugnans; ex deductis ſuper negocio principali in eadem deciſione §. *Omitti demum.*

Et ita utraque &c.

TUSCULANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

In hac Deciſione confirmatoria ſuperioris in ordine 12. dicitur, quod poſita diſtractione rei fideicommiſſariæ, acquiritur in fideicommiſſo ſucceſſori creditum cum hypotheca, cujus vigore, vel contra rem ipſam alienatam, vel contra alienantis bona petere poteſt immiſſionem pro fideicommiſſi reintegratione, neque datur retentio pro credito dotali, quando mulier habet in manu plura bona mariti.

SUMMARIUM.

1 *Solvens debita fideicommiſſi poteſt pro equivalenti alienare bona eidem ſubjecta.*
2 *Alienans aſſumens onus reintegrandi fideicommiſſum, non cenſetur dimiſiſſe debita fideicommittentis.*
3 *Petens à Papa, removeri ex gratia vinculum fideicommiſſi, non cenſetur ejuſdem fideicommittentis debita extinxiſſe, quia tunc eſſet mera juſtitia.*
4 *Contra alienantem, qui inveſtivit pretium bonorum fideicommiſſi, cum ejuſdem vinculo, actio non poteſt exerceri, ſed contra inveſtimentum.*
5 *Secùs quando alias fieret vitioſus circuitus, qui eſt vitandus.*
6 *Fideicommiſſarius omiſſa recuperatione rei alienatæ procedere poteſt recta via pro reintegratione contra bona alienatis.*
7 *Hæres non poteſt actoris factum impugnare.*
8 *Filius de jure poteſt ab hæreditate Patris abſtinere.*
9 *Fideicommiſſarius ſcienter diſtrahens bona fideicommiſſi, contrahit hypothecam in bonis propriis.*
10 *Domus probatur fuiſſe in patrimonio alicujus ex aſſignatione penſionis, ab ipſo facta.*
11 *Factum proprium impugnari nequit.*
12 *Mulier retinens gemmas, & argenta, de ſua dote ſatisfacta præſumitur.*
13 *Agens pro reintegratione ad bona fideicommiſſi, in diviſione expreſſè reſervati, rejici non poteſt exceptione promiſſionis evictionis.*

DECISIO L.

Reſponſum fuerat coràm me, ſub die 10. Junii 1697. præteriti, dandam eſſe Gregorio juniori reintegrationem, contra bona propria Gregorii ſenioris, ex cauſa alienationum ab ipſo factarum de bonis fideicommiſſariis Joannis Pernæ. Verùm, quia nonnulla ex illis retinentur à Fauſtina, uti tertia poſſeditrice, cauſamque habente à Joanne Auguſtino filio; fuit proindè in hodierna cauſæ repropoſitione, conſueto dubio - *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, alia pars ſuperaddita. *Itaut ſit danda immiſſio in judicio ſalviani*. Et Dominis non ſolum placuit *in deciſis* perſiſtere; ſed etiam petitam *concedere immiſſionem.*

Quò enim ad primam partem, viſa non fuerunt everti fundamenta deciſionis, ex objecto, quod Gregorius ſenior plura ſo-
1 luiſſet debita fideicommittentis; ideòque potuerit alienare bona fideicommiſſo ſubjecta, & illorum pretium liberè in proprium creditum imputare. Nulla quippè data fuit probatio hujuſmodi ſuppoſiti; quinimmò
2 illud ceſſabat, tum ex quo alienans, onus aſſumpſit fideicommiſſum reintegrandi, mediante multiplico; quòd utique non aſſumpſiſſet, ſi creditum ab æris alieni diſſolutione productum ſubſiſteret; ut in proximis terminis notat *Cyriacus contr. 180. n. 5.*: tum etiam, quia poſtquàm Martiæ propriæ filiæ, in dotem aſſignaverat cum vinculo fideicommiſſi loca montium, ut infra, ex præfato multiplico acquiſita: preces porrexit Summo Pontifici ab obtinendam talis vinculi abolitionem; (licet minimè conceſſam) ut
3 in *hodierno ſum. Actoris num. primo*. Et tamen, ſi reverâ Gregorius ſolviſſet debita fideicommittentis, non erat cur ex gratia impetraret, fideicommiſſi vinculum removeri: dùm hoc poterat ex mera juſtitia, quocumque à judice obtinere; *ad text. in l. Cum hæres ff. Ad Trebell.*, & *Rota in Peruſina Hæ-*

Hæreditatis 19. *Junii* 1682. §. *Iteram enim*,
coram Emo Mediolan.

Ejuſdem erat irrelevantiæ alterum obje-
ctum, quod in omnem caſum conſtet, pe-
cunias ex pretio vineæ alienatæ retractas,
inveſtitas fuiſſe in tot locis montium, cum
4 vinculo fideicommiſſi: contrà quæ propte-
reà eidem adhùc vinculo ſuppoſita, omnis
actio debet exerceri; non autem contra
alienantem; qui onus, in Brevi Apoſtolico
ſibi injunctum, mediante multiplico, adim-
plevit. Quidquid enim ſit in facto, de ſub-
ſiſtentia ſuppoſiti: ſatiaſacere videbatur
reſponſio, quod ſi Gregorius ageret ad vin-
dicationem locorum montium, illamque
obtineret: eo caſu hæredes Martiæ, cui
fuerant in dote aſſignata, poſſent immediatè
actionem dirigere contrà hæc ipſa bona li-
bera, ad quæ directè agit Gregorius. Qua-
5 propter, ad evitandum hunc inutilem cir-
cuitum, deneganda non eſt petita reintegra-
tio; *Rota dec.*510. *n.*7. *par.*18., *&* *dec.*185.
*n.*35 *part.*19. *rec.*, & in hac eadem cauſa
reſponſum fuit 1. *Decembris* 1687. §. *final.*
coram Emo Mediolanen.: ſemperque magis
6 verificatur regula, quod licitum ſit actori,
omiſſa recuperatione rei alienatæ, agere
rectà via contra bona alienatis, prò reinte-
gratione; ut, præter adductas in deciſione,
quæ confirmatur; probant *Cyriacus contr.*5.
*n.*25, *Rota coràm Merlino dec.*831. *n.primo*,
& 2. *coràm Bichio dec.*152. *n.*4., *coràm Celſa*
*dec.*141. *eodem num.*, *in rec. dec* 402. *num.*2.,
& ſeqq. part. 9., *&* *in Fulginaten. Fi-*
deicommiſſi 17. *Maii* 1683. §. *Quarto*, *cor.*
bo me. Guaxardo, *&* *in Sabinen Fideicom-*
miſſi 5. *Martii* 1692. §. *final. coram R.P.D.*
meo Priolo.

Ità, & tandem tertium quod Gregorius
actor, mediante perſona ſui patris, hæres
ſit Gregorii alienantis; cujus ideo factum
impugnare non poſſit; ad *text. in l. Cum à*
matre C. de Rei judicat. Qualitas enim hæ-
reditaria nullatenùs probata fuit; & è con-
verſo, conſtantèr negatur à Gregorio; cui
8 de iure licitum erat ab hæreditate patris ab-
ſtinere; *Rota in dicta Sabinen. Fideicom-*
miſſi prima Julii 1693 §. *Verùm quia*, *&*
9. *Decembris ejuſdem anni* § *Tota difficultas*,
coram R.P.D. meo Priolo, *&* 16. *Junii* 1697.
§ *Excluſa aditione ad med.*, *&* 2. *Decem-*
bris ejuſdem anno §. *Tum etiam*, *cor. R.P.D.*
meo Muto.

Hæc quoad primam dubii partem. Quo
verò ad ſecundam, Domini eatenus moti
ſunt ad concedendam immiſſionem: quia
poſitio quod Gregorio competat reintegra-
9 tio; jam indè clarum emergit illius creditum,
cujus hypotheca reſultat ex diſtractione vi-
neæ fideicommiſſo ſubjectæ, cum iſtius ſcien-
tia; *Cyriacus contr.*281. *n.*39., *Rota coram*
*Dunozetto Jun. dec.*998 *num.*8., *&* *in rec.*
*dec.*283. *n.*5. *part.* 19. Quod autem domus
controverſa, de tempore diſtracti fideicom-
miſſi, fuerit in bonis alienatis, probatur ne-
dum ex depoſitionibus teſtium, uſque de an-
nis 1650., & 1651. examinatorum; de qui-
10 bus *in ſum. Gregorii n.*2., verum etiam ex
aſſignatione penſionum, facta occaſione
tranſactionis initæ *anno* 1611., *dicto ſum. n.*3.,
& fuit alias admiſſum *in dec. edita prima De-*
cembris 1687. *coram Emo Mediolanen.*

Abſque eo quod allegari valeat à Fauſti-
na retentio, vel vigore *Auth. Reſque C. Com-*
mun. de Legat., cum ei facta fuerit donatio
propter nuptias à Marco Antonio ejus viro,
& reſpectivè fratre Gregorii actoris; vel
ex quo in diviſione inter iſtos fratres, de
anno 1679. promiſſa invicem fuerit evictio,
& diviſionis obſervantia: qua ſtante, ne-
11 queat modo Gregorius, proprium factum
impugnando, immiſſionem petere ad bona,
cum tali obligatione dimiſſa. Quoniam,
reſpectu primi, cæteris omiſſis, ſatis erat
reſponſio præteritæ deciſionis in § *fin.*; quod
12 ipſa mulier tot retinet gemmas, & argenta,
ex quibus de ſuis creditis ſatisfacta præſumi-
tur: reſpectu verò ſecundi, animadverſum
fuit, quod in ipſa diviſione, primo loco fuit
expreſsè declaratum, bona dividi, cum
ſuppoſito, quòd eſſent fideicommiſſaria,
vel emphyteutica, addito pacto reſolutivo
ibi -- *Onde, ſe in alcun tempo appariſſe, che*
detti beni non foſſero tali, ma liberi: in tal
caſo detta diviſione s'intenda per non fatta --
& ſucceſſivè fuerunt litteralitèr præſervata
jura fideicommiſſi, ibi -- *Dichiarando, e*
proteſtando, che la preſente diviſione non
poſſa, ne deva, in alcun tempo, recar pregiu-
ditio alcuno al ſudetto fideicommiſſo -- Qua-
mobrem, cùm Gregorius agat prò reinte-
13 gratione fideicommiſſi; cujus jura fuerunt
in diviſione præſervata; & quidem ad do-
mum, quæ tanquam libera, ſub diviſione
non cadit, juxta pactum ſuperiùs recenſitum;
fruſtra opponitur evictionis promiſſio; ut in
puncto reſpondit *Rota dec.*175. *à n.*2. *uſque*
ad 10. *part.*18. *recent.*

Et ita, utraque &c.

FULGINATEN. APPALTUS FURNI.

Ven. 27. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

Probatur in hac deciſione, quod, ad evitandam ſolutionem, non prodeit depoſitum, quod ad aliam prorſus ſeparatam cauſam factum apparet: & quod augumentum ex cumulatione menſuræ tritici in pactum deductum, quamvis in apoca non fuerit expreſſum, tamèn ſit perſolvendum.

SUMMARIUM.

1 *Calculus aritmeticus plenam conſtituit probationem quantitatis.*
2 *Depoſitum cadere non poteſt in aliud debitum, ab ipſius lege diſcordans.*
3 *Teſti deponenti de re ad proprium officium ſpectante ſtandum eſt.*
4 *Depoſitum factum cum vinculo, quod non con-*

convenit pro debito, pro quo factum prætenditur, monſtrat in diverſam cauſam ceſſiſſe.

5 *Solutio unica non parit duplicem extinctionem.*

6 *Obligatio non extenditur ad non expreſſa.*

7 *Notula privatæ memoriæ, neque contra ſcribentem probat.*

8 *Producens in judicio ſcripturam, eam approbat.*

9 *Productione, approbat ſcripturam eo modo, quo concepta eſt, non autem diverſimode ab ea.*

10 *Teſtes qui adfuerint confectioni apocæ, probant cætera pacta in contractu inita, licèt non inibi expreſſa.*

11 *Nemo debet cum alterius jactura locupletari.*

12 *Pactum initum contemporaneè ad ſtipulationem contractus, eſt omninò ſervandum.*

DECISIO LI.

INter pacta, ſub quibus Laurentius Zocchius anno 1695. furnum panis venalis à Communitate Fulginei conduxit, illud ſignantèr fuit in ſtipulatione deductum, quòd teneretur ipſe intra annum, quo locatio duratura erat, ultrà propria rubra 600. frumenti, tot etiam publico beneficio explanare, quot ſibi à miniſtris Communitatis tradita fuiſſent; quæve ex reſponſionibus molendinorum *delle Caſſe* nuncupatarum, atque ad Civitatem ſpectantium, erant retrahenda. Vice autem verſâ, Communitas promiſit, ſe tradituram ſcuta 1500., quæ ad cenſum ſuſceperat à Vitelleſchis, cum ſpecifica tamèn conductoris obligatione, tam cenſum in ſe accollandi, ac reſpectivè poſteà extinguendi, quàm ad ejuſdem Communitatis cauthelam, deponendi rubra 200. frumenti, penès miniſtrum, ab Annonæ Præfectis eligendum; ut latius in *ſum. Zocchii num. primo*.

Eundemque furnum paulò poſt ſublocavit Zocchius Venantio, & Cæſari de Piccionis; reportatâ per apocam, trino teſte munita, atque in archivio exhibitam, obligatione, fidelitèr explanandi totum frumentum, ad uſum furni neceſſarium; illiuſque pretium ad rationem ſcutorum octo prò quolibet rubro, perſolvendi; deſignatoque miniſtro Dominico Giroldo, ſpopondit ſe acceptolaturum quaſcunque ſolutionum ſchedulas, quæ afficitu durante, vel ab eodem Giroldo, vel altero per ipſum delegato, conſcriptæ fuiſſent. Hinc, cæptâ ſublocatione, traditâque interpolatè per Zaulii miniſtros certâ quantitate frumenti: fuerunt tandem ſub die 28. Octobris 1696., quo jam affictus terminaverat, plures receputæ in unam redactæ; in qua Piccioni declaraverunt, ibi -- *Haver macinato, e panizato nel forno della Città, rubbia 200., e rubbia due, à colmo; e tutti queſti ſono li grani ricevuti dal Sentinelli, e dal Signor Domenico Giroldi; e Caſſe* -- Cùmque è contrà bonificatis ſcutis 704., juxtà receputas à Giroldo ſubſcriptas, in pretii computum ſolutis, egerit Zocchius prò reſiduo coràm A. C. Thomato; iſteque, poſt ſubdelegatum in Partibus Judicem, ac poſt exhibitas peritorum hinc inde relationes, in dicta ſolutione, præter quid minimum, omninò concordes: nihilominùs Piccionos per ſententiam abſolverit, ſolutis dumtaxàt ſcutis 72. 70: causâ idcircò per appellationem ad noſtrum Tribunal devolutâ, mihique commiſsâ, Dominos conſului die 6. *labentis* -- *An, & prò qua ſumma eſſet relaxandum mandatum* -- nullaque accepta reſolutione, iterum hodie dubium propoſui; & reſponſum habui *relaxandum eſſe mandatum pro ſumma inferiùs exprimenda*.

Sanè, quoad relaxationem mandati, facilis fuit reſolutio. Cùm enim in apocâ ſubaffictus camerali obligatione vallatâ, promiſerint Piccioni ſolvere ſcuta 8. prò quolibet rubro frumenti, quod eis à Zocchio traditum fuiſſet; jamque nulla cadat hæſitatio ſuper conſignatione rubrorum 202. juxta ipſorum confeſſionem; ac reſpectivè ſuper ſolutione ſcutorum 704. 84.; ut recognoverunt Periti utrinque electi: clarè patet, ſubaffictuarios remanere debitores ex calculo
1 aritmetico; qui plenam conſtitit probationem; *Rota coràm Priolo dec. 399. ſub n. 6. verſ. Cum itaque, & n. 7., & in Romana, ſeu Jannen. Trebellianicæ ſuper executione mandatorum 5. Aprilis 1694. §. Reſtringendo, coràm R. P. D. meo Pio*.

Sola difficultas erat, an ultra ſcuta 704. 84. à Piccionis, citra debitum ſoluta, bonificandæ forent aliæ partitæ aſcendentes ad ſcuta 818. 66., quas in diminutionem debiti, ponendas eſſe contendebant. Verùm reſpectu primæ partitæ ſcutorum 385., quæ depoſita ſupponuntur in Sac. Monte Pietatis Fulginei ad creditum Zocchii, cenſuerunt Domini, ex illis referenda ſolum eſſe ſcuta 100. in cauſam rubrorum 202: quia nimirum totidem apparent per Piccionos depoſita prò frumento habito à Zocchio; ut conſtat ex priori partita depoſiti *ſum. n. 9.* Aliæ autem geminæ, ſcut. 170., & 115. referri nequeunt ad calculum prò exoneratione pretii dd. rubrorum 202., à Zocchii miniſtris conſignatorum: cùm iſtorum receputa cantet de frumento recepto à Santinellis, & capto à Giroldo; poſteriores verò partitæ prædictæ depoſiti, loquantur de frumento, quod Piccioni, de ordine Graſcierorum, receperunt à Matthia Cybo, ſpeciali depoſitario, ſeu cuſtode frumenti; quod Zocchius, in quantitate rubrorum 200. depoſuerat prò cautione Communitatis, juxta conventionem, in capitulis appaltus, ſtabilitam: Ideo-
2 que cedere non poſſunt in cauſam alterius debiti, à lege depoſiti diſcordantis; per *text. in l. 1. ff. de ſolut., Rota coràm Fentingerio dec. 212. n. 2., coràm Zarate dec. 36. n. 3.*

Itaquè debitorum diverſitas patet, tùm ex quo rubra 202. tradita fuerunt à miniſtris Zocchii, cumulata, ſeu, ut dicunt, à *colmo*; juxta verba receputæ ſuperius tranſcripta: alia

alia verò rubra 50., à Matthia Cybo conſi-
gnata, fuerunt abraſa; ut deponit ipſemet:
cui, tanquam teſtanti de re, ad ejus officium
3 pertinente, ſtandum eſt; *ex vulgatis*; tum
etiam quia, tale depoſitum factum fuit, cum
vinculo erogationis pecuniarum, in eſtin-
ctionem cenſus contracti favore illorum de
Vitelleſchis: quod vinculum, ſicut non con-
venit credito rubrorum 202., quæ liberè
tradita fuerunt à miniſtro Zocchii; & libe-
rè ſolvenda erant; ità demonſtrat, præfa-
4 tum depoſitum in diverſam cauſam ceſſiſſe;
*l. Quingenta in fin. ff. de probat., Bouden,
collect. legal.* 49. *n.*23. *tom.* 2., *Rota coràm
Bichio dec.*329. *n.*74.

Stante autem diverſo debito ex cauſa fru-
menti; quodque præfatum depoſitum prò
rata ſcut.285. ceſſerit in extinctionem debiti
rubrorum 50., idem propterea extenuare
non potuit aliud rubrorum 202., omninò
diverſum, & ſeperatum: cùm unica ſolutio
duplicem parere nequeat effectum; *l. ſi ex*
5 *pluribus ff. de ſolut.*, *Rota inter recollectas
per Palmam dec.*69. *num* 25., *in rec. dec.*404.
*n.*22, *& dec.*436. *n.*10. *part.*9.

Minùs bonificandæ videbantur partitæ
reſultantes ex teſſeris, ſeu notula, per Gi-
roldum retenta. Cùm enim Zocchius in apo-
ca ſubaffictus promiſerit dumaxat accepto
ferre *Tutte le riceuute de pagamenti*, quæ
fierent in manibus Giroldi, vel alterius, de
ipſius mandato: utique dempta ſumma
ſcut.58., quæ à Zocchio non controverte-
batur; ut in calculo, dato in calce ſuæ repli-
cationis, dùm nulla ex reliquis partitis, in
dicta notula deſcriptis, præſefert ſolutio-
nem Giroldo, vel ejus mandatario factam;
6 planum eſt, quod obligatio Zocchii, ad il-
larum acceptationem non extenditur; per
*text. in l. Quidquid adſtringendæ ff de Verb.
oblig, Bald. in l. Quoties n* 4. *C. de ſu s*, *&
legit*, *Rota coram Bichio dec.*5. *n.*27., *& in
rec. dec.*55. *ſub n.*1. *part.*1.

Et tamen, ſepoſitâ etiam conventione
partium, ad certum ſolutionis modum reſtri-
ctâ, adhuc Zocchius non teneretur accepto
ferre ſolutiones, in notula Giroldi deſcrip-
tas; quæ, tanquam ad ſimplicem memo-
riam conſcripta, nullam conſtituere valet
7 probationem, etiam contra ſcribentem;
Rota coràm Buratto dec 274. *n.*21., *dec.* 282.
n 6., *dec.*666. *n.*11., *& in rec. dec.*119. *nn.*6.
*part.*16.

Ponderando præſertim, quod Giroldus,
in eiſdem notulis, poſt deſcriptas nonnullas
partitas, ſibi à Piccionis ſuppoſitas, immedia-
tè ſubdidit, expediendum eſſe contrà Piccio-
nos mandatum prò ſcutis 969. 28, *dicto ſum.
n.*11 *litt. A*, quod certè obtineri non po-
terat, quatenus partitæ, in dicto folio de-
ſcriptæ fuiſſent bonificandæ, dùm Zocchius
in tenui ſumma creditor remanſiſſet.

Nec relevat quòd Zocchius, hujuſmodi
notulam Giroldi produxerit coràm Judice
de partibus; ideoque, mediante produ-
8 ctione, approbaverit. Cum enim, ut di-
ximus, in illius calce adnotatum etiam fo-
ret, relaxandum eſſe contra Piccionos man-
datum, prò ſcutis 969. 28.; prò quo Zocchius
immediatè poſt productionem, inſtetit:
nullum proinde irrogari potuit præjudicium
ex productione; quæ approbationem ſolum
importat, eo modo, quo ſcriptura concepta
9 eſt; nec diverſimodè ab illa operatur; ut in
puncto reſpondit *Rota cor. Bichio dec.* 541.
*num.*14.

Poſito igitur ex præmiſſis, quòd ex pre-
tio rubrorum 202., ad rationem ſcutor. octo
prò quolibet rubro, aſcendentia ad ſcu-
ta 1616. detrahenda ſolum veniant ſc. 804.84:
nempè 704 84. ſoluta in pecunia numerata,
necnon alia ſcuta 100 in Sac Monte Pietatis
depoſita, & alia ſcuta 58. non controverſa:
remanet creditum Zocchii in ſcutis 753. 16.

Huic autem ſummæ, cenſuerunt Domini
augenda eſſe alia ſcuta 202. prò augumen-
to rubrorum 25., ac duarum cupparum,
quæ Piccioni receperunt ex cumulata men-
ſuratione dd. rubrorum 202., ut ſupra con-
ſignatorum: quippè, licèt in apoca affictus,
appoſitum non legatur pactum tradendi fru-
mentum ad menſuram abraſam: tamen illud
legitimè probatum remanet ex depoſitione
teſtium, qui apocæ interfuerunt, ac ſeſe
10 illi ſubſcripſerunt; plenè *Rota in Romana
Cambiorum* 27. *Februarii* 1693. §. *Quod
autem*, *&* 15. *Martii* 1694. *eodem* §. *coràm.
R. P. D. meo Molines*. Cumque ex diverſi-
tate unius menſurationis ab altera, lucrati
fuerint ſubconductores ſupradictam quanti-
tatem rubrorum 25., & duarum cupparum,
juxta ipſorum confeſſionem; de qua in dicto
*ſum. n.*14., & depoſitionem piſtoris *num.*15;
omnis ratio ſuadet, quod etiam ad illorum
11 ſolutionem compellantur: ne alias cum
aliena jactura locupletentur, contra regu-
lam *text. in l. Si, & me, & Titium ff. Si
certum petat*.

Non attentâ reſponſione, quod ex con-
ſuetudine Civitatis Fulginaten., frumen-
tum ſoleat à piſtoribus cumulate menſurari,
ac proptereà rubra 201. juxta regionis con-
ſuetudinem, tradita præſumantur. Quid-
quid enim ſit de iſtius probatione, ex infor-
mibus documentis deſumpta, inutilis vide-
12 batur in præſenti diſputatio, ſtante pacto
ſuperius recenſito, contemporaneè ad apo-
cam convento: quòd rubra frumenti abraſa
traderetur. Quod ideo, ſecluſis quibuſcum-
que contrariis argumentis, venit omninò
ſervandum *ad text. in l. Juris gentium* §. *Præ-
tor ait C de Pact. ff. Rota coràm Manzaned.
dec* 256. *n. primo*, *& coràm Bichio dec.* 470.
*num.*3.

Concervatis igitur ſcutis 753. 16., quorum
creditor eſt Zocchius prò reſiduo rubrorum
202., ac ſcut. 202., pro pretio augumenti ex
menſuratione provenientis, conſtat, eun-
dem eſſe creditorem, in ſc. 955. 160. pro qui-
bus Domini, inhærendo etiam præfato cal-
culo, in replicatione Zocchii exhibito, reſ-
ponderunt: relaxandum eſſe mandatum.

Utrâque &c.

PERUSINA HÆREDITATIS.

Veneris 27. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Hæres gravatus poteſt tot bona fideicommiſſi retinere, pro credito pecuniarum, quas de proprio erogavit in extinctionem æris alieni fideicommittentis.*

2 *Creditores hæredis gravati, ex illius juribus, & perſona, retinere poſſunt tot bona fideicommiſſi, pro debitis ab eodem extinctis.*

3 *Amplia etiam ſi hæres, ex fideicommiſſi bonis fructus perceperit.*

4 *Hæres beneficiatus facit ſuos fructus hæreditatis ex beneficio inventarii, nec cum eis tenetur illi-s creditores dimittere.*

DECISIO LII.

OBtinuerunt creditores Gratiani Rocchæ relaxari ex integro ad eorum favorem, mandatum pro ſcutis 1700. contra bona fideicommiſſaria Joannis Rocchæ illius debitoris; ad effectum tamen deponendi, & conſignandi, cui de jure; ut *in deciſ. edita 13. Junii 1670. coram clar. me. Cardinali Vicecomiti, impreſſa in rec. la 254. p. 16.*, confirmata 19. *Junii 1682. coram Emo Domino Mediolanen.* Adverſus quarum deciſionum fundamentum, iterum conceſſa hæredibus fideicommiſſariis nova audientia; & interim ad cauſam admiſſis aliis concreditoribus: cùm hodie nihil in contrarium deduceretur: Domini ex iiſdem cenſuerunt, ſtandum eſſe *in deciſis*.

Viſum enim fuit ſubſiſtere, quod Gratianus perſolverit de proprio ſcuta 1600. ab hæreditate fideicommittentis debita, ratione pretii apothecæ, quam emerat, non ſoluti; necnon ſocietatem officii ab eodem Joanne contractam, pro rata ſcut. 100. extinxerit.
1 Quapropter, ſicut poſſet ille præſata credita, ex bonis fideicommiſſi, deducere; per *text. in l. Cum hæres ff. Ad Trebellian., Rota dec. 267. n. 1. p. 1.*, & *dec. 142. n. 6. par. 16. rec.*:
2 ita etiam poſſunt, ex ejus perſona, creditores: cum habeant obligata omnia illius jura, & actiones: *L. Nomen C. quæ res pignor. obligari poſſint, Rota coram Cerro dec. 22. n. 13.*, *& in rec. dec. 390. num. 12. p. 18.*

Mon obſtante, quod Gratianus, uti hæ-
3 res fideicommitentis; fructus ex ejus bonis perceperit, ultra pecunias, mobilia, & ſemoventis: quæ ad ejus manus pervenerunt: nam, ut benè reſponſum fuit in utraque ex
4 prædictis deciſionibus: ſtante beneficio inventarii, fructus ſpectabant ad hæredem: nec tenebatur ex illis ſolvere debita fideicommiſſi: pecuniæ verò, & alia. in hæreditate reperta, erogata fuerunt in ſolutionem aliorum debitorum: imò nec ſatis fuiſſe ad hunc effectum, conſtat ex calculo, aliàs dato de *anno 1670. coram clar. me. Cardinali Vicecomite.*

Et ita, creditoribus dumtaxat informantibus, fuit reſolutum &c.

GERUNDEN. PRIORATUS.

Veneris 27. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Beneficiati prætendere non poſſunt fructus beneficii, quod menſæ tantùm capitulari ex Papæ conſtitutione unitum fuit; & licèt inibi adjectum fuerit, *ſeu maſſæ communi*, hoc beneficiatis non ſuffragatur, cum Capitulum de eo tempore maſſam communem privativè habuiſſe probatur, & clarè, ex diſpoſitiva conſtitutionis, hæc privativa conceſſio reſultat.

SUMMARIUM.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ex actis.*

2 *Beneficiati qualitatem capitularem non habentes, non veniunt de jure in beneficiis, menſæ capitulari unitis.*

3 *Quamvis poſtea addatur, unionem factam menſæ capitulari*, ſeu maſſæ communi: *quando conſtat; tunc Capitulum habuiſſe pro ſe ſolo maſſam communem*, & num. 9.

4 *Dictio* -- ſeu -- *ſimilitudinem importat.*

5 *Correctio inſtantanea, ut evitetur, omnis capienda eſt interpretatio.*

6 *Et præcipuè in Conſtitutionibus Pontificiis.*

7 *Unio cenſetur facta privativè Capitulo: ſi illi ſit data facultas percipiendi fructus beneficii.*

8 *Unio cenſetur facta ſoli Capitulo, ſi hoc appareat ex parte diſpoſitiva.*

10 *Una pars conſtitutionis, ne alteri contradicat, concili〈a〉nda eſt.*

11 *Etiam cum verborum impropriatione.*

12 *Abſolutio à cenſuris in Conſtitutione Pontificia, Capitulo tantùm facta, eidem privativè beneficium collatum demonſtrat.*

13 *Onus cui injunctum eſt, eidem emolumentum relictum declarat.*

14 *Ad ſuſtinendam veritatem narrativæ in litteris apoſtolicis, ſatis eſt, quod res narrata talis fuerit ex conſuetudine, licèt à jure poſſet improbari.*

DECISIO LIII.

SEntentiam Rotalem, præviis geminis deciſionibus, latam à Reverendiſſimo Domino meo Decano, declarantem, Prioratum B. Mariæ de Olivis, unitum cenſeri maſſæ capitulari Eccleſiæ Gerunden. ad excluſionem Beneficiatorum, de illius fructibus ſeſe participes fieri contendentium: Domini hodie coram me, cui appellationis cauſa commiſſa fuit: uti validam, & juſtam; confirmandam eſſe reſponderunt.

Suppoſitâ enim validitate, ab actorum re-
1 volutione, juxta *deciſ. Caputaquen 260. p. 2.* illius juſtitiam deſumebant ex lectura Conſtitutionis ſa. me. Clementis VIII., dum

ſummus

ſummus ille Pontifex Prioratum litteraliter
2 univit menſæ capitulari ; ſub qua , ſecluſo
particulari ſtatuto , ex juris diſpoſitione
compræhendi non poſſunt Beneficiati , qua-
litatem capitularem non habentes ; ut , præ-
ter adductus *in prima deciſione Rmi D. mei
Decani* §. *Perpenſa* , notant *Romanus conſ.
332. ſub n.10.*, *Rota dec.4. n.5. p.2. diverſ.*,
Barboſa de Canonic., & dignit. cap.37. n.17.,
*Card. de Luca eod. tract. diſc.7. n.7., & diſc.
18. n.6.*

Et licèt immediatè poſt dicta verba , ſu-
peradditum fuerint alia -- *Seu maſſæ communi
diſtributionum quotidianarum Eccleſiæ Ge-
3 randen* -- Non ideò probata videbatur Bene-
ficiatorum admiſſio. Quippe , ſuppoſito ,
(prout veritas eſt innegabilis) quod Capi-
tulum Eccleſiæ Gerunden.,de tempore unio-
nis , haberet maſſam capitularem ſub nomine
Communis , ſeu *Ferialis* , cujus fructus , poſt
adimpleta nonnulla Eccleſiæ onera , inter
Capitulares diſtribui conſueverant ; ut re-
fert *prima deciſio Rmi D. mei Decani* , §.
Nec turbat: palam fit , ſummum Pontificem,
comparando menſam capitularem cum maſſa
communi diſtributionum quotidianarum, me-
4 diante illa dictione *ſeu* , de ſui natura ſimili-
tudinem importante; juxta *dec.380. n.2. p.14.
rec.* : neceſſariò intellexiſſe de maſſa Feriali ;
ad quam Capitulum dumtaxat admittit: nam
alias daretur inſtantanea correctio : imò ,
aperta contrarietas , quod unio facta fuiſſet
commodo maſſæ capitularis, & adhuc fru-
ctus Prioratûs uniti , ad extra capitulares
etiam, quales ſunt Beneficiati , pertinerent.
5 Ad quam evitandam, ſicut indiſtinctè in qua-
cumque diſpoſitione , omnis ſumenda eſt in-
6 terpretatio : ita , & fortiùs in Pontificia
Conſtitutione ; ut in ſpecie probat *Calderi-
nus conſ.5. in fin. de privileg.*, & *Rota dec.
33. n.4. p.17. recent.*

Iſta verò juridica interpretatio , cætero-
quin ad intentum ſatis conducens , tranſire
7 videbatur in evidentiam , ponderando quod
Pontifex , immediatè poſt demandatam
Prioratûs unionem , liberam dedit Capitulo,
ejuſque Decano facultatem fructus accipien-
di , ibi -- *Liceat Capitulo , & Decano dictæ
Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, Prioratus . &
fructuum poſſeſſionem apprehendere , & in
ſuos , & eorum menſæ Capitularis , & De-
canatûs hujuſmodi uſus, & utilitatem con-
8 vertere* -- Procedendo enim cum hac ſola
parte diſpoſitiva , nil prorsùs favore Benefi-
ciatorum determinante ; imò ad ſolius men-
ſæ Capitularis , ejuſque Decani utilitatem
reſtricta; nulla caderet hæſitatio , quin Prio-
ratus Capitulo tamen foret unitus : ideoque,
9 ne una pars alteri contradicat,perneceſſe di-
cendum eſt , quod maſſa communis diſtribu-
tionum quotidianarum, ſuperiùs enunciata,
fuerit ſynonimè ſumpta cum maſſa *Ferialis* ;
cujus reſpectu diſtributiones in ſolo Capitu-
10 lo verificantur ; etiamſi ad hunc effectum
neceſſaria foret verborum impropriatio ; ad
*text. in Cap. cum expediat in prin. de Elect.
in 6.*, *Rota dec.14. n.9. & 10. p.12. rec.*

In idem collimant aliæ Conſtitutionis par-
11 tes ; abſolutio nempe à cenſuris , ad con-
ceſſionis validitatem neceſſaria , injuncta-
12 que ſoli Capitulo onerum ſatisfactio ; quæ
denotat emolumentum eidem fuiſſe privativè
quæſitum;juxta regulam:qui ſentit onus ; &
è contra ; de qua generaliter *Rota dec. 392.
n.2. p.15.*, & in his præciſis terminis *coram
Dunozetto jun. dec.966. n.16.*

Nec ad elidendum aſſumptum , quod maſ-
ſa communis, in Conſtitutione nominata,
idem ſignificet , ac maſſa *Ferialis* , urgere
videbatur reſponſio , quod iſta fuerit à ſui
principio deſtinata pro ſuſtinendis Eccleſiæ
oneribus , non autem , ut ejus fructus inter
Canonicos diſtribuerentur. Quidquid enim
ſit , an ex lege inſtitutionis , interdicta fuerit
illorum erogatio in alios uſus , quoties ne-
ceſſitas non ſuppetit pro Eccleſia ; hoc unum
certum eſt , quod jam , de tempore unionis ,
vigebat conſuetudo talis diſtributionis : quæ
13 licèt forſan potuiſſet à jure improbari;ſatis
tamen erat, quod in facto ſubſiſteret : ut pro-
bat *ſecunda deciſio Rmi D. mei Decani* §.
Haud reſiſtente.

Et ita , in reliquis approbando ſupradictas
deciſiones præcedentis inſtantiæ , reſponſum
fuit , Capitulo dumtaxat informante ; Bene-
ficiatis verò ſub prætextu concedendæ Re-
miſſoriæ , dilationem petentibus &c.

GERUNDEN. PRIORATUS SUPER REMISSORIA, ET COMPULSORIA,

Veneris 27. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Remiſſoria, & compulſoria ſpecialis denega-
tur , quia maſſa privativa Capitularis, quæ
impugabatur , ſatis erat probata ex Pontifi-
ciis Conſtitutionibus , & Partis confeſſioni-
bus.

SUMMARIUM.

2 *Probatio,cujus contrarium reſultat ex Pon-
tificia Conſtitutione eſt inveroſimilis.*
2 *Exiſtentia maſſæ ſpecialis & propriæ Capitu-
li , probatur ex illius ſtatuto.*
3 *Ex enunciativis in Bullis.*
4 *Ex confeſſione eam poſtea negantium , &*
num.10.
5 *Remiſſoria nequit admitti , quoties contra-
rium illius , quod probari præſumitur, re-
ſultat,vel à publicis documentis.*
6 *Vel ex propria confeſſione , &* n.11.
7 *Remiſſoria denegatur , cum articuli ſunt im-
probabiles , & irrelevantes.*
8 *Maſſæ omnes , quæ ad Canonicos privativè
ſpectant , licèt capitulares non nominen-
tur, citra dubium Capituli menſam conſti-
tuunt.*
9 *Menſa capitularis quid ſit ?*
12 *Confeſſio clara non eſt reſtrictivè ſumenda.*

Digitized by Google

13 *A particulari ut ad univerſalia inferri nequit: etiamſi eadem re diviſibili, ubi deficit eadem ratio.*

14 *Compulſoria ſpecialis non debet concedi, ubi ſufficit generalis, ut extrahi poſſint ſcripturæ, ne retardetur ulterior cauſæ progreſſus.*

DECISIO LIV.

Beneficiati Cathedralis Eccleſiæ Gerunden., arduam agnoſcentes provinciam ex probationibus hucuſque deductis, ampliùs impugnare, quod Prioratus B. Mariæ de Olivis, ſoli maſſæ capitulari fuerit unitus, novas hodie offerebant in gradu appellationis, mihi delegatæ, à ſententia Reverendiſſimi Domini mei Decani: ad quarum legalitatem ſtabiliendam, remiſſoriam, & compulſoriam ſibi concedi poſtulabant. Quamobrem contemporaneè cum dubio ſuper confirmatione ſententiæ rotalis, aliud propoſui -- *An ſit concedenda remiſſoria, & compulſoria.* Et Domini *utramque negandam* eſſe cenſuerunt.

Quo enim ad remiſſoriam animadvertebant, probationes faciendas unicè tendere ad demonſtrandum, quod de tempore factæ unionis, nulla reperiretur maſſa ſpecialis, & propria Capituli, cui, tanquam principali ſubjecto, accedere poſſet unio Prioratûs; ideòque iſte neceſſariò unitus fuerit maſſæ anniverſariorum, æquè Capitulo, ac Beneficiatis communi; & ex qua deſumebantur quotidianæ diſtributiones.

At hujuſmodi probatio videbatur inveri-
1 ſimilis. Contrarium enim de directo reſultat ex Conſtitutione uſque ab anno 1371. edita per fa. me. Gregorium XI., qui uniens Eccleſiæ Gerunden. 93. cappellanias, ſeu præſtimonia, id agere declaravit favore menſæ communia Capituli, per verba · *Menſæ communi dd. Capituli & Eccleſiæ Gerunden., unimus, eo. umque fructus, redditus, & proventus pro diſtributionibus quotidianis in dicta Eccleſia, Canonicis, & perſonis de ipſo Capitulo &c. convertere valeant, & debeant pro communi, ſeu feriali dictæ Eccleſiæ. Summario Capituli dato in die primæ deciſionis coram Rm̃o D. meo Decano 1. Julii 1697. n. 10. litt. C*

Clariùs id comprobat Capitulare Statu-
2 tum ſubſequenti anno compoſitum; in quo, poſt expreſſam unionem dd. cappellaniarum factam menſæ capitulari; ſancitum fuit, Beneficiatos admittendos eſſe ad participationem pro rata diſtributionum, ex præfatis cappellaniis provenientium; *ſum. dato die primæ deciſionis 26. Februarii 1698. coram eodem Rm̃o D. Decano n 2. litt. A.*

Similis enunciativa continetur in Bulla
3 Cardinalis Martini, qui unionem bonorum ex præfatis præſtimoniis, adhuc non effectuatam, de mandato ſummi Pontificis Benedicti XIII. executioni demandavit; *dicto ſum. 2. d. n. 2. litt. A. & O.*

Cum his antiquiſſimis documentis concordat Bulla ſa. me. Clementis VIII., qui Prioratum univit menſæ capitulari, & maſſæ communi diſtributionum; ita indicando, quod Capitulum haberet maſſam ſpecialem, à be-
4 neficiatis omnino diſtinctam: & conſonant etiam beneficiatorum confeſſiones pluries emiſſæ, & ſignanter in antiquis commiſſionibus coram bo. me. Fænia; in quibus habentur verba · *Tamen Canonici, & Capitulum Gerunden., de facto procedentes, tam dicti legati, quàm Prioratûs fructus in proprias diſtributiones eorum particularis ferialis; de quibus non niſi Epiſcopus, & Canonici participant, converterunt -- hodierno ſum. Ca-*
5 *pituli n. 1.* Quoties autem remiſſoria petitur ad probandum ea, quorum contrarium reſultat, vel ex publicis documentis, vel ex propria confeſſione: illa de jure nequit admitti; ut de primo caſu, videre eſt *in dec. 135. n. 3. p. 4., dec. 13. n. 13. p. 10., & dec. 380.*
6 *n 7. p. 19. rec.*, & de ſecundo *in dec. 523. n. 4. coram Ludoviſio, dec. 877. n. 7. coram Buratto, in Ceſenaten. Dotis ſuper remiſſoria 30. Januarii 1696. §. Et quidem, coram R. P. D. meo Tremoille.*

Et tamen, ſingillatim examinando articu-
7 los à beneficiatis exhibitos, patebat, illos eſſe improbabiles, & irrelevantes. Talis profectò videbatur primus, continens, quod in Eccleſia Gerunden., ſex tantùm maſſæ reperiebantur; ex quibus Canonici ratione menſæ capitularis participant; nulla tamen ex eis denominationem habeat menſæ capitularis, quæ unicuique ex dictis maſſis adaptatur. Siquidem hoc etiam articulo admiſſo, nil prorſus emergit ad beneficiatorum intentum: quia, licèt nulla ex dictis maſſis particulari nuncupatione menſæ capitularis deno-
8 minetur: omnes tamen illæ, quæ ad Canonicos privativè ſpectant; citra dubium, Capi-
9 tuli menſam conſtituunt: cum hoc generale nomen menſæ capitularis, nil aliud importet, quàm aggregationem bonorum, & redditium ad Capitulum pertinentium: ad cujus participationem beneficiati admitti non poſſunt; ut plenè probat *utraque deciſio præcedentis inſtantiæ coram Rm̃o D. meo Decano, & altera hac eadem die edita ſuper negotio principali coram me.*

Improbabilis videbatur ſecundus, quod inter ſex maſſas, ut ſupra ſuppoſitas, geminæ tantùm deſtinatæ ſint pro diſtributionibus; nempe maſſa anniverſariorum, presbyteralium, & maſſa cappellaniarum; ex quibus tam Canonici, quàm Beneficiati participant. Huic enim articulo repugnat Beneficiatorum confeſſio, in qua continetur, quod Canonici, fructus in proprias diſtributiones, eorum particularis ferialis converterent. Ec-
10 ce igitur maſſa particularis Capituli, ad quotidianas diſtributiones deſtinata, ex con-
11 feſſione Partis admiſſa. Contra quam incongruum eſt proinde diverſas offerri probationes.

Eadem præcisè reſponſio congruit tertio articulo, quo probari contenditur ex maſſa *Feriali*, diſtributiones non percipi per Canonicos;

eoi; ſed ſolùm per Decanum. Et hoc ex abuſiva conſuetudine, per Capitulum introdu-
12 cta. Verba enim confeſſionis, in commiſſione rituali contentæ, non ſunt æquivoca, ita ut de ſolo Decano intelligi poſſint; ſed litteralia, & concepta in numero plurali ibi -- *Tamen Canonici &c. in proprias diſtributiones eorum particularis Ferialis, de quibus nonniſi Epiſcopus, & Canonici participant, convèrteretur.*

Irrelevans demùm erat quartus ad probandum, quod in maſſa *Feriali* nonnullæ factæ fuerint particulares fundationes, ex quibus beneficiati æqualiter cum Canonicis emolumenta deſumunt, ratione aſſiſtentiæ, quam præſtant ſuffragiis, à fundatoribus demandatis: itaque participatio non dicatur diſtributio quotidiana, ſed nuncupetur *Ultres*, tanquam extraordinaria diſtributio. Siquidem
13 admiſſio beneficiatorum ad participandum ex maſſa *Feriali*, non provenit ex iſtius natura, & univerſali cauſa, ſed ex particulari aliquorum Fundatorum inſtitutione. Ideòque inferri exindè non poteſt, quod maſſa *Ferialis* ſit in omnibus communis, etiam quoad anniverſaria, ipſi *Feriali* applicata; in quibus deficit particularis, & expreſſa beneficiatorum vocatio; prout occurrendo huic objecto, reſpondit *ſecunda deciſio R̃mi D. mei Decani § His autem poſitis.*

Hæc quoad remiſſoriam. Quo verò ad compulſoriam, ad effectum extrahendi partitas ex libris maſſæ *Ferialis*; ſatis fuit ad illius denegationem advertere, quod talis extractio fieri poteſt vigore compulſoriæ gene-
14 ralis; ac proindè ſpecialis concedi non debet ad retardandum judicialem cauſæ progreſſum; ut fuit dictum *in Viceu. Scribaniarum 21. Febr. proximè præteriti coram me.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS SUPER ARTICULIS.

Ven. 27. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Deciditur, articulos eſſe admittendos in cauſa prætenſæ filiationis.

SUMMARIUM.

1 *Articuli paſſim admittuntur in cauſa prophana, data illorum relevantia, etiam in uno*
2 *Etiamſi nullus fumus exhibeatur.*
3 *Relevantia, in cauſa filia ionis, oritur ex competentia dotis, etiam ſuper bonis fideicommiſſariis.*
4 *Dos in bonis fideicommiſſariis, vigore Auth,* Res quæ *debetur etiam filiæ naturali.*
5 *Quid articulandum pro probanda filiatione?* & n.6.
7 *Teſtium depoſitiones, etiam informes, fumum præbent pro admittendis articulis.*
8 *Fides baptiſmatis, legitimatio, & denominatio in filiam, præbent fumum veræ filiationis.*

DECISIO LV.

Contracto matrimonio inter Cæciliam, & Comitem Capponium, fuit illi à Principe Amatricis conſtituta dos ſcutorum 6600., & pro illorum ſatisfactione, præ cæteris, aſſignatus cenſus, in ſumma ſcutorum 4000, debitus ab hæreditate Peretta. Cùmque, occaſione venditionis Villæ Montisalti, fuerint à Congregatione Baronum, dimiſſi plures creditores dictæ hæreditatis, & inter cæteros, obtinuerit Cæcilia, ſibi conſignari ſcuta 4000. ad effectum tamen inveſtiendi in tot locis montium, cum vinculo fideicommiſſi à Camillo Urſino inſtituti. Hinc Domina Principiſſa Urſina hæres clar. me. Principis D. Flavii Urſini, ad dictum fideicommiſſum vocati, petiit immiſſionem ad præfata loca montium; ſed, opponente Cecilià, quod illa ſibi deberentur pro dote: quæ poteſt etiam ex cauſa fideicommiſſi conſtitui; maxima orta fuit quæſtio circa illius filiationem: ad cujus ideò probationem, exhibitis articulis, eorumque relevantia, ſub congruo dubio recognita: Domini, dilatâ reſolutione alterius dubii ſuper immiſſione; reſponderunt: *Articulos eſſe admittendos.*

Agitur enim de cauſa prophana; in qua
1 paſſim admittuntur articuli, datâ etiam in uno dumtaxat illorum relevantiâ, juxta no-
2 torias regulas; etiamſi nullus fumus exhibeatur: *Rota in Cavallicen. juris molendi, ſuper remiſſoria 30. Iannarii 1697. §. Prætermiſſo, coram R P.D. meo Priolo, in Nullius, ſeu Colonien. juriſdictionis ſuper remiſſoria, 11 Decembris ejuſdem anni §.1. coram R.P.D. meo Muto.*

Relevantia magis clara videbatur ex eo,
3 quod probatâ filiatione Ceciliæ ex dicto Principe Amatricis, eidem ſuffragatur legale ſubſidium pro dote conſequenda, etiam ſuper bonis fideicommiſſo ſubjectis, juxta famigeratum *textum in Auth. Res quæ C. Commun. de legat.*; quem habere locum,
4 etiam favore filiæ naturalis, probant *Peregrinus de fideicom. art.42. n.38., Card. de Luca de dot. diſc.39. n.2., & diſc.145. n.24.,* & dixit *Rota dec.30 n.15. p.7. recent.*

Quoniam verò probanda eſt naturalis fi-
5 liatio; rectè proindè fuit articulata, nedum retentio Angelettæ matris Ceciliæ, cum arcta cuſtodia; itaut ad illam nulli alteri pateret acceſſus; prout ad hunc effectum requiritur: *ex traditis per Rotam coram Ubaldo, dec.155. n.2., in rec. dec.43. n.6. par.17.,* & *in Romana prætenſæ filiationis ſuper articulis 17. Maii 1697. §. primo coram R P.D. meo Mutò*: verùm etiam illius, tanquam
6 filiæ educatio, & retentio in palatio Principis; ac ulterius publica vox, & fama filiationis; *Rota dec.238. n.5. & 6. par. prima diverſ.*

Iſtaque omnia non modicum deſumunt
7 adminiculum ex depoſitione, licèt informi, plurium

plurium teſtium (quos aliàs in ſimili ponderavit, *Rota dec.67. n.6. p.17. rec.*, junctâ fide baptiſmatis ; in qua Cæcilia, tanquam nata ex dicto Principe, deſcripta fuit : ſimili titulo à Collegio Scriptorum Archivii Ro-
8 manæ Curiæ, legitimata extitit ; pluries, uti talis, à Principe denominata ; etiam in actibus proportionatis ; primò nempe in inſtrumento dotali, ac poſtea in ipſius deputatione in gubernatricem ſtatus Amatricis, aliiſque actibus plenè relatis per ſcribentes ; ex quibus ſumum veritatis augeri, reſpondit *Rota dec.44. n.1. & ſeqq., & dec.212. n.10. par.19. recent.*

Et ita, utraque &c.

MELEVITANA JURISPATRONATUS.

Veneris 4. Iulii 1698.

ARGUMENTUM.

Quomodo per adjudicationem univerſitatis bonorum, & donationem, juſpatronatus acquiri poſſit necne demonſtratur.

SUMMARIUM.

1 *Præſentato à pluralitate vocum, eſt beneficium adjudicandum.*

2 *Iuſpatronatus per priùs donatum non tranſit in bonorum adjudicatarium.*

3 *Secùs quando donans donationem revocat, & obtinet beneficium abſtinendi ab hæreditate, ex qua juſpatronatus in illum deveniebat, & donatario notificat.*

4 *Adjudicatarius univerſitatis bonorum juſpatronatum acquirit, &* num.14.

5 *Donatio jam perfecta, pro libito donantis revocari non poteſt.*

6 *Maximè cum eſt jurata.*

7 *Fallit, in donatione jurisſpatronatus facta extraneo, ſine conſenſu ordinarii, ex qua donatarius nullum jus acquirit.*

8 *Conſenſus Epiſcopi ad validitatem donationis jurisſpatronatus ſat eſt ex poſt impetretur.*

9 *Conſenſus ordinarii impetratus poſt revocatam donationem jurisſpatronatus, illam non convalidat.*

10 *Retrotractio non datur ob medium prohibens extrema poſſe conjungi.*

11 *Conſentiens cum clauſula --* ſine præjudicio -- *cenſetur noluiſſe præjudicium irrogare juri alteri quæſito.*

12 *Hæres qui hæreditati renunciavit in adjudicatione bonorum hæreditariorum, non eſt citandus: ſed curator.*

13 *Iuſpatronatus non indiget ſpeciali mentione in adjudicatione bonorum, in quorum univerſitate illud etiam compræhenditur.*

15 *Adjudicatio fieri nequit favore minus offerentis.*

16 *Iuſpatronatus, hæreditario titulo devolvitur.*

17 *Vicarius Epiſcopi authorizzare non poteſt donationem jurisſpatronatus.*

18 *Conſenſus datus à Vicario in donatione jurisſpatronatus quomodo præſumatur de mandato Epiſcopi, de quo non conſtet.*

19 *Conſenſus in jurepatronatus à Vicario de Epiſcopi conſenſu datus præſumitur, licèt non conſtet: ſi alios ſimiles confirmavit.*

20 *Obſervantia importans tacitum Epiſcopi conſenſum, validat donationem jurisſpatronatus, in qua expreſſus non requiritur.*

DECISIO LVI.

Juſpatronatus Beneficiorum SS. Barbaræ, & Catharinæ, Inſulæ Gaudiſii, Melevitanæ Diœceſis, quod ad familiam de Naſis pertinebat ; diviſum fuit in quinque voces inter Jacobum, Petronillam, Catharinam, Entionam, & Angelam, filias Antonii ; ad quem illud ultimo loco pervenerat. Vox Entionæ de medio ſublata fuit ; (vel per ceſſionem, vel ex alio titulo, quem ignoramus) itaùt anno 1672., occaſione litis, in præcedenti vacatione introductæ, quatuor ſolùm voces enumeratæ fuerint ; ut videre eſt in deciſionibus, à noſtro Tribunali editis *coràm clar. mem. Cardinali Matthæio 5. Decembris dicti anni* 1672., *& 5. Junii* 1673 : quæ, licèt in cæteris partibus impugnatæ : quoad hoc tamèn factum, in præſenti ſunt extra controverſiam.

Nuper autem ; nempè anno 1687. ſequutâ Beneficiorum vacatione, triangularis orta fuit ſuper illis controverſia, quæ agitata primùm coràm Ordinario, & favore Joſephi Caxar, unius ex præſentatis, reſoluta ; parem ſortita fuit exitum coràm R. P. D. meo Molines, cui in gradu appellationis ad hoc Sacrum Auditorium devolutæ, commiſſa fuerat. Diſputato enim dubio *die 4. Julii* 1696. -- *An, & cui adjudicanda eſſent beneficia, vel potiùs exequendæ forent litteræ Apoſtolicæ, quas Iſidorus Azzopardus à Sede Apoſtolica impetraverat, uti præſentatus à majori parte, vel ſaltem medietate patronorum* -- prodiit reſolutio prò adjudicatione favore Caxar : quæ deindè, audito etiam Abbate Petro Conſtantio quarto Collitigante, die 5. Julii ſequentis anni 1697. confirmationis robur aſſumpſit. Cùmque in hujuſmodi reſolutionum ſequelam, ſucceſſiva ſententia emanaverit : idcircò, appellatione à collitigantibus interpoſitâ, mihique commiſſâ; diſceptandum hodiè propoſui de viribus rotalis ſententiæ ; ac reſponſum habui prò confirmatione.

Suppoſitâ enim (ut eſt apud Partes in confeſſo) exiſtentia jurisſpatronatus ; & præfati Joannis Joſephi Caxar idoneitate : potiora cæteris viſa fuerunt iſtius jura, tanquam præſentati à Thereſia, & Marianna de Caxar, ejuſdem amitis, geminas voces habentibus ; cui præſentationi etiam ipſemet Jo: Joſeph, uti compatronus, adhæſit : ideo-
1 que, cum habito reſpectu ad alios præſentatos, vocum pluralitas ipſi Jo: Joſepho aſſiſteret ; ſummo jure, beneficiorum adjudicationem obtinuit ; *ad text. in cap. 3. junct. gloſſ. verb. Qui majoribus de Jurepatr.*, *Ro-*

ta

in dec.416.n.9.part.9.,dec.708. n.15.part.18., dec.197.n.2 part.19. rec., & latè probat 2. *deciſ. R.P.D. mei Molines §. His enim.*

Iſta vocum pluralitas, ſive duplicitas, verificata remanet ex eo, quod voces Jacobi, & Petronillæ medietatem juriſpatronatus habentes, juxta diviſionem ſuperius recenſitam, delatæ fuerunt ad ipſas Sorores de Caxar, tam uti hæredes mediatas Vincentiæ adjudicatariæ bonorum, & jurium præfati Jacobi, quam uti etiam hæredes Joſephi, unà cum eâdem Vincentia, donatarii ſupradictæ Petronillæ; ut patet ex *ſum. d. D. Joannis Joſephi n.26.*

Fruſtra vero hujuſmodi tranſitus, reſpectu Jacobi, impugnabatur à Scarpello, altero ex collitigantibus, cum ſuppoſito, quod Jacobo ſucceſſerit Petrus Antonius filius; qui ſe patris hæredem declarando, portionem juriſpatronatus,ad ſe, titulo hæreditario ſpectantis, Michaeli Angelo Scarpello contemporaneè donavit: undè infertur,
3 quod eadem portio nequiverit poſtea deferri ad Vincentiam, bonorum Jacobi adjudicatariam; nec, per conſequens, ad ſorores de Caxar, illius hæredes.

Licèt enim verum ſit, quod Petrus Antonius, uti patris hæres, juſpatronatus; ut ſupra, donaverit: æquè tamen in facto certum eſt, quod vix à die donationis, elapſis decem diebus; agnito graviſſimo præjudicio, quod ſibi, nedum per talem aditionem, inconſulto, & non ſine fraudis labe factam; verum etiam per gratuitam juriſpatronatus donationem irrogaverat; iſtam expreſsè revocavit, aſſerendo, ſe variis ſuaſionibus, ac promiſſionibus fuiſſe ad illam inductum; *d. ſumm. Joannis Joſephi num.17.*, & triduo poſt, hoc idem narrando in Curia Caſtellaniæ Melitenſis, emiſſaque declaratione ſuæ voluntatis, abſtinendi à paterna hæreditate; petiit, ſibi oportuno juris remedio provideri; prout obtinuit mediante decreto, ibi -- *Prædictum comparentem ad beneficium ejuſmodi abſtenſionis admiſit, & admittit* -- taleque decretum, ſucceſſivè ipſimet Scarpello donatario, per traditionem copiæ, ac quibuſcunque aliis per affixionem in locis publicis Civitatis, notum fieri curavit; *d. ſum. n.18.*

Hæc autem facti circumſtantia radicitus evertit quodcumque jus, à revocata donatione deſumptum; itaut iſta ſepoſita, nullum interceſſerit obſtaculum; quin Vincen-
4 tia, mediante adjudicatione bonorum, ac jurium hæreditariorum Jacobi ſui viri, prò credito dotali reportata, potuerit etiam juſpatronatus cum univerſitate bonorum acquirere; ut, prætèr authoritates cumulatas in utraque *ex deciſionibus editis cor. R.P.D. meo Molines*; prima nempe *in §. Adeoque; & 2da. §. Sed hoc objectum*; plenè tradit *Barboſa de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num. 227.*: & dixit *Rota in Urbanien. Canonicatus 27. Januarii 1696. §. Juſtificatur, in fin. cor. R.P.D. meo Caprara, & 23. Januarii 1697. § Tranſeuntes pariter in fine, coràm R.P.D. meo Olmo.*

Nec ad evitandam illius efficaciam, ſuffragari videbatur reſponſio, quod donatio jam perfecta revocari non potuit pro libito
5 donantis; maximè ſtante juramento, ſub
6 quo promiſſa fuerat ejuſdem obſervantia. Fatalis enim occurrit reſponſio, quod cum in
7 actu donationis, Ordinarii conſenſus non intervenerit; nullum proindè jus potuit in donatarium transferri; nec à donante abdicari; ut latè probat dicta *prima dec. R. P. D. mei Molines, §. Quod autem, & 2da. §. Nec obſtat*; & addi poteſt *Barboſa de Jur. Eccleſ. dicto lib.3. cap.12. num.246.*, *Rota dec.337. num.7 part.2. rec.*, *& in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 5. Decembris 1687. §. Hæc autem, in fin. coram Rm̃o D. meo Decano.*

Quin urgeat replicatio, quod conſenſus
8 Ordinarii neceſſarius non ſit in ipſo actu donationis, ſed ſufficiat, illum ex poſt, quandocumque intervenire; prout reverà fuit ſucceſſivè à Scarpello impetratus; juxta *deciſionem ultimam num.4. de Jurepatr. in antiquis* Siquidem concluſio cæteroquin
9 vera, non procedit in hypotheſi, quâ conſenſus ſupervenit poſt jam revocatam donationem, & aditionem hæreditatis; quinimò poſt jam ſequutam bonorum, ac jurium ad-
10 judicationem favore Vincentiæ; in cujus præjudicium talis conſenſus retrotrahi non potuit, ob medium impediens, extrema, ad retrotractionem neceſſaria, conjungi; optimè *Rota dec.463. num. 8. coram Durano, cum cæteris allegatis in dicta prima dec. R.P.D. mei Molines §. Quoniam, & in 2da. §. Cumque adhuc.*

Quam veritatem agnovit ipſemet Ordinarius, qui conſenſum non præſtitit abſolutè, ſed cum clauſula *Sine tamen præjudicio intereſſe prætendentium; prout de Jure*, ità
11 indicando, ſe nolle per talem actum, irrogare præjudicium juri Vincentiæ quæſito ex præcedenti adjudicatione; ut latè comprobat *dicta 2. deciſio R. P. D. mei Molines §. Qua adjudicatione*, & præter ibi allegatos, in terminis *Rota dec.306. n 8. part.11. rec.*

Sicut autem nulla fuit donatio per Scarpellum obtenta: ità è contra omninò valida videbatur adjudicatio bonorum, & jurium ad hæreditatem Jacobi ſpectantium, favore Vincentiæ ſequutâ; contra quam, licèt opponeretur nullitas, quod in ea citatus non fuerit Petrus Antonius Jacobi filius, & hæres: adhuc tamen placuit reſponſio, quod,
12 cum ille per ſolemnem repudiationem, ſuperiùs comprobatam, omne jus à ſe ipſo abdicaſſet, ac hæres eſſe deſiviſſet: nullo modo citandus erat, ſatiſquè fuit citare curatorem, hæreditati jacenti deputatum; juxta praxim relatam per *Ubertum de Citat. cap. 14. num.487., & 490., & Ridolphin. in Prax. par.1. cap.5. num.46.*

Minus, ad elidendum robur adjudicationis, attendi poterat repetita exceptio,
13 quod illa expreſsè non comprehendat juſpatro-

patronatus, cujus mentionem ſpecificè re-
quiri ſupponebatur, ad hoc, ut tranſeat in
eum, ad quem bona deferuntur. Quippe,
cum adjudicario concepta fuerit per verba
univerſalia, ibi -- *Tranſtulit, & transfert
ad ipſam Vincentiam omne dominium &c.
bonorum &c., jurium, & actionum om-
nium, & univerſorum, ut amodo in antea,
tanquàm vera domina, & ſucceditrix in
univerſitatem dd. bonorum, & jurium, &
prætenſionum, poſſit, & liberè valeat de
eis, ad ſuæ libitum voluntatis diſponere* --
14 *dicto ſum. num.* 25.: clarius eſſe non poteſt,
quod juſpatronatus, etiamſi ſpecifice non
expreſſum, in adjudicatione compræhen-
datur; ex authoritatibus ſuprà relatis in
§. *Hæc autem*.

Nullam denique meruit animadverſio-
nem altera exceptio, quod favore Vincen-
15 tiæ decerni non potuerit adjudicatio bo-
norum hæreditariorum Jacobi, prò ſolis
unciis 400., quando prius oblata fuerant à
Petro Zammitt ſcuta mille. Cum enim va-
lor cujuslibet unciæ Melitenſis, correſpon-
deat duobus ſcutis cum dimidio: calculanti
patet oblationem unciarum 400. æquaſſe ad
unguem ſcuta mille, prò quibus potuit mu-
lier adjudicationem obtinere.

Stabilitâ ex præmiſſis voce Jacobi, in ſo-
roribus de Caxar: Domini, tranſeuntes ad
alteram Petronillæ, animadvertebant, iſtam
anno 1664., ſub reſervatione conſenſus Re-
verendiſſimi Epiſcopi Melevitani, qui dein-
de ſupervenit; donaſſe -*jus, & faculta-
tem præſentandi in controverſis beneficiis,
Joſepho Caxar, & Vincentiæ de Naſis Pa-
tri, & filiæ* (ſunt verba donationis *dicto
ſum. num.* 87., *tam conjunctim, quam di-
viſim* -- Cùmque dd. Joſepho, & Vincentiæ
donatariis ſucceſſerint, tanquam hæredes,
prætatæ ſorores de Caxar; ut ex depoſitio-
nibus teſtium *d. ſum. n.* 26.: nulla cadit dif-
16 ficultas, quin etiam juſpatronatus, ex ti-
tulo hæreditario, fuerit devolutum; ut
plenè firmavit *Rota in dicta Lunen. Sarza-
nen. beneficiorum* 27. *Jannarii* 1687. § *Quia*,
*coram bo. me. Benincaſa, & 5. Decembris
ejuſdem Anni* §. *Excluſo igitur coram Re-
verendiſs. D. meo Decano*.

Et, quamvis hujuſmodi donatio de nulli-
tate redargueretur, ex eo, quod conſenſus,
præſtitus non fuerit ab Epiſcopo, ſed ab ejus
17 Vicario; cujus facultates ad talem actum
18 non extenduntur: nihilominus objectum,
ex reſponſionibus præcedentium deciſio-
num, plenè dilutum videbatur; ponderan-
do ſignanter, preces ad impetrandum aſſen-
ſum, fuiſſe directas Reverendiſſimo Epiſco-
po, litteras ſuper illius confirmatione con-
ceptas, ſub Epiſcopi nomine, ac datas in
palatio Epiſcopali; adeout, ſubſequuta
Vicarii ſubſcriptio, referenda ſit ad man-
datum, à Reverendiſſimo Epiſcopo habi-
tum; prout iſte alias ad ſimiles actus con-
ceſſerat, ob morbum chiragræ, quo labo-
rabat, & à quo impotens reddebatur ad
ſcribendum; ut patet ex ipſa confirmatione
donationis, quam Scarpellus obtinuerat,
quæ per eadem prorſus verba, concepta le-
gitur, & à Vicario ſubſcripta de manda-
to Epiſcopi; (de quo tamen non conſtat)
ſum. ejuſdem Scarpelli num. 10., & depo-
nunt teſtes dati *in d. ſum. Caxar num.* 10.,
& 11. Quam circumſtantiam in ſpecie ani-
19 madvertit *Rota dec.* 298. *num.* 6. *part.* 11.
rec., ac late comprobat *dicta prima deciſio
R. P. D. mei Molines* §. *Conſtito uſque ad
finem, & ſecunda* §. *Quoniam*.

Taliſque mandati præſumptio, certior
fiebat ab obſervantia: dùm anno 1670. do-
natarii Petronillæ, aſſenſum præſtiterunt
reſignationi beneficiorum, de quibus agitur
d. ſum. num. 12. ab Ordinario admiſſum, ac
effectum ſortitum; eodem *ſum. num.* 13.
20 Quæ obſervantia, tacitum importans con-
ſenſum Epiſcopi, ſatis eſt ad validitatem
donationis; in qua expreſſus non requiritur;
ex authoritatibus cumulatis in *dicta prima
deciſione R.P.D. mei Molines* §. *Potiſſimùm
quia, & in* 2. § *finali*.

Hæc omnia, quæ bonum jus Joannis Jo-
ſephi demonſtrant, patefaciunt, è contra
malum, quod fovet Scarpellus, qui unicus
hodie comparuit: dum nititur præſenta-
tioni de ſe factæ à Michaele Angelo fratre,
tanquam donatario vocis Jacobi mediante
perſona Petri Antonii illius filii; cujus do-
nationis nullitatem ſuperiùs comprobavi-
mus.

Cæteri collitigantes videbantur jam dare
manus victas: dum Abbas Conſtantius alter
ex eis, nil prorſus ad impediendam rotalia
Sententiæ confirmationem, oppoſuit. Az-
zupardus verò alter collitigans, ingenuè
fatendo, ſe nolle amplius Jo. Joſephi præ-
ſentationem impugnare, petebat ſolùm per
memoriale, ſibi concedi remiſſoriam, ad
effectum probandi, eos, à quibus præſen-
tationem reportavit, cauſam habere à Ca-
tarina, & Entiona de Naſis, olim compa-
tronis; ut, hâc factâ comprobatione, poſ-
ſit, quotiès nova eveniat vacatio; iterum
ad beneficium aſpirare. Quam tamen in-
ſtantiam Domini, ſub congruo dubio, ci-
tatis compatronis, proponendam eſſe cen-
ſuerunt; non retardatâ interim cauſæ reſolu-
tione.

Et ità, collitigantibus modo, quo ſupra
reſponſum fuit &c.

FIRMANA IMMISSIONIS, SUPER LEGITIMA.

Ven. 4. Julii 1698.

ARGUMENTUM.

Prohibitio detractionis legitimæ, non alio modo ſuſtinetur, quam mediante famigerata cautela *Soccin. in l. Quoniam in prioribus ff. de inoff. teſtam.*: neque retentio pro ea retardatur exceptione crediti illiquidi.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filii.*

2 *Retentio facilius datur, quam actio.*

3 *Verba deprecatoria, in ultimis voluntatibus, præceptum important.*

4 *Legitima non comprehenditur in prohibitione detractionum, ſub generali oratione comrepta.*

5 *Prohibitio expreſſa legitimæ non ſuſtinetur, non adhibita cauthela* Soccini in leg. Quoniam in prioribus ff. de inoff. teſtam.

6 *Voluntas deducitur etiam ex apoca ſine ſolemnitatibus, & actu nullo.*

Legitima non dicitur acceptata cum onere fideicommiſſi, quoties de ea liberè diſpoſitum fuit.

7 *Facultas rejiciendi onus à legitima, tranſmittitur ad hæredes.*

8 *Præſumptio ſatisfactionis legitimæ eſt repoſita in Judicio arbitrio, qui recognoſcat: an detractiones factæ illi æquipolleant.*

9 *Detractiones non poſſunt in duplicis debiti ſatisfactionem referri.*

10 *Credita, quæ ex culpa alicujus effecta ſunt inexigibilia, in ejus creditum imputantur, & ſic ipſius damno cedunt.*

11 *Fallit, quando inexigibilitas provenit ex paupertate debitoris, & quando teſtator non exegit: quia tunc non poteſt imputari hæredibus, ſi nec ipſi exegerint: niſi probetur, de tempore obitus teſtatoris, fuiſſe ſolvendo.*

12 *Animalium reſtitutio, licèt non probetur integrè facta ab hærede, eum ſalvat: quia cætera præſumuntur naturaliter mortua.*

13 *Fructus recollecti poſt obitum Teſtatoris, cedunt commodo hæredis, non hæreditatis.*

14 *Mobilia, & argenta, & jocalia, ex lapſu temporis conſumpta præſumuntur.*

15 *Credita illiquida non poſſunt impedire retentionem, pro clara detractione legitimæ.*

DECISIO LVII.

FUerat per tres ſententias rotales decreta immiſſio favore Julii Cæſaris, ad duas ex tribus portionibus bonorum liberorum Comitis Marci Antonii de Juliuccis; pro indiviſo tamen cum alia tertia parte per Marchionem Pompeum, & litis conſortes poſſeſſâ, pro legitima debita Catharinæ matri in bonis dicti Comitis Marci Antonii teſtatoris. Cumque eidem Julio Cæſari fuerint etiam reſervata jura, quæ ſibi contra detractionem præfatæ legitimæ competere ſupponebat; ut legitur in deciſione, in tertia inſtantia, editâ *coram R.P.D. meo Muto, in fine*: Idcircò appellationis causâ mihi commiſſâ, dedi dubium -- *An conſtet de re judicata, ſeu potiùs ſit concedenda immiſſio ſuper tertia parte bonorum liberorum, reſervata pro legitima* -- Et Domini, omiſsâ primâ dubii parte, reſponderunt ad ſecundam *non eſſe denegandam immiſſionem*.

Moti ex eo, quod Catharinæ, teſtatoris matri debita erat in ejus bonis legitima; per
1 *text. in l. Scripto ff. Unde liber, l. Nam etſi parentibus ff. de Inofficioſ. teſtam., & in cap. primo de Teſtam. in 6. Merlinus de Legit. lib. primo tit. 2. quæſt. 12. num. 1. & ſeqq., Rota coràm Coccino dec. 918. num. primo, & coram Dunozett Jun. dec. 308 num 2.*
2 Ideòque, ſicut ad illam aſſequendam, actio contra eadem bona dirigi potuiſſet: ita, & facilius allegari valuit retentio; ut reſpondit *Rota in Romana Manutentionis 3. Martii proximi præteriti §. Creſcit autem, coram me.*

Non attento duplici objecto, cui ſcribentes pro Julio Cæſare nitebantur; altero, quod legitima non deberetur Catharinæ, tanquam prohibita in teſtamento Marci Antonii, per ipſum acceptato; altero, quod in omnem caſum, conſumpta remanſerit; vel ſaltem illiquida, ex receptione plurium mobilium, jocalium, ac ſemoventium; quæ longè quantitatem pro legitima debitam excedunt.

Quantum enim attinet ad prohibitionem iſta deducebatur ex verbis -- *Pregà, e ſupplica la detta Signora Conteſſa Caterina ſua madre, che ſi compiaccia di ſottoporre al fidecommiſſo ogni rata, e portione, ad eſſa dovuta; e che ſe li doveſſe tanto di ragione, quanto in vigore di qualunque Statuto, ſopra l'eredità del detto teſtatore* -- Quæ verba, licèt deprecatoria; in ultimis tamen voluntatibus præceptum important; ad *text.*
3 *in l. Si ſervus legatus §. penultimo ff. de legat. primo, l. fideicommiſſaria §. Hæc verba: Te, fili, rogo ff. de legat. 3., & l. Epiſtola §. final. ff. ad Trebell.* At hujuſmodi præceptum noſtræ hypotheſi convenire non videbatur. Omiſſo enim, quod in verbis proximè relatis, facta non fuit ſpecialis
4 mentio legitimæ; quæ ſub generali oratione minimè comprehenditur; ut probat *Merlinus de legit. lib. 3. tit. 2. q. 7. n. 3. & 4., & q. 9. n 7.* Domini ulterius animadvertebant; adhibitam à teſtatore non fuiſſe cauthelam, vulgò adſcriptam *Soccino in l. Quonium in prioribus, ff. de Inoff. teſtam.*: ſine qua prohibitio
5 quantumvis expreſſa, & ſpecialis, ſuſtineri non poteſt; *Fuſar. de ſubſt. q. 296. n. 58. cum ſeqq., Caſtillus controv. jur. lib. 5. cap. 107. n. 64., Rota dec. 49. n 17. & 18. p. 18., & dec. 70. n 7. p. 19. rec., & in Romana Locorum montium* 23 *Iunii* 1689. §. *Non obſtat, coram bo. me. Rondinino, confirmata* 30 *Martii* 1690. §. *Quia verba, coram bo. me. Benincaſa.*

Maximè, quia tantum abeſt, quod Catharina, ut ſupponebatur, huic præcepto acquieverit; quin potius contrariam voluntatem, aſſequendi ſcilicet legitimam ab omni onere immunem, expreſsè declaravit in apoca; quæ licèt ſolemnitatibus deſtituta:
6 ſatis tamen eſt ad eruendam illius voluntatem; quæ etiam ex actu nullo deducitur; *Rota dec. 722. num. 5. part. 18. rec.*, & quamvis ab alio, de ipſius ordine, ſcripta fuerit, conſtat tamen, ab ea fuiſſe ſubſcriptam, & recognitam; ut in *Summ. reſponſionis Marchionis*

ebionis Pompei num primo .
Juncto etiam teſtamento, ab eadem Ca-
tharina condito; in quo poſitivè de hac le-
gitima diſpoſuit; adeout facultatem onus
7 reiiciendi ad hæredes tranſmiſerit; *Rota*
dec.76. n.17.,dec.49 n.4. part.18. , *& dec.11.*
num.3. , *& 4 part.19. rec.*, & latè probat
dicta deciſio in hac cauſa edita 7.Maii 1694.
§. *Non obſtante*, *cum ſeqq. coràm R. P. D.*
meo Caprara .
Quo verò ad illius ſatisfactionem, vel il-
liquiditatem; Domini procedendo cum re-
gula pluries firmata; ut nempe conſumptio-
nis præſumptio repoſita ſit Judicis arbitrio,
8 qui, penſatâ detractionum quantitate, re-
cognoſcat,an alienationes illis æquipolleant;
ex deductis in *Aſculana Fideicommiſſi* 4.
Maii 1693 § *Neque attendi*, *coram bo.me.*
Emerix, *& in Bononien. Fideicommiſſi de*
Barzanis 16. *Januarii* 1697. §. *Quoniam*,
coram R. P. D. meo Molines. Animadver-
tebant in hypotheſi, debitas fuiſſe Marchio-
ni, aliiſque colligantibus, plures alias de-
tractiones quantitativas; ad quas ideo erant
referendæ alienationes; Et, de facto. ea-
tenus Julio Cæſari, ex cauſa iſtarum detra-
ctionum, retardata non fuerit immiſſio ad
duas ex tribus partibus controverſi fidei-
commiſſi; quatenùs illis contrapoſitæ fue-
runt præfatæ alienationes: quæ proindè
9 non poſſunt in duplicia debiti ſatisfactionem
referri; ut reſponſum fuit in *Fulginaten.*
appaltus Furni 27. *Junii proximi præteriti*
§ *Stante autem*, *coràm me*.
Tanto magis, quia ſuppoſitæ alienatio-
nes, nec videntur in aſſerta quantitate ſub-
ſiſtere: inter illas enim recenſentur plura
10 credita; quæ, licèt per Catharinam exa-
cta non fuerit: adhuc, ex ejus culpa,præſu-
mantur effecta inexigibilia; & conſequenter
in ejus creditum imputanda. Sed in hoc pla-
11 cuit reſponſio, quod ageretur de creditis,
à colonis, ut plurimum pauperibus, exi-
gendis; &, quod plus eſt, ad ipſo teſtato-
re, ſpatio decem, & ſeptem annorum,non
exactis; itaut illorum inexigibilitas hære-
dibus adſcribi non poſſit; niſi probetur, de
tempore obitus teſtatoris, fuiſſe ſolvendo;
ut in puncto reſpondit *Rota coram Cerro*
dec 505. *num.*9.
Animalia, in hæreditate reperta, pro-
bantur reſtituta ex laudo relato in *ſumm.*
Marchionis num 9.: quod, licet integra-
lem reſtitutionem non præſeferat: adhuc
12 cætera præſumuntur naturaliter obiiſſe,
Mangilius de Imput. quæſt. 136. *num.* 72.
verſ. Contrarium, *Rota coram Priolo de-*
*ciſ.*320. *num.*10., & latè *in Romana aſſo-*
ciationis 28. *Februarii* 1695. §.*Nec obſtat*,
coram bon.mem. Emerix. Frumentum verò
non excedit ſcuta 2667.: vinum fuit recol-
lectum poſt obitum teſtatoris; & ſic cedit
commodo hæredis, non hæreditatis; ut,
13 præter adductos in præcedenti *deciſione*
R.P.D. mei Capraræ §. *Denique*, tradunt
*Fontanella dec.*367. *num.*32.,*Hodierna con-*
trov. 4. *num.*8. *& ſeqq.*: mobilia demùm,
argenta, & jocalia, partim fuerunt à te-
ſtatore legata, partim reſtituta, & partim
14 ex lapſu temporis, conſumpta præſumun-
tur.
Quæ omnia eo faciliùs fuerunt admiſſa
in hoc articulo legitimæ; dùm iſtarum par-
titarum relevantia examinanda erit ſub alio
dubio, reſpiciente immiſſionem, ad duas
ex tribus partibus iam reportatam; in quo
etiam hodie periti electio fuit demandata;
& tamen ſatis eſſet ad effectum, de quo agi-
15 tur, illarum dubietas; ne impediri valeat
petita retentio pro detractione legitimæ,
nullam difficultatem involuente.
Et ita, utraque &c.

FIRMANA IMMISSIONIS, SUPER DIVISIONE.

Veneris 4. Julii 1698.

ARGUMENTUM.

Non indiget, quia habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio non eſt deneganda, quia nemo cogi-*
tur vivere in communione.
2 *Immiſſio etiam concedi poteſt ad bona, quæ*
per priùs indiviſa in communione poſſide-
bantur.
3 *Poſſidenti duas ex tribus partibus hæredita-*
tis non datur jus offerendi pro reliqua ter-
tia parte, quoties bona commodam pa-
tiuntur diviſionem.

DECISIO LVIII.

IN ſequelam denegatæ immiſſionis Julio
Cæſari ad tertiam partem bonorum Comi-
tis Marci Antonii, retentam à Marchione
Pompeo, aliiſque litis conſortibus, titulo
legitimæ Catharinæ, dictæ teſtatoris matri,
competenti, juxta deciſionem hac eadem
die editam coram me ſuper articulo immiſ-
ſionis: fuit hodie diſputatum aliud dubium
ad inſtantiam præfati Marchionis -- *An ſit fa-*
cienda diviſio bonorum -- Et *affirmativa*
prodiit reſolutio.
Cùm enim duæ ex tribus partibus reti-
neantur ab ipſo Julio Cæſare jure fideicom-
miſſi, conditi à Co. Marco Antonio Juliuc-
cio; & è contra idem Marchio, & litis con-
ſortes poſſideant tertiam partem ratione
legitimæ: utique congrua videbatur inſtan-
1 tia pro diviſione bonorum: cùm nemo co-
gatur vivere in communione: *Coccinus de-*
*ciſ.*333. *num* 1., *& dec.*1813. *num.*40., *Mi-*
chalorus de Fratrib. quæſt 3. *cap primo n.*28.
& ſeqq., *& in Bononien. diviſionis* 10 *Maii*
1697.,confirmata 27. *Junii præteriti* §. *De*
re namque, *coràm R.P.D Muto*.
Quamvis terminatum adhuc non ſit judi-
cium ſuper Immiſſione, petita etiam ad hanc
tertiam partem, per dictum Julium Cæſa-
rem

rem poſſeſſam:ultra quod contraria emanavit
deciſio ſuper illorum denegatione : adhuc ex
hoc impediti non poteſt diviſio ; ex regula
textus firmata , ita nec quatenus unquam
1 contrarium definiretur , ullum inde reſulta-
ret præjudicium:quia ad bona etiam ſic divi-
ſa dati poteſt immiſſio.

Nec ſubſiſtit quod ſaltem compètat Julio
Cæſari jus offerendi valorem dictæ tertiæ
partis ; ut ſibi bona integrè aſſignentur : quo-
niam hoc procederet quoties bona commodè
2 non paterentur diviſionem : ſecus autem
dum , ut in præſenti conſiſtit in quampluri-
bus corporibus , inter ſe diſtinctis , & ſepara-
tis ; ut explicat *Gloſſa in l. ad officium verb.
dividi, & verbo Non poteſt C. commun divid.
Tiraquellus de primog. q.60. n. 16., & dec.
310. n 6. p 19. rec., In Bononien. Renuncia-
tionis uſusfructus, ſeu primogenituræ de Coſ-
pis 1. Julii* 1693. §. *final.*, ac 10. *Martii* 1694.
in fin. coram bo. me. Benincaſa.

Et ita , utraque &c.

ROMANA LIQUIDATIONIS FRUCTUUM.

Ven. 4. Julii 1698.

ARGUMENTUM.

Fructuum liquidatio probatur ex confeſſione
partis aliàs emiſſa , & pro annis ſequentibus
calculatur proportionabiliter ad eamdem
rationem : detractis tamen expenſis pro re-
paratione domus locatæ , quæ calculantur ad
rationem ſcutorum quinque pro quolibet
centenario , & anno.

SUMMARIUM.

1 *Fructus ſunt reſtituendi à tertiis poſſeſſori-
bus hæredi fideicommiſſario, à die motæ li-
tis.*
2 *Fructuum quantitas ſatis liquidatur à partis
confeſſione*, & num.3.
4 *Domus locatæ præſumuntur à poſſeſſoribus.*
5 *Penſiones calculari poſſunt pro ea rata , quæ
annis præcedentibus percipi conſuevit.*
6 *Fructuum quantitas ſufficienter calculata di-
citur ex ſummis tribus prioribus annis
perceptis.*
7 *Liquidotio fructuum fit levibus præſumptio-
nibus.*
8 *Impenſæ pro reparatione domorum calculan-
tur ad rationem ſcutorum quinque pro
quolibet centenario.*
9 *Rota æquitatem amplectitur.*

DECISIO LIX.

Uſque de anno 1644. fratres de Ferratinis,
tanquam vocati ad fideicommiſſa condita
per Cardinalem Bartholomæum , & Joannem
Podinum de Ferrattinis , inſtituerunt judi-
cium coram A. C., ſuper immiſſione ad plu-
ra corpora bonorum , iiſdem fideicommiſſis
obnoxia , per Liviam Corradam , & Franciſ-
cum Landum ejus virum , alioſque tertios
poſſeſſores detenta ; & ſententiam favorabi-
lem reportarunt : quæ tamen in gradu appel-
lationis , ad noſtrum tribunal devoluta , fuit
à bo. me. Peutingerio revocata. Cùmque in-
terim fuiſſent ad cauſam admiſſi Alexander ,
& alii de Avvedutis : fuit iſtis in tertia inſtan-
tia coram R.P.D. Ottalora , concеſſa immiſ-
ſio; addita condemnatione conjugum, & alio-
rum detentorum , ad reſtitutionem fructuum
pro tertia parte à die motæ litis. Sed compa-
rente , ad omnium excluſionem , Simone Pe-
tro Ferrattino ; & , poſt illius obitum , Caro-
lo Julio , ſupervenit alia ſententia, lata à Re-
verendo Boulemont , præcedentis revoca-
toria , decernens immiſſionem favore ejuſ-
dem Caroli , pro tertia parte bonorum , re-
petita condemnatione ad fructus contra illo-
rum poſſeſſores, pariter à die motæ litis. Ite-
rum autem provocantibus poſſeſſoribus , cau-
ſâque commiſſâ bo. me. Calatain , duplex
prodiit ſententia Carolo favorabilis ; altera
ſuper immiſſione ad duas ex tribus partibus
bonorum fideicommiſſariorum Joannis Po-
diani; altera ſuper immiſſione ad tertiam par-
tem fideicommiſſi Cardinalis Bartholomæi ,
demandata in utraque fructuum reſtitutione
à die motæ litis. Utraque ex præfatis ſenten-
tiis confirmationem obtinuit coram clar. me.
Cardinali Taya , & ſucceſſivè coram bo. me.
Emerix ; qui , reſpectu immiſſionis ad bona
fideicommiſſaria Joannis Podiani, ſententiam
tulit præcedentium confirmatoriam : reſ-
pectu verò fideicommiſſi Cardinalis Bartho-
lomæi , proceſſit per decretum , demandan-
do exequutionem trium conformium ; prout
de facto anno 1658 per dimiſſionem omnium
bonorum , deventum fuit ad ſententiarum
exequutionem.

In hoc rerum ſtatu obiit Carolus Ferratti-
nus , ſcripta ſibi hærede Agnete Petrignana
uxore : quæ , inhærendo ſententiis ab ejus
authore , ut ſupra, reportatis , obtinuit coram
me diſputari dubium . aliàs à bo me. Eme-
rix , interim defuncto , ſubſcriptum -- *Ad
quam ſummam ſint liquidandi fructus* -- Et
reſponſum fuit -- *Liquidandos eſſe pro ſumma
inferius exprimenda.*

1 Cùm enim dubitatum non fuerit , quin fru-
ctus ſint reſtituendi , & quidem à die motæ
litis ; & ſic à die 24. Novembris 1644. , tam
reſpectu fideicommiſſi Joannis Podiani, pro
duabus ex tribus partibus , quàm reſpectu
bonorum Cardinalis Bartholomæi pro tertia
parte ; prout declaratum fuit per tres confor-
mes ; ſolaque difficultas ad illorum quantita-
tem reduci videtur : hinc Domini , diſtin-
guendo tempora , & probationes reſpectivè
adductas.

Reſponderunt ab anno 1644. , quo fuit
2 mota lis , uſque ad annum 1648., quantitatem
ſatis probari ex confeſſione per Liviam emiſ-
ſâ , in peritia bo. me. Mauritii Giribaldi ;
dum illa pulſata per creditores fratrum de
Ferrattinis ad reddendam rationem de pen-
ſionibus exactis ab anno 1638, uſque ad an-
num 1648., de bonis ab ipſa Livia , & viro de-
tentis :

Digitized by Google

tentis: exhibuit notulam, continentem ſcuta 3495., quæ repartita in decem annis, conſtituunt ſummam ſcutorum 347. 50. pro quolibet anno; itaut à menſe Novembris anni 1644., uſque ad menſem Julii 1648. conſtet, fructus ex iiſdem bonis perceptos, aſcendere ad ſcuta 1274.: à dicto tempore verò, uſque ad annum 1652., fuerunt in eadem peritia calculatæ penſiones in ſcutis 1370.: & ſic in totum, ex ipſa partium confeſſione conſtat, quantitatem fructuum perceptorum, uſque ad dictum tempus, conſtituere ſummam ſcutorum 2644. Quibus ſi addantur penſiones exactæ uſque ad annum 1667., calculatæ ad eandem rationem ſcutorum 347. 50. pro quolibet anno; & ſic aſcendentes ad ſcuta 5212. 50.; omnes partitæ ſimul junctæ conſtituunt ſcuta 7856. 50.

Abſque eo quod hæſitari valeat de quantitate iſtarum penſionum ab anno 1652. Siquidem illarum exactio probatur ex alia confeſſione emiſſa in inſtrumento concordiæ initæ *anno* 1667.: *ſum. actricis*, *n.* 14. *litt. B*: ubi in ſpecie Livia faſſa fuit continuationem poſ-
3 ſeſſionis, & perceptionem penſionum. Quamobrem remanet etiam certa in hac parte probatio; *Rota coram ſa. me. Alexandro VIII.*, *dec.* 200 *n.* 9.

Reſiduum verò penſionum perceptarum à dicto anno 1667., uſque ad annum 1678., diuturnæ poſſeſſionis, viſum fuit Dominis, poſſe calculari ad eandem rationem ſcutorum 347.
4 50.; quia, cum ſit certa poſſeſſio, præſumptio eſt, quod domus fuerint locatæ à poſſeſſoribus; & ab illis percepti fructus: *Rota coram Mantic.*, *dec.* 32. *n.* 3., *coram Bichio*
5 *dec.* 143. *n.* 6.; & quidem pro rata, quæ annis præcedentibus percipi conſuevit; *Rota, coram Achille de Graſſis dec.* 22. *de reſtitut. Spoliat.*, *coram Seraph. dec.* 1397. *n.* 3. *coram Merlino dec.* 662. *n.* 3., *coram Buratto dec.* 127. *n.* 7., *& dec.* 722. *n.* 4: ubi quod ſuf-
6 ficit ſolitum ex tribus annis præcedentibus, *coram ſa. me. Alexandr. VIII. d. deciſ.* 200.
7 *n.* 23. Immo & leviores præſumptiones ſufficiant; *Rota coram Coccino dec.* 751. *n.* 2, & *in rec. dec.* 367. *n.* 6. *p.* 18. Cùmque pro iſto tempore aſcendant penſiones ad ſcuta 3822. 50., ſi addantur aliis ſupra poſitis; calculus aſcendet ad ſcuta 11679. 50.

Ex iis tamen demendæ veniunt impenſæ pro ipſarum domorum reparatione; quæ uſque ad annum 1652., ex ipſa notula per Liviam exhibita, aſcendunt ad ſcuta 550. 38.: à
8 dicto verò tempore citra, calculatæ ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario; ut monuit *Rota dec.* 498. *n.* 9., & *dec.* 549. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*, & *in Romana Reſtitutionis fructuum* 16. *Junii proximè præteriti coram R.P.D. Pio*; conſtituunt ſummam ſcutorum 445. 96.: & ſimul junctæ cum aliis, in ſupradicta notula contentis, aſcendunt ad ſcuta 9,6 34.: quibus ſubductis à quantitate penſionum exactarum, iſtæ remanent in ſumma ſcutorum 10682. 97.

Eoque magis Domini hanc quantitatem approbarunt: dum ipſa Livia, in alia tranſactione inita cum creditoribus, faſſa fuit, ſe percipiſſe penſiones; ab anno 1644, uſque ad annum 1652. in majori quantitate: videlicet in ſcutis 473., quolibet anno; ad quam rationem calculus longè augeretur: & tamen Do-
9 mini, æquitatem amplectendo, penſiones, ad præfatam ſummam longè minorem, liquidandam eſſe, reſponderunt: reſervato tamen eidem Agneti jure, alias penſiones recuperandi ab eis, quos alia bona detinuiſſe probabitur.

Et ita, Agnete dumtaxat informante, ex colligantibus verò, licet monitis, nemine comparente &c.

FULGINATEN. APPALTUS FURNI.

Veneris 5. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 51. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Exequutio apocæ, camerali obligatione munitæ, retardari non poteſt per turbidas exceptiones, vel altiorem indaginem requirentes.*

2 *Diverſitas debiti arguitur ex diverſitate perſonarum, & diverſa quantitate ſummæ.*

3 *Fides teſtis ab aliis teſtibus rejicitur.*

4 *Receputa generalis reſtringi debet ad debitum illius, cui ſit: non ad aliud diverſum.*

DECISIO LX.

Licèt Venantius, & Cæſar de Piccionis, ut audirentur adverſus deciſionem coram me editam 27. Junii labentis anni, plura deduxerint in Congregatione Rotali, habita 4. Auguſti ſequentia: nihilominùs in hodierna audientia, tametſi pluribus intimationibus laceſſiti, informare non curarunt. Ideòque Domini ſteterunt *in deciſis*.

Actio ſiquidem à Zocchio intentata, niti-
1 tur apocæ, camerali obligatione munitæ; cujus propterea exequutio retardari non poteſt per exceptiones, quæ vel indaginem requirant, vel minùs ſubſiſtant; *Rota dec.* 16. *n.* 14., *& dec.* 184. *n.* 6. *par.* 15., *& dec.* 413. *n.* 15. *par.* 19. *rec. & alibi paſſim.*

Talis profectò videbatur illa, quod in cauſam rubrorum 202. frumenti, quæ Piccionii receperant à Zocchio, referendæ forent geminæ ſolutivum partitæ; altera nempe ſcutorum 170, & altera ſcutorum 115. in ſacro monte pietatis Fulginei depoſitorum. Cùm enim depoſitum factum legatur in ſatisfactionem pretii rubrorum 50. à Matthia Cybo traditorum, ad menſuram abraſam: fruſtra referri contenditur in diminutionem frumenti, ad menſuram cumulatam, à Zocchio
2 recepti: quod, utpote diſcordans, nedum reſpectu perſonarum, ſed etiam in quantitate, ac qualitate menſurationis; diverſum fuiſſe debitum oſtendit: ut præter relatos in deci-

deciſione, quæ confirmatur §. *Itaque debitorum diverſitas*, probant *Surdus conſ.80. n.14. & ſeqq.*, & benè *Rota çoram Remboldo dec.612. ſub n.2. verſ. Nec obſtat, & n.3.*

Nec ad evitandam hujuſmodi diverſitatem, admitti potuit reſponſio data in memoriali pro nova audientia: quod ſcilicet dicta rubra 50., à Matthia Cybo conſignata fuerint Piccionis, preſente Giroldo; juxta fidem nonnullorum teſtium, tunc exhibitam: undè inferebatur, quod cum illi faſſi fuerint recepiſſe rubra 202. à Santinello, Giroldo, & Capſis, inter iſta, compræhenſa forent etiam rubra 50., tanquam tradita per Cybum, Giroldo, præſente ac jubente. Hoc enim ſuppo-
3 ſitum, in facto non probatur per dictam ſimplicem fidem: dum è converſò, alii teſtes, qui menſurationi dictorum rubrorum 50. interſuerunt, deponunt: Giroldum illi non adſtitiſſe; *hodierno ſum. Zocchii n.1.*; idemque comprobant alii, teſtantes, quod tunc temporis, ipſe Giroldus morabatur Anconæ; *d. ſum. n.2.*

Prout non obſtat, quod in generali recepta rubrorum 202., per Piccionos exarata favore Zocchii, omnes aliæ præcedentes abolitæ fuerint; ſicque illa etiam præfatorum rubrorum 50. Quippe, cum iſta rubra 50. tradita non fuerint à Zocchio, nec à Giroldo; ſed, ut diximus, à Matthiâ Cybo, ex frumento per ipſum retento pro cautela
4 communitatis locatricis; generalis recepta reſtringi debet ad creditum Zocchii; nec illud omninò diverſum complecti poteſt; ut reſpondit *Rota in Romana adminiſtrationis, 1. Februarii 1686. §. Nec in contrarium, coram bo. me. Emerix, & in Aſculana Pecuniaria 11. Martii 169<. §. Prima ſiquidem, coram R.P.D. meo Muto.*

Et ita, in reliquis approbando præcedentem deciſionem, reſponſum fuit; unica &c.

TUSCULANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 5. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra in Deciſ. 12. & 50., quæ confirmantur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor poſterior non poteſt retardare immiſſionem petitam ab anteriori.*

2 *Creditor defuncti, licet poſterior, præferendus eſt in illius bonis creditoribus hæredis.*

DECISIO LXI.

POſt decretam in Conregatione Rotali, habita 4. Auguſti proximè præteriti, expeditionem hujus cauſæ, contra Fauſtinam, controverſæ domûs detentricem; filii, & hæredes Pauli Albertatii, qui pluribus ab hinc annis fuerat ad cauſam admiſſi; citati ad ſententiam, pro omni eorum jure, & intereſſe proteſtati fuerunt, quod ſententia ferri non poſſet, niſi priùs ipſis auditis. Quocirca, dilatâ expeditione, hodie præcedentium deciſionum fundamenta novo examini propoſui. Cumque fratres prædicti, licèt aſſiduis intimationibus laceſſiti, nil adverſus illa deducere curaverint: ex iiſdem propterea reſponſum fuit, *ſtandum eſſe in deciſ.*

Hoc ſignanter in hypotheſi ponderato, quod creditum Gregorii actoris, originem ducit ab anno 1711.; quo per Gregorium ſeniorem diſtracta fuit vinea, fideicommiſſo Joannis Pernæ ſuppoſita; quodque domus, ad quam, pro reintegratione fideicommiſſi, petita fuit immiſſio, provenit ab ejuſdem Gregorii ſenioris hæreditate; ut probat *ſecunda hujus cauſæ deciſio 23. Junii proximè præteriti §. Hæc quoad primam coram me.* E contrà verò credita fratrum de Albertatiis vigent ſolùm ab anno 1676.; & quod plus eſt contracta fuerunt à Marco Antonio, ejuſdem Gregorii ſenioris mediato hærede;
1 adeout immiſſio actori conceſſa, nedum retardari non poſſet ratione crediti poſterioris; juxta firmata per *Rotam dec.554. n.23. p.18. rec., & in Cuſentina aſſiſtentiæ 1. Martii 1697. §. Tum etiam, coram me*: ſed mul-
2 tò minùs ratione bonorum, ſuper quibus, utpote ab alienante procedentibus, Gregorius iſtius creditor, tametſi per hypotheſim poſterior, præferendus eſſet creditoribus hæredis, quales ſunt Albertatii; ad *text. in l. prima ff. de ſeparat. bonorum, Rota in Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. §. Aut quæſtio, in Romana, ſeu Civitatis Caſtelli, Cenſus 28. Januarii 1697. §.1., & in Romana Suppoſitionis 21. Junii ejuſdem anni §. Præmiſſo, coram bo. me. Urſino Decano.*

Et ita, in reliquis approbando præcedentes deciſiones, reſponſum fuit; unica &c.

GIENNEN. JURIS MUTANDI, SUPER EXPENSIS.

Mercurii 10. Decembris 1698.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ vivæ nullam patiuntur diminutionem, & quales ſint?*

2 *Expenſæ extrajudiciales patrociniorum taxantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*

3 *Ad renunciandum liti, requiritur in procuratore mandatum procuræ ſpeciale, vel generale.*

4 *Expeditio cauſæ eſt neceſſaria, ubi non remotum fuit litis impedimentum.*

5 *Expenſæ pro regeſtro, & traductione jurium, quando iſta conferre poſſunt ad cauſæ victoriam, licèt conferant ad expeditionem alterius negotii, ſunt reficiendæ.*

6 *De tenui ſumma non eſt curandum.*

 7 *Exe-*

6 *Executoriales novæ ſuper novo articulo poſſunt expediri, & earum debetur refectio expenſarum.*

DECISIO LXII.

PRætendentes Canonici Eccleſiarum Giennen., & Baccæ, quod facultas, Reverendiſſimo Epiſcopo competens, ipſos de una eccleſia ad aliam transferendi, licèt à noſtro tribunali approbata per rem judicatam, cum ſucceſſiva exequutorialium relaxatione; non poteſt ad ipſius Epiſcopi libitum exerceri: ſed cauſa mutationis præcedenter exprimenda foret † judicium ad hunc effectum inſtruxerunt; quo pendente, ne quidquam ab Epiſcopo innovaretur † præambulum dubium à bo. me. Urſino, tunc noſtri Auditoris Decano proponi curarunt -- *An & quomodo eſſet inhibendum*. Eoque ſub die 21. Februarii proximè præteriti, negativè reſoluto, lata fuit conformis ſententia † qua, ob neglectam intra decem diem, appellationem, in judicatum tranſacta; expenſæ taxatæ fuerunt in ſcutis 145., novæque litteræ exequutoriales expeditæ: ſed appellante Capitulo ab exceſſiva taxatione, mihique commiſsâ causâ, quæſivi à Dominis, *an conſtaret de exceſſu*. Et *negativa* prodiit reſolutio.

Examinatis enim omnibus expenſarum partitis; cum iſtæ, in majori parte reſpiciant expenſas judiciales (quas dicunt vivas) factas pro regeſto, propina, traductione ſcripturarum, citationibus, ac litteris exequuto-
1 rialibus † nullam patiuntur diminutionem † ut alias firmatum fuit in *Romana, ſeu Veneta Immiſſionis ſuper expenſis 23. Junii proximè præteriti §. in fin. coram bo. me. Urſino Decano.*

Extrajudiciales verò, conſiſtentes in honorariis Procuratorum, & Advocatorum, calculatæ, juxta ſtylum, in ſcutis decem pro qualibet inſtantia † citra dubium ſunt reficiendæ; ut ſæpiſſimè dictum fuit, & ſignan-
2 ter in *Monaſterien. Expenſarum 14. Martii, & in Cuſentina expenſarum 11. Aprilis præſentis anni, utrobique §. finali, coram R.P.D. meo Pio; & in Tiraſonen. Prioratus ſuper expenſis 5. Martii proximè præteriti §. Cum enim, coram me.*

Nec exceſſus deſumi valet ex eo, quod Capitulum, antequam cauſa expediretur, liti renunciaverit, mediante proteſtatione † ideoque, ſicut Epiſcopus, remoto quocumque obſtaculo, liberè poterat mutationis actus exercere; ita expenſæ ad expeditionem cauſæ fuerint prorſus inutiles & voluntariæ; ac per conſequens minimè reficiendæ.

Quoniam, quidquid ſit, an præfata proteſtatio vires haberet renunciationis: ea tamen edita fuit à procuratore, nullum habente
3 mandatum, nec generale, nec ſpeciale; prout requiritur ad renunciandum † ex firmatis per Rotam coram Celſo dec.410. n.8., & in Peruſina Reintegrationis 3.Iulii 1662. §. Neque coram bo. me. Emerix. † ac proindè, cùm apta non eſſet ad removendum litis impedimentum, expeditio cauſæ fuit omninò neceſſaria; ut in ſpecie reſpondit *Rota in*
4 *Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus, ſuper expenſis 13. Ianuarii proximè præteriti §. Minus unitur, coram me.*

Minùs deduci poteſt exceſſus, quoad expenſas pro regeſto, & traductione jurium, ex quo illa concernerent negotium principale, quod adhuc pendet ſub Judice: etenim, cùm omnia reſpiciant poſſeſſionem, & actus ab Epiſcopo geſtos occaſione mutationis Canonicorum de eccleſia ad eccleſiam, etiam abſque cauſa † idcircò, tametſi aliquo modo conferre poſſint ad deciſionem negotii principalis: innegabile redditur, quod condu-
5 cerent ad victoriam, etiam in judicio ſuper inhibitione; itaut expenſæ pro eis factæ veniant reficiendæ; *ex deductis in Hortana Caſalis 29. Maii 1693. coram bo. me. Urſino.*

Prout denique animadverſionem non meruit partita ſcutorum 5. 59. pro expeditione
6 litterarum exequutorialium † nedum ratione tenuitatis ſummæ; ſed etiam, quia antiquæ
7 exequutoriales, tanquam relaxatæ in cauſa juriſdictionis epiſcopalis in genere, adhiberi non poterant ad terminationem novæ cauſæ, inhibitionis articulum reſpicientis † ideòque novæ requirebantur exequutoriales, ut poſſet Epiſcopus, victoriæ complementum, illis mediantibus aſſequi: ita contumaces ad parendum compellendo.

Et ità, utrâque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS SUPER PENSIONIBUS.

Ven. 12. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

Non indiget.

In hac cauſa adſunt infra deciſ. 106. & 160.

SUMMARIUM.

1 *Calculus aritmeticus plenè probat quantitatem.*

2 *A' fructibus penſionis domus detrahenda ſunt ſcuta quinque pro quolibet centenario, & anno, pro expenſis in eadem neceſſariis.*

DECISIO LXIII.

DEmandata per Signaturam Juſtitiæ exequutione trium conformium ſententiarum, per quas Paulus, & alii Fratres de Pinis condemnanti fuerant ad reſtitutionem penſionum, ex apotheca controverſa perceptarum; bon. me. Reverendiſſimus Urſinus tunc temporis noſtri Auditorii Decanus ad illarum liquidationem proceſſit in ſumma ſc.765.: pro quibus mandatum exequutivum relaxavit † cumque fratres prædicti ab exceſſiva liquidatione provocantes appellationis cauſam mihi committi obtinuerint, hodie ad inſtantiam Annæ actricis quæſivi à Dominis: *an conſtaret de ſuppoſito exceſſu*, & reſponſum habui *negativum pro Informante, juxta modum tamen inferiùs exprimendum.*

Sanè

Sanè quod penſiones, à fratribus de Pinis exſctæ, aſcenderent ad quantitatem liquidatam conſtabat ex facto. Cum enim illi præfatæ apothecæ poſſeſſionem appræhenderint, ac reſpectivè in dominos recogniti fuerint, de menſe Decembris anni 1680., illamque retinuerint uſque ad menſem Januarium labentis anni; ut in *ſum. Actricis n.2., & 3.* jam inde patet, quod annua ſcut. 45., pro quibus eadem Apotheca locata ſemper extitit; *dicto ſum. num. 3. cum duob. ſeqq.* ſpatio decem, & ſeptem annorum conſtituunt ſummam ſcut. 765.; juxta calculum aritmeticum, qui plenam facit probationem; ut reſpondit
1 *Rot. in Romana, ſeu Jannen. Trebellianicæ ſuper exequutione mandatorum 5. Aprilis* 1694. *§. Reſtringendo coram R. P. D. meo Pio, & in Fulginaten Appaltus Furni 27. Junii proximi præteriti § Sanè coram me.*

Modus autem reſolutioni, adjectus à Dominis, in eo ſtat: quod, ex dicta ſcutor. 765. ſumma, detrahantur ſcuta 38, pro expenſis veriſimiliter factis in reaptationibus, tam ipſius apothecæ, quam viarum; illas calcu-
2 lando in ſcutis quinque pro centenario penſionum exactarum; prout fieri conſuevit a noſtro Tribunali; quoties, alia in contrarium probatio non adducatur; *Rota coram Priol. dec.279. num.13., & in rec.dec 81.n.8.par.13., dec.356. num.16. part.16., & dec.265. n.22. part.17.*

Et juxta hunc modum reſponſum fuit informante ſolum Anna, fratribus verò de Pinis, licet pluries monitis, non comparentibus.

CORDUBEN. PENSIONUM.

Ven. 9. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

Hæc deciſio eſt confirmatoria, juxta tamen modum, ſuperioris deciſiones 20., & in hac cauſa adeſt quoque dec.21.

SUMMARIUM.

1 *Diminutis penſionibus, locus eſt remotioni æconomi, & reintegrationi titularis ad fructuum adminiſtrationem, quam favore penſionariorum dimiſerat.*
2 *Cardinalis, omni ſuſpicione defectus eſt immunis.*
3 *Principalis nequit redargui ex facto minus legitimo procuratoris.*
4 *Debitor in judicio concurſus faciens minus integram aſſignationem bonorum, nequit ad beneficium debitoris admitti.*
5 *Explicatur, quotiès defectus, & occultatio ex dolo debitoris provenit.*
6 *Titularis reaſſumendo onus ſolvendi integras penſiones, fructus in tertia parte dimiſſos recuperat.*
7 *Titularis habet electionem, vel penſiones integrè ſolvendi, vel beneficii fructus pro tertia parte dimittendi.*
8 *Debitor cum ſemel elegit, nequit ampliùs variare.*
9 *In annuis præſtationibus (quales ſunt penſiones) in quibus adeſt facultas uno, vel altero modo ſolvendi, licita eſt quocumque anno variatio.*
10 *Æconomus, ſuper fructibus beneficii, appoſitus, non eſt removendus: donec penſionarii non ſint integrè ſatisfacti.*
11 *Penſiones, pro quarum ſolutione ſufficiens non fuit tertia pars fructuum dimiſſorum, ſatisfieri non valent ex fructibus annorum ſequentium.*
12 *Creditum unius anni differt à credito alterius anni.*
13 *Penſiones tot ſunt, quot ſunt anni.*
14 *Penſionarii non poſſunt agere contrà titularem, quando eorum æconomus fructus exegit: licèt eis non ſolverit.*

DECISIO LXIV.

Contemporaneè ad reſolutionem editam coràm me die 1. Julii 1697., ſuper confirmatione ſententiæ Rotalis concedentis Eminentiſſimo D. Cardinali de Salazar reintegrationem ad tertiam partem fructuum Epiſcopalis menſæ Corduben., reſponſum fuit, admittendos eſſe articulos, quibus mediantibus, Penſionarii ejuſdem menſæ probare offerebant, æconomum ab ipſis deputatum, anteactis annis tertiam fructuum partem minimè percipiſſe. Verùm, quia ex poſt iidem Penſionarii, ſuperfluam putantes expeditionem remiſſoriæ, ob emiſſam à Theſaurario ipſius Eminentiſſimi Epiſcopi declarationem, quod æconomo tradita non fuerant plura bona, cenſus, aliaque dignitati Epiſcopali annexa; quæ ab onere penſionum exempta ſupponebantur: petierunt die 4. Decembris ejuſdem anni, dubium proponi ſuper receſſu à deciſis: &, viceversà, ſcribentes pro Eminentiſſimo Epiſcopo, contrà hujuſmodi declarationem multipliciter excipiebant. Idcirco dilatâ reſolutione, fuit mihi demandatum, ut ſubdelegarem Judicem in Partibus, ad effectum verificandi declarationem Theſaurarii; cum facultate opponendi hinc inde. Quo facto; & in ejus exequutionem exhibito per Theſaurarium ſucceſſorem confitentis, libro, ſeu regeſto bonorum, & jurium, ad Epiſcopatum ſpectantium; nec non computo anteceſſoris Theſaurarii: dubitavi hodiè de viribus præteritæ deciſionis; Et reſponſum fuit, *Standum eſſe in deciſis; juxta modum tamen inferius exprimendum.*

Reſolutionis ratio, pro confirmatione deciſionis, poſita fuit in eo, quod dimiſſio tertiæ partis fructuum, non fuit à Domino Cardinali facta ſimpliciter, & abſolutè ad commodum penſionariorum; ſed ex quo eadem tertia pars, impoſitarum penſionum incapax
1 reperiebatur. Quo circà, dum illis, per obitum aliquorum ex Penſionariis, diminutis, offert hodie D. Cardinalis primævum onus reaſſumere: omnis ratio ſuadet, quod

remoto

remoto Oeconomo, cauſativè deputato, priſtinæ poſſeſſioni reſtituatur; ut generaliter firmavit *Rota coram Ludoviſio dec. 254. num. primo in fin., coram Merlino dec. 291. num. 2.*, & in ſpecie remotionis Oeconomi, *coram Cerro dec. 929. num. 10.*

Nec ad illam excludendam, admitti poterit exceptio, quod ipſe tertiam partem fructuum, integraliter Penſionariis non dimiſerit; ideoque reintegrationis beneficio veniat privandus. Siquidem omnis impicti defectus ſuſpicio, nedum removebatur ex præ-
2 clara qualitate perſonæ, ſacrâ purpurâ inſignitæ; ex deductis *in Romana Salviani 6. Junii 1695. §. In corroborationem, coram R. P. D. meo Muto*: verùm etiam ex quo D. Cardinalis hujuſmodi ceſſionem non explevit per ſe ipſum: ſed mediante Procuratore: ex cujus facto, & ſi minus legitimo, nequit conſtituens redargui; ut probat *Maſin.*
3 *de Confiſcat bonor quæſt. 39. num. 129., Conciolus de Hæred. art. primo num. 398., Cardinalis de Luca eodem tract. diſc. 20. num. 12., Rota dec. 181. num. 15., & ſeqq. part. 6., & dec. 85. num. 24. part. 9. rec.* Quamobrem, dùm idem D. Cardinalis, ſupplendo miniſtri defectum, ſe paratum exhibet ad reſtitutionem tertiæ partis omnium fructuum, quos Theſaurarius, tanquam à ſolutione penſionum exemptos, uſque ad annum 1691. non tradiderat: non eſt de quo Penſionarii conquerantur.

Et hic eſt modus reſolutioni adjectus à Dominis; ut ſcilicet Eminentiſſimus Epiſcopus, antequam poſſeſſionem recuperet tertiæ partis dimiſſæ, tradat Oeconomo Penſionariorum ratam fructuum, ab anno 1686 uſque ad annum 1691. recollectorum ex aliis bonis, à Theſaurario in ejus declaratione recenſitis; quorum quantitas coram Judice ſubdelegato liquidata remanſit.

Quibus ſtantibus, extranei videbantur termini perpetuæ, & irrevocabilis aſſigna-
4 tionis bonorum, a debitore factæ in Judicio concurſus: quæ, ſi minus integra detegatur, nequit ampliùs ad beneficium debitoris admitti; ex *Salgado in Labyr. Cred. part. 1. cap. 1. num. 13.*: etenim, ultra quod concluſio procedit, quotiès defectus, & occultatio, ex dolo debitoris proveniat; ut explicat *Caucerius Var. reſol. part. 2. cap. 9. num. 19. in fine*: cujus doli etiam ſuſpicionem, in hypotheſi, abeſſe conſtat ex ſupra deductis: ceſſabat omnis difficultas, animadvertendo, nos in longè diverſo, ni dicamus oppoſito caſu, verſari; quod ſcilicet dimiſſio tertiæ partis fructuum erat temporanea, & eouſque duratura, quò Titularis repudiatum onus, in-
6 tegras penſiones exſolvendi, reaſſumere voluiſſet; ut apertè convincitur ex decreto Reverendiſſimi Hiſpaniarum Nuncii, ab ipſis Penſionariis acceptato; ac proindè, ſi Dominus Cardinalis, cujus arbitrio repoſitum eſt, vel penſiones integrè ſuo riſico ſolvere, vel fructus pro tertia parte dimittere: primam alternativæ obligationis partem eligendo, mavult onus penſionum denuò ſubire; licitè valet dimiſſos fructus recuperare; ad
7 tradita per *Soccin. Jun. in l. Si ex toto §. Si ita legatum num. 3. ad med. verſ. Limita tamen ff. de Legat. primo, Tepatus Var. reſol. tit. 147. cap. 7. verſ. In obligationibus annuis.*

Et ratio eſt, quia, licet debitor, facultatem habens uno, vel altero modo ſolvendi;
8 ſcilicet vel in ſpecie, vel in pecunia; poſtquam elegit aſſignationem ſpeciei, variare non poſſit: attamen, ſi agatur de annuis
9 præſtationibus, (quales ſunt penſiones) licita eſt quocunque anno variatio; *ad text. litteralem in l. Si ſteril 122. §. Qui domum, ibi - Trebatius ait, mutandæ voluntatis poteſtatem eum habere, ſingul ſque annis alterutrum præſtare poſſe; & quamdiu paratus ſit alterutrum præſtare, petitionem non eſſe; ff. de Act. empt.* &, præter authoritates proximè relatas, probat *Gratianus diſcept. for. cap. 239. ſub num. 32., Boſſius de Aliment cap. 2. ſub num. 56.*

Poſito autem, quod per implementum iſtius modi, Eminentiſſimus Titularis, propriæ obligationi plenarie ſatisfecerit uſque
10 ad annum 1691.; nullam prorsùs merebatur animadverſionem replicatio, quod Penſionarii adhuc integrè de penſionibus ſatisfacti non fuerint: ac propterea Oeconomus non ſit removendus. Etenim, ſi loquimur de
11 penſionibus, uſque ad dictum annum 1691. decurſis, & harum reſpectu, licet tertia pars fructuum, ut ſupra dimiſſa, ſufficiens non fuerit ad omnium penſionum integralem ſolutionem: non inde ſequitur, quod illarum causâ, fructus annorum ſequentium re-
12 tineri valeant: cum creditum unius anni, nil
13 commune hab at cum credito alterius: ſed tot ſint penſiones, quot anni; ut firmat *prima hujus cauſæ deciſio 25. Junii 1696. ſub §. Nec placuit. coram bo. me. Emerix, & ſecunda 15. Januarii 1697. §. Aut tertia coram bo. me. Urſino*: Si verò loquimur de penſionibus, à dicto anno 1691. uſque ad præſens decurſis; & cum, quoad illas, Oeconomus Penſionariorum, nedum fallus fuerit, ſe plenariè ſatisfactum; ſed etiam, ultra ſummam, prò penſionibus debitam, exe-
14 giſſe; contra illum dirigenda eſt actio; non contra Titularem, ut latè probat *dicta prima deciſio §. Nec placuit, & ſecunda §. Nec relevat.*

Et ita, utraque &c.

FAVENTINA BUSSOLI.

Ven. 9. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

Afferuntur conjecturæ, propter quas, appellatione deſcendentium, veniunt tantùm maſculi per unicum medium fœmininum: licet regula ſit, quod æque veniant maſculi ex unico, vel duplici.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentium appellatione regulariter æquè veniunt maſculi per unicum, ac per duplex medium fæmininum.*

2 *Limitatur, quando teſtator ſe veluti fæminarum ſtipitem conſtituens, illarum agnationem, quaſi ſuam, conſiderat.*

3 *Ad quod præbet argumentum: ſi teſtator juſſit, aſſumere cognomen, & arma, cum ordine perpetuæ primogeniture.*

4 *Si nullam habuit conſiderationem de altera ſorore, quæ tantummodò filias fæminas habebat.*

5 *Si ſemper, quando vocavit ſubſtitutos, maſculinitatem repetiit.*

6 *In ſemiagnatis, magis propriè, volita agnatio conſervatur, quam in deſcendentibus per duplex medium fæminarum.*

7 *Teſtator expreſſè ſe declarans, quod in vocatione deſcendentium, intellexerit ſemper de maſculis; cuilibet gradui maſculinitatem adjeciſſe videtur: & maſculos ex maſculo dumtaxat vocaſſe.*

8 *Magis dilectus à teſtatore præfertur minus dilecto: & proindè omnis interpretatio capienda eſt, pro evitando abſurdo, quod minùs dilectus præferatur magis dilecto.*

DECISIO LXV.

CUM Carolus Bonaccurſius, in ſuo teſtamento demandaſſet quod, decedentibus hæredibus inſtitutis, ſine filiis maſculis, ad primogenituram ab eo ordinatam ſuccederet unus ex filiis, & deſcendentibus Corneliæ Europæ, ac Dianæ ſororum, mediante buſſolo, extrahendus. Et purificato caſu obitus, ſine filiis præfatorum hæredum, orta fuerit inter prædictos deſcendentes contentio, quiſnam eorum ponendus eſſet in buſſolo: prodiit primo loco rotalis ſententia coram Eminentiſſimo Caccia Archiepiſcopo Mediolanen., admittens omnes deſcendentes maſculos à ſororibus teſtatoris, per medium maſculinum: reformata in gradu appellationis per aliam ſententiam Reverendiſſimi D. mei Decani, compræhendentem etiam maſculos, deſcendentes per medium fæmininum. Verum, devolutâ causâ ad bo. me. Emerix, poſt binas deciſiones, omnium Dominorum accedente ſuffragio editas, bo. me. Urſinus in locum interim defuncti Collegæ ſuffectus, ſententiam protulit, in qua, tedeundo ad ſenſum habitum coram Eminentiſſimo Mediolanen., reformavit præcedentem ſententiam Reverendiſſimi D. mei Decani, in ea parte, qua deſcendentes ex fæminis admittebantur. De cujus poſtremæ ſententiæ viribus cum hodie dubitaverim, Dominis confirmandam eſſe, reſponderunt.

Licet enim regulariter, appellatione deſcendentium, æque veniant deſcendentes
1 per unum, vel duplex medium fæmininum, juxta firmata in deciſionibus Reverendiſſimi D. mei Decani; contrarium tamen ſuadebat in preſenti teſtatoris voluntas; qui in hac fideicommiſſi ordinatione, propemodum exoptans propriæ agnationis conſervationem in caſu, quo illam propriè, ac naturaliter aſſequi non poſſet; conſequi tamen voluit per medium fictum, & improprium, mediantibus ſororibus, quarum ſtipitem ſe conſtituens, illarum agnationem, quaſi ſuam,
2 conſideraſſe videtur; ut ratiocinatur *Rota in Romana Fideicommiſſi 2. Junii 1698. §. fin. coram me.*

Hujus autem voluntatis argumentum reſultabat, nedum ab onere, iiſdem deſcendentibus injuncto, aſſumendi cognomen, & arma teſtatoris, cum ordine perpetuæ primogenituræ, ſed etiam ex eo, quod nul-
4 la prorsùs habita fuit ratio Lucretiæ, alterius ſororis; quæ tempore teſtamenti fæmininam dumtaxat prolem ſuſceperat; ita indicando, ſe conſideraſſe maſculos per unicum medium fæmininum deſcendentes; ut latè probat *prima deciſio bo. me. Emerix 15. Junii 1696. §. In preſenti autem, & ſecunda bo. me. Urſini 30. Januarii 1698 §. Contraria, cum ſeqq.*

Potiſſimè animadvertendo, quod in ſuperiori parte diſpoſitionis, quotieſcumque teſtator filios, ac deſcendentes hæredum
5 inſtitutorum vocavit; ſemper adiecit qualitatem maſculinitatis: ideoque in ſucceſſiva vocatione deſcendentium ex ſororibus intellexiſſe cenſetur de ſolis maſculis, per medium maſculinum; in quibus tanquam ſemiagnatis, magis propriè, volita agnatio conſervatur, quam in deſcendentibus per duplex me-
6 dium fæmininum, prorſus extraneis; *Menochius conſ. 878. ſub n. 19., & 20, & conſ. 1152. num. 28., Rota coram Bichio dec. 493. n. 28.*

Quod, & ipſe teſtator, per modum regulæ declaravit in poſteriori parte ſuæ diſpoſitionis ibi -- *Che in tutti li caſi, ne quali hò fatto mentione de figliuoli, e deſcendenti s'intenda de maſchi* -- Ex quibus verbis, ſicut melior dari non poteſt probatio ad eruendam illius voluntatem; ità ſequitur, quod cuilibet gradui qualitas maſculinitatis adjecta fuerit; & maſculus ex maſculo dumtaxat vo-
7 catus; *Fuſarius de ſubſtit. quæſt. 404. n. 10., Rota dec 69. num. 22. part. 17. rec.*, & firmat *dicta dec. Eminentiſſimi Mediolanen. § 2.*

Et ſanè, ſi admitterentur maſculi deſcendentes ex fæminis per duplex medium fæmininum, ſequeretur abſurdum: quod, ſorti commiſſa extractione primogeniti, juxta diſpoſitionem teſtamentariam, & inter extrahendos, poſitis æquè deſcendentibus ex maſculo, ac ex fæmina, excludi poſſet deſcendens ex maſculo; tametſi teſtatori magis dilectus: ad quod abſurdum evitandum,
8 omnis capienda eſt interpretatio; *Bald. in l. Gallus, § Inſtituens col. penult. verſ. Petrus ſic diſtinguit, ff. de Lib., & Poſthum., Rota dec. 132. num. 21. part. 16., & dec. 399. num. 4. part. 17. rec.*

Poſito ex his, quod in buſſolo poni ſolum debeant deſcendentes maſculi ex maſculis præfatarum ſororum teſtatoris: conſequens eſt, quod ab illo excludantur Domini de Bargellinis,

geitinia, Ghislerriis, & Pepulis, aliique, per duplex medium fæmininum deſcendentes.

Et ita, deſcendentibus ex maſculis tantum informantibus, reſponſum fuit &c.

ÆSINA CENSUS ET DOTIS.

Lunæ 12. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

Filiis quando ex perſona propria, uti filiis, non autem uti patris hæredibus donatum cenſeatur ſimultaneè, & independenter à patre: Et an mulieri pro repetitione ſuæ dotis competat remedium *auth. res quæ* in bonis viro donatis, cum fideicommiſſo favore filiorum?

SVMMARIVM.

1 *In donatione facta patri acceptanti pro ſe filiis &c. cum clauſulis translativis dominii, filii vocantur ut hæredes patris.*

2 *Secùs in donatione, in qua expreſſa eſt cauſa ſubſtitutionis familiæ ſuæ, ac deſcendentiæ, nam ibi veniunt ſimultaneè cum patre, & ex propria perſona.*

3 *Filios ſimultaneè vocatos fuiſſe arguitur, ſi eos in conditione poſuit, etiam cum qualitate legitimitatis.*

4 *Et ſi in caſu delicti volitum fuerit, bona ad eoſdem devolvi.*

5 *Et ſi, in caſu obitus donatarii ſine filiis, appoſitum fuit pactum reverſivum.*

6 *Teſtamentum factum in adimplementum conditionis contentæ in donatione, tollit illius dubietatem.*

7 *Pater non poteſt obligare bona, matrimonii cauſa donata, quotiès filii principaliter ſunt in donatione comprehenſi.*

8 *Bona donata filiis æquè principaliter cum patre, ad eos devolvuntur abſque onere hypothecæ per patrem contractæ.*

9 *In donatione facta intuitu certi, & determinati matrimonii, quæritur jus uxori pro ſuſtentatione propria, & dotis ſecuritate.*

10 *Declara concluſionem procedere in donatione, in qua habitus fuit reſpectus ad futuram uxorem.*

11 *Vel in donatione facta ſimpliciter favore viri ratione hypothecæ uxori competentis.*

12 *Mulieri competit remedium* auth. res quæ *pro repetitione ſuæ dotis in bonis fideicommiſſi ab aſcendente ordinati.*

13 *Secus in fideicommiſſo condito à transverſali favore filiorum naſciturorum ex matrimonio contemplato, nulla facta mentione mulieris.*

14 *Soluto matrimonio omne mulieris jus expirat.*

15 *De uxore nulla ratio habita cenſetur à donante, quoties voluit, quòd ſoluto matrimonio per mortem viri donatarii abſque filiis, bona ad ſe reverterentur.*

16 *Et quoties, in caſu delicti, filios, in excluſionem fiſci, ſubſtituit.*

17 *Extraneus donando, poteſt quamcumque legem ſibi beneviſam præſcribere.*

18 *Obſervantia, etiam negativa, demonſtrat juris incompetentiam.*

DECISIO LXVI.

OCcaſione matrimonii inter Blaſeum Climam, & Orontheam Gritiam contrahendi, Matthæus ſponſi Avunculus, inter cætera, ſpopondit: quod ille, poſt ſui obitum, medietatem bonorum, ad ſe ſpectantium, conſequuturus fuiſſet; injuncto tamen fideicommiſſo, in caſu delicti, favore illius filiorum, & conditione reverſionis bonorum ad ſe ipſum, in cáſu obitus donatarii abſque ulla deſcendentia: talemque promiſſionem in ultimis tabulis de facto poſtmodum adimplevit: dum pro medietate dictum Blaſeum ſibi ſcripſit hæredem; eique filios, cum prælatione maſculorum, ſubſtituit.

Cùm autem nuper deceſſerit Blaſeus, admodum æræ alieno gravatus, & ſignantèr favore illorum de Ronconi: iſti, ex juribus Orontheæ, dicti Blaſei uxoris, & eorum favore obligatæ, petierunt coram A. C., ut exequutionem decerneret ſuper bonis, à Marchetto Donatis; eo cum ſuppoſito, ut ſuper illis dictæ mulieri jus quæſitum fuiſſet, pro ſuæ dotis reſtitutione. Sed actoribus, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia rejectis; cauſaque appellationis ad noſtrum Tribunal delatâ, hodie coram me, ſub congruo dubio reſponſum fuit: *Bona Marchetti non eſſe obligata prò ſolutione, & reſtitutione dotis Orontheæ: nec ſuper eis competere actionem Ronconis.*

Reſolutionis ratio deſumpta fuit, ex quo prædicta donatio, non tam intereſſe Blaſei donatarii, reſpective mariti Orontheæ, quam illius filiorum reſpiciat: quodque iſti ex perſona propria, & tanquam filii; non verò uti patris hæredes, in ea compræ-
henſi cenſeantur; inhærendo communi Do-
1 ctorum diſtinctioni; quod, cum donatio non
legatur facta Blaſeo acceptanti pro ſe, filiis,
hæredibus, & ſucceſſoribus, cum clauſulis
translativis dominii, (in quibus terminis
poſſunt dd filii vocari ex providentia patris,
& tamquam illius hæredes) ſed ſolum Blaſeo
2 patri, cum expreſſione cauſæ -- *Acciò il detto Signor Biagio poſſa mantenere il ſuo grado, & anco la ſua famiglia, e deſcendenza* --:
utique filii dicuntur ſimultaneè vocati, &
independenter à patre; *Capycius Galeotta
contr. jur. lib. 1. controv. 57. num. 18., Rota
coram Peutingerio dec. 406. num. 6.; coram
Celſo dec. 221. num. 5., & ſeqq., coram Cerro dec. 485. num. 10.*, & admittunt etiam omnes opinionis contrariæ ſectatores.

Talemque cauſam in parte proemiali expreſſam, donans præ oculis habuit etiam in
diſpoſitione: dum filios ibidem pluries in
3 conditione poſuit, etiam cum qualitate
legitimitatis; additâ ulterius expreſſâ conditione

ditione, quod in caſu delicti, ſecumferen-
tis bonorum confiſcationem, bona ad filios
4 Blaſei donatarii devoluerentur. Hæc autem
devolutio, ad excluſionem fiſci, ſicuti lo-
cum habere non poſſet, quoties filii, tan-
quam patris hæredes admittendi forent: ita
demonſtrat, eorum favore fideicommiſſum in-
ductum fuiſſe; *Rota coram Cavalerio dec.34.*
num.15., coram Bichio dec.610. num.22.

Ponderando etiam, quod, in caſu, quo
5 Blaſeus donatarius decederet ſine filiis, ap-
poſitum fuit pactum reverſivum ejuſdem do-
nantis: unde palam fit, quod filii, ex pro-
pria perſona, & independenter à patre fue-
runt in donatione compræhenſi; ut in pun-
cto notat *Fontanella de Pact. nupt. clauſ.* 4.
gloſſ.9. part.1. num.12., Rota coram Cerro
dec.441. num.11., & 12., & in rec. dec.114.
num 6. part.7.

Hæc autem donantis voluntas, expreſſa
legitur in teſtamento, in quo Marchettus
hæredem, pro medietate bonorum, inſti-
tuit Blaſeum; prout in donatione promiſe-
rat; eique filios maſculos, &, in eorum
defectum, fœminas apertè ſubſtituit. Quo
circa, ſi aliqua fortè occurrere poſſet du-
bietas, an donatio complecteretur filios,
6 independenter ab hæreditaria qualitate pa-
tris, illa ſublata remanet ex teſtamento,
facto poſt donationem, ac in adimplemen-
tum conditionis in illa contentæ; ut in for-
tioribus terminis probat *Capycius Galeottia*
contr. jur. lib.1. dicta contr.57. ſub n.23.

Poſito autem, quod filii non ſuccedant uti
hæredes patris, & ex illius providentia;
ſed ex perſona propria, & tanquam filii,
principaliter in donatione compræhenſi: non
7 potuit Blaſeus pater eadem bona donata, in
illorum præjudicium, prò reſtitutione, do-
tis Oronthææ matris obligare; ut in indivi-
duo alias reſpondit *Rota dec.127. n.4. part.6.*
recent.

Et generale eſt, quod bona donata, filiis,
8 æquè principaliter, ac patri, devoluantur
ad filios, abſquè ullo onere hypothecæ, per
patrem contractæ; ut, in ſpecie, dixit *Rota*
dec.11. num.6. part.13. recent.

Non obſtat, quod in donatione facta intui-
9 tu certi, & determinati matrimonii, dici
poſſet quæſitum etiam jus uxori pro ſua ſub-
ſtentatione, ac propriæ dotis ſecuritate.
10 Quoniam, vel objectum procedit quoties
in ipſa donatione fuit habitus reſpectus ad
futuram uxorem, vel ubi agitur de dona-
11 tione facta ſimpliciter ipſi donatario patri:
adeout eum bona donata effecta fuerint ip-
ſius patrimonium, poſſit ſuper illis hypothe-
12 ca, competens uxori, exerceri; vel tan-
dem, ubi donatio facta fuit ab aſcendente:
quo caſu, etiamſi fuerit inſtitutum fideicom-
miſſum, adhuc mulieri competit remedium
Auth. res quæ C. Commun. de Legat.: atque
in his, & ſimilibus terminis procedunt quot
quot authoritates in contrarium allegaban-
13 tur: ſecus autem quoties, ut in præſenti,
donatio facta fuit à tranſverſali, ſine ulla men-
tione uxoris; & cum poſitivo fideicommiſſo

favore filiorum, qui ex matrimonio contem-
plato, oriri poſſent: quia tunc nulla ſupra
dd bonis competere poteſt actio uxori; præ-
ſertim ſoluto matrimonio; quo ceſſante,
13 omne illius jus expiravit; *Rota dec.203.*
ſub num.3. part.8. rec., & in Romana Fidei-
commiſſi 28. Januaris 1686. §. Eoque magis,
coram bo.me. Urſino.

Quæ fortiùs procedunt in hypotheſi: tum
quia donans, ut præmiſimus, voluit, quod
14 ſoluto matrimonio per mortem Blaſei abſq;
filiis, bona donata ad ſe ipſum revertere-
15 tur: tum quia, in caſu delicti, filios eidem
Blaſeo, in excluſionem fiſci, ſubſtituit. Quæ
omnia, ſicut effectum ſortiri non poterant,
quoties uxori aliqua prò reſtitutione dotis
actio competiiſſet: ità, ex hujuſmodi con-
ditionum appoſitione, certum reſultat argu-
mentum, quod nulla fuit habita ratio mulie-
ris intereſſe: quinimò illud ſuper bonis do-
natis, per contraria pacta totaliter excluſum
à donante: qui, tanquam extraneus, po-
16 terat quamcumque legem ſibi bene viſam
præſcribere; ut optimè probat *Cutellius de*
donat. diſc.3. partic.6. num.36.

Et huic intelligentiæ conſonat obſervan-
tia: dùm Oronthæa, neque de tempore ceſ-
ſionis bonorum, à viro factæ creditoribus;
neque de tempore obitus illius inſtetit pro
reſtitutione dotis adverſus bona, in hujuſmo-
di donatione compræhenſa. Quæ quidem
obſervantia negativa demonſtrat, nullum jus
mulieri ſuper illis competiiſſe *Spada conſ.232*
num.13. lib.2., Rota coram Bichio dec. 660.
num.16. in fin. cum ſeqq., in rec. dec. 654. n.8.
part.18.

Et ita, utraque &c.

URGELLEN. SERVITUTUM SUPER DECLARATORIA.

Lunæ 12. Januarii 1699.

ARGUMENTO.

Non indiget, quia habes in.

SUMMARIO.

1 *Declaratoriæ locus eſt quando expedito man-*
dato, & ſervatis quatuor conſuetis ter-
minis, non docetur de paritione.
2 *Enunciativa in mandato Rotali non debet ſta-*
re taxativè, quando in aliis quoque caſibus
militat ratio deciſionis, nam illi compræ-
henſivè intelliguntur.
3 *Diverſitas rationis, facit diverſitatem ca-*
ſuum, non ſola diverſitas expreſſionis.
4 *Obſervantia diverſorum temporum, mon-*
ſtrat tempora obligationis.
5 *Oblatio paritionis debet eſſe pura, & abſo-*
luta ad evitandam declaratoriam.
6 *Rota benignius agendo præfigit quindecim*
dies, intra quos, niſi pareat contumax,
declaratoria relaxatur.

Digitized by Google

DECISIO LXVII.

Reluctantibus Beneficiatis Cathedralis Eccleſiæ Urgellen. exercitium Officiorum, ad quæ, ſolitâ mercede conſtitutâ, nominati fuerant à Capitulo Canonicorum Prælatorum, illud illos mulctavit in quotidianis diſtributionibus. Cumque Communitas eorundem Beneficiatorum, ab hac mulcta provocaſſet; Judex, ab A. C. deputatus, decrevit favore Capituli manutentionem in quaſi poſſeſſione habendi à Beneficiatis eorum aſſiſtentiam pro exercitio dd. Officiorum. A' quo decreto devolutâ cauſâ per ulteriorem appellationem ad noſtrum Tribunal, fuit, ſub die 27 Januarii 1697. qua ſitum coram bo. me. Urſino -- *An, & cui eſſet danda manutentio* -- Cumque, dilatâ reſolutione, demandatum fuerit, quod videretur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis: hinc, reaſſumptâ ſub congruo dubio diſputatione die 15. Martii 1697. reſponſum fuit, conſtare de bono jure Capituli, quoad cuncta officia reſpicientia ſervitium chori, & Eccleſiæ; exceptis officiis aſſiſtendi Canonicis, & Dignitatibus Miſſam celebrantibus; & altero Janitoris, ſeu aſſiſtendi oſtio aulæ capitularis; qua reſolutione confirmata 13. Junii ſequentis anni; prodiit ſucceſſivè rotale decretum ſuper manutentione; cujus vigore, expedito mandato, illoque ſub die 9 Septembris proximi præteriti Beneficiatis notificato; Canonici, ut ſervitium Eccleſiæ reſtituerent, vacantia officia diſtribuentes, pro cantu Evangelii in locum Ribeiæ, in Capitulis Paſcalibus anni 1691. electi, ac interim defuncti, deputarunt Joannem Montan; cantum Epiſtolæ, vice Bellari, in eiſdem Capitulis nominati, ſed abſentis, demandarunt Antonio Torrent: prò reliquis verò, nempè Magiſtro ceremoniarum, ac Magiſtris ſilentii, confirmarunt eoſdem Beneficiatos; qui dicto anno 1691. fuerunt deputati.

Cùm autem, in hujuſmodi actuum ſequelam, Beneficiati judicialitèr à Capitulo requiſiti, ad præfata munera ſubeunda parere detrectaverint: idcircò, poſt reproductum in actis idem mandatum, & conſuetos quatuor terminos, ad docendum de paritione, ſervatos: hodiè Dominos conſului -- *An eſſet danda declaratoria*, & reſponſum habui *affirmativum*.

Relaxationi namque declaratoriæ locus eſſe videbatur, eo ipſo, quod expedito mandato, ac ſervatis etiam quatuor terminis,
1 doctum unquam non fuit de paritione; *Veſtrint in Prax. lib* 8. *cap. ult. num.* 19., *Rota in Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 5. *Junii* 1688. *coram bo. me Beninaſa, in Nullius, ſeu Calaguritana quartæ funeralis de Naxera* 11. *Januarii* 1692. *coram eodem, in Cracovien. bonorum* 8. *Martii* 1697. *coram bon. mem Urſino, & in Placentina Canonicatus ſuper declaratoria* 11. *ejuſdem menſis, & Anni, cor. R. P. D. meo Olmo*.

Nec, ad excuſandam Beneficiatorum contumaciam in paritione, quidquam profuit excuſatio, quod ipſi ad officia præfata, electi non fuerint de tempore paſchali; quod, ex tenore mandati Rotalis, ſervandum eſſe, contendebant; licèt enim in eodem mandato ſupponatur, electionem Officialium fieri in Capitulis paſchalibus; non indè ſequitur, quod aliis etiam temporibus illa expleri non poſſit, quoties ita neceſſitas exegerit:
2 cùm talis enunciativa non legatur taxativè appoſita: ſed ſolum demonſtrativè ad tempus, in quo regularitèr Officiales eligi conſueverant. Et ſanè, ſi admitteretur, intellectus, quod Beneficiati non teneantur ad exercitium munerum, ſibi, extra tempus paſchale, deſignatorum; ſequeretur abſurdum, quod, ſi ſtatim perfecta electione, vel aliquis, vel etiam plures ex electis decederent, Eccleſia per annum uſque ad ſucceſſivum Paſcha, debito ſervitio deſtituta remaneret: cùm tamen baſis Rotalium reſolutionum, Beneficiatos ad ſubeunda munera cogentium in Eccleſię dumtaxat ſervitio poſita ſit. Cujus ratio, ſicut eadem eſt, tam ſi Officiales eligantur intra, quàm extra tempus paſchale: ità eadem diſpoſitio abſque temporis diſtinctione, non extenſivè, ſed comprahenſivè procedit; *Gratianus diſcept. foren. cap* 918. *num.* 65., & 66. *Gonzalez ad regul* 8 *Cancell* § 7. *proem. num.* 105. *Surdus dec* 275. *ſub num.* 8. ubi, quod expreſſio unius
3 caſus, non excludit alios, in quibus eadem cadit ratio: & diverſitas rationis, facit diverſitatem caſuum, non autem è contra.

Idque certiùs: dùm ex depoſitionibus datis in *ſumm. replicationis Capituli num. unico*, conſtitit, quod Beneficiatis, poſt electionem ad munera in Capitulo Paſchali, defunctis, vel aliâ legitima cauſâ præpeditis, Capitulum alios, extra tempus Paſchale, ſubrogavit; & ab illis, deſtinata exegit ſervitia. Quæ obſervantia manifeſtè comprobat, non
4 ab uno potius tempore, quam alio, pendere ſervitium, à Beneficiatis præſtandum; ad firmata in *prima deciſione hujus cauſæ* 15. *Martii* 1697. § *Et quidem primo, coram bon. me. Urſino*.

Sicut autem ad excuſandam renitentiam in paritione, ſatis non fuit prætextus electionis, ut ſupra, faciendæ in Paſchate: ita, & multò minùs admitti potuit alia conditio, ſub qua ſeſe mandato Rotali parituros obtulerunt, quatenus ipſi reſideant, & non alias, nec alio modo. Quidquid enim ſit, an Beneficiatis Cathedralis Urgellen. incumbat onus reſidentiæ præciſæ, vel cauſativæ: hoc unum certum eſt, quod electi per Capitulum ad Officia teneantur illa ex neceſſitate ſubire; ut probant præfatæ deciſiones coram bo. me. Urſino. Quapropter, etiam ſi per hypotheſim, adſtricti non eſſent ad reſidentiam ratione Beneficiorum: negari tamen non poteſt, quin arctentur ad ſervitium ratione officiorum. Ideoque, ne coactiva facultas Capitulo competens, reddatur eluſoria: nullo modo admitti valet oblatio ſub conditione; cujus implementum, à ſola Benefi-

Digitized by Google

neficiorum voluntate dependet: ſed ad evitandam declaratoriam, oblatio paritionis fieri debet pura, & abſoluta; ut reſpondit
5 *Rota in dicta Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 5. *Junii* 1688. *coram bo. me. Beniucaſa*.

Ex iis, quamvis inexcuſabilis reddatur contumacia non parentium: adhuc Domini, benignius agendo, iterùm voluerunt eos ad obſequium juſtitiæ debitum invitare, cum præfixione novi termini quindecim dierum
6 à die intimationis ipſis faciendæ; iotrà quem, niſi paruerint, declaratoriam relaxandam eſſe reſponderunt. Utrâque &c.

ASCULANA DOTIS, ET LEGITIMÆ.

Ven. 16. *Januarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 41. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Identitas excluditur à diverſitate contratæ, & qualitatum prædiorum, aliſque circumſtantiis.*

2 *Hæres, urgentibus creditoribus, fructus ſibi acquirere non poteſt.*

3 *Hæres ſolvens legatariis ante inſurgentiam creditorum in bona fide conſtitutus, de proprio hæreditatem reintegrare non tenetur.*

4 *Hæres dimittens creditores poſteriores, ſine cautione, non tenetur refundere creditoribus anterioribus ex poſt comparentibus; licèt genericam notitiam debitorum haberet, ſed non expreſſam de illis.*

5 *Nullitas obligationis mulieris excedentis medietatem dotis, ſi ab ipſa non allegetur, neque poteſt à tertio.*

DECISIO LXVIII.

Mandatum ab A. C. relaxatum contra bona proria Laurentii, ob integrè noo redditam rationem bonorum, quæ ab Alcidia hæreditate fuerant ad ipſum delata, exequendum ſimpliciter eſſe, decrevit bo. me. Urſinus, noſtri olim Auditorii Decanus. Sed in gradu ulterioris appellationis mihi commiſſæ, Domini, die 13. Junii ſuperioris anni, diſtinguendo partitas, io præcedentibus inſtantiis examinatas; & agnito quod earum nonnullæ minus legaliter fuerant hæredis debito adſcriptæ; reſponderunt, non abſolutè, ſed quoad partitas, in deciſione dicta die coram me edita, recenſitas, procedendum eſſe ad legitimam exequutionem. Cùmque in hodierna cauſæ repropoſitione conſtiterit ex novis facti circumſtantiis, hæredis debitum, pluſquàm par erat, fuiſſe in præterita deciſione diminutum: ideò *juxta modum, de quo infra*, *ſteterunt in deciſis*.

Retento autem themate præcedentis deciſionis in § *Incipiendo*, examinanda occurrit primo loco partita ſcutorum 525., ad quæ

aſcendit valor prædii *del Marino*: quod licèt ſcribentes pro Laurentio, ultro admitterent ab Alcidis hæreditate proveniſſe; ac, uti hæreditarium, fuiſſe in inventario deſcriptum: repetebant tamen poſtea, fuiſſe à Varamontibus evictum: & ad hoc etiam probandum in hodieroa audientia remiſſoriam, ſub alio dubio, poſtulabant. Cùmque Domini petitam remiſſoriam cum retardatione, vel ſine, coocedendam eſſe putaverint; idcircò eandem partitam, hæredis debito calculandam cenſuerunt, quonſque ille ſuppoſitam identitatem prædii evicti, per teſtes formiter examinatos, probaverint; animadvertentes interim, quod evictio verificatur in campo *nella contrada delle Lama con Palombara* -- aliud verò prædium hæreditarium Alcidis, in inventario deſcriptum legitur, *una poſſeſſione lavorativa, & arborata, con caſa, e palombara,*
1 *nella contrada del Marino*: adeout, cum diverſa ſit qualitas prædiorum, dum illud eſt ager apertus, ac nudus, iſtud arboratum; diverſa nominatio contratæ, illius nempe *delle Lame*, hujus verò *del Marino*; ac demùm diverſæ circumſtantiæ illius, ſcilicet, cum ſolo columbario. hujus cum domo ultra columbarium; identitas hujuſque potiùs excluſa videatur; *Rota coram Ludoviſio dec.* 555. *n.*8., & *coram Seraph. dec.* 528. *per tot.*, *in rec. dec* 335. *n.*8. *p.* 14.

Hinc Domini, tranſeuntes ad aliud prædium in territorio Appignani, valoris ſcut. 1500., licèt in præterita deciſione putaverint, non eſſe à Laurentio reddendam rationem de integro illius valore; ſed ſolùm pro rata ſcutorum 790., pro ſorte principali cenſus, per Marianum de Pariſanis impoſiti, ac fructibus uſque ad annum 1691. decurſis: cum tamen hodie conſtiterit, dicti cenſus extinctionem, à longo citra tempore, ſequutam fuiſſe; ut *in ſum. Collegii num.* 1.; reformando propterea in hac parte deciſionem, cenſuerunt, integram ſummam ſcut. 1500., hæredis debito calculandam: circa quod, etiam ipſi defenſores Laurentii, agnità facti veritate, concordabant.

Reſpectu horti in contrada *le Caravine*, ſeu *Cannarine*, abſolutè ſteterunt in deciſis; repetita namque per Laurentium retentionis exceptio, ſub prætextu, quod ille obnoxius reperiatur fideicommiſſo Mariani, ſen. ad ſui favorem purificato, *juxta deciſionem editam in Aſculana fideicommiſſi* 5. *Decembris* 1691. *coram R.P.D. meo Caprara*; iterum apparuit in facto inſubſiſtens.

Quamvis enim ſcribentes hinc indè convenirent, hortum controverſum, poſitum eſſe intra mœnia Civitatis Aſculanæ; non verò extra illa; ut ſuppoſitum fuit in præterita deciſione §. *Ita etiam*: non indè tamen excludebatur diverſitas illius, in Alcidis hæreditate reperti ab alio, ad Marianum ſeniorem ſpectante. Ille ſiquidem Alcidis, eſt ſimplex hortus, capacitatis quartarum quatuor, poſitus in contrata *delle Cannarine*, ab ipſo Alcide legatus cum onere annuo Miſſa-

rum

rum 50., juxta deſcriptionem ab eodem Laurentio hærede factam in inventario ; alter verò Mariani, eſt adnexus domui : nec unquam fuit ab Alcide poſſeſſus : quinimmò per Marianum juniorem diſtractus, favore Tiburtii Milliani ; à cujus hæreditate fuit ſucceſſivè per ipſum Laurentium vindicatus, ut patet *ex dicta deciſ. R.P.D. mei Capraræ in principio, & §. Mortuo teſtatore.* Hæc autem facti circumſtantia apertè demonſtrat, quod hortus, à Mariano Sen. proveniens; non eſt ille, in inventario bonorum Alcidis, deſcriptus ; dum de tempore confecti inventarii, anno 1680., adhuc poſſidebatur ab hæredibus dicti Milliani ; à quibus poſtea, de anno 1691., fuit per ipſum Laurentium vindicatus.

Similiter approbarunt Domini deciſionem quoad fructus per Laurentium perceptos ex hæreditate Alcidis, ab anno 1687. : quia,
2 cùm eo tempore creditores urgere cæpiſſent ; hæres in mala fide conſtitutus, fructus ſibi acquirere non potuit ; ex allegatis *in præterita deciſione §. in ſequelam*, & dixit *Rota dec.76. n.28. p.17. rec.*, *& in Romana, ſeu Civitatis Caſtelli Cenſus* 28. *Ianuarii* 1697. §. *Ad evitandum coram bo. me. Vrſino.*

Sicut autem, juxta præmiſſa, viſum fuit Dominis, ſtandum eſſe in deciſis favore Collegii : ita etiam viceverſâ, favore Laurentii recedi non potuit in alia parte, qua firmatum fuit, eundem Laurentium non teneri ad reddendam rationem de fructibus, tempore obitus, in Alcidis hæreditate re-
3 pertis : cùm ille, juxta præceptum teſtatoris, eos tradiderit Canonicis Cathedralis Aſculanæ legatariis, antequam creditum, ex parte Collegii, fuiſſet in judicium deductum: adeout hæres, in ſtatu bonæ fidei conſtitutus, nil ultra quærere tenetur ; per *text. in l final. §. Et ſi præfatum, C. de jur. delib. Rota coram Ludoviſio dec.511. n.30.*, & firmat *præterita deciſio §. E converſo.*

Quin adverſareiur objectum, quod, tunc temporis, jam innoteſcerent Laurentio, creditores hæreditatis ; utpote quia ipſe plures in inventario deſcripſerat. Inter illos enim, Collegium non fuerat relatum ; nec ſatis erat generalis ſcientia creditorum in abſtracto : cum hæres prævidendo, bona hæreditaria ſufficere ad ſatisfactionem eorum, qui tunc temporis comparverant, cautionem de reſtituendo ab illis exigere, bona fide non curaverit : ideòque, ſi Collegium, ſuum creditum ſerotinè deduxit, non eſt cur velit, ſub prætextu negligentiæ, iteratam ſolutionem petere ab hærede : ad cujus liberationem ſat
4 eſt, quod, de tempore dimiſſi creditoris primò venientis, tametſi poſterioris, notitia non haberetur anterioris, ex poſt comparentis ; ut benè reſpondit *Rota in Romana cenſus* 10. *Junii* 1695. *ſub §. Aliud inſuper, coram R.P.D. meo Muto.*

Nec obſtat, quod Laurentius, etiam poſtea certior factus de credito Collegii, ſatisfecerit doti Seriannæ, ipſi Collegio poſterioris : tum, quia, licèt inſtrumentum ſolutionis dictæ dotis relatum *in ſumm. patrum præteritæ propoſitionis n.11.*, ſtipulatum fuerit 13. Septembris 1687. ; nihilominùs lectura demonſtrat, ſolutiones jampridem factas fuiſſe ; ſicque longè ante, quàm Collegium comparuiſſet : tum etiam, quia dos Leliæ, ex cujus juribus Collegium ſuam deſumit anterioritatem ; erat prius obligata pro reſtitutione dotis dictæ Seriannæ ; itaut aſſertum anterioritatis ſuppoſitum minimè ſubſiſteret. Exceptio autem, quod obligatio, per Leliam emiſſa favore dictæ Seriannæ, fuerit nulla, utpote integram dotem abſorbens ; elideba-
5 tur ex reſponſione, quod, cùm talis nullitas nunquam fuerit à Lelia, donec vixit, in judicium deducta ; nequit hoóie per Collegium, tanquam tertium, allègari ; ex firmatis *in Romana Pecuniaria* 3. *Decembris* 1696. §. *Privilegium, coram bo. me. Vrſino, & in Lauretana dotis* 28. *Januarii* 1697. §. *Prædictis, coram R̃mo D. meo Decano.*

Quò denique ad partitam mobilium relatam in fine præteritæ deciſionis, cùm partes acquieſcerent, nil ulterius addendum ſupererat.

Et ita, utraque &c.

ASCULANA DOTIS, ET LEGITIMÆ SUPER REMISSORIA.

Veneris 16. *Januarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria non denegatur, quoties materia articulata eſt relevans.*

2 *Præſertim ſi probatio conferre poteſt ad cauſæ victoriam.*

3 *Et detur ſumus veritatis materiæ articulatæ cum depoſitionibus teſtium ad perpetuam.*

4 *Remiſſoria concedi ſolet, cum clauſula* — cum retardatione, vel ſine — *ne cauſæ expeditio in longum protrahatur.*

DECISIO LXIX.

PRædium *del Marino*, in Alcidis hæreditate repertum, ac inter cætera illius bona deſcriptum in inventario, fuiſſe poſtmodùm à Varamontibus evictum, ſuppoſuit ſemper in omnibus inſtantiis Laurcutius Pariſianus, ejuſdem Alcidis hæres : ſed nunquam ſatis comprobavit. Ideòque S. Rota ipſum conſtanter ad reddendum de dicto prædio rationem, condemnavit ; ut patet ex *dicta deciſione edita* 1. *Julii* 1697. *coram bo. me. Vrſino, & poſtrema* 13. *Iunii ſuperioris anni, coram me.* Verùm quia in hodierna propoſitione, ad hujuſce ſuppoſiti verificationem, petiit, ſub congruo ac ſeparato dubio, remiſſoriam ; idcircò Domini, confirmata præcedenti reſolutione ſuper negotio principali, eandem *remiſſoriam conceſſerunt, cum retarda-*

tardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ.

Moti quoad conceſſionem in genere, ex ſtylo tribunalis, nunquam illam denegantis,
1 quoties materia articulata eſt relevans; ut videre eſt *coram Dunozetto jun. dec. 52. & 53., utrobique n.2.*, & *in Colonien. Præcedentiæ* 18. *Aprilis* 1698. §. *Ex quibus, coram R.P.D. meo Muto.*

Relevantia conſtitit, ex quo articuli tendunt ad probandum, quod prædium in vocabulo *delle Lame*, ſuper quo Laurentius paſſus fuit evictionem à Varamontibus, uti vocatis ad fideicommiſſum quondam Alcidis; licèt ſub diverſo vocabulo *del Marino*, e *della Pigna*; quodque locus, in quo ſitum eſt prædium controverſum, promiſcuè nuncupatur *del Marino, della Pigna, e delle Lame*; adeo ut unica ſit contrata, tres habens denominationes.

Certum autem eſt, quod, facta hujuſmodi probatione, Laurentius immunis eſſet ad reddendum rationem valoris dicti prædii, ad quam fuit hucuſque condemnatus; & adhuc hodie compellitur: ac proindè, cùm
2 probatio conferre poſſet ad cauſæ victoriam; omnis æqui bonique ratio ſuadet, quod admittatur; ut, cæteris congeſtis, dictum fuit *in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ* 5. *Martii* 1698. §. *Idcircò, coram R.P.D. meo Anſaldo in Cracovien. matrimonii ſuper Remiſſorio* 27. *Aprilis* 1698. §. *primo coram b.m. Urſino*, præſertim quia ex depoſitionibus teſtium, ad perpetuam examinatorum, da-
3 tur fumus veritatis materiæ articulatæ; *Rota coram Bichio dec. 270. n.1. & 2., & in d. Colonien. præcedentiæ* 18. *Apr.* 1698. §. *Ex quibus in fine coram R.P.D. meo Muto, & in Nullius, ſeu Colonien. juriſdictionis ſuper remiſſoria* 11. *Decembris* 1697. §. *Eoque libentiùs coram R.P.D. de la Tremille.*

Quia verò, ſub clypeo remiſſoriæ, poſſet forſan Laurentius terminationem cauſæ in hac parte, protrahere; ac viceverſà, oblatas probationes, intra congruum tempus negligere: hinc ne indefinita iſtarum admiſſio
4 poſſet, ad libitum partis, expeditionem retardare: Domini addendam cenſuerunt præfatam clauſulam -- *cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ*, ſequentes ſtylum, de quo in *dec.138. n.6. p.14, & dec.145. n.10. p.19. rec., & in Corduben. Penſionum, ſuper remiſſoria, prima Iulii* 1697. §. *fin. coram me.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CAMBII SUPER EXPENSIS.

Ven. 23. *Januarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ judiciales ſine diminutione ſunt reficiendæ.*

2 *Extrajudiciales, quæ reſpiciunt honoraria Procuratoris, de ſtylo Rotæ taxantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*

DECISIO LXX.

GEminas ſententias, favore hæredum Pauli Antonii Campioni, latas in tribunali A. C., ac reſpectivè in noſtro auditorio coram bo. me. Emerix, ex novis juribus revocari obtinuerant Borani, in ulterioribus inſtantiis coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & R.P.D. meo Anſaldo; quorum judicatis à plena Signatura confirmatis, cum clauſula -- *ſine præjudicio rei judicatæ* --, taxatæ fuerunt expenſæ in ſcutis 445., ac pro illis ſubindè facta exequutio; à qua recurrentibus præfatis hæredibus ad eandem Signaturam, iſta, circumſcripta exequutione, commiſſionem admiſit ab exceſſiva taxatione; de qua cum hodie dubitaverim, an conſtet, *negativè* reſponſum fuit.

Quatenùs enim pertinet ad expenſas judi-
1 ciales; iſtæ abſque ulla diminutione ſunt reficiendæ; ex deductis *in Cæſentina expenſarum* 11. *Aprilis* 1698. §. *Siquidem, coram R. P. D. meo Pio, & in Tiraſonen. Prioratus, ſuper expenſis* 5. *Martii anni præteriti, co-*
2 *ram me.* Extrajudiciales verò, quæ reſpiciunt procuratoris honoraria, licèt de ſtilo noſtri tribunalis, taxari debuiſſent in ſcutis decem pro qualibet inſtantia; ut præ cæteris reſponſum fuit *in Giennen. juris mutandi ſuper expenſis* 10. *Decembris proximè præteriti* §. *Extrajudiciales, coram me.*: adhuc pro quatuor inſtantiis cum calculatæ fuerint in ſcutis 30.; idcòque, in præjudicium ipſorum de Boranis, majorem diminutionem non patiuntur.

Et ita, altera &c.

ROMANA LIQUIDATIONIS FRUCTUUM.

Ven. 30. *Januarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 59., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Materia non percutiens dubium propoſitum in Rota non examinatur.*

2 *Ad liquidandos fructus nulla adeſt melior probatio, quàm partis confeſſio, &* n.6.

3 *Calculus aritmeticus, plenam conſtituit probationem quantitatis debitæ.*

4 *Monitorii reproductio non ſufficit ad conſtituendum in mala fide, ad effectum reſtitutionis fructuum, ſed requiritur productio jurium.*

5 *Admiſſus ad cauſam facit omnia acta ſua, ac ſi in judicio ab initio ſtetiſſet.*

7 *Poſſeſſio arguit perceptionem fructuum in quantitate ſolita percipi.*

8 *Percipiens fructus, uſque ad finem perceptionis reſtituere tenetur.*

Digitized by Google

DECISIO LXXI.

FRuctus Agneti reſtituendos, in ſumma
ſcutorum 10682. 97., calculandos eſſe, re-
ſolutum fuit coram me, ſub die 4. Julii anni
præteriti. Cùmque conceſsâ novâ audientiâ,
peteret illa hodie quantitatis augmentum; & è
contra, Rei conventi receſſum à deciſis. Id-
circò Domini, exiſtimantes, probationes ab
actrice adductas ad augendum calculum,
plenariè non concludere; ac viceversâ fun-
damenta deciſionis nullatenùs everti: pro
nunc reſponderunt, *Standum eſſe in deciſis.*

Ad hunc autem effectum, extranea viſa
fuit quæſtio, à Liviæ defenſoribus promota:
an controverſi fructus ad Agnetem, tanquam
hæredem Caroli Ferrattini, ſpectarent; ſive
potiùs ad hæredes Joannis, ejuſdem Liviæ
authoris; tum, quia per tres ſententias bo.
me. Peutingerii, Ottaleræ, ac Bourlemont,
declaratum fuit, nullum jus præfato Joanni
competere ſuper fideicommiſſis Joannis Po-
diani ſenioris: & Cardinalis Bartholomæi
de Ferrattinis; *ſum. Agnetis, dato in præ-
terita propoſitione n.4. 5. & 6.* Tum, quia
originale dubium, coram me diſputatum,
1 quærit ſolùm: Ad quam ſummam ſint liqui-
dandi fructus: itaut, vel illorum pertinen-
tiam ad Agnetem ſupponat; vel ſaltem ne-
queat in præſenti examinari.

Quo præmiſſo, iterum deveniendo ad
calculum, Domini cenſuerunt à menſe No-
vembris 1644., quo fuit mota lis, uſque ad
2 menſem Julium 1648., quantitatem melius
probari non poſſe, quàm ex confeſſione ip-
ſiuſmet Liviæ; quæ tunc temporis, conven-
ta per creditores fratrum de Ferrattinis ad
reddendam rationem de penſionibus, ab
anno 1638., exactis, in nota judicialiter ex-
hibita, ſe debitricem conſtituit in ſcut. 3495.
& ſic in annuis ſcutis 347. 50., ex quibus,
ſpatio trium annorum, & octo menſium,
conflatur ſumma ſcutorum 1274.; juxta cal-
3 culum aritmeticum, qui plenam conſtituit
probationem; ex deductis *in Fulginaten.
appaltus Furni 27. Iunii anni præteriti §.
Sanè, coram me.*

Nec ſubſiſtit, quod reſtitutio fructuum,
nequeat initium ſumere ab anno 1644.; ex
4 quo ſola monitorii reproductio ſatis non ſit
ad inducandam malam fidem; ſed etiam ju-
rium reproductio copulativè requiratur. Si-
quidem, ex datis *in ſum. Agnetis replica-
tionis n. 1.*, conſtitit, teſtamentum Joannis
Podiani de Ferrattinis, fuiſſe contra Liviam,
uſque de dicto anno 1644. coram A.C. Ca-
balletto, in prima inſtantia productum. Et
licèt cauſa cum Carolo, tunc temporis, non
agitaretur: attamen, cùm ipſe fuerit ſucceſ-
5 ſivè ad illam admiſſus, ex eodem jure fidei-
commiſſi, feciſſe dicitur omnia acta ſua, per-
indè ac ſi ab initio, pro reſtitutione bonorum
inſtetiſset, *Rota coram Priolo dec. 111. n. 1.
cum ſeqq. & per tot.*

Ab anno verò 1648., uſque ad 1652., pari
modo ſubſiſtens apparuit calculus in ſcutis
1370. ductus ex confeſſione Liviæ, ac Joan-
nis Baptiſtæ illius filii, relata in peritia Mau-
ritii Giribaldi; prout etiam ab eodem anno
1652., uſque ad 1667., quantitas penſionum,
in ſumma ſcutorum 5212. 50., reſultat ex
6 confeſſione, in inſtrumento tranſactionis ini-
tæ dicto anno 1667., emiſsa: itaut, uſque
ad hoc tempus, major dari non poſſit pro-
batio; vulgata *l. Cum te C. de Tranſact.*, *Ro-
ta coram Coccino dec. 1101. n.3., dec. 1724.
n.2., in rec. dec. 675. n.2 p.18.*

Exindè autem uſque ad annum 1678., quo
fuit per Liviam, & Joannem Baptiſtam di-
miſsa poſseſſio, licèt certa non adducatur
quantitatis probatio; adhuc ſuppoſitâ poſ-
ſeſſione, viſum fuit, procedi poſse cum ſimi-
7 li calculo annuorum ſcutorum 347. 50., quot
conſtat præcedentibus annis fuiſse percepta;
ut præter allegatos *in deciſ. quæ confirmatur
§. Reſiduum*, probat *Pacionus de Locat. cap.
27. n.107. & ſeqq.*, *Balduc. ad Ramon. conſ.
50. n.63. & 64. tom. 1*, & firmavit *Rota co-
ram Cavalerio dec. 17. n. 1., & in rec. dec.
718. n.2. & 2. p.4. tom.3., & in Ferrarien.
fideicommiſſi 4. Iulii 1681. §. fin., coram bo.
me. Albergato.*

Quin, ad evitandam penſionum reſtitu-
tionem, ab anno 1667., ſuffragaretur reſpon-
ſio, quod Livia, unà cum Joanne Baptiſta,
mediante concordia, eodem anno favore
Joannis de Ferrattinis, controverſa bona
dimiſerit. Siquidem tranſactio effectivam
bonorum dimiſſionem non præſefert: ſed
tantùm illius promiſſionem, poſt plurium con-
ditionum implementum, exequutioni de-
mandandam; *ſumm. præteritæ propoſitionis
8 n. 14.* Cumque, ob illas non purificatas, pro-
miſſio effectum ſortita non fuerit: ſed Livia
bonorum poſseſſionem, uſque ad præfatum
annum 1678., occupaverit; juri conſonum
eſt, quod penſiones, uſque ad hoc tempus
perceptas reſtituat.

Et ita, in reliquis approbando præceden-
tem deciſionem, reſponſum fuit; utraque
&c.

ROMANA REINTEGRATIONIS PRIMOGENITURÆ.

Mercurii 4. Februarii 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 42., quæ confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus ſi habeat facultatem alienandi bona primogenituræ, ad effectum inveſtiendi; ſecuta alienatione, & inveſtimento, iſtud ad fideicommiſſi commodum, miniſterio legis, refertur, niſi copulativè conſtiterit, ementem voluiſſe pro ſe liberè, & ex propriis pecuniis coemere*, & num. 7. in fin.

2 *Præſumpta voluntas inveſtiendi ad commodum primogenituræ reſultat ex ipſo adimplemento demandati inveſtimenti.*

3 *Et*

Digitized by Google

3 *Et apparet explicitè ex clauſula* -- quorum intereſt -- *in inſtrumento appoſita*.
4 *Amplia, & ſi primogenitus ſtipulatus fuerit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus*.
5 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*.
6 *Declaratio contractus longè poſt emiſſa à procuratore, retrotrahitur ad diem ſtipulationis*.
7 *Approbatio geſtorum à procuratore cum actibus confirmatoriis principalis, æquiparatur mandato*.
8 *Portitæ illegitimè extractæ ex libro, cujus original non exhibetur, fidem non merentur*.
9 *Solutio facta præſumitur ex pecuniis, quæ probantur extitiſſe. Et ſi extent pecuniæ fideicommiſſi, & primogeniti gravati onere inveſtimenti, illud ex fideicommiſſariis factum præſumitur*.
10 *Actus qui fieri poteſt ex duplici cauſa refertur ad neceſſariam*.
11 *Et tale inveſtimentum primogenituræ acquiritur, abſque ulla declaratione acquirentis, rejectis clauſulis contrariis*.
12 *Inveſtimentum, ab obligato factum, cedit favore primogenituræ: etiam ſi illius pretium ſolum pro majori parte erogetur ex pecuniis primogenialibus*.
13 *Et inveſtiens ſolum poteſt repetere reſiduum de proprio impenſum*.
14 *Inveſtimentum præſumitur factum à primogenito cum pretio bonorum primogenituræ, quæ, pendente dilatione data ad ſolvendum, diſtracta fuerunt*.
15 *Inveſtimentum ad ratam pretii bonorum primogenituræ alienatorum, pro illo erogati, in eorum locum ſubrogatur*.
16 *Confeſſionem propriam, & auctoris ſui, nemini licet impugnare*.
17 *Inveſtimentum à teſtatore ordinatum, cenſeri debet ejuſdem voluntati conforme*.
18 *Fructus animalium, quæ retinentur non tanquam inſtrumenta fundi, ſed cauſa mercimonii, diſtinctè à fundo conſiderantur*.
19 *Neque valorem fundi augent*.
20 *Augumentum in fructibus cedit commodo primogenituræ, cujus favore fuit acquiſitum inveſtimentum*.
21 *Damnum primogenituræ refici debet cum bonis illius, qui illud intulit*.
22 *Hæres auctoris factum impugnare nequit*.
23 *Limita, vel quando defunctus aliquid nulliter geſſit contra teſtatoris præceptum*.
24 *Vel quando factum defuncti tendit ad irrogandum damnum hæredi, & in illius fraudem*.
25 *Sacra Rota diſputare non ſolet, quæ propoſitam dubium non concernunt*.
26 *Sententiæ vires non examinantur à Rota, cui appellationis cauſa minimè commiſſa reperitur*.

DECISIO LXXII.

AMplectentes Domini, fundamenta deciſionis editæ coràm me 13. Junii anni præteriti, denuò exiſtimarunt, ſubrogationem Caſtri Turritæ, à Marcello factam, loco bonorum omnium ad primogenituram Hieronymi patrui pertinentium, nullo pacto ſuſtineri poſſe, ultrà ſummam ſc. 34753., nempe ſcut. 30. mil. prò quibus dictum Caſtrum fuerat acquiſitum, & aliorum ſcut. 4753. prò additamentis, melioramentis, aliiſque ipſimet Caſtro annexis, per Marcellum ſucceſſivè coemptis: atque ideò reſponderunt, ſtandum eſſe *in deciſis*.

Suppoſito enim quod Marcellus, gravatus reperiretur ad reſtituenda bona primogenialia; ſolumque illorum alienatio permiſſa foret, ad effectum, eorum pretium in aliis ſtabilibus inveſtiendi; ut præſefert littera teſtamenti, *ſumm. præteritæ propoſitionis*
1 *num* 2.: utique ſequuta bonorum diſtractione, ac ſucceſſivè factis inveſtimentis, iſta, ex juris præſumptione, ac miniſterio legis, ob præambulum teſtatoris præceptum, ad primogenituræ commodum referri debent; niſi apertè, & copulativè conſtiterit, quòd Marcellus voluerit Caſtrum prò ſe liberè comparare; quodque illius pretium, ex pecuniis ad ſe liberè ſpectantibus, exſolverit; ut plenè, materiâ diſcuſsâ, probat *Cardinalis de Luca de fideicom. diſc.* 177. *num.* 4. *cum pluribus ſeqq.*, & *ſignanter n.* 9. & 11.

Neutrum ex his in præſenti verificabatur: non quidem primum voluntatis: quia ex ipſo quod Marcellus tenebatur pretium retrahendum ex venditione bonorum primogenialium, quamprimùm, ſi occaſio præbuiſſet, inveſtire in tot bonis ſtabilibus, etiam feudalibus; quæ deberent eidem primogenituræ ſubjacere; ut ſunt verba teſtamenti *dicto ſumm. n.* 2. præſumptio eſt, quòd ille, per emptionem Caſtri, voluerit obligationi, ſibi per teſtatorem injunctæ, ſatisfacere; &
2 ſic ab initio emere pro primogenitura; *L'Imperator §. fin.*, & *duabus ll. ſeqq. ff. de Legat.* 2., *Cravetta conſ.* 295. *num.* 4., *Soccinus ſen. conſ.* 249. *num.* 27. *lib.* 2., *Soccinus Jun. conſ.* 90. *num.* 3., *Mantica de Coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 22., & *ſeqq.*, *Menochius de Præſumpt præſ.* 46. *num.* 8., *Molin. de Primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 34., *Surdus dec.* 15. *per tot.*, *optimè Peregrinus in dec. Patavin* 2. *ſub n.* 9. *poſt med. verſ. Aut verò non conſtat*, & *ſub num.* 10. *verſ. Alius caſus eſt*, pene *Joſeph. de Roſ. conſult.* 32. *num.* 4.; aliiſque relatis, probat deciſio, quæ confirmatur §. *Reſolutionis ratio*.

Hæc autem voluntas, ex Juris diſpoſitione præſumpta, certior fit, ponderando, quòd, licèt emptio Caſtri ſtipulata fuerit à Marcello pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque: nihilominus immediatè appoſita fuerunt alia verba -- *Et prò omnibus aliis, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum* -- quæ cum congruè magis

magis referri non poſſit ad alios, quam ad
3 primogenitos; quorum intererat Caſtrum
acquiri primogenituræ: perneceſſe ad illorum beneficium apposita dicuntur; ut proſequitur eadem deciſio §. *Fortiùs attentis*: & ſtipulatio pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, juxta ſubjectam materiam, referri
4 debet ad hæredes ſanguinis; & ſic reſtringi ad primogenitos; *Rota in Romana donationis ſeu primogenituræ de Aldobrandinis, 10. Junii 1697. §. Idque potiſſimum, coram bo. me. Urſino.*

Quod autem ſubſequuta demonſtravit obſervantia, ducta ex actibus nedum tacitis, ſed etiam expreſſis; tacitis dum Marcellus anno 1699., & ſic triennio ante generalem ſubrogationem, à ſe ineptè factam de anno 1597., acquirendo prædium, dicto caſtro annexum, tradidit loco pretii novem loca montium primogenialia; itaut idem prædium fuerit, citra dubium, primogenituræ acquiſitum. Quamobrem, ſi Marcellus voluit acceſſòrium eſſe primogeniale; multò magis cenſetur hanc qualitatem, in principa-
5 pali, ſcilicet Caſtro, conſideraſſe: ne aliàs acceſſorium diverſam ſortiretur naturam à principali; contra regulam *text. in cap. Acceſſòrium de Regul. jur. in 6.*, de qua *Altolinus reſ. 35. n. 39.*, *Rota dec. 680. n. 22. p. 4. tom. 3.*, *& dec. 39. n. 8. p. 16. recent.*

Expreſſis: dum ſucceſſivè, mediante procuratore, faſſus fuit, caſtrum uſque ab initio, pro vocatis ad primogenituram Hieronymi, & ex iſtius pecuniis fuiſse acquiſitum. Hæc autem confeſſio retrotrahitur uſque ad diem ſtipulatæ illius emptionis; perinde ac ſi eo tempore, favore vocatorum ad primo-
6 genituram expreſſa facta fuiſset acquiſitio; *per text. in l. hæredes palam §. Si quid poſt ff. de teſtam. Gabriel. comm. concl. tit. de Regul. jur. concl. 3. n. 9.*, *Coſt. de retrotract. cap. 8. caſ. 13. n. 1. fol. 403. p. 2.*, *Surdus dec. 29. n. 4. & 8.*

Nec hujuſmodi confeſſionis efficacia elidebatur ex repetita exceptione, quod non conſtet de ſpeciali mandato confitentis. Cùm enim ipſe Marcellus, vigore ſubrogationis à procuratore cum præfata enunciativa, ſeu confeſſione, inſinuatæ, ſolùm Caſtrum Turritæ uti primogeniale reputaverit; cætera verò bona ſibi liberè adſcripſerit; ac
7 de illis poſtea diſpoſuerit: indè oritur approbatio geſtorum à procuratore; quæ mandato æquiparatur; *Gratianus diſcept. for. cap. 388. n. 8. & 9.*, *Rota coram Coccino dec. 1709. n. 4.*, & comprobat *dec. quæ confirmatur §. Poſito igitur.*

Excluſâ voluntate Marcelli, acquirendi Caſtrum pro ſe ipſo, deficit etiam ſecundum extremum, quod ſcilicet illius pretium ex pecuniis propriis, & liberis dicti Marcelli, fuerit integrè ſatisfactum: cujus extremi probationem, tanquam neceſſariam agnoſcentes, licèt nuper aſſumpſerint ſororea de Melchioris, adhuc tamen inutiliter impleverunt. Partitæ namque, ad hunc effectum adductæ, quæque ex libris nuncupatis, *Rincontro della Caſſa del Cenſi*, *Zanchini*, *& Doni*, ſupponuntur extractæ, vel nullam prorsùs fidem apud Dominos mereri po-
8 terant, ob non exhibitum librum originalem; nec legitimè ſequutam illarum extractionem; ut notat *Gaitus de Credit. cap. 3. tit. 1. n. 927.*, & dixit *Rota coram Dunozetto jun. dec. 350. n. 50.*, *in rec. dec. 252. n. 8. & 9. p. 18.*: vel ſi quæ probatio exindè oriebatur, hæc potiùs eiſdem ſororibus adverſari viſa fuit: dum è conſpectu partitarum continentium creditum menſæ nummulariæ pro cedulis bancariis, favore Marcelli confectis, poſitæ leguntur partitæ debiti, conflati ex retrovenditione duorum cenſuum primogenialium, & ex pretio ſimilium bonorum, quæ idem Marcellus, pro indiviſo cum Hieronymo fideicommittente, in Provincia Marchiæ poſſidebat; & quorum alienatio ſequuta fuit in vim ſpecialis mandati, ab ipſo Marcello exarati, tam nomine proprio, quàm uti primogenito Hieronymi; *ſumm. hodiernæ reſp. Marchionis Philippi. n. 5.*

Omnis autem præſumptio ſuadet, quod ſolutiones pro Caſtro Turritæ, factæ fuerint à mercatoribus ex pecuniis cenſualibus primogenituræ, quas penès eorum menſam nummulariam conſtat extitiſſe; non autem ex pecuniis propriis Marcelli, quorum exiſtentia penès dictos mercatores non probatur. Quinimò, datâ etiam exiſtentiâ pecuniarum fideicommiſſi & hæredis, adhuc, quotieſcumque hæres onere inveſtiendi gra-
9 vatus reperitur, eo caſu jus noſtrum præſumit, inveſtimentum ex pecuniis fideicommiſsariis factum fuiſse; ut in puncto notat *Surdus dec. 15. n. 12.*, rationem reddens,
10 quod, ubi actus duplici ex cauſa fieri poteſt, referri debet ad cauſam neceſſariam; & *n. 13.*, *Fuſarius de ſubſtitut. q. 627. n. 24.*, *Andreolus controv. 182. n. 21.* & optimè *Rota in Pedemontana, ſeu Albanen. bonorum 9. Decembris 1686. §. Siquidem, coram bo. me. Urſino*: idemque inveſtimentum fideicommiſſo acquiritur, nedum abſque aliqua declaratione acquirentis, ſed, rejectis etiam
11 clauſulis, contrarium præſeferentibus; ut diſtinguendo caſus, reſpondit *Rota coram Coccino dec. 33. n. 20.*, *in rec. dec. 46. n. 14. & ſeqq.*, *dec. 308. n. 1. uſque ad 8. p. 11.*, *dec. 42. n. 2. & ſeqq. p. 16.*, & *in Anconitana dotis, 24. Ianuarii 1691. §. Sub hoc ipſo, coram bo. me. Emerix, confirmata 11. Decembris 1693. coram eodem.*

Quin urgeat repetitum objectum, quod tempore acquiſitionis dicti Caſtri, tot pecuniæ non extarent hæreditariæ Hieronymi, quæ illius integrum pretium æquarent: ac proindè primogenituræ ab illo inſtitutæ, Caſtrum acquiri non potuerit. Duplex namque occurrit reſponſio; altera, quod cùm major pretii pars ad primogenituram pertineret,
12 ſatis hoc erat, ut emptio ad illius commodum facta diceretur; juxta theoricam *Speculatoris de leg. §. 6. verſ. Quod ſi cauſa, & Felin.*

Digitized by Google

lin.in Proœm.decretal. verb.Gregorius Epiſcopus in princip.

Solumque poterat reſidualis ſumma, per hæredem de proprio ſoluta recuperari; ex
13 firmatis per *Rotam dec. 182. num. primo part.1.rec.*; Altera, quod cum ad ſolvendum pretium dicti Caſtri, data foret dilatio per annum; & quouſque per venditores adimplereutur conditiones, in inſtrumento venditionis appoſitæ; idemque Marcellus, pendentibus tam dicta dilatione, quam conditionum implemento, alia bona primogenialia diſtraxerit, nullo facto inveſtimento: pernecelle ſubſequutæ ſolutiones, in cauſam
14 Caſtri, factæ cenſentur ex pretio bonorum, pendente dilatione, alienatorum; ut in deciſione, quæ confirmatur § *Nec relevat*.

Poſitâ ex præmiſſis tacitâ ſubrogatione Caſtri, miniſterio legis, inducta in locum bonorum alienatorum, ſuperflua foret quæcunque alia diſputatio: & tamen, illâ etiam ſepoſitâ, non minùs valida inſurgit ſubrogatio expreſſa, quam fecit de dicto Caſtro
15 Marcellus: eaque accipienda non eſt prò omnibus, & ſingulis bonis primogenialibus aſcendentibus ad ſcut 90. mil.; ſed ſolum ad ratam pretii, quod in illius acquiſitione, conſtat erogatum fuiſſe; ita ſegregando conditionem à jure improbatam, ab actu alioquin de jure permiſſo; ut in ſimilibus terminis, articulo latè diſcuſſo, firmavit *Rota in Romana ſuppoſitionis de Lantibus* 21. *Junii* 1697.§ *Et cum hoc moderamine, coràm bo. me. Urſino*: cum qua pertranſiit *præcedens hujus cauſæ deciſio* §.*Poſito igitur*.

Et hanc interpretationem, nedùm Hieronymus junior, earundem ſororum de Melchioris pater: ſed etiam ipſæmet ſorores juri conſonam agnoverunt; Hieronymus inquam: dum in alia cauſa coram R.P.D. meo Caprera, dum eſſet A.C. Locumtenens, vertente, facto judiciali calculo, valorem Caſtri Turritæ, non comprehenſis additamentis, deſcripſit ſolum in ſcutis 30. mil.; *ſum. præterito Marchionis Philippi n.*12 ipſæmet etiam ſorores: dùm, electo à me anno 1695. (quo ſimili munere Locumtenentis A.C. fungebar) perito, ad effectum firmandi ſtatum hæreditarium Hieronymi teſtatoris; conſrontandi alienationes factas per Marcellum, ac inſuper diſtinguendi quid, & quantum fuerit alienatum, & quid, & quantum reintegratum: illæ coram eodem perito, probandum aſſumpſerunt verum, & intrinſecum dicti Caſtri valorem; quem fortè majorem, utebant; ſed computatis quibuſcunque additamentis, poſt Caſtri acquiſitionem, coemptis; nempe ab anno 1585. uſque ad 1605., quo Marcellus obiit; quinimò, calculatis etiam intra Caſtri valorem, duabus plantis olivarum; aliiſque tenuiſſimis expenſarum partitis; ut in *Sum. ſororum præterita propoſitionis num.*3., & *Marchionis Philippi num.*2. ſuperius omnia declaravit aſcendere ad præfata ſcuta 34753. Si enim prædictæ ſorores validiſſimam crediſſent generalem, & indefinitam Caſtri ſubrogationem, à Marcello factam, prò quibuſcunque bonis primogenialibus alienatis, ac in futurum alienandi, utique probandum non aſſumpſiſſent ejuſdem Caſtri valorem: ſed genericam ſubrogationem oppoſuiſſent. At, poſtquam hujuſmodi probatione, ab ipſis aſſumpta, & mediante perito compilata, certò conſtat, bona primogenialia, longè ſuperare valorem Caſtri, ab ipſo eorum loco ſubrogati, non eſt cur ipſæ hodiè, propriam, & actoria confeſſionem impugnando, con-
16 tendant, Caſtrum indiſtinctè prò omnibus bonis ad Primogenituram pertinentibus, eſſe conſiderandum; benè *Rota in Camerinen. Bonorum* 10. *Martii* 1692 §. *Hanc diſponentis voluntatem, coràm R.P.D.meo Caprara*: ſed potiùs, ad evitandam everſionem primogenituræ, tanto ſtudio per teſtatorem ordinatæ, inveſtimentum, ex illius præcepto factum, cenſeri debet eidem præcepto con-
17 forme; ut dixit *Rota in Recanaten. Fideicommiſſi* 3. *Januarii* 1695. §. *Neque obſtat, coràm R.P.D. meo Priolo*.

Atque hinc extranea prorſus videbantur ratiocinia, & argumenta quæcunque, ad probandum, quod fructus Caſtri, bonorumque illi annexorum correſponderent capitali bonorum primogenialium in ſumma ſc.90. mil. Ultrà quod enim omnes probationes ad hoc adductæ ſunt informes: adhùc datâ illarum legalitate, nil prorſus concluderent; dum ſuppoſiti fructus non procedebant ex intrinſeco bonorum valore: ſed ex quo in illis ars agraria exercebatur; ac in territorio ejuſdem Caſtri retinebantur plura cujuſcunque generis animalia; non tanquam inſtrumenta fundi, ſed causâ mercimonii: quorum proinde fructus, tanquam à feudo diſtincti, &
18 independentes debent conſiderari; optimè *gloſ.in l.Inſtrumenta fundi in figuratione caſus verſ. Sed nunquid*, ibi -- *Sed numquid in dicto legato continetur grex ovium, qui erat in dicto fundo. Et diſtinguitur, utrum comparaveram gregem, ut ex eo fructus caperetur; & tunc non continetur in dicto legato, -- ff. de fundo inſtructo*: & per conſequens, ejuſdem Caſtri valorem augere non
19 poſſunt; ut probat *præterita deciſio* §.*Ejuſdem naturæ*.

Quinimò, ſuppoſito etiam, quod fructus feudi, poſt illius acquiſitionem excreverint; taleque augumentum, ex bonis poſteà, prò ſumma ſcutorum 4753, acquiſitis provenerit: dùm hæc quoque ſumma, una cum valore dicti Caſtri calculatur; nil ultrà ſupereſt addendum; & augumentum in fructibus, ceſſit commodo primogenituræ; cujus favore
20 Caſtrum, uſque ab initio, fuit acquiſitum; ut probat *eadem deciſio* §.*Atque hinc*, & præter ibi allegatos, *Rota coram Carillo dec.*148. *num.*5. *cum ſeqq.*

Et ſanè, quod fructus, in ſummâ per ſorores ſuppoſitâ, non provenerint, ex natura Caſtri, ac bonorum illi annexorum; ſed ab induſtria hæredum gravatorum, de-

Digitized by Google

monſtravit experientia : diu , tempore quo
adminiſtravit Franciſcus Maria , & ſpatio
30. annorum , quibus eadem poſſedit Hie-
ronymus Jun. , fructus illorum non exceſſe-
runt annua ſcuta 500. ; *ut in Sum. Marchio-
nis Philippi præteritæ propoſitionis num.*16. ,
*& hodiernæ repropoſitionis num.*4.

Firmato ex prædicto quod ſubrogatio
Caſtri ſuſtineri ſolum poſſit prò rata ſc.34753;
ſequitur perneceſſe, quod Marcellus teneatur
erga primogenituram , ad reintegrationem
in reſiduali prætio bonorum , ab illa , ne-
dum à ſe ipſo ; ſed etiam ab ejus filiis diſtra-
ctorum . Cum enim omnes alienationes ori-
ginem duxerint ex facto ipſius Marcelli; qui
poſt ſubrogatum genericè Caſtrum , prò om-
nibus bonis primogenialibus alienatis , ac in
futurum alienandis , de illis , tanquam libe-
ris , & ad ſe ſpectantibus , favore filiorum
diſpoſuit : eum proinde , fas eſt , ad univer-
ſalis damni emendationem teneri ; ut in ſpe-
21 cie probat *Cyriacus controv.* 165 *num.*7.,
*& controv.*184. *num.*1. , *&* 2. & firmat *de-
ciſio quæ revidetur* §.*final.*

Nec hujuſmodi obligatio evitari poterat
ex reſponſione , quod Marchio Philippus ,
22 tanquam hæres Marcelli , nequeat illius
23 factum impugnare . Quippè , cum præſata
Caſtri ſubrogatio in ſumma exceſſiva , nimis
apertè repugnet præcepto teſtatoris ; qui
ex pretio bonorum alienandorum fieri vo-
luit acquiſitiones primogenituræ proficuas :
conſequens eſt , quod Philippus , tametſi hæ-
res alienantis, poſſit illius facto contravenire;
*Cancerius Var.reſol.part.*3 *cap.*2. *num* 176.,
*Joſeph de Roſis conſult.*23.*num.*90.,*Modern.
Rub.de confuſ.*, *& diſtin. jur.defunct.cap.*13.
*num.*4. , *Rota coram Priolo dec.*222. *num.*16.
24 Potiſſimè quia eadem ſubrogatio , à Mar-
cello facta dignoſcitur, ad irrogandum præ-
judicium Philippo in primogenitura ſucceſ-
ſuro ; ne ſcilicet ille omnia bona , ad ipſum,
uti primogenitum deferenda, conſequeretur;
quo caſu , hæredi licitum eſt , defuncti fa-
ctum impugnare ; ut in puncto probat *Me-
nochius conſ.*89. *num.*18, *Surd. dec.*11. *n.*14.
*Sperellus dec.*170. *num* 26.

Hæc quoad Sorores de Melchioris .

Quia verò in hodierna propoſitione ,
comparuit etiam Marchio Sanctacrucius ,
qui, tanquam unus ex creditoribus hæredum
gravatorum , fuit in hoc judicio citatus ; &
allegabat , palatium in regione S.Euſtacchii
poſitum , vigore Brevis ſa. me. Alex. VIII.
fuiſſe à primogenitura ſeparatum ; nec pro-
indè ſuper illo actionem exerceri poſſe ; id
circo Domini , agnoſcentes hujuſmodi diſ-
putationem eſſe prorſus alienam à propoſito
dubio , -- *An , & pro qua rata ſuſtineatur
ſubrogatio Caſtri Turritæ , ſub primogeni-
tura ; itaut ſit danda reintegratio* -- cenſue-
25 runt , illam particulari judicio reſervan-
dam : Tantò magis , quia ſcribentes prò
Philippo , ſupponebant fuiſſe alias , non ob-
ſtante dicto Brevi à Congregatione Baro-
num , per ſententiam , in judicatum tran-
ſactam , declaratum : quod eidem Marchio-
ni Sanctacrucio , aliiſque creditoribus nul-
lum jus ſuperdicto palatio competeret : &
reſpective conceſſam eidem Marchioni Phi-
lippo de Melchioris , tam ſuper Caſtro ,
quam ſuper omnibus aliis bonis primogenia-
libus , manutentionem : atque ideo ejuſdem
ſententiæ vires examinari non poſſe ab hoc
26 ſacro Auditorio ; cui appellationis cauſa ,
minimè commiſſa reperitur .

Et ità , Partibus acerrimè informantibus,
reſponſum fuit &c.

GERUNDEN. PAROCHIALIS , SEU RECTORIÆ DE VILOBI.

Ven. 6. Februarii 1699.

ARGUMENTUM.

Beneficiorum unio quomodo probanda ſit , in hac deciſione docemur . Hæc deciſio confirmatur infra deciſ. 118.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata inducitur per tres conformes validas , & juſtas ſententias .*
2 *Nec tunc eſt locus reſtitutioni in integrum .*
3 *Validitas patet ex actis .*
4 *Unio beneficii non deſumitur ex ſcriptura informi .*
5 *Scriptura privata non archiviata , nec teſtibus , & rogitu notarii munita , fidem non meretur .*
6 *Unio probatur , vel inſtrumento publico , vel immemorabili , aut quadragenaria cum titulo .*
7 *Obſervantia ſtatus collativi , unionem beneficii excludit .*
8 *Vel ſaltem contra unionem , utpotè odioſum, ſit præſumendum .*
9 *Dubium in Rota debet eſſe ſuper confirmatione ſententiarum , quotiès ſignatura reſcripſit* -- ſine præjudicio trium conformium --
10 *Contrarium eſt approbatum à Rota .*
11 *Maximè, quando citatus de dubii in congruitate coram Ponente nihil oppoſuit .*

DECISIO LXXIII.

Litteras Apoſtolicas ſuper proviſione paro-
chialis Eccleſiæ , ſeu Rectoriæ loci de
Vilobi , quas Petrus , uti ab Ordinario
præelectus , in concurſu reportaverat , exe-
quendas eſſe , triplici judicato S. Rota reſ-
pondit ; primo nempè coram R. P. D. meo
Pio ; ſecundo coram R. P. D. meo Caprara ;
ac tertio demum coram R. P. D. meo Anſaldo.
Cumque ad provocationem Franciſci appel-
lationis cauſa mihi delegata fuerit : dubitavi
hodie -- *an conſtaret de re judicata* . Et *affir-
mativam* habui reſolutionem .

Cùm enim tres emanaverint rotales ſen-
tentiæ, nedum inter ſe conformes, ſed etiam
validæ , ac juſtæ ; utique res judicata in-
ducata fuit ; nec locus erat petitæ in in-
1 tegrum reſtitutioni ; ad *text. in cap.primo
de*

Digitized by Google

de Reſtit. in integrum, *Rota dec.* 698. *n.* 2. *part.*18. *rec.*, & *in Turritana fideicommiſſi* 9. *Apr lis* 1696. *in princip. coram R. P. D. meo Caprara*.

Sicut autem validitas patebat ex actorum
2 reſolutione; juxta vulgatam *deciſionem Caputaquen.*262. *part.*2.: ità juſtitia deſumebatur, ex quo Petrus, de Parochialis vacatione, ac præterea idoneitate, quoſcunque alios in concurſu præcellenti, docuerit, ex ordinarii teſtimonio; valorem verò narratum, ex fidibus, Officialibus Datariæ comprobaverit; adeout ejus litteræ, tanquam omni neceſſaria juſtificatione munitæ, meritò fuerint exequutioni demandatæ; ad
3 notiſſimum *textum in cap. Si Capitulo de conceſſ. Præbend*, cum aliis *in Tuden. Beneficii* 6. *Februarii* 1693. §. *Conſtare namque*, *coram R. P D. meo Priolo*.

Quin ad illam retardandam, urgeat ſuppoſitum, quod controverſa Parochialis, utpotè Archidiaconatui Sylven. unita, non in concurſu, ſed ad ſimplicem Archidiaconi nominationem, eſſet providenda. Siquidem aſſertæ unionis probatio deſumi non poterat
4 ex informi ſcriptura, quæ anno 1264. per Epiſcopum, ac nonnullos de Capitulo Gerunden., ſubſcripta contendebatur. Illa enim rogitu notarii, ac teſtibus
5 deſtituta, in archivio, ſeu actis Curiæ Epiſcopalis non exhibita, nec regiſtrata, ſed penès Archidiaconum, tanquam privata ſcriptura reperitur; ideoque fidem mereri non potuit; ut, in ſpecie, dixit *Rota dec.*452. *num.*1. *part.* 10. *rec.* Cum tamen ad probationem unionis, vel publicum inſtrumentum, vel immemorabilis, aut quadragenaria cum
6 titulo requiratur; ut, præter adductos in poſtrema *deciſione R. P. D. mei Anſaldi* 6. *Junii* 1698. §. *Attamen*, reſpondit *Rota in Gerunden. Sacriſtiæ* 28. *Junii* 1694. §. *Quia prodeſſe*, *coram R. P. D. meo Pio*, & *in Illerden. Unionis* 27. *Junii* 1696. §. *Illa ſiquidem*, *coràm bon. mem. Urſino*.

Fortiùs quia, ex datis in *Summario Petri à num.*15. *ad* 20. conſtitit, controverſam Parochialem, in quocunque caſu vacationis, fuiſſe, mediante concurſu, proviſam; nullâ penitus habita ratione Archidiaconi, ad cujus ſimplicem nominationem, (ſuppoſitâ unione) conferri debuiſſet. Hæc autem obſervantia ſtatus collativi, tanquam unioni
7 directè repugnans, vel illam prorsùs excludit; ut, cæteris relatis, probat *Rota in dicta Gerunden. Sacriſtiæ* §. *Quinimò*, *corám R. P. D. meo Pio*, & *in Gerunden. Parochialis* 4. *Julii* 1696. §. *Non obſtat*, *in fin. coram bo. me. Emerix*: vel ſaltem adeo
8 dubiam reddit unionem; ut contra illam, tanquam odioſam, & divinique cultus diminutivam, ſit præſumendum; *Rota in Colonien. Parochialis* 25. *Junii* 1696. §. *Neque ex proceſſu cor. bo. me. Emerix*, & *in dicta Illerden. Unionis* 27. *ejuſdem menſis*, & *anni* §. *Illa ſiquidem*, *coram bon. mem. Urſino*.

Comprobatâ ex præmiſſis, aliiſque latiùs deductis in poſtrema deciſione cor. R. P. D. meo Anſaldo, juſtitiâ rotalium ſententiarum, ineſſicax viſa fuit unica oppoſitio ſcribentis pro Franciſco, quod ſcilicèt, ſtante reſcripto Signaturæ, cum clauſula *ſine præjudicio trium conformium*; dubium ſuper confirmatione ſententiarum; non autem ſuper re
9 judicata, foret diſputandum. Stylus quippe, propoſito dubio conformis, jampridem fue-
10 rat authoritate S. Rotæ roboratus in cauſa Nullius Provinciæ Tarraconen. Juriſdictionis, coram R. P. D. meo Caprara; in qua, poſt ſimile reſcriptum Signaturæ, propoſito ſub die 9. Aprilis 1696. dubio ſuper confirmatione ſententiarum, reſponſum fuit *dilata*, & *reformetur dubium juxta ſtylum*, *an conſtet de re judicata*, *vel potiùs de cauſis*: quod ſucceſſivè diſputatum, ac reſolutum fuit ſub die 4. Julii ejuſdem anni, atque ità pluries in aliis fuerat ſervatum; Quocircà Franciſci defenſor perperam hodie tale dubium de incongruitate redarguebat; quando
11 etiam citatus coram me, ad concordandum, quidquam opponere neglexerat.

Et ità, Petro dumtaxat ſuper meritis informante, reſponſum fuit &c.

CALAGURITANA QUARTI BENEFICII.

Lunæ 16. *Februarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Beneficia Calaguritanæ Diæceſis dantur majoribus qualitatibus decorato, qui quamvis rejectus ab Examinatoribus Synodalibus, in examine à Rota poſtea repertus injuſtè reprobatus admittitur. Hæc Deciſio eſt revocatoria ſuperioris deciſionis 24.: & habetur in hac cauſa infra deciſ. 150.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Rota, mediante appellatione, in locum Ordinarii ſubrogatur.*
2 *Beneficia digniori, & majoribus qualitatibus decorato à Rota conferuntur.*
3 *Qualitate Baccalaureatus in Philoſophia, & Theologia decoratus, obtinet prælationem ad beneficium in concurſu alterius illa carentis.*
4 *Beneficium eſt conferendum, ei qui pluries idoneus approbatus animarum curam exercuit, & confeſſiones audivit.*
5 *Inſerviens Eccleſiæ debet præferri in conſequutione beneficii, in ipſa erecti, aliis, non eidem inſervientibus.*
6 *Potiſſimè accedente ſtatuto Eccleſiæ hoc ipſum demandante.*
7 *Senior juniori præfertur.*
8 *Et Præsbyter non Præsbytero.*
9 *Reprobato ab Examinatoribus in concurſu ad curam remanent fruſtratoriæ qualitates, quibus ſe pollere prætendit.*
10 *An reprobatus cenſeatur is, qui cum ſe examini expoſuerit, nihil circa eum examinatores retulerunt? utramque opinionem vide.*

11 *Tacitè rejectus in examine poteſt docere de injuſtitia.*

12 *Injuſtitia, & habilitas reprobati in primo examine ab Examinatoribus, qui longè poſt in ſecundo examine fuit approbatus quomodo probetur.*

13 *Judicium Synodalium Examinatorum, injuſtè aliquem in examine reprobantium, non attenditur.*

14 *Lapſus temporis non attenditur; quando conſtat à parte malitioſe procuratum non fuiſſe: ſed ex neceſſitate cauſæ proceſſiſſe.*

15 *Inhabilis fuiſſe præſumitur, tempore primi examinis, qui alias rejectus fuit.*

16 *Limita ſi rejectio evenerit cum eſſet ſtudens, & remoto tempore, & poſtea habilis repertus fuerit in concurſu habito paulo ante examen.*

17 *Habilitas deſumi non valet ab exercitio curæ animarum, quæ integraliter reſidet penes Epiſcopum.*

18 *Habilitas æque, ac in aliis indiſtinctè requiritur in exercitio curæ animarum reſidentis penes Epiſcopum: quando per ſe illam adminiſtrare nequit.*

19 *Ab exercitio Curæ eruitur major idoneitas ad illam, & conſequenter prælatio debetur.*

20 *Pauperiori in aſſecutione beneficii debetur prælatio.*

21 *Paupertas ad hunc effectum non dicitur probata ex depoſitionibus Teſtium ad perpetuam lite pendente examinatorum.*

22 *Paupertas aliis qualitatibus non præponderat, ſed cæteris dumtaxat paribus attenditur.*

DECISIO LXXIV.

AD trutinam revocatis fundamentis deciſionis editæ coram me 2. Decembris 1697. Domini hodie, omiſſo, de Partium conſenſu, examine quoad attentata; illoque unicè reaſſumpto quoad Beneficii adjudicationem: cenſuerunt, ex facti circumſtantiis meliùs dilucidatis, *recedendum eſſe a deciſis.*

Præmiſſa enim ad hunc effectum regula, quod noſtrum Tribunal, mediante appellatione, Ordinarii loco ſubrogatum juxta *Clem.*
1 *Auditor. de Reſcriptis*, Beneficia Calaguritanæ Diœceſis, nonniſi digniori, & majoribus qualitatibus decorato conferre ſoleat; ut pluries reſponſum fuit, & ſignan-
2 tèr *coram Bichio dec.*284. *num.*12., *in recent. dec.*62. *num.*22. *part.*12., *dec.*196. *n.*6. *par.*14., & *dec.*203. *ſub num.*3., & 4. *part.*16. Utique libratis utriuſque collitigantis qualitatibus, compertum fuit, illas Franciſci præponderare; ac proinde Beneficium ipſi eſſe adjudicandum.

Inter has autem occurrit primo loco, quod Franciſcus integro ſeptennio ſtudiis, tum Philoſophicis, tum Theologicis operam dedit in celebri Univerſitate de Alcalà; illiſque completis Baccalaureus in Philoſophia, & Sac. Theologia fuit renunciatus. Quam ſanè
3 qualitatem ſatis eſſe ad obtinendam prælationem in concurſu alterius, illa carentis, dixit *Rota coram Bichio dec.* 284. *num.* 14., & *dec.*601. *num.*2., *coram Carillo dec.* 227. *num.*2., *coram ſan. mem Alexandro VIII. dec.*248. *num.*6., & 7., *poſt Zacch. quæſt. medicolegal. dec.*84. *num.*3., *in rec. dec.*654. *n.*2. *part.*18., *In Calaguritana Beneficii de Auſex* 28. *Junii* 1688. §. *Siquidem*, *coram clar. me. Cardinali Caccia*, & 9. *Decembris* 1689. §. *Validitas*, *coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Æqualis erat ponderis ſecunda Franciſci qualitas, ex eo ducta, quod ipſe ad audiendas confeſſiones fuerat pluries approbatus; & occaſione aliarum vacationum, facto ſuæ virtutis experimento, pluriès etiam idoneus ad Curam animarum exercendam, in concurſu renunciatus; *Sum. ejuſdem Franciſci à num.*11. *uſque ad* 14.: ipſamque Curam per ſeptennium etiam exercuit; licèt poſtea ob aeris inſalubritatem, dimiſerit; *dicto Sum. num.* 9. *litt. B. C. & E.* Quæ omnia, ſicuti digniorem oſtendunt Franciſcum: ità, eum in Beneficii aſſequutione præferendum eſſe operantur; ut in individuo hujuſmodi Bene-
4 ficiorum, *Rota coràm Bichio dec.*284. *n.*14., *in rec. dec.*171. *num.*5. *part.*10 *dec.* 515., & *dec.*584. *utrobique num.*4., & *dec.* 659. *n.*5. *part.*18., *In Calaguritana Beneficii de Carvera* 5. *Aprilis* 1688. §. *Quare*, *coram bon. me. Rondinino, in Calaguritana Beneficii de Pranon.* 5. *Martii* 1688. §. *Ex iis autem*, *coram bon. mem. Emerix*, *Calaguritana Beneficii de Ravanera* 4. *Julii* 1688. §. *Addito coram Reverendiſsimo Domino meo Decano*, 28. *Novembris ejuſdem anni* §. *primo coram Reverendiſsimo Turonen.*, & *in Calaguritana Beneficii de Aguilar* 12. *Decembris* 1689 *in princ.*, *coram Revererendiſsimo Zamoren.*

Majoris relèvantiæ viſa fuit tertia, quod Franciſcus, tanquam Capellanus, & Parochus, pluribus annis, magna cum laude ſervitium præſtitit Eccleſiæ, in qua ſitum eſt conversum Beneficium: Æquum autem, ac rationi conſonum eſt, ut in Eccleſia, prò qua pondus diei, & æſtus ſuſtinuit, ſui la-
5 boris fructum aſſequatur; ut in ſpecie animadvertit *Rota coram coram Royas dec.*486. *n.*4., & *dec.*494 *num.*5., *coram Celſo dec.*174. *n.*2. *in rec. dec.*171. *num.*5. *part.* 4., *dec.* 393. *n.*18. *part.*17., *dec.*175. *num.*5. *dec.*584. *num.*3., & *dec.*659. *num.* 4. *part.* 18., *In Calaguritana Beneficii de Ravanera* 4. *Julii ejuſdem anni*, §. *Tum demum coram Revendiſsimo D. meo Decano*, *Calaguritana Beneficii de Briones* 8. *Junii* 1789. §. *Cùm enim*, *coram clar. me. Cardinali Caccia*, *Calaguritana Beneficii de Lucrinio* 16. *Maii* 1692. §. *Suppoſita*, *coram Reverendiſsimo D. meo Decano.*

Quod magis urget, attento ſtatuto Eccleſiæ Calaguritanæ, quo ſancitum eſt, ut actualitèr inſervientes alicui Eccleſiæ, præ-
6 ferantur in aſſequutione Beneficii, in illa vacantis; ut teſtatur *Rota dec.* 393. *num.* 17. *part.*17. *rec.*

Suc-

Succedit quarta reſultans, ex magis provecta ætate Franciſci, ex qua ſicuti majori providentiâ, maturitate, humanarumque rerum experientiâ pollere præſumitur; ità congruum eſt, quod juniori præferatur;
7 *Rota coram Bichio dicta dec.* 284. *num.* 15., *& dec.*659.*num.*2., *coram Celſo dec.* 174.*n.*1., *& dec.* 215. *num.* 2., *coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec.* 86. *num.* 11., *&* 12. poſt *Zacch. quæſt.medicolegal. dec.*89. *num.*6., *&* 7., *in rec. dec.* 171. *num.*4. *part.* 10., *dec.* 240. *num.*3. *part.*12., *dec.* 515.*num.*4., *dec.*584. *eod. num.*, *dec.* 659. *num.* 6., *& dec.*784. *num.*7., *& ſeqq.part.*18., *In Calagurritana Beneficii de Aquilar* 12.*Decembris* 1689.*in princ. coram Reverendiſsimo Zamoren*, *Calagurritana Beneficii de Anſexo* 9. *Aprilis ejuſdem Anni* §.*Validitas coram Reverendiſſimo meo Decano*, *& in Calagurritana Beneficii de Avenzano* 12. *Junii* 1693. §.*Hinc proinde*, *coram R. P. D. meo Muto*.

Adſtipulatur quinta, ducta ex eo, quod Franciſcus pluribus ab hinc annis, Sacerdotali caractere inſignitus reperitur; quo è contra, ſicuti caret Martinus oppoſitor: ità prælationem in Beneficio nequit contende-
8 re; ut in terminis beneficiorum hujus Dioeceſis, *Rota coram Bichio dec.*284. *num.* 14., *dec.*639. *num.* 3., *& in rec. dec.* 171. *num.* 2. *part.*10., *dec.*240 *num.*3.*part.*12., *dec.*515. *n* 4., *dec.*584 *num* 1 *part.*18., *In Calagurritana Beneficii de Murillo.* 28. *Junii* 1690. §. *Pollet*, *coram bo. me. Urſino*, *Calagurritana quarti Beneficii de Diolexa* 19. *Januarii* 1691. §.*Juſtitia*, *& ſeqq. coram clar. me. Cardinali Cavallerino*, *& in dicta Calagurritana Beneficii de Arenzana* 12.*Junii* 1693 §.*Hinc proinde*, *coram R.P.D. meo Muto*.

His autem ſuppoſitis, everti viſum fuit principale fundamentum deciſionis, quæ
9 revidetur, poſitum in eo, quod Franciſcus, tanquam inhabilis, ab examinatoribus Synodalibus fuerit in concurſu reprobatus: ideoque omnes exageratæ qualitates fruſtratoriæ remaneant Etenim quidquid ſit an erui poſſit reprobatio ex quo Examinatores, circa
10 eum nihil retulerunt; in quo caſu, licet pro affirmativa ſteterit *Rota in Calagurritana Beneficii* 18.*Maii* 1683.§.*Neque obſtat*, *coram bo. me. Benincaſa*, in contraria deciſione allegata; adhuc poſtea negativam opinionem in individuo tenuit in *Calagurritana quarti Beneficii de Murillo de Diolexas* 3. *Aprilis* 1693. § *Neque in iſto caſu*, *coram R. P. D. meo Priolo*. Attamen, admiſsâ etiam exinde tacitâ refutatione, non ideo
11 ſublata erat facultas docendi de illius injuſtitia: dum, ſuppoſito quod tempore pera-
12 cti examinis, imo longè ante illud, concurreret in Franciſco gradus Baccalaureatus, licentiatura in Philoſophia, ac Sacra Theologia, præcedens approbatio ad audiendas confeſſiones, Animarumque Curam exercenda, pluties obtenta, & actuale illius exercitium laudabilitèr expletum; ac demum ſubſequuta approbatio in ſecundo examine coram Judice, à me ſubdelegato: nimis apertè conſtat, Synodales examinatores injuſtè reprobaſſe: illorumque judicium perindè habendum, ac ſi non emanaſſet; ut
13 in ſpecie, ad effectum probandi habilitatem de tempore primi examinis, in reprobato ab examinatoribus, & longè poſt in ſecundo examine approbato, pluries firmavit *Rota*, & ſignantèr *dec.*175.*num.*8., *& ſeqq.*, *dec.*515. *num.*11., *dec.*5404. *eodem num.*, *& dec.* 679. *num* 13. *part* 18. *rec.*, *in Calagurritana Beneficii* 16. *Maii* 1687. §.*Neque obſtat*, *coram bon. mem. Benincaſa*, *in Calagurritana Beneficii de Anſexo* 3.*Decembris* 1688. §.*Quibus tamen*, *coram clar. mem. Cardinali Caccia*, *&* 22. *Junii* 1689. §. *Animadverſum*, *coram bon. mem. Benincaſa*, *in Calagurritana Beneficii de Ornixo* 16.*Junii* 1690.§.*Nihil obſtante*, *coram dicto Cardinali Caccia*, *in Malagurritana Beneficii de Murillo* 28. *Junii* 1690. §. *Nec quicquam cor. R̃mo D. meo Decano*, *in Calagurritana Beneficii*, *de Lucrinio* 16.*Junii* 1692.§.*Neque in contrarium*, *cor. eodem*, *&* 26. *Junii* 1693. §.*Comprobata*, *coram Reverendiſſimo Zamoren*.

Potiſſimè, quia lapſus temporis inter primum, & ſecundum examen, adſcribi nequit culpæ Franciſci; ut interim illius beneficio, idoneitatem, qua deſtitutus erat, acquireret: ſed conſtat eum fuiſſe neceſſarium in proſequutione cauſæ, pro habenda nempè actorum copia, tranſmiſſione proceſſus ad Urbem, ac ſubdelegatione Judicis in partibus, ad effectum obtinendi novum examen: ſtante autem neceſſitatè lapſus temporis inter primum, ac ſecundum examen, non attenditur, ſed præſumitur, eum, qui ſecundo loco propriam idoneitatem oſtendit; eandem etiam in primo habuiſſe; ut in terminis
14 approbati in ſecundo examine, facto poſt tres, quatuor, vel quinque annos, *Rota in Calagurritana Beneficii de Salinilla* 4. *Julii* 1681. §. *Minùs ſuffragari*, *coram bo. me. Rondinino*; ubi de diſtantia quinque annorum, *in Calagurritana Beneficii* 4.*Maii* 1685. § *final coram bo. me. Cardinali Caccia*, *in Calagurritana Beneficii de Briones* 16 *Maii* 1687. §. *Fortiùs quia*, *coram bo. me. Benincaſa*, *in Calagurritana Beneficii de Murillo de Riolexa* 28. *Aprilis* 1690. §. *In hac*, *coram bo. me. Urſino*; ubi de 4. annis; & in *Calagurritana Beneficii de Arenzana* 12. *Julii* 1693. §.*His accedit*, *coram R.P.D. meo Muto*, ubi de triennio.

Abſque eo, quod ad elidendam hanc idoneitatis præſumptionem de tempore tacitæ
15 reprobationis, quidquam urgeret nova exceptio, quod Franciſcus, aliàs de anno 1679. tanquam inhabilis in concurſu, fuiſſet rejectus; ideòque potiùs præſumptio militet pro
16 inhabilitatione. Quippe, cum de anno 1679., ille actu ſtuderet, atque ab eo tempore uſque ad concurſum, de quo diſputatur plures effluxerint anni: conſequens eſt, ut ab uno tempore ad aliud remotum, arguere non liceat: ſed potius attendi debeat approba-

tio

tio potiſſima, quam Franciſcus, paulò ante controverſum examen, obtinuerat; ut in ejus *ſum. n.*13.

Pari modo non relevat tertium deciſionis fundamentum, quod in Diœceſi Calagurita-
17 na, integralis animarum cura penès Epiſcopum reſideat; ac propterea ab illius exercitio deduci nequeat ſufficiens idoneitas, niſi de iſta per examinatorum relaticnem doceatur; ut in §. *fin. contrariæ deciſionis.* Objectum enim ceſſat in facto; & in jure non ſuffragatur. Ceſſat, inquam, in facto: dum ex datis in *dicto ſum. Franciſci n.*14., conſtat, eum in concurſu alterius beneficii hujuſmodi Diœceſis, fuiſſe ab examinatoribus ſynodalibus ad curam animarum approbatum. In jure
18 autem non relevat: quia, licèt cura penes Epiſcopum reſideat: adhuc, cum ipſe de per ſe illam adminiſtrare non poſſit; ſed neceſſe habeat Parochos eligere: idoneitas ad curam animarum, in iſtis æque ac in aliis indiſtinctè requiritur. Et ſanè, ſi ad curam animarum exercendam in Parochis Calagurita-næ Diœceſis, neceſſariæ non eſſent qualitates in aliis diverſarum Diœceſum requiſitæ; fruſtra Sacra Rota in Beneficiis Calaguritanis toties firmaſſet, eum, qui alias pondus curæ ſubſtinuerat, vigore motus proprii ſa. me. Clementis VIII., eſſe præferendum; juxta quamplures deciſiones, ſuperjus re-
19 cenſitas in §. *Æqualis.* Nam, ſicut ab exercitio allud erui non poteſt, quàm major idoneitas: ita, quoties iſtius ratio habenda non fuiſſet; non erat cur, hoc reſpectu, prælatio concederetur; ut patet ad ſenſum.

Denique non obſtat quod Franciſcus, nedum pingue patrimonium: ſed etiam aliud poſſideat beneficium; è contra verò, utro-
20 que careat Martinus; cui propterea, tanquam pauperi debeatur prælatio. Siquidem,
21 ultra quod allegata paupertas, tanquam deducta ex depoſitione teſtium ad perpetuam, ac lite pendente examinatorum, non eſt concludenter probata; ut requiritur ex deductis in *Calaguritana Beneficii de Ocon.*, 10. *Decembr.* 1691. §. *Neque*, & 27. *Febr.* 1692. §. *Verùm*, *coram Rm̃o Turonen.* licèt illa, etiam ſuum locum habeat inter qualitates, ad quas pluribus de beneficio contendentibus, reſpi-
22 citur: attamen aliis non præponderat; ſed cæteris dumtaxat paribus attenditur; ut, declarando regulam in contraria deciſione relatam, in ſpecie firmavit *Rota coram Celſo dec.*169. *n.*9., *coram Peutingerio dec.* 459. *n.*10., *coram Bichio dec.*572. *n.*16., *coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*61. *n.*4., & *dec.* 267. *n.*7., *coram Cerro dec.*535. *n.*7., *coram Dunozetto jun. dec.*496. *n.*9. *in fin.*, *in rec. dec.*61. *n.*4. *p.*3. *dec.*171. *n.*12. & 13. *p.*10., *dec.*231. *n.*15., & *dec.*296. *n.*5. *p.*11., *dec.*240. *n.*6. & 7. *p.*12, *dec.*584. *n.*7., & *dec.*659. *n.*11. *p.*18., aliiſque relatis in *Calaguritana Beneficii de Ravonera* 4. *Julii* 1688. §. *Quoniam*, *coram Rm̃o D. meo Decano*, 26. *Junii ejuſdem anni* §. *Nec obſtat*, *coram Rm̃o Turonen.*, & *in Calaguritana Beneficii de Alberaſtun* 15. *Martii* 1688. §. *Majores*, *coram bo. me. Emerix*; ubi excluſus fuit pauper, ac beneficium non habens.

Et ita, prætermiſſis aliis levioris ponderis, reſponſum fuit, utraque &c.

MEDIOLANEN. CAPPELLANIÆ.

Ven. 20. *Februarii* 1699.

ARGUMENTUM.

Impetrans beneficium tanquam perpetuum, & ſimplex, pro ſe juris habet aſſiſtentiam, & è contra prætendens eſſe curatum, & manuale, debet concludenter probare. Et de requiſitis veri, & perpetui beneficii, & de variatione, & optione diſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Juſtificatio litterarum apoſtolicarum præſumitur ex quo fuerunt exequutæ.*
2 *Vel ob expeditionem in forma gratioſa.*
3 *Beneficium ex juris præſumptione ſimplex, & perpetuum cenſetur.*
4 *Capellaniæ nomen ſonat in beneficium ſimplex.*
5 *Viſitationes Epiſcoporum ad probandam beneficiorum qualitatem, plurimum attenduntur.*
6 *Manualitas beneficii totaliter excluditur ab obſervantia perpetua, & collativæ qualitatis.*
7 *Ab ultimo ſtatu non receditur, quando agitur de beneficii qualitate incidenter inter proviſos: non verò principaliter inter collatores.*
8 *Status contrarius ultimo, ut probetur, requiruntur probationes, ſuper quibus nulla cadat diſputatio.*
9 *Capellaniæ manualitas excluditur quoties ex lege fundationis Capellanus, in caſu trimeſtralis abſentiæ, eſt removendus.*
10 *Capellaniam ſuiſſe erectam in verum, & perpetuum beneficium deſumitur ex fundatione facta auctoritate ordinarii, cum opportuna dotis aſſignatione, collatione in titulum, & deſtinatione perſonis eccleſiaſticis.*
12 *Sententiæ ineffectuatio ex contraria obſervantia probatur.*
12 *Beneficium in dubio, juxta ultimum ſtatum tanquam de ſimplici judicandum eſt.*
13 *Optio, vel variatio de uno beneficio ad aliud non permittitur.*
14 *Variari, vel optari non poteſt obſequutam in menſe reſervato vacat onem.*

DECISIO LXXV.

POſſeſſionem ſimplicis beneficii, ſeu capellaniæ ſub invocatione S. Joannis, quam Abbas Joannes Baptiſta, uti à Sede Apoſtolica proviſus, adeptus fuerat, nullam eſſe contendens Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ loci Dayragi, ſub prætextu, quod cùm ipſe vigore facultatis variandi de una ad aliam capellaniam, in fundatione conceſſa; jam prius variando, in poſſeſſione præveniſſet, foret proindè, uti poſſeſſor, citandus: obtinuit à

Si-

Signatura Juſtitiæ, reſcribi cum clauſula --
Alteri cum facultate exequendi litteras,
appoſito ſequeſtro -- Ad cujus normam, dire-
ctâ commiſſione, R.P.D. Petra, iſte pronun-
ciavit, benè fuiſſe litteras apoſtolicas exe-
quutioni demandatas; & quatenùs opus eſ-
ſet, iterum illarum exequutionem, ac reſ-
pectivè manutentionem, & immiſſionem fa-
vore dicti Abbatis Joannis Baptiſtæ decre-
vit: & denique ſequeſtrum, ut præmiſi, de
mandato Signaturæ appoſitum revocavit.
Cumque ab hujuſmodi ſententia, commiſſa
mihi fuerit appellationis cauſa: dubium ho-
die propoſui -- *An Litteræ Apoſtolicæ ſint*
exequendæ, ſeu potiùs Capellania debeatur
Præpoſito -- Et *affirmativa quoad primam;*
negativa quoad ſecundam dubii partem pro-
diit reſolutio.

Decidendi ratio, quoad primam partem,
poſita fuit in verificatione omnium in litteris
expoſitorum; ducta nedum ex quo Judex de
1 partibus, cui litteræ directæ fuerant, illas
exequutioni demandavit; ut dixit *Rota co-*
ram ſa. me. Alexandro VIII. dec. 154 *n.*25.,
& in Monaſterien. Canonicatus 4. *Martii.*
1696. § *Placuit, coram Rm̃. D. meo Deca-*
2 *no*: ſed etiam, quia eædem litteræ, in for-
ma gratioſa expeditæ fuerunt: adeout præ-
ſumatur, ſummum Pontificem, de omnibus
circumſtantiis, ad gratiam neceſſariis, inſtru-
ctum fuiſſe; *Rota coram Priolo dec.* 336. *n* 6.,
& in Colaguritana Canonicatus 4. *Decem-*
bris 1647. §. *Non enim, coram R.P.D. meo*
Anſaldo.

Neque litteræ, de minùs vera narrativa
redargui poſſe videbantur ex eo, quod con-
troverſum beneficium eſſet curatum, & ma-
nuale; non autem ſimplex, & perpetuum;
prout ſummo Pontifici expoſitum fuerat. Si-
3 quidem, ultra quod juris præſumptio aſſiſtit
narratis qualitatibus; ut de ſimplici notat
Staphilus de litt. grat. tit. de ſtatu, & qual.
beneficii, in princ. verſ. Hinc eſt; & dixit
*Rota dec.*228. *n* 26., *& dec.*645. *n.*22. *coram*
*Bichio, in rec. dec.*273. *n.*4. *p.*1. Et de quali-
tate perpetua, *cap.*1. *ubi gloſſ. verb. perpe-*
tui de Capellis in 6. *libro, Monach. Corra-*
dus in Prax. benefic. lib 1. *cap.*1. *n.* 12., *&*
*cap.*2. *n.*6., *Rota dec.*379. *per tot. p.*5., *&*
*dec.*13. *n.*10., *dec.*48. *n.*10. *p.*18. *rec.* Præſer-
4 tim, dum agitur de Capellania, cujus no-
men ſonat in beneficium ſimplex; *Lamberti-*
*nus de jurepatr. p.*1. *lib.*2. *q.*7. *art.*30. *n.*17.;
Utraque ex narratis qualitatibus, in præſen-
ti plenariè verificabatur. Quo, enim ad pri-
mam, conſtitit Capellaniam, de qua agitur,
ab Archiepiſcopis Mediolanenſibus viſita-
tam fuiſſe ſemper uti ſimplex beneficium; &
ab onere curæ prorsùs exemptum; ut ſignan-
ter patet ex viſitationibus factis à cla.me. Car-
dinalibus Federico Borromæo, & Vicecomi-
te; *ſum. Jo. Baptiſtæ num.*10. *&* 11., quas
5 ad probandam beneficiorum qualitatem,
plurimum attendendas eſſe, reſpondit *Ro-*
*ta coram Cavalerio dec.*266. *ſub n.*5., *coram*
*Carillo dec.*41. *n* 5., *& ſeqq., in rec. dicta de-*
*ciſ.*13. *n.*10. *& ſeqq. p.*6., *dec.*48. *n.*14., *& de-*
*ciſ.*329. *ſub n.*18. *p.*18.

Quo verò ad ſecundam perpetuitatis,
docuit Joannes Baptiſta, capellaniam ab
anno 1614. uſque ad præſens, fuiſſe jugiter
collatam, ac reſpectivè poſſeſſam, tanquam
beneficium perpetuum; ut in ejus *ſum. n.*6.
6 *&* 8. Quæ obſervantia perpetuæ & collati-
væ qualitatis, aſſertam manualitatem totali-
ter excludit; *Lara de Capellaniis lib.*2. *cap.*1.
*n.*13., *& ſeqq., Gomez ad regul. Cancell.*
*regul. de annal. q.*20. *in fin., Rota coram Lu-*
*doviſio dec.*48. *n.*6., *dicta dec.*13. *n.*11. *cum*
*ſeqq. p.*6., *dec.*48. *n.*18. *p.*18. *rec.*

Atque hinc poſito, quod ultimus ſtatus
aſſiſtat pro ſimplici, ac perpetuo beneficio:
nullatenus adverſabantur adducta per Præ-
poſitum, ad præcedentis contrarii ſtatus
probationem; Domini quippe animadverte-
7 bant, in præſenti non agi principaliter in-
ter Collatores de probanda beneficii qua-
litate: ſed solùm incidenter inter proviſos:
ideòque ab ultimo ſtatu non eſſe receden-
dum; ut probant *Mareſcottus var. reſol. lib.*
1. *cap.* 55. *n.*22. *& ſeqq., Lotterius de re be-*
*nef. lib.*1. *q.*34. *n.*21. *& ſeqq., Rota cor. Pænia,*
*dec.*1337. *n.*3., *coram Bichio dec.*228. *n.*26.,
*coram Cerro, dec.*483. *n.*2. *verſ. Ad proban-*
*dum, coram Zarat. dec.*27 *n* 10., *coram Prio-*
*lo dec.*98. *n.*1. *&* 5., *in rec. dec.*544. *n.*5. *p.*4.
*tom.*1. *dec.*13. *n.*22., *& dec.*57. *n.*1. *& ſeqq.*
*p.*6., *& dec.*329. *n.*6 *p.*18.; *In Barchinonen.*
Parochialis del Prat. 13. *Junii* 1695. §. *Et li-*
cet, & 2. *Decembris ejuſdem anni* §. *Expe-*
diti, coram bo. me. Urſino.

Et tamen, examinando probationes, ad ve-
rificationem contrarii ſtatus allegatas, pate-
8 bat, illas eſſe irrelevantes: quando aliàs, ad
hujuſmodi effectum, requirerentur adeò
claræ, ut ſuper eis nulla caderet dubietas;
ex firmatis per *Rotam coram Pænia dicta*
*dec.*1337. *n.*5. *& ſeqq., dicta dec.*13. *n.*25. *&*
*ſeqq., & dec.*57. *n.*7. *& ſeqq. p.*6., & *dec.*329
*n.*4. *verſ Quod autem*, & *n.*5. *p.*18. *rec.*; &
in dicta Barchinonen. Parochialis del Prat.
13. *Junii* 1695. §. *Dum igitur*, & 2. *Decem-*
bris ejuſdem anni §. *Quapropter coram bo. me.*
Urſino, & *in Mediolanen. Præpoſituræ* 18.
Martii 1695. §. *Moti, cum ſeqq., confirmata*
18. *Junii* 1696. *coram R.P.D. meo Muto.*

Sanè quoad ſuppoſitam manualitatem,
nullum conſtitui poterat fundamentum in
eo, quod inſtrumentum erectionis contro-
verſæ Capellaniæ, diſponat; ut in caſu, quo
Capellanus per tres menſes abſuerit à reſi-
dentia, tunc alter de beneficio provideatur.
9 Hæc enim diſpoſitio tantùm abeſt quod con-
ducat ad manualitatem; quin potiùs illam
excludat: dum, ſuppoſito ad ſenſum ſcri-
bentium pro Præpoſito, quod beneficium
fuiſſet manuale; ſuperfluum erat in caſu tri-
meſtrualis abſentiæ, ſuper Capellani remo-
tione, ſpecialiter in fundatione paciſci.

Potiſſimè animadvertendo, quod tam con-
10 troverſæ, quàm alterius ſimilis Capellaniæ
fundatio, facta fuit authoritate ordinaria,
cum

cum oppotuna dotis aſſignatione, collatione in titulum, adſcriptione Eccleſiæ ſub ſpeciali invocatione propriorum Sanctorum, illarumque deſtinatione perſonis eccleſiaſticis: adeout omnia veri, ac perpetui beneficii requiſita concurrant; *Rota dec. 379. n. 1. p. 5. rec.*, & *alibi paſſim*.

Ita etiam, reſpectu aſſertæ parochialitatis, inefficaces viſæ fuerunt geminæ ſententiæ; altera lata per ordinarium anno 1668., & altera lata ex poſt ab A. C. anno 1668. quibus declarari ſupponebatur, curam animarum, ad controverſum beneficium pertinere. Prima enim ſententia non habuit effectum; dum adhuc ea non attenta, beneficiati Capellaniam, tanquam ſimplex beneficium, ſpatio unius ſæculi, & ultra poſſederunt; ut refertur in viſitatione anni 1685.,

11 *dicto ſum. n. 15.*: ex qua contraria obſervantia, ineffectuationem probari dixit *Rota in Gerunden. Parochialis ſeu Rectoriæ de Vilobi 6. Junii 1698. §. 2. cum ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo.* Secunda verò, licèt afferat, Præpoſitum non teneri ad curam animarum in loco Dayragi: Sed illam ſpectare ad Capellanos: attamen illi contrariatur proviſio facta de anno 1684., & poſtrema in perſonam moderni Præpoſiti; *eod. ſum. n. 5. & 12.*; in quibus legitur, curam animarum annexam eſſe Præpoſituræ; adeout exindè, vel probata remaneat qualitas ſimplicis beneficii reſpectu Capellaniæ, de qua res eſt; vel

12 ſi quæ ſuperſit dubitatio; hæc ipſa operetur; ut, juxta ultimum ſtatum, de beneficio tanquam ſimplici, judicandum veniat; *Lotterius de re benef. lib. 1. cap. 34. n. 12. & ſeqq., Rota coram Merlino dec. 501. n. 11 cum ſeq., coram Ninotto dec. 29. n. 9. & ſeqq.*; & *in Iſclana Beneficii 16. Martii 1696. §. At hujuſmodi cum ſeqq.*, & *18 Junii ejuſdem anni §. Qui ſanè, cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Verificatâ ex præmiſſis narrativâ, in litteris contentâ, quod beneficium eſſet ſimplex, ac perpetuum; nullius erat momenti altera exceptio, quod Præpoſitus, juxta facultatem in fundatione conceſſam, variando, potuerit, dimiſsâ capellaniâ ſancti Alexandri, hujus controverſæ poſſeſſionem adipiſci. Siquidem fundatio loquitur in caſu, quo Præpoſitus nullam habeat capellaniam; & , iſto caſu, ei primò vacaturam attribuit: nullatenus autem permittit jus variandi, vel optioneni de una ad aliam; ut patet ex ejus lectura; *ſum. Præpoſiti n. 1.* Quocirca, dum Præpoſitus, de tempore vacationis, jam aliam

13 poſſidebat capellaniam; vel, ſecluſâ fundatione, quæ hoc non concedit, non potuit variare, ob juris reſidentiam; *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 34. n. 11. & ſeqq., Rota dec. 6. n. 2. cum ſeqq. de conſuetud. in novis*;

14 vel, quatenùs etiam ex fundatione potuiſſet; nequibat in præſenti, ob ſequutam in menſe reſervato vacationem; *Gonzalez ubi ſupra n. 1. & ſeq., Rota coram Ninotto dec. 79. n. 1., in rec. dec. 85. n. 1. p. 9., & pluribus relatis, dec. 112. n. 43. & ſeqq. p. 16.*

Hæc omnia, quæ affirmativam primæ partis dubii reſolutionem juri conſonam oſtendunt: in neceſſarium conſequens negativam ſecundæ prætulerunt: dum ex ipſo, quod litteræ apoſtolicæ exequutionem merentur; beneficium nequit alteri, quàm proviſo apoſtolico adjudicari.

Et ita, utraque &c.

SENOGALLIEN. EMPHYTEUSIS SUPER EXPENSIS LITIS.

Lunæ 23. Februarii 1699.

ARGUMENTUM.

Pro ſubminiſtratione expenſarum litis obtinenda, debent copulativè concurrere præſumptio boni juris, & paupertas. Ex quibus utraque colligatur?

SUMMARIUM.

1 *Ex ſententia Rotali, licèt per appellationem ſuſpenſa, reſultat præſumptio boni juris.*
2 *Pro ſubminiſtratione expenſarum copulativè requiritur præſumptio boni juris, & paupertas.*
3 *Teſtes examinati ad perpetuam, non attenduntur.*
4 *Ad probandam paupertatem, teſtes debent coarctare negativam, quod quis non poſſet poſſidere, niſi ipſi ſcirent.*
5 *Ob æqualem collitigantis inopiam, ſubminiſtrationi expenſarum locus eſſe non poteſt.*

DECISIO LXXVI.

In inveſtitura prædii *della Tombolina*, quam Camilla Thomaſſona, pro ſe, filiis, & nepotibus maſculis, uſque in tertiam generationem, reportaverat à Commiſſario Commendæ S. Marci Civitatis Fanen., ſolutis prius ſcutis 700. Julio Gueſſo ejuſdem prædii antiquo poſſeſſori, ſeſe comprahenſos eſſe contendentes Julius, & alii de Archangelis, ipſius Camillæ, ex Franciſco filio nepotes, manutentionem per ſententiam obtinuerunt ab A. C., adverſùs Camillam juniorem, & Franciſcam de Auguſtinis, hæredes Pauli Antonii, filii, & univerſalis hæredis prædictæ Thomaſſonæ: qua ſententia, poſt geminas deciſiones coram R. P. D. de la Tremoille, ab hoc ſacro Auditorio revocata: hodie, in ulterioris appellationis gradu, antequam cauſam proponerem ſuper meritis, ad inſtantiam præfatæ Franciſcæ quæſivi -- *An ſint ſubminiſtrandæ expenſæ, & ſumptus litis* -- Et Domini *negativè* reſponderunt.

Quamvis enim admitterent, quod boni

1 juris præſumptio Franciſci, reſultaret ex Rotali ſententia; tametſi per appellationem ſuſpenſa; ut aliàs dixit *Rota coram Priolo, dec 233. n. 1. p. 17., & dec 307. n. 11. p. 18.*:

2 deficere tamen putarunt probationem paupertatis, ad hunc effectum copulativè requiſitæ; *Rota coram Celſo dec. 16. n. 1., in rec., dec.*

dec.94 p.14., *&* *dec.612.p.18. utrobique numero 1.*

Teſtes quippe, ad hujuſmodi probatio-
3 nem inducti à Franciſca, nedum videbantur irrelevantes, tanquam examinati ad perpetuam; ex notatis per *Rotam dicta dec. 611. n.3.p.18. rec.*: ſed etiam, quia negativam non coarctant; deponendo, quod Franciſca non poſſet bona poſſidere, quin ipſi ſcirent;
4 prout neceſſarium eſſe, firmavit *Rota coram Celſo dec.348. n.2.*, *&* *in Bononien. Alimentorum 14. Martii 1667. §. Præſertim, coram bo. me. Vareſio.* Imò è contra, ex depoſitionibus teſtium numero plurium, à Julio, & aliis de Archangelis inductorum, conſtitit, Franciſcam poſſidere nonnulla ſtabilia in territorio Caſtri Saltaræ; quodque Julius ob numeroſam prolem, & familiam, æquali paupertate præmatur; itaut,
5 vel paupertas agentis ad expenſas probata non ſit; vel ob æqualem collitigantis inopiam, illæ non veniant ſubminiſtrandæ; ut in ſpecie probat *Adden. ad Ludoviſ. dec.189. ſub n.7. verſ. Item etiam.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA VINEÆ SEU HORTI.

Mercurii 11. *Martii* 1699.

ARGUMENTUM.

Permutatio bonorum fideicommiſſariorum antecedenter facta, a ſucceſſore ex propria perſona ad libitum poteſt impugnari, eadem vindicando etiam à tertio poſſeſſore.

Hæc Deciſio revocatur infra deciſ. 134.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, concurrentibus fideicommiſſo, & identitate bonorum.*

2 *Poſſidens uno titulo, poteſt alio titulo retentionem allegare.*

3 *Permutatio bonorum utilis à fideicommiſſario facta, & ſucceſſivè à vocatis obſervata, impugnari non valet.*

4 *Mulieri de dote jam ſatisfactæ, dotis jure, quidquam gerere permiſſum non eſt.*

5 *Factum præcedentium vocatorum, venienti ad fideicommiſſum ex propria perſona, non præjudicat*, *&* n.9.

6 *Fideicommiſſarius non tenetur ſervare permutationem ſibi læſivam, à gravato factam.*

10 *Non habenti ſcientiam fideicommiſſi actus facti non præjudicant.*

11 *Obſervantia deficit ex productione contrariorum jurium.*

12 *Donatio in quantitate non poteſt transferri ad ſpeciem.*

13 *Nullitas ad alicujus favorem tantùm introducta, non eſt allegabilis à tertio.*

14 *Eo magis, ſi quantitas ad commodum ſequentium vocatorum eſſet inveſtienda.*

DECISIO LXXVII.

LAvinia Caietana, poſt factam favore Scipionis nepotis, ejuſque filiorum, ac deſcendentium maſculorum, donationem inter vivos, in ſumma ſcutorum 10000.; ab illo, in extinctionem proprii debiti ſcutorum bis mille, in ſolutum recepit domunculam, in Urbe poſitam, prope plateam Marganam, ac vineam exiſtentem ad radices Montis Aventini. Cùmque iſtorum bonorum valor excederet debitum in ſcutis tercentum; Lavinia ſimile Scipionis debitum in ſe aſſumpſit cum pacto, quod poſt ejus obitum, ipſa bona, ut ſupra, in ſolutum data, ad donatarios reverterentur, pro eodem pretio, quo ſibi tradita fuerunt; quodque intra ſummam, in donatione contentam, compræhenſa intelligerentur.

Defuncto Scipione donatario, eadem Lavinia, tam proprio, quàm adminiſtratorio nomine illius filiorum, præfatam vineam ad novennium locavit pro annuis ſcutis 200., Antonio Fontanæ, fabro murario, ad effodiendum lapides; cum præciſa illius obligatione, quod, completo novennio, eam in priſtino ſtatu repoſitam, vitibus, arboribuſque ornatam reſtitueret. Sed his minimè adimpletis per Fontanam, Iſabella uxor Scipionis, & illius filiorum tutrix effecta, ob prædeceſſum Laviniæ, judicium contra conductorem inſtituit; quo per tranſactionem compoſito, Fontana, per viam permutationis procedendo, vineam ſibi retinuit; ejuſque loco tradidit præfatæ Iſabellæ quamdam domum propriam, canone gravatam; pacto adjecto, quod, in caſu evictionis, poſſent partes ad primæva jura poſſeſſionis, & dominii reverti.

Rebus ita ſe habentibus, Federicus de Rubeis, creditor Fontanæ, vineam præfatam ſibi adjudicari obtinuit, pro ſcutis 385.; eamque deindè melioratam, pro ſcutis 2100. vendidit Societati Mortis Hebræorum, pro illorum cadaveribus tumulandis. Cum autem poſtea Antonius, ex Mutio filio Scipionis nepos, domum, ut ſupra, permutatam, in dotem Laviniæ filiæ aſſignaverit; & ad illam deindè Matthæus Spaſius, pro fructibus cenſus debiti à præfato Fontana, fuerit aſſociatus, expulſo Joſepho Antonio, præcedenter aſſociato pro fructibus alterius cenſus, debiti à Mutio Caijetano: hinc Cæſar junior, iſtius Laviniæ patruus, intimatis moleſtiis contra ſocietatem Hebræorum, dictæ vineæ poſſeditricem, judicium introduxit, quod deindè proſequutum fuit contra monaſterium, & PP. S. Gregorii, cauſam habentes à dicto Federico de Rubeis; & mandatum de aſſociando die 3. Aprilis 1691, cum ſententia abſolutoria ab exceptionibus, reportavit. Succeſſivè anno 1692., alia prodiit ſententia, quæ liquidato vineæ valore in ſcutis 1641. deductis melioramentis, condemnavit ſocietatem prædictam ad ſolvendum Caietanis hanc ſummam, & pro illius fructibus recompenſativis, annua ſcuta 65.

60. Sed appellatione interpoſita per dictum
monaſterium, mihique commiſsâ, cum clau-
ſula -- *ſine præjudicio quoad fructus, & de
appellatione quoad pretium*, ad patrum noti-
riam delata fuit prætata cenſus extinctio:
ideòque ipſi, ejecto Spaſio, ad eandem do-
mum aſſociato, interpellarunt Cajetanis; ut
in poſſeſſione domus jam libertati reſtitutæ
continuarent; ac reſpectivè ab exactione
pretii dictæ vineæ, illiuſque fructuum re-
compenſativorum, deſiſterent,

Quia verò, dum hæc agebantur, Paulus
Antoninus, Joſephi filius, & qui, ut præmiſi
fuerat à Spaſio expulſus à præfatæ domus
poſſeſſione, iterum illam recuperavit; ea-
que propter Cajetani, licèt, ut ſupra, inter-
pellati, declaraverint, nolle ad domum re-
gredi, ſed vineam retinere vigore fideicom-
miſſi per dictam Laviniam ſeniorem, in do-
natione, ut ſupra, inſtituti. Hinc patres du-
bium proponi curarunt -- *An, & de cujus
bono jure ſuper vinea conſtet, etiam ad quem-
cumque effectum*. Et Domini, *conſtare de bo-
no jure Cæſaris, & aliorum de Cajetanis, ad
effectum retinendi ex fideicommiſſo*, reſpon-
derunt.

Exiſtentia etenim fideicommiſſi, ejuſque
purificatio ſavore actorum, non controver-
titur; utpotè reſultans ex donatione, ac te-
ſtamento condito per dictam Laviniam; in
quo ipſa ſavore filiorum, & deſcendentium
Scipionis; de quorum numero eſt Cæſar,
donationem confirmavit. Vineam eſſe fidei-
commiſſariam pariter demonſtrat inſtrumen-
tum dationis in ſolutum factum inter Scipio-
1 nem, ipſamque fideicommittentem. Quibus
concurrentibus, ſicuti fideicommiſſariis de-
negari non poteſt immiſſio; ex firmatis in
Reatina fideicommiſſi 17. *Maii* 1680. §. *De-
voluta, coram bo. me. Albergato, confirma-
ta* 26. *Februarii* 1698. §. 1. *coram R̃mo P.
D. meo Decano*: ita Cajetani, tametſi ad
vineam regreſſum habuerint ex pacto, in in-
ſtrumento permutationis adjecto; ejuſque
2 titulo poſſideant: poſſunt hodie, mutatâ
poſſeſſionis causâ, ex alio titulo fideicom-
miſſi, eorum favore purificati, retentionem
allegare; ut reſpondit *Rota in Roman. immiſ.
26. Junii* 1697. §. *Abſque eo quod, coram me.*

Nec relevat, quod permutatio facta fuerit
per Iſabellam duplici nomine; proprio ſcili-
cet, & tutorio filiorum; & proindè vel poſ-
ſit ex primo ſuſtineri, ob illius credita, vel
ſi conſideretur ſecundum, adhuc illa, tan-
quam tendens in evidentem fideicommiſſi
utilitatem; ac ſucceſſivè per acquieſcentiam
3 omnium vocatorum, & ipſiuſmet Cæſaris,
pacificè obſervata, impugnari non valeat;
ad tradita per *Rotam dec.* 191. *n.* 13. *p.* 17., &
dec. 807. *n.* 31. *p.* 18. *rec.*

Quo enim ad primum: quidquid dixerit
Iſabella in inſtrumento permutationis, hoc
4 unum certum eſt, quod cum ipſa, poſt obi-
tum Scipionis viri, fuiſſet integrè de ſua dote
ſatisfacta, non poterat, ſub prætextu cre-
diti dotalis, nomine proprio vineam prædi-
5 ctam permutare; nec ejus factum, aliorum-
que vocatorum, præjudicare valuit Cæſari,
venienti ex perſona propria, & independen-
ter ab illis, ac à patre; cujus hæres non eſt;
ut noviſſimè firmatum fuit in *Romana rein-
tegrationis primogenituræ* 13. *Junii* 1696.
§. *Minus urget*; confirmata 20. *Februarii*
6 *proximè præteriti coram me.* Sed ejuſdem
Cæſaris arbitrio repoſitum eſt, vel dictam
permutationem approbare, eligendo do-
mum permutatam, vel illam impugnare, vin-
dicando à quocumque, etiam tertio poſſeſſo-
re, bona originaliter fideicommiſſo ſubie-
cta; *Surdus dec.* 208. *n.* 12., *Rota coram Bi-
chio dec.* 62. *n.* 14. *& ſeqq.*, & *coram ſa. me.
Alexandro VIII. dec.* 235. *n.* 7.

Quo verò ad ſecundum, ſcilicet utilitatis,
iſta non verificabatur: nam, licet vinea fi-
deicommiſſaria, conſiderato illius ſtatu de
tempore permutationis; propter effoſſiones
factas à Fontana, modici eſſet valoris, ac te-
nui pretio ſcutorum 385., adjudicata fuiſſet
7 Federico de Rubeis; adhuc, ad dignoſcen-
dum legalem illius valorem, habendus non
erat reſpectus ad tempus, quo vinea peſſum-
iverat: ſed utique, vel ad illud, quod præ-
ceſſit inſtrumentum locationis initæ cum
Fontana, pro annuis ſcutis 200., vel aliud,
quo per Federicum de Rubeis vendita fuit
Societati Mortis Hebræorum, pro ſcutis
2100., concordatis interim, quo pretium
ſolveretur, fructibus recompenſativis in an-
nua ſumma ſcutorum 65. 60.: ſive autem
primum, ſive ſecundum tempus attendatur,
ſemper excluſa remanet ſuppoſita utilitas:
dum ex domo, in permutatione tradita, exi-
gitur ſolùm annua penſio ſcutorum 52., ut in
ſum patrum n. 16.; ex quibus detractis ſcutis
4. 50. pro annuo canone, quo gravata repe-
ritur; calculatori patet, ſupereſſe dumtaxat
8 ſcut. 47. 50.: & ſic permutationem fuiſſe
valde læſivam: ideoque à vocatis ad fidei-
commiſſum, nullo modo ſervandam; *Imola
in l. ſi hæres* §. 1. *ff. ad Trebell.*, *Cardinalis
de Luca de fideicom. diſc.* 173 *ſub n.* 6., *Rota
coram Bichio dicta dec.* 62. *n.* 9.

Obſervantia demum, aut deſumitur ex
facto vocatorum, qui permutationem ratam
habuiſſe videntur: & recurrit eadem reſpon-
9 ſio, quod per illorum factum poſitivum, &
acquieſcentiam, præjudicium ullum irrogari
non valuit Cæſari, independenter ab illis
excipienti de retentione; ex ſupra firma-
tis in §. *Quoniam*.

Aut deſumitur ex facto proprio ipſius Cæ-
ſaris, eo quia regreſſum petierat ad vineam,
vigore pacti, in inſtrumento præfatæ per-
mutationis adjecti: nullatenus autem fidei-
commiſſum Laviniæ allegaverit: & facilior
10 occurrit reſponſio, quod, cùm non probe-
tur, Cæſarem, ante motum ab eo aſſociatio-
nis judicium, certam fideicommiſſi notitiam
habuiſſe; quicunque actus ignoranter geſti,
nullum ipſi præjudicium irrogare potuerunt;
ut optimè probat *Fuſarius de ſubſtit. q.* 594.
n. 20. *& ſeqq.*, *Rota coram Coccino dec.* 645.
n. 9.

n.9. & 10., & *in rec. dec.735. n.19. & ſeqq.*
11 *p.*18. Poſt motum verò judicium, cum Cæ-
ſar teſtamentum produxerit, ex quo propria
vocatio ad fideicommiſſum reſultat, per con-
ſequens deficit obſervantia, ex neglecta
productione deſumpta.

Nec tandem animadverſionem meruit ob-
12 jectum, quod Lavinia, donationem in quan-
titate factam, transferre nequiverit ad ſpe-
ciem, ſubjiciendo vineam fideicommiſſo,
in donatione contento, propter jus quæſi-
tum donatariis; quibus forſan utilius eſſet
donationem conſequi in quantitate, quam in
13 ſpeciebus. Hoc enim ratiocinium procede-
ret, ſi perſonæ in donatione compræhenſæ,
reductionem quantitatis ad ſpeciem, de nul-
litate redarguerent: ſecus autem, dum ap-
probando factum fideicommittentis, tan-
quam ſibi magis proficuum, intendunt, loco
pecuniæ, corpus fideicommiſſarium vindi-
14 care; quo ſtante non valent Patres in
vocatorum præjudicium, allegare nullita-
tem, ac jus, ipſis tantum donatariis reſerva-
tum; *Ruinius conſ.93. n.8. lib.3.*, *Cancerius
var. reſol. p.3. cap.2. n.226.*, *Rota coram
15 Coccino dec.1577. n.8* Potiſſimè, dum ea-
dem quantitas, tanquam fideicommiſſo ſub-
jecta, non poterat à donatariis liberè in pro-
prios uſus converti; ſed favore vocatorum
ad fideicommiſſum, erat inveſtienda.

Et ita, utraque &c.

ALEXANDRINA DISTRIBUTIONUM.

Veneris 20. Martii 1699.

ARGUMENTUM.

Canonico abſenti, ad effectum lucrandi diſtributiones, quænam culpa Capituli, & litis ſuſtentatio ob rejiciendam ſententiam privationis Canonicatus, ſuffragari nequit, demonſtratur.

SUMMARIUM.

1 *Diſtributiones quotidianæ debentur ſolùm intereſſentibus, occaſione ſervitii Eccleſiæ præſtiti.*

2 *Non intereſſentes, diſtributiones non lucrantur.*

3 *Limita, in abſentibus ex legitima cauſa: & an, & quæ abſentia ex culpa Capituli ſit legitima cauſa? &* num.8.

4 *Diſtributiones tanquam correſpectivæ dotis aſſignationi, non debentur Canonico, cujus beneficii redditus deſuerunt.*

5 *Et in caſu dictæ diminutionis, Capitulum agere poteſt contra promiſſorem, & ejus bona, pro reintegratione.*

6 *Et ſi poſſeſſor beneficii ſit hæres fundatoris, ipſe tenetur reintegrare.*

7 *Cui pro hac reintegratione poſſunt à Capitulo retineri diſtributiones ad ipſum ſpectantes.*

8 *Diſtributiones, ut abſens lucretur, ex cauſa legitimi impedimenti, illud concludenter probare tenetur, aliàs præſumitur malitioſè abfuiſſe.*

9 *Canonicatu privatus, ſi ſententia ſuſpendatur, tenetur interim divinis intereſſe, ad effectum lucrendi diſtributiones.*

10 *Canonicus abſens ad ſuſtentandam cauſam, quæ poteſt geri per Procuratorem, non percipit diſtributiones.*

11 *Sententia privationis Canonicatus revocatâ per aliam à qua non fuit appellatum, Canonicus ſtatim ad reſidentiam redire tenetur.*

12 *Sententia valida, & juſta tranſit in judicatum.*

DECISIO LXXVIII.

UT Canonicatus, cujus erectionem in Eccleſia Cathedrali Civitatis Alexandrinæ, Jacobus Philippus Archinus meditabatur, particeps fieret diſtributionum quotidianarum, obtulit ille Capitulo dictæ Eccleſiæ annuum redditum duplarum decem & novem in tot cenſibus; eumque perpetuò manutenere promiſit. Poſtmodùm verò, in actu realis erectionis, tria prædia, & alium cenſum in dotem aſſignavit; onere tamen Canonicis pro tempore adjecto, reſidendi perpetuò in dicta Eccleſia; ibique per ſeipſos omni hebdomada ſacrum celebrandi. Ac tandem in ultimo, ſub quo deceſſit, elogio, præbendam ſupradicti canonicatus ſibi ſcripſit hæredem.

Canonicatum, ut ſupra, erectum obtinuit anno 1661., Jacobus Philippus Archinus junior; & ab eo tempore uſque ad annum 1666. licèt aſſiduam præſtitiſſet reſidentiam, non valuit à capitulo diſtributiones conſequi; eo ſub fundamento, quod eſſent diminuti fructus cenſuum; iique longe minorem quantitatem redderent duplarum decem & novem in prima aſſignatione conventam.

Rebus ita ſe habentibus, dicto anno 1666., plures excitatæ fuerunt judiciales controverſiæ: nam Andreas. & fratres de Balotis, qui patrimonium conſtituerant Archino, ut poſſet ad ſacros ordines promoveri; conditione adjecta, quod per aſſecutionem alicujus beneficii eccleſiaſtici patrimonium ceſſaret; comperto quod ille fuerat de dicto canonicatu proviſus, judicium ſuper reſolutione inſtituerunt: &, rejecta exceptione, quod ipſe non gauderet diſtributionibus quotidianis; dum adhuc fructus ſatis erant pro congrua illius ſubſtentatione; favorabilem ſententiam ab ordinario reportarunt: idque etiam per ſimilem ſententiam, A. C. declaravit.

Quia verò, durantibus hiſce litibus, noluit Archinus miſſarum onus canonicatui annexum ſubire, nec horis divinis intereſſe; itaut ſub prætenſa inſufficientia redditum à dicto anno 1666., ſemper propriæ obligationi defecerit; imò ab anno 1670., noluerit ampliùs in eadem Eccleſia reſidere: alia fuerunt contra ipſum diverſa judicia ad inſtantiam promotoris fiſcalis Epiſcopi Alexandrini introducta: & ob omiſſam celebrationem miſſarum, decreta fuit à divinis ſuſpenſio,

quæ tamen in contumaciam promotoris præ-
dicti, legitimè non citati, adeoque non
comparentis, fuit in Curia per judicialem
ſententiam revocata. Ob non reſidentiam
verò, fuit interpolatis vicibus, pro medie-
tate, omnibus fructibus, ac tandem ipſo ca-
nonicatu privatus; juxta decretum S. Conci-
lii Tridentini *ſeſſ. 24 cap 12 de reform.* Ve-
rùm hæc ſententia fuit pariter, nemine in
contrarium comparente, revocata in Curia
Metropolitana Civitatis Mediolani; cauſa-
que deinde ad Curiam delata, prodiit co-
ram A. C., capitulo tamen nunquam legiti-
mè citato, alia ſententia, illius confirmato-
ria, cum abſolutione capituli quoad præten-
ſam reſtitutionem diſtributionum quotidia-
narum à die privationis canonicatus; reſerva-
to è converſo, jure canonico Archino quoad
diſtributiones, ante ipſam privationem de-
curſas.

Ab hujuſmodi ſententia, in partibus ſibi
præjudicialibus, ulteriorem appellationem
interpoſuit Archinus; eâque pendente, re-
curſum habuit ad S. Congregationem Con-
cilii; à qua favorabilia decreta, pro obtinen-
dis diſtributionibus tempore ſuæ intereſſen-
tiæ reportavit; ſed, eo ulterius prætendente
ſibi reſponderi -- *An, & pro quo tempore
abſentiæ deberentur ei diſtributiones* -- nulla
prodiit reſolutio: cauſâque remiſſa fuit ad
Judices ſuos, injuncto etiam Epiſcopo; ut il-
lum, juris remediis, ad reſidentiam compel-
leret.

Hinc, reaſſumpto examine præcedentium
ſententiarum, cauſâque appellationis mihi
commiſsâ, cum clauſula *de cauſis reſtitutionis
in integrum*; dubium, uſque ſub die 24. No-
vembris proximè præteriti, propoſui -- *An,
& à quo tempore diſtributiones debeantur;
&, an reſpectu decurſarum à die privationis,
conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis re-
ſtitutionis in integrum.* Sed ob facti ſeriem,
à ſcribentibus hinc indè valdè involutam, di-
latâ reſolutione, demandatum fuit, quod
ponerentur jura in actis, & factum coram
me concordaretur. Quibus adimpletis, ho-
die cauſâ iterum repropoſitâ, reſolutum
fuit, *diſtributiones ab anno* 1666. *non deberi;
& conſtare de re judicata.*

Non enim potuit in dubium revocari, quod
1 diſtributiones quotidianæ debeantur ſolùm
intereſſentibus occaſione ſervitii, quod Ec-
cleſiæ præſtatur; juxta claram diſpoſitionem
*textus in cap. unico de Cleric. non reſiden.
in 6, cap. licèt 32. extra. de præbend., & ſac.
Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12*, & firmant
*Lotterius de Benefic q. 19. cu n. 15. cum plu-
ribus ſeqq., Rota coram Pamphilio dec.* 458.
n. 1., ibique *Adden. n. 8. & ſeq., Seraph. dec.*
1131. *n. 2. & 3., Merlinus dec. 153. n 1., Bu-
ratt. dec. 193. n. 18., Ludoviſ. dec. 154. n. 2.*
ibique *Add. n. 7., Bich. dec. 567. num. 1.*, &
in rec. dec. 115. n. 2. & ſeqq. p. 6., & *dec. 336.
n. 3. p. 17.* Quamobrem, ſicuti ab anno 1661.
uſque ad annum 1666., de quo tempore Ar-
chinus continuò reſedit, jam diſtributiones
uſque ad obulum exegit: ita è converſo, à
2 dicto anno 1666., uſque in præſens, eas lu-
crari non debet: dum, hoc tempore, debi-
tum Eccleſiæ ſervitium non præſtitit; ex mox
allegatis.

Non attentâ reſponſione: dum Archinus
abſfuerit, ex culpa Capituli renuentis eum
admittere ad participationem diſtributio-
num; atque ideò, cùm tam ex iſta, quàm ex
aliis cauſis, de quibus infra, legitimam cau-
ſam habuiſſet non reſidendi; privari non po-
3 tuerit diſtributionibus; ut probant relati per
Adden. ad Gregor. dec. 184. n. 8. in fin., &
Add. ad Pamphilium dec. 458. n. 10., & *in
Calaguritana fructuum 5. Decembris 1691.
§. Parum relevante*, & *20. Junii 1693. §. Hoc
enim objectum coram bo. me. Benincaſa.*

Siquidem, reſpectu culpæ Capituli, ea
viſa fuit pœnitùs ceſſare, ex quo, cum Ar-
chinus fundator ſeſe obligaſſet favore illius
ad perpetuam manutentionem redditûs an-
nuarum duplarum decem & novem, quas
aſſignaverat, ut Canonici pro tempore, ad-
mitterentur ad quotidianas diſtributiones;
4 eo ipſo quod dictus redditus fuit notabiliter
diminutus, ceſſavit quæcumque obligatio
Capituli admittendi Canonicum ad perci-
piendas diſtributiones, tanquam correſpe-
ctiva præfatæ aſſignationi; ut in præciſis ter-
minis, reſpondit *Rota dec. 197. n. 2. & 3.*, &
5 *dec. 376. n. 6. p. 18. rec.* Quininò poterat ulte-
rius Capitulum agere contra promiſſorem,
ejuſque bona pro reintegratione. Et, quo-
6 niam ipſe hæredem ſibi ſcripſerat præben-
dam canonicatus, de quo agitur: utique po-
tuit eadem ratione agere contra poſſeſſorem
hæredem; *Rota dec 364. n. 8. part. 18. rec.*
7 Multòque magis ſibi retinere diſtributiones,
quæ alias ad illum ſpectaſſent; benè *Rota co-
ram Cerro dec. 586 n. 5. & 11.* Quod benè
agnovit, & faſſus fuit Canonicus Archinus;
qui diſtributiones ſuperlucratas, ſpontè di-
miſit favore Capituli; & quod deficiebat, in-
ſuper de proprio refecit: nec ulla fuit circa
hujuſmodi retentionem conteſtata lis, niſi
8 de anno 1694. Quamobtem, non ſolùm at-
tendi non meretur excuſatio, ducta à Capi-
tuli culpa: verùm etiam ceſſat legitima cau-
ſa non reſidendi: cùm ad hunc effectum, non
ſufficiat allegare quodcunque impedimen-
tum: ſed probandum eſt, quod fuerit inju-
ſtum, & talis qualitatis; ut non potuerit re-
moveri: aliàs enim, hujuſmodi probatione
deficiente, præſumitur, quod Canonicus
malitioſè, & ſine juſta cauſa abſfuerit; ut per
text. in cap. fin. de elect., probat *Moneta de
diſtrib. p. 2. q. 5. n. 43., Rota coram Duno-
zetto jun. dec. 652. n. 8.*

Quin valeat replicatio, quod ſaltem excu-
ſari debeat ab inſufficientia redditUUm: quo-
niam, etiam ſepoſitis diſtributionibus quoti-
dianis, Canonicus habuit redditus ſufficien-
tes: dum poſſedit integram dotem, conſi-
ſtentem in tribus prædiis, & cenſu, atque
ulterius, integram hæreditatem fundatoris,
in qua reperta fuerunt alia bona ſtabilia. Qui-
bus

but attentis, congruitas reddituum fuit canonizata: primo per ſententiam, latam a Vicario generali Alexandrino: ſecundò per aliam ſententiam, latam in Tribunali A. C.: & tertio tandem per reſolutionem ſac. Congregationis; quæ agnitâ ſufficientiâ redddituum iſtius Canonicatus, cenſuit, non eſſe locum reductioni miſſarum, per ipſum Archinum petitæ.

Minus pro juſta cauſa, ſaltem ab anno 1680., allegari valet, quod fuiſſet ab ordinario, eo tempore, privatus fructibus; imò & Canonicatu, ob non reſidentiam; adeout fuerit coactus judicium appellationis proſequi; & ad Curiam ſe transferre. Omiſſo enim quod in cauſa non erat Capitulum; ſed abſque ejus interventu lis agebatur: ſubmoveri viſa fuit
9 quælibet difficultas, exeo, quod, cùm deindè ab eadem ſententia provocaſſet, & illius effectum ſuſpendi obtinuiſſet; tenebatur interim divinis intereſſe, ſub pæna reiteratæ diſtributionum amiſſionis; *Moneta de diſtrib.*
10 *p 2. q.8. n.25.* Potiſſimum quia neceſſe non erat, quod ipſe perſonaliter ad Curiam accederet: cùm, tam hujuſmodi controverſiæ, quàm aliæ, quæ cum Capitulo agebantur, potuiſſent tractari per procuratorem in Curia; ut in propoſito notat *Pignatellus con-*
11 *ſult.117 n.7.tom.9* Et, in omnem caſum, cum deindè dicta ſetentia fuiſſet revocata; & nulla deinceps, ad inſtantiam Epiſcopi, interpoſita appellatio; utique debuiſſet ille ad reſidentiam redire: quo non facto, nimis ad evidentiam convincitur, illius abſentiam fuiſſe voluntariam; & proindè inexcuſabilem.

Atque ex iis in conſequentiam promanat reſolutio ſecundæ partis dubii, circa rem judicatam: quia, conſtito quod ſententia lata ſuper privatione canonicatus, nullam præbuerit legitimam cauſam non intereſſendi: indè ſequitur, quod ritè, & rectè fuerit ab A. C. abſolutum Capitulum à reſtitutione diſtributionum, à die dictæ privationis: &
12 ſententia abſolutoria, tanquam valida, & juſta tranſitum fecerit in judicatum; *Rota coram Celſo dec.205. n.1., coram Bichio dec. 662. n.18., in rec. dec.233. n.3. p.7.*

Et ita, utraque &c.,

ALEXANDRINA DISTRIBUTIONUM SUPER ATTENTATIS.

Ven. 20. Martii 1699.

ARGUMENTO

Non indiget, quia habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Diverſitas rerum, & perſonarum excludit attentata.*

2 *Procedens ex Principis mandato non attentat.*

3 *Ingerente duplicem perſonam, actus, qui tanquam una geſſit, ad aliam non eſt referendus.*

4 *Attentata cum ſapiant delictum, pro illorum excluſione interpretatio ſumenda eſt.*

DECISIO LXXIX.

PEndente lite inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Alexandrinæ, & Canonicum Archinum, ſuper quotidianis diſtributionibus, quas idem Archinus ſibi, quantumvis non reſidenti, debitas eſſe contendebat: Sacra Congregatio Concilii, cujus judicio delegata erat contentio, remiſsâ cognitione ad Judices ſuos, anno 1697. reſcripſit, quod Epiſcopus Archinum juris remediis compelleret ad reſidendum. Cumque, in hujus reſcripti exequutionem, Reverendiſſimus Epiſcopus nuper mediante præcepto, ſeu monitione, Archinum ad reſidentiam revocaverit; ille verò, ſub prætextu litis, ut ſupra, cum Capitulo agitatæ, ac modo in hoc Sacro Auditorio pendentis, attentatam ſupponeret Epiſcopi monitionem: petiit dubium proponi, *An conſtaret de attentatis;* Quod fuit *negativè* reſolutum.

Cùm enim cauſa, quæ vertitur in noſtro Auditorio, reſpiciat ſolùm quotidianas diſtributiones; & agatur cum Capitulo; ſic-
1 que diverſa ſit res, ac diverſæ perſonæ nullum profectò intercedebat obſtaculum, ex quo Reverendiſſimus Epiſcopus, à ſui muneris exercitio abſtineret; ac per conſequens, nullum conſiderari valet attentatum; *Rota dec. 197. num 5., & dec.240. num.2. part 17., dec.394. num.11., & dec 649. num.4., & 5. part.18, & dec.109. num.13. part.19. rec.*

Fortius quia idem Epiſcopus, in monitoriali præcepto profeſſus fuit, ſe procedere vigore decreti S. Congregationis Concilii; adeòque, cum ex Principis mandato proceſ-
2 ſiſſe dicatur, inepta prorſus eſt attentatorum exceptio; ut dixit *Rota dec. 179. n.5. part.28. recent.*

Non relevante, quod etiam cauſa privationis, per Epiſcopum, uſque de anno 1678. mediante judiciali ſententia, indictæ, fuerit ad Metropolitanum, in gradu appellationis, ab Archino interpoſitæ, devoluta: cumque ille mandaſſet, Archinum reintegrari; idemque in tertia inſtantia fuerit coram A. C. declaratum: eo ipſo, quod ab hac Sententia fuit commiſſa cognitio appellationis in Rota, ceſſet ſuppoſita diverſitas; ac dici debeat, etiam hujuſmodi cognitionem ad noſtrum Tribunal ſpectare potuiſſe; & in ſpretum litis pendentiæ, demandari, quod Archinus ad reſidentiam reverteretur. Quoniam, etſi contentio ſuper privatione canonicatus, ab Epiſcopo, unâ ſimul cum aliis, ſuper diſtributionibus quotidianis, devoluta fuerit ad Metropolitanum, & poſtea ad A. C.; attamen ab iſtius ſententia, ſuper articulo privationis, nemo appellavit: quia dumtaxat Archinus appellationem interpoſuit in ea parte, qua ipſi denegabantur diſtributiones. Ideoque, cum ſententia A. C., reſpectu cauſæ ſuper privatione actitatæ, tranſitum fecerit

fecerit in rem judicatam ; atque, in iſtius exequutionem, Archinns fuerit ad Canonicatus poſſeſſionem reintegratus: controverri non poteſt, quod nova inſtantia Promotoris Fiſcalis ad reſidendum ſit omninò diverſa ab alia cauſa ſuper diſtributionibus, ad ſolius Archini provocationem in Rota pendente.

Replicatio autem quod hujuſmodi inſtantia facta fuerit à Promotore Fiſcali; qui ſimul
eſt ejuſdem Cathedralis Canonicus; & perindè cenſeatur omnia peregiſſe, cum ipſo
Capitulo, colludendo: pænitus tollitur ex
eo, quod, cum ipſe duplicem repræſentet
perſonam; totum id, quod nomine Procu-
3 ratoris Fiſcalis geſſit, ratione ſui officii geſ-
ſiſſe dicatur; nec referri valeat ad aliam per-
ſonam Canonici, quam induit: præſertim
ad effectum exindè deducendi attentatum:
quod, tanquam ſapiens delictum, quacun-
4 que poſſibili interpretatione venit ſubmo-
vendum; *Rota coram Buratto dec 644. n 9., in rec. dec. 197. num. 4. cum ſeqq. part. 13., & dec. 348. à num. 6. uſque ad 9. part. 18.*

Et ità, utraque &c.

COLONIEN. CANONICATUUM.

Lunæ 30. *Martii* 1699.

ARGUMENTUM.

Pœna privationis Beneficii; ut locum habeat, crimina debent eſſe concludentiſſimè probata; & ex iis, in quibus de jure talis pœna inflicta ſit: quando decerni poſſit ob non reſidentiam?

SUMMARIUM.

1 *Sententia nulla, poſſeſſione non privat.*
2 *Sententia lata ab uno ex Judicibus, quando duo ſimul procedere debuiſſent, eſt nulla.*
3 *Proceſſus fabricatus coram Judice, certis ex cauſis ſuſpecto allegato, cum appellatione ab ulteriori proceſſu, eſt nullus; & nulla etiam ſententia, ejus vigore lata.*
4 *Sententia lata ſuper privatione Beneficii, ex capite non reſidentiæ, eſt nulla, niſi à die ulteriore monitionis, lapſum ſit ſemeſtre.*
5 *Exequutio, poſt appellationem ad ſuperiorem facta, eſt nulla.*
6 *Privationi Beneficii, non eſt locus, niſi præcedat concludentiſſima probatio delicti; in cujus pœnam ea vult inferri.*
7 *Ad privationem Beneficii ex capite non reſidentiæ deveniri non poteſt; niſi ſervata forma cap.* Ex tuæ de Cleric. non reſid.
8 *Privatio non poteſt decerni, niſi prò iis delictis, in quibus talis pœna à jure inflicta legitur.*

DECISIO LXXX.

FRanciſco Guberto Comiti de Aſpramont, & ReecKleim, aliiſque Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Colonien., nullitèr, ut infra, privatis; hodie, abſque contradictore, in hoc Sacro Tribunali comparentibus, reſponſum fuit -- *dandam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione Canonicatuum, ab ipſis jam pridem poſſeſſorum* -- dum ſententia, ſuper privatione lata per Commiſſarium Curiæ Archiepiſcopalis ejuſdem Eccleſiæ, tanquam
nulla, & injuſta, non potuit illos propriâ
1 poſſeſſione privare; ut in iis terminis reſpon-
dit *Rota dec. 467. num. 7., & dec. 610. nu. 2. penes Poſthium de Manut., coram Coccino dec. 827. num 3, cor. Dunozetto Jun. dec 878. per tot.*, & ſignantèr *num. 5., coram Bichio dec. 399. num. 7., & 9., coram ſa. me. Alexandro VIII. dec. 41. in princ., & num 4., in rec. dec. 609. num. 2. part. 1., dec. 210. num. 2. cum duobus ſeqq part. 12., dec 31. num. 11. per tot., dec. 117., & dec. 312. num. primo, & ſeq. part. 15.*

Nullitas apud Dominos viſa fuit ex pluribus inexcuſabilis. Et primo quia, cùm ex
tenore Brevis ſan. mem. Innocentii XI., de
quo in *Summ. num 7.*, donec Sereniſſimus
Elector Colonien. ad legitimam ætatem perveniſſet, in ſpiritualium adminiſtratione
conjunctim cum ſuffraganeo Colonien. procedere teneretur: utiquè non potuit Commiſſarius, ab eodem Sereniſſimo dumtaxat
Electore deputatus, judicium ſuper priva-
2 tione Canonicatuum interponere; *ad text. in cap. Prudentiam 21., & cap. Cum cauſam 22. de Offic. delegat., Menochius conſ. 1. n. 207., & in tract. de Arbitr. caſ. 187. n. 11., Achill. de Graff. dec. 8 num. 3 de Conſtit., Rota dec. 2. de Offic. delegat. in novis, Tondutus de Prævent. lib. 1. cap. 1. num. 3., Barboſa Ad Concil. ſeſſ. 25. de reform. cap 6. n 38. verſ Quando enim.*

Secundo quia dictus Commiſſarius, fuerat à Canonicis, medio juramento, recuſatus tanquam ſuſpectus, ob plures cauſas, &
quidem relevantes, relatas in eodem *Sum. num. 2.*; interpoſitâ ulterius appellatione ad
Sedem Apoſtolicam, quatenus ab eo quid
quam fuiſſet innovatum. His autem ſtantibus,
dubium non eſt, quod tam proceſſus, quàm
3 ſententia, nullitatis, & attentatorum vitio laborent; *Gratian. diſc. for. cap. 100. n. 4., Cardinalis de Luca de Judic. diſc. 3. num. 71., Rota coram Caputaquen. dec. 604. n. 4. part. 1., coram Buratto dec. 371. num. 11., coram Bichio dec. 246. num. 1., cum ſeq., in rec. dec. 346. n. 5. part. 2.*, & meliùs *coram Paeuia dec. 388. per tot.*

Ac tertio demum: ex quo à die, qua litteræ citatoriales expeditæ fuerunt, uſque
ad diem latæ ſententiæ, tempus neceſſarium,
& à jure præſcriptum, non effluxit. Cùm
enim inter cauſas privationis, in eiſdem litteris expreſſas, recenſita fuerit etiam illa
derelictæ reſidentiæ; non poterat ex iſto
4 capite, niſi poſt elapſum ſemeſtre, à die
ultimæ monitionis, ſuper privatione pronunciari; per *text. in cap. Ex tuæ de Clericis non reſiden., Rota dec. 131. num. 4, & dec. 163. num. 2. part. 4. tom. 2., dec. 287. num. 8, & dec. 360. num. 1. part. 12., dec. 117. num. 6., & ſeqq.*,

ſeqq., *& dec.*312. *num.* 1., *& ſeqq. part.*15. *recent.*

Quibus Sententiæ nullitatibus, injungitur etiam alia nullitas, & attentatum, in illius exequutione commiſſum. Cum enim, poſt latam ſententiam ſuper privatione Canonici denuò ad Sedem Apoſtolicam appellaſſent:
5 illius exequutio debebat omninò ſuſpendi; ut in ſpecie firmavit *Rota coram Dunozetto jun. dec.*878. *num.*4.

Nullitati ſuccedit injuſtitia; eaque non minus evidens apparuit, animadvertendo, quod nulla prorsùs facta fuit probatio delictorum, ob quæ privationi eſſe locum ſupponebatur: cum tamen ad effectum infligendi pœnam privationis Beneficiorum, in Jure graviſſimam, probationes perneceſſe con-
6 cludentes requirebantur ſuper delicto, ex quo privatio deſumitur; *Pariſ. de Confident. quæſt.*72. *num.*3, *Cardinalis de Luca de Beneſ. diſc.*70. *num.*4., *Rota coram Seraphino dec.*1029. *num.*1., *coram Cavalerio dec.* 352. *num.*1., *&* 2., *coram Buratto dec.*445. *n.*6., *ibique Add num.*11., *in rec. dec* 538. *num.*10., *&* 16. *part.* 4. *tom.* 3., *dec.*256. *num.* 30., *& dec.*267. *num.*6. *part.* 12., *dec.* 141. *num.* 28., *& ſeqq. part.*16., *dec.*116. *num.*14., *& ſeqq. part.*17., *dec.* 291. *num.* 4., *&* 5. *part.* 19., *& in Reatina Archipresbyteratus* 13. *Januarii* 1698. §. *Quia obſtare*, *coram R. P. D. meo Muto*.

Quinimò, ſecluſo titulo non reſidentiæ, ex quo ſolum potuiſſet ad privationem de-
7 venire; ſervatâ tamen forma *d. cap. Ex suæ, de Cleric. non reſiden.*: tametſi quæcunque alia crimina Canonicis impicta, per hypotheſim, legitimè probata fuiſſent; adhùc tamen, cum non eſſent de numero illorum, in quibus à jure pœna privationis inflicta legitur: iſta, per conſequens, non potuit à ſu-
8 periore decerni; *Gloſ. in cap. Fieri, verb. Ex vi, circa finem, de Jurepatr*, *Gonzalez. Ad regul* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.*136., *& ſeqq.*, *Garzias de Beneſ. part.*11. *cap.*10. *n.*2., *Rota dec.*717. *num.*11. *part.*4 *tom.*3., *dec.*31. *num.*9., *&* 10. *part.* 15. *recent.*

Et ità per contradictas reſponſum fuit &c.

ADRIEN. CANONICATUS.

Ven. 3. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

In electione Canonici facta à Capitulo, ſi plures parem numerum ſuffragiorum ſuper cæteros reportaverint, & ad hos electio coarctata fuerit unus ex his neceſſario eſt eligendus. Quomodo coarctatio inducta dici debeat, & in quibus electionibus forma *Capituli Quia propter de elect.* requiratur?

SUMMARIUM.

1 *Beneficium in quo electio ad aliquos fuit coarctata ex iſtis plura ſuffragia poſtea reportanti eſt adjudicandum.*
2 *Quod procedit ex juris diſpoſitione.*
3 *Coarctatio electionis ad aliquos, qui habuerant paria vota convincitur, ex quo illi ſoli ſunt iteratæ ſorti commiſſi in ſecundo ſcrutinio.*
4 *Coarctatio non eſt valida ſtante præjudicio, quod aliis concurrentibus irrogatur.*
5 *Limitatur, quoties capitulum aliquos cum paritate ſuffragiorum præelegerit.*
6 *Electis cum paritate votorum eſt jus quæſitum, ne extra illos fieri poſſit electio.*
7 *Electoribus non ſolùm licèt ad præelectos in paritate vocum tantum electionem coarctare in ſecundo ſcrutinio.*
8 *Sed inſuper, ſine libertatis læſione, ad id à ſuperiore cogi poſſunt.*
9 *Electio fieri debet à majori parte reſpectivè ad integrum numerum ex* Cap. Quia propter de Election.
10 *Limita, ubi concurrit ſtatutaria diſpoſitio, quæ independenter ab illa juris debet attendi.*
11 *Statutum aliquid operari debet, ne inutiliter dicatur conditum.*
12 *Electiones Prælatorum, per quorum obitum viduatur Eccleſia, exigunt formam dicti* Cap. Quia propter.
13 *Electiones Canonicorum non indigent ſolemnitatibus, & forma dicti* Cap. Quia propter.
14 *Sed ſatis eſt conſenſus capitularium quocumque modo expreſſus.*
15 *Electio ſecluſa forma* Cap. Quia propter *cadit in eum, erga quem, comparativè ad alios major numerus eligentium concurrit.*
16 *Collegii majori parte aſſentiente, totum aſſenſiſſe videtur.*
17 *Teſtibus habentibus intereſſe in cauſa, non eſt credendum.*
18 *Judici qui contra aliquem pronunciavit, atteſtari contra eumdem ad proprium commodum non eſt permiſſum.*
19 *Obſervantiam difformitas actuum excludit.*
20 *Gratia* – ſi neutri – *locum non habet, niſi utriuſque collitigantis malum jus concurrat.*

DECISIO LXXXI.

PEculiari Adrienſis Eccleſiæ Statuto per Odeſcalcum illius olim Antiſtitem, cum unanimi Capitularium conſenſu, condito; deinde per Adreozzium in eadem Eccleſia ſucceſſorem approbato, ac mediante juramento à ſingulis Canonicis ſucceſſivè admiſſis acceptato, expreſſe diſponitur; ut, vacantibus in ea Canonicatibus, electiones intra eandem diem vacationis, vel ſubſequentem, peragi debeant à Capitulo; „ Ac in „ illo (ſunt verba ſtatuti) diſcutiantur omnes „ ambientes canonicatum, & qui plura vota „ habuerit, ille pro Canonico electo habea„ tur.

Defuncto nuper ſexta die Septembris proximè elapſi, Laurentio Mazzetta Canonico; ejuſque propterea Canonicatu vacante, Canonici numero decem, & octo, die

ſeptima

ſeptima immediatè ſequenti, abſoluto funebri Officio, capitulariter congregati, ſervatis præliminaribus, à præfato ſtatuto requiſitis, per ſeparata ſcrutinia ſingulorum, ad Canonicatum concurrentium, qualitates examinarunt. Cumque factâ ſuffragiorum collatione, compertum extitiſſet, favore Laureti, Cervoni, & Firmani, æqualiter octo ſuffragia conveniſſe; alios verò tres ex concurrentibus, ſeptem ſuffragiorum numerum retuliſſe; decretum proinde fuit, electionem coarctandam eſſe ad eos, qui majora vota reportaverant; ipſiſque iterum ſub ſcrutinio poſitis, ſors electionis cecidit in Lauretum, qui ſeptem favorabilibus ſuffragiis ſuperior extitit Firmano, & Cervono; hæc ſecunda vice ſex votorum numero dumtaxat approbatis.

Hæſitans de hujuſmodi electionis validitate Vicarius Capitularis propoſuit, vel ut novum, aut generale fieret ſcrutinium, quoad omnes concurrentes, vel ſaltem, quoad Lauretum, & alios qui in primo ſcrutinio ſeptem ſuffragia obtinuerant. Cumque hac de cauſa, eligentium mente in ancipiti poſita, Capitulum, ſuſpensâ quacunque reſolutione, diſſolutum remanſerit: idcirco Lauretus, electionem de ſe factam, & jam publicatam, ſequenti die acceptavit; & à quocunque futuro gravamine, ad Sanctiſſimum appellando, expreſsè coram dicto Vicario proteſtatus fuit; ne ſub pœna nullitatis ad novam electionem procederetur; allegando ſignanter defectum poteſtatis Capituli, ob lapſum termini à ſtatuto præſcripti. Sed his omnibus ſpretis, Capitulum denuò congregatum, die nona dicti menſis, omnes ad Canonicatum aſpirantes, præter Lauretum, novo ſcrutinio ſuppoſuit; in quo Annibal Roccatanus, licèt antea reprobatus, undecim numeravit favorabilia ſuffragia; quorum vigore pro legitimè electo habitus, à præfato Vicario inſtitutionem, ac reſpectivè immiſſionem obtinuit. A' quibus actibus iterum per Lauretum interpoſitâ appellatione, mihique delegatâ, diſceptandum hodie propoſui -- *An, & cui ſit adjudicandus Canonicatus, vel potiùs eſſet locus exequutioni litterarum Apoſtolicarum Gratiæ ſi neutri*; quam interim dictus Laurentius ad cautelam à Sanctiſſimo impetraverat. Et Domini, ſecunda dubii parte prætermiſſâ, reſponderunt *Canonicatum eſſe Laureto adjudicandum*.

Cum enim iſte, in primo, ac generali ſcrutinio, parem obtinuiſſet ſuffragiorum numerum cum Firmano, & Cervono; illoſ-
1 que geminos oppoſitores, ad quos electio fuerat coarctata, in ſecundo ſuperaſſet; ei per conſequens adjudicandum erat beneficium, tam ex litteralibus ſtatuti verbis, ibi -- *Qui plura vota habuerit, ille pro Canonico electo habeatur* -- quam etiam ex juris diſpoſitione;
2 de qua, omiſſis generalibus, in his terminis, dixit *Rota coram Cerro dec.*106. *num.*46. *ad* 50., & *dec.*131. *num.*8., & *coram ſa. mem. Alexandro VIII. dec.*29 *num.*28., & *dec.*37. *num.*2., & 26.

Electionem autem fuiſſe coarctatam ad tres, in primo ſcrutinio æqualiter approbatos, certum fieri videbatur apud Dominos;
3 ponderando, quod in ſecundo ſcrutinio, illi ſolùm fuerunt iteratæ ſorti à Capitulo commiſſi; adeout alii neceſſario rejecti cenſerentur; ut ait *Rota coram Cerro dicta dec.* 131. *num.*9., & *coram ſa. me. Alex. VIII. dicta dec.*29. *num.*34., & *ſeqq.*, & *dec.*37. *nu.*16. *cum ſequen.*

Quin hujuſmodi coarctationis validitas in
4 dubium revocari poſſet ex præjudicio, quod cæteris concurrentibus, illa mediante, ir-
5 rogabatur. Quippe, cum Capitulum, ex ſpeciali ordinatione ſtatuti, teneretur eum ad Canonicatum eligere, quem ſecundum Deum, & Eccleſiæ utilitatem digniorem, & habiliorem judicaverint; factâque in primo ſcrutinio diſcuſſione qualitatum, quibus unuſquiſque pollebat, prædictos tres æquè idoneos reputaſſet: illis propterea,
6 privativè quoad alias, tale jus quæſitum
7 fuerat; ut nedum licitum eſſet Capitulo electionem ad eos, cæteris excluſis, ſponſè coarctare; ut ex *text. in cap. conſtitutis* 46. *de Appellat.* reſpondit *Rota penes Garziam de Benef. part.*5. *cap.* 4. *num.* 166., & *coram Cerro dicta dec.*106. *num.*47., & *ſeqq.*, & *dec.*131. *num.*20. 27., & *ſeqq*, & *coram ſa. me. Alex. VIII. dicta dec.*37. *num.*8., &
8 *ſeqq.* Sed immo ad hujuſmodi limitatam electionem, potuiſſet idem Capitulum, abſque ulla libertatis læſione, per ſuperiorem compelli; ut egregiè firmatur in *dicta dec* 106. *num.*46. *coram Cerro*, & *in dec.*29. *num.*27., *coram ſa. me. Alex VIII.*

Minoris erat relevantiæ altera nullitas
9 electionis, ex quo illi aſſenſum non præſtiterit major pars Canonicorum, habito reſpectu ad integrum Capitulum; prout requiri ſupponebatur, tam ex diſpoſitione *textus in cap. Quia propter* 42., & *cap Eccleſia* 48. *de Electione*, quam etiam ex conſuetudine, in eadem Eccleſia vigente.

Quo enim ad juris diſpoſitionem, duplex occurrit reſponſio; altera, quod, cum ſtatutum Adrienſis Eccleſiæ non exigat pluralitatem votorum, reſpectivè ad totum Capitulum; ſed, habito reſpectu ad omnes alios concurrentes, ut ſonant litteralia verba, opportunè repetenda, ibi: *diſcutiantur omnes ambientes Canonicatum, & qui plura vota habuerit, ille pro Canonico electo*
10 *habeatur* -- hæc ſtatuaria diſpoſitio unicè, ac independenter ab illa juris, debet attendi; ex firmatis in *Gerunden. Beneficii* 10. *Februarii* 1696. §. *Minuſque in fin.*, *coram R. P. D. meo Scotto*, & 10. *Decembris ejuſdem anni* §. *Cæterum*, *pariter in fin.*, *coram*
11 *R. P. D. meo Anſaldo*. Alioquin, admiſſa contrariâ intelligentiâ, dicendum foret, ſtatutum fuiſſe inutilitèr conditum; contra regulam *textus in cap. Si Papa* 10. *verſ. Cui enim jure communi de Privileg. in* 6.

Altera

12 Altera, quod *textus in dicto cap. Quia*
propter; *& d. cap. Eccleſia* locum ſibi vindi-
cant in electionibus Prælatorum, aliorum-
que ſuperiorum; quibus decedentibus, vi-
13 duatur Eccleſia, non autem in electionibus
Canonicorum, circà quas nulla ſpecialis po-
ſitiva forma præſcripta reperitur: ſed con-
14 ſenſus Capitularium, quoquo modo præ-
ſtitus, ſat eſt ad electionem perficiendam;
ut, diſtinguendo unum caſum ab alio, do-
cet Abbas *in dicto cap. Quia propter num.* 34.
Lotterius de Re beneſ. lib. 2. *quæſt.* 16. *n.* 15.,
& quæſt. 19. *num.* 10., *Paſſerinus de Elect.*
nullit. cap. 9. *quæſit.* 8. *num.* 55., *Toudutus re-*
ſolut. beneſ. cap. 40. *num.* 7. *tom.* 1. *Rota co-*
ram Buratto dec. 380. *num.* 5., *&* 6., *& co-*
ram Cerro dicta dec. 106. *num* 9., *& ſeqq.*,
& in rec. dec. 244. *num.* 4., *& ſeqq. part.* 8.,
& dec. 210. *num.* 9. *part.* 9., *& dec.* 396. *n.* 8.
part. 19., *& in Leodien. Præpoſituræ* 3. *Mar-*
tii 1684. §. *Secundo quod, coram bo. me. Al-*
bergato, confirmata 2. *Junii* 1687. §. *In præ-*
ſenti, coram bo. me. Benincaſa.

Atque ideo electores, excluſa neceſſitate
15 ſervandi formam, ut ſupra, præſcriptam
in dicto *cap. Quia propter*, *& d. cap. Eccle-*
ſia, rectè potuerunt ex præfato ſtatuto illum
habere pro electo, erga quem, compara-
16 tivè ad alios, major numerus eligentium
conveniſſet: cùm omnes, eo tempore, à
principio collegialitèr illius electioni aſſen-
tiri cenſeantur; ut punctualiter *Gloſſa in*
cap. Si cui 23. *verb. Concilium de Elect. in*
6., & probat *Rota dicta dec.* 106. *num.* 12.
coram Cerro, *& in dicta Leodien. Præpoſi-*
turæ 3. *Martii* 1684. §. *Tales autem, coram*
bo. me. Albergato,

Suppoſita verò conſuetudo, vel obſer-
vantia, ultrà quòd minimè comprobata erat
atteſtatione per Vicarium capitularem,
17 aliosque de Capitulo ſubſcriptam: dum
18 omnes Laureti electionem impugnarunt: &
Vicarius contra eundem in hac cauſa pro-
nunciavit; nec ideo eis permiſſum eſt ad pro-
prium commodum teſtificari; ut, in his ter-
minis, ponderat *Rota cor. Coccino dec.* 231.
num. 36., *& in rec. dec.* 220. *num.* 7. *part.* 17.

Excluſa pænitus remanſit ex partitis libro-
rum Capitularium, datis in *Summario Lau-*
reti num. 16. ex quibus conſtat, electiones
pluries fuiſſe factas cum pluralitate voto-
rum, reſpectu minoris partis, & effectum
ſortitas: ideoque, tametſi legitimè doce-
retur, aliquando majorem totius Capituli
partem in electionibus interveniſſe; non in-
19 de argui poſſet conſuetudo, vel obſervan-
tia, cui difformitas actuum abſolutè repu-
gnat; ut in ſimilibus terminis, reſpondit *Ro-*
ta dec. 188. *num.* 19. *part.* 17. *rec.*, *& in Ro-*
mana Funeralium 24. *Aprilis* 1690. §. *Hinc*
non obſtat, coram R.P.D. meo Caprara.

Conſtito ex præmiſſis de bono jure Laure-
ti; Domini ſuperfluum putarunt examinare
gratiam *ſi neutri*, ab ipſo impetratam: cum,
20 ad illius exequutionem, malum jus utriuſ-
que collitigantis requiratur; *Rota coram Pe-*
nia dec. 1354., *& coram Gregorio dec.* 89. *n.* 2.,
& 3., *& in rec. dec.* 298. *num.* 1. *part.* 17. cum
aliis notiſſimis.

Et ita &c.

ADRIEN. CANONICATUS SUPER SEQUESTRO.

Ven. 3. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.
Habes in.

SUMMARIUM.

1 *Sequeſtrum ſuper fructibus beneficii apponi-*
tur, cum unus ex colligantibus attentatè,
& vitioſè poſſidet.
2 *Admiſſio proteſtationis, & appellationis à*
prima electione, utpotè declarans eandem
nullam, eſt de ſui natura appellabilis.
3 *Electus per priùs ſi compareat, non poteſt no-*
va electio expleri.
4 *Sententia ſuper inſtitutione judicialitèr lata*
eſt appellabilis.
5 *Nec intra decendium poteſt executioni de-*
mandari.
6 *Poſſeſſio capta poſt appellationem etiam ex-*
traiudicialem in beneficialibus, venit de
ſtylo Rotæ ex officio ſequeſtranda.

DECISIO LXXXII.

UNA cum dubio ſuper adjudicatione aliud
propoſui – *An eſſet apponendum ſeque-*
ſtrum – Et, ſicut Domini cenſuerunt, Ca-
nonicatum eſſe adjudicandum Laureto: ità
è contra poſſeſſionem, ab Annibale captam,
attentatorum, ac nullitatis vitio infectam
agnoſcentes, non hæſitarunt, prò appoſi-
tione ſequeſtri reſpondere: ne attentans,
1 vitioſæ poſſeſſionis commodo fruatur; ut
paſſim reſpondit *Rota coram ſa. me. Alexan-*
dro VIII dec. 66. *num.* 12., *& coram Arguell.*
dec. prima num. 10., *in rec. dec.* 219. *num.* 1.
part. 9., *& dec.* 410. *num.* 6., *& ſeqq. part.* 18.

Attentata videbantur inexcuſabilia, tam
reſpectu electionis, in perſonam Annibalis
factæ, quam reſpectu poſſeſſionis, ab eo
ſucceſſivè apprehenſæ. Reſpectu, inquam,
electionis: quia, poſtquam Lauretus coram
Vicario Capitulari proteſtatus fuerat, ne
alia per Canonicos fieret electio; interpo-
ſitâ ulterius appellatione ad Sedem Apoſto-
licam, in caſu neglectæ proteſtationis; li-
citum non erat eidem Vicario iteratam ele-
ctionem decernere: dum illius admiſſio,
2 tanquam implicitè declarans, præcedentem
nullam fuiſſe, citra dubium appellationem,
de ſui natura ſecum ferebat; per *text. in*
cap. Concertationi 8. *de Appellat. in* 6., *Paſ-*
ſerin. de Elect. cap. 34. *num.* 1., *&* 5. *cum*
3 *ſeqq.*, multòque minus poterat à Capitulo,
poſt judicialem Laureti, priùs electi, com-
paritionem, novæ electionis actus expleri;
Laucellott. de Attentat. part. 2. *cap.* 4. *limit.*
22. *num.* 9., *& ſeqq.*, *Lotterius de Re beneſ.*

Digitized by Google

lib.3. quæſt.17. à num.140. ad 146., *Rota coram Cerro dec.131. num.27.*, *coram ſa.me. Alexandro VIII. dec.29. num.51.*, *& ſeqq. dec.37. num.33.*, *& 34.*, *& dec.39. num.7.*, *in rec. dec.209. ante fin. part.9.*

Clariora verò ſunt attentata per Annibalem commiſſa, in occupando Canonicatus poſſeſſionem eadem die, qua Vicarius Capitularis ſuper ipſius inſtitutione pronunciavit; ſpretâ reiterata appellatione, per Lauretum
4 interpoſita: cum tamen ſententia ſuper inſtitutione, in forma judicii cum legitimo contradictore, prolata; & ſic de ſui natura appellabilis; ex plenè firmatis per *Adden. ad*
5 *Ludoviſ. dec.351. num. 14.*, *& dec. 200. n.1. part. 19. rec.* non poſſet intra decemdium exequutioni demandari; per *text. in cap. Non ſolum de Elect. in 6.*, *Rota coram Buratto dec.212 ſub num.3.*, *coram Bichio dec.274. num.4.*, *& in rec. dec.239. num.6.*, *& 20.*
6 *part.18.*, & poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem etiam extrajudicialem, venit ex Officio Judicis ſequeſtranda; juxta ſtylum noſtri Tribunalis; de quo, in iis terminis, *Rota dicta dec.219. num.2.*, *& 3. part.9. rec.*, *& coram Cerro dec.132. ſub num.32.*

MANTUANA EMPHYTEUSIS.

29. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

In Emphyteuſi pro ſe, & hæredibus conceſſa, veniunt quoque fæminæ deſcendentes, defectis maſculis: quibus præjudicari non poteſt ob obtentam voluntariè ab aliquo ex poſſeſſoribus diverſam Inveſtituram, ſub prætextu devolutionis, non purgata mora, quoad uſque purgari poſſit: & de conſuetudine Mediolani alienandi bona emphyteutica in præjudicium ſucceſſorum, diſtinguitur.

Confirmatur decis. 133.

SUMMARIUM.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ex actis.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa* pro ſe, & hæredibus, *etiam fæminas, earumque deſcendentes hæreditariam qualitatem habentes comprehendit.*
3 *In inveſtitura pro ſe, & hæredibus, præcipuè in ſtatu Mediolani. deficientibus maſculis deſcendentibus à primo inveſtito, fæminæ, ac earum deſcendentes admittuntur.*
4 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica fæmina ſuccedere non poteſt, nec deſcendentes ab ea.*
5 *Limitatur, quando inveſtitura eſt admiſſa* pro ſe, & hæredibus.
6 *Emphyteuta confitendo devolutionem, & novam inveſtituram, nequit præjudicare venientibus ex propria perſona.*
7 *Emphyteuta alienans, nequit præjudicare ſucceſſoribus.*
8 *Caducitas ob non ſolutionem canonum neglecta contra auctorem, non poteſt declarari contra ſucceſſores in emphyteuſi.*
9 *Purgatio moræ non denegatur ei, qui incidit in commiſſum in emphyteuſi etiam poſt apprehenſam à Domino directo poſſeſſionem.*
10 *Admiſſio voluntaria novæ inveſtituræ non præjudicat ſucceſſoribus.*
11 *Emphyteuta cadit ab emphyteuſi, & bona devolvuntur ob non petitam renovationem, poſt incurſam caducitatem.*
12 *Devolutio non datur ob non petitam renovationem vigore* L. final. Cod. de Jur. emph., *quotiès bonorum poſſeſſor eſt in inveſtitura compræhenſus.*
13 *Bona emphyteutica redacta ad inſtar allodialium poſſunt, in præjudicium ſucceſſorum, alienari ex conſuetudine Mediolani.*
14 *Conſuetudo iſta à diſpoſitione Juris exorbitans, non debet de uno caſu ad aliud extendi.*
15 *Nec intelligi debet de alienationibus ex falſa, & erronea cauſa ſequutis.*

DECISIO LXXXIII.

ROtalem Sententiam prævìis geminis deciſionibus; altera 15. Martii 1697., & altera 27. Junii 1698. lata à bo. me. Urſino, tunc noſtri Auditorii Decano; Domini, hodie in gradu appellationis mihi delegatæ, confirmandam eſſe reſponderunt.

1 Suppoſitâ enim validitate ab actorum revolutione; ac propterea examen juſtitiæ aſſumentes, iterum exiſtimarunt, contro-
2 verſa bona non eſſe ad Eccleſiam devoluta; ſed vigore antiquæ inveſtituræ, factæ Jacobo Ottino, pro ſe, & hæredibus, debita eſſe fratribus de Caſtillionis, ab eodem Jacobo, mediante Camilla avia deſcendentibus; ac hæreditariam qualitatem ſecum ferentibus; plenè *Altogradus conſ.22. num. 12.*, *& ſeqq. lib. primo*, *Rota dec. 309. num. 1. cum duabus ſeqq. part.4. tom.2. rec.*, aliiſque
3 inferius allegandis: Potiſſimè: cum agatur de bonis ſitis in ſtatu Mantuano; & maſculi deſcendentes à primo inveſtito defecerint; quo caſu, fæminas, ac ab eis deſcendentes, citra dubium, admitti probat *Soccinus Jun. conſ.79. num.21. lib.4.*, &, aliis relatis, prima *deciſio bo.me. Urſini* § *Nec dubitari*, *in fin.*

Quin adverſaretur objectum, quod, cum
4 agatur de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſuccedere non potuerit Junipera, unica fæmina, quæ de tempore mortis Franciſci Mariæ, ultimi maſculi, ſuperextabat; & conſequentèr neque fratres de Caſtillionis, ab eadem Junipera deſcendentes. Etenim, quid quid ſit de hujuſmodi eccleſiaſtica qualitate: attamen illa, per hypotheſim, admiſſa in præ-
5 ſenti, quo inveſtitura conceſſa legitur Jacobo pro ſe, & hæredibus, excludi non poterant foeminæ; quæ juxta veriorem, & in foro magis receptam ſententiam, in emphytheuſi etiam eccleſiaſtica, ſub hæredum nomine comprahenduntur; §. *Emphyteuſim Auth. de Non alienan. aut permut. reb. eccleſ.*, & præter authoritates adductas in *prima deciſione*

ciſione bo. me. Urſini §. *Nec dubitari*, probant *Cephalus conſ.* 11. *num.* 5., *Cyriacus contr.* 523. *num.* 9. *Tranchedin. conſult.* 22. *n.* 4., *Manſ. conſult.* 166. *num.* 35. *Contr. diſcept.* 67. *num.* 1., *& ſeqq.*, *Bonden. collect. legal.* 34. *num.* 1., *&* 46. *cum pluribus ſeqq. lib. primo*, *Manent. dec.* 29. *num.* 16., *Ludovic. de Lucen.* 29. *ferè per tot.*, *Rauden. dec. Piſan. part.* 1. *dec.* 49. *num.* 83., *Magonus dec. Lucen.* 14. *n.* 36., *Surdus dec. Mantuan. dec.* 95. *num.* 13., *&* 14., *Rota noſtra coram Seraphino dec.* 604. *num.* 4.

Nec, ad evitandum efficaciam antiquæ inveſtituræ, fæminas etiam, tanquam hæredes, complectentes, urgere videbantur quod anno 1636. devolutâ emphytheuſi ob canonem non ſolutum, ac renovationem minimè petitam, nova favore Joannis Baptiſtæ fuerit facta conceſſio; juxta quam, antiquâ omninò ſepolitâ, debeat judicari. Neuter enim ex titulis aſſertæ devolutionis verificabatur. Non quidem primus canonis non ſoluti, utpotè aliundè non probatus, quàm ex confeſſione ipſius Joannis Baptiſtæ: quæ in
6 præjudicium Juniperæ, aliorumque ab ea deſcendentium, & ex propria perſona voca-
7 catorum, non admittitur: ne poſſit emphyteuta, confitendo pro ſuo libito, præjudicare ſucceſſoribus, quibus præjudicare nequit alienando; ut in ſpecie, pondederant *Bardellon. conſ.* 55. *numero* 14. *verſ. nec vim facit*; *Fulgineus de Jur. emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. prima num.* 62., *Rota dec.* 231. *num.* 5. *part.* 4. *diverſ.*, *coram Mantica dec.* 373. *num.* 4., *coram Coccino dec.* 343. *num.* 2., *& coram Peutingerio dec.* 123. *n.* 13.

Quin immo, etiamſi ob canones reverâ
8 non ſolutos, fuiſſet incurſa caducitas: adhùc vel ea, tanquam neglecta, contra emphyteutam, qui in commiſſum inciderat, non poterat contra ſucceſſores declarari; *Hondedeus conſ.* 55. *num* 20 *lib. primo*, *Grat conſ.* 132. *per tot. lib primo*, *Rota coram Dunozetto Jun. dec.* 419. *num.* 3. *cum aliis relatis in dicta prima dec. bo. me. Urſini* § *Incaleſcit*. Vel,
9 in omnem caſum, præſto erat æquitativum remedium purgationis moræ, a nullo ex ſupremis Tribunalibus denegari ſolitum; etiam poſt actualiter apprehenſam a Domino directo poſſeſſionem; ex plenè firmatis in *Romana*, *ſeu Portuen. Tenutarum* 5. *Maii* 687. §. *Cæterum*, *&* 2. *Decembris* 1693. § *Admittendus*, *coram bo. me. Emerix.*, *&* 17. *Junii* 1697. §. *Vindicatis*, *coram R. P. D. meo Olmo*:
10 itaut per voluntariam admiſſionem novæ inveſtituræ, nullatenùs poſſet ſucceſſoribus præjudicium irrogari; *Valaſcus de Jur. emphyt. quæſt.* 39. *num.* 9., *Rota coram Mantica dicta dec.* 373. *num.* 1. *per tot.*

Minùs verificabatur alter devolutionis ti-
11 tulus, ex non petitâ renovatione deſum-
12 ptus. Iſta enim in inſtrumento inveſtituræ conventa non fuerat; nec ſubintelligi poterat ex diſpoſitione *textus in l. fin. C. de Jur. emphyt.*: quia Jo. Baptiſta, de tempore acceptatæ devolutionis bonorum poſſeſſo-

rum, erat in inveſtitura compræhenſus; *Rota coram Mantica dicta dec.* 372. *ſub num.* 1.

His autem poſitis, debile apparuit præſi-
13 dium, quod juxta conſuetudinem Civitatis Mantuanæ, bona, tanquam redacta ad inſtar allodialium, poſſint ab emphyteutis, in præjudicium ſucceſſorum, alienari; ex *Cyriaco contr.* 113. *num.* 20 Siquidem conſuetudo, juxta ſenſum relati Doctoris, locum habens in veris alienationibus ad favorem extraneo-
14 rum factis; utpotè à diſpoſitione juris exorbitans; non debet de uno caſu ad alium extendi; *Giocc. in tract. de Permiſſ. emphyt. alienat. quæſt.* 8. *num.* 7. Nec intelligi poteſt
15 de alienationibus, ex falsâ, & erroneâ causâ ſecutis; *Cyriacus eadem contr.* 113. *num.* 11., & probat *prima deciſio bo. me. Urſini* §. *Conſuetudo verò*.

Cætera plenè diluta videbantur in deciſionibus præcedentis inſtantiæ: ad quas Domini ſeſe relativè habuerunt.

Et ita, fratribus de Caſtillionis dumtaxat informantibus, reſponſum fuit.

EUGUBINA CANONICATUS.

Lunæ 4. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Capitulum cum ſe ad electionem alterutris ex iis qui habent paritatem ſuffragiorum coarctaverit; alterutrum ex ipſis poſtea eligere debet: vel eo non eligente eſt locus gratificationi Epiſcopi: & uno ex his decedente, alter neceſſario eſt eligendus. Pendente lite inter electos, vel Capitulum, & electos, alius non poteſt eligi.

SUMMARIUM.

1 *Gratificario debetur majoribus qualitatibus pollenti.*

6 *Electo à majori parte capituli, debetur inſtitutio.*

3 *Ordinarius, in paritate votorum, poteſt gratificari perſonæ ſibi magis acceptæ.*

4 *Epiſcopus in gratificatione debet præferre quem majoribus ſtudiis, & meritis juvari cognoſcit.*

5 *Decedente uno ex duobus habentibus æqualia ſuffragia, electio in altero eſt neceſſaria*, & n. 14.

6 *Habens minorem numerum ſuffragiorum concurrere non poteſt cum habente majorem.*

7 *Electio facta à capitulo de tertio poſteaquam ſe arctavit ad eligendum alterum ex duobus, paritatem vocum habentibus, eſt nulla.*

8 *Capitulum, quod ſe arctavit eligere alterum ex duobus per priùs ſuffragiorum paritatem habentibus, ab alterutrius electione non poteſt diſcedere.*

9 *Et ſi recuſet, poteſt Judicis auctoritate compelli.*

10 *Electio dicitur coarctata quoties reſtringitur ad illos, qui fuerunt æqualitèr approbati*,

bats, cæteris aliis neglectis.

11 *Electoribus antè publicationem ſcrutinii à variare licet*

12 *Limita, quotiès coarctatio electionis præceſſit.*

13 *Electores poſt coarctatam electionem reſtrictivè eos ad ſecundum ſcrutinium admittere debent qui majora ſuffragia in paritate retulerunt*

15 *Pendente lite ſuper prima electione, ſeu ſcrutinio, venire non poſſunt electores ad ſecundum.*

16 *Pendente lite inter electos, & electores, omnis variatio eſt interdicta.*

17 *Electio, & reſtrictio nullæ ſunt, ſi actus electionis non fuerit Epiſcopo præſentatus.*

18 *Secus ſi Capitulum ab Epiſcopo requiſitum vota, & actus capitulares exhibere recuſaverit.*

DECISIO LXXXIV.

VAcante Canonicatu in Eccleſia Cathedrali
Eugubina, per obitum Cæſaris de Pamphiliis, Canonici, ad quos, ex Indulto
Apoſtolico, ſpectat jus eligendi; quatenùs
tamen nulla concurrat reſervatio: convocato Capitulo, devenerunt ad ſcrutinium;
& petentibus electionem Antonuccio, Sforzolino, & Armanno; primus quinque, cæteri verò duo ſex favorabilia ſuffragia reportarunt: Unde Capitulum, agnitâ hujuſmodi votorum paritate, decrevit -- *Che di nuovo
ſi riproponeſſeto l'Arciprete Guido Armanni, e Signor Filippo Sforzolini* -prout actum
fuit: ſed eadem forte: quia par etiam fuit
numerus ſuffragiorum; itaut deventum fuerit etiam quoad iſtoſmet ad tertium ſcrutinium; in quo paritet, ex eadem cauſa, electione fruſtrata, neceſſe fuit illam alteri diei reſervare. In hoc ſtatu, prætendens Ar-
1 mannus, ſibi tanquam majoribus qualitatibus
pollenti, deberi prælationem; juxta diſpoſitionem *text. in cap ſi forte 63. diſtinc.* obtinuit ab Ordinario Eugubino ſuam electionem
confirmari per ſententiam; à quâ, devolutâ
per appellationem causâ ad Curiam; dum
actus præliminares iſtic gerebantur, obiit
Sforzolious coelectus, & coopposiror. Quamobrem Antonuccius, de quo in poſterioribus ſcrutiniis nulla fuerat habita ratio, impetravit, nomine Captuli, ab A. C. (non
citato tamen Armaouo) licentiam deveniendi ad novam electionem; modificatâ tamen
cum clauſula, *ſine præjudicio jurium partium*; &, in hujuſmodi facultatis exequutionem, iterùm congregato Capitulo, electio ſucceſſivè remanſit. Verùm, quia Armannus, habitâ de iis omnibus notitia, appellationem Interpoſuit; cauſamque mihi
committi curavit; dubium propterea, in
hodierna Audientia, propoſui: *An, & cui
ſit adjudicandus Canonicatus, vel potiùs, quis
ſit inſtituendus, vel confirmandus*, Quod
fuit in omnibus favore Armanni reſolutum.

Non enim potuit controverti, quod in eum
2 ſex convenerint electorum ſuffragia, majorem Capituli partem conſtituentia; proindeque ipſi fuerit, omni jure, debita inſtitutio; *per text. in cap. dudum 22. de elect.*
Et quidem, non attento, quod unico contextu, etiam Sforzolinus totidem ſuffragia
ſibi favorabilia numeraſſet; eaque de cauſa
ad aliam diem fuiſſet dilata electio: ſive quia
3 ſtante votorum paritate, in repetitis ſcrutiniis, conſtantiſſimè ſervata, potuit Ordinarius perſonæ ſibi magis acceptæ, gratificari;
juxta *Gloſ. in cap. Eccleſia noſtra il 2. verb.
non conſenſerint, in fin. de Elect.*, *Rota coram Cerro dec.26.num.67.*: & conſequenter,
4 Armanoum præferre; quem majoribus ſtudiis, ac meritis juvari cognovit; per *text.
in cap. ſi fortè 63. diſtinct.*, *Azorius Inſtitut.
moral. part.2 lib.6. cap.16. num.40.*, *Rota
coram Cerro dicta dec.26. num.22. & ſeqq.*,
ubi reſpondetur objecto circa defectum majoris partis Capituli; quod etiam in præſeo-
5 ti deducebatur: ſive, quia cum poſtea Sforzolinus deceſſerit; ac reſpectivè oppoſitorum numerus ceſſaverit; electio remanſit in
Armanno neceſſaria; *Baldus conſ.324. n.1.*,
*Rota coram Coccino dec.2341. num.52.verſ.
Quibus omnibus, & dec.229. num.29.*, *&
& dicta dec.37. num.2. coram Alex.VIII.*

Atque hinc nulla prorſus fuit habita ratio
de ſuppoſita electione Antonuccii: nam, ſi
ea deſumitur ex primo ſcrutinio, habito die
2. Novembris; & cum in illo quinque tantum
6 retulerit ſuffragia: concurrere nequit cum
Armanno; qui ex voto ſex Canonicorum,
conſtituentium majorem Capituli partem,
fuerat præelectus; *cap. Eccleſia veſtra il 2.
de Elect.*, *Rota dec.400. n 1.*, *& 2 part.16.*,
& dec.171. num.1.part.19. rec. Si verò deſo-
7 mitur ex noviſſimo ſcrutinio diei 15. Decembris; hoc prorſus inefficax agnitum fuit; utpotè factum, poſtquam Capitulum ſe arctaverat ad eligendum, vel Armaoum, vel
Sforzolinum; in præcedentibus ſcrutiniis
8 paritatem votorum habentes: quibus propterea tale ius quæſitum fuerat; ut neceſſario
in alterutro ex eis cadere debuiſſet electio;
9 &, quoties Capitulum recuſaiſet, potuiſſet
ad illam, Judicis authoritate compelli; ad
text. in cap. Conſtitutis de Appell., *Rota
dec.106 num.46. coram Cerro*, *dicta dec.29.
num.27. coram fa. me. Alex. VIII.*, *& in
Adrien. Canonicatus 3. Aprilis proximè
præteriti §. Quin hujuſmodi, coram me.*

Coarctatio verò Capituli circà præfatam
electionem, viſa fuit ad evidentiam deduci;
10 ex quo, completo primo ſcrutinio, Canonici iterùm atque iterùm demandarunt proponi Armannum, & Sforzolinum; neglectis
Antonuccio, & aliis, qui ſeſe præcedenter
oppoſuerant; ut ad rem advertitur in dicta
*Adrien. Canonicatus §. Electionem, coram
me*. Et, quamvis adhuc repertâ paritate votorum, electio dilata fuerit ad aliam diem;
11 unde inferebatur, variationem electoribus
licitam fuiſſe, ante ſequutam publicationem;
per *text. in cap. Publicato 58. de Elect.*, *ibi-
12 que ſcribentes*: Attamen Domini animad-
verte-

Digitized by Google

vertebant, potuiſſe obiectum procedere,
quotiès præfata coarctatio non præceſſiſſet:
13 ſecus verò illâ ſequutâ: dum electio, poſt
eam facienda ſemper intelligi debet reſtri-
ctivè ad eaſdem certas perſonas, in quarum
præjudicium nequit Capitulum alios ad ſcru-
tinium admittere; *Rota penès Garziam de
beneſ. ceſſ. part. 5. cap. 45. num. 166, dec. 131.
num. 26., & 27. coram Cerro*, cum aliis in
dicta *Adrien. Canonicatus*, §. *Quin hujuſ-
modi, coram me*.

Fortiùs: quia ante poſtremum ſcrutinium,
ex quo Antonuccii electio deſumitur, Ar-
mannus ab Ordinario ſuam electionem con-
firmari obtinuerat; fueratque in curia lis
triangularis, inter ipſum, & Capitulum,
ac Sforzoliuum conteſtata; quâ pendente,
obiit Sforzolious. Quamobrem in præjudi-
14 cium Armanoi colliticantis, cujus electio
ex prædictis, ob deceſſum oppoſitoris, effe-
cta fuerit neceſſaria; non potuit Capitulum
15 ad novum ſcrutinium, ac reſpectivè novam
electionem devenire; per *text. in cap. primo
Ut lit. pend. in 6., Innocentius in cap. Ex
parte num. 6. de Arbitr*, cum aliis per *Rot.
coram Coccino dec. 2080. num. 28.*

Non obſtante, quod lis non eſſet ſuper ti-
tulo Beneficii: quia, cum ea non ageretur
16 ſolùm inter electos, ſed etiam cum Electo-
ribus: quæcumque variatio, illa pendente,
omninò erat interdicta; *Lancellottus de At-
tentat. part. 2. cap. 4. limit 22 num. 10., &
11. Lotterius de Re beneſ lib. 3 part. 17. n. 123.
& 142., Rota dec. 106. num. 44., & dec. 131.
num. 27. coram Cerro, & dec. 2080. num. 23.,
& ſeqq. coram Coccino*.

Nullius deniquè momenti fuit exceptio,
17 quod actus electionis non fuerit Epiſcopo
præſentatus; ideoque, hoc ſtante defectu,
coarctatio, nec ipſa electio poſſit Armanno
ſuffragari. Cum enim, ad hujus inſtantiam,
18 Capitulum fuerit ab Epiſcopo requiſitum,
ut vota, & actus Capitulares exhiberet;
idque implere, recuſaverit: cenſeri debet,
omnia legitimè, ac perfectè, ut par erat,
geſta fuiſſent proſequitur *Rot. dicta dec. 106.
num. 45., & ſeqq coram Cerro*.

Et ità, utrâque &c.

CARPENTORTEN. JURISDICTIONIS.

Lunæ 11. Maii 1699.

ARGUMENTUM.

Præſidis Cameræ Venaiſinæ juriſdictio ad in-
ſtar antiqui Cæſaris Procuratoris de jure, &
ex ſtatuto, exceptis cauſis fiſcalibus, & ubi
partes ſe explicitè illius Curiæ ſubmittunt,
ad cauſas inter privatos non extenditur: ne-
que in eos qui cujuſcumque Judicis juriſdi-
ctioni, vel expreſsè, vel tacitè ſe ſubmittunt.
Legati de Latere conceſſio, quæ reſpicit juriſ-
dictionis inconpetentis prorogationem;
quando tribui poſſit; & etiam quomodo iſta
& obſervantia ſuper eadem materia veniant
interpretandæ?

Hæc deciſio confirmatur infra deciſ. 128.

SUMMARIUM.

1 *Officium Præſidis, ſeu Judicis Cameræ in Comitatu Venaiſino in locum antiqui procuratoris Cæſaris ſuffectum.*

2 *Præſes cameræ habet juriſdictionem in cauſis intereſſe Fiſci primariò, vel ſecundariò concernentibus, ſicut procurator Cæſaris, & n. 10.*

3 *Et in illis privativa pollet juriſdictione.*

4 *Et ubi partes ſe explicitè illius curiæ ſubmittunt.*

5 *Juriſdictio, quam quis habitualiter habet, poteſt prorogari.*

6 *Præſidi Cameræ Venaiſino, ex Statuto, cognitio cauſarum inter privatos vertentium prohibetur.*

7 *De ſtatuti validitate à ſancta Sede confirmati, dubitari non poteſt.*

8 *Et tanquam jus particulare ſervandum eſt.*

9 *Juriſdictio ad certas cauſas reſtricta, in aliis eſt incompetens.*

11 *Præſidis Cameræ Venaiſini juriſdictio non prorogatur ex generali conſenſu in contractibus præſtito juriſdictioni quorumcumque Judicum.*

12 *Vel ex obligatione camerali.*

13 *Obligatio cameralis continet clauſulam ſubjectionis cuicumque Judici.*

14 *Submiſſio cuicumque Judici expreſſa, vel tacita, intelligitur Judicibus ratione originis, aut domicilii, aut contractus competentibus.*

15 *Statuti pars cum alia eſt ita concordanda, ne detur inſtantanea contradictio.*

16 *Juriſdictio etiam incompetens, privilegio ſupremi Principis acquiri poteſt.*

17 *Legatus de Latere cum ſimplici reſcripto quidquam concedere nequit, contra expreſſam reſiſtentiam ſtatuti à Sede Apoſtolica confirmati.*

18 *Quid cauſa cognita, & per modum legis generalis remiſſivè.*

19 *Gratia derogatoria ſtatuti, ſi de eo mentio non ſit facta, eſt ſubreptitia, & n. 27.*

20 *Gratia conceſſa ſuper falſo ſuppoſita, eſt ſubreptitia, & n. 27.*

21 *Gratia ſubreptitia non attenditur.*

22 *Gratia ſubmiſſionis Judici incompetenti eſt in jure exhorbitans.*

23 *Interpretatio ſemper eſt facienda, quæ minus lædat jus commune.*

24 *Concedentis voluntas ad limites poteſtatis eſt reducenda.*

25 *Privilegii verba inducentis juriſdictionem Judici incompetenti, tanquam exhorbitantis ſunt ſtrictè intelligenda.*

26 *Et quamvis ampla, ſunt interpretanda juxta concedentis voluntatem, quæ ex illius facto promanat.*

27 *Interpretatio conceſſionis nulla major eſt illa, quæ manat ex facto ſubſequuto, & judiciali obſervantia concedentis.*

28 *Quæ prævalere debet generalitati verborum.*

29 *Et*

29 *Et declarat quid in præcedenti conceſſione ſit comprehenſum.*
30 *Obſervantia dubia non ſuffragatur.*
31 *Obſervantia cui jus reſiſtit, probanda eſt cum qualitate diſſenſus alterius ex partibus, & ſubſequuta coactione, & acquieſcentia.*
32 *Obſervantia ab actibus, & judicatis contrariis deſtruitur.*
33 *Obſervantia ea prævalet, cui jus, & ſtatutum aſſiſtunt.*
34 *Ex ſtatuto unius loci nequit inferri ad alium locum, qui contrario ſtatuto regitur.*
35 Bertrandi *opinio in quodam ejus* conſilio *reprobatur.*
36 *Doctori ſcribenti ſuper juriſdictione officii, quod ipſe ſemel obtinuit, tanquam ſuſpecto, deferendum non eſt.*

DECISIO LXXXV.

OFficium Præſidis, ſeu Judicis Cameræ, in Comitatu Venaiſino, in locum antiqui Procuratoris Cæſaris, ſuffectum; ut dixit *Rota in dec.*810. *p.*18. *rec.*; reſignatum fuit à Petro Sifredo Gualterio, favore Abbatis Joſephi filii, in manibus Eminentiſſimi Cardinalis Cybi, tunc Avenionenſis Legati; qui, reſignatâ favore reſignantis liberâ, quoad vixiſſet, adminiſtratione, & exercitio, officium prædicto reſignatorio contulit; ut ex verbis litterarum „ Cum plena, libera, omnimoda, ac ordioaria juriſdictione in univerſo Comitatu prædicto, non ſolùm inter „ Fiſcum, & privatos Sedi Apoſtolicæ, mediatè, vel immediatè ſubditos: ſed inter „ privatos, in caſum ſubmiſſionis, etiam generalis, vel obligationis, aut per commiſſionem, vel prorogationem quamcunque. „ etiam alterius tantum partis; omniaque „ alia, & ſingula faciendi, & exercendi, quæ „ ad dictum officium, tam de jure, quam de „ conſuetudine, ſtylo, & aliàs quomodolibet „ pertinent, & ſpectant, atque alii ejuſdem „ Cameræ Præſidentes, Judices, & Conſervatores facere, & exercere conſueverunt.

Vigore hujus indulti, ortâ controverſiâ circa qualitatem juriſdictionis; quæ forſan adaucta credebatur, officiales Curiarum, Rectoris, & Judicis ordinarii Carpentoraten., & Electi trium Statuum Comitatus, ad cauſam admiſſi, præventivo judicio coram A. C. introducto, contra reſignatarium, in Urbe degentem, ſenteotiam favorabilem obtinuerunt: à qua devoluta in gradu appellationis cauſa ad noſtrum Tribunal, dedi dubium: *An, quæ, & cui competat juriſdictio.* Eoque ſub hodierna die propoſito, Domini cenſuerunt; *non competere juriſdictionem Præſidi, juxta modum.*

Retentâ ſiquidem primordiali, ſeu origi-
1 nariâ naturâ officii Præſidis, ſeu Judicis Ca-
meræ, non alio jure, quàm ad limites anti-
qui procuratoris Cæſaris, cujus naturam ſor-
2 titur, regulandi: admiſerunt quidem com-
petentiam juriſdictionis; modificatam ta-
men, ſeu reſtrictam ad cauſas, intereſſe fiſ-
ci primariò, vel ſecundariò concernentes:
3 in illis enim dubium non fuit, quod privativè
polleat jurisdidictione; *ad text. in l.* 1. *&* 2. *& toto tit. cod. Ubi cauſæ fiſcales, Jaſon. conſ.*100. *per tot. lib.*1., *Alciatus conſ* 12. *n.*11. *lib.*8., *Peregrinus de jur. fiſc. lib.*7. *tit.* 1. *n.*1., *Larr. alleg. fiſc.*52. *n.*11., *Tondutus de prævent. p.*1. *cap.*23. *n.*4., *Rota dicta dec.* 810. *n.*1. *p.*18. *recent.*

Secundò ad cauſas, ubi partes explicitè
4 illius Curiæ ſe ſubmittant: quia, cùm penès
5 ipſum habitualis juriſdictio reſideat; licèt ob
limitatam facultatem non exercibilis, benè poſſunt Privati eidem Curiæ ſe ſubmittere; & ſic Judicis juriſdictionem prorogare; *ad text in l.*1. *ff. de judic.* ibi – *Iis ſe ſubjiciant, & conſentiant* – *Barboſ. in dicta l. art.*3. *n.*1. *& ſeqq.*, *Tondutus de prævent. p.*1. *cap.* 10. *n.*78., *Borellus in ſumm. deciſ. lib.*1. *tit.*43. *de for. compet. n:*40., *Guido Pap. dec.* 370. *n.*1. *verſ. maximè ſed operatur talis ſubmiſſio.*

In quam ſententiam eò faciliùs inclinave-
6 runt, attento municipali jure, ſive ſtatuto
Comitatus Venaiſini, expreſsè prohibente Præſidi Cameræ cognitionem cauſarum inter privatos vertentium; ut *in ſum. Aſſumptorum n.*1.

De cujus proinde validitate, ſicuti dubi-
7 tari non poteſt, cum ſit confirmatum; ut di-
xit *Rota coram Coccino dec.*1951. *n.* 29., *& in Ferrarien. Decimarum ſuper jure univerſali decimandi.* 8 *Junii* 1696. §. *Et adaugea-*
8 *tur, coram bo. me. Urſino*: ita, tanquam jus
particulare Provinciæ, ſervandum eſt; *Rota dec.*157. *n.*5. *p.*14. *rec.* Et, omiſſis generalibus, in his terminis, *Tondutus de præſumpt. p.*1. *cap.*49 *n* 6. *in fin.*

Ex illa autem reſtricta facultate, certam
9 cauſarum ſpeciem cognoſcendi, in conſe-
quentiam reſultat incompetentia juriſdictionis, quoad alias cauſas, inter Privatos verten-
10 tes: cum in iſtis, nullam fiſcalis Judex au-
thoritatem, ſive juriſdictionem habeat; *ad text. in l. procurator C. Ub. cauſæ fiſci, & in l ſi minori C. de jure fiſci lib.*10., *Peregrinus de jur. fiſc. lib.*7. *cap.*1. *n.*3. *Maſtrillus, de magiſtratibus lib.*5. *cap.*9. *n.*1. *& ſeqq.*, *Tondutus de prævent. p.*1. *cit. cap.*23. *n.*5., & *dicta p.* 3. *cap* 22. *n* 3.

Nec hujuſmodi limitatam juriſdictionem,
11 prorogatam dici poſſe Domini exiſtima-
runt, vel ex generali ſubmiſſione, ſeu conſenſu juriſdictioni quarumcunque Curiarum, & Judicum, expreſsè in contractibus facta,
12 vel ex tacito, deſumpto ab obligatione ca-
13 merali, hujuſmodi clauſulam implicitè con-
14 tinente: cum dicta generalitas ſubmiſſio-
nis, ſive expreſſa ſive tacita, intelligenda ſit de Curiis competentibus, vel ratione originis, vel domicilii, aut contractus; ut obſervant *Gratianus diſcept.*875. *n.*34., *& deciſ. Marcb.*180. *n.*12. *&* 13., *Mart. Vot. Piſan.* 96. *n.*1. *& ſeqq.*, *Tondutus de prævent. p.*1. *cap.*10. *n.*76. *&* 77., *& part.*2. *cap.* 49. *ſub n.*6. §. *His tamen non obſtantibus; Rota Ja-*

nuen.

Digitized by Google

nuen. dec.23. n.5. erga fin. Quod & itidem
dicendum eſt reſpeclu alterius capituli præ-
fati ſtatuti; in quo legitur exceptus caſus ſub-
miſſionis: cum illud quoque intelligi debeat
15 de ſubmiſſionibus ſpecialibus; ita concor-
dando iſtam partem cum alia; ne detur in-
ſtantanea contradictio; ut fuit dictum *in Ro-
mana Fideicommiſſi de Alberinis 10. Martii*
1698. §. *Nil relevante,& in Gerunden. Prio-
ratus 27. Junii* 1698. §. *Et licèt in fin., co-
ram me.*

Et quamvis ex ſpeciali ſupremi Principis
16 privilegio, acquiri poſſit juriſdictio, licèt
alias incompetens: ea tamen reſultare viſa
non fuit, tam ex antiqua conceſſione Prole-
gati de anno 1501., quàm ex modernis con-
ceſſionibus; quarum ultima confirmata fuit à
ſa. me. Alexandro VIII. adductis per ſcri-
bentes pro reſignatario; & ex litteris paten-
tentibus, per Cardinales Legatos expeditis.
Quia, cum agatur de inducenda derogatio-
ne juri communi, & particulari ſtatuto; &
quidem in notabile præjudicium Comitaten-
ſium, quoad libitum actoris poſſent trahi ad
tribunal Præſidis, contra diſpoſitionem eo-
rum privilegiorum; quæ etiam à Sede Apo-
17 ſtolica fuerunt confirmata: ubique talis fa-
cultas adeo effrænata, competere non poteſt
Cardinali Legato, multoque minus Vicele-
gato per viam ſimplicis reſcripti, & ad par-
tis inſtantiam; prout fuit illud editum anno
1501., *Rota penès Poſthium de ſubbaſt dec
207. ſub n.34. verſ. licèt enim, & coram Bi-*
18 *chio dec.381. n.31. & 32.* Quidquid eſſet, ſi
cauſa cognita, & ex aliqua juſta, & rationa-
bili cauſa, id expoſcente, per viam legis
univerſalis, ad dictam derogationem proce-
deret: in quibus terminis emanavit *deciſio in
Avenionen. Donationis 24. Aprilis* 1682.,
19 *coram bo. me. Urſino*; quia proceſſerunt,
nulla facta mentione ſtatuti contrarii; imò
20 cum ſuppoſito, quod talis juriſdictio com-
peteret; itaut proinde remanſerint ſubrepti-
21 tiæ, & obreptitiæ; & per conſequens non
attendendæ; quamvis à ſummo Pontifice con-
firmatæ; *Rota dec.122. n.3. p.16., & dec 547.
n.2. p.18. rec.*, cum tamen huc uſque talis
confirmatio non fuerit in actis producta.

Idque certiùs cum verba conceſſionum,
non ſint adeò clara, nec dictam facultatem
illimitatam pernceſſe inferant; eaque benè
conciliari poſſint, ubi prorogatio fiat ex com-
22 muni utriuſque partis conſenſu: cumque
agatur de inducenda ſubmiſſione Judici in-
competenti, in jure exorbitante; ut dixit
23 *Rota Januen. dec.23. ſub n.3.*: admittenda
ſemper eſt ea interpretatio; quæ, reducen-
24 do voluntatem ad limites poteſtatis, minus
lædat jus commune, & Pontificio ſtatuto
non adverſetur; ad tradita per *Rotam coram
Buratto dec.297. n.2.*, & *coram Priolo dec.
422. n.16.*

Nil relevante, quod in litteris expeditio-
25 nis hujus officii, in perſonam moderni reſi-
gnatarii conceſſis per Eminentiſſimum Car-
dinalem Cybo, tunc temporis Legatum Ave-
nionen. major verborum amplitudo concur-
rat. Ultra quod enim nec illæ emanarunt cau-
sà cognitâ; quinimò cum erroneo ſuppoſito
26 juriſdictionis jam competentis: ceſſare viſa
fuit difficultas: cum concedentis voluntas,
licèt latiùs expreſſa, ea tantùm fuerit, juriſ-
dictionem tribuere etiam in cauſis privato-
rum, ubi utriuſque partis conſenſus accede-
ret; ut conſtat ex duplici illius judicato
dum avocavit cauſas à tribunali Præſidis, ea-
rumque remiſſione ad Judicem ordinarium
Carpen.; ut *in ſum. Aſſumptorum n.2.*; itaut
27 nulla melior dari poſſit interpretatio con-
ceſſionis, eâ, quæ reſultat ex facto ſubſequu-
to, & judiciali obſervantia ipſius conceden-
28 tis: quæ utique prævalere debet; etiamſi
verba contrarium intellectum importare
29 poſſent; eaque optimè declarat, quid in
præcedenti conceſſione comprehenſum fue-
rit; ad *text. in l. Si de interpretatione ff. de
legibus, & in cap. cum dilectus de conſuetud.,
Rota coram Celſo dec.7. n.6., & coram Bi-
chio dec.244. n.36., & in rec. dec.385. n.35.,
& ſeq. par.19., & in Neapolitana Funera-
lium 2. Aprilis* 1688. §. *Et ſanè, coram clar.
me. Cardinali Caccia, & in Ariminen.
exemptionis 5. Maii ejuſdem anni* §. *Nec ſuf-
fragari, coram R. P. D. meo Caprara.*

Minuſque ſuffragari viſa fuit contraria ob-
30 ſervantia, deſumpta ex cognitione cauſa-
rum, inter privatos habita per Præſidem Ca-
meræ: tum quia poterat in illis adeſſe, vel
poſitivus, & expreſſus partium conſenſus,
vel aliquod intereſſe Cameræ: tum quia,
31 cum agatur de obſervantia, cui jus commu-
ne, & municipalis ſanctio reſiſtit: ea pro-
banda eſſet cum qualitate diſſenſus alteru-
trius ex partibus, & cum ſubſequuta coa-
ctione, & acquieſcentia; *Rota dec.165. n.16.
p.10., & dec.70. n.11. & 17. p.11. rec., & in
Ceſaraugustana juriſdictionis 10. Decembris*
1691. §. *Tertius denique, coram bo. me. Eme-
rix.*

Cùmque in contrarium urgeant plura judi-
32 cata in caſu præciſo diſſenſus alterius ex
collitigantibus: vel deſtructa remanet con-
traria obſervantia; ut dixit *Rota dec.562. n.
15. p.5., & dec.24. n.13. p.13., & dec.352. n.*
33 *28. & 29. p.16. rec.*; vel, ea attendenda
non eſt in concurſu alterius, cui tam juris,
quàm ſtatuti diſpoſitio aſſiſtit; quæ ſemper
prævalere debet *Gratianus diſcept. cap.756.
n.23., Rota dec 273. n.21. p 15. rec.*

Abſque eo quod relevare viſa fuerit au-
thoritas Margalet ſuper Statutis Provinciæ,
& Bertrant. in ejus conſilio, dato per infor-
mantes pro reſignatario; licèt inter ejus vo-
lumina non impreſſo. Quo enim ad primum,
34 cùm Comitatus Venayſinus reguletur pro-
priis ſtatutis, non verò illis Provinciæ; ne-
quit de uno loco inferri ad alium, ubi con-
trarium reperitur ſtatutum. Quo verò ad ſe-
35 cundum, cenſuerunt Domini, rationes per
ipſum adductas, vel inſubſiſtentes, vel pa-
36 rum tutas: & ulteriùs exiſtimarunt, illius
opinioni non ita de facili deferendum eſſe,
utpote

Digitized by Google

utpote ſuſpectæ: cum ipſe etiam fuerit Præ-
ſes prædictæ Cameræ; ut dixit *Rota dicta dec.*
810. *n.*15. *par.*18. *rec.*
Et ita, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALBERINIS.

Lunæ 11. *Maii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 37. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio facta in caſu obitus ſine filiis, ob filiorum exiſtentiam expirat, ad celebre* conſil. Oltrad. 21.

2 *Omiſſio maſculinitatis in tranſactione inita à gravatis ſuper teſtamento, in quo maſculinum fideicommiſſum ordinabatur, aperit ſucceſſionem etiam ſæminis, maximè ad excluſionem extranei.*

3 *Controverſia ſopita per tranſactionem, non poteſt amplius ad quæſtionem revocari.*

4 *Tranſactio præſefert virtutem rei judicatæ.*

5 *Hæredes obſervare omninò tenentur tranſactionem ab auctoribus initam.*

6 *Fæminis excluſis in teſtamento, jus non acquiritur ex tranſactione, in qua præſervatur ordo teſtamentarius ſuccedendi, quamvis omiſſa fuerit qualitas maſculinitatis.*

7 *Voluntas teſtatoris deſumitur tam ex conjecturis, quàm ex depoſitionibus conſanguineorum, & eorum, qui ſunt executores teſtamentarii.*

8 *Tranſactio inita ſine capitulari monialium conſenſu, præjudicium non infert monaſterio.*

9 *Tranſactio inita vigore reſcripti Rotæ, ſicuti fulcitur omni juris & æquitatis præſumptione, ita non ſubvertitur ſi à moniali ſine formalitatibus fuerit ſtipulata.*

10 *Quod prævia matura cognitione factum eſt infectum declarari non debet.*

11 *Teſtamentaria diſpoſitio ceſſare facit cauſam inteſtati.*

DECISIO LXXXVI.

INhærentes Domini, fundamento deciſionis
editæ coram me ſub die decima Martii
anni præteriti, cenſuerunt hodie ſtandum
eſſe *in deciſis.*
Retentâ ſiquidem diſtinctione bonorum
ad limites præcedentis deciſionis: cum hodie
ſcribentes pro monialibus agnoſcerent,
fæminas ex teſtamento Cæſaris fuiſſe excluſas
à fideicommiſſo, per eum condito; totam
vim pro ſuadendo receſſu à deciſis, in duplici
objecto conſtituebant; & primò con-
1 tendebant, fideicommiſſum expiraſſe ob
exiſtentiam filiorum Pauli; exinde inferendo,
progredi non potuiſſe ad lineam Joannis
Baptiſtæ, utpote vocatam ſub conditione
obitus Pauli ſine filiis; juxta celebre *conſilium
Oldrad.* 21. Secundò, quod, in omnem
caſum, cum ſupervenerit tranſactio inita inter
Jacobum, & Tiberium filios Pauli; &
Marcellum, ac Horatium filios Joannis Bap-
2 tiſtæ; & in illa, quamvis vocata fuerit iſtius
linea, tamen omiſſa noſcitur qualitas maſculinitatis,
in teſtamento Cæſaris toties repetita,
effectæ fuerint capaces ſuccedendi etiam
fæminæ; maximè in defectum maſculorum,
& ad excluſionem perſonæ omninò extraneæ.
Neutrum obſtare viſum fuit: nam,
reſpectu præſuppoſitæ expirationis fideicommiſſi
per exiſtentiam filiorum Pauli, utpotè
ſopitæ per concordiam, etiam per noſtrum
tribunal approbatam; ut *in dec.*25. *&*
26. *impreſſ. poſt Salgadum in Labyr. credit.*:
3 cenſuerunt, hujuſmodi quæſtionem non poſſe
amplius ad examen revocari propter obſtaculum
dictæ tranſactionis; quæ, inſpectâ
illius naturâ, finem litibus, & controverſiis
imponit; illaſque inſtaurari prohibet; non
4 ſecùs ac res judicata; cujus virtutem præſefert;
ut latè firmavit *Rota in hac eadem cauſa
in dec.*25. *poſt Salgadum n.*1. *&* 2., *& præcedens
deciſio in* §. *Quo verò.*
Eoque certiùs: cùm Moniales; ſuccedendi
capacitatem ex dicta tranſactione deſumere
contendant; & ita eiſdem reſiſtat vali-
5 diſſimum dilemma, quod ſcilicet, vel agere
intendunt, tanquam hæredes tranſigentium;
& tunc ſervare omninò tenentur tranſactionem,
ab ipſis initam; ut monent *Urceolus de
Tranſact. q.* 80. *n.* 1., *Rota coram Buratto
dec* 817. *n.*5.: vel non ſunt hæredes; & , tali
caſu, nullum eiſdem competere poteſt jus
ſuper dictis bonis; quorum ſucceſſio, non
alio jure, quàm ex titulo concordiæ debitæ
prætenditur.
Minus prodeſſe Monialibus exiſtimarunt,
capacitatem ſuccedendi, ex præfata tranſa-
6 ctione deſumptam; cum per illam alteratus
non fuerit ordo ſuccedendi, in linea maſculina
tantummodò volitus à teſtatore, ob explicata
verba, per tranſigentes adhibita in
præſervatione caſalis, & domus, ſub vinculo
fideicommiſſi, ibi -- *Caſale autem, & domus
prædicta reſervata, convenerunt, quod ſubjacere
debeant fideicommiſſo, per dictum Cæſarem
facto, omnibuſque vinculis in eo contentis* -- Ex quibus fanè verbis, ſicuti clara
reſultat voluntas fideicommiſſi iiſdem modis,
& formis, quibus exaratum fuit, confirmando,
ita admiſſa fæminarum incluſione,
nimis incompatibilis redderetur immutatio
in parte adeò eſſentiali, cum præſervativa
omnium vinculorum, in dicto teſtamento
contentorum; ut probat *deciſio in* §. *Quæſtio,
cum ſeqq.*
Nec generalitas verborum, novi fideicommiſſi
inductiva, & pluralitas cauſarum, per
defenſores Monialium in tranſactione, ponderata,
hujuſmodi alterationem operari valet:
cum ex verbis ejuſdem, licèt plures adeſſe
potuerint cauſæ ad tranſigendum impulſivæ;
attamen primordialis cauſa unicè fuit
lis mota ſuper expiratione fideicommiſſi:
adeòque

adeòque, etſi per illam diminutum fuerit fi-
deicommiſſum, nunquam tamen pro coſtan-
ti ſuppoſita fuit illius expiratio; imò potius
admiſſa duratio, ob explicitam vinculorum
præſervativam, quæ non ſine probabili ra-
7 tione facta fuit: cùm non minus ex conjectu-
ris, quàm ex depoſitione Cardinalis Creſ-
centii, teſtatoris conſanguinei, & ultimæ il-
lius voluntatis executoris, tunc ſolemniter
examinati, reſultaret teſtatoris voluntas; li-
neam præfati Joannis Baptiſtæ ſubſtitutam
fuiſſe lineæ Pauli, quandocunque deficienti;
ut *in dicta deciſ.25. n.3. poſt Salgadum.*

Fscilior autem viſa fuit reſolutio quoad
bona Horatii: cùm Monialibus obſtet tranſa-
ctio inita de anno 1684.; ut *in præterita dec.*
8 §. *Quo verò*: contra quam dixerunt Domini
ſuffragari non poſſe nullitatem ejuſdem, ut-
potè ſtipulatam abſque legitimo conſenſu
Monialium, capitulariter præſtito, & ad
effectum præjudicandi monaſterio requiſito:
9 quia, cum tranſactio peracta fuerit in execu-
tionem reſcripti noſtri tribunalis, concor-
diam inſinuantis, & prævia etiam conſulta-
tione S.Congregationis Epiſcoporum,& Re-
gularium, & facultate conceſſa ab Eminen-
tiſſimo Cardinali Vicario, mediante decre-
to, in inſtrumento inſerto: ſicuti verificata
pernecеſſè ſupponi debet evidens monaſterii
utilitas, omniſque aſſiſtat præſummptio, ſta-
tutum fuiſſe ſolummodò id,quod æquitas ju-
riſque ratio poſtulabat; ut dixit *Rota in Ro-
mana ſeu Januen. Landi 26 Februarii* 1698.
§. *Eoque libentius, coram R.P,D. de la Tre-*
10 *moille*: ita permitti non debet, quod id,
quod tanta ſolemnitate, & prævia adeò ma-
tura cognitione factum fuit, infectum hodie
declarari debeat; ut proſequitur *dicta deciſio
in citoto* §. *Eoque libentiùs.*

Itaque tranſactionis exceptio obſtat etiam
ſucceſſioni ad bona R.P.D. Petri; cùm in ea
pariter comprehenſa ſit renunciatio frater-
11 nis hæreditatibus; qua etiam ſecluſa, ſem-
per reſiſtit teſtamentaria diſpoſitio, per eun-
dem Petrum facta; quæ ceſſare facit cauſam
inteſtati; ut firmatum fuit *in præcedenti* §.
Eademque.

Nil relevantibus exceptionibus contra di-
ctum teſtamentum, iterum per defenſores
Monialium repetitis; cùm adhuc ſubſiſtere
viſa fuerint fundamenta pro illius legalitate,
in deciſ. ponderata §. *fin.* Cum quibus Do-
mini approbativè, & remiſſivè tranſierunt.

Et ita, utraque &c.

ROMANA DOTIS SEU MULTIPLICI.

Veneris 15. Maii 1699.

ARGUMENTUM.

Mandati expeditio ex eodem jure ex quo aliud fuit antea approbatum, & alterius pro fructibus dotis à die contracti matrimonii, non poteſt impugnari, neque prætendi relevatio.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum expeditum ex eodem jure, quo fuit antea approbatum nequit impugnari.*
2 *In correſpectivis obligationibus, uno non adimplente, alter non tenetur.*
3 *Secùs ſi cedat in damnum tertii.*
4 *Exceptio requirens altiorem indaginem retardare non valet executionem mandati pro credito claro, & liquido.*
5 *Creditor habens duos in ſolidum obligatos, contra alterutrum ad libitum poteſt agere.*
6 *Fructus dotis debentur à die contracti matrimonii, ratione ſupportationis onerum matrimonialium.*
7 *Solutione ejus quod debetur, omnis ſolvitur obligatio.*
8 *Solvens in ſatisfactionem propriæ obligationis, relevationem non poteſt prætendere à non obligato.*
9 *Præjudicium inferens debet emendare.*
10 *Multiplicum pro dotibus fœminarum obligatum, quamvis non completum, poteſt erogari, quoties matrimonii occaſio præſtò ſit.*
11 *Alimenta filii debentur ex fructibus paternæ hæreditatis.*
12 *Habens bona translata titulo oneroſo ſuccedit in jus transferentis: & ſi jure proprio tenetur illa inveſtire, tamen cum transferens non teneretur, neque ceſſionarius obligatur.*

DECISIO LXXXVII.

PAulus de Maccaranis, hærede inſtituto Equite Lelio cum expreſſa prohibitione alienationis, ac onere, bona reſtituendi filio primo naſcituro in infinitum, voluit, quod primogeniti pro tempore ſucceſſuri, quouſque matrimonium non contraxiſſent, exigere ſolùm poſſent ab ejus hæreditate annua ſcuta 1000., quæ poſt contractas nuptias auxit in duplo ad ſcuta 2000.; reliquos verò fructus hæreditatis eouſque inveſtiri juſſit, quo conflatum eſſet multiplicum ſcutorum 30000.; eoque completo, dimidiam omnium fructuum partem liberæ hæredis diſpoſitioni relaxavit. Huic primogenituræ ſucceſſit Marchio Proſper, ex præfato Lelio primogenitus; qui anno 1675., prole carens maſculina; & è contra tribus filiabus gravatus, impetravit à ſa. me. Clemente X. facultatem detrahendi ex bonis dictæ primogenituræ, tot fructus, quot ſufficerent ad conflandum inveſtimentum in ſumma ſcutorum 18000.: quæ deinde in ſingulas fœminas æqualiter eſſent dividendi.

Defuncto Marchione Proſpero, ſine filiis maſculis, Marchio Silvius frater, in primogenitura ſucceſſor, poſt excitatas contra Marchioniſſam Lucretiam, earundem filiarum matrem, ac reſpectivè tutricem, plures controverſias; in quibus judicialiter ſuccubuit: devenit anno 1685., ad tranſactionem, in qua, ſupponendo, quod bona libera Marchionis Proſperi redderent annuum fructum ſcutorum 200., illa primò loco aſſignavit pro dicta-

dictarum filiarum alimentis; alia verò ſcu a 160., quæ, calculatis ſcutis decem menſtruis pro qualibet fœmina, juxta declarationem à Judice factam, deficiebant ad integram alimentorum quantitatem; convenit, quod ex fructibus multiplici, pro dotibus ordinati, annuatim detraherentur. Ac viceversâ ſpopondit, ſe ſingulis annis, uſque ad terminationem inveſtimenti in dicta ſumma ſcutorum 18000., depoſiturum in fac. Montis Pietatis totum id, quod ex fructibus bonorum deficiſſet ad complendam quantitatem ſcutorum 900., annuatim pro dicto multiplico inveſtiendam; *ſum. Mariæ Liviæ n.2.*

Ex præfatis filiabus, Maria Laura primogenita, primo loco matrimonium contraxit cum Paulo Bernino; cui Marchioniſſa Lucretia ſponſæ mater, ſciente, ac patiente Marchione Silvio, in computum dotis, aſſignavit ſcuta 6000., ut ſupra, ex multiplico detrahenda; prout reverâ fuerunt indè, abſque contradictione, detracta. Succeſſivè Maria Magdalena ſecundogenita nupſit Marchioni Correæ: cumque intra dotem ipſi promiſſam, compræhenſa foret ſimilis quantitas ſcutorum 6000., ex dicto multiplico exigenda; & è contra, illud, tunc temporis, aſcenderet ſolùm ad ſcuta 3140.; idcircò eadem Marchioniſſa Lucretia, mater, & tutrix, hujuſmodi ſummam effectivè tradidit; reſidualia verò ſcuta 2860., ad complementum ſummæ debitæ requiſita, convenit, quod exigerentur à Marchiono Silvio; qui promiſſum inveſtimentum, contra formam tranſactionis neglexerat. Quia verò idem Marchio Sylvius, vigore hujuſce promiſſionis à Marchioniſſa Correa, coram A. C. judicialiter conventus, ad retardandam dotis ſolutionem, inter cætera oppoſuit, non potuiſſe dotes ex multiplico detrahi, quouſque illud non eſſet integrè completum: ideò vocata etiam ad cauſam Marchioniſſa Lucretia, fuit electus peritus, qui exarato calculo per totum annum 1692., Marchionem Silvium, multiplici debitorem retulit in ſcutis 3784., Marchioniſſam verò Lucretiam in ſcut. 2033., in cujus relationis ſequelam, utraque pars condemnata fuit ad ſolutionem reſpectivè quantitatis debitæ; ad effectum tamen, pecunias ad commodum multiplici deponendi, Cumque, ad provocationem Marchionis Silvii, cauſa ad noſtrum tribunal delata coram R.P.D. meo Scotto, ſub die 25. Junii 1694., nedum reſponſum fuerit -- *Mandatum A.C.* *eſſe exequendum, novum relaxandum pro* *fructibus; & depoſitum conſignandum Mar-* *chioni Correæ, pro intranti quantitate ſui re-* *ſidui dotalis* -- Sed ulterius declaratum fuerit, potuiſſe multiplicum, in actu nuptiarum diſmembrari, non expectato illius complemento; idcircò ipſe Marchio Silvius rotali judicio acquieſcens, perſolvit Marchioni Correæ ſcuta 2860. unà cum fructibus à die contracti matrimonii; reſidualem verò quantitatem, à ſe debitam, & favore multiplici inveſtiendam, nullatenus exburſavit.

Nupſit demum Marchioniſſa Livia Marchioni Corſino: requiſitoque Marchione Silvio; ut ad formam ſuæ promiſſionis, ac Rotalis deciſionis, ab ipſo approbatæ, ſummam perſolveret, penès ipſum extantem, ac pro multiplici complemento inveſtiendam; quidquam conſequi amicabiliter non potuit: ideòque cauſam coram R.P.D. meo Scotto, ut ſupra, pendentem expedivit; ac mandatum pro ſcutis 3055., ſine præjudicio majoris ſummæ, reportavit. Adversùs quod, obtentâ per eundem Marchionem Silvium commiſſione cum clauſula *Alteri qui ad legitimam quoad ſcuta 455., in reliquis ſine præjudicio*, dubium hodie propoſui -- *An ſit procedendum ad legitimam, & novum mandatum relaxandum; & contra quem; vel debeatur relevatio*: & diſtinctè procedendo quoad tres dubii partes, reſponſum fuit -- *Procedendum eſſe ad legitimam; novum mandatum eſſe relaxandum contra Marchionem Silvium; & relevationem non deberi.*

Reſolutionis ratio, quoad primam partem, innixa fuit validitati, apud partes non controverſæ, ac reſpectivè juſtitiæ mandati; quæ ob claram diſpoſitionem Pontificii chirographi, ac ſubſequutæ, ut ſupra, tranſactionis, nullo modo poterat impugnari. Imò, quod plus eſt, ſupponenda videbatur, ex quo Marchio Silvius, in alia cauſa cum Marchioniſſa Correa, per noſtrum tribunal condemnatus ad ſolutionem ſcutorum 3784., pro reſiduo dotis, ex multiplico debitæ, ſacræ Rotæ judicium approbavit, ſolvendo, ut præmiſi, Marchioni Correæ ſcuta 2860.; adeout cum Marchioniſſa Corſina, ex eodem jure, ac in ſequelam dictæ deciſionis coram R. P. D. meo Scotto editæ, mandatum expediverit; nequeat ampliùs Marchio Silvius ejuſdem mandati juſtitiam impugnare; *text.* eſt *in l. ad ſolutionem C. de re judicat.*, *Rota coram Cerro dec. 260. n.12.*, & contra ipſum Marchionem reſponſum fuit *in Romana multiplici 27 Aprilis anni præteriti §. Contra Marchionem, in fin. coram R. P. D. meo Scotto.*

Agnoverunt hanc veritatem defenſores Marchionis Silvii: ideòque, mediante quodam calculo per ipſos compoſito, inſinuare ſatagebant, mandatum in dicta ſumma ſcutorum 3055., exceſſivum fuiſſe; ſupponendo, quod Marchioniſſa Lucretia, eſſet multiplici debitrix, pro capitali, ac fructibus, in ſumma ſcutorum 2770. 72.; hiſque additis ſcutis 629. 28., jam ab ipſo Marchione Silvio ſolutis; ejus debitum, ad integrandam ſummam ſcutorum 6000., eſſet ſolùm in ſcutis 2600., quæ jam effectivè perſolvit; non autem 3055. Verùm inſubſiſtentia calculi apparuit, animadvertendo, quod, ex inſtrumento tranſactionis, Marchio Silvius ſe obligaverat etiam de proprio, ad deponendum, & inveſtiendum annuam ſummam ſcutorum 900.: quâ proindè calculatâ ab anno 1685., uſque ad 1695., quo Marchioniſſa Corſina, matrimonium

Digitized by Google

nium contraxit; patet; debitum, ſpatio de-
cennii, aſcendere ad ſcuta 9000.: à quibus
propterea detractâ ſummâ ſcutorum 2860.,
ſoluta Marchioni Correæ, necnon aliis ſcu-
tis 2600. ſolutis Marchioniſſæ Corſinæ; ad-
huc debitum Marchionis Silvii, computatis
etiam fructibus multiplici, ab ipſo neglecti,
remaneat in longè majori ſumma ſufficienti
ad ſatisfactionem dictæ Marchioniſſæ Cor-
ſinæ.

Non attentâ reſponſione, quod intra ſum-
mam ſcutorum 900., à Marchione Silvio
annuatim deponendorum, comprahenſi
etiam forent fructus, quolibet anno perci-
piendi ex multiplico, de tempore tranſa-
ctionis facto, & reſpectivè in futurum facien-
do per Marchioniſſam Lucretiam; adeout,
2 non docto, ex iſtius parte, de adimplemen-
to; Marchio Silvius ad ſolutionem minimè
3 teneatur. Tum quia talis obligatio modifica-
ta non reſpiciebat intereſſe filiarum Proſ-
peri; quibus ex chirographo ſa. me. Cle-
mentis X. clara competit actio contra poſſeſ-
ſorem primogenituræ, uſque ad ſummam
ſcutorum 18000.; ſed ſolùm commodum ip-
ſius Marchionis Silvii, ad hoc, ut agere
poſſet, prout de facto inſtetit, licèt inutili-
ter, ut infra, contra Marchioniſſam Lucre-
4 tiam, pro relevatione: idcòque hujuſmodi
exceptio retardare nequibat exequutionem
mandati pro credito claro, & privilegiato,
Rota deciſ.197 n.39.p.11., & *dec.93.n.1.*, &
dec.155.n.2.p.15 recent.

5 Tum quia, cùm Marchio Silvius, æque
ac Marchioniſſa Lucretia, obligati reperian-
tur; rectè poteſt Marchioniſſa Corſina con-
tra alterutrum ex eis, pro ſuo libito, propria
jura experiri; ut, ad rem, contra ipſum
Marchionem Silvium reſponſum fuit *in Ro-
mana dotis, & fructuum 2. Junii* 1694. §.
Demum coram R.P.D. meo Scotto.

Sicut etiam præmiſſa comprobant juſti-
tiam mandati Rotalis, pro cujus executione,
juxta primam dubii partem, reſponſum fuit;
ita etiam demonſtrant rectè juxta ſecundam
ipſius dubii partem, decretam fuiſſe contra
eundem Marchionem Silvium, novi manda-
ti relaxationem. Cùm enim iſte ſolus, ſit
multiplici debitor; ut inferiùs demonſtrabi-
tur; conſequens eſt, quod teneatur tam pro
capitali dotis, uſque ad ſummam ſcutorum
6 6000., quàm pro fructibus, reſpectivè à die
contracti matrimonii decurſis: cùm illi, ra-
tione ſupportationis onerum matrimonia-
lium, debeantur; ex firmatis *in dicta Ro-
mana dotis, & fructuum §. final., coram R.
P. D. meo Scotto.*

Nunc Domini, tranſeundo ad tertiam du-
bii partem, cenſuerunt, relevationem ad-
verſus Marchioniſſam Lucretiam, à Mar-
chione Silvio petitam, non deberi. Illa quip-
pe, juxta relationem periti ab A.C. electi,
ac juxta *deciſionem editam 27. Aprilis* 1695.
coram eodem R. P. D. Scotto, tenebatur
dumtaxat ad ſolvendum ſcuta 2033., illo-
7 rumque fructus: cùmque ſummam, à ſe de-

bitam, integrè Marchioni Corſino perſolve-
rit; *ſum. Marchioniſſæ Lucretiæ n.2.*: quæ-
vis proinde obligatio extincta remanſit, *Ro-
ta dec.29. n.3. p.17.*, & *dec.186. n.1. p.19. rec.*;
adeout ſi Marchio Silvius, ad reſidui ſolu-
8 tionem compellitur, propriæ obligationi ſa-
tisfaciens, nequeat actionem pro relevatione
promovere; *Rota coram Merlino dec. 533.
n.5.*, & *coram Celſo dec.252. n.1.*

Abſque eo quod animadverſionem merue-
rit exceptio, quod, ob factam à Marchioniſſa
Lucretia multiplici diſmembrationem, pro
conſtituenda dote majoribus filiabus, ante-
quam illud completum fuiſſet, primogeni-
tura damnum ſenſerit; ac obligatio reinve-
ſtiendi, in præjudicium ipſius Marchionis
Silvii fuerit diutiùs protracta; idcòque om-
9 nis æquitas poſtulet, quod Marchioniſſa il-
latum præjudicium emendare teneatur. Hoc
enim objectum ad ſatietatem dilutum vide-
batur *in geminis deciſionibus coram R.P.D.
meo Scotto*; altera 23. *Junii* 1694. §. *Minùs
juvari*; & altera 27. *Aprilis* 1695.; in qui-
bus plenè comprobatum fuit, ſummo jure
10 potuiſſe multiplicum, quantumvis non com-
pletum, in dotes filiarum erogare; quoties
occaſio matrimonii præſto fuit; ne alias,
dum illud perficiebatur, filiæ ſeneſcerent,
ac temporis injuria ſpe nuptiarum deſtitue-
rentur.

Prout non relevat, quod, computatis fru-
ctibus, ac fructuum fructibus, debitum
Marchioniſſæ Lucretiæ aſcenderet ad ſcu-
ta 2770.; & propterea, cùm ipſa ſolverit
tantum ſcuta 2260.; adhuc debitrix remanſe-
rit in ſcutis 510. Etenim, licet Marchioniſſæ
debitum, dictam ſummam ſcut. 2770. attin-
geret: attamen ex illa detrahenda erant ali-
menta, filiabus ſubminiſtrata, juxta con-
ventionem dicto anno 1685. initam in tran-
ſactione: quibus ideò detractis, certè de-
bitum Marchioniſſæ Lucretiæ, de tempore
contracti per Marchioniſſam Corſinam, ul-
timam filiam, matrimonii; ſummam verè
ſolutam non excedebat; ut ex diligenti cal-
culo, relato in *Sum. dictæ Marchioniſſæ
Lucretiæ num.14.*

Quin ſatisfaceret reſponſio, quod alimen-
11 ta pro filiabus, eſſent ſumenda ex fructi-
bus bonorum hæreditariorum Marchionis
Proſperi patris: quia, cum duæ ex tribus
partibus eorundem bonorum, traditæ fuiſ-
ſent geminis filiabus, præcedentèr nuptis,
& remanens tertia pars, prò alimentis ulti-
mæ filiæ non ſufficeret: meritò potuit id,
quod deerat ex fructibus multiplici, ſepara-
ri; prout fuerat in ſæpedicta tranſactione
concordatum.

Nec demùm obſtitit, quod Marchioniſſa
Lucretia inveſtire teneretur annua ſcuta 66.,
quæ Maria Magdalena ſecunda filia, & uxor
Marchionis Correæ, dimiſerat ex bonis
Proſperi patris; quæve, juxta diſpoſitio-
nem dicti Chirographi ſa. me. Clem. X., erant
12 prò multiplico inveſtienda. Illa namque
annua præſtatio, per filiam, ex bonis pa-

teruis exigenda titulo particularis, ac di-
ſtinctæ renunciationis, translata fuit ab ea-
dem filia in matrem: & quidem non ex cau-
ſa lucratina, ſed oneroſa; & correſpectivè
ad obligationem, à matre contractam, ſol-
vendi ſcilicèt ipſi filiæ alia ſcuta 6000. de
proprio, ultrà illa ex multiplico exigenda:
ideoque, ſicut potuiſſet Marchioniſſa Cortea
dictam ſummam ſcut. 66. annuorum, ad ſui
libitum ab hæreditate patris exigere, abſque
ulla Marchionis Silvii moleſtia: ità & potuit
Marchioniſſa Lucretia mater, vigore ceſſio-
nis, ac renunciationis ab ipſa reportatæ.

Reſponſio autem, quod talis renunciatio
in præjudicium, & gravamen primogenitu-
ræ, fieri non potuerit, ceſſabat ex facto.
ſiquidem: cum Summus Pontifex, in dicto
chirographo, cuilibet filiæ Marchionis Proſ-
peri, ultra multiplicum pro dote, præſer-
vaverit etiam propriam portionem bono-
rum, ex utriuſque parentis hæreditate pro-
venientium: nullum prorsùs interceſſit ob-
ſtaculum, quin altera ex filiabus, loco ſibi
adſcribendi fructus eorundem bonorum,
potuerit illos, favore matris, dimittere.

Et ità, in hac triangulari causâ, omnibus
Partibus auditis, reſolutum fuit.

ROMANA, SEU SARZANEN. IMMISSIONIS.

Ven. 15 Maii 1699.

ARGUMENTUM.

Qualitates volitæ tanquam medium ad aſſe-
quendas alias tanquam finem, non ſunt con-
ſiderandæ, ſed ſolus finis. Obligatus hæ-
reditatem reſtituere doctorato, ad hoc ut in
Romana Curia proficiat, ſi non adimpleat. ab
hujus non idoneitate, quæ ex propria culpa
proceſſit, non liberatur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio debetur pollenti qualitatibus à te-
ſtatore requiſitis.*

2 *Dictiones* -- di modo tale che -- *&* -- ogni
qualvolta però che -- *conditionem impor-
tant.*

3 *Teſtator jubens qualitates tanquam medium,
& alias tanquam finem, iſtas ſecundas
taxativè. tanquam ſuæ diſpoſitionis cauſas
reſpexiſſe videtur.*

4 *Oligatus ex præcepto teſtatoris ſubſtentatio-
nem alieni ſubminiſtrare, ad effectum in
litteratura proficiendi, ſi defecerit, ne-
quit. ſub prætextu non idoneitatis illius,
bonorum reſtitutionem evitare.*

5 *Modo proficiendi in Curia Romana a teſta-
tore volito non adimplet, qui poſt doctora-
tum, ſtudiis operam dare negligit.*

6 *Declaratur procedere, quoties poſt doctora-
tum, juxta præceptum teſtatoris, ſit reſti-
tuta hæreditas, ex cujus fructibus legale
ſtudium proſequi potuiſſet.*

7 *Conditiones adimpletæ cenſentur reſpectu de-
tractantis adimplere quod erat obligatus.*

8 *Qui cauſam dedit non adimplemento, illius
defectum opponere nequit.*

9 *Examen majorum, vel minorum dotium,
oppoſitione deficiente, eſt inutile.*

DECISIO LXXXVIII.

AD provocationem Jo. Franciſci, appel-
lantis à Rotali ſententia per R.P.D. meum
Priolum lata favore Nicolai de Benedictis;
quæſivi hodie à Dominis: *an illa eſſet con-
firmanda.* Et reſponſum habui *affirmativum.*

Juſtitia enim (cùm de validitate non ſit
quæſtio) ſatis evidens apparuit: eo ipſo, quod
Nicolaus docuit ſe filium Silveſtri de Bene-
dictis; & ſic de genere primo vocatorum;
habet præelectionem Patrum Cappuccino-
rum Iticis; quorum judicio deſerri voluit te-
ſtator; & tandem Grammaticæ, Rethoricæ,
ac Philoſophiæ ſtudiis abſolutis, ſacerdota-
li charactere inſignitus, in utroque jure do-
1 ctor fuit renunciatus: adeout, cum polleat
qualitatibus per teſtatorem requiſitis; meri-
tò fuerit prò immiſſione, ipſius favore, pro-
nunciatum; ut, præter adductos in præce-
dentibus deciſionibus hujus cauſæ, firmavit
Rota in Colonien. Parochialis 25. Junii 1696.
*§. Non equidem, coram bo. me. Emerix, in
Ternlen. Beneficii eadem die §. fin. coram
R.P.D. meo Muto, & in Majuricen. Bene,
neficii 4. Julii ejuſdem Anni §. Quarum co-
ram R.P D meo Tremoille.*

Nec, ad illam retardandam, admitti potuit
exceptio incapacitatis, per Jo. Franciſcum
oppoſitæ, ac ex eo deductæ, quod Nico-
laus, vel non integrè, vel non ſatis perfectè
operam dederit Grammaticæ, humanioribus
litteris, ac Philoſophiæ; juxta diſpoſitio-
nem teſtatoris. Duplex enim occurrit reſ-
ponſio; altera, quod teſtator, in ſucceſſu-
ro ad ejus hæreditatem, præcipuè, ne di-
camus unicè, requiſivit qualitates Sacerdo-
tii, & Doctoratus; reliquas verò ſcientias,
tanquam medium, & antecedentia ad Do-
ctoratus finem aſſequendum, neceſſaria, de-
ſignavit, dum, poſt factam illarum expen-
ſionem, dixit -- *Di modo tale che, doppo ſia
già Dottore di Legge:* & rurſus: *ogni volta
però che ſi faccia Chierico, ò Prete* -- Quæ,
2 inquam, dictiones, *di modo tale, che, &
ogni volta però che*, cum importent condi-
tionem, per *text. in l. Titio centum* 70 *§. Ti-
tio centum, verſ. Conditio, & in l. Julianus*
85. *in puncto, ubi gloſ. verb. Et ita ff. de
Condit., & demonſtr., Bonden. collat.* 45.
num 92. *tom.* 2., *Rota coram Buratto dec.* 14.
num. 3., *ibique Adden. num.* 51. clarè demon-
3 ſtrant, teſtatorem, ad Doctoratum, ac
reſpectivè Sacerdotium, tanquam prima-
riam ſuæ diſpoſitionis cauſam, taxativè reſ-
pexiſſe; *Surdus conſ.* 315. *num.* 28., & pro-
bant *prima deciſione præcedentis Inſtantiæ
§. Sed hoc obiectum, Et ſecunda §. Verùm.*

Altera, quod Joannes Franciſcus, ex præ-
4 cepto teſtatoris, tenebatur ſcuta decem men-
ſtrua ſubminiſtrare Nicolao; ut iſte poſſet in
arte

Digitized by Google

arte litteraria proficere Cumque in ea
ſubminiſtratione defecerit, nequit hodie,
ſub prætextu minùs integrè idoneitatis Ni-
colai, propriâ ex culpa reſultantis, bono-
rum reſtitutionem evitare; per *text. in l.3.
ff.de Tranſact., l.15.* §. *ni dolo ff.de Re vindic.,
Surdus conſ.15. num.13., Baldus conſ. 290.
num.2. lib.4., Gratianus diſcept.for. cap.749.
num.11., & cap.906. num.12.*

Minus relevat, quod teſtator, in vocato
ad ejus hæreditatem, nedùm exoptaverit
Doctoratum; ſed ulteriùs voluerit -- *Che ſi
tiri avanti nella Corte di Roma con le leggi,
5 con ſuo maggior vantaggio &c.* Ideoque,
cum Nicolaus, poſt aſſequutionem laureæ,
legalibus ſtudiis operam dare neglexerit, di-
ci nequeat, modum, à teſtatore volitum,
6 fuiſſe ab illo adimpletum. Objectum enim
urgeret, quoties Jo. Franciſcus, juxtà præ-
ceptum teſtatoris, poſt ſuſceptum à Nicolao
doctoratum, iſti hæreditatem reſtituiſset
ex cujus fructibus, legale ſtudium in Roma-
7 na Curia proſequi valuiſset: ſecùs autem,
dum, ut diximus, idem Joannes Franciſcus,
hujuſmodi reſtitutionem, tot annorum ſpa-
tio, detrectavit; adeout ejus reſpectu con-
ditiones omnes abſolutè haberi debeant pro
8 adimpletis; nec ab eo qui cauſam dedit nòn
implementi, illius defectus opponi poſſit;
*Attolinus Reſolut. forenſ. cap.55. num.29.,
Bouden. collect. legal colluſt 26.n 26. tom.2.,
Rota coram Bichio dec.11. num.11., & in
Avellinu, ſeu Nullius Præſtationum 30.
Januarii 1696 §. Quæ omnia, coram R.P.D.
meo de la Tremoville.*

Quæ omnia eo facilius procedunt, quia
Hieronymus de Benedictis, qui, in præce-
denti inſtantia, ad hæreditatem aſpirabat,
diffidens forſan de ſuo jure, ob rationes ad-
ductas in utraque hujus cauſæ *dec. 14. Aprilis
§. fin., & 4. Julii 1698. § Ex admiſsione,
coram R. P. D. meo Priolo*, ſe in præſenti
ampliùs non oppoſuit; nec ullus alius ex vo-
catorum genere comparuit, qui proprias
9 qualitates, illis Nicolai præpollentes, ex-
hibuerit; itaut coppoſitore deficiente, ma-
jorum, vel minorum dotium examen, pror-
ſus inutile remaneat; ex traditis per *Rotam
cor. Cerro dec.106. num.10, cum ſeqq., & cor.
s.me. Alex. VIII. dec.29.n.28., & dec.37.n.2.*

Et ità, utrâque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI PROSPERI SEN. DE CAFFARELLIS.

Lunæ primu Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac deciſione, quando locum habere poſſit Statutum Urbis diſponens, quod poſſeſſio bonorum à patre acquiſita in filios continuetur, qui eam pariter uſque ad obitum continuaſſe præſumuntur; adeoùt hujus poſſeſſionis vigore, favore hæredis ipſorum ſit locus immiſſioni. Et quod vendens cum pacto redimendi, ſi emptorem interpellavit, depoſitumque præfecerit; eodem tacente, cenſetur redemiſſe. Demum latè examinatur ex conjecturis, & obſervantia, quando pro ſe ipſo, non verò favore hæreditatis, hæres cum ſuis, vel hæreditatis pecuniis acquiſiviſſe dicendum ſit.

In hac cauſa ad ſunt tres deciſ. ſeqq., & dec.89. cum trib. ſeqq.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ duæ juſtæ, & validæ faciunt eſſe locum ſtatuto de duabus.*

2 *Nullitatem judicii, in cauſa acritèr à fratribus communi nomine agitata, defectum citationis unius non operatur.*

3 *Et quando conſtat, non citatum ſcientiam litis habuiſſe.*

4 *Citatio non eſt neceſſaria, quando notoriè conſtat, nullum jus alicui competere.*

5 *Hæres ex perſona ſui auctoris non poteſt, contra factum proprium, nullitatem allegare.*

6 *Probatio poſſeſſionis, de tempore obitus fideicommittentis, neceſſaria eſt ad obtinendam immiſſionem.*

7 *Præſertim, ſi ex actibus contrariis, probatio negativa poſſeſſionis potiùs reſultat.*

8 *Poſſeſſio tenuata patris ex Statuto Urbis in hærede continuatur: qui eam uſque ad obitum continuaſſe præſumitur.*

9 *Declaratur procedere concluſionem; quando probetur, quod pater uſque ad obitum bona poſſederit*

10 *Retrovenditio tenutarum actualiter, & effectivè facta dici debet habentibus jus ſibi reſervatum, eas recuperandi quandocumque voluerint; ſi iſti interpellaverint emptorem, ut illas retrocederet, facto judiciali depoſito pretii: & emptor redemptionis juſtitiam non impugnavit.*

11 *Tutor jus redimendi, favore pupillorum reſervatum, remittere non poteſt in eorum præjudicium.*

12 *Retrovenditio cenſetur effectuata; ſi conſtet de pluribus actibus poſſeſſoriis factis à redimentibus.*

13 *Tempus jam expreſſum, eſt congruè conciliandum cum actibus, quibus congruit,* & num.18. & 20.

14 *Poſſeſſio patris non præſumitur continuata uſque ad obitum: dum probatur fuiſſe ab aliis, eo vivente, apprehenſam; nunquam verò à filio poſt illius obitum.*

15 *Teſtator, qui in ſuo teſtamento omnia bona &c. etiam modici valoris expreſſerit, ſi de aliquibus nullam mentionem fecerit; præſumitur, tempore mortis, illorum poſſeſſionem non habuiſſe.*

16 *Pendente judicio civili, ſententia criminalis contumacialitèr coram alio Judice extorta, tanquam nulla, & attenta, non meretur allegari.*

17 *Maximè ſi non exequutionem habuit, nec effectum.*

18 *Sententia lata contra poſſeſſorem non probat poſſeſſionem ejus uſque ad obitum longè poſtea defuncti.*

19 *Expenſæ factæ pro lite non probant poſſeſſionem rei, quæ ſub lite cadebat.*

21 *Poſſeſſionem non probant actus æquivoci.*

22 *Ex*

22 *Ex poſſeſsione antecedenti non benè infertur od ſubſequentem uſque ad obitum.*

23 *Poſſeſsio fundi excluditur, ſi de eo fuerit ab alio diſpoſitum.*

24 *Præſertim, ſi dictam diſpoſitionem, ei ad quos ſpectat obſervari voluerint.*

25 *Et omiſsio ejuſdem deſcriptionis ab eis, ad quos ſpectat, non importat, quod diſpoſitionem impugnaverint; ſi deſcriptionem fecerint ad formam dictæ diſpoſitionis.*

26 *Diviſio bonorum fideicommiſſarii, qui de bonis liberis communicavit, non tanquàm de ſolis fideicommiſſariis facta dici debet,* & num. 40.

27 *Bona ſemel diſtracta cum pacto redimendi, præſumuntur recuperata à venditore, ex jure ſibi reſervato; ſi poſtea penès ipſum reperiantur.*

28 *Hæres acquirens nomine proprio pro ſe ipſi ſibi acquirit, non hæreditati.*

29 *Licèt in contractu enunciaverit ſe, filios, & hæredes.*

30 *Quod fortiùs procedit; quando pro ſe, ſuiſque hæredibus ſtipulatus fuit.*

31 *Qualitas hæreditaria dicitur ſtare demonſtrativè, non taxativè ad faciendam acquiſitionem nomine hæreditario in, contractu ab hærede facto pro ſe, & ſuis hæredibus.*

32 *Acquirens poteſt ſe enunciare hæredem, & tamen nomine proprio acquiſitionem facere.*

33 *Hæres acquirens ex propriis pecuniis, ſibi dicitur acquirere, non fideicommiſſo.*

34 *Solutio non eſt facta de pecuniis hereditariis, ſi conſtet eam factam ex retractu prędii venditi tanquam liberi.*

35 *Æquipollentia pretii acquiſitionum, & prędis, ex cujus retractu emptæ fuerunt, cognoſcitur à paritate pretiorum.*

36 *Remiſſio fructuum facta ab habentibus aliam qualitatem, quam hæreditariam à fideicommittente, illam non inducit, ad effectum, ut dici poſſit, actus, & acquiſitiones eo nomine geſtat.*

37 *Acquirens cum pecuniis fideicommiſsi, acquirit ſibi, non fideicommiſſo cui tantùm competit actio pro recuperatione pretii.*

38 *Acceptatio ſententiarum facta ad unum effectum, ad alium diverſum induci nequit.*

39 *Spolium excluditur ex longa poſſeſsione, poſt litem introductam, ſpoliantis, & refuſione pretii facta à prętenſo ſpoliato, qui poſtea acquiſivit rem, quæ ſub ſpolio cadebat.*

41 *Obſervantia declarat, cujus commodo acquiſitio facta fuerit.*

42 *Venditio paulò poſt facta rei acquiſitę tamquam proprię, eam nomine proprio, non hęreditario acquiſitam demonſtrat:* & *aliæ demonſtrationes adduntur* num. 44.

43 *Hęres proprio ære non pręſumitur acquirere voluiſſe bona, quę ex fideicommiſſo ſibi debebantur.*

44 *Actus geſti poſt tranſactionem, abſque expreſsione tituli hęreditarii, ſunt referibiles ad titulum tranſactionis, non autem hęreditarium.*

DECISIO LXXXIX.

POſt decennale hujus cauſæ ſilentium excitati fratres de Caffarellis: petierunt ad
examen revocari deciſionem, quæ contrà
ipſos coram bo. me. Rondinino, ſub die 30.
Aprilis 1688. emanaverat. Quapropter,
cùm ego in Auditoris interim defuncti locum ſubrogatus; hodiè de viribus, ſub conſueto dubio diſceptandum propoſuerim: reſponſum habui: *Standum eſſe in deciſis*.

Iterùm namque cenſuerunt DD., geminas ſententias ab hoc Sac. Tribunali prolatas coram
bo. mem. Albergatn, & Bourlemont, denegantes eiſdem fratribus de Caffarellis immiſſionem ad caſalia S Laurentii, ac do-
1 mos, & palatium S. Andreæ de Valle, fuiſſe
non minùs validas, quàm juſtitiâ munitas;
ideoquè ſub diſpoſitione noſtri Statuti *de duabus*, citrà dubium comprehenſas; ex
deductis in deciſione, quæ confirmatur §. 1.

Et licèt ad impugnandam illarum validitatem,
etiam in præſenti reperiretur omiſſio citationis contrà Nicolaum de Caffarellis alterum ex fratribus, eo tempore collitigan.
Domini tamen à priori ſenſu, ex hoc capite,
recedere non potuerunt; Tum quia, ut innuit præterita deciſio bo. me. Rondinini;
2 cauſa fuit acritèr in præcedentibus inſtantiis ab aliis fratribus, communi nomine hæ-
3 dum Ducis Gaſparis, defenſa; itaut litis adeò
inſignis qualitas, juncta cum ſimultanea omnium fratrum cohabitatione; ſuadere neceſſariò videantur; quòd Nicolaus præciſam
illius ſcientiam habuerit: vel, in omnem
4 caſum, cum non doceatur, quod ſi Nicolaus
fuiſſet citatus, aliquid, ultrà deducta per ejus
fratres, allegare valuiſſet: defectus citationis,
in his terminis, nullitatem ſententiæ non
operatur; *Surd conſ.* 181. *num.* 27. & *ſeqq.*,
& *conſ.* 277. *n.* 17., *Vant de nullit. tit. quib. mod. ſent null. repar. num.* 107., *Rot. dec.* 91.
5 *num.* 5. *par.* 10. *rec.* Tum etiam quia, cùm
prædicti cæteri fratres, ſint hæredes Nicolai; nequeunt ampliùs ex illius perſona,
poſtquàm ipſimet jura propria viriliter defenderunt; præfatam nullitatem allegare.

Hinc Domini, deſcendendo ad examen juſtitię,
6 rurſùs agnouerunt, non fuiſſe à fratribus de
Caffarellis probatam controverſarum tenutarum poſſeſſionem de tempore obitus Proſperi fideicommittentis; prout ad obtinendam
immiſſionem, requiri plenè firmant ſex conformes deciſiones, omnibus Dominis ſuffragantibus editæ; duæ ſcilicèt *coram bo. me. Priolo, inter ejus impreſſas la* 429., & 457.,
tres *coram bo. mem. Bourlemont, impreſſę apud Urceol. de tranſact. la* 72. 73., & 74., &
ultima *coram bo. me. Rondinino*; quæ hodiè
revidetur §. *Juſtitia verò*. Actus enim omnes, & argumenta ad hujuſmodi probationem repetita; vel erant inefficacia, vel equi-
7 voca; præſertim dum à contrariis actibus negativa

gativa poſſeſſionis verificari potius videba-
tur.

Et ſanè inefficax erat argumentum ductum, ex
quo Antonius Proſperi fideicommittentis
pater, tenutas controverſas anno 1459. ac-
quiſiviſſet à Columnenſibus, illæque per
8 obitum patris, ex beneficio noſtri Statuti,
poſſeſſionem in hærede continuatis, delatæ
fuerunt ad Proſperum; qui deindè illarum
poſſeſſionem, uſque ad obitum, continuaſſe
9 præſumatur. Quippè ad hoc ut hujuſmodi
præſumptiva probatio poſſeſſionis Proſperi
aliquid ſtringeret, neceſſe foret oſtendere,
quòd Antonius, uſque ad obitum, bona
empta poſſederit: de quo tantùm abeſt, quod
doceatur; ut potiùs contrarium reſultet ex
actibus, eo vivente, ac ſucceſſivè eo deſun-
10 cto, geſtis per Columnenſes. Iſti enim,
utendo jure ſibi reſervato, tam in teſtamen-
to per Jacobum Columnam condito, quàm
in ſubſequenti inſtrumento anni 1416., recu-
perandi ſcilicèt quandocunque voluerint te-
nutas: interpellarunt anno 1467. eundem
Antonium emptorem; ut illas retrovende-
ret, facto judiciali depoſito florenorum 10.
mil.: pro qua ſumma fuerunt traditæ in ſo-
lutum.

Quamobrem, licèt non conſtet de ſucceſſiva
actuali redemptione: adhùc de effectuatione
viſum fuit dubitari non poſſe, attentâ illius
juſtitia, agnita ab Antonio; nec ab illo impu-
gnata; tanquàm reſultante ex publicis in-
ſtrumentis; de quibus in *Summ. Minutilli
num. 3. & 4.*. Non obſtante quòd tutores
11 filiarum Jacobi Columnæ, jus redimendi
remiſiſſent favore ipſius Antonii: cùm ſine
pupillarum utilitate, & juſtâ causâ, id fieri
non potuiſſet; ut firmant omnes deciſiones
editæ in cauſa; & præſertim illa coram bo.
me. Rondinino; de cujus confirmatione agi-
12 tur §. *Etenim neque juris recuperandi*; nec
non etiam attentis aliis ſubſequentibus acti-
bus poſſeſſoriis geſtis à Columnenſibus; qui
poſſeſſionem deindè ſpatio longiſſimi tempo-
ris continuarunt. Quin contrarium reſultet
ex quodam laudo prolato de anno 1479., ſu-
per differentiis paſcuorum tenimenti Ardeæ,
inter Petrum de Millinis, & D. Antonium
13 Caffarellum: quoniam, cùm in eo non ex-
primatur tempus, pro quo dicta paſcua de-
berentur; intelligi debet, quoad illa debita
pro tempore poſſeſſionis dicti Antonii; &
ante recuperationem factam à Columnenſi-
bus: quæ paulò prius, hoc eſt de anno 1465.,
præceſſerat.

Excluſâ ex iis poſſeſſione Antonii, de tempore
14 obitus: allegari non poteſt illius continua-
tio vigore Statuti Urbis in Proſperum
filium; quem, nec etiam conſtat poſſeſſio-
nem unquam acquiſiviſſe; multoquè minùs
continuaſſe uſque ad obitum: dum è conver-
ſo expreſsè conſtat de poſſeſſione Colum-
nenſium, etiam illo vivente; ex pluribus
actibus, de quibus in *Summ. Minutilli n. 9.
15 cum ſeq.*, & non obſcurè deducitur ex te-
ſtamento ejuſdem Proſperi; in quo, licèt
ſigillatim omnia bona, credita, & jura,
etiam modici valoris, expreſſerit: tamen
de hiſce tenutis nullam mentionem fecit; ut
ad rem ponderavit *Rot.* in omnibus præfatis
*deciſionibus coram bo. me. Priolo, & Bour-
lemont editis, & in Urbevetana Cambii
26. Novembris 1691. coram bo. mem. Eme-
rix*.

Nec hujuſmodi poſſeſſionis continuatio deſu-
mi valet ex eo, quod de anno 1462. prodie-
rit ſententia Judicum maleficiorum, decla-
rans moleſtationes illatas Proſpero, & aliis
filiis Antonii poſſeſſoribus medietatis teni-
menti Ardeæ, fuiſſe illicitas, & injuſtas;
ideoque teneri Columnenſes ab illis deſiſte-
re. Quoniam, cùm ſuper tenutis præfatis
jam de anno 1467. penderet lis in judicio
civili coram Vice-Camerario; *Summ. Minu-
16 tilli num. 5.* hujuſmodi ſententia contuma-
cialis, & in judicio criminali extorta in Cu-
ria Capitolina, tanquàm nulla, & attentata,
non meretur allegari; ex deductis in hac
cauſa *coram Reverendiſſimo Bourlemont.*,
*juxta deciſ. 72. num 4. poſt Urcol. de tran-
ſact.*: & concorditèr reſpondit etiam in aliis
deciſionibus editis ſuper fideicommiſſo Jo:
Petri patris 23. *Februarii* 1685. §. *Nam hu-
juſmodi coram bo. me. Albergato, 30. Apri-
lis* 1688. §. *Nec ad ſuſtinendam, coram bo.
17 me. Emerix*. Maximè, quia non conſtat
dictam ſententiam fuiſſe executioni deman-
datam; nec ullum effectum ſortitam fuiſſe;
18 Et, in omnem caſum, cum fuerit lata 30. an-
nis circitèr ante obitum ipſius fideicommit-
tentis; recurrit eadem reſponſio, quod non
exindè inferri valet, ab eo tempore ad aliud
obitus, longè poſteriùs; ut in *dicta Urbe-
vetana Cambii d. §. Tum quia*.

Sicut minùs conſtitui valet fundamentum in
ſolidatione facta anno 1474. inter fratres de
Caffarellis; qua fuerunt approbatæ impenſæ
pro litibus factis à dicto Proſpero ſuper teni-
19 mento Ardeæ: quia, ut paritèr reſpondetur
in *d. deciſ. 72. num. 7. penès Urcol.* ſtant be-
nè ſimul, quòd Proſper, pro lite enunciata,
plures pecuniarum ſummas erogaſſet; quòd-
que adhùc non poſſideret tenimentum Ar-
deæ.

Ac tandem ſimilis irrelevantiæ viſum fuit
aliud compromiſſum factum à Bernardino
de Caffarellis de anno 1476., occaſione dam-
norum ſuper paſcuis in tenimento Ardeæ;
20 tum quia ibidem non declaratur, quo tem-
pore dicta damna illata fuiſſent; quamobrem
verificari poſſunt pro tempore, quo, adhuc
ante recuperationem factam à Columnenſi-
21 bus, paſcua retinebantur ab Antonio: tum
quia tres fuerant hæredes Antonii; videli-
cet Proſper, Bernardinus, & Nicolaus; ideo-
que, dum in dicto compromiſſo ſupponitur
agi de intereſſe ſolius Bernardini, nulla fa-
cta mentione cohæredum; actus præfatus,
vel poſſeſſionem excludit, vel ſaltem rema-
21 net æquivocus: tum & tertio quia, ab eo
tempore uſque ad obitum fideicommitten-
tis, fuit elapſi alii 24. anni: ſicque nonquàm
rema-

remanet probata poſſeſſio uſque ad illius
obitum; ex deductis.

Ultrà quod; etiam ex aliis facti circumſtantiis
23 excluditur poſſeſſio Proſperi fideicommit-
tentis; quia ſcilicèt Ludovica Columna Uxor,
in ſecundis nuptiis Antonii, ac reſpectivè
Noverca dicti Proſperi, diſpoſuit in ſuo ul-
timo teſtamento, condito de anno 1482. de
iſtis tenutis, eorumque fructibus, tanquàm
24 ad ſe ſpectantibus, favore Nicolai Filii: quam
diſpoſitionem Proſper non impugnavit; imò, è
converſò, illam acceptando, præcepit quòd
*Joannes Petrus, & alii filii prefati Nico-
lai, tenerentur communicare* (ſunt verba
præciſa) *omnia, & quecunque bona ſtabilia,
& immobilia, & pretioſa, dicte Ludo-
vice de Columna Avie Paterne, dicto quon.
Nicolao eorum Patri, jure inſtitutionis in
ſuo ultimo teſtamento, ut dicitur, legata*,
adjecta pœna privationis in caſu non factæ
communicationis. Quod præceptum fuit
adimpletum mediante effectiva communi-
catione, adjectâ ſpeciali declaratione, quòd
ad illam deveniebat; quia bona hæreditaria
Proſperi, erant vacua, & expedita; illa
verò Ludovicæ, erant occupata à Colum-
nenſibus; ut latè deductum fuit in præce-
denti *deciſione cor. bo. me. Rondinino §. Ve-
rùm ceſſare*.

Non attento, quòd hæredes Ludovicæ, in in-
ventario poſtmodum confecto, non deſcrip-
ſerint integram medietatem tenutarum; ſed
tantùm illarum partem; & deindè in divi-
ſione facta anno 1513. reliquerint illas pro in-
25 diviſo. Quoniam, reſpectu deſcriptionis,
ſat eſt advertère, per eam non excludi,
quod verè medietas fuiſset in teſtamento
Ludovicæ comprehenſa: & intelligi debet,
juxtà modum expreſsum in præfato teſtamen-
to, in quo diſpoſuit de tenutis Ardeæ valo-
ris 10. m. florenorum: qui præcisè verifica-
26 tur de integra medietate tenutarum: reſ-
pectu verò diviſionis, non ex quo fuerunt
tenutæ relictæ pro indiviſo, inferri poteſt,
quòd illarum aliqua pars ſpectaſset ad Proſ-
perum fideicommittentem: quoniam præ-
ceſserat communicatio bonorum illius cum
cæteris, à Ludovica relictis: qua communi-
catione ſtante., benè potuerunt dividi cum
bonis hæreditariis ejuſdem Proſperi.

Conſtito ex prædictis fideicommittentem
non poſſediſſe uſque ad obitum: repetebant
informantes pro Caffarellis, quod in hære-
27 ditate Proſperi, ſaltem remanſerit jus recu-
perandi dd. tenutas; cujus vigore, tranſi-
gendo cum Columnenſibus de anno 1566.,
illas recuperaverint pro fideicommiſſo: ideo-
que concedenda eſſet immiſſio perindè, ac ſi
in bonis teſtatoris ſemper extitiſſent. Sed, ſi-
cut iſtud objectum ſemper deductum, ſem-
perque etiam fuit rejectum; ut videre eſt in
omnibus cauſæ deciſionibus: ideoque in præ-
ſenti nullam mereri potuit animadverſio-
nem.

Siquidem ex lectura ipſius tranſactionis,
apertè patet, quod quando Aſcanius, Proſper,
& Marius de Caffarellis tranſegerunt cum
Marco Antonio Columna de anno 1566., ac-
quiſiverunt ibi -- *Pro ſe ipſis, eorumque hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque accep-
tan., & ſtipulan. &c.: ponens eoſdem Do-
minos de Caffarellis, & ſuos in omne jus,
locum, & privilegium ipſius D. Marci An-
tonii, ejuſque hæredum &c. ita quod ipſi Do-
mini de Caffarellis, eorumque hæredes, & ſuc-
ceſſores, in dictis juribus, & actionibus ceſ-
ſis &c. uti, agere, & experiri poſſent; & de
eis, uti veri, directi, & legitimi Domini
diſponere valeant* -- ſunt verba ejuſdem tran-
ſactionis *Sum. Minutilli num. 5.*. Ex quibus,
28 ſicut conſtat tranſigentes voluiſſe acquirere
pro ſe ipſis: ità excluſa remanet acquiſitio
nomine hæreditario Proſperi: eamque pro
illius fideicommiſſo factam fuiſſe; *Urceol. de
Tranſact. quæſt. 82. num. 35.*, *Andreol. con-
trov. 182. num. 2.*, *Rota coram Zarat. dec. 72.
num 8.*, *in rec. dec. 70. num. 1. part. 9.*, & per
novem conformes deciſiones, ſemper reſ-
ponſum fuit, quarum ſex editæ fuerunt ſu-
per hoc fideicommiſſo, allegatæ ſupra in
§. *Hinc Domini*, & aliæ tres ſuper Fidei-
commiſſo Joannis Petri; videlicet 23. *Februa-
rii* 1685., *prima Aprilis* 1686. *coram bo. me.
Albergato*; & 30. *Aprilis* 1688. *coram bon.
me. Emerix*.

Quamvis autem in eadem tranſactione
enuncietur, tranſigentes filii, & hæredes
29 Joannis Petri ſenioris: tamen ultra quod
hujuſmodi enunciativa non reſpicit Proſpe-
rum, de cujus hæreditate, & fideicommiſ-
30 ſo nunc agitur; adhuc ceſſat difficultas ob
ſubſequutam ſtipulationem pro ſe, hæredi-
bus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, una cum
erogatione propriarum pecuniarum; de
31 qua infra: undè, cùm clara reſultet acqui-
ſitio nomine proprio; qualitas hæreditaria
ſtare dicitur demonſtrativè; non autem ta-
xativè, ad faciendam acquiſitionem nomine
hæreditario; *Urceol. de tranſact. quæſt. 82.
num. 35., & 36.*, *Rota dec. 429. num. 7. cor.
Priolo*, & ita in *dictis dec. ſuper Fideicom-
miſſo Petri* mox allegatis.

Atque ex iis nil relevat, quod hæreditas
Proſperi ſenioris delata fuerit Joanni An-
32 dreæ, & Joanni Petro: cùm benè poſſint
ſtare ſimul, quod tranſigentes fuerint mediati
hæredes dicti Proſperi ſenioris, talemque
qualitatem enunciaverint; quodve nihilo-
minùs, uti tales, contrahere noluerint; nec
tenimentum controverſum acquire dicto fi-
deicommiſſo; dum acquiſitionem ſtipularunt
pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcunque; ut fuit ſupra animadverſum.

Quod apertè etiam confirmatur, ex quo
Caffarelli, occaſione, & causâ dictæ con-
33 cordiæ, ſolverunt de proprio ſcut. 16. mil.;
ut in ſpecie obſervat *Rota dec. 457. num 6.
coram Priolo*: non attentâ reſponſione, quod
ſolutio pro medietate, facta fuerit de bonis
hæreditariis; vel quod non æquipolleat juſto
34 valori tenutarum. Etenim qualitas hæredi-
taria, reſpectu medietatis pretii, excludi-
tur

tur ex inſtrumento venditionis caſalis Sala-
zaræ, ex cujus retractu, fuit facta ſolutio
dictæ ratæ : cùm venditum fuerit tanquam
liberum, & propterea tranſigentium: addi-
ta etiam ſpeciali declaratione, quod non
35 eſſet ſubjectum alicui fideicommiſſo: æqui-
pollentia autem pretii, nedum reſultat ex
modicitate valoris tenutarum retroactis tem-
poribus: verùm etiam ex ſpecialibus do-
cumentis oſtendentibus præcisè infimum
valorem Caſalis controverſi. Illud enim,
uſque à principio, fuit traditum in
ſolutum Ludovicæ Columnæ prò ſolis flore-
nis 10. mil.: & de anno 1500. in inſtrumento
concordiæ expreſſum fuit, quod ex illis,
modici, aut nulli fructus percipiebantur:
& cum terrena eſſent inculta, & inutilibus
arboribus repleta; anno 1578. B. Pius V.
particulari diplomate illarum disboſcatio-
nem demandavit: in cujus execusionem,
fuerunt erogata ſcuta 40 mil., compræhen-
ſis etiam expenſis prò ædificatione turris; ut
in *ſum. Minutilli num.7., & 36. cum ſeqq.*

Abſq; eo, quod urgeat in contrarium, quod
Caffarelli dimiſerint ſcut.40. mil pro fructi-
bus perceptis à Columnenſibus: qui ulteriùs,
ſententias, contra ſe latas, approbarunt:
quia dum Caffarelli ſolverunt valorem æqui-
36 pollentem tenutis: remiſſio fructuum non
poteſt importare acquiſitionem favore fidei-
commiſſi Proſperi; de quo, in tranſactione,
nec ullum verbum fuit factum. Præcipuè
quia fructus, ad ipſos dimittentes, non jure
hæreditario Proſperi, ſed potius ex perſo-
na Ludovicæ matris ſpectabant; ut ſupra
37 oſtenſum fuit; Quando etiam, in omnem
caſum, acquiſitio facta cum pecuniis, ſeu
juribùs ſpectantibus ad fideicommiſſum, non
importet acquiſitionem factam pro fideicom-
miſſo; ſed ſolum exindè remaneret actio
prò recuperandis illis juribus, quæ fideicom-
miſſo competerent; *Card.de Luc.de fideicom-
miſſ. diſc.*105., & *diſc.*177. *utrobique nu.*4.,
*Peregrin. de fideicom. art.*44 *num.* 29. *Rot.
dec.*201. *num.*2., & *dec.*365. *num.* 6., & 7.
*part.*1. *diverſ., in rec. dec.*70. *num.primo*, &
2.*part.* 9., *dec.* 46. *num.* 13. *part.* 11., *dec.* 228.
*num.*25. *part.* 15., & *dec.*489. *n.*10. *part.* 18.,
& probat *ultima deciſio, quæ revidetur
§. Minus obſtat verſ. hoc enim procedit.*
38 Approbatio verò ſententiarum, ex lectura
dignoſcitur facta, ut Columnenſes arctiori
vinculo adſtingerentur ad obſervantiam
tranſactionis: non autem, ut exindè aliquod
jus fideicommiſſo acquireretur: cùm dictæ
ſententiæ alioquin eſſent nullæ, & attenta-
tæ, & injuſtæ; ut firmatum fuit in alia Cau-
ſa *Romana Fideicommiſſi Joannis Petri* 23.
Febr. 1685. §. *Nam hujuſmodi objectum
coram bo. me. Albergato.*

Idque ad evidentiam demonſtratur; dum
Columnenſes non ſolum poſſederant tenutas
39 à 50., & ultrà annis: nec doctum unquam
fuit de ſpolio allegato per Caffarellos: ſed
imò potiùs è converſò conſtat, quod cùm
iſti occuparent tenutas, fuerunt conventi ju-
dicio ſpolii, mediante commiſſione directâ
noſtro Tribunali, & per Columnenſes re-
portata: & agnito eorum malo jure, cu-
rarunt devenire cum Columnenſibus ad con-
cordiam, tot cautelis munitam, & cum
erogatione tot pecuniarum, de proprio:
quod uſique non feciſſent, ſi eorum poſſeſſio
fuiſſet legitima, & ſpolium refundi poſſet
in Columnenſes.

Nec obſtat quod acquiſitio fuerit facta prò
medietate ab beneficium Fauſti, Aſcanii,
40 & Proſperi; & prò alia medietate, ad
favorem Marii. Quoniam id evenit, ex
quo à filiis Joannis Petri, fuerant præce-
denter tenutæ communicatæ, prò medie-
tate, ad favorem Marii; & proindè non mi-
rum, ſi pariter pro medietate, ad ejus fa-
vorem fuit, in tranſactione facta, acquiſi-
tio: nec ex iiſdem deduci poſſit, ullum
jus pro fideicommiſſo.

Et hæc, quæ de per ſe ſunt certa: clario-
ra redduntur ob continuam obſervantiam,
ex pluribus actibus deductam: quæ, acqui-
41 ſitionem fuiſſe factam nomine proprio tran-
42 gentium, & ad illorum commodum oſten-
dit: quippe quia, poſt ipſam tranſactio-
nem, die 11. Julii 1566. celebratam; illicò,
& ſub die 12. Auguſti immediatè ſequentis,
Marius, cum conſenſu Aſcanii, Fauſti, &
Proſperi, vendidis Serlupio unum ex Ca-
ſalibus dictæ tenutæ; promittens inſuper,
ſunt verba inſtrumenti ibi -- *Quod dictum
Caſale fuit ipſius; & quod non eſt alicui fi-
deicommiſſo adhuc non purificato; & in fu-
turum forſan purificando, aut alicui alteri
vinculo ſubiectum* - Anno verò 1573. Maxi-
milianus vendidit ſuam portionem; hoc eſt
nonam partem Caſalium, ſeu tenutarum,
nuncupatarum *il Quarto de Conſorti*; ſitum
in territorio Ardeæ, Aſcanio, & Proſpero;
repetitâ eadem expreſſione libertatis; ex-
preſſio autem ibidem facta, quod venditor
nollet teneri de evictione: mirificè proba-
43 tionem auget: quia, cùm venditio facta
fuiſſet Aſcanio, & Proſpero; qui tranſa-
ctionem cum Columnenſibus iniverant: non
acquiſiviſſent proprio ære tenutas, ſi eas ſibi,
ex fideicommiſſo, deberi agnoviſſent.

Succeſſivè anno 1580. Proſper Junior, de
iis caſalibus, tanquam liberis, in ſuo teſta-
44 mento diſpoſuit. Rurſus portio Bernardi-
ni devenit libera in credisores: & tamen
ipſe parens DD. de Caffarellis impoſuit cen-
ſum ſuper iſtis tenutis, tanquam liberis, vi-
gore tranſactionis anni 1566., & Baltaſſar,
ex cujus fideicommiſſo ſe tuentur, tanquam
ejus hæredes; de tenutis diſpoſuit, tanquam
liberis in ejus teſtamento: & in exequu-
tionem hujuſmodi diſpoſitionis, poſſedit Dux
Jo. Petrus primogenitus; excluſis fratribus;
quibus alias debita fuiſset ſucceſſio in his te-
nutis: & paſſi non fuiſsent, totum occupari
ab codem Jo. Petro fratre: junctis etiam
quamplurimis contractibus, ſucceſſivè factis
tam à Joanne Petro fratre, quam ab ipſis
DD. adverſariis, ſuper tenutis, de quibus

agitur, cum juramento; quod eſſe r liberæ: de quibus in *Sum. Minutilli num* 19., *cum ſeqq.* ; ut, pluribus adductis comprobant omnes Cauſæ deciſiones.

Quæ omnia offuſcari non poſsunt ex nonnullis aliis actibus, geſtis pariter poſt tranſactionem, & incontrarium ponderatis: quia deficiente in illis expreſſione tituli hæreditarii Profpeti; ſunt referendi ad titulum præambul. m tranſactionis; *Rot. dec.* 72. *n.* 21. *poſt Urſeol. de tranſact.*, *& in alia coram bo. me Rondinino ſub die* 30. *Aprilis* 1688. §. *Non refragante*.

Et hæc quoad Caſalia, quoad verò domos, & palatium propè Eccleſiam S. Andreæ de Valle: cum nihil contra præcedentes deciſiones deduceretur: Domini ad illas remiſsivè ſe habentes, cum iiſdem transierunt.

Et ita utraque &c.

In hac cauſa adſunt ſequentes 4. decif., & quoque dec. 186 cum tribus ſeqq:

ROMANA FIDEICOMMISSI PROSPERI, SEN. DE CAFFARELLIS, SUPER CAUTHELA ANGELI.

Lunæ prima Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Eo non indiget.

Confirmatur infra dec. 187.

SUMMARIUM.

1 *Cautela Angeli allegata poſt factam exequutionem, debet eſſe concludenter juſtificata: ut retardare poſſit proceſſum ad ulteriora*

2 *Exequutio ſuper bonis liberis, pro credito liquido retardari nequit, ſub prætextu fideicommiſſi, cui ipſa non ſubjacent.*

3 *Cautela Angeli non juſtificata retardare non poteſt deliberationem faciendam pro creditis provenientibus à publicis inſtrumentis.*

DECISIO XC.

AD impediendam ſubhaſtationem Caſalium Ardeæ, aliorumque bonorum, ſpectantium Dominum Decem, & fratres de Caffarellis; ſuper quibus, ad inſtantiam eorum creditorum, fuerat facta exequutio: ſe ſe oppoſuerunt DD. Michael Angelus, & Baltasar, filii ejuſdem Ducis; allegantes, retentionem, ex titulo plurium fideicommiſſorum, quibus eadem bona, ad ſui favorem, obnoxia prætendebant. Verùm quia, hoc non obſtante, mandavit A. C. ad ulteriora procedi: fuit, in gradu appellationis, noſtro Tribunali commiſſa cauſa cum clauſula *Alteri, qui ad legitimam*, in bonis, ſuper quibus facta fuit exequutio: *& in reliquis ſi quid exequendum*.

Verùm quia interim ad cauſam ſe fecit admitti Petrus Minutillus de Caffarellis, ratione ejus intereſſe, quod habet ſuper dd. caſalibus, aliiſque bonis; quorum medietatem poſſidet uti liberam ab oppoſitis fideicommiſſis; juxta deciſiones ſuper hoc articulo editas favore Petri Senioris ejus authoris: &, ad iſtum effectum, obtinuit ſignari commiſſionem unionis cauſarum, directam bo. me. Urſino olim noſtro emeritiſſimo Decano. Ideo, poſt illius obitum mihi demandato munere proponendi hujuſmodi cauſam, ſub dubiis omninò diſtinctis, & ſeparatis; juxta diſtinctionem bonorum, & fideicommiſſorum: in obſequium præfati reſcripti, primo loco, in hac Audientia, quæſivi à Dominis meis -- *An eſſet ſtandum, vel recedendum à deciſis ſub die* 30. *Aprilis* 1688. *coram bo. me. Rondinino, quoad fideicommiſſum Proſperi Senioris de Caffarellis?* Cumq; reſponderint: *Standum eſſe in deciſis*; ità denegando immiſſionem petitam per Caffarellos, vigore dicti fideicommiſſi: ſimul, & ſemel diſcepandum propoſui aliud dubium -- *An mandatum A. C. ſit exequendum ſuper portione bonorum Proſperi ſenioris ſpectantium ad Caffarellos?* Et *affirmativè* fuit reſolutum.

Præmiſſa enim regula, quod, ubi retentio, in vim Cautelæ, quam tradidit *Angelus in l. à Divo Pio §. Si ſuper rebus ff. de re jud cata*, allegatur, ut hic, poſt factam exequutionem, ad retardandam bonorum deliberationem, requiritur, quod concludentèr, & liquido conſtet de fideicommiſſo & identitate bonorum; aliàs nunquam retardatur proceſſus ad ulteriora; *Ridolphin. in prax. part. prima cap.* 9. *num.* 28., *Rot. coram Cer. dec.* 97. *num.* 13., *Peutinger. deciſ.* 1. 7. *num.* 3., *& ſeqq.*, *& in rec. dec.* 397. *num.* 19. *part.* 18.

Facilis in hac parte viſa fuit affirmativa reſolutio: quia, dum ex deductis in alia deciſione hac eadem die, coram me edita ſuper dicto fideicommiſſo: conſtat caſalia, de quibus agitur, retineri non poſſe titulo fideicommiſſi Proſperi Senioris: quia non juſtificatur fuiſſe poſſeſſa per eum uſque ad obitum; quinimò fuerunt acquiſita, & independentèr ab omni jure fideicommiſſario, ab Aſcanio, Proſpero Juniore, & Mario de Caffarellis pro ſe ipſis, eorumque heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque poſt obitum fideicommittentis: conſequens eſt, ut modò nequeat deliberatio illius portionis retardari prætextu fideicommiſſi, prò creditis; de quorum exiſtentia, & veritate conſtat ex publicis documentis: nec erat controverſia inter Partes; *ex allegatis*.

Et ità, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SENIORIS DE CAFFARELLIS.

Ven. 5. *Junii* 1699.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra proxima deciſ. 89, cujus eadem fundamenta, & rationes hic recenſentur, ſolùm addito, quando Scripturæ, cujus originali, temporis injuria, & fluminis inundatio-

tione eſt deperditum, fides adempta dici debeat necne? & confirmatur dec. 188.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio retardari non poteſt ſub prætextu exceptionum turbidarum, & requirentium altiorem indaginem: quando conſtet de fideicommiſſo, & poſſeſſione fideicommittentis uſque ad obitum.*

2 *Sententia criminalis lata pendente judicio civili in alio tribunali eſt nulla. Poſſeſſio non probatur ex ſententia nulla, & ineffectuata.*

3 *Hæres, qui ad alium legitimum titulum ſuam poſſeſſionem referre poteſt, non præſumitur titulo fideicommiſſi poſſidere bona, quæ præcedenter nulliter, & attentatè a fideicommittente poſſidebantur.*

4 *Hæres acquirendo pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ſibi acquirit, non hæreditati.*

5 *Hæres gravatus ſi cum pecuniis propriis acquirit, ſibi acquirit.*

6 *Hæreditaria qualitas adjecta in contractu ſtipulato ab hærede pro ſe, ſuiſque hæredibus &c. dicitur ſtare demonſtrativè, non verò ad indicandum, acquiſitionem hæreditati factam fuiſſe.*

7 *Renunciatio ſententiæ facta ad unum effectum, ad alium non volitum non inducitur.*

8 *Renuncians ſententiæ ad ſui favorem latæ, illius injuſtitiam ſupponere videtur.*

9 *Actus factus ad cautelam, in damnum remittentis interpretari non poteſt.*

10 *Remiſſio certæ ſummæ, cum clauſula* -- quatenus verè deberetur -- *cenſetur ad cautelam facta: non autem, quod eſſet debita.*

11 *Hæres erogans de proprio pecunias in emptione rerum, quæ pro minima parte ad fideicommiſſum ſpectarent, non cenſetur illius nomine acquiſiviſſe, ſed ſuo.*

12 *Hæres, qui eſt creditor defuncti, præſumendum non eſt, quod potius hæreditati, quam ſibi acquirere voluerit, & propriam ſatisfactionem negligere.*

13 *Bona, quæ per hæredem expreſſè acquiſita fuerunt, pro ſe ipſo, & ſucceſſoribus; dici nequeunt hæreditati acquiſita.*

14 *Obſervantia demonſtrat, cujus commoda acquiſitio facta fuit.*

15 *Fideicommiſſum conditum in teſtamento expirat per ſubſequentem eorumdem bonorum a teſtatore factam donationem.*

16 *Scripturæ fidem non adimit defectus originalis, temporis injuria, & fluminis inundatione deperditi.*

17 *Præſertim ſi ex aliis inſtrumentis cum explicita relatione ad diem, menſem, & annum, & notarium, probetur illius exiſtentia.*

18 *Et notarius rogatus, in altero inſtrumento, aſſerat de eo conſtare in actis ſuis.*

19 *Bona, quæ ab hæredibus locata, & obligata fuerunt, ſciente, & patiente patre, qui fideicommiſſum condiderat, & poſtea ea ipſis donaverat, donationis titulo retenta fuiſſe cenſentur.*

DECISIO XCI.

Reaſſumptâ hodiè coràm me, ſubrogato in locum bo. me. Emerix, diſputatione, longo temporis ſpatio neglecta, ſuper fideicommiſſò Joannis Petri Sen. de Caffarellis; cujus vigore Dux, & illius fratres immiſſionem petierant ſuper medietate caſalium Sancti Laurentii, in tenimento Ardeæ exiſtentium: Domini, libratis fundamentis plurium deciſionum editarum: & comparatis iis, quæ favore dictorum fratruum prodierant coram bo. me. Albergato; & quæ leguntur impreſſæ 209., 414. *part.* 19. *rec.*, cum cæteris poſtmodùm editis *coram eodem* 23. *Febr.* 1685., *& prima Aprilis* 1686.: confirmatis deindè *coram bo. me. Emerix* 30. *Aprilis* 1688, iſtarum præponderantiam agnoſcentes, *in ultimo loco deciſis* ſtandum eſſe reſponderunt.

Licet enim in præſenti, fratres de Caffarellis, pro ſubmovendis deciſionum fundamentis, ultimo loco editarum, maximè inſiſterent in probatione poſſeſſionis Joannis Petri fideicommittentis; quam ex aliis actibus de novo recenſitis deſumebant; inferen-
1 do exinde, quod, conſtito de fideicommiſſo, ſatis abundè firmato, tam in *deciſione* 433. *coram Priolo*, quàm *in alia*. 4. *Februarii* 1675. *coram bo. me. Albergato*: & de poſſeſſione fideicommittentis uſque ad obitum, retardari non poterat immiſſio ſub prætextu acquiſitionis ex novo titulo tranſactionis initæ cum Columnenſibus: cum iſte altiorem requirat indaginem, propter exceptiones contra illam deductas; *Adden. ad Buratt. dec.* 211. *num.* 72., *Rota dec.* 671. *n.* 1. *part.* 1., *& dec.* 217. *num.* 22. *part* 5 *rec.*

Attamen, omnibus facti circumſtantiis accuratè perpenſis, agnitum fuit, quod, cum medietas caſalium, primo loco ſpectaſſet ad Columnenſes; nedum ex fideicommiſſò ſan. me. Martini V., de quo in *dec* 339. *part.* 17. *rec.*, ſed etiam ex facultate redimendi cum Caffarellis conventa: quæ etiam redacta fuit ad actum; ut ponderatur in alia deciſione edita in præterita Rota coram me, ſuper fideicommiſſò Proſperi; poſſeſſio, quam Caffarelli poſtmodum occuparunt; fuit attentata, & ſpoliativa; ut comprobatur ex narrativa tranſactionis; in qua dicitur, quod Aſcanius Columna fuerat temere, & de facto ſpoliatus; quodque ideò fuerat intentatum judicium contra Joannem Petrum, & fratres de Caffarellis occupatores, & detentores tenimenti Ardeæ. Non attento, quod uſque de anno 1472. fuiſſet lata ſententia in Curia Capitolina; qua pronunciatum fuit, moleſtationes à Columnenſibus illatas Caffarellis ſuper tenimento Ardeæ
2 fuiſſe illicitas, & injuſtas: cum iſta fuerit nulla, & attentata, tanquam lata pendente judicio civili coram Camerario, ſuper retrovenditione bonorum; nec fuerit effectum ſortita: quoniam eâ non obſtante, Columnenſes in ſua poſſeſſione continuarunt ſpatio 58. annorum, & ultra; ut ponderant deci-

ſiones editæ, tum ſuper hoc fideicommiſſo;
tùm ſuper alio Proſperi Sen., & ſignanter
ultima noviſſimè edita *cor. me §. Siquidem.*

Cum igitur poſſeſſio Joannis Petri fidei-
3 committentis, validas patiatur exceptiones:
neceſſariò ſequitur, legitimam illorum de
Caſſarellis poſſeſſionem, referendam eſſe ad
titulum tranſactionis, quam Fauſtus, Aſca-
nius, & Proſper Jun. inierunt; acquirendo
pro ſe -- ſunt verba præciſa -- *ſuiſque hæredi-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque; Ità
quod ipſi, eorumque hæredes, & ſucceſſores
dictis juribus, & actionibus ceſsis in judicio,
& extra ad majorem cautelam; ut ſupra;
uti, agere, excipere, experiri, & ſe ju-
vare, ac defendere poſsint; & de eis, uti
veri, directi, & legitimi Domini, & poſ-
4 ſeſſores diſponere valeant* -- Ex quibus apertè
convincitur, dominium, & poſſeſſionem
tenutarum, independenter à quocunque fi-
deicommiſſo, fuiſſe liberè quæſitum tranſi-
gentibus, ejuſque hæredibus, & ſucceſſo-
ribus; *Nogueról. alleg. 20. num. 130, Val-
leron. de tranſact. tit. 5. quæſt. 6. num. 22.,
Urceol. de tranſact. quæſt. 82. num. 36., &
ſeqq., Rot. dec. 228. num. 14. part. 15., &
dec. 318. num. 12. part. 17. rec.*, & occaſione
tam illius fideicommiſſi, quam alterius Proſ-
peri, *in dec. 72., & 73. poſt Urceol. de tran-
ſact., & in dicta dec. coram me edita in
5 ſuperiori Rota §. Siquidem*: ubi etiam pon-
derata fuit ſolutio ſcut 16000., quæ exbur-
ſarunt de proprio Caſſarelli, ut dictas te-
nutas acquirerent.

Ut evitarent efficaciam hujuſmodi funda-
menti, ſcribentes pro Caſſarellis; recolli-
gendo in unum omnes, & ſingulas exceptio-
nes, quas aliàs, diverſis vicibus, in pluri-
bus propoſitionibus oppoſuerant: eas denuò
ſimul unitas repetebant. Verùm, ſicuti in
omnibus deciſionibus, ad opportunitatem,
fuerant ſparſim rejectæ: ità in præſenti,
Domini, ad reſponſiones, in deciſ. editis, ad-
ductas, ſe remittentes; illas nullius ponde-
ris, & efficaciæ exiſtimarunt.

Siquidem exceptio quod tranſactio, inita
fuerit hæreditario nomine ibi -- *d. bo. mem.
Jo. Petri filii, & Jo. Andreæ ſupranomi-
nati eorum Patrui, & reſpectivè hæredes*;
ſublata fuit in dicta mea *deciſione §. Et Licet*;
& priùs *in deciſione edita 23. Februarii 1685.
§. Hinc minimè, prima Aprilis* 1686. *§. Non
reſiſtente. coram bo. me. Albergato; & 30.
Aprilis* 1688. *coram bo. me. Emerix*: In qui-
6 bus omnibus reſponſum fuit: quod ſtante
ſtipulatione pro ſe, hæredibus, & ſucceſſo-
ribus quibuſcunque: neceſſariò cenſeri de-
bet, qualitatem hæreditariam, fuiſſe adje-
ctam demonſtrativè, ad ſignificandum, quod
acquirentes, erant illorum hæredes: non
autem quod voluiſſent acquirere eorum hæ-
reditatibus juxta plures authoritates, plenâ
manu, in ſingulis deciſionibus congeſtas.

Quatenùs verò iterùm replicabatur: quod
tranſigentes approbarunt ſententias, ad fa-
vorem ſuorum authorum latas; nec non etiam
remiſerunt ſcuta 40. mil. fructuum decurſo-
7 rum, ad eoſdem authores ſpectantia: iterum
placuit reſponſio, quod approbatio ſenten-
tentiarum, non fuit facta intuitu illarum va-
liditatis, & juſtitiæ: cum imo expreſsè fue-
rit à Columnenſibus renunciatum ſententia-
rum nullitatibus, & injuſtitiæ: quod utique
non curaſsent Caſſarelli exprimi in tranſa-
ctione; niſi de earum validitate, ac juſtitia
8 dubitaſsent: adeout potiùs hæc renunciatio
ſupponat probatam injuſtitiam; cui fuit re-
nunciatum, juxta regulam; de qua in *l. Ma-
numiſsiones ff. de Juſt., & Jur.*: Quamo-
brem ſemper magis perſpicuum redditur,
id ſolum peractum fuiſse, ad hoc, ut ſtrictio-
ri obſervantia tranſactionis, ipſi Columnen-
ſes adſtringerentur. Remiſſio autem fru-
ctuum perceptorum, non fuit calculata ad
computum pretii: ſed dumtaxat conventa
per viam pævæ, & quatenùs ex parte
Columnenſium, quoquo modo impugnare-
tur tranſactio: quia tunc, in illo dumtaxat
caſu, obligabantur Columnenſes ad reſtitu-
9 tionem: itaut undique appareat, eam fuiſse
ſolum appoſitam prò majori cautela, ad
favorem tranſigentium; & pro validiori con-
tractus firmitate. Nec poteſt ſecum ferre
acquiſitionem prò fideicommiſso.

Attento præſertim, quod remiſſio non
10 fuit facta abſolutè, tanquam de ſumma de-
bita à Columnenſibus; ſed quatenùs verè
deberentur ibi - *Etiamque vere, & in tanta
vel majori, & in multò majori ſumma debi-
bita fuiſſent*. Ex quibus patet, conventam
fuiſse ad cautelam; quatenùs verè, & in
dicta quantitate debita fuiſset.

Sine difficultate: quia ubi Partes conve-
11 nerunt de effectiva ſolutione pecuniarum;
illæ fuerunt erogatæ de proprio, uſque ad
ſummam ſcut. 16000. à Caſſarellis; quod per-
cipi non poteſt, voluiſse tantam ſummam
impendere, prò acquirendis tenutis favore
fideicommiſſi Joannis Petri: ad quem ſola
exigua penſio ſpectare potuiſset; cùm me-
dietas caſalium, de qua non eſt quæſtio;
deſcendentibus Bernardini deberetur: alia
verò medietas, inter omnes filios Joannis
Petri dividenda, obnoxia erat detractioni-
bus legitimæ, & Trebellianicæ: itaut per-
tinentia caſalium, reſpectu Joannis Petri,
ad quid minimum reducatur.

Confirmantur prædicta, ex quo Jo. Petrus
12 deceſſit admodum alieno ære gravatus: &
ipſi tranſigentes, tunc temporis, erant illius
creditores in ſcutis 34885., & ultra: quæ
ſolverant prò extinctione plurium debito-
rum, per eum contractorum: ut in *præſenti
Sum. Minutilli num. 2.* Quamobrem, tan-
to minùs perceptibile eſt, quod voluerint
illius hæreditario nomine tranſigere, & ac-
quirere hæreditati, in ſui ipſorum perni-
ciem, & præjudicium.

Cæterum ſuper iis, & aliis exceptioni-
bus, exiſtimarunt Domini non eſse ulteriùs
immorandum: nam, prætèr reſponſiones
ſingillatim contra ſingulas adductas in tot de-
ciſio-

ciſionibus ſuper utroque fideicommiſſo edi-
tis: iterùm adverterunt, quod, ubi etiam
in tranſactione fuiſsent deducta jura, quæ in
aliqua parte ſpectarent ad Joannem Petrum
fideicommittentem: hoc poterit, ad ſum-
mum, operari; ut liceat Caffarellis agere
13 prò illorum executione: nunquam tamen
poterit inferri, quod bona recuperata, &
acquisita remanſerint prò hæreditate: dum
litteraliter, & expreſsè voluerunt, sibi ipsis,
hæredibus, ac ſuis ſucceſsoribus acquirere;
juxta verba ſuprà recensita; *Rota dec.* 202.
*num.*2., *& dec.*365. *num.*6., *&* 7. *part.* 1. *di-
verſ.*, *& dec.*46. *num.* 13. *part.* 10. *rec.*, *&
in hac cauſa* fuit ſpecialiter animadverſum
coram bo. me. Emerix, *ſub die* 30. *Aprilis*
1688. cum aliis plenè cumulatis *in præceden-
ti deciſione ſuper fideicommiſſo Proſperi*.

Junctâ etiam continuâ obſervantiâ; juxtà
14 quam transigentes, eorumque hæredes,
uſque ad modernum Ducem, & fratres; de
eiſdem tenutis, uti liberis, nullique fidei-
commiſſo ſuppositis, diſpoſuerunt, tam per
ultimas voluntates, quam per contractus in-
ter vivos; ut diſtinctè firmatur in *deciſione
ſuper fideicommiſſo Proſperi coram me edita
in præcedenti Rota*.

Et hæc, quæ ſuperabundare videntur ad
reſolutionem cauſæ; validiſſimum confir-
mationis robur acquirunt ex alio diverſo
15 fundamento, deſumpto ex eo, quod Jo.
Petrus, adhuc vivens, omnia ſua bona do-
navit filiis; itaut præcedens teſtamentum;
in quo fideicommiſsum conſtituerat; eva-
nuerit: & tanto certiùs comprobatum rema-
net, quod transigentes, non hæreditati, ſed
sibi ipsis acquirere voluerunt; ex plenè de-
ductis in *deciſione coram bo. me. Albergato*,
& bo.me.Emerix editis, & *in præſenti con-
firmatis*.

Quin turbet exceptio, quod inſtrumen-
tum originale donationis non exhibeatur:
16 quia protocollum, in quo erat alligatum;
ex temporum injuriâ, & nota Tyberis inun-
datione; quæ evenit de anno 1598., deper-
ditum fuit; ut bene in simili *Rot. dec.*251.
num 55. *coram ſa.me.Alex.VIII*, *& dec.*241.
*num.*4. *part.*6. *rec.*, & præcisè firmatur *in
antecedentibus deciſionibus hujus Cauſæ*;
nempè 23. *Febr.*1685. §. *Quæ omnia*, *& pri-
ma Aprilis* 1686. §. *Cum coram bo. me. Al-
bergato*, *&* 30. *Aprilis* 1688. §. *Non obſtat*,
& ſeqq. coram bo.me.Emerix, *& in aliis de-
ciſionibus editis occaſione iſtius fideicommiſ-
ſi ſuper alio caſali Montis Virginis die* 5.
Maii 1674. §. *Quæ omnia cum ſeqq.*, *& pri-
ma Aprilis* 1686. *coram bo. me. Albergato*.
17 Maximè quia illius exiſtentia probatur ex
pluribus aliis inſtrumentis; in quibus Fau-
ſtus, Aſcanius, & Proſper explicitè con-
traxerunt, uti filii, & donatarii, Joannis
Petri; cum explicita relatione ad diem,
18 menſem, & annum, & Notarum ejuſdem
donationis: quinimo ipſemet Notarius; qui
de illa rogatus fuit; in alio inſtrumento cele-
brato die 3. Decembris 1563., occasione con-
tractus à prædictis initi, uti filiis, & dona-
tariis Joannis Petri: aſseruit, de eo conſtare
ex actis ſuis.

Ponderando ulterius, quod dd. contractus,
præcisè initi à fratribus donatariis Joannis
19 Petri; fuerunt geſti, ipſo Ioanne Petro pa-
tre vivente; & signantèr fuit per ipſos con-
tractum ſuper hiſmet tenutis; illas obligan-
do, & locando, ſciente, & patiente patre:
unde magis comprobata remanet veritas hu-
jus donationis; & quod illius vigore, tenu-
tæ transierunt in filios ejuſdem Io. Petri; ut
plenè probant prædictæ tres deciſiones; &
plenius in alia cauſa, jam terminata, ſuper
Caſale Fontis Virginis, in locis ſupra alle-
gatis.

Et ita, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SENIORIS DE CAFFARELLIS, SUPER CAUTELA ANGELI.

Veneris 5. Junii 1699.

ARGUMENTO

Non indiget.

Confirmatur infra dec. 189.

SUMMARIUM.

1 *Cautelam Angeli allegans, ad effectum impe-
diendi exequutionem in vim fideicommiſſi,
debet probare illud clarum, & nullam ex-
ceptionem admittens.*

DECISIO XCII.

IN ſequelam reſolutionis editæ hac eadem
die coram me, ſuper fideicommiſſo Jo. Pe-
tri ſenioris, quod reſolutum fuit non ſuffra-
gari fratribus de Caffarellis, ad obtinendam
immiſſionem ſuper tenutis Ardeæ contra
Minutilum; eo præceteris validiſſimo fun-
damento, quod ab Aſcanio, Fauſto, & Proſ-
pero fuerint in tranſactione anni 1566., pro
ſeipſis, & eorum hæredibus liberè acquiſi-
tæ: in hoc alio articulo, vertente inter eoſ-
dem Caffarellos, & eorum creditores, ad
dubium particulariter propoſitum, juxta or-
dinem aliàs datum — *An mandatum ſit exe-
quendum ſuper pretio bonorum Jo. Petri ſe-
nioris ſpectan. ad Caffarellos*; fuit *affir-
mativè* reſponſum.

Cùm enim, excluſo titulo fideicommiſſi,
bona remanſerint libera penès ipſos Caffa-
rellos; ut etiam ipſi, & eorum authores ſem-
per faſſi fuerunt; & præcipuè, quando con-
traxerunt debita; de quibus agitur; non re-
manet ulla ſpes filiis moderni Ducis, impe-
diendi ulteriorem eorundem bonorum deli-
berationem, in vim Cautelæ Angeli: quæ
1 omninò requirit exhibitionem fideicommiſ-
ſi undique clari; & nullam excipientiam
admittentis; ex allegatis *in alia dec. ſuper
Cautela Angeli adverſùs fideicommiſſum
Proſperi, in Rota præcedenti coram me.*

Et ita, utraque &c.

ROMA-

ROMANA CENSUUM, ET CAMBIORUM, SUPER CAUTELA ANGELI.

Veneris 12. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Hæc deciſio ſummariè agit eadem, ac in ſuperioribus deciſ. 89., & 91. dicta ſunt, & ulterius, quod donatio facta intuitu certi, & determinati matrimonii, mulieris, & filiorum commodo correſpectiva, inſinuatione non indiget: nec in præjudicium creditorum donatarii à donante poteſt innovari.

Confirmatur dec. 220.

SUMMARIUM.

1 *Actus geſti in ſequelam præcedentis nulli, ipſi quoque nulli ſunt, & attentati.*

2 *Fideicommiſſi titulo non poſſidentur bona, quæ ab hærede independenter à fideicommittentibus legitimè* pro ſe, ſuiſque hæredibus *acquiſita fuerunt.*

3 *Acquirens cum enunciativa qualitatis hæredis fideicommiſſarii, ſibi acquirit, non autem fideicommiſſo; cum dicta qualitas adjecta eſt demonſtrativè; non reſtrictivè.*

4 *Qualitas hæredis fideicommiſſorii cenſetur demonſtrativè enunciata; quando, in parte diſpoſitiva, acquiſitio ab eodem pro ſeipſo facta dicitur.*

5 *Et obſervantia ſequuta comprobat, an pro ſeipſo, vel pro fideicommiſſo acquiſito facta fuerit.*

6 *Fideicommiſſarias pro reintegratione fideicommiſſi contra gravatum, qui ſcienter rem fideicommiſſi diſtraxit, habet hypothecam à die aditæ hæreditatis per ipſum alienantem.*

7 *Succeſſor nequit impugnare factum ſui auctoris.*

8 *Hæres gravatus bona fideicommiſſaria retinere poteſt pro ſuis detractionibus, & alienationes in illas imputare.*

9 *Retentionem allegare non poteſt pro credito inſubſiſtenti, vel turbido, & altiorem indaginem requirente.*

10 *Creditor uti poteſt juribus proprii debitoris.*

11 *Donatio carens inſinuatione eſt nulla.*

12 *Limita, ſi fuerit facta intuitu certi, & determinati matrimonii, & correſpectivè ad commodum mulieris, & filiorum.*

13 *Bona donata cum fideicommiſſo condito favore filiorum donatarii, iſti, ſine filiis decedenti, libera remanent in ejus hæreditate ad commodum creditorum.*

14 *Donans innovare non poteſt donationem ab ipſo factam in præjudicium creditorum, qui a die factæ donationis cum donatario contraxerunt.*

DECISIO XCIII.

Ex titulo triplicis fideicommiſſi, à Proſpero, Joanne Petro, & Jo. Andrea conditi; & ex ſuppoſito credito reintegrationis illorum, ob alienationes factas ab hæredibus gravatis; curarunt Domini Michael Angelus, & Baltaſſar filii moderni Ducis de Caffarellis, coram A. C. impedire exequutionem mandatorum; quæ fuerunt favore plurium creditorum, contra dictum Ducem, ejuſque fratres relaxata. Verùm, quia nihil obtinere potuerunt: eaſdem exceptiones, iterum, in gradu appellationis coram me, in locum bo. me. Urſini ſuffecto, juxta ſeriem facti, expoſitam *in deciſione edita ſuper fideicommiſſo Proſperi die 1. hujus menſis*, repetierunt. Hinc, poſtquam, eorum exceptionibus non obſtantibus, reſponſum fuit, tam in audientia prima Junii, quàm in alia quinta ejuſdem, mandatum eſſe exequendum ſuper portione bonorum Proſperi, & reſpectivè Jo. Petri ſenioris, ſpectantium ad Caffarellos: modò, propoſito alio particulari dubio – *An ſit procedendum ad legitimam exequutionem quoad bona exequutata*: & reſpectivè: *An mandatum A C. quoad bona equitis Baltaſſaris, ſit exequendum – Affirmativa* prodiit reſolutio.

Suppoſitis enim reſolutionibus quoad portiones Proſperi, & Jo. Petri, juxta deciſiones editas: & reſtrictâ præſenti diſpoſitione ad fideicommiſſum Jo. Andreæ; nec non ad creditum pro prætenſa reintegratione: juxta primam partem præſentis dubii, viſum fuit, neutrum obſtare exequutioni.

Non quidem fideicommiſſum; quia omiſſis exceptionibus circa legalitatem teſtamenti, & perpetuitatem ejuſdem: ſatis fuit advertere, non poſſe ſub eo comprehendi caſalia Ardeæ jam exequutata: cum illa fuerint acquiſita in tranſactione inita cum Columnenſibus, de anno 1566. ab Aſcanio, Proſpero juniore, & Fauſto de Caffarellis; pro ſeipſis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; ut firmatum fuit *in præcedentibus deciſionibus editis ſuper utroque fideicommiſſo die 1. & 5. hujus coram me.* Quamobrem, ſicuti firmatum fuit, non poſſe ea cadere ſub fideicommiſſis Proſperi, & Joannis Petri ſenioris: ita & cadere nequeunt ſub alio fideicommiſſo, à Jo. Andrea ordinato: ex ipſiſmet rationibus, in præfatis deciſionibus adductis: cum quibus hodie etiam Domini in præſenti reſolutione tranſierunt.

Non obſtante peculiari circumſtantia, quam, reſpectu iſtius fideicommiſſi, ſatagebant ponderare informantes pro Caffarellis, ad probandam poſſeſſionem de tempore obitus præfati Jo. Andreæ fideicommittentis; & identitatem bonorum; ex quo ſcilicet in inventario facto, anno 1558., ad inſtantiam Fauſti, Aſcanii, & Proſperi nepotum, & hæredum illius; legatur deſcripta quarta pars tenutarum ibi – *Un quarto delle tenute di Ardea, gionto pro indiviſo con Gio. Pietro Caffarelli, e Bernardino Caffarelli; medeſimamente ſogette al fideicommiſſo.* Quoniam, cum ex deductis *in deciſ. edita ſuper fideicommiſſo Proſperi coram me die prima*
curren-

Google

currentis 1 conſtet, quod tenutæ, de quibus
agitur, fuerunt ab anno 1467., in vim pacti
redimendi, recuperatæ à Columnenſibus:
qui illas poſtea poſſederunt per 50. & ultra
annos; donec exularunt ab Urbe: quodve
Caſſarelli, de eo tempore, non minùs nulli-
ter, quàm attentatè præoccuparunt; adeout
ex hac cauſa anno 1562., per eoſdem Co-
lumnenſes, illicò poſt eorum reditum, fuerit
motum judicium ſuper reintegratione, &
purgatione ſpolii, in noſtro auditorio; *ſum.*
1 *cred. n.* 12. *&* 13. Non valet propterea in his
terminis; & in hoc rerum ſtatu, attendi hu-
juſmodi deſcriptio, facta per Caſſarellos de
tempore eorum nullæ, ac injuſtæ præocupa-
tionis, ad probandum tenutas hæreditarias
Jo. Andreæ: nam etiam ipſa deſcriptio, &
quotquot alia conſequutivè, & ſucceſſivè
geſta, remanent nulla, & attentata; *Rota
coram Dunoz. jun. dec.*580. *n.*3. *& ſeq., co-
ram Priolo dec.*340. *n* 4. *&* 5., *in rec. dec.*222.
*n.*1 *& ſeq. par.*17., *& dec.*298. *n.*4. *& ſeq.
p.*18.

Idque convincitur ad evidentiam; dum
2 prædictis non obſtantibus, Caſſarelli cura-
runt devenire ad tranſactionem; ex qua ſo-
lùm caſalia, legitimo jure, & cum pacifica
poſſeſſione, obtinuerunt: eaque ſibi ipſis,
ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus quibuſ-
cunque, independenter à jure ſuorum autho-
rum, acquiſiverunt. Ex quibus ſemper ma-
gis emicat excluſio cujuſcunque juris fidei-
commiſſi; ex plenè firmatis *in dd. præced.
deciſ.*

Licèt in tranſactione qualitas hæreditaria,
reſpectu fideicommittentium, fuerat enun-
ciata; ibi - *Magnifici Domini Aſcanius &
Proſper Caſſarelli, fratres germani, & dicti
bo. me. Jo. Petri filii, & Jo. Andreæ ſupra-
nominati eorum patrui, reſpectivè hæredes* -
3 Quoniam, ut toties dictum fuit, præfata
qualitas legitur ſolùm adjecta demonſtrati-
vè, & non reſtrictivè: nec ad oſtendendum
quod tranſactio fiebat nomine hæreditario,
& ad effectum acquirendi eidem hæreditati;
4 dum in parte diſpoſitiva, legitur acquiſitio
facta pro ipſis tranſigentibus, eorumque hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque; &
5 etiam cùm probat obſervantia ſubſequuta;
ut in præfatis decionibus fuit latiſſimè firma-
tum.

Excluſo titulo fideicommiſſi, minùs ſuf-
fragari viſum fuit, ad impediendam ſubha-
ſtationem, alter titulus reintegrationis ob
alienationes factas de pluribus bonis, ſuppo-
ſitis fideicommiſſo Proſperi: de cujus exi-
ſtentia, & purificatione non dubitatur: & ſi-
gnanter de caſalibus nuncupat *di Baecone,
della Maſciene, e ſolfarata*: pro quibus poſ-
ſe retineri bona executata, quamvis libera;
6 & quidem cum anterioritate adversùs omnes
creditores gravatorum, ſeu hypotheca de-
ſumatur à die aditæ hæreditatis; prout, at-
tenta ſcientia fideicommiſſi, fieri debet; ad
tradita per *Card. de Luca diſc.*169. *n.*5., *Rota
dec.*170. *n.*9. *par.*18. *rec.*; ſive attendatur ip-
ſe dies alienationum: cùm ſemper præceſſe-
rint alia debita.

Siquidem hujuſmodi alienationes fuerunt
factæ à Proſpero, & Io. Petro fideicommit-
tentibus: quorum jure ſe tuentur hodie fra-
7 tres de Caſſarellis: qui ideò illorum factum
impugnare non poſſunt; nec reintegrationem
petere pro alienationibus ab ipſiſmet factis;
8 &, ſi quid alienatum imputari poteſt hære-
bus; eſſet quid minimum; quod potuit reti-
neri, vigore detractionum ex fideicommiſſo
Io. Andreæ, qui illas non prohibuit; ad *text.
in l. Marcellus §. Res quæ ff. ad Senat. Con-
ſult. Trebell.*

Et omnis ceſſare viſa fuit difficultas; ex
quo jam A-C. præſervavit omnia, & quæcun-
que jura concurrendi ſuper pretio bonorum
deliberandorum; deponendo ad commo-
dum creditorum; pro cujus conſignatione
poterunt agere; quatenùs ullum jus ex cauſa
dictæ reintegrationis, illis competeret: in-
9 terim verò nequis allegari reſentio: cùm ne-
gari non poſſit, quin vel dictum creditum non
ſubſiſtat; vel ſaltem non ſit validum; & al-
tiorem indaginem requirat; *Rota dec* 372.
*n.*45. *p.*12., *dec.*487. *n.*14. *p.*18., *& dec.*217.
*n.*9. *p.*19. *rec.*

Et hæc quoad primam partem dubii. Quo
verò ad ſecundam partem, reſpicientem exe-
cutionem mandati ab A. C. relaxati contra
bona equitis Baltaſſaris: fundamentum re-
ſolutionis ſtetit in eo, quod ille occaſione
matrimonii contracti cum Duciſſa Joanna
Baptiſta, per Ducem Jo. Petrum; donavit
annua ſcuta 600.; pro quibus promiſit aſſi-
gnare tot bona ex propria ſubſtantia, ſepa-
randa. Quamobrem, cùm exindè clarum
10 Duciſſæ creditum deducatur: rite potuit pro
ea relaxari mandatum ad favorem credito-
rum: qui poſſunt uti omnibus juribus, ei-
dem Jo. Petro competentibus; *Rota coram
Dunoz. jun. dec.*359. *n.*1.

Nec relevat appoſita nullitas donationis
11 ex defectu inſinuationis: quia cùm fuerit
12 facta intuitu certi, & determinati matri-
monii; habito etiam reſpectu ad favorem,
& commodum mulieris, & filiorum: non
dicitur ſimplex & pura, ſed correſpectiva
ad dotem: & ſubinde non indigebat inſinua-
tione; *Altograd. conſ.*7. *ferè per tot lib.*1,
*de Luca de donat. diſc.*60. *n.*48., *Rota coram
Merlino dec.*877. *n.*3.. *& in rec. dec.*460. *n.*2.
*& ſeqq. p.*4. *tom.*2., *& in Fanen. donationis*
10. *Decembris* 1698. §. *Ex eo, coram R. P. D.
meo de la Tremoille.*

Prout nec obſtare viſum fuit, quod in di-
cta donatione ordinatum fuerit fideicommiſ-
13 ſum; non ſolùm favore Jo. Petri donatarii;
ſed ètiam pro ejus filiis maſculis, cum pri-
mogenitura perpetua: quia, cùm Jo. Petrus
nullos ſuſceperit filios: conſequens eſt, quod
bona, ſeu jura donata, libera remanſerint in
hæreditate Io. Petri, ad commodum illius
creditorum; juxta tradita per *Manticam de
tacit. lib.*13. *tit.*21. *n.*20., *Gratian. diſcept.*
568. *n.*11. *& ſeq.*, *Rota dec.*458. *n.*11. *p.*13.

Et

Et, quamvis replicaretur, quod donans, in ſubſequenti teſtamento per eum condito, demandaverit, quod, ubi Io. Petrus ſine filiis decederet; bona donata reverterentur ad ſuam hæreditatem; & hoc teſtamentum dicatur acceptatum per ipſum Io. Petrum: tamen Domini, omiſſo examine, an poſt factam dictam donationem, potuerit contra illius formam, quidquam addi, vel innovari; &, an dicta acceptatio donatarii verificetur:
14 cenſueverunt hujuſmodi diſpoſitionem non eſſe attendendam in præjudicium creditorum. qui medio tempore à die ſcilicet factæ donationis, uſque ad obitum Baltaſſaris donantis, contraxerunt cum Io. Petro donatario: nam, datâ etiam ſubſiſtentiâ fideicommiſſi, in teſtamento ordinati: adhuc retrotrahi non poterat ad tollendum jus quæſitum creditoribus anterioribus.

Et, juxta hunc modum, reſponſum fuit pro exequutione mandati, utraque.

ROMANA CAMBII.

Ven. 12. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Dans ad cambium pecunias pro extinctione cenſus, pro quo fideicommittens ejuſdem impoſitor ſubivit onus renovationis fidejuſſionis in caſu obitus; juxtà permiſſionem in reformatione ſan. me. Innocentii XII.; ſi reſervaverit ſibi ſubingreſſum in ejus juribus, ſervatis requiſitis *gloſſ. in leg. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. poſſ.*, etiamſi ejus creditor non urgeret, efficit, quod hæres gravatus rem utilem pro fideicommiſſo pro tunc faciat, & ſubingreditur in juribus cenſus contra bona fideicommiſſi: quamvis hoc non procederet contra ejuſdem cenſus fidejuſſorem, qui ex tali novatione, & ſecundo contractu, de ſui natura cum primo incompatibili, damnum habere nequiret reſtitutionis, poſt tempus conventum, & eſſet à fidejuſſione liberatus.

Confirmatur infra dec. 110.

SUMMARIUM.

1 *Judex demandare nequit, ut procedatur ad ulteriora in expeditione mandati contra eum, adversùs quem nulla preceſſit mandati relaxatio.*

2 *Limitatur attenta obligatione camerali; ſi ſimul, & ſemel mandatum fuerit ad cautelam relaxatum.*

3 *Obligationis cameralis privilegio proceditur ſummariè, terminis non ſervatis, eodemque tempore mandatum confirmari, & alterum ex integro relaxari poteſt.*

4 *Fideicommiſſum conditum à debitore, non afficit, nec præjudicat illius creditoribus.*

5 *Favore dantis ad cambium pecunias, pro extinguendo cenſu fideicommiſſi cum ſubingreſſu in juribus ipſius, cum faciat tranſitum ad contractum omninò diverſæ naturæ; fideicommiſſum non tenetur; declaratur infra* num. 14.

6 *Et ſubingreſſus eidem non ſuffragatur: nam ſine neceſſitate, & cum hæreditatis damno, contractus ſecundus eſt incompatibilis cum primo: & declaratur eodem* num. 14.

Novatio eſt inducta, cum præexiſtens contractus tranſire non poteſt in ſecundum omninò diverſum.

7 *Cenſus efficitur repetibilis, & locus eſt executioni mandati, ad effectum deponendi integrum capitale; ſi debitor dare omittit fidejuſſorem promiſſum in caſu obitus: &* n. 10. & 16.

8 *Et ſuper hoc adeſt reformatio ſa. mem. Innocentii XII. id permittens.*

9 *Debitor obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato, & ſubjacere dicitur imminenti exequutioni.*

11 *Fidejuſſorem invenire difficile eſt.*

12 *Prohibitione poſſibilis judiciariæ diſtractionis bonorum fideicommiſſi, interim certa eidem ſit utilitas.*

13 *Bona judicialitèr diſtracta, viliori pretio venduntur.*

Hæredi gravato, etiam ſi creditores, qui poſſunt urgere non urgeant; permiſſum eſt alienare bona, pro extinguendis debitis fideicommiſſi.

14 *Declaratur* Deciſ. Romana Salviani 16. Februarii 1699. coram Muto, *in qua firmatur ex novatione de cenſu ad cambium, illius creditorem non ſubingredi in juribus præcedentis contractus; nam iſta concluſio procedit reſpectu fidejuſſoris; non verò principalis debitoris cenſus.*

15 *Fidejuſſoris pro cenſu conditio fieri non poteſt deterior ex illius novatione in cambium; ratione obligationis reſtitutionis illius poſt tempus præſcriptum.*

17 *Contractus cenſus reſpectu debitoris regularitèr per novationem non dicitur extinctus: ſed tranſfuſus in cambium: quoties fuerunt ſervata requiſita* gloſſæ in l. Ariſto ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.

18 *Gloſſæ in dicta* leg. Ariſto *requiſita explicantur.*

19 *Hæres gravatus dicitur utilia facere, ſi cum pecuniis ad cambium receptis dimittit creditorem cenſus habentem actionem expetendi renovationem fidejuſſoris, & mandatum pro ſorte ad effectum deponendi.*

20 *Utilia non facit, ſi tamen cambium contrahit ſub gravioribus uſuris: quæ ad ratam fructuum cenſus à Rota reducuntur.*

DECISIO XCIV.

IMpoſuerunt, uſque de anno 1662, Dux Gaſpar, & Eques Baltaſſar fratres de Caffarellis, cenſum ſcut. 1425. in ſorte; favore Erſiliæ Monaldeſchæ, ad rationem ſcutorum quatuor pro centenario; eâ prætereà adjectâ conventione, quod in caſu obitus, deteriorationis conditionis, aut receſſus ab Urbe, ipſorum fratrum de Caffarellis: præſtari debuiſſent fidejuſſores, ad contentamentum Erſiliæ creditricis.

De-

Digitized by Google

Defunctis autem impoſitoribus dicti cen-
ſus, Dux Joannes Petrus, noſcens ſe poſſe
compelli ad præſtationem fidejuſſorum, mo-
leſtias præveniendo, voluit cenſum extin-
guere; & ideo ſimilem pecuniarum ſum-
mam ſuſcepit ad cambium, ad rationem ta-
men ſcutorum quatuor cum dimidio pro
centenario, à Joanne Baptiſta Antaldo: qui,
ad ſui favorem ſtipulatus fuit ſubingreſſum,
in locum creditricis dimittendæ; cum ceſſio-
ne jurium translativè, non extinctivè: quam,
de facto, ab ipſa Creditrice ſic dimiſſa; in
ampliſſima forma reportavit.

Contractui acceſſerunt, & inſolidum ſe ſe
obligarunt filii dicti Ducis; & reſpectivè fra-
tres de Caſſarellis: contra quos, tàm pro
fructibus, quàm pro reſtitutione capitalis,
noviſſimè redacti ad ſummam ſcutor. 3000.,
mandatum exequutivum Antaldus creditor
reportavit. Cùm autem dictus D. Michael
Angelus, & Baltaſſar filii moderni Ducis,
ſe ſe oppoſuiſſent exequutioni mandati; al-
legantes retentionem bonorum, ex titulo
plurium fideicommiſſorum; & ſignantèr Equi-
tis Baltaſſaris; fuit, iis non obſtantibus, ab
A.C. demandatus proceſſus ad ulteriora; &,
quatenus opus ſit, novum mandatum rela-
xatum contra bona dicti Equitis, ad formam
decreti, eadem die editi ſavore aliorum cre-
ditorum. Sed, delegatâ mihi causâ in gradu
appellationis, cum clauſula ſuſpenſiva pro-
poſui dubium — *An ſit procedendum ad le-
gitimam, ſeù potiùs an mandatum A.C.
quoad dicta bona hæreditaria Equitis Bal-
taſſaris, ſit exequendum*. Et Domini, *man-
datum eſſe exequendum, juxta modum*; hoc
eſt quoad fructus, ad rationem dumtaxat ſcu-
torum quatuor pro centenario, reſponderunt.

Abſque eo, quod validitati reſiſtat obje-
1 ctum, quod cùm nullum præceſſiſſet manda-
tum, nullaque exequutio; demandari non
2 poterat proceſſus ad ulteriora. Etenim fuit,
ad cautelam, eodem tempore, ſimul, & ſe-
mel novum mandatum ex integro relaxa-
tum: quod ſuſtinetur, etiamſi alii termini
non fuiſſent explicitè præcedentèr ſervati;
3 attentâ obligatione camerali: ex cujus pe-
culiari privilegio, ſummariè, & ſine aliorum
ſervatione terminorum, benè proceditur.
*Zacch. de oblig. cameral. quæſt. 35. num. 13.,
Surd. de. iſ. 44. num. 19., & in Romana Cen-
ſus 21. Aprilis* 1692. §. *Etenim, coram bo.
me. Urſino*.

Juſtitia verò, quæ ex clara obligatione
reſultat; obumbrari non valuit ex eo, quod
omnia bona retineantur ex titulo plurium
fideicommiſſorum. Nam ſtrictè ad bona
hæreditaria Equitis Baltaſſaris; contra
quæ petitur exequutio; ceſſat quæcunque
prætenſio retentionis ex illius fideicommiſ-
4 ſo; dum ipſemet debitum contraxit: & pro-
indè, ex ejus fideicommiſſo, nullum potuit
ſuis creditoribus præjudicium irrogare: nec
illis impedire, quin ad bonorum ſubhaſta-
tionem devenirent; *Rot. coram Dunoz. Jun.
dec. 550. num. 14., Merlin. dec. 71 t. num. pri-*

*mo, ſa. me. Alex. VIII. dec. 225. num. 10. &
ſeqq., in rec. dec. 325. num. 2. par. 14., & in Ro-
mana Cambii 19. Januarii* 1988. §. . . . *co-
ram cl. me. Card. Caccia*.

Quin juvet replicatio, quod cenſus impo-
ſitus à dicto Equite, jam fuerit extinctus; &,
per conſequens, illius hæreditas liberata
remanſerit; & licèt extinctio facta fuerit
cum pecuniis receptis ad cambium ab An-
taldo; qui etiam reportavit ceſſionem, &
5 ſubingreſſum in juribus cenſus; tamen cum
fuerit facta translatio de cenſu ad cambium;
& ſic ad contractum omninò diverſæ natu-
6 ræ: quia cum maximo hæreditatis præjudi-
cio; & ſine ulla præcedenti neceſſitate, &
inſtantia creditricis: de irrepitibili, fuit fa-
ctus repetibilis. aucta etiam quantitate fru-
ctuum: ideo, attenta adeò clara novatione,
& incompatibilitate, ſubingreſſio ſuffragari
non valeat: ex deductis in *Romana Salviani
16. Februarii proximè præteriti cor. R.P.D.
meo Muto*.

Etenim, præmiſſo quod pro cenſu irrepe-
tibili, agi poteſt ad præſtationem fidejuſſo-
ris promiſſi in caſu obitus; ut hic, eaque
non præſtitâ, eſt locus exequutioni mandati,
8 ad effectum deponendi integrum capitale;
ut, abrogatâ conſuetudine in aliis caſibus,
quoad iſtum etiam in reſormatione edita
9 juſſu SS. D. N., abſolutè permittitur: Nec
non etiam, quod ubi debitor, in forma
Cameræ eſt obligatus: ſemper dicitur con-
tra eum exequutionem imminere: quia ſem-
per habetur pro condemnato; *Rot. dec. pri-
ma poſt Zacch. de obligat. camerali, coram
Coccino dec. 677. num. 12. & dec. 1626. n. 7.,*
10 ſequitur, quod in præſenti nullum conſide-
rari valeat præjudicium fideicommiſſi, ob
repetibilitatem cambii: quia non minùs re-
petibilis erat ipſe cenſus; niſi præſtita fuiſ-
11 ſet fidejuſſio: quam forıaſse difficilius
erat invenire; juxta ea, quæ ſatis eruditè
notat *Henrigius de fideiuſſ. cap. 1. per tot.,
Salgadus in labyrint. credit. part. 1. cap. final.
num. 12, Giurba dec. 4. n. 9, Surd. dec. 14 t.*
12 *num. 9. & 10.* Et interim certa remanet uti-
litas fideicommiſſi, quod poterat in dies mo-
leſtari, & pati judicialem diſtractionem
13 bonorum, nimis illi damnoſam: cum eâ
medietate alienentur bona viliori pretio;
*Mangil. de ſubbaſt. q. 47. n. 24., Rot. penès
14 Poſthium de ſubbaſt. dec. 217. num. 33.*, Unde
paſſim hæredibus gravatis permittitur vo-
luntaria bonorum alienatio pro extinguen-
dis debitis fideicommittentium, ad evitan-
das hujuſmodi deliberationes; licèt credito-
res non urgeant: cùm ſatis ſit, quod urgere
poſſint: & credita habeant exequutionem pa-
ratam; ut, in iis terminis, fuit dictum in
Romana Cenſus 21. Junii 1683. §. *Nil rele-
vante, coram clar. mem. Card. Matthæio,
& in Romana Fideicommiſſi de Patriarchis,
17. Martii* 1688. §. *Quo verò, coram bo. me.
Emerix*.

Quibus ſtantibus, ceſſant ea, quæ obiicie-
bantur ex deductis in *dicta Romana Salvia-*

ni, *coram R. P. D. meo Muto*; in qua fir-
14 matum fuit, ex novatione facta de cenſu in
cambium, ſubingreſſum ſuffragari non poſ-
ſe: ſiquidem, in illius caſu, agebatur de
15 fidejuſſore cenſus; cujus conditio fieri non
poterat deterior per ſubſequutam cambii
creationem: ille enim, qui alterius favore
fidejuſſerat in cenſu, contra ſe irrepetibili:
non poterat invitus trahi ad ſe conſtituen-
dum debitorem in cambio; ad cujus reſtitu-
tionem, poſt temporis præſcripti lapſum,
obligari potuiſſet. In præſenti autem res
aliter ſe habet. Quoniam Eques Baltaſſar,
erat unus ex principalibus debitoribus; qui
16 pecunias receperat: & ipſe met, proptèr
obligationem præſtandi fidejuſſorem, in caſu
obitus; conveniri, & condemnari poterat.
Quamobrem benè ſuffragari debet Antaldo
ſubingreſſio contra bona illius; ut in indivi-
duo, reſpondendo huic objecto, & diſtin-
guendo caſus, fuit dictum in *Romana*, *ſeù*
Tuſculana Bonorum 18. *Junii* 1694., *coram*
R.P.D. meo Decano.

Regularitèr enim, in iſto caſu, non dicitur
per novationem extinctus cenſus; ſed trans-
fuſus in contractum cambii: dum fuerant
ſervata omnia requiſita *gloſ. in leg. Arioſto*
38 *ff. quæ res pign. obligar. poſſ.* Quia ſcilicèt
pecuniæ adeo cautè fuerunt depoſitatæ; ut,
nec momento temporis, in dominium debito-
rem tranſierint: & ſucceſſivè, creditrix cen-
ſus fuit cum iſtis pecuniis dimiſſa; reportata
ulterius, pro majori cauthelâ, jurium ceſſio-
ne translativa; *Amatus reſolut. 7. num. 33. & ſeqq.*, *Andreolus controv. 348. num. 3.*,
Milanen. dec. 13. num. 23. cum ſeqq., *Rot.*
coram Priol. dec. 350. num. 15., & ſeq., *& in*
Romana cenſus 21. Aprilis 1692. § Quia cum
ſocietas, *coram bo. mem. Urſino*, *& in dicta*
Romana, ſeù Tuſculana bonorum 1694. *§. Pa-*
rùm relevante, *coram Reverendiſſimo Do-*
mino meo Decano. Et in magis præciſis ter-
minis transfuſionis cenſus in cambium; fuit
dictum in *Romana Cenſus* 10. *Aprilis* 1693.
§. In propoſito, *coram Reverendiſſimo Za-*
moreo.

Verùm quia pro credito cambii, fuerunt
conventi fructus ad rationem ſcutorum qua-
tuor cum dimidio; quando pro cenſu debe-
bantur ſolum ad rationem ſcutorum quatuor:
19 exiſtimarunt Domini, quod contractus, qui
alias fuit utilia, ex quo impedita remanſit
20 bonorum deliberatio; evaderet in ratam
excedentem fructus; qui alias debebantur
pro cenſu: nimis præjudicialis, & damnoſa
remaneret. Ideo cenſuerunt dare modum
reſolutioni, quod ſcilicet ſit locus exequu-
tioni mandati ab A.C. relaxati, tam pro ſor-
te quam pro fructibus; ad rationem tamen
ſcutorum quatuor pro centenario dunta-
xat.

Et ita, utraque &c.

BONOIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 15. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Ex defectu Inventarii intra legitima tempora integralitèr non facti, evitare non poteſt hæres mandatum contra bona propria: & quænam omiſſiones inventarium reddant non integrum demonſtratur. Hoc paritèr accidit hæredi ex defectu redditionis rationis etiam fructuum hæreditatis, cum creditores ejuſdem urgere ſcit: quo caſu nec bonificari debent ſolutiones factæ legatariis, & creditoribus poſterioribus.

SUMMARIUM.

1 *Hæres evitare non poteſt mandatum in bonis propriis, aut ſi non conſtet de legitimo inventario: aut ſi non reddita fuit ratio de bonis in eo contentis.*

2 *Inventarium confectum poſt lapſum temporis à jure præfiniti nullius efficaciæ remanet.*

3 *Prorogatio termini obtenta poſt menſes à jure præſcriptos; inventarii nullitatem ſanare non valet.*

4 *Inventarium continens generalem, & confuſam deſcriptionem bonorum, ſine expreſſione quantitatis, ponderis, & valoris, nullum eſt.*

5 *Feudum, in quo ſolum maſculi ſunt vocati, deſcribendum eſt in inventario.*

6 *Inventarium, in quo deficit deſcriptio nominum debitorum, aliorumque bonorum defuncti, non prodeſt hæredi ad ſe tuendum in bonis propriis.*

7 *Negocii exiſtentia de tempore mortis teſtatoris, convincitur ex ejuſdem præcepto prohibentis illius continuationem.*

8 *Negocii exiſtentia convincitur ex deſcriptione genericè facta per hæredem.*

9 *Teſtibus informatis eſt deferendum.*

10 *Redditio rationis de negocio facta poſt multum temporis à complimentario; quando hæres multa geſſit in libera adminiſtratione; ſupplere non valet defectum legitimi inventarii.*

11 *Hæres habens notitiam creditorum urgentiæ, reddere debet rationem, etiam de fructibus: cum eo caſu augeant hæreditatem.*

12 *Solutionis realitas, & debiti præexiſtentia, niſi juſtificentur, non eſt bonificanda.*

13 *Hæres habens notitiam aliorum creditorum, malè ſolvit poſterioribus, non reportata ab eiſdem cautione.*

14 *Partes non debent inutiliter defatigari in judicio.*

DECISIO XCV.

MAndatum jam diu relaxatum favore Senatoris Aloyſii de Scappis, contra bona hæreditaria quondam Biaſei, & Jo Antoni de Fantettis, pro liberatione à moleſtiis,

ſtiis, paſſis ex cauſa fidejuſſionis; quam pro
eis praſtiterat; Sacra Rota, in audientia
diei 22. Junii 1691., proponente bo. mem.
Urſino, mandavit, exequi contra bona pro-
pria Marchioniſſæ Mariæ Thereſiæ Fanter-
ræ, debi orum hæredia. A' qua reſolutio-
ne, nova audientia per ipſam impetrata, ad
effectum reddendi rationem bonorum hære-
ditariorum; deventum fuit ad electionem
periti; poſt cujus relationem, ſucceſſivè co-
ram me, in locum defuncti collegæ ſuffecto;
causâ iterum propoſitâ ſub die 26. Januarii
proxime præteriti, agnoſcentes Domini, il-
lius peritiam, ad cauſæ reſolutionem nihil
prodeſſe: placuit eiſdem, cauſam differre:
demandando alterius Periti electionem;
cum præfixione brevis termini. Quia verò
uſque adhùc non curavit Marchioniſſa, hu-
juſmodi periti relationem exhibere; licet
pluries monita: hinc hodiè, reaſſumptâ diſ-
putatione ſuper confirmatione præcedentis
deciſionis, Domini, perſiſtendum eſſe *in de-
ciſis*, reſponderunt.

Moti ex eo, quod in præſenti non conſtat
de legitimo inventario: multoque minùs fuit
1 reddita ratio de bonis, in eo contentis;
adeout, altero ex eis deficiente, manda-
tum evitari non poſſit ab hærede in bonis
propriis; ex latè firmatis coram *Priolo de-
ciſ.374.num.7., & in Romana, ſeu Albanen.
Vineæ* 11. *Maii* 1697. §. *Atque cor. R.P.D.
meo Olmo, & in Romana Alimentorum* 10.
Decembris 1696. §.*fin. Et in Cuſentina Aſ-
ſiſtentiæ prima Martii* 1697. §. *Non refra-
gante coram me, & in Aſculana dotis, &
legitimæ prima Julii* 1697. §. *primo, coram
bo. me. Urſino, & in ultima deciſione hujus
cauſæ edita ſub die* 22. *Junii* 1695. §. *Cum
namque, coram eodem.*

Hic autem, licèt exhiberetur inventarium;
tamen incontinenti conſtitit, illud eſſe im-
2 perfectum, & defectuoſum; tum quia con-
fectum fuit poſt ſex menſes à die obitus Jo:
Antonii teſtatoris; & ſic longè poſt lapſum
temporis à jure præfiniti; itaut exindè, ex
hoc ſolùm, nullius efficaciæ remanſerit; ut
notat *Urceolus conſult.* 53. *num.* 38., *& Rot.
in Foroliivien. Domus, apud eundem poſt
cap* 6". *num.* 50. Non attentâ prorogatione
3 termini: quia, cum fuerit in partibus obten-
ta poſt lapſum temporis, intra quod impe-
trari debuiſſet: ipſa quoque nullitatis vitium
ſanare non valuit; ut inquit *Thomaſins tract.
var. tom.*1 *tit. de invent. tract* 6. *tit.*8.*cap.*3.
*num.*31. & 36. *cum ibi allegatis.*

Tùm quia, non ſolùm in eo deficit accura-
4 ta mobilium, argentorum, gemmarumque
deſcriptio, ſine ulla expreſſione qualitatis,
quantitatis, ponderis, & valoris: cùm om-
nia legantur nimis generaliter, & confusè
adnotata; ibi -- *Perle da collo, da orecchie,
5 e da petto*; & ſic de cæteris: verùm etiam,
& fortiùs: quia fuit omiſſa deſcriptio, tam
feudi *del Monteglio*; cujus inveſtitura, licet
eſſet ad ſolos maſculos reſtricta: de illo, tan-
quàm hæreditario Jo: Antonii, mentio fa-
cienda erat in inventario illius bonorum; at-
tentâ facultate, quam ipſe habebat diſponen-
di de eo; prout de facto Marchioniſſa hæ-
res de eo diſpoſuit, prævia licentia de illo
6 vendendo: quam domorum, & aliorum
bonorum, ac etiam jurium ſpectantium ad
rationem bancariam: cùm non fuerint ad-
notati libri, merces fundacales, nomina
debitorum, pecuniæ in capſa exiſtentes,
aliique effectus ad illam ſpectantes: ex quo-
rum omiſſione ceſſat quodcumque benefi-
cium inventarii; & eſt locus exequutioni
contra bona propria; *Rolandus de invent.
par.*3. §.*Omittendum num.*4., *Gratianus diſ-
cept. for. cap.*532.*n.* 10. & 19., *Surd. dec.*222.
*num.*2. & 3., & *dec.* 331. *num.* 20. 24. *par* 5.
*tom.*1., & *dec.*149. *num.*27., & *ſeqq. par.*9.

Nec obſtat, quod dictum negotium, de
tempore obitus teſtatoris, ampliùs non exi-
ſteret; ſed jam per decoctionem defeciſset;
ideoque hujuſmodi exactam deſcriptionem
non mereretur: quia allegata deficientia,
7 non ſolum non probatur: verùm potiùs con-
trarium convincitur ex præcepto teſtatoris:
qui, prohibendo illius continuationem poſt
ſui obitum, in neceſsarium antecedens, exi-
8 ſtentiam ſuppoſuit: nec non ex deſcriptione
genericè facta per Marchioniſsam; quæ ul-
terius, ut obtineret dilationem à creditori-
9 bus: etiam illius idoneitatem faſsa fuit: ac
tandem ex depoſitione plurium teſtium; qui-
bus; tanquam de eo informatis, venit defe-
rendum; *Rota dec.* 156. *num.* 3. *par.* 17., &
*dec.*393. *num.*9. *par.*18. *rec.*

Minùs relevat, quod redditio rationis de
hoc negocio, haberi poſſit à Complementa-
rio; quem Marchioniſsa, jam ad hunc effe-
ctum, convenit, & carcerari curavit: quia,
cùm illa, intra annum à teſtatore præſcrip-
tum, neglexerit negocii ſtatum perſtringe-
10 re; immo & in illo ſe ingreſserit, venden-
do credita, & merces, conſtituendo Procu-
ratorem ad exigendum effectus ejuſdem ne-
gocii, & obtinendo dilationes à creditori-
bus; ut eis ſatisſaceret; aliaque geſſerit in
libera adminiſtratione; ut conſtat in *Summ.
dat. ab hæredibus Senatoris num.*7., & *ſeqq.*
ad nihilum proindè deſervire valet judicium,
ultimo loco factum contra complementa-
rium, de anno 1697., à die obitus teſtato-
toris poſt adminiſtrationem à ſe factam tanto
temporis ſpatio,

Præter defectum legitimi inventarii, con-
currit etiam defectus redditionis rationis
bonorum, in eo deſcriptorum, ingentis quan-
titatis, & valoris. Plura enim ex eis Mar-
chioniſſa alienavit, ſine ullâ Judicis licen-
tiâ, vel creditorum notitia; nec de pretio
retracto rationem reddidit; fructus integræ
hæreditatis percepit; & in propriam utilita-
tem convertit; non obſtante quod haberet
notitiam creditorum: quæ plenè reſultat ex
inventario; & illi ulterius contra Marchio-
11 niſſam urgerent: quo caſu, etiam de illis
erat reddenda ratio; cùm augeant hæredi-
tatem; ad firmata in *dec.*39. *n.*12. & *dec.*521.

nu 9., & 10. par. 14., & dec. 267. num 26 & ſeqq. par. 17. rec., & in Aſculana dotis, & legitimæ 13. Junii 1698. §. In ſequelam coram me.

E converſo non benè ad ſui creditum calculari poterant nonnullæ pecuniarum ſummæ, quas ſolviſſe ſupponit pluribus cre-
12 ditoribus, & legatariis: cum nec illorum præexillentiam, & realitatem juſtificaverit; nec ullum ſolutionum documentum exhibuerit: & ſi quid juſtificavit, vel ſunt cre-
13 ditores poſteriores, vel legatarii: quorum ſolutiones, tanquàm factæ cum præcedenti notitia creditorum, non reportata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, bonificari non debent; *Conciolus de hæredi.: art. 3. num. 103., & 106, Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. ult. num. 96., Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 2. num. 146., Rota cor. Bich. dec. 469. num. 10., & dec. 482. num. 12., & in rec. dec. 211. num. 7. par. 10., & dec. 201. n. 6. par. 11. & dec. 39. num. 7., & ſeqq. par. 14.*

Cumque ex iis omnibus undique inſufficiens viſa fuerit peritia primo loco facta, & poſt lapſum tanti temporis, aliam, juxta ordinem datum, Marchioniſſa exhibere neglexerit; hoc ipſum ſatis fuit pro concludendo defectu redditionis rationis, & exequutione mandati contra bona propria, abſque ulla
14 dilatione: ne inutiliter partes defatigarentur.

Et ita, auditâ etiam in prima propoſitione Marchioniſsâ; in hac verò, Lucretiâ tantùm comparente; reſolutum fuit.

BONONIEN. REINTEGRATIONIS.

Lunæ 15. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Suppreſſio Monaſterii facta à Papa, & extinguit quæcumque illius jura, actu, & habitu: & ea una cum bonis devolvuntur ad Sanctam Sedem; ideoque vigore illius præexiſtentis poſſeſſionis, peti non poteſt reintegratio: & facultas poſtea conceſſa recuperandi bona intelligitur, de quibus Papa non diſpoſuit.

SUMMARIUM.

1 *Per ſuppreſſionem monaſterii à Summo Pontifice factam, omnia illius bona ad Sanctam Sedem devolvuntur.*
2 *Reintegratio non datur ex poſſeſſione præexiſtente ante ſuppreſſionem religionis, quæ extinguit omnia illius jura tàm actu, quam habitu.*
3 *Cardinalium relationibus ratione muneris, & offici deferendam eſt, circa declarationem voluntatis Papæ.*
Pontifex transferre poteſt bona de una in alteram Eccleſiam.
4 *Voluntas Papæ cum eſt certa, nulla cadit difficultas ſuper ejus poteſtate.*
5 *Reintegratio, non probato ſpolio, non eſt verificabilis.*
6 *Spolium non verificatur, cum Papa de bonis certo modo diſponit.*
7 *Facultas ſub duplici qualitate conceſſa, utriuſque verificationem requirit, ut obtineat effectum.*
8 *Pro evitanda incompatibilitate, præſervativa facultas intelligi debet, præter illa, de quibus fuit diſpoſitum.*
9 *Fortiùs ſi declarata fuerit ex ſequentibus actibus, ad aliud non referibilibus.*
10 *Superfluitas non eſt admittenda in re maturo conſilio peracta, & per Congregationem diſcuſſa.*
11 *Congrua parochi aſſignata per particularem Congregationem Cardinalium præſumitur æqua, & juſta.*
12 *Res judicata, & quod ſumma maturitate fuit factum, incidenter revocari non debet.*

DECISIO XCVI.

PER ſuppreſſionem Monaſterii SS. Hieronymi, & Euſtachii Religionis Servatorum, à ſa. me. Clemente X. factam: devolutis ad Sedem Apoſtolicam omnibus illius bonis; ejuſque Cameræ incorporatis; conflatiſque ex eiſdem duabus portionibus per Summum Pontificem ſucceſſorem; altera pro dote Abbatiæ, ſeu Commendæ, per ipſum erectæ; & altera pro dote Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Maſcarella, dictæ religioni unitæ; & tanquam vacantis, & novâ causâ, & titulo proviſæ: duo quoque diſtincta inventaria coolecta fuerunt, in quibus declarata fuit quantitas bonorum, juxta mentem Sanctiſſimi, utrique debita, eorùmque obſervantia injuncta fuit à ſpeciali Congregatione deputata, occaſione controverſiæ inter Parochum, & Abbatem ſubortæ ſuper pertinentia domorum contiguarum Maſcarellæ, & prædii nuncupat. la Beverata, ac alterius in Communi Bagnarolæ, & ſpeciali decreto, ad limites dictæ reſolutionis, per Vicarium Generalem Bononiæ, in judicatum tranſact. exequutioni demandatæ per aſſignationem bonorum utrique factam, juxta tenorem eorundem inventariorum.

Poſt lapſum plurium annorum, excitatâ, demùm hujuſmodi controverſia per modernum Parochum contra Rev. Monachos Olivetanos S. Michaelis in Buſco Bononiæ, quorum Monaſterio unita poſtmodum fuit dicta Abbatia, cum obligatione ſolvendi Commendatariis prò tempore annuam penſionem ſcut 100.: petita coram A.C. Origo reintegratione ad poſſeſſionem bonorum; utpotè pertinentium ad parochialem Eccleſiam, uſque à primæva illius erectione; eâque per ſententiam denegata; propoſui hodie dubium in gradu appellationis: *An ſit danda reintegratio*: quod fuit *negativè* per Dominos reſolutum.

Cum enim per ſuppreſſionem Monaſterii à Summo Pontifice factam; omnia bona ad S.Se-

S. Sedem devoluta fuerint ; ejuſque Cameræ
incorporata remanſerint ; *Rota dec.220 n.2.
poſt Torr. de pact.* , *& in Romana Donatio-
nis* 14. *Maii* 168 . §. *Et quando coram bo.
me. Cardinalis Matthæo* , & de illis , ſupre-
ma , quâ poller authoritate , fuit certo mo-
2 do diſpoſitum ; extranea prorſus eſt quæſtio
reintegrationis : dum per mutationem anti-
qui ſtatus , ex ſuppreſſione reſultantem ; &
per proviſionem parochialis Eccleſiæ , tan-
quam vacantis , & de novo erectæ ; extin-
cta fuerunt omnia jura , tam actu , quam ha-
bitu : & ita , prò integratione obtinenda ,
deſideratur principale extremum anterioris
poſſeſſionis ; nullo modo deſumibilis ex præ-
exiſtente ante ſuppreſſionem Religionis ;
dicta dec.220. num.1. poſt Torr. de pact. , *&
in rec. dec.221. num.22. part.6.* , *& in Me-
levitana Commendæ* 10. *Maii* 1688. §. *Quo-
niam , coram clar. me. Cardinali Caccia* .

Certiùs concurrente expreſſa Summi Pon-
tificis voluntate , deſumpta ex epiſtola Emi-
nentiſſimi Cardinalis Carpinei Præſidentis
Congregationi per ſa.me Clementem X. de-
putatæ in *Summario Monachorum n.primo* ,
quod nil aliud , præter bona in inventario
deſcripta , prætendere poſſet : idque etiam ,
ſi pertinentia aliorum bonorum ad dictam
Eccleſiam , per ipſum probari potuiſſet ; ſu-
peraddita ratione – *Poiche à Noſtro Signo-
re, che per la ſuppreſſione, ſi è reſo padrone di
tutto ; coſi è piaciuto diſporre* – Junctâ etiam
alia epiſtola clar. me. Card. Alterii , Sum-
mi Pontificis Nepotis ; & Generalis ſtatus
Eccleſiaſtici ſuperintendentis ; *Sum. Mona-
chorum num.2.* de prædicta Pontificia volun-
3 tate teſtantis . Quorum proindè relationi ,
inſpecta non minus perſonarum qualitate ,
quàm etiam veriſimili notitia, ratione mune-
ris , & Officii , quo uterque pollebat ; ſicu-
ti deferendum eſſe aliàs dixit *Rota in Bo-
nonien. Immunitatis Macelli* 19 *Novembris*
1696. §. *fin.* , *& in Colonien. Canonicatus
primæ gratiæ* 2. *Junii* 1698. §. *Clariùs coram
4 R.P.D. meo Muto* : Ità perneceſſe ſequitur ,
quod datâ voluntate auferendi jura unius
Eccleſiæ , eâque alteri tribuendi , nullâque
ſuper poteſtate cadere poſſit difficultas ;
Bald conſ.24. in prin lib.2. , *Ferrett. conſ* 118.
num.5. , *Fagnan. in capite relatum num .20.
& 29. ne Cleric. vel monach.* , *Rota coram
5 Merlino dec.775. num.21.* ; fruſtrà petitur
reintegratio , quoties deficit probatio ſpolii ,
6 nullatenus verificabilis ob reſiſtentiam Pon-
tificiæ authoritatis , de bonis , certo modo ,
diſponentis ; *Gratianus diſcept.cap.142.n.11.* ,
Rota coram Merlino dec. 687. num. 19. , *&
in Auguſtana Juriſpatronatus ſuper rein-
tegratione* 10. *Junii* 1695. §. *Et licèt co-
coram bo. me. Urſino* .

Poſitâ ex prædictis incompetentia reinte-
grationis : ſuffragari viſa non fuit exceptio
præſervatæ facultatis , tam pro Parocho
quàm Abbatiæ , recuperandi bona ad utrum-
que ſpectantia : cum hujuſmodi facultas non
indefinitè tributa fuerit ; ſed ſuperadditâ
qualitate ; quoad ea ſcilicet in Inventariis
non deſcripta ; & à tertiis poſſeſſa ; ut in
7 epiſtola Cardinalis Alterii : & ita pro obti-
nendo effectu dictæ præſervativæ , verifi-
candus eſſet utriuſque qualitatis concurſus :
cujus probatio deficit .

Nec alia profectò eſſe potuit Summi Pon-
tificis intentio ; tum ob explicitam declara-
tionem in dictis litteris emiſſam , quod Pa-
rochus nil ultra , deſcripta in inventario , con-
ſequi poſſet ; & ſi per ipſum etiam probari
valuiſſe pertinentia bonorum , ſuper qui-
bus eſt controverſia , & majoris etiam quan-
8 titatis : adeout , admiſſâ dictâ intelligentiâ ,
incompatibilis redderetur utraque diſpoſi-
tio : prò qua vitanda , præſervativa faculta-
tis intelligi debet præter illa , de quibus fuit
diſpoſitum ; *Gratianus diſcept.cap.458.n.18.
Rota coram Seraph. dec.1445 num.4.* , *& in
rec. dec.103. num.6.* , *& ſeq. num.19.* . Tum
9 etiam ob factam bonorum diviſionem ; & aſ-
ſignatam unicuique propriam portionem :
quæ aliàs ſuperflua redderetur , ſi ſalva re-
manſiſſet actio , bona recuperandi in ea quan-
titate , in qua erant ante ſuppreſſionem .
10 Quæ ſanè ſuperfluitas in re , adeò maturo
conſilio peracta , & in particulari Congre-
gatione diſcuſſa ; nimis veriſimilis redditur :
& proinde non admittenda ; *Menochius
conſ 19. num.8.* , *Manſius conſult.120. n.19.* ,
Rota in Salamantina Beneficii 20. *Novem-
bris* 1684. §. *Clarior , in fin. coram bon.mem
Urſino* .

Extraneam verò à præſenti quæſtione
cenſuerunt Domini , exceptionem tenuitatis
redditum , & deficientis congruæ , à Pa-
11 rocho oppoſitam . Ultra quod enim eidem
reſiſtit aſſignatio , per Congregationem par-
ticularem facta ; itaut omnis aſſiſtat præſump-
tio , ſtatutum fuiſſe id , quod æquitas , juriſ-
que ratio poſtulabat ; *Rota in Romana , ſeu
Jannen. Laudi* 26. *Februarii* 1698. §. *Eoque
libentius coram R.P.D. meo de la Tremoille* :
obſtat approbatio Parochi , tunc temporis ,
per acceptationem decreti Vicarii Generalis
12 Bononien. , in judicatum tranſacti : ac pro-
inde , quod tanta ſolemnitate factum eſt :
& rei judicatæ authoritate comprobatum ,
nullo modo hodie incidentèr revocari de-
bet in judicio , in quo unicè competentia
reintegrationis ad examen revocatur ; ut pro-
ſequitur *Rota in dicta Romana , ſeu Jannen.
Laudi , citato* §. *Eoque libentius* , ſed ſalva
eidem remanebit actio , ſua jura in alio ju-
dicio experiendi .

Et ità , utraque &c.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurii 17. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

Invitatus ad Primogenituram capere poteſt
etiam fideicommiſſum ad quod vocatur ;
quamvis primum gravatum , propter primo-
ge-

genituram, teſtator a cæterorum ſuorum bonorum fideicommiſſo excluſerit.

Confirmatur dec. 109.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur cum appellationem proſequuta non fuit Pars, & non tranſportavit acta intra biennium, imo ſupervenit commiſſio exequutorialis.*

2 *Tranſportatio actorum facta poſt biennium, & terminum præfixum non eſt curanda.*

3 *Et magis concurrente validitate, & juſtitia ſententiæ.*

4 *Immiſſio undique eſt juſta concurrentibus clara vocatione, & identitate bonorum.*

5 *Succedens ad primogenituram, & fideicommiſſum incompatibile, alterum debet dimittere.*

6 *Fallit, quando hæres eſt litteraliter, abſque incompatibilitate, ad utrumque vocatus.*

7 *In diſpoſitione clara, non poteſt recurri ad conjecturas.*

8 *Excluſio unius a conſequutione primogenituræ, & fideicommiſſi inſimul, non facit, alios invitatos, qui ad utrumque vocantur, alterutrum tantum poſſe retinere.*

9 *Diſcretiva teſtatoris loquutio declarat, quas perſonas admittere, & reſpectivè excludere voluerit.*

10 *Argumentum prædilectionis excluditur à vocatione clara.*

11 *Argumentum ex majoritate rationis deſtruitur ab eadem litterali diſpoſitione.*

12 *Excluſio unius, aliorum vocatorum probat incluſionem, & declaratur n. 15.*

13 *In primogenitura cenſetur repetitus idem modus ſuccedendi volitus in perſona primogeniti.*

14 *Secùs, cum non eſt quæſtio de modo ſuccedendi in primogenitura; ſed de facultate ultra eam ſuccedendi ad fideicommiſſum ad quod invitatur.*

15 *Excluſio unius non probat aliorum incluſionem; cum excluſio eſt realis, nec ab ulla fideicommiſſi parte elicitur vocatio ejus, qui ad ſucceſſionem aſpirat.*

16 *Obſervantia non procedens ex facto, ejus, contra quem allegatur; eidem non præjudicat.*

DECISIO XCVII.

Geminas Julius Cæſar de Commentariis, favore duorum filiorum, primogenituras, in particulari donatione ordinavit; alteram ſcilicèt favore Marci Antonii; aliam verò favore Fabritii. In teſtamento deindè, cum quo deceſſit, perpetuum, ac ſucceſſivum fideicommiſſum conſtituit favore ejuſdem Marci Antonii, & ejus filiorum, ac deſcendentium; excepto Julio Cæſare juniore, quem tamèn, unà cum ejus deſcendentibus ſubſtituit in caſu quo deficeret linea aliorum præcedenter vocatorum: adiectâ ratione: quia, cum ob præmorentiam Fabritii donatarii, primogenitura in ipſum Julium Cæſarem obveniſſet: alia verò ordinata favore Marci Antonii ejus Patris poſt ejuſdem obitum, eſſet obventura: noluit poſſe aliud prætendere; niſi in dicto caſu deficientiæ linearum, quas ſupra vocaverat. Mortuo teſtatore, deceſſit primo loco Marcus Antonius: & hæreditas devenit ad Antonium Franciſcum, & alios quinque ejus filios: qui tanquam ſubſtituti, bona inter ſe, prò æquali rata, diviſerunt. Verùm, quia ſubinde fuit è vivis ereptus Julius Cæſar alter filius Marci Antonii; qui aſſequutus fuerat primogenituras: aperta remanſit ſucceſſio favore Antonii Franciſci: qui ad eaſdem primogenituras vocabatur; ac proindè reliqui ejus fratres portionem bonorum fideicommiſſariorum, illi obventam, inter ſe diviſerunt; cum ſuppoſito, quod non poſſet unà ſimul, & primogenituras, & fideicommiſſi portionem obtinere. In hoc ſtatu, idem Franciſcus Antonius obiit: & illius filii, adverſus præfatam diviſionem reclamantes, obtinuerunt immiſſionem ad ſextam bonorum partem, eorum patri obventam; & quam in ſecunda diviſione alii ejus fratres occupaverant. Verùm, quia Rei conventi, & poſſeſſores appellationem interpoſitam, non fuerunt in tempore proſequuti: ſententia tranſiit in judicatum. Hinc, commiſſâ mihi cauſâ in gradu reſtitutionis in integrum: dubitavi: *an conſtaret de re judicata; vel potius eſſet danda immiſſio.* Et *conſtare de re judicata*, prodiit reſolutio.

Illa enim benè oritur, ex quo, licèt fuiſſet intrà decendium interpoſita appellatio:
1 tamen Partes eam in tempore non fuerunt proſequutæ: cum acta, intra biennium, non tranſportaverint: nec fatalium temporum prorogationem obtinuerint: quinimò ſupervenerit Commiſſio exequutorialis; *Rota coram Cerro dec.226. num.1., & coram ſa.me. Alex.VIII. dec.44. num.1., & 4., & dec.593. num.1., & 2. part.18. rec.*

Non ſubſiſtente, quod intra terminum præfixum, acta fuerint tranſportata: quoniam, elapſo biennio uſque ſub die 11. Octobris 1698., fuit facta præfixio termini ſub die 3. Decembris ſequentis: & acta non fuerunt tranſportata, niſi die 7. Martii 1699. Idcir-
2 cò ſemper firmum remanet, non eſſe curandum de tranſportatione; quando intra biennium, & terminum præfixum, nihil actum fuit; *Rota dec.461. num.primo part.14. rec., cum aliis ſupra allegatis.*

Fortius quia concurrunt validitas; de qua non erat inter Partes controverſia; &
3 juſtitia ſententiæ, deducta ex clara, & litterali diſpoſitione teſtamenti Julii Cæſaris: in quo, ut præmiſſum fuit, Marco Antonio filio, ſubſtituit decedentis filios, ibi -- *E morendo detto Marco Antonio, gli ſostituiſco eredi fidecommiſſarii Anton Franceſco &c. e tutti gli altri figli maſchi, che naſceranno dal detto Marco Antonio, per egual portione: e morendo ciaſcun di loro, ſempre, e quandocunque gli ſoſtituiſco li ſuoi figli maſchi, legitimi, e naturali in infinito* -- Cùmque certum ſit, quod actores ſunt filii Antonii Franciſci; clara exinde remanet il-

lorum

4 lorum vocatio: qua concurrente, una cum identitate bonorum: ſententiæ juſtitia undique remanet comprobata; *Rota in rec. dec. 79. num. 2., & 3. dec. 133. nu. primo, & dec. 264. num 6. part. 19.*

Non obſtat, quod favore Antonii Franciſci, aperta fuerit ſucceſſio ad primogenituras; ideoque portio bonorum, illi obventa, delata fuerit ad ejus fratres, antequam filios
5 ſuſciperet; ob incompatibilitatem ſuccedendi in primogenitura, & in fideicommiſſo; ideoque ad eoſdem filios dictam portionem bonorum nullo modo competere po-
6 tuiſſe. Siquidem, nullo Jure ſubſiſtit, quod Antonio Franciſco non liceat, ſuccedendo in primogenitura, etiam fideicommiſſi bona retinere: cum ad utrumque ſit apertè vocatus &, quod fortius ſtringit, ad bona fideicommiſſo univerſali ſuppoſita ſunt etiam litteraliter vocati, ex propria perſona, ejus filii: itaut omninò deficiat ſuppoſitum incompatibilitatis: & vocatio actorum, ad evidentiam comprobetur. Quin recurri valeat ad conjecturas in contrarium; ultrà
7 quod enim cum littera teſtamenti eſt expreſſa: res dicitur clara: & non poteſt recurri ad conjecturas; vulgata *l. Ille, aut ille ff. de legat. 3.*, quam ad rem ponderat, *Rota dec. 13 n. 21. p. 18. & dec. 304. n. 17. p. 19., & in Romana Fideicommiſſi de Ruſpolis 26. Martii 1683. §. Unde extranea coram bo. me Emerix*: adverterunt Domini, nihil deduci quod præ-
8 fata fundamenta obumbraret. Siquidem, non ex quo Julius Cæſar a teſtatore excluſus fuit à fideicommiſſo univerſali; quia in una ex primogenituris ſucceſſerat; & ad aliam de facili ſucceſſurus erat: ſequitur, quod omnes alii, qui ad primogenituram admitterentur, eſſent à fideicommiſſo excludendi: maximè dum iſti erant explicitè in fideicommiſſo comprehenſi. Quinimo ex hoc ipſo quod Iulius Cæſar fuit expreſsè ad fideicommiſſum vocatus: diverſa emicat quoad iſtos,
9 teſtatoris voluntas: &, ex diſcretivo modo diſponendi, arguitur, iſtos eſſe admittendos, etiam ad bona, à quibus alter fuit excluſus; argumento *text. in l. unica §. Sin autem C. de caduc. tollen., & in cap. Ad audientiam de decim., Rot. coram Seraph. dec. 1486., in rec. dec. 507. num. 7., & dec. 667. num. 5. part. 2. dec. 257. num. 12. part. 16., & dec. 538. num. 8. part. 18.*

Etiamſi Iulius Cæſar, tanquam teſtatori proximior, cenſeri poſſet filiis Antonii Fran-
10 ciſci remotioribus prædilectus. Quoniam, poſitâ ex prædictis clarâ diſpoſitione, & litterali vocatione: nullum valet, ex majori prædilectione, argumentum deſumi; *Manſ. conſult. 298. num. 17., & 18., Palma nepos Allegat. jur. allegat. 83. num. 32*, Quæ
11 voluntas deſtruit etiam aliud argumentum, deductum ex maioritate rationis; *Decianus conſ. 31. num. 36. lib. primo, Soccinus Jun. conſ. 177. num. 18. lib. 2., Barboſa loc. comm. arg. Jur. loco 68. num. 6., Riccius in coll. 2631.*, Fortiùs quia juxta præfatum obiectum, eſſent inſimul incompatibiles ſucceſſio in primogenitura, & in fideicommiſſo. Quapropter conſtituenda eſſet univerſalis regula contra omnes primogenitos: illi enim nunquam aſpirare poſſent ad fideicommiſſum, contra voluntatem teſtatoris: qui
20 unum dumtaxat excludendo, cæteros admittere voluiſſe, cenſendum eſt; *l. Cum Pater ff de Judic. Manſ. conſult. 366. n. 11., Rota coram Cerro dec. 131 num. 11., & in rec. dec. 429. num. 3. part. 4 tom. 3.*

Atque ex iis, inapplicabiles viſæ ſunt authoritates, quæ in contrarium, ad hunc ef-
13 fectum, allegabantur; vel enim ſolum firmant, quod in primogenitura cenſeatur repetitus idem ordo ſuccedendi, volitus in perſona primogeniti; ut in ſpecie *Mierez de Majorat. part. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 334., Rota coram Arguell. dec. 28. num. 97., & ſeqq., & coram Cerro dec. 321. num. 17.*. Et
14 hoc nihil confert ad deciſionem caſus controverſi: in quo non eſt quæſtio de modo ſuccedendi in primogenitura: ſed de facultate ſuccedendi, ultrà primogenituram, etiam in fideicommiſſo; ad quod adeſt ex-
15 preſſa vocatio. Vel procedunt cum ſuppoſito, quod excluſio à ſucceſſione ſit realis; nec ex alia teſtamenti parte deduci poſſit vocatio ejus, qui ad ſucceſſionem aſpirat; ut ſunt *Roxas de Incompatib. part. prima cap 8. num. 33., cum ſeqq., Caſtell controv. lib. 5. part. 2. cap. 178 num. 32, Turr. de Primog. tom. primo cap. 26 num. 24.*. Et ſic, non applicantur præſenti hypotheſi: in qua, non ſolum excluſio non eſt realis: ſed è converſo habemus explicitam vocationem Actorum; *ex allegatis*.

Demùm viſum fuit: non obſtare obſervantiam, ductam ex quo Antonius Franciſcus,
16 poſt quam, defuncto Iulio Cæſare, primogenituram acquiſivit; paſſus fuit, quod bona per eum ex fideicommiſſo poſſeſſa, dividerentur inter alios fratres. Quoniam, ultra quod non docetur de ullo actu poſitivo d. Antonii Franciſci: qui nec in diviſione in-
17 tervenit: ſatis eſſe viſum fuit, quod ejus filii veniant ad fideicommiſſum ex propria perſona: ut factum Patris illi præjudicare non valuerit; *Rota coram Coccino dec. 436. num. 9., Bichius dec. 305. num. 19., & coram Peutingerio dec. 214. num. 2., & dec. 221. num. 5.*

Et ita, utraque &c.

PERUSINA BONORUM.

Mercurii 17. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Manutentio in hæreditate filii conceditur hæredi teſtamentario, qui poſſeſſionem cepit, & ſimul matri præteritæ pro dote quantitativa, & legitima; quæ non obſtante inhibitione, fructus percipiendo non attentat, neque ad eorum reſtitutionem tenetur. Ubi quando

quando dos ſit quantitativa, & quando non obſtante matris præteritione, ſtante clauſula codicillari -- *& omni meliori modo* -- poſſeſſio capta ab hærede teſtamentario ſit manutenibilis.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio concedenda eſt favore illius, cujus apparet poſſeſſio.*

2 *Limitatur in hæreditate filii, & viri, quando aderat mater, uxor reſpectivè, quæ eis viventibus poſſedit jure familiaritatis, quod poſtea, ratione recuperandæ dotis, & legitimæ obtinendæ, mutatur in veram, & propriam poſſeſſionem.*

3 *Teſtes licèt informes in judicio manutentionis admittuntur.*

4 *Manutentio de æquitate canonica ſimul conceditur hæredi inſtituto, & matri in hæreditate filii, donec illa de dote, & legitima ſatisfacta remaneat*

5 *Mulier habens ſuam dotem in fundis dotalibus; non poteſt reliqua bona viri retinere pro illius conſequutione.*

6 *Das di itur in quantitate non autem in ſpecie, quando illius conſtitutio incipit à quantitate, & res exiſtimatæ fuerunt, & non adeſt ſtipulatio, quod eædem res reſtituerentur.*

7 *Mulieri competit pro ſua dote quantitativa manutentio in bonis viri, licèt illa excedunt creditum dotale.*

8 *Hæres impugnare non poteſt præceptum ſui auctoris.*

9 *Defectus ſubſcriptionis teſtatoris, & conſignatio teſtamenti facta notario à procuratore hæredis inſtituti, die mortis teſtatoris, magnam induunt falſitatis ſuſpicionem.*

10 *Clauſula codicillaris in teſtamento nullo ob præteritionem matris, facit, quod hæredes ſcripti teneantur hæreditatem capere de ejus manu, detracta prius legitima, & credito dotis: & concluſio declaratur* n.15., *ubi quod procedit in judicio immiſſionis, non manutentionis, nec eum hæres ſcriptus jam poſſidet.*

11 *In teſtamento nuncupativo non eſt neceſſaria hæredis ſubſcriptio*

12 *Aſſertio notarii de conſignatione teſtamenti rogati, & ſubſcriptio ſeptem teſtium teſtamentariorum prævalent teſti unico contrarium deponenti.*

13 *Teſtamentum filii, in qua matrem præteriit; ſuſtinetur, attenta clauſula codicillari.*

14 *Præſertim ſi non ignoranter matrem præteriit, ſed data opera.*

15 *Manutentionem retardare non poteſt hæredi ſcripto poſſidenti exceptio altioris indaginis.*

16 *Clauſula codicillaris immediatè adjecta poſt clauſulam* - omni meliori modo -- *facultatem tribuit hæredi ſcripto, poſſeſſionem ingrediendi propria auctoritate.*

17 *Continuans poſſeſſionem non attentat.*

18 *Neque ad fructuum interim perceptorum reſtitutionem condemnandus eſt.*

DECISIO XCVIII.

Andrea de Collicis, matris, ac ſororum oblitus, in ultimis tabulis hæredem ſibi ſcripſit Ven. conventum, & PP. S. Auguſtini terræ Sigilli: qui, defuncto teſtatore, mandatum de immittendo, vigore *l. fin. C. de edict. div. Adrian. toll.* cum clauſula -- *Sine præjudicio habentium meliora & potiora jura*; à Judice de partibus reportarunt: captâque hæreditariorum bonorum poſſeſſione: monitorium ſubindè coram A.C. Origo expeditum ſuper manutentione; cum inhibitione, præſentari curarunt Eliſabeth de Collicis, teſtatoris matri: quæ nullum impedimentum ſibi appoſitum fuiſſe agnoſcens mediante præfata inhibitione; poſſeſſionem, PP. anteriorem, continuando: fructus ex Andreæ bonis collegit: illoſque ad propriam domum aſportari mandavit.

At incaleſcente judicio, patribuſque conclamantibus pro purgatione attentatorum: idem A.C. Origus non ſolùm demandavit reſtitutionem fructuum, à muliere perceptorum, loco purgationis attentatorum; verùm etiam mandatum de manutenendo; cum ſententia adverſus exceptiones, favore PP., relaxavit: à quibus omnibus, commiſsâ mihi appellationis cauſa cum clauſula -- *Alteri cum facultate manutenendi, quem de jure; & purgandi attentata* -- Domini, à me conſulti, ſub dubio -- *An, & cui eſſet danda manutentio; & an conſtaret de attentatis ita ut fructus eſſent reſtituendi*, reſponderunt: *dandam eſſe pro indiviſo: & non conſtare de attentatis.*

Quamvis enim de PP. poſſeſſione illicò
1 appareat ex illius actuali apprehenſione, mediante ſupradicto judicis mandato; atque ideò eorum favore tantùm videretur concedenda manutentio §. *Retinendæ inſtit. de*
2 *interdict.*: attamen, cùm etiam Eliſabeth controverſa bona, vivente viro jure familiaritatis poſſederit, ac poſſidere continuaverit una cum filio; & adhuc utroque defuncto, titulum familiaritatis in veram, & propriam poſſeſſionem mutando, ratione dotis ex bonis viri recuperandæ; ac legitimæ in luctuoſa filii hæreditate, ſibi competentis, poſſideret; ut admittunt defenſores conventus; dum reſtitutionem fructuum per-
3 ceptorum expoſcunt; & deponunt plures teſtes, qui licèt informes in judicio manutentionis admittuntur; ut dixit *Rota apud*
4 *Poſth. de manut. dec.97. n.5.*: viſum propterea fuit, ex canonica æquitate concedendam eſſe utrique colliganti manutentionem pro indiviſo; patribus ſcilicet tanquam hæredibus Andreæ; Eliſabeth verò donec ſatisfacta remaneat de ſuis creditis; nempe dote, & legitimâ; ut in his individualibus terminis, aliàs ſervavit *Rota coram Dunozetto jun. dec.671. per tot.*, & probat *Adden. ad Gregor. dec.185. n.4.*

Nec

Nec obſtat quod mulier retinere non poſ-
5 ſet reliqua bona viri, ex quo dos in cenſibus,
aliiſque fundis dotalibus fuiſſet conſtituta.
De contrario enim conſtitit ex lectura in-
6 ſtrumenti, in quo dotis conſtitutio, non ſo-
lùm incipit à quantitate; ſed etiam cenſus,
& aliæ res dotales fuerunt æſtimatæ ea æſti-
matione, quæ facit emptionem, & vendi-
tionem: nullaque adjecta fuit ſtipulatio,
quod eædem res reſtituerentur: in quibus
terminis dici debet, dotem in quantitate,
non autem in ſpecie conſiſtere; per *text. in
l. quoties, & l. cum dotem C. de jur. dot., l.
intereſt in fin. C. de uſufr., Surdus conſ.
225. n.2., Rota dec.91. n.11. p.18., & dec.*
7 *241. n.3. p.17.* Et per conſequens, mulieri
competit pro illa manutentio in poſſeſſione
bonorum viri; licèt illa excederent credi-
tum dotale; ut notat *Gratianus diſcept. fo-
ren. cap.951. n.7., Mart. med. exam. 56. ſub
n.26. verſ. Sed ſi doctora um.* Quinimò, cùm
Andreas filius de illa ſe debitorem faſſus
fuerit in teſtamento; eamdemque reſtitui
8 mandaverit per patres hæredes: iſti impu-
gnare non valent præceptum teſtatoris: quod
ſequi tenentur; *Rota coram Coccino dec.29.
n.8., & dec.37. n.1., & coram Buratto dec.
275. n.12., & 326. n.3.*

Quò verò ad patres, iſtis denegari non
potuit manutentio, prætextu nullitatis te-
9 ſtamenti, oppoſitæ ab Eliſabeth; ſive quia
teſtator non ſe ſubſcripſerit teſtamento; &
ob factam notatio illius conſignationem per
manus procuratoris monaſterii eadem die;
qua deceſſit teſtator; magna inſurgat falſita-
10 tis ſuſpicio: ſive etiam ex eo quod mater in
eodem teſtamento fuit præterita: quodque
ſtante clauſula codicillari, patres hære-
des ſcripti, tenerentur hæreditatem cape-
re de manu mulieris, ab inteſtato hæredis;
detractâ prius legitimâ, & credito dotis; ut
firmant *Merlinus de legit. lib.5. tit.4. q.11.
n.2., Rota dec.526. n.3. p.1. recent.*

Quoniam ad primam objecti partem reſ-
11 pondendo: animadverſum fuit, hic agi de
teſtamento nuncupativo; in quo neceſſaria
non erat teſtatoris ſubſcriptio; ſolummodò
adhiberi ſolita pro majori cautela; ut ait
Cardinalis de Luca de teſta. diſc.2. n.8.; &
firmat *Rota dec.233. n.8. p.5., & dec.362.
n.19. p.11. rec.*; & teſtamenti conſignatio,
ab ipſo teſtatore facta probatur ex teſtimo-
nio ipſiuſmet notarii, de conſignatione ro-
gati, & concurrunt ſubſcriptiones ſeptem
teſtium teſtamentariorum, ſuper ipſa conſi-
gnatione: qui prævalent unico teſtamenti
contrarium aſſerenti; *Rota dec.200. n.9. p.
18. rec.*

Ulteriorem objecti partem removet clau-
13 ſula codicillaris, contenta in teſtamento;
cujus vigore illud ſuſtinetur; non attentâ
præteritione matris; plenè firmant *Peregri-
nus conſ.81. n.4. & 5., Manſ. conſult.424.
n.11.*, & magiſtraliter probat *Hodiern. ad
Surd. dec.293. n.3., & in rec. dec.367. n.52.*
14 *p.16.* Potiſſimè, quia præteritio non fuit
ignoranter facta: ſed datâ operâ à filio, ha-
bitante inſimul cum matre; cujus mentio-
nem fecerat in teſtamento; demandando,
quod illi dos reſtitueretur; ut ponderat *Ro-
ta dec.303. n.6. & 13. p.14.*

Minuſque tenebantur PP. poſſeſſionem ca-
pere de manu matris: nam, cùm non verſe-
15 mur in judicio immiſſionis, ſed manutentio-
16 nis; & hæres ſcriptus in teſtamento, poſſideat:
hujuſmodi exceptiones requirentes altiorem
indaginem non admittuntur; *Rota coram
Coccin. dec.1559. n.18., & in rec. dec.300.*
17 *n.18. p.18.* Præſertim, quando clauſulæ co-
dicillari adjecta eſt immediatè clauſula *om-
ni meliori modo*: quæ tribuit hæredi impli-
citam facultatem ingrediendi poſſeſſionem;
ut plenè objecto reſpondendo, dixit *Rota
dec.303. n.16. & ſeqq. p.14.*

Poſitâ ex iis reſolutione primæ partis du-
bii; & detectâ poſſeſſione Eliſabeth legiti-
ma, & credito dotis munita: facili negotio
promanat reſolutio ſecundæ: quod ſcilicet,
ex perceptione fructuum, nec obſtante in-
hibitione A. C., nullum patraverit attenta-
18 tum: dum legitimè poſſidens, continuando
ſuam poſſeſſionem, non dicitur attentare; &
19 per conſequens, neque ad fructuum reſti-
tutionem venit condemnanda; ut dictum
fuit *in Colonien. Beneficii, ſuper attentatis,
27. Junii 1696. §.1. coram R.P.D. meo dell
Olmo.*

Et ita &c.

URGELLEN. SERVITUTUM.

Lunæ 22. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Actus ſervitii debentur à beneficiatis capitulo ſuperiori, cum illi ex conſuetudine, & capitularibus reſolutionibus demandentur. Qui quidem ad effectum manutentionis coactivè obtenti cenſentur à capitulo, ſi negligentes mulctaverit, & illi pro mulctæ remiſſione ſupplicaverint. Decentes verò, congruique reputantur, ſi in aliis provinciæ Eccleſiis idem obſervetur.

In hac cauſa adeſt ſuperior deciſ. 67.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiati impugnare non poſſunt exercitium officiorum, quod ab ipſis favore capituli ſuperioris debetur ex inveterata conſuetudine, & capitularibus reſolutionibus: quæ omnia ipſi juramento ſervare promiſerunt.*

2 *Beneficiati capituli ordinationes, tanquam ſuperioris, ſervare tenentur.*

3 *In facultativis, non probata coactiva, conſuetudo reſtrictiva libertatis induci nequit.*

4 *Coactiva ſervitii probatur, ſi ob defectum, mulcta infligatur, & deficiens pro reintegratione ſupplicet mulctantem.*

5 *Onus infixum rei tranſit tantum in illius poſſeſſorem.*

6 *Secùs quando eſt perſonale.*

7 *Exceptio requirens altiorem indaginem, manutentionem non retardat.*

8 *Actus ſervitii, & odioſi per longum tempus continuati, non præſumuntur facultativè geſti, ſed oneroſè, & coactivè.*

9 *Libro repoſito in archivio capituli, deferendum eſt.*

10 *Conſuetudo univerſalis Eccleſiarum Provinciæ attendenda eſt pro deciſione caſus Eccleſiæ particularis.*

11 *Poſſeſſio unius omnes ſpecies præſervat ſub eodem genere comprehenſas, ratione cauſæ univerſalis.*

DECISIO XCIX.

FIrmatâ competentiâ juris cogendi beneficiatos, quoad officia reſpicientia ſervitium Chori, & Eccleſiæ, favore Capituli Cathedralis Eccleſiæ Urgellen.; ut *in deciſionibus editis 15. Martii 1697., & 13. Junii 1698. coram bo. me. Urſino*: in quibus fuit reſervata, particulari diſputationi, facultas cogendi eoſdem beneficiatos ad præſtandam aſſiſtentiam, tam Canonicis Miſſam celebrantibus, quàm oſtio aulæ capitularis, propoſui hodie, in locum dicti bo. me. Urſini ſuffectus, dubium: *An conſtet de bono jure Capituli, ad effectum manutentionis tantùm quoad dicta officia reſervata*: quod pariter favore Capituli fuit per Dominos reſolutum.

Præſuppoſitâ namque juriſdictione, & ſuperioritate, capitulo competente in Eccleſia, & perſonis ejuſdem; & ſolemni juramento per beneficiatos præſtito, tam ſuper obedientia Capitulo, quàm etiam ſuper obſervantia omnium ſtatutorum, & conſuetudinum Eccleſiæ; ac etiam reſolutionum & ordinationum Capitularium; necnon etiam antiquiſſima poſſeſſione, dictum ſervitium à beneficiatis exigendi in actu celebrationis Miſſæ, comprobata nedum à deputationibus uſque ab anno 1608.; verùm etiam ex teſtium depoſitionibus: impugnari proindè non poterat à beneficiatis exercitium officiorum: 1 quod ab ipſis, favore Capituli, ex inveterata conſuetudine, & capitularibus reſolutionibus, debetur; ad *text. in cap. cum contingat, de jur. ju., & in cap. quamvis, eodem tit., Garzia de benef. p.3. cap.2. num.434., Rota coram Mantica dec.267. n.6.,* & *in Seguntina præeminentiarum 17. Martii 1681. ſuper prælatione altarium §. Quinimò, coram Roudinino*; & firmatum fuit *in præcedentibus deciſionibus utrobique §. finali.*

Certiùs retentâ qualitate ſuperioritatis, 2 Capitulo inſitæ ſupra beneficiatos; qui Capitulo parere tenentur: ejuſque ordinationes ſervare; ut notat *Pignatellus conſult. canon.55. n.5. verſ. Ita quoque, tom.6., & conſult.3. n.5. tom.7., Rota coram Merlino dec.697. n.7. & ſeq., & in citata Seguntina præeminentiarum §. Et per conſequens; & in Nullius, ſeu Vicen. proceſſionum 27. Junii 1687. §. Conſtat, coram bo. me. Benincaſa.*

Nec ſuffragari viſa fuit exceptio aliàs ad- 3 ducta, quod dicta ſervitii acceptatio, fuerit merè facultativa; & ita non manutenibilis, niſi probata coactione, ſine qua conſuetudo reſtrictiva libertatis induci nequeat. Quoniam, ultra ea quæ pro remotione hujus objecti, in præcedentibus deciſionibus ponderata fuerant: ad quas remiſſivè, & approbativè Domini ſe habuerunt: ſummopere conſiderabiles pro inducenda demonſtratione juris coactivi, ſunt actus geſti de anno 1668., & 1669. in præterito Capituli *ſum. n. 36. & ſeqq.*: cùm ex illis reſultet explicita confeſſio propriæ obligationis Capitulo inſerviendi; ob petitam veniam à Capitulo, & reintegrationem ad officia dimiſſa, & mulctam à Capitulo eidem impoſitam, expreſſa cauſa.. *Per falli commeſſi, e per non voler far la ſervitù, che come Beneficiati gli toccava*.. 4 Ex quibus ſanè verbis præciſa reſultat obligatio officia exercendi: nam aliàs, data qualitate merè facultativa: utique non permiſiſſent Beneficiati mulctam à Capitulo infligi: nec pro reintegratione Capitulo ſupplicaſſent, gratias eidem agendo; ut advertunt *præcedentes deciſiones prima in §. Tertiò quoque, & ſecunda in §. Ultra generalitatem, cum ſeqq.*

Minuſque obſtat, quod inſerviendi onus annexum ſit Capellaniis S. Ermengandii, S. 5 Salvatoris, & S. Crucis: quæ, ſicuti invito conferri nequeunt: ita benè recuſari poſſit onus, eiſdem Capellaniis inhærens: quia, 6 cum officium hujuſmodi Capellanorum à mera Capituli facultate dependeat; quod eligere, ſeu potius deputare conſuevit in illorum ſervitores beneficiatos ſibi benè viſos, cum prompta eorundem acceptatione; eo ipſo, quod deſtinantur ad ſerviendum, & aſſiſtendum Canonicis, qui celebrant in præfatis Capellis, coguntur præfata officia adimplere; ac perindè vel ceſſat ſuppoſita libertas Beneficiatorum non acceptandi dictas Capellanias; itant ea ad neceſſitatem coactivam acceptandi reduci videatur: ut probant *præcedentes deciſiones in §. Secluſo autem; & ſecunda in §. Hac ſufficerent*: vel, in omnem caſum, negari non poteſt, quin hujuſ- 7 modi exceptio, tanquam requirens altiorem indaginem; nequeat interim Capituli manutentionem retardare.

Quò verò ad officium janitoris, obligatio pariter aſſiſtendi oſtio capitularis aulæ, ſatis reſultabat ex deputatione capitulariter facta ab anno 1518. in perſonas duorum Beneficiatorum; cum obligatione continuæ aſſiſtentiæ oſtio Capituli, in actu celebrationis ejuſdem, impoſita mulctâ, pro ſui arbitrio executioni etiam demandata: necnon etiam ex aliis continuatis deputationibus ab anno 1615. uſque ad præſens; & alia anni 1668.; ut *in præcedenti ſummario n.1, & in hodier-* 8 *no num.30.* Ex quo continuato ſervitio per ſpatium tanti temporis, benè probata dicitur præcedens obligatio: cum toties continuata gratia, & voluntas, non præſumatur; ut firmat *ſecunda præcedens deciſio in §. Tertia quoque.*

Eoque

Enque facilliùs, cùm præciſa obligatio di-
ctum ſervitium præſtandi, reſultet ex anti-
quo libro nuncupato *Punctatoriæ Eccleſiæ
Vrgellen.*: in quo expreſsè legitur junctum
onus Capellanis S. Ermengandii, & S. Sal-
vatoris, aſſiſtendi oſtio aulæ capitularis; cum
certa determinata diſtributione, & lucro; ut
9 *in ſummario capitulari num.*4.: cui libro,
utpote in archivio Eccleſiæ repoſito, & in
particulari ſcrinio nuncupato *Appuntato-
ria*; deferendum eſſe, aliàs dixit *Rota in
Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Se-
de vocante*, 24. *Januarii* 1687., *impreſſa
apud Romagner. ad Conſtit. Synod. Gerun-
den. lib.*5. *tit.*13. *cap.*2. *n.*61.

Nil relevante, quod hujuſmodi officium,
parum decens ſit presbiteris beneficiatis:
cùm, ad excluſionem hujus objecti, contra-
10 rium oſtendat univerſalis conſuetudo alia-
rum Eccleſiarum Hiſpaniæ; ut *in ſummario
capitulari n.*5.: in hac materia multum atten-
denda; ut firmavit *Rota coram Royas dec.*
279. *n.*10., *&* *in rec.*266. *n.*4. *p.*15., *& in
Compoſtellana Decimarum* 28. *Junii* 1694.
§. *fin. coram bo. me. Emerix*; *& in Colonien.
Canonicatus* 17. *Junii* 1695. §. *Tantùm au-
tem, coram Rmo D. Decano.*

Ultra prædicta, non levem quoque vim
faciebat generalitas confeſſionis univerſalis
ſervitii, per Beneficiatos præſtandi; deſump-
ta ex dictis actibus anni 1668. & 1669.; ut
ex verbis -- *Per non voler far la ſervitù che*
11 *gli toccova* -- Et ita, ratione cauſæ univer-
ſalis, & inſerviendi obligatione, Beneficia-
tis, tanquam inferioribus, inhærente: poſ-
ſeſſio unius, omnes ſpecies præſervat ſub eo-
dem genere comprehenſas; ut obſervat *Pal-
ma nep. allegat.*37. *n* 15. *&* 16. *tom.*1. *Rota
coram Dunoz jun. dec.*780. *n.*4. *&* 5., *& in
rec. dec.*254. *n.*26. *&* 27. *p.*19.

Et ita, prævia approbatione latius dedu-
ctorum in præcedentibus deciſionibus, etiam
circa methodum & formam electionis; reſo-
lutum fuit, utraque &c.

URGELLEN. SERVITUTIS, SUPER EXPENSIS.

Luna 22. *Junii* 1699.

ARGUMENTUM.

Poſt renunciationem liti, & acceptatam ſen-
tentiam eſt locus taxationi expenſarum;
quamvis pendeat aliud diverſum judicium.
Quæ expenſæ veniant victori refundendæ
declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio terminat litem: adeout faciat
locum taxationi expenſarum.*
2 *Acceptatio habet vim rei judicatæ.*
3 *Expenſæ in judicio adhuc terminato, ſunt
taxandæ, licèt pendeat aliud diverſum.*
4 *Expenſæ voluntariæ regularitèr non ſunt
reficiendæ.*
5 *Neque illæ, quæ ex culpa actoris factæ fue-
runt.*
6 *Commodum ex propria culpa reportari ne-
quit.*
7 *Pro expenſis regeſtri proceſſus favore utriuſ-
que Partis formati, utraque pro dimidio
tenetur.*
8 *Expenſæ judiciales, & vivæ ex ſtylo Rotæ
victori refunduntur.*
9 *Honoraria Advocati, Procuratoris, & Co-
piſtæ, juxta conſuetam taxam refundun-
tur.*

DECISIO C.

Renuentibus Beneficiatis Cathedralis Ec-
cleſiæ Urgellen. exercere officia, ad quæ
in Capitulis Paſchalibus, à Canonicis Præla-
tis eligebantur: in tribunali A. C. mandatum
de manutenendo in quaſi poſſeſſione haben-
di Beneficiatorum aſſiſtentiam in prædictis
officiis, reportarunt: ſed commiſsâ causâ
appellationis huic noſtro tribunali; poſt-
quam ſub die 15. Martii 1697. coram bo. me.
Urſino, reſponſum fuerat -- *Conſtare de bo-
no jure Capituli, quoad officia reſpicientia
officium Chori, & Eccleſiæ, dilata reſolutio-
ne quoad officia aſſiſtendi Canonicis, & Di-
gnitatibus, more prælatitio Miſſam cele-
brantibus, & oſtio aulæ capitularis* -- Idem-
que confirmatum in hac propoſitione habita
die 13. Junii 1698; Beneficiati ſeſe judicio
rotali conformantes, liti, in judicio poſſeſ-
ſorio renunciarunt. Quo tamen non obſtan-
te, Capitulum cauſam, unà cum mandato de
manutenendo, expedire curavit: in cujus
executionem, cùm prætenderent Beneficia-
ti obligationem reſtringi dumtaxat ad eos,
qui fuiſſent electi tempore paſchali: quod
non verificabatur in præſenti: Canonici, de-
claratoriam contra eos obtinuerunt: ſed il-
lius expeditionem prævenientes Beneficiati;
judicialiter, mediante eorum procuratore,
proteſtati fuerant. eſſe promptos exercere
officia: licèt prædicto paſchali tempore ele-
cti non eſſent: dictamque proteſtationem
nedum ratificarunt particulari publico in-
ſtrumento: verùm etiam illam intimarunt
Capitulo; quod attamen expeditionem cenſu-
rarum noluit prætermittere; licèt Benefi-
ciati, actualiter exercerent officia, ad quæ
fuerant electi.

Hinc, terminato judicio poſſeſſorio ma-
nutentionis; cui renunciarunt Beneficiati:
& adhuc pendente altero in petitorio; con-
cernente etiam officia; ſub particulari diſpu-
tatione, in hodierna audientia, inſteterunt
Canonici coram me; ut taxarentur expen-
ſæ; & quidem in ſumma ſcutorum 133. 6 a $\frac{1}{4}$
Ideoque conſulti Domini, an, & in qua
ſumma illæ eſſent taxandæ: eas taxandas
eſſe decreverunt in ſumma inferius expri-
menda.

Etenim poſitâ Beneficiatorum renuncia-
1 tione, cum ſubſequuta paritione; lis quoad
eos dicitur terminata. & locus eſt taxationi
2 expenſarum; cùm dicta acceptatio habeat

vim rei judicatæ : & propterea nulla diffi-
3 cultas eſt, quin expenſæ factæ in judicio jam
terminato; licèt aliud diverſum adhuc pen-
deat indeciſum; veniant reficiendæ : *Rota
coram Coccino dec.848. n.4., & n. rec. dec
214. n.3. p.16.* Quantitas tamen à Capitulo
petita, viſa fuit reformanda; demendo pri-
mo ſcuta 11. pro expeditione mandati, in
prima inſtantia relaxati : quia fuit volunta-
ria; dum, ſtante appellatione interpoſitâ,
illud non poterat executioni demandari; &
4 regulare eſt, hujuſmodi voluntarias expen-
ſas non eſſe reficiendas; *Card de Luca de ju-
diciis diſc.39. n.11. & ſeq., Rota coram Cel-
ſo dec.80. n.12., & in Hortana Caſalis 29.
Maii 1683. §. Neque coram bo. me Urſino*;
5 Minuſque ſunt reficiendæ ſecunda & tertia
pro expenſis factis à Capitulo pro obtinenda
abſolutione à cenſuris : cùm illis ipſummet
Capitulum cauſam dederit, ob ejus contu-
6 maciam in non parendo : aliàs enim ex pro-
pria culpa commodum reportaret; contra
regulam *text. in l. Itaque fallo ff. de furtis.
Et in dec.978. n.16. coram Coccino.*

Quarta tandem pro regeſtro proceſſus, eſt
7 reducenda ad medietatem: quia, ſicut ille fuit
favore utriuſque partis reſpectivè formatus;
ita utraque pars ad refectionem expenſarum,
pro eo conficiendo, tenetur; *Rota coram
Seraph. dec.1012. n.4., Adden. ad Burattum
dec.921. n.23. & 24.*

Reliquas verò expenſas, aſcendentes, junctâ dicta medietate regeſti, ad ſcuta 109.74.
integrè reficiendas eſſe cenſuerunt Domini:
8 cum partim dicantur judiciales, & vivæ, in
regeſtis, citationibus ſportulis, & ſimilibus
conſiſtentes : quæ, ex notorio ſtylo hujus no-
ſtri tribunalis, victori refunduntur; per *text.
in l. properandum §. Sin autem Cod. de judic.,
Rota coram Bich. dec.73. n.1., & in Colo-
nien. matrimonii, ſuper expenſis* 10. *Martii*
9 1698. *coram R.P.D. meo Ulmo* : & partim
extrajudiciales : quas reſpicientes honora-
ria advocati, procuratoris, & copiſtæ, cal-
culatas juxta conſuetam taxam, deberi dixit
*Rota coram Celſo dec.74. n.5., & in dicta
Colonien. ſupra allegata.*

Et ita &c.

FIRMANA PÆDII DELLA PARAPINA.

Lunæ 22. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

1 Identitas bonorum ad obtinendam immiſſio-
nem præſumitur ex eo, quod bona poſſeſſa à
gravato poſita demonſtrantur in eadem con-
trata, ubi poſſedit teſtator. Verùm ſi doceatur de ſubſequentibus acquiſitionibus factis
ab hæredibus gravatis; debet Fideicommiſ-
ſarius identitatem, & poſſeſſionem de tem-
pore mortis teſtatoris verificare ad celebre
conſ.145. Fulgoſ.; vel ſaltem deneganda eſt
immiſſio quoad bona, quæ probantur ab hæ-
rede gravato acquiſita.

Hæc deciſ. eſt confirmatoria deciſ. 40.,
& confirmatur infra deciſ. 136.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio bonorum de tempore obitus ex quibus
probetur.*

2 *Agenti ad immiſſionem incumbit onus per
certas demonſtrationes probandi præciſam
qualitatem ratæ ſub fideicommiſſo cadentis
contradiſtinctam à portionibus liberis gra-
vatorum ad theoricam* Fulgoſ. conſ. 145.

3 *Ab immiſſione generaliter petita, ſpecificè
ſeparanda ſunt bona ab hæredibus grava-
tis acquiſita.*

4 *Bona poſſeſſa ab hærede gravato poſita in eo-
dem loco, ubi poſſedit teſtator, præſumun-
tur teſtatoris : ſed ſi doceatur de acquiſi-
tionibus ſubſequentibus, factis ab hæredi-
bus gravatis, debet fideicommiſſarius iden-
titatem, & poſſeſſionem, de tempore mor-
tis teſtatoris verificare.*

DECISIO CI.

DUplici fundamento impugnabat Adrianus
ſententias rotales in judicatum tranſa-
ctas : quibus conceſſa fuerat immiſſio ad præ-
dium *della Parapina* fratribus de Carellis :
altero, quòd non conſtaret de fideicommiſſo
reciproco lineari Julii Carelli : cujus vigore
fratres agebant : altero, quod, in omnem
caſum, deficeret probatio identitatis; cùm
vel non probarent, dictū prædium fuiſſe poſ-
ſum à fideicommittente; vel, ſtantibus plu-
ribus acquiſitionibus factis per hæredes gra-
vatos in eadem contrata Parapinæ, remane-
ret dubia, & æquivoca probatio identitatis;
ac proindè inſufficiens ad immiſſionem con-
cedendum: ſed, utrâque exceptione rejectâ,
uſque ſub die 1. Junii anni præteriti; reſolu-
tum fuit, conſtare de re judicatâ : conceſſâ
poſtmodùm nòvâ audientiâ, Adrianus ac-
quieſcens firmatis in dicta deciſione, circà
exiſtentiam dicti fideicommiſſi, ejuſque pu-
rificationem : tot, & tanta deduxit, ad ex-
cludendam identitatem prædii; ut, attentâ
jurium confuſione ex multiplicitate proba-
tionum; quæ hinc indè afferebantur : con-
ſultius exiſtimaverit DD., in cauſæ repro-
poſitione habita 9. Februarii proximè præte-
riti, reſolutionem differre, & partibus de-
mandare, ut coram me factum concorda-
rent : quo adimpleto, hodiè reaſſumendo
examen præcedentis reſolutionis, reſpon-
derunt *ſtandum eſſe in deciſis; juxtà modum.*

Quod enim Julius fideicommittens poſſi-
1 deret, de tempore obitus, bona in contrata
Parapina : viſum fuit ſatis probatum ex ipſis
acquiſitionibus factis per fideicommitten-
tem, in eodem loco; ex antiquiſſimis inſtru-
mentis; in quibus idem fideicommittens vo-
catur poſſeſſor bonorum in eadem contrata;
ex partitis cataſtri; & aliis docum cis: plenè
recenſitis in mea præcedenti *deciſione* §. *Quo
jacto; cum duobus ſeqq.*

Abſque

Digitized by Google

Abſque eo, quod obſtaret repetita exceptio, quod acquiſitiones factæ à fideicommittente, ſint in aliis contratis *del Colle, & della Monacella*, omninò diſtinctis, & ſeparatis: quoniam, ultrà probationes recenſitas in præfata *deciſione §. Præmittendo*; deductas ex teſtium depoſitione, atteſtatione Communitatis, atque exactoris collectarum, & ex aliis circumſtantiis; res viſa fuit in præſenti ſatis clara: dùm in ipſa concordatione facti, coram me admiſſum fuit, appellatione Parapinæ venire etiam hujuſmodi denominationes: vel quia ſunt finitimæ, vel quia, ex deſtinatione poſſeſſorum, ſemper reputatæ fuerunt de pertinentiis contratæ *della Parapina*.

Difficultas ſiquidem ſolum redacta fuit ad objectum, quod Matthæus, alter ex prædictis hæredibus gravatis, plura bona in eadem contrata Parapinæ acquiſiverit: undè inferebant ſcribens pro Adriano, quod Ca-
2 rellis ad immiſſionem agentibus, incumbat onus probandi per certas demonſtrationes præciſam qualitatem, & quantitatem ratæ, ſub fideicommiſſò cadentis, contradiſtinctam à portionibus liberis gravatorum; juxtà celebre *Fulgoſii conſil.* 145., & firmatur per *Rotam dec.* 175. *num.* 4. *par.* 6., *dec.* 406. *n.* 6., & 7. *par.* 18., & *dec.* 366. *num.* 14 *par.* 19. *rec.*
3 Vel, quod, in omnem caſum, ab immiſſione generaliter petitâ, ſpecificè ſeparanda, & excipienda eſſent bona à Mattheo, aliiſque hæredibus acquiſita in quantitate librar. 83., ad quas aſcendere ſupponebant valorem bonorum à Matthæo acquiſitorum. Quia verò præterita deciſio genericè reſpondit, quod ſuppoſitæ acquiſitiones probatæ non eſſent; & viceverſa, ex hodiè deductis prò rata librarum 31., & ſolidorum modiolorum 122. relat. in præterito *Summ. Adriani num.* 8. *à litt. B. ad C.*: certa apparuit probatio, nedùm ex catastro; de quo in *dicto Summario*; verùm etiam ab effectivis emptionum inſtrumentis: idcircò DD. convenerunt immiſſionem non alias quam exceptâ hujuſmodi ratâ concedendam eſſe; dilatâ cæteroquin reſolutione, quoad alias libras 44 à dicto Adriano prætenſas; circà quarum retentionem non fuere concordes.

Nec ad evitandam efficaciam acquiſitionum, urgebat reſponſio, quod Julius fideicommit-
4 tens, in contrata *della Parapina* poſſiderit bona aſcendentia ad libras 182.: proindeque cùm prædium, modò poſſeſſum ab Adriano, ſit dumtaxat lib 147., totum pernecesse dici debeat fideicommiſſarium. Siquidem, quoniam in facto non conſtat, quid, & quantum teſtator in rei veritate poſſederit; & cùm è converſo ex inſtrumentis acquiſitionum reſultet; Matthæum, recenſitam quantitatem bonorùm acquiſiviſſe: admitti non potuit ſola juris præſumptio, quod omnia bona proveniant à fideicomittente: ſed fideicommiſſarius tenetur identitatem, ac poſſeſſionem, de tempore mortis teſtatoris, verificare; ut, diſtinguendo caſum a caſu, firmavit *Rota coram Cerro dec.* 248. *nu.* 1., & 2., *coram Celſ. dec.* 108. *num.* 4., *in rec. dec.* 182. *num.* 7. *par.* 12.

Minoris relevantiæ videbatur alterum objectum, quod petia terrarum, à Matthæo acquiſita, poſtmodùm ad inſtantiam creditorum Joannis Franciſci, fuerint deliberata: ideoque illorum prætextu allegari nequeat retentio. Factum enim non aſſiſtit: dum, ſi loquimur de prima deliberatione facta pro ſcut. 100- ad inſtantiam Fabiani; & illa percutit modicas terræ petias in contratis *Rocca Solagna, di Carbone, Piano di Maria, Torricella, e Fonte da Capo*: quæ in deliberatione exprimuntur hæreditariæ Jo: Franciſci debitoris; nec ſitæ ſunt in Parapina: ſi de alia ad inſtantiam Felicis Sinibaldæ: & hæc, licèt inter alia bona, ſita in contratis omninò diverſis; nempè Collis Marchetti, & Borarum; nonnullas etiam comprehendat modicas petias poſitas in Parapina, attamen, iſtarum reſpectu, quantitas eſt tenuiſſima: neque docetur, deliberationem ſequutam fuiſſe in tertia à Matthæo acquiſitis.

Et ita utraque &c.

ROMANA, SEU SARZANEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Ven. 26. *Junii* 1699.

ARGUMENTO

Non indiget hæc deciſio, quod patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ex actis.*
2 *Ratio reddi non poteſt cum libro, in quo non adeſt deſcripta certa quantitas fructuum recollectorum*, & n. 4.
3 *Deſcriptio vini venditi, non probat veram quantitatem vini recollecti.*
5 *Adminiſtrator non reddens legitimam rationem, condemnatur ad reſtitutionem ſummæ debitæ.*
6 *Rota, cum pars nihil opponit, procedit cum eodem calculo aliàs ab ipſa approbato.*

DECISIO CII.

NOn conſtare de legitima, & ſufficienti ratione adminiſtrationis geſtæ per Joannem Franciſcum declaratum fuit per ſententiam rotalem, præviis geminis deciſionibus à R. P. D. meo Priulo latam; Redeunte autem coram me, ſub novo examine in gradu appellationis, cognitione ejuſdem controverſiæ; antequam ſuper juribus præfatæ ſententiæ dubium diſceptandum proponerem, mihi, ad inſtantiam Nicolai, fuit demandatum, ut illi ſuperadderem aliam partem, reſpicientem liquidationem ſummæ, & relaxationem mandati; quamobrem dubium complicatum propoſui: *An ſententia rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda: & in quo, ſeu quibus ſummis, & partitis ſit facienda*

*cienda condemnatio, & relaxandum manda-
tum*. Et quamvis Joannes Franciſcus infor-
mare neglexerit; quia petiit admitti articu-
los ad parandas probationes, ex quarum
defectu plura in præcedenti inſtantia ei bo-
nificata non fuerant; placuit tamen DD.,
non obſtante quod dd. articulos admiſerint,
ad cauſæ reſolutionem procedere; attentâ
admiſſione cum clauſula, *Cum retardatione,
vel ſine*; ideoque reſponderunt, *ſententiam
rotalem eſſe confirmandam; & mandatum
eſſe relaxandum pro partitis; & ſummis
infrà exprimendis*.

Quoad confirmationem ſententiæ, funda-
1 mentum reſolutionis ſtetit in illius validita-
te, quæ reſultabat ex actis, & juſtitia pro-
deunte ex dd. deciſionibus editis coram
R. P. D. meo Priolo; in quibus firmatum
2 fuit, quod, cùm libercuius pro redditione
rationis exhibitus à Joanne Franciſco, plu-
res pateretur defectus: & ſignantèr in eo
non legatur deſcripta quantitas vini recolle-
cti in vinea controverſa; adeout ſemper re-
manſerit incerta fructuum quantitas: nun-
quam dici poteſt reddita ratio, ad *Text. in
leg. ultima §. fin. C. de Adminiſtrat.*, *Bon-
den. collect 26. num. 152. lib. 2.*, *Samin. con-
trov. 24. num. 12., & 13., & in dec. 204. n. 6.
par. 19. rec.*, *& in Aſiſien. Pecuniaria* 16.
Maii 1698. confirmata 4. *Junii ejuſdem
anni §. In nihilo, coram R. P. D. meo An-
ſaldo*.

Non obſtat, quod ibidèm ſit deſcriptum,
quot dolia ejuſdem vini vendita fuerint:
tum quia de majori quantitate conſtat in ali-
quibus annis, ex confeſſione, & epiſtolis Jo:
3 Franciſci: tum quia non poteſt à dicta ven-
ditione inferri ad quantitatem recollectam;
cùm non modica pars potuerit penès eum
remanere; prout effectivè remanſiſſe, & ad
Urbem tranſportaſſe, benè probant præfatæ
deciſiones præcedentis inſtantiæ.

Fortiùs quia, præter defectum adnotatio-
4 nis fructuum concurrit exceſſus quoad ex-
penſas; quæ ſupponuntur factæ pro cultura
vineæ, ſalario vinearoli, manutentione equi,
cæteriſque partitis ſingillatim, & accuratè in
eiſdem deciſionibus, perpenſis: contra, quas
cùm nihil deduceretur à Jo: Franciſco, qui
ſolùm obtulit probationes ex teſtium depo-
ſitionibus faciendas: agnoverunt Domini,
rationem, ex hucuſque deductis, non fuiſſe
ſufficientèr redditam.

Quo verò ad relaxationem mandati: reſo-
lutio ex prædictis promanat: quoniam omnis
5 ratio expoſcit, quod adminiſtrator legiti-
mam non reddens rationem; condemnetur
ad reſtitutionem ſummæ debitæ; & con-
tra eum mandatum relaxetur; *Rota coram
Pamphilio dec. 57. num. 11., & in dec. 332.
num. 3., & ſeqq. par. 10. rec.*

Cumque peritus in ſua relatione conſti-
tuerit debitorem Jo: Franciſcum; compu-
tatis etiam partitis controverſis in ſc. 22253,
92., & è converſo ex partitis crediti per
eum prætenſi in ſcutis 20310, 17. detraxerit,
ob defectum juſtificationis, ſummam ſc. 2666.
75., itaut illas reduxerit ad ſcut. 17643.42.
utique apparuit debitor ille in ſcutis
4610. 50.: pro quibus non dubitarunt Domi-
ni, quin eſſet relaxandum mandatum: quia,
cum ex ſæpè laudatis deciſionibus editis co-
ram R. P. D. meo Priolo, examinatis parti-
tis, tam debiti, quàm crediti, agnitum fue-
rit, non eſſè bonificandas omnes partitas
6 contrapoſitas: hodiè, dum ob contumaciam
illius informare recuſantis, nihil ultrà dedu-
ctum fuit, ex quo poſſet diminui aliqua ſum-
ma, ſive ex quantitate crediti, ſive debiti,
proceſſerunt cum dicto calculo facto à peri-
to; ita modum explicando; ut ſcilicet pro
partitis importantibus exceſſum; & pro aliis
non juſtificatis; de quibus in peritia & in de-
ciſionibus diſcuſſis, & in ſumma ſc. 4610. 50.,
mandatum veniat relaxandum.

Et ita unicâ tantùm parte informante, re-
ſolutum fuit &c.

ROMANA SEU SARZANEN REDDITIONIS RATIONIS SUPER ARTICULIS.

Ven. 26. Junii 1699.

ARGUMENTOUM

In cauſis prophanis quando, & qui articuli, & quomodò veniant admittendi latè examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Articuli relevantes in cauſa prophana admittuntur, etiam ſine fumo.*

2 *Relevantia unius ſuffi it, ut admittantur.*

3 *Articuli ſufficit, ut poſſint ad cauſam conferre, reſervato examine, quoad relevantiam, in ulteriori meritorum diſcuſſione,* & num. 16.

4 *Amplia cum detur fumus materiæ articulatæ.*

5 *Et cum teſtes ſunt examinandi in curia.*

6 *Articuli ſupplentes defectum, quo laborabant probationes factæ, ſunt admittendi,* & num. 15. & 17.

7 *Articuli irrelevantes, improbabiles, & calumnioſi, rejiciuntur etiam in prophanis.*

8 *Item ſi habeant confeſſionem producentis, aliaſque probationes in contrarium.*

9 *Et ſint in gravi numero exhibiti ad protrahendam cauſam.*

10 *Rota ſolet reſecare articulos ad cauſam non facientes.*

11 *Valor melioramentorum, mediante electione peritorum, melius, quam per teſtes probatur.*

12 *Articuli non admittuntur ſuper rebus à perito diſcuſſis, & bonificatis.*

13 *Articuli confuſi, & difficultatem involventes, non admittuntur.*

14 *Dilatio inutilis cùm partis defatigatione non admittitur.*

18 *Articuli, ne cauſæ propoſitio retardetur, admit-*

admittuntur cum clauſula -- cum retarda-
tione, vel ſine.

DECISIO CIII.

A Sententiâ rotali declarante, non conſtare
de legitima, & ſufficienti redditione ratio-
nis adminiſtrationis vineæ, per plures annos
geſtæ à Joanne Franciſco: curavit iſte iterùm
cauſam appellationis mihi committi: & ho-
diè, petitâ dilatione quoad dubium ſuper
confirmatione ſententiæ, & relaxatione
mandati pro certa ſumma: exhibuit in actis
29. articulos; inſtetitque prò illorum admiſ-
ſione. Verùm, ſicuti Domini cenſuerunt,
non eſſe retardandam reſolutionem primi
dubii; ut in altera deciſione; ita, & ſumma
cum æquitate procedentes, reſponderunt,
*admittendos eſſe articulos juxta modum, &
abſque retardatione.*

Quoniam verò plures hinc indè allega-
bantur regulæ paſſim traditæ à DD., & Sac.
Rota in hac materia; pro admiſſione eorum
1 dicebatur, hic agi de cauſa prophana; in
qua faciliimè admittuntur articuli, etiam ſi-
ne fumo, quoties ſunt relevantes; *Rota co-
ram Gregor. dec 903. n 3., & coram Cava-
lerio dec.170. n 1., & in rec. dec 125 n.18.*
2 *p.5. cum ibi allegatis*: itaut ſufficiat rele-
vantia unius dumtaxat ex eis; *Cavalerius
dec.232. n.1., Gregorius dicta dec.903. n 6.,
Burattus dec. 656. n.4., Coccinus dec. 895.
n.5., dec 1117 n.1., dec 1534. n.2.*: inò
3 etiam, quod poſſint quoquemodo ad cauſam
conferre; reſervato examine rigoroſo quoad
relevantiam in ulteriori meritorum diſcuſ-
ſione, poſt factas probationes; *Rota coram
Coccino dec. 1450. num 22., & coram Priolo
dec.425. n.4., & in rec. dec.2. n.5. p.19. cum*
4 *ibi cumulatis.* Præſertim, quando, ut hic,
datur aliquis fumus ex fidibus, ac teſtium
informibus depoſitionibus; *Rota coram ſa.
me. Alexandro VIII. dec.14. n.4., Priolo
dec.284. n.14., & in rec. dec. 1. n.4. p. 11., &
in Romana immiſſionis 27. Junii 1698. §. fin.*
5 *coram me.* Et teſtes ſunt examinandi in Cu-
ria, *Gratian. diſcept 803. n.14., Rota dec.
282. n.12. p.15. rec.* Quas omnes, in præſen-
ti caſu, ad ſui favorem concurrere conaba-
tur ſuadere Jo. Franciſcus: addito ulterius,
quod eſſet de neceſſitate admittenda proba-
6 tio: quia, cùm in præcedenti inſtantia re-
jectæ fuerint probationes, ex ejus liberculo
deductæ, tanquam defectuoſæ: videbantur
admittendi articuli, qui hujuſmodi defectum
ſupplentes, ſecum ferebant cauſæ deciſio-
nem; ut *in Aſculana Beneficii, ſeu Abba-
tiæ 5. Martii 1698. §. Idcirco, coram R. P.
D meo Anſaldo.*

E converſo, ſcribentes contra admiſſio-
nem articulorum contendebant, hic agi,
7 primò de articulis irrelevantibus, improba-
8 bilibus, & calumnioſis: ſecundò de eis, qui
habent contra ſe confeſſiones ejuſdem Jo.
Franciſci, & alias probationes, in actis per
9 ipſum exhibitas: & tertiò de articulis ten-
dentibus ad protrahendam cauſam; & inuti-
libus expenſis gravandi collitigantem: ad
quem effectum, in tanta copia, uſque ad 29.
fuerint exhibiti: quibus extantibus, neque
in prophanis illos eſſe admittendos, ſæpiſſi-
mè in noſtro tribunali firmatum fuit: ut de
primis *Rota coram Gregor. dec.184. n.3. &
4., coram Alexandro VIII. dec.45. n.8. &
51., coram Priolo dec.194. n.2., & in Roma-
na pecuniaria ſuper articulis 21. Junii 1694.
& 31. Januarii 1695., coram R. P. D. meo
Muto*: & de ſecundis, *Rota dec.13. nu. 13.
p.10., & dec.280. nu.7. p.19. rec., & coram
Cerro dec.566. n.18.*, & de reliquis, *Rota
dec.653. n.6. p.18. rec.*: & *in Neritonen. im-
miſſionis ſuper remiſſoria 4. Julii 1698. §. Mo-
tiva coram R. P. D. meo Caprara.*

Hinc Domini, illorum relevantiâ, & qua-
10 litate benè perpensâ, pluribus ex illis re-
ſecatis, & tanquam ad cauſam non facienti-
bus, rejectis, ſolùm aliquos ex eis admitten-
dos eſſe cenſuerunt, tanquam ad legitimam
cauſæ defenſionem conferentes.

Rejecerunt itaque irrelevantes; quales
profectò viſi ſunt illi, quos altera pars non
controvertit: prout ſunt 3. & 4., in quibus
articulatur conſectio muri, eiuſque elevatio:
13. & 14., reſpicientes griptam, & ſtabu-
lum: 15. circa excallationem canneti; cum
altera pars optimè hæc omnia admittat: ſo-
laque difficultas reducatur ad quantitatem
expenſarum, quæ non fuit articulata; itaut
Jo. Franciſcus abundaverit in ſuperfluis, &
11 defecerit in neceſſariis; & poterit, median-
te electione peritorum, meliùs quàm per te-
ſtes, valorem melioramentorum probare;
*Rota dec.307. n.7. p.16., & dec.378. n.8. p.19.
rec.*

Ejuſdem qualitatis ſunt quintum, cum qua-
tuor ſequentibus 10. 12. 16. & 18; reſpicien-
tes modum laboreriorum, plantationum ar-
borum, roſarum, & propaginum; circa
quas nec erat controverſia inter partes: & à
12 peritis fuerunt omnia optimè diſcuſſa, &
bonificata; ut ponderatum fuit *in deciſioni-
bus editis coram R. P. D. meo Priolo in præ-
cedenti inſtantia, 14 Aprilis §. Exceperit,
& 27. Novembris 1698. §. Alter*: maximè,
13 quia in hac parte, articuli ſunt adeo confu-
ſi, & tantam difficultatem involuerunt; ut
ex eorum lectura facilè fuerit deprehende-
re, non poſſe ex eis aliquid aliud deduci,
14 quàm inutilis dilatio, cum partis defatiga-
tione; quod permitti non debet *ex ſupra al-
legatis.*

Improbabiles itidem viſi fuerunt 1s. 2. 17.
15 20. 22. 27 cum duobus ſequentibus: cùm
habeant contra ſe probationes deſumptas ex
confeſſionibus ipſiuſmet Joannis Franciſci;
tum in adnotationibus per ipſum factis in
ejus liberculo; tum ex epiſtolis; tum ex pu-
blicis inſtrumentis; ut ſupra animadverſum
fuit.

Quibus ita rejectis, & reſecatis: viſum
16 eſt Dominis poſſe cæteros admitti: cum vi-
deantur aliquo modo ad cauſam conferre.
In illis enim articulantur ſpecialia laboreria;
quæ

quæ non fuerunt à peritis examinata; quantitas ſalarii vinearolo promiſſa; & vini, non ſolùm ſingulis annis recollecti; ſed etiam empti, ad effectum tranſportandi ad Urbem; ac etiam neceſſitas conducendi domum, pro
17 vinearolo. Quò enim ad iſtos, cùm tendant ad oſtendendam ſufficientem redditionem rationis adminiſtrationis, per dictum Joannem Franciſcum geſtæ; & ſupplendum probationes, quæ in præteritis viſæ fuerunt irrelevantes, necnon purgent partitas ab oppoſito exceſſu: verificari viſæ fuerunt regulæ adductæ pro admiſſione articulorum: pro qua, in hunc modum Domini annuerunt.

Verùm, ne Jo. Franciſcus diù immorando
18 in probationibus faciendis, retardet cauſæ propoſitionem; eidem articulos, non niſi cum clauſula *Cum retardatione, vel ſine*, admittere cenſuerunt. Utraque &c.

PERUSINA HÆREDITATIS.

Mercurii prima Julii 1699.

ARGUMENTUM

Hæredibus fideicommiſſariis non licet cogere primum hæredem ad reddendam rationem de fructibus hæreditatis, in caſu ſcientiæ, aut inſurgentiæ creditorum, ſed ſiquidem creditoribus ipſis. Hæredi non competit retentio ex ſuo credito illiquido: vel nequit ſuo credito uti ad impediendam ſubhaſtationem ad effectum deponendi, & conſignandi cui de jure.

Hæc Deciſio eſt confirmatoria ſuperioris in ordine 52.

SUMMARIUM.

1 *Hæredi beneficiato, reddita ratione de bonis hæreditariis, illæſa remaneant jura detrahendi quæcumque ſua credita.*

2 *Exceptio cogendi hæredem ad reddendam rationem de fructibus, in caſu ſcientiæ, aut ſit urgentiæ creditorum, competit ſolis creditoribus, non hæredibus fideicommiſſariis.*

3 *Hæres in præjudicium fideicommiſſariorum facit fructus ſuos.*

4 *Occupans bona fideicommiſſaria, ſine inventario, de illis rationem reddere tenetur.*

5 *Creditum, ex fructibus perceptis, vel præſumitur ſatisfactum, vel ſit illiquidum.*

6 *Hæres fideicommiſſarius ſciens adeſſe creditores, a quibus moleſtatur, tenetur fructus hæreditarios in propria credita imputare.*

7 *Creditum effectum illiquidum, nequit ad retentionem allegari.*

8 *Hæres ex ſuo credito non poteſt impedire ſubhaſtationem bonorum hæreditariorum ad effectum deponendi, & conſignandi, cui de jure cum in judicio conſignationis comparere poteſt.*

DECISIO CIV.

Auditis hodie fratribus de Rocchis, ſuper viribus deciſionis editæ coram me die 27 Junii anni præteriti: cum nihil relevans deductum fuerit, non dubitarunt Domini *in deciſis* perſiſtere.

Poſito enim, (ut non controvertebatur,) quod Gratianus, ex cujus juribus hodiè agunt illius creditores; perſoluerit de proprio ſcut. 1700. debita à fideicommittente; viſum fuit, non obſtare illiquiditatem crediti deductam ex mobilibus, pecuniis, & argentis fideicommiſſariis; de quibus rationem non reddidit: & quæ ex inventario probantur aſcendere ad ſcuta 996.: necnon ex fructibus bonorum fideicommiſſariorum; quos, ſtante ſcientiâ creditorum, deſumptâ ex eorum deſcriptione in inventario; ſuos facere non potuerit. Quoniam, cùm ex *Sum. creditorum nu. primo*, plenè probetur, valorem mobilium, aliorumque bonorum, fuiſſe erogatum in celebrationem Miſſarum, medelis prò ultima infirmitate, ac veſtibus lugubribus prò tota familia; necnon pro modicâ impensâ funeris; juxta præceptum te-
1 ſtatoris expleti: ſtatim proindè dicitur reddita ratio ab hærede; cui præſervata, & illæſa remanſerunt Iura deducendi quæcunque ſua credita; *dec. 82. n. 2., & 3. part. 14., & dec. 313. num. 4. part. 14., & dec. 202. n. 1. part. 19. rec., & in Romana dotis 4. Julii 1696. §. Neque, coram R.P.D. meo Pio.*

Abſque eo quod ſit ulteriùs reddenda etiam ratio de fructibus perceptis ex bonis fideicommiſſariis, Omiſſo enim, an ſola ſcientia creditorum, ad hunc effectum ſufficiat, vel ulteriùs requiratur eorum urgen-
2 tia: placuit Dominis reſponſio, quod hujuſmodi exceptio, eſſet dumtaxat allegabilis à creditoribus; quorum intererat cogere hæredem in mala fide conſtitutum; non autem ab hæredibus fideicommiſſariis; quales ſe prætendunt fratres de Rocchis; in quorum
3 præjudicium, nulli dubium eſt, quin hæres poſſit facere fructus ſuos; *Peregrinus de fideicom. art. 10. num. 5, Celſus deciſ. prima num. 12., & in Tudertina fideicommiſſi 26. Junii 1662. § Quoad fructus, coram bo. me. Albergato*; & aliis congeſtis, in hac cauſa dictum fuit *dec. 254. num. 22. part. 16. rec.*

Quinimò cum iſti, poſt obitum Gratiani, omnia bona occupaverint, nullo confe-
4 cto inventario; ſi in aliquo Gratianus conſtitueretur debitor fideicommiſſi; contrà illos retorqueretur obligatio rationem reddendi de bonis fideicommiſſariis; & eorum fructus reſtituendi.

Minùs relevat, quod ſaltem eiſdem fratribus de Rocchis competat retentio pro credito anteriori dotis uxoris fideicommittentis, in quantitate ſcutorum 1500., & ſocietatis officii ſcut. 200. Dos enim prò rata ſcut. 1000. ſatisfacta remanſit, mediante deliberatione unius prædii fideicommiſſarii;
5 *Summ. Credit. num. 2.*: reſiduum verò, vel ſatisfactum, vel ſaltem effectum fuit illiquidum

dum ex fructibus, quos ipſi perceperunt à tempore motæ litis, de anno 1665. uſque in præſens: cùm mirificè contrà eos retorquea-
6 tur objectum, quod, dùm habuerunt ſcientiam creditorum, & ab eis moleſtati fuerunt: tenebantur fructus in propria credita imputare; *Conciolus de Hæred. art.3. num.79*, *Rota coram Bichio dec.60. num.primo, & in*
7 *rec. dec.84. num.30. part.* 18. Ideoque, attentâ dicta illiquidatione, nequeunt ad retentinnem allegari; *Rota in Cavallicen. Hæreditatis* 13. *Januarii* 1681. §. *finali*; confirmata 20. *Febr.* 1682. §. *Concurrit*, *coram bo. me. Urſino, & in Romana Fideicommiſſi de Avila prima Julii* 1695. §. *Poſitâ autem*, *coram R. P. D. meo Caprara*.

Ultra quod, quælibet difficultas ceſsare viſa fuit ex eo, quod hic agitur de exequutione mandati, relaxati ad effectum deponendi pretium retrahendum ex bonis ſubhaſtandis; & reſpectivè conſignandis cui de
8 jure: & ideò, quatenùs fratribus de Rocchis aliquod jus pro eorum creditis competere valeat: poterunt in judicio conſignationis comparere: interim verò nequeunt illorum ſubhaſtationem, & deliberationem impedire.

Et ita &c.

CALAGURITANA QUARTI BENEFITII SUPER ARTICULIS.

Mercurii prima Julii 1699.

ARGUMENTUM.

In beneficialibus articuli conferentes ad cauſę victoriam admittuntur cum clauſula *appoſito ſequeſtro, & facta obligatione de ſtando unicæ* --

In hac cauſa adſunt dec. 24. 74. 112. & 150.

SUMMARIUM.

1 *Articuli conferentes ad cauſę victoriam, etiam in beneficialibus ſunt admittendi.*

2 *Præſertim ſi ex teſtium depoſitionibus comprobentur.*

3 *Depoſitiones teſtium informes modicam fidem merentur.*

4 *Depoſitiones teſtium informes præbent fumum, ad hoc, ut concedi valeat remiſſoria, ad effectum probandi materiam articulatam.*

5 *Articuli in beneficialibus de ſtylo Rotæ admittuntur cum clauſula* -- appoſito ſequeſtro, & facta obligatione de ſtando unicæ.

DECISIO CV.

Deciſum fuerat coram me, ſub die 2. Decembris 1697.; beneficium vacans in Eccleſia Parochiali de Villaslada Calaguritanæ Diœceſis, adjudicandum eſse Martino Gonzalez. Verùm, quia revocatoria ſubindè prodiit deciſio favore Franciſci Martinez, in Audientia diei 16. Februarii præteriti: idcircò præfatus Gonzalez dictum beneficium, tanquam digniori ſibi debitum fuiſse, contendens; ut mediante ſuorum meritorum præcellentia facilius confirmationem prioris deciſionis conſequeretur: exhibuit ad hunc effectum articulos; quos Domini hodie, ſuſpenſa reſolutione alterius dubii principalis, reſponderunt: *admittendos eſſe, appoſito ſequeſtro, & facta obligatione de ſtando unicæ*.

Conſtitit enim de articulorum relevantia, ex quo nonnulli ex eis reſpiciunt probationem, quod Gonzalez ſit dignior Franciſco, & majoribus qualitatibus præpolleat. Tum quia per plures annos, ſacræ Theologiæ ſtudio operam dederit; & in utroque jure lauream doctoralem reportaverit; tum etiam, quia extrema preſſus paupertate Eccleſiæ, in qua controverſum beneficium vacat; longo tempore inſervierit. Cæteri verò tendunt ad oſtendendam minorem qualificationem Franciſci Martinez oppoſitoris: qui propter malam corporis habitudinem, impotens prorſus ſit ad aſſumendum regimen, & exercitium Parochialis Eccleſiæ, aliàs ab eo dimiſsæ: quodque bonis patrimonialibus affluens, geminis Capellaniis fruatur; & ſit proviſus de beneficio annui redditus ſcut. 300. Quæ omnia, cùm plurimum conferre poſſint ad cauſæ victoriam: conſequens eſt,
1 quod articuli, etiam in beneficialibus, veniant admittendi; ex firmatis *coram Pamphilio dec* 435., *& coram Ubago dec.*69., *& in rec. dec.*252. *p.*15. *in omnibus n.*1., *& in Romana prætenſæ filiationis ſuper articulis* 17. *Maii* 1697. §. *primo & ſeqq.*, *coram R. P. D. meo Muto.*

Præſertim quia omnia ſuperiùs in articu-
2 lis contenta, comprobata fuerunt ex depoſitionibus plurium teſtium: quorum dicta, li-
3 cèt modicam fidem mereantur, tanquam informia; ut prænotavit *deciſio in hac cauſa edita ſub die* 16. *Februarii præteriti* § *fin.*
4 Attamen ſufficientem præbent fumum ad hoc, ut concedi valeat remiſſoria, ad effectum probandi materiam articulatam; *Rota coram ſa. me. Alex. VIII. dec.*14. *n.*4., *coram Priolo dec.*284. *n.*14., *& in rec. dec.*1. *n.*4. *p.*11., *& in Romana immiſſionis* 27. *Junii* 1698. § *fin. coram me.*

Quod autem articuli admittendi ſint cum clauſula -- *Appoſito ſequeſtro; & facta*
5 *obligatione de ſtando unicæ*: ſuadet inconcuſſus ſtylus hujus noſtri tribunalis in cauſis beneficialibus; ut de ſequeſtro firmavit *Rota coram Coccino dec.*1847. *n.*13., *& dec.*2159. *n.*9. *&* 10., *& in dec.*919. *par.*3. *diverſ.*, & de obligatione de ſtando unicæ, *coram Pamphilio dec.*252. *n.*13, *& coram Coccino dec.* 2159. *n* 6., *& dec.*227. *n.*16. *p.*12. *rec.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS, ſUPER CAUTELA ANGELI.

Mercurii 1. Julii 1699.

ARGUMENTO

Non indiget, quia habes in Summario.
Adſunt in hac cauſa ſuperior dec. 63.
& inferior 160.

SUMMARIUM.

1 *Uxor ob aſſecurationem dotis, probare tenetur vergentiam viri ad inopiam, & quod non alia bona ſuperſint, ex quibus dotis aſſecurationem conſequi valeat.*

Vergentia viri ad inopiam debet probari, & per ſententiam declarari ante petitionem aſſecurationis dotis.

3 *Et dicitur probata per ſententiam Judicis declarantis.*

4 *Vergentia viri ad inopiam excluditur me d aute probatione ſuperexiſtentiæ bonorum ejuſdem, deductis debitis.*

5 *Teſtes deponentes de poſſesſione validam probationem conſtituunt.*

6 *Uxor, quæ poteſt eſſe cauta de ſua dote ſuper aliis bonis, non poteſt creditori viri deliberationem impedire.*

DECISIO CVI.

ELiſabeth Butia, poſtquam mandatum relaxati obtinuerat pro ſumma ſcutorum 725. à bo. me. Urſino, illud exequi fecit ſuper apotheca ad uſum cupidinarii, & manſionibus ſuperioribus domus, ſpectantibus ad Paulum Pinum debitorem; & dum præfatorum bonorum deliberationi incumbebat, comparuit Anna Maria Marina, debitoris uxor, petendo aſſecurationem propriæ dotis ſcut 2000. Quapropter coram me, in locum defuncti Auditoris ſuffecto; diſputatum fuit; *An ſit procedendum ad ulteriora in deliberatione bonorum.* Et *affirmativa* prodiit reſolutio.

Mulier enim agens ad aſſecurationem do-
1 tis, probare tenetur vergentiam viri ad ino-
piam; quodque alia bona non ſuperſint, ex
quibus dotem conſequi valeat; *Rota coram
Dunozetto jun. dec. 267. n. 12., Buratt.
dec 889. n.5., Coccin. dec. 2232. n. 8., Pamphil. dec. 113. n.3.*

In præſenti autem, licèt de credito dotis
non dubitaretur; neutra ex prædictis circumſtantiis verificari viſa fuit: quia ſcilicet
nullibi conſtat Paulum virum ad inopiam
2 vergere; cùm tamen, ad hunc effectum, debeat non ſolum probatio præcedere; ſed
3 etiam per ſententiam declarari; ut in ſpecie
*Rota coram Coccino dicta dec. 2232. n. 10 &
11.* Minuſque doctum fuit de inſufficientia
4 bonorum: quinimò contrarium probatum
extitit; dum ſuperſunt tam alia quota prædictæ domus; ut conſtat ex locationibus factis
per dictum Paulum; de quibus *in ſum. reſponſionis Eliſabeth. n. 2. cum duobus ſeqq.*:
quàm vinea, & plura alia ſtabilia ingentis valoris in Terra Mareni, & in Oppido Montis
5 Leonis; ut ex depoſitionibus teſtium; qui validam probationem ad hunc effectum conſtituunt; *Poſth. de manut. obſerv. 26. n. 2. Rota
poſt eum, dec. 444. n. 7.*

Quamobrem, cùm Anna Maria poſſit eſſe
6 cauta pro ſua dote ſuper prædictis bonis:
nequit modò deliberationem apothecæ, &
manſionum, de quibus agitur, impedire; nec
ſuper illis ullam actionem exercere; *ex allegatis.*

Et ita, utraque &c.

FULGINATEN. ALIMENTORUM.

Mercurii 1. Julii 1699.

ARGUMENTUM.

Alimenta præſtanda filiabus ab hæreditate patris, Judex decernere poteſt in ſumma ſibi benevisa, & habito reſpectu ad qualitatem perſonarum. & regionis, & quantitatem dotis. Et ſi ſint pauperea, Judex arbitrari poteſt ne pro earum aſſignatione acceptent ſtabilia.

SUMMARIUM.

1 *Sumptus litis non ſubminiſtrari debent, niſi copulativè concurrant paupertas, & boni juris præſumptio.*

2 *Præſumptionem boni juris excludit ſententia lata in contrarium.*

3 *Alimenta filiabus debentur ab hæreditate patris; donec cedat dies ſolutionis dotis.*

4 *Maximè ſi pater in teſtamento juſſerat ali, donec matrimonio copulentur.*

5 *Judex etiam non benè informatus de ſtatu hæreditatis paternæ, aliquam ſummam ſibi benè viſam valet decernere pro alimentorum ſubminiſtratione.*

6 *Alimentorum quantitas commenſuratur habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, & regionis conſuetudinem.*

7 *Et etiam ad quantitatem dotis à patre ipſis filiabus relictam.*

8 *Stabilia parere ſolent fructus juxta taxam legalem, de qua remiſſivè.*

9 *Alimenta, ſoror ſumere non tenetur in domo fratris: quando inter eos vertunt lites.*

10 *Puellæ pauperes alio auxilio deſtitutæ, pro perceptione alimentorum, cogi non poſſunt acceptare certa ſtabilia: ſed illa poteſt Judex in quantitate decernere: licèt dos in ſpecie illis fuerit legata.*

DECISIO CVII.

NOn acquieſcentibus Julia Lucia, Anna ſororibus de Bernabò, judicio paterno Vincentii; qui illis in teſtamento, jure inſtitutionis, & titulo dotis, reliquerat certum, & deſignatum prædium, ab ipſo valutatum in ſcutis 6000.; æqualiter inter ipſas dividendum: additâ obligatione hæredibus, interim præſtandi alimenta in propria domo; reportarunt

tarſint à Sanctiſſimo Domino noſtro commiſ-
ſionem directam A. C., de voto DD. Loca-
tenentium, ſuper aſſignatione congruæ do-
tis, ſeu illius ſupplementi, cum clauſula *Ap-
pellatione remotâ.* Sed quia contrariam paſſæ
fuerunt ſententiam: alteram obtinuerunt ſi-
gnati commiſſionem, mihi directam, reſti-
tutionis in integrum; cum facultate ſubmini-
ſtrandi alimenta, & ſumptus litis. Quaprop-
ter hodie propoſui dubium -- *An, & pro
qua ſumma debeantur alimenta, & ſumptus
litis:* Et Domini reſponderunt: *Sumptus li-
tis non deberi;* & *interim, per modum provi-
ſionis, ſubminiſtrentur ſcuta* 100. *annua pro
qualibet.*

Fundamentum reſolutionis quoad denega
1 tionem ſumptuum litis, ſtetit in eo, quod, ad-
effectum ut ſit locus illorum ſubminiſtratio-
ni, copulativè requiruntur paupertas, &
boni juris præſumptio; *Rota coram Sera-
phino dec.* 1098. *nu.* 1., *Pamphil. dec.* 239.
*n.*2., *in rec. dec.*50. *n.*1. *par.*9., & *dec.* 154.
*n.*1. *par.*15., & *in Baren. concurſus* 30 *Mar-
tii* 1699. §. *Quibus coram R.P.D. meo Tre-
moille* In præſenti autem, licèt paupertas
2 concurrat: tamen deficit bonum jus: dum ſo-
rores habent contra ſe ſententiam latam in
tribunali A.C.

Quò verò ad alimenta, illa eſſe interim
ſubminiſtranda viſum fuit ex eo, quod de-
3 bentur filiabus ab hærede patris; donec ce-
dat dies ſolutionis dotis; ad *text. in l. pe-
nult.*, ubi *Bartol. ff. de liber agnoſc.*, *Surd. de
alim. tit.*1. *q.*105. *n.*2.; & aliis pluribus addu-
ctis firmatum fuit *in Romana dotis ſuper ali-
mentis* 19. *Aprilis* 1697. §. *principio cor. me*;
4 maximè quia pater in ejus teſtamento, illa
ſubminiſtrari mandavit; donec matrimonio
copularentur: itaut, præter juris diſpoſitio-
nem, concurrat etiam expreſſa teſtatoris vo-
luntas; ut ad rem obſervat *Rota dec.*442. *n.*5.
*par.*14., & *dec.*256. *n.*7. *par.*15. *rec.*

Quantitatem autem in annuis ſcutis 100.
pro qualibet, decreverunt per modum pro-
5 viſionis: cùm Judex, etiam non bene infor-
matus de ſtatu hæreditatis, aliquam ſum-
mam ſibi beneviſam valeat decernere; *Ma-
reſcottus Var. reſolut. lib.*2 *cap.*83. *n.*12.,
*Rota dec.*599. *p.*4 *tom.*3., & *dec.*256. *n.*17.
6 *p.*15. *rec.*: & in præſenti, æqua, & rationa-
bilis viſa fuit dicta quantitas, habito reſpe-
ctu ad qualitatem perſonarum, ac regionis
conſuetudinem, ſplendorem, & civilitatem re-
quirente; per *text. in l. jus alimentorum, ff.
ubi pupillus educari debeat: & in l. Cum plu-
ries* §. *fin. ff. de adminiſtr. tutor.*, *Rota*
7 *dec.*297. *n* 4. *p.*17. *rec.*: ponderando etiam
quantitatem dotis ſcut: 2000. pro qualibet, à
teſtatore legatæ in tot bonis ſtabilibus: quæ
veriſimiliter hanc fructuum quantitatem pa-
8 rere ſolet,, juxta taxam legalem, de qua
*Gloſſa in authentic. Perpetua Cod. de ſa-
croſanct. Eccleſ. Rota coram Pentinger. dec*
33. *n.*2., & *dec.*50. *n.*1., & *paſſim alibi.*

Nec placuit DD attendere oblationem
fratris, vel præſtandi alimenta, in propria
domo, vel aſſignandi aliquod prædium in
quantitate ſcut. 6000,, juxta dotis quantita-
tem, in teſtamento, à patre relictam. Nam,
9 quad primam, vigente lite, tam ſuper aſſi-
gnatione dotis, quàm ſuper alimentis; non
poſſunt cogi ſorores illa recipere in domo
patris; ſed jure petere poſſunt extra do-
mum, & menſam alere debentis; *Rota dec.*
166. *n.*13. *cum ſeqq. p.*12. *dec.*241. *n* 19. &
ſeqq., & *dec.*320. *n.*5. *p.*19. *rec.* Quò verò ad
10 ſecundam, exiſtimarunt DD., quod paupe-
res puellæ, alio quocumque auxilio deſtitu-
tæ, in perceptione alimentorum, pendère
non debeant ab incerto, redditu ſtabilium:
adeout, ex hac juſta cauſa, poſſit Judex illa
in quantitate decernere; ut, non attento le-
gato facto, in ſpecialibus aliàs reſpondit *Ro-
ta dec* 41. *n.*21. *p.*16. *rec.*, & *coram Ubaldo
dec.*392. *num.*30.

Et ita, utraque &c.

ASCULANA PENSIONIS.

Veneris 20. *Novembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Penſionarius habens quaſi poſſeſſionem, probare non tenetur remanere congruam pro Parocho in judicio manutentionis. Neque in eodem judicio ſuffragatur titulari dimiſſio ſpontanea fructuum ad penſionarii commodum, ſalva congrua pro ſeipſo.

Confirmatur dec. 126.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione non poteſt denegari.*

2 *Penſionarius probare tenetur quod* 100. *remaneant pro rectore in beneficio curato*

3 *Declara procedere in judicio exequutionis litterarum: ſecus in judicio manutentionis.*

4 *Penſionarius non tenetur verificare ſupereſſe centum pro Parocho, cùm penſio fuit ſimpliciter, & ſine ulla conditione reſervata.*

5 *Titulari non admittitur dimiſſio ſpontanea fructuum ad commodum penſionarii, ſalva congrua, ad retardandam manutentionem.*

6 *Amplia ſi titularis obligatione camerali ſe obſtrinxerit ad penſionis ſolutionem.*

DECISIO CVIII.

PEnſionem annuam ſcutorum 50, ſuper fructibus certis, & incertis parochialium unitarum Villæ S. Laurentii Afflaviani Terræ Amatricis Aſculanæ Diœceſis, à ſa. me. Clemente X., uſque ab anno 1673., reſervatam favore R.P.D. Venantii Benigni ejus familiaris; Parochus eodem tempore proviſus, donec vixit, abſque contradictione, perſolvit. Eoque defuncto, anno 1685., Abbas Alphonſus, in beneficio ſucceſſor ſolutionem, ſub camerali obligatione, promiſit: eamque poſtea, iteratis vicibus adimplevit. Quia verò nuper, ſub prætextu inſufficientiæ reddituum, dimiſſis fructibus ad commodum penſionarii,

ſionarii, cum reſervatione tamen congruæ ſibi debitæ, juxta conciliarem diſpoſitionem, ſe à ſuſcepta obligatione omnino exemptum contendebat: idcircò penſionarius judicium manutentionis in quaſi poſſeſſione dictam penſionem exigendi inſtituit coram A. C., à quo rejectus per ſententiam declarantem, quod ex fructibus dictarum Eccleſiarum, poſt dimiſſionem decurſis, ac in futurum decurrendis, primo loco detrahenda forent annua ſcuta 100., pro congrua favore titularis; reſiduum verò, ſi quid ſupereſſet, deductis expenſis, ad Eccleſiarum cultum neceſſariis, eidem penſionario conſignaretur: proindè in gradu appellationis, mihi commiſſæ, diſceptandum propoſuit dubium-- *An ſit danda manutentio: vel potiùs ſit aſſignanda congrua*: & Domini manutentionem dandam eſſe reſponderunt.

Docuit enim penſionarius de quaſi poſſeſ-
1 ſione, ferè uſque ad annum 1697. tam ex ſolutionibus ſponte factis ab ipſo Abbate Alphonſo; ut *in ſum. n.3.*, quàm coactè vigore mandati A.C. *n.4.*: adeout manutentio nullatenus poſſet denegari *Vulgato §. Retinendæ inſtit. de interdict., Rota coram Priolo dec 443. n 1.*, & *in Alerien. penſionis 6. Junii 1698, §. Quod enim, coram R.P.D. meo Muto.*

Nec ad illam retardandam urgebat obje-
2 ctum, quod, cùm verſemur in beneficio curato, penſionarius probare teneretur, quod
3 centum remaneant pro rectore. Quid quid enim dici poſſet ſi verſaremur in judicio exequutionis litterarum: hoc unum certum eſt, quod in judicio manutentionis, ſat eſt penſionario, abſque onere alterius probationis, quaſi poſſeſſionem duntaxat verificare; *Barboſa de offic. & poteſt. Paroch. p.3. cap.29. num.16.*, *Adden ad Burattum dec. 261. n.17.*, *Rota coram Mantica dec.196.n.2. & in rec. dec.547. n.4.p.1.*

Certiùs autem in præſenti, ex quo penſio reſervata non fuit conditionaliter, nempe
4 cum ſolita clauſula -- *Dummodo remaneant centum pro Rectore*: ſed purè, ac ſimpliciter, cum clauſulis ampliſſimis; ac proindè gravari non debet onere verificandi conditionem, in litteris ſuæ reſervationis minimè appoſitam; ut diſtinguendo probat *Barboſa, ubi ſupra n.16. in fin. verſ. Hoc tamen, Panimoll. dec.136. n.22 verſ. Intellige, Tondutus de penſion. cap.14. ſub n. 31., Adden. ad Gregor. dec.57. n 12., Rota apud Poſth. de manut. dec. 309. n 2., & coram Dunozett. jun. dec. 161. ante n.3. verſ. Et propterea, in rec. dec. 294. n.14. p.18.*

Minùs obſtare viſa fuit ſpontanea dimiſſio fructuum ad commodum penſionarii, ſalvâ congruâ favore titularis. Ea namque non ad-
5 mittitur in judicio poſſeſſorio, ad retardandum manutentionis effectum; *Barboſa Vot. deciſiv. lib.3. vot.108 n.19., Rota apud Poſth. de manut dec.163. n.6., coram Merlino dec. 899. n.2. & 3., coram Roxas dicta dec.240. ſub. n.8. verſ. Dimiſſio autem, & coram Za-*
6 *rat.dec.117. n.8. & 9.* Et multò minùs, quando, prout hic, titularis, ſub camerali obligatione, ſe ad ſolutionem adſtrinxit; ut in terminis reſpondit *Rota in Terracinen. penſionis 23. Junii 1698. §. final. coram R. P. D. meo Muto.*

Et ita penſionario duntaxat informante, titulari verò diù expectato, reſponſum fuit &c.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 20. Novembris 1699.

ARGUMENTUM.

Poſt lapſum fatalium, etiam ſi obtineatur prorogatio termini; acta in eodem tranſportata non tollunt, quin ſententia lapſa fuerit in rem judicatam: ſed de ſtylo curiæ obtinenda eſt commiſſio reſtitutionis in integrum. In reliquis argumentum habes ſupra deciſ.97., quæ confirmatur.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 97.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata non adeſt, quoties acta tranſportata fuerunt intra terminum prorogatum.*
2 *Prorogatio termini obtenta poſt lapſum fatalium, non poteſt infringere rem judicatam ex eorum lapſu exortam.*
3 *Tranſportatio actorum in termino prorogato, quando prorogatio fuit petita ante lapſum fatalium; quid operetur remiſſivè.*
4 *Commiſſio reſtitutionis in integrum obtineri ſolet poſt lapſum fatalium.*
5 *Reſtitutio in integrum non conceditur adverſus val dam, & juſtam ſententiam.*
6 *Excluſio magis dilectorum, ne obtineant primogenituram, & fideicommiſſum inſimul; inducit probationem excluſionis minus dilectorum.*
7 *In clara diſpoſitione opus non eſt conjecturis.*
8 *Teſtator quando, quod voluit expreſſit, id quod non expreſſit, noluiſſe cenſendum eſt.*

DECISIO CIX.

Ex iiſdem fundamentis, quibus in audientia 17. Junii labentis anni, reſponſum fuit, ſententiam ab A.C. latam favore Dominici Mariæ, & aliorum fratrum de Conventatis, tranſiiſſe in judicatum: Domini hodie, dictis fratribus duntaxat informantibus, cenſuerunt, *ſtandum eſſe in deciſis.*

Licèt enim Thomas, aliique colitigantes, ad obtinendam novam audientiam, plura cumulaſſent contra deciſionem, dicta die coram me editam: omnia tamen ex reſponſionibus in illa deductis, ſubmoveri videbantur. Et ſanè, ſublata erat exceptio, quod
1 præfata ſententia tranſire non potuerit in judicatum; & quia poſt diſſolutum concordiæ tractatum, præcedenter aſſumptum, acta fuiſſent tranſportata intra terminum proroga-
tum;

tam: juxta *dec.226. n.1. coram Cerro, & in
rec. dec.593. n.1. & 2. p.18.* Ultra quod enim
de tractatu concordiæ nulla fuit exhibita
juſtificatio; adhuc dum appellatio à ſenten-
tia fuit interpoſita die 18. Octobris 1696.:
2 & prorogatio termini ad tranſportandum
acts fuit ſolùm petita, & obtenta ſub die 12.
Februarii labentis anni 1699.; & ſic, longè
poſt integrum biennium, ea proindè tollere
non potuit rem judicatam, ex lapſu fatalium,
3 jamprius introductam: quidquid dicendum
foret, ubi nondùm elapſo termino, fuiſſet
impetrata; *Marcheſanus de commiſſ. proro-
gat. fatal. p.3. §.1. n.88. & ſeq. tom.3. fol. mi-
hi 406., Rota coram Dunozett. jun. dec.812.
n.4., & coram Coccino dec.1091. n.5.* Idque
4 adeò verum eſt, ut quoties fuerint lapſa fata-
lia; ſtylus Curiæ inoleverit obtinendi com-
miſſionem reſtitutionis in integrum, juxta
illius formulam; de qua *Ridolphin. in prax.
p.1. cap.13. n.100. verſ. Quatenus.*

Hæc autem reſtitutio non debuit in præ-
5 ſenti concedi, attentâ validitate, ac juſtitiâ
præfatæ ſententiæ: dum conceſſa fuit immiſ-
ſio ſervatis de jure ſervandis; ex litterali
diſpoſitione Cæſaris teſtatoris: qui actores
ad bona controverſa, ſpecificè vocavit. Abſ-
que eo quod obſtare poſſet objectum aliàs ad-
6 ductum, quod cùm teſtator præcedenter ex-
cluſiſſet à ſucceſſione in eiſdem bonis Julium
Cæſarem nepotem, eo quia retinebat bona
primogenituræ ſuppoſita: ita dum actorea,
& ipſi in primogenitura ſucceſſerunt; & tan-
quam remotiores erant minus dilecti: cenſe-
ri debeant excluſi, ob incompatibilem reten-
tionem utriuſque generis bonorum, primo-
genituræ ſcilicet, ac fideicommiſſo ſubjecto-
7 rum. Ut enim aliàs reſponſum fuit; ubi clara
ex verbis detegitur voluntas teſtatoris, opus
non eſt recurrere ad præſumptiones, & argu-
menta, Vulgata *l. Ille aut ille ff. de legat.2.*
8 Immò potiùs mirificè retorquebatur obje-
ctum; argumento diſcretivæ loquutionis:
nam, ubi teſtator noluit, utramque bonorum
ſpeciem retineri expreſſit: ideoque cùm id
in præſenti caſu non expreſſerit, contrarium
voluiſſe præſumitur; *Rota dec.538. n.8. p.18.
rec.*, cum aliis in mea præterita deciſione, in
qua pleniùs, tam huic, quàm aliis objectis,
fuit ſatisfactum.

Et ita, unicâ tantum parte informante; al-
tera verò pluries laceſſita, & non comparente,
reſponſum fuit &c.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 23. Novembris 1699.

ARGUMENTUM.

Fidejuſſor obligans ſe in cambio ad certum tempus, cum clauſulis reſolutivis, & taxativis, ad ſortis reſtitutionem longè poſt repetitam non tenetur: ad differentiam fidejuſſoris ſimpliciter. Et neuter ad fructus, poſt determinatum tempus.

Confirmatur infra dec. 110.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor, qui in cambio ſe pro uno tantùm anno obligavit, eo elapſo, non tenetur ad ſortis reſtitutionem*, & num.3.
2 *Neque tenetur ad fructus poſt annum decurſos.*
3 *Fidejuſſionis natura, ultra promiſſa, extenſionem non patitur.*
4 *Potiſſimum ſi fidejuſſor fuit perſona rudis, & idiota.*
5 *Dictio* -- tantum -- *ulterioris temporis ab expreſſo extenſionem excludit.*
6 *Clauſula* -- non aliàs -- *reſolutionem contractus operatur; quatenùs extra ſenſum, & intentionem contrahentis interpretationem recipere poſſet.*
7 *Voluntas etiam ex non facto declaratur.*
8 *Contrahentium intentio in ambiguis ex conjecturis, & veriſimilitudine deprehenditur.*
9 *Fidejuſſor ad certum tempus ob novam dilutionem conceſſam debitori, non liberatur, reſpectu debiti, pro quo fidejuſſit.*
10 *Limitatur, quando fidejuſſio eſt facta cum clauſulis taxativis, & reſolutivis; juxta diſtinctionem* Hoſtien.
11 *Reſtrictio fidejuſſoris ad certum tempus cum clauſulis taxativis, & reſolutivis, illius obligationem reſtringit non ſolùm quoad fructus, ſed etiam quoad ſortem: itaut eo elapſo, ad nihil teneatur.*
12 *Fidejuſſoris verba ita intelligenda ſunt, ut minus, quàm fieri poteſt ei præjudicent.*
13 *Creditor ſibi imputet, ſi cum potuit, noluit apertiùs contrahere.*
14 *Fidejuſſorem reſtringentem obligationem ad certum tempus dici non poteſt, nec intra tale tempus, nec poſt conveniri nequire.*
15 *Fidejuſſor, qui propriam obligationem certo tempore limitavit; intra illud tenetur ſi debitor vergat ad inopiam.*
16 *Et poſt illius lapſum intra brevem terminum, arbitrio boni viri, conveniri poteſt.*
17 *Fidejuſſor licèt teneatur ad ſolutionem fructuum decurſorum tempore, quo durabat ejus obligatio; tamen non tenetur pro ſorte longè poſt repetita.*
18 *Creditor præjudicium irrogare non poteſt fidejuſſori, mediante prorogatione temporis facta debitori.*

DECISIO CX.

CAmbium limitatum ſcutorum biſcentum in ſorte, per annum duraturum; & deindè ad beneplacitum, contraxerat anno 1685., Carolus Mola: pro quo, favore Antonii Putei fidejuſſit, ac in ſolidum ſe obligavit Petrus Jacobus Mola, pro dicto anno tantùm, (ſunt verba inſtrumenti) *& non aliàs &c., conſtituendo ſe principalem debitorem, & promiſſorem, durante dicto anno tantùm, ut ſupra, & non alias &c., de quo &c.*

Quia verò mox deſignatus annus effluxerat, & Puteus creditor ſolummodò intentus fructuum exactioni, quos à debitore percipere continuavit uſque ad illius decoctionem,

nem, fortem repetere neglexit: idcircò fidejuſſor declarari obtinuit anno 1668 in foro Capitolino, propriam obligationem expiratam fuiſſe; ipſumque ad nihilum teneri.

Sed nihilominùs, cùm jam anno 1690 circiter, præfatus debitor foro ceſſiſſet: judicium creditor anno 1697. contra fidejuſſorem inſtituit; & ab A.C. Origo mandatum, tam pro ſortis reſtitutione, quàm pro fructibus unius anni reportavit: quod tamen reſpectu ſortis, revocatum extitit per ſententiam à R. P. D. Aldrovando. Hinc per creditorem appellatione interpoſitâ, cauſa fuit de partium conſenſu mihi, tanquam Prælato extra Rotam commiſſa: & hodie votum RR.PP., de more, exquirendo; dubium propoſui -- *An conſtet de credito ſortis & fructuum cambii*, & *negativè in omnibus* reſponderunt.

Etenim cùm Petrus Jacobus, fidejubendo
1 in ſupradicto inſtrumento cambii, propriam obligationem reſtrinxerit intra limites unius anni tantùm: ſequitur exindè, quod, dicto tempore elapſo, fidejuſſor, ſive principali, ſive fidejuſſorio nomine ſe obligaverit; nedùm plenariè à ſortis reſtitutione ſolutus remanſerit; ad *text. in l. Item quæritur §. Qui impleto ff. locat.*, *& l. Si cum Hermes C. eodem tit.*, *Noguerolus alleg.21. n.12*, *Mantica de tacit. lib.16. tit.21. n.1*, *Theſaurus deciſ. Pedem.125. n.4.*, & novius *Rota dec.567. per tot. p.1. diverſ.*, quam laudat & ſequitur *Flamin. Cartar. dec. Jannen.13.*
2 *n. 5.*; verùm etiam à fructibus poſt annum decurrendis; attentâ dictâ temporis reſtrictione indefinitè adjecta; ut benè notat *Boccaccius de contract., & ſociet. offic. n.11.*, *Noguerolus alleg.21. n 13.*, & firmat *Rota dicta dec.567. n.1. p.1. diverſ.*

Idque ſuadet tam natura fidejuſſionis, quæ
3 extenſionem non patitur ultra ea, quæ litteraliter promiſſa fuerunt in inſtrumento; *Rota coram Pentingerio dec.318. n 1. ad 9.*, *& in Romana ſeu Albanen vinearum 11. Martii 1686. §. Obligatio coram bo. me. Benincaſa*. & in his terminis *Cartar. dicta dec.13. n.6.*:
4 quam ipſius fidejuſſoris qualitas. Is enim rudis, & idiota taberinarius, cum nollet ultra annum teneri; ex quo forſan dubitaret
5 de idoneitate debitoris: putavit id ſatis explicaſſe mediante dictione: *Tantum*, quæ ulterioris temporis ſpatium excludit ab expreſſo ad tradita per *Barboſ. de diction dict. 402. n.2.*, *Sperel. dec.59. p.14.*, *& Rota cor. Coccin. dec.348. n.2.*, addita inſuper clauſula:
6 -- *Et non aliàs* --: quæ reſolutionem contractus operatur, quatenus pro majori tempore perſiſtere cenſeretur ejuſdem obligatio; ex plenè deductis *in Romana ſeu Reatina donationis ſeu renunciationis 27. Martii præteriti §. Verum hujuſmodi cor. R.P.D meo Pio.*

Immò hanc fuiſſe utriuſque contrahentis voluntatem: patefit ex decreto, quod Petrus Jacobus fidejuſſor obtinuit in foro Capitolino ſuper reſolutione ſuæ obligationis, citato creditore. Reſpectu enim fidejuſſoris, de ea dubitari non poteſt, attentâ præfatâ inſtantiâ: creditoris verò citatio, reſultat, ex quo conſcius de contractu, nihil opposuit:
7 à cujus non facto, voluntas etiam declaratur; *Rota coram Bichio dec.431. n.15.*, & *in rec. dec.296 n 4 p.18.*; juncto etiam quod nec à debitore principali, qui eo tempore erat ſolvendo, nec a fidejuſſore ſortem unquam repetere curavit. Hæc autem omnia ſimul juncta, oculariter demonſtrant intentio-
8 nem contrahentium: quæ in ambiguis ex conjecturis, & veriſimilitudine deprehendi ſolet; ad tradita *coram Coccino dec.1265. n.15.*, & *in rec. dec 87. n.19. p.15.*

Hinc applicabilis viſa non fuit regula, quæ
9 in contrarium allegabatur; quod ſcilicet fidejuſſor ad certum tempus, non obſtante quacunque prorogatione facta debitori, remaneat obligatus pro ſorte, ad quam tenebatur; dum ſtetit in fidejuſſione: ac ſi limitatio unius anni appoſita fuiſſet cauſa differendæ ſolutionis, non autem extinguendæ obligationis; juxta *Gloſſam in leg. Si cum Hermes, verb. non ignorabit C. de locat., & conduct.*, *Caſtracan. de ſociet. offic. cap.41. n.20.*, *Cyriacus contr.249. ſub n.5.*, *Borguin. Cavalcan. dec.31. n.15.*

Quoniam hic non agitur de fidejuſſione facta ad tempus ſimpliciter; in quibus terminis procedit dicta concluſio; & loquuntur
10 Doctores pro ea mox allegati; ſed de obligatione fidejuſſoris præcisè reſtricta ad annum, cum dictione -- *Tantum* -- & clauſula reſolutiva contractus: tali enim caſu, tempus dici debet appoſitum, non ad differendam, ſed ad terminandam, ac extinguendam obligationem; juxta originalem diſtinctionem *Hoſtienſis in cap. Conſtitutus de fidejuſſor*, & conciliando Doctores probant *Maſtrill. de fidejuſſor §.32. n 16. & 17.*, *Gaillus pract. obſerv. lib.2. obſer.20. a n.11. uſque in fin.*, *Gabriel. de fidejuſſor. concl.3. n.7.*, *Boccaccius de ſociet. offic. dicto num.11.*, *Noguerolus dicta allegat.21. n.13.*, *Mart. Medic. in addition. ad dec.67. n 21.*, *Theſaurus dicta dec.125. n.5.*, *& Rota dicta dec. 567. n.1. & 2. p.1. diver.*

Quin juvet replicatio, quod dicta temporis reſtrictio reſpiciat ſolùm fructus poſt an-
11 num decurrendos; non autem ſortem. Etenim, cùm dubitari non poſſit, quod obligationi de ſolvendo ſortem, acceſſerit fidejuſſor: ideò pari ratione dicendum eſt, reſtrictionem eidem obligationi adjectam, ipſam reſpicere ſortem: nam aliàs contra litteram inſtrumenti, temporis deſignatio non percuteret ſortis obligationem, cui immediatè adheret. Quamobrem, ſi ſolummodò ad annum ſe fidejuſſor obligavit; intelligendum eſt, elapſo anno, illum neque ad ſortem teneri; ut in ſpecie reſpondit *Rota in ſæpe laudata dec.567, in fin. p.1. diverſ.*

Et hæc adeò vera ſunt, ut, quamvis ſupereſſe poſſet difficultas; adhuc ita in præſenti
12 reſpondendum eſſet: cùm agatur de fidejuſſione; quæ venit ſtrictiſſimè, & abſque ulla exten-

Digitized by Google

extenſione intelligeoda ; ut minùs quàm fieri
poteſt fidejuſſori præjudicetur ; ad *text. in l.
Blanditius Cod. de fidejuſſ.*, *& leg. pignore ff.
eod*, *Cardinalis de Luca de credit. diſc.* 91.
*n.*2., *& Magonus dec. Florent.*57. *n.*62. Si-
13 bique imputare debet creditor, ſi cùm poſ-
ſet, noluit apertius legem dicere; ut reſpon-
ſum fuit *in Romana cambii* 8. *Februar.* 1697.
§. *Et in his terminis*; *&* 28. *Aprilis* 1698. §.
Intelligentia, *coram bo. me. Urſino.*

Nec obſtat, quod juxta huoc ſenſum, nul-
14 lo unquam tempore fidejuſſor conveniri
potuiſſet: & quidem non iotra annum, quia
obſtabat dilatio, in inſtrumento conventa:
non anno elapſo; quia ratione dictæ reſtri-
ctionis, obligatio remanſiſſet extincta. Nam
plures dari poterant caſus, in quibus utro-
que tempore fidejuſſoris obligatio eſſet pro-
15 futura: durante ſcilicet anno; ſi principalis
debitoris conditio deterior effecta fuiſſet:
16 poſt aonum verò, ſi creditor voluiſſet ſor-
tem repetere; dummodò tameo intra bre-
vem terminum, arbitrio boni viri, inſtetiſ-
ſet; ut benè notat *Cardinalis de Luca de cre-
dit. diſc.*96. *in fin.*

Tandem minùs relevat, quod, ſicut nulla
fuit inter partes controverſia, quod fidejuſ-
ſor teneatur ad fructus cambii pro primo an-
no: ita & admitti debeat etiam teneri ad
ſortis reſtitutionem. Diſparitas enim ſtat io
17 eo, quod fructus prædicti in tantum deben-
tur, in quantum eo tempore vigebat obliga-
tio fidejuſsoris: at cùm reſpectu ſortis, dicta
obligatio remanſiſset extincta poſt lapſum
18 anni; quia temporis prorogatio, facta à de-
bitore, præjudicium irrogare non poterat
fidejuſsori; ideò non mirum, ſi tenetur iſte
ad fructus primi anni: non ad ſortem, longè
poſt repetitam, *Boccaccius de ſociet. offic.
n.*11., *Rota dicta deciſ.*567. *in princ. part.*1.
diverſ.

Et ita &c.

ROMANA CASTRI PORCILIANI.

Mercurii 2. *Decembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Eſt magiſtraliſſima deciſio, in qua fuoditus exa-
minato articulo deciditur in bonis fideicom-
miſsariis veoditis, ex diſpoſitione Bullæ Ba-
ronum, antequam venditio ſit conſumata de-
beri fideicommiſsario prælationem: & latè
textus ad materiam prælationis in genere,
& in ſpecie; quando, & quibus competat per-
penduntur, & conciliantur diſtinctiooibus.

In hac cauſa adſunt inferiores dec. 183. & 201.

SUMMARIUM.

1 *Ex diſpoſitione Statuti Urbis duæ ſententiæ habent vim trium.*

2 *Ex Statuto de duabus res judicata conſtituitur, quoties duæ ſententiæ ſunt juſtæ, & validæ.*

3 *Prælatio in re integra, antequam venditio perficiatur, competit fideicommiſſario, qui offerendo pretium impedire poteſt ne res fideicommiſſaria diſtrahatur.*

4 *Prælatio fideicommiſſarii eſt maximè æquitativa.*

5 *Et de jure approbata.*

6 *Quiſque poteſt arbitratu ſuo emptorem quærere, & quid vult vendere, niſi lex prohibeat, ex* L. Dudum Cod. de contrahen. empt.

7 *Declaratur*, L. Dudum *cenſuram locum habere, quando prælatio petitur ratione conſortii in bonis feudalibus, & poſt venditionem conſummatam: non autem cum petitur re integra, & actu venditionis non completo.*

8 *In venditione perfecta, & conſummata adeſt jus tertio quæſitum, cui non præjudicari poteſt.*

9 *In venditione imperfecta licitatori non præjudicatur, ſi fideicommiſſarius eodem contextu offerat idem pretium pro bonis fideicommiſſariis vendendis.*

10 *Et tunc, cum minus lædatur teſtatoris voluntas, datur fideicommiſſario in re fideicommiſſi prælatio.*

11 *Sententia DD., quæ utrique parti conſulit eſt melior.*

12 *Fideicommiſſarius, oblato pretio, vindicare non poteſt rem effectivè alienatam vigore* auth. res quæ.

13 *Declaratur procedere; quando alienatio effectivè in cauſam dotis ſequuta fuit.*

14 *Secùs ſi prælatio petatur à fideicommiſſario re integra.*

15 *Vendens extraneo, poſt factam denunciationem ei, qui erat ex conventione præferendus, excuſatur à pœna ex* L. Qui Romæ §. Cohæredes ff. de Verb. Oblig.

16 *Denunciatio ſupponit jus prælationis.*

17 *Interpellatio, ubi de jure non requiritur, non datur prælatio.*

18 *Contrarium, ſcilicet prælationis incompetentia argui non valet ex eo, quod neceſſariò interpellandus non eſt.*

19 *Prælationi eſt locus abſque interpellatione in pleriſque juris caſibus: ſcilicet.*

20 *In materia feudi, in cujus alienatione agnati præferuntur, licèt ipſi denunciandi non ſint.*

21 *Et in materia emphyteutica, in cujus renovatione proximiores præferuntur: etiamſi quoad eos nulla requiratur interpellatio.*

22 *Prælatio in jure eſt exoſa.*

23 *Minor reſtituitur in integrum adverſus venditionem bonorum parentum, in quibus præfertur licitatori offerendo illud plus, in quo fuiſſet ſuperatus; ex* L. ſi emptionem ff. de melior.

24 *Et iſti Judex facilè concedere debet retractum: nam eſt favorabilis.*

25 *Creditor cognatus venditoris in ejus venditione bonorum, ſi offert, præferendus eſt.*

26 *Et eo deficiente præfertur creditor ſimplex.*

27 *Et inter creditores præfertur is, cui major pecunia debetur.*

28 Text. in L. 1. ff. de privil. credit. *non eſt correctus*

Digitized by Google

rectus ex alio Text. in L. Dudum de contrahend. empt.

29 *Fideicommiſſario fortiùs quàm ſimplici creditori danda eſt prælatio.*

30 *Fideicommiſſarius, ex cauſa fideicommiſſi, habet omnes actiones creditoribus, competentes, tam perſonales, quàm hypothecarias.*

31 *Hæres poſt completam venditionem, poteſt, oblato pretio, recuperare partem prædii à cohærede alienatam.*

32 *Prælatio faciliùs concedi debet ante perfectum contractum, quàm poſt illum perfectum.*

33 *Conſocio, in venditione Caſtri juriſdictionalis, conceditur prælatio, & infra* num. 39. & 43.

34 *Reipublicæ expedit, juriſdictionem potiùs exerceri per unum, quàm diſtrahi in plures.*

35 *Utile eſt vaſſallis, ne ſubſint plurium dominio.*

36 *Juris condominos in juriſdictione utile eſt non habere, ad evitandas diſcordias, &* num. 42.

37 *Reipublicæ corpus unum eſt, & unius animo regendum.*

38 *Prælatio in rebus communibus reprobatur ex diſpoſitione* Text. in L. Dudum Cod. de contrah. empt.

39 *Limita primò hanc concluſionem, ut non procedat in feudalibus, &* n. 43.

40 *Lex* Dudum *fuit lata antequam ab Imperatoribus conſtitutiones feudales confirmarentur.*

41 *Limita ſecundò, ubi adeſt aliqua cauſa concedendæ prælationis.*

42 *Periculum diſcordiæ eſt cauſa concedendi prælationem.*

44 *Limita tertiò ſi adeſt lex particulariter contraria diſponens, & prælationem concedens.*

45 *Ex* L. Dudum *quoque prælatio admittitur.*

46 *Prælationis jus competit tantùm in venditionibus voluntariis, non autem in coactis, & mediante ſubhaſtatione perfectis.*

47 *Declaratur: prælationem competere tantùm in venditionibus voluntariis, quoties petitur vigore alicujus conſtitutionis concedentis prælationem in venditionibus voluntariis.*

48 *Declaratur procedere quando prælatio petitur in vim Statuti, aut conſtitutionis eam concedentis in venditione.*

Competit etiam in coactis, cùm petitur ex juribus prælationem concedentibus in venditionibus coactis, & ſub haſta factis.

49 *Bulla Baronum ſubmovet obſtacula fideicommiſſi.*

50 *Bulla Baronum nullibi apparet ſuſtuliſſe jus prælationis, quod, ante venditionis complementum, debetur.*

51 *Privilegium prælationis ex Bullis Pontificiis ſublatum non eſt; niſi de eo fiat expreſſa mentio.*

52 *Bulla Baronum eximit bona ab omnibus nexibus, & vinculis poſt venditionis complementum: non autem ante illius conſumationem.*

53 *Verbum* -- remanere -- *præſefert continuationem poſſeſſionis.*

54 *Bulla Baronum, ante perfectam venditionem, non excludit jus prælationis, &* num. 57.

55 *Jus prælationis, quod manet non ultra venditionis actum, comprehendi nequit ſub nomine vinculorum, & onerum poſt venditionem.*

56 *Retractus prohibetur, & tollitur à Bulla Baronum poſt ſequutam venditionem: ſecùs ante illam.*

58 *Jus prælationis, niſi petatur ante venditionem, ab eadem extinguitur, &* n. 63.

59 *Prælatio in dies conceditur ſine ulla conſideratione, quod oblatores per eam retrahi poſſunt à licitando, &* n. 61.

60 *Neque tollitur ex eo, quod fideicommiſſo nullum commodum inde reſultat, & quia fideicommiſſarius de bonis ita acquiſitis libere poteſt diſponere, &* n. 65.

62 *Prælatio de jure competit conductoribus bonorum fiſcalium, cenſuariis, & aliis.*

64 *Oblatores ſcire debent ea, quæ de jure competunt fideicommiſſariis.*

66 *Prælationem petens cum juſta cauſa præferri debet, non attento, quid poſtea ſequatur.*

DECISIO CXI.

Medietatem Caſtri, ac tenutæ Porcillani, ad inſtantiam creditorum Baronis Caroli Venturæ; aliorumque del Nero, venditioni expoſitam, deliberari decrevit Congregatio Baronum quondam Carolo Gavotto uti majori oblatori, non attentâ proteſtatione Baronis Aloyſii Mariæ del Nero, ſe præferendum eſſe opponentis: ſed in gradu appellationis, geminæ prodierunt ſententiæ: quibus ipſi prælationem deberi declaratum fuit. Altera à dicta Congregatione, de voto noſtri Auditorio, per bo. me. Albergatum edito: altera verò à R. P. D. meo Muto promulgata: à quibus ſententiis, commiſſâ mihi ulteriori appellationis causâ, cum clauſula -- *Conſtito quod ſit locus ſtatuto de duabus* -- dubium propoſui, commiſſioni conforme: & reſponſum habui affirmativum.

Suppoſitâ enim diſpoſitione noſtri Statuti
1 *cap.* 180. *de mandatis*, quod duæ ſententiæ
2 vim trium habeant; ac rem judicatam conſtituant; quoties validitatis æque, ac juſtitiæ fulcimen ſortiantur: agnoverunt Domini, validitatem apud partes non controverti: juſtitiam verò, ex deciſionibus, quæ præceſſerunt, luculenter comprobari.

Et ſanè Baroni del Nero prælationem deberi, duplici titulo cenſuere: fideicommiſſi ſcilicet, atque conſortii. Titulo, inquam, fideicommiſſi; quia, cùm non verſemur in venditione jam perfecta, & conſumata: ſed
3 in actu venditionis, & ſic re adhuc integra, idem Baro comparuerit, offerendo pretium à Ca-

Digitized by Google

à Carolo Gavotto oblatum: utique potuit,
tanquam vocatus ad fideicommiſſum, impe-
dire, ne bona fideicommiſſo ſubjecta diſtra-
herentur: *Bartolus conſ.*19. *per tot. libr.*1.
quem ſequuntur *Ripa in leg.*1. *n.*2. *& ſeqq.*
ff. de privileg. credit., *Marta conſ.*37. *n.*14.,
*Berlich. concluſ.*39, *t:t. de jur. Prothom. n.*
13. *p.*2., *Poſth. de ſubbaſt. inſpection.*18. *n.*
217., *Capyc. latr. conſult.*28. *n.*96.: & pro-
bant omnes cauſæ deciſiones, nempe 21.
Aprilis 1679. §. *Cum enim*, & 1. *Aprilis*
1680. §. *Siquidem coram bo. me. Albergato*,
24. *Januarii* §. *Prælationis inquam*, & 14.
Maii 1685. §. *Congruo autem*, *coram bo.*
me. Rondinino, & 20. *Martii proximè præ-*
teriti §. *Innegabilis*, *coram R. P. D. meo Muto.*

Hujuſmodi autem prælationi favore fidei-
4 commiſſarii, maximam æquitatis ſpeciem
præſeferenti; nullatenùs repugnare videba-
tur juris communis cenſura; ut acriter con-
tendebant ſcribentes pro Barone Gavotto.
5 Sed immò illa in jure approbata ex pluribus
authoritatibus, & fundamentis noſcebatur.
Licèt enim in contrarium repeteretur diſpo-
ſitio *text. in l. Dudum C. de contrahen. empt.*,
qua, prioribus aboletis legibus, ſancitum
6 fuit; unumquemque poſſe arbitratu ſuo emp-
torem quærere, vel probare; niſi lex ſpecia-
liter quaſdam perſonas facere hoc prohibue-
rit. Attamen iterum cenſuerunt DD., illam
7 procedere, vel in terminis prælationis petitæ
ratione ſimplicis conſortii in bonis merè al-
lodialibus; vel in terminis venditionis jam
perfectæ: ſecùs autem in caſu, quo prælatio
fuerit petita re integra, & in ipſo actu ven-
ditionis; ut, diſtinguendo caſus, & autho-
ritates hinc indè pugnantes conciliando; pro-
bant *Rocc. reſponſ.* 99. *n.* 1. *cum ſeqq.* & cæ-
teri omnes Doctores ſupra allegati *in* §. *Et*
8 *ſanè*. Et ratio diſparitatis eſt, quia in primo
caſu perfectæ, & conſumatæ venditionis,
conſideratur jus tertio quæſitum: cui Leges,
& Doctores nolunt præjudicium inferri: &
curant, ne ille deceptus remaneat: in caſu
9 autem, quo venditio non ſit perfecta: nullum
dici poteſt quæſitum jus licitatoribus: nec
ipſi dicuntur decepti; dum eodem contextu
comparet fideicommiſſarius, & offert idem
10 pretium, immò, cum iſto caſu minus læda-
tur voluntas teſtatoris, quia res fideicom-
miſſaria conceditur uni ex vocatis: mirum
non eſt ſi admittatur prælatio; ut ponderat
*Peregrin. deciſ. Patavin.*96. *n* 2. *verſ. ſextò*
12 *adducebam*. ubi quod ideò hæc ſententia
melior eſt; quia conſulit utrique parti; &
ſequuntur *Fontanella de pact. nupt. clauſ.*5.
*gloſ.*1. *p*, 2. *n.*64., *de Pont. de poteſt. proreg.*
*tit.*10. *p.*5. *n.*13.

Ex qua caſuum diſtinctione, & diſparita-
te, ſublata remanet inductio per ſcribentes
pro Barone Gavotto repetita; quod ſicut ex
12 communi Doctorum opinione, fideicom-
miſſarii, neque etiam ipſo pretio oblato, ad-
mittendi ſunt ad vindicandam rem vigore
Auth. Res quæ Cod. commun. de legat. pro
dote conſtituenda, vel reſtituenda aliena-
tam; *Peregrin. de fideicom. artic.*42. *n.*24.,
*Urceolus controv.*6. *n.*18., *Rota dec.*314. *n.*
45. *p.*6. Ita cenſeri debeat excluſus quilibet
titulus prælationis; etiam in caſu, quo aga-
tur de venditione facta pro diſſolvendis de-
13 bitis gravatorum. Quoniam exemplum
procedit in caſu, quo alienatio effectivè in
cauſam dotis ſequuta fuiſſet: ſecùs autem
14 quoties, adhuc re integra, comparet, ut
hic, fideicommiſſarius; & antequam alienatio
ſuum ſortiatur effectum, prælationem petat.
Quinimò in his præciſis terminis, præter au-
thoritates mox recenſitas, ſeipſum declaran-
do, prælationem admittit *Peregrin. dicto art.*
42. *n.*24. *in fin. verſ Intellige*; ubi in con-
tractu dotis res tradita fuit: & firmatur *in*
deciſ. iſtius cauſæ edita 21. *Aprilis* 1679. §.
Nil etiam facit, *coram bo. me. Albergato.*

Nec majoris ponderis viſa fuit alia indu-
15 ctio ex *text. in l. Qui Romæ* §. *Cohæredes*
ff. de verbor. obligat; ubi excuſatur à pœna,
qui vendidit extraneo, poſt factam denun-
ciationem ei, qui erat ex conventione præ-
ferendus: arguendo exindè, quod cum de-
16 nunciatio ſupponat jus prælationis; eo ipſo
17 quod nulla lege cavetur, fideicommiſſarium
eſſe interpellandum, quando venditur res fi-
deicommiſſo ſubjecta; ei competere non va-
19 leat prælatio. Siquidem, ad iſtius excluſio-
nem, argui non valet, ex quo interpellatio
neceſſaria non eſt. Nam plerique dantur in
jure caſus, in quibus eſt locus prælationi; li-
cèt non requiratur denunciatio; ut ſignanter
habemus tam in materia feudali, quàm em-
20 phyteutica. In feudis enim datur agnatis in
caſu alienationis prælatio, abſque eo quod
ulla præceſſerit denunciatio §. *Sed etiam res*
Auth. Per quos fiat inveſtitura. Bald. in l.
fin. ff. de Conſtitut. Princip., *Roſſental. de*
*feud. cap*9. *membr.*2 *concluſ.* 87. *litt. A.*;
ubi innumeros Doctores adducit. *Sanfeli-*
21 *cius dec.*100. *n.*7. *in fin.*: & in materia em-
phyteutica, quod concedatur prælatio pro-
ximioribus in renovatione facienda; etiamſi
interpellati non fuerint; *Gozadin. Conſ.*39.
*n.*18., *Gabriel. commun. concluſ. tit. de em-*
*phyt. concluſ.*1. *n* 1. & 2., *Tiraquell. de re-*
tract. lignar. §. 1. *gloſ.*10. *n.*4., *Corbolus de*
jur. emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non peti-
*tion. inveſtit. clauſ.*5. *n.*5.

E contra verò, ex aliis pluribus & vali-
22 dioribus argumentis, prælationem in jure
non eſſe exoſam; comprobatur: & primò ex
23 *tex. in l. ſi emptionem ff. de minor.*; in quo
conceditur minori reſtitutio in integrum; ut
in venditione rei, ad ſuos maiores ſpectan-
tis præferatur licitatori, offerendo illud
plus, in quo fuiſſet ſuperatus; & præter
allegatos notat *Palma allegat.*3. *n.*158.; ubi
24 quod iſto caſu Judex proclivior eſſe debet
ad concedendum retractum; ut habeat lo-
cum voluntas teſtatoris, conſervandi bona
in ſua familia: & ne cogatur fideicommiſſa-
rius carere laribus ſuorum majorum.

Secundò, ex *textu in l.* 1. *ff. de privileg.*
25 *creditor.* diſponente, quod ſi in venditione

bonorum compareat creditor, qui ſit co-
26 gnatus: iſte præferri debeat: ſin minus,
27 præferatur creditor; & inter creditores
potior ſit ille, cui major pecunia debetur:
28 quem textum, non eſſe correctum ex alio
textu *in l. Dudum ff. de contrahend. empt.*
probant *Alexander in l. Qui Romæ §. Cohæredes n.12. verſ. Adde quod, de verbor. obligat.*, *Ripa in l.1. n.21. ff. de privileg. creditor.*, *Sanfelicius dec.101. n.8.*: &, ſi vigore
hujus textus, datur prælatio ſimplici credi-
29 tori: quantò fortiùs idem dicendum erit fa-
vore fideicommiſſarii: non ſolùm ex rationibus ſupra allegatis: verùm etiam quia &
ipſe fideicommiſſarius cenſeri debet tan-
30 quam creditor: cum ipſe, ex cauſa fideicommiſſi, habeat omnes actiones creditoribus competentes; perſonales nempe, & hypothecarias; *L.1. §. Rectius C. commun. de legat.*, *Rocc. diſput. jur. cap.53. n.2. & 3.*

Tertiò ex *textu in l fin. §. Quatuor ff. de*
31 *legat.2.*, juxta quem preferuntur hæredes
in emptione prædii venditi alteri cohæredi, ſoluto pretio præcedenter exburſato, ad effectum recuperandi portionem, ad ipſum ſpectantem vigore fideicommiſſi. Quamobrem, ſi ex hujuſmodi legis diſpoſitione, datur jus prælationis, etiam poſt perfectum
32 contractum: quantò faciliùs ea concedenda
erit, quoties contractus non ſit adhuc perfectus; ut in ſpecie arguit *Schettin. de jur offerend. p.1. cap.1. ſect.3. n.37. prope fin.*

Titulo fideicommiſſi accedit alter conſor-
33 tii: ratione cujus, in Caſtro juriſdictionali
prælatio conceditur; propter utilitatem,
34 tum Reipublicæ (cujus ſtatui convenit, ju-
riſdictionem potiùs exerceri per unum, quàm
35 diſtrahi in plures) tum vaſſallorum, ne ſub
plurium Dominorum gravamine oppreſſi ge-
36 mant: tum & ipſorum Dominorum; ut
poſſint ſcilicet evitare diſcordias, quæ inter
plures Dominos juriſdictionem habentes,
37 oriri ſolent. Ut enim ait *Tacitus lib.1. Annal.*, unum eſſe Reipublicæ corpus, & unius animo regendum; & concurrit clara diſpoſitio *text. in l unica. C. Non licet habitatoribus metrocom.*, & *in l. Quicumque C de fund. limit. lib.11.*, probantque *Capycius Galeot. in addit. ad controv.53. art.2. n.28. & ſeqq. lib.1.*, *impreſſ. in fin. ejuſdem libri Facchin. controv. lib.7. cap.17. verſic. Non inquam*, *Scoppa ad Grat: dec.169. n.10.*, *Montan. controv.21 n 20. & 21.*, *Rovit. in addit. ad De Pont. dec.11. per tot.*, *Roſſental. de feud. cap. 9. membr.2. concluſ 87. per tot.*, *De Anna, ſingular.150.*, *Barbat. de fideicom. p.2. cap.3. n.37.*

38 His autem non contrariatur *text. in dicta L. Dudum C. de contrahen. empt*, reprobans
prælationem in rebus communibus. Primò,
39 quia dictus textus non comprehendit feu-
40 dalia: nam fuit conditus ab Imperatoribus
Valentino, Theodorico, & Arcadio. Imperatores autem qui conſuetudines feudales confirmarunt; nempe Federicus, Lotharius, & Corradus fuerunt longè poſt dictos Imperatores coditores *legis Dudum*; ut in ſpecie obſervant *Sonsbec. de feud. p.13. n.117. cum ſeqq.*, cum aliis quos refert *Rovit. in addit. ad de Ponte dicto dec.11. n.70.* Secundò
41 quia diſpoſitio *legis Dudum* non attenditur:
quoties ſubeſſe poteſt aliqua cauſa, quæ præ-
42 lationis conceſſionem ſuadeat: inter quas
enumeratur periculum diſcordiæ, & inimi-
43 citiæ; de quo, ratione communionis in ju-
riſdictione, poteſt faciliter dubitari; ut reſpondendo objecto, tradunt *de Luca de feud. diſc.37 n.8.*, *Capycius Latr. dec.168. n.10. cum ſeqq. lib.2.*, ubi in ſpecie reprobat contrarium ſentientes: & exempla rerum judicata-
44 rum adducit. Tertiò quia *textus* ipſe in di-
cta *lege Dudum*, limitat ſuam diſpoſitionem, ibi -- *Niſi lex quaſdam perſonas ſpecialiter alienare prohibuerit* -- Quare, cum iſto caſu, prælatio competat ex diſpoſitione dictarum legum: fateri oportet, quod diſpoſitio *textus in l. Dudum*, iſtum caſum ex-
45 cipere videtur; prælationem expreſsè ad-
mittendo; ut benè explicat *gloſ. in dicta l. Dudum, verb. Niſi lex in fin.*, ibi -- *Vel dic, niſi lex ſcilicèt, quam habes infra lib.11., non licere habitatoribus Metrocomiæ, leg.1.*, *Sanfelicius dec.101. n 1.*

46 Nec ſubſiſtit, quod prælatio, in omnem
caſum, habeat locum in venditionibus voluntariis. Secus autem in coactis, & median-
47 te ſubhaſtatione perfectis. Etenim hic non
petitur prælatio in vim alicujus Statuti, aut Conſtitutionis, illam concedentis in venditione voluntaria; quo caſu non debetur in venditione facta, prævio mandato Judicis; in quibus terminis loquitur *votum camerale impreſſ. dec.184. n.10. p.1. rec.* cum aliis ad id allegatis; ſed petitur ex aliis juribus ſupra
48 recenſitis; tunc enim prælatio competit
etiam in venditionibus factis ſub haſta, *Gratianus cap.544. n.15. & ſeqq.*, & *cap.784. n.9.*, *Caponus diſcept.326. n.67. tom.5.*, *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.36. n.17.*, & *in addit. ad illam n.1. & 2.*, *Mangil. de ſubhaſt. q.108. n.12.*, *Franch. dec. 585. per tot.*, *Sanfelicius dec. 100 n.26.*, & *dec.102 per tot.*, *Rota coram Durano dec. 52. n.3.*, & *coram Gregorio dec.193. n.1*, *ibique adden.*

Quibus ita firmatis: inane iterum viſum eſt refugium ad diſpoſitionem Bullæ Baro-
49 num; ex qua ſubmota fuere obſtacula fidei-
commiſſi: nam, ut fuit ſemper reſponſum in omnibus iſtius cauſæ deciſionibus: ex inte-
50 gra lectura præfatæ Bullæ, nullibi apparet
ſublatum fuiſſe jus prælationis competentis, antequam perficiatur venditio; ut, illam per partes examinando, fit clarum. A principio enim uſque ad §.12., diſponit de his, quæ agenda ſunt ante venditionem: &, ad hunc effectum, plures actus recenſet; inter quos nullus legitur huic prælationi contrarius:
51 quæ ideò non poteſt cenſeri ſublata: præ-
ſertim, cùm de ea nulla fuerit facta expreſſa mentio, ut ex *Palma dicta alleg.3.*, benè comprobat *dec. edita coram R.P.D. meo Muto §. Bulla verò Baronum.*

Quate-

Quatenùs verò poſt modum in §. 12. eadem Bulla diſponit, quod bona vendita remanere debeant exempta ab omnibus nexibus, oneribus, vinculis, & obligationibus; itaut nullo unquam tempore emptores mo-
52 leſtari valeant: jam indè patet, Bullam loqui de venditione perfecta, & conſumata:
53 dum utitur verbo illo *Remanere*; quod ſupponit, bona jam eſſe in dominio licitatoris; & præſefert continuationem poſſeſſionis, illiuſque perſeverantiam; *l. ſi manente ff. de Precar., Rota coram Coccino deciſ. 1784. num. 62., & coram Ubaldo deciſ. 114. num. 11.*

Imò ex hoc ipſo, quod ibi Bulla mandat, bona remanere libera ſine ullo vinculo, &
54 onere penès emptorem: indè patet quod noluit, antequam perficeretur venditio, ex-
55 cludere jus prælationis; quæ tanquam durans ſolùm uſque ad venditionis actum, & non ultra, comprehendi nequit ſub nomine vinculorum, & onerum poſt venditionem; de quibus hic loquitur Bulla. Quamobrem
56 rectè ſequitur; fuiſſe ſolùm ſublatum jus retractus, exercendi poſt factam rei venditionem: quod verè eſſet onus rei venditæ: num-
57 quam verò jus prælationis petendæ ante
58 venditionem: quod niſi tunc exerceatur, per actum venditionis extinguitur: & non impedit quin res liberè tranſeat in emptorem & apud illum remaneat.

59 Nec ullam mereri animadverſionem viſæ fuerunt iterum repetitæ exceptiones; quod oblatores retraherentur à licitando; ne cogerentur ſtare in ſuſpenſo uſque ad declarationem vocatorum; an vellent præferri: quod-
60 que iſto caſu nullum reſultaret commodum fideicommiſſo; quia liceret vocato, poſt obtentam prælationem, de bonis ad libitum diſponere; & illa etiam in extraneos aliena-
61 re. Etenim, ſi attendendum eſſet abſurdum primo loco oppoſitum; jam omnes eliminarentur à foro prælationes: cùm tamen plures in dies concedantur; nulla habita conſide-
62 ratione hujus aſſerti abſurdi; prout contingit in prælatione de jure competente in conductoribus bonorum fiſcalium, cenſuariis,
63 & aliis; ſine difficultate in præſenti, quo agitur de prælatione competenti ante venditionem, & in ipſo actu petendi. Illa ſiquidem non eſt apta hujuſmodi producere ab-
64 ſurdum: cùm oblatores ſciant, vel ſcire debeant ea, quæ de jure competant fideicommiſſariis. Reſpectu verò facultatis alienandi, quam haberet fideicommiſſarius; benè ſatis-
65 facit deciſio edita coram R.P.D. meo Muto; quod unicè ſit attendendum, an is, qui petit præferri, habeat juſtam cauſam; non attento quid poſtea ſequatur.

Quod autem in hoc caſu, tempore congruo petita fuerit prælatio; & quidem cum debitis qualitatibus; adeò dilucidè firmatum fuit in præcedentibus deciſionibus, ut nihil adverſùs ea, quæ iterum inutiliter repetebantur, reſpondendum ſuperfuerit.

Et ita approbando illarum fundamenta omnibus DD. ſuffragantibus, concluſum fuit, utraque &c.

CALAGURITANA QUARTI BENEFICII.

Mercurii 2. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 74. in qua revocatur dec. 24., & adſunt infra dec. 150.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium debetur ei, qui in ejus concurſu majoribus pollet qualitatibus.*

DECISIO CXII.

PUgnantibus inter ſe geminis deciſionibus coram me, in hac cauſa editis; altera ſub die 2. Decembris 1697., qua reſponſum fuit, controverſum beneficium adjudicandum eſſe Martino Gomez; altera verò præcedentis revocatoria ſub die 16 Februarii labentis anni; qua decreta fuit adjudicatio favore Franciſci: ille, ut faciem obtinere poſſet receſſum à poſteriori deciſione ſibi contraria; exhibuit in actis articulos, ad probandum, ſe Franciſco digniorem; & per conſequens præferendum. Diſputatoque 5. Julii præteriti, particulari dubio ſuper illorum admiſſione, contemporaneè ad aliud ſuper negotio principali: Domini, dilatâ quoad iſtud, reſolutione, reſponderunt quoad illud, affirmativè: quia verò ab indè citra idem Martinus neglexit oblatas probationes explere; imò etiam incoare; dum uſque in præſens, neque petitam, & reſpectivè conceſſam remiſſoriam expedivit; idcircò, in hodierna audientia, repropoſito dubio, *An eſſet ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis*: reſponſum fuit, *Standum eſſe in ſecundo loco deciſis.*

Iterùm namque cenſuerunt Domini, Franciſcum pollere majoribus qualitatibus; nedum ob expleta, plurium annorum decurſu, Philoſophiæ, ac S. Theologiæ ſtudia; & reportatam approbationem ad confeſſiones audiendas; verùm etiam, ex quo ipſe curam beneficii, de quo agitur, jampridem exercuerat: quæ circumſtantia, ſicut reſpectu Franciſci meritorum præponderantiam vi-
1 debatur præſeferre: ita æquum erat, ut in aliorum concurſu, non docto de majoribus qualitatibus, prælationem obtineret; ut plenè firmatur in *dicta mea ſecunda deciſione §. Majoris relevantiæ*: ad quam remiſſivè in omnibus ſe habuerunt Domini. Altera &c.

ROMANA SEU SAVONEN. SUCCESSIONIS.

Veneris 4. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Statutum ſæminas dotatas totaliter ab hæreditate patris excludens, operatur ne favore maſculorum faciant numerum pro augenda legitima. Et quænam ſubjectio requiratur ad hoc ut ſtatutum operari poſſit, examinatur: & etiam an ſtatutum prohibens Trebellianicæ detractionem intelligendum veniat in fideicommiſſis puris, vel etiam in eis factis ſub cònditione *ſi ſine filiis.*

Adeſt infra dec. 146. & 293.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutione aperta immiſſio non eſt denegada*, & n. 12.

Immiſſio ex remedio leg. final. Cod. Edict. div. Adrian. tollen. *conceditur fideicommiſſario probanti fideicommiſſum, ejuſque purificationem.*

2 *Filiæ à patre dotatæ, ab ejus hæreditate à ſtatuta Januæ totaliter excluduntur.*

3 *Filiæ jam dotatæ, & à ſtatuto totaliter ab hæreditate patris excluſæ, non faciunt numerum ad augendam legitimam de triente ad ſemiſſem favore maſculorum.*

4 *Debitor convenitur ſtatutis loci ubi moratur. Explicatur* n. 6.

5 *Statutum requirit ſubjectionem teſtatoris, hæredum, & bonorum, ad hoc ut ſibi locum vindicat.*

6 *Statutum loci, in quo fuit deſtinata ſolutio, & creditor teſtamentum condidit, & deceſſit, etiamſi per accidens bona debitoris extra territorium reperiantur; attendendum eſt, ad effectum regulandi ſucceſſionem.*

7 *Statuta, cui ſubeſt creditor judicandum eſt; cùm creditor ubique locorum conveniri voluit.*

8 *Actiones inhærere dicuntur oſſibus creditoris.*

9 *Statuta loci, in quo teſtamentum confecit, & poſtea occubuit, teſtatorem ſe uniformaſſe cenſetur.*

10 *Et ab hac regulanda eſt ſucceſſio, etiam in bonis extra illius ditionem exiſtentibus ratione individuæ voluntatis morientis.*

11 *Etiamſi bona per plures Provincias ſint diſtributa.*

12 *Legitimæ detractio non poteſt ab aſcendente prohiberi.*

13 *Ultra legitimam nihil aliud prætendi poteſt in bonis fideicommiſſo à matre ſubjectis.*

14 *Immiſſionis loco relaxari poteſt mandatum contra bona debitoris.*

15 *Statuta ſunt interpretanda, ut quominus fieri poteſt jus commune lædant.*

16 *Statutum prohibens Trebellianicæ detractionem, intelligitur in fideicommiſſo puro, non in conditionali. Contrarium* num. 18. & 22.

17 *Statutum indefinitè loquens, comprehendit omnes, & ſingulos caſus.*

19 *Interpretatio ſtatuti non eſt coarctanda, ne aliquid ſupra diſponat, quam quod eſt de jure communi; ne reddatur inutile; &* num. 22.

20 *Trebellianica in fideicommiſſis puris non detrahitur.*

21 *Statuentes, aliquid ultra jus ſtatuere voluiſſe dicendum eſt*

23 *Partitæ extractæ ex propriis libris, parte non citata, nihil probant.*

24 *Hæres quidquam detrahere non poteſt, ab hæreditate pro debitis ſolutis, niſi priùs probaverit illorum exiſtentiam, & ſolutionem.*

DECISIO CXIII.

LAura Paveſia, inſtitutis hæredibus Carolo, & Nicolao filiis ex Laurentio Gavotto conjuge ſuſceptis: ſubſtituit, in caſu eorum deceſſus ſine filiis, Mariam, & Hieronymam filias: quibus pariter ſubſtituit illarum filios tam maſculos, quàm fæminas vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Aperta per obitum utriuſque maſculi, ſine filiis, ſubſtitutione favore fæminarum, Hieronyma immiſſionem petiit coram A. C. pro ſua rata, ad bona fideicommiſſaria matris, contra Baronem Angelum Gavottum, mediatum dicti Caroli ſucceſſorem: ſed eâ, pendente judicio, defunctâ, inſtantiam reaſſumentes Jo. Baptiſta & alii de Ferreriis illius filii obtinuerunt ſententiam ſuper immiſſione ad medietatem bonorum fideicommiſſariorum: à quâ, delegatâ mihi appellatione, Dominos conſului: „ An, & ſuper quibus bo„ nis, & pro qua rata, ſit danda immiſſio; & „loco immiſſionis, pro qua ſumma ſit relaxan„ dum mandatum contra bona hæreditatis „ quondam Baronis Caroli Gavotti. „ Et reſponſum habui — *Dandam eſſe immiſſionem in quatuor unciis.*

Reſolutionis fundamentum quoad immiſſionem in genere conſtituebatur in teſtamentaria diſpoſitione; in qua poſt obitum Nicolai, & Caroli ſine filiis, litteraliter ſubſtitutæ leguntur Maria, & Hieronyma, earumque
1 filii; quales ſunt Ferrerii actores: adeout cum caſus ſubſtitutionis evenerit: petita immiſſio ex remedio *l. fin. C. de edict. div. Adr. tollen.*, nullam admitteret controverſiam; *Arguell. dec. 49.; & dec. 80. utrobique n. 1., & in rec. dec. 245. n. 1. ad 5. p. 8., & dec. 185. n. 1. p. 11., dec. 304. n 1. p. 13., & dec. 347. n. 11. p. 14.*

Quia verò tota cauſæ difficultas verſabatur in quota; dum Baro Gavottus contendebat, primo loco detrahendum eſſe ab hæreditate ſemiſſem, pro legitima debita Carolo: & ulterius alteram unciam cum dimidia pro Trebellianica: hinc Domini, prædictas detractiones examinando, agnoverunt, admittendam eſſe dumtaxat detractionem legitimæ

Digitized by Google

gitimæ in triente ; rejectâ portione Trebel-
lianicæ. Sanè legitima debita ſolùm erat in
triente : quia, licèt Laura teſtatrix, ultra
duos filios maſculos ſupra nominatos, tres
etiam fæminas reliquiſſet : attamen iſtæ,
2 tanquam à patre dotatæ, ab hæreditatibus &
bonis parentum, vigore ſtatuti Januæ, tota-
3 liter excludebantur : ideòque numerum fa-
cere non poterant ad augendam legitimam
de triente ad ſemiſſem favore maſculorum :
*Decius conſ.299.n.2., Ruin. conſ. 152. col..2.
lib.5., Cravetta conſ.966. n.8. lib.5., Petra
de fideic. q.15. n. 144., Peregrin. eod. tract.
art.38. n.24.*, ubi ait, hanc opinionem eſſe
communiter receptam, *Merlinus de legit.
lib.1. tit.4. q.3. ſub n.29.*

Nec ad evitandam hujuſce ſtatuti diſpoſi-
tionem, urgebat objectum, quod creditum
dotale Lauræ teſtatricis in ſumma ſcutorum
17500. auri, ſuper quo unicè verſatur quæ-
4 ſtio cum Barone Gavotto, tanquam exigen-
dum à debitore, moram trahente in Urbe,
dicatur eſſe de territorio Urbis Romæ ; jux-
ta *deciſ.828. n.17. coram Merlino* : ac proin-
5 dè, iſtius reſpectu, ceſſante ſubjectione bo-
norum hæreditariorum, quæ ultra illam te-
ſtatoris, & hæredum omnino requiritur : ſta-
tutum Januæ, ſibi locum vindicare non poſſit.
Duplex enim ſatisfaciebat reſponſio : altera
6 quod cum reſtitutio, & exactio dotis, prin-
cipaliter conventa, & deſtinata fuerit Savo-
næ ; & Laura Savonenſis ibidem teſtamen-
tum condiderit ; ac poſtea deceſſerit : hujuſ-
modi dotale creditum, ad effectum regu-
landæ ſucceſſionis, reputari debet de terri-
torio Savonæ ; quamvis per accidens bona
debitoris in Urbe reperiantur ; *Mareſcottus
Var. reſol. lib.1. cap. 9. ſub n.15., Bellonus
de jur. accreſc. cap.10. q.2. n.151. & 156.,
Merlinus de legit. lib.3. tit.1. q.18. n.97. &
ſeqq., Mangil. de imput. q.81. n.84, Rota
apud Cencium de cenſ. dec 3. n.15. cum trib.
ſeqq.*, & *poſt Zacchiam de obligat. Cam. dec
265. n.5.*

Potiſſimè dum, ultra exactionem Savonæ
principaliter deſtinatam, Laurentius debitor
dotis reſtituendæ, voluit ubique locorum
poſſe conveniri ; *ſum. DD. de Ferreriis n.1.* :
7 quo ſtante, cum creditum dici nequeat ali-
quo loco circumſcriptum : judicari debet de
8 loco creditoris : cujus oſſibus inhæret ; ex ori-
ginali doctrinâ *Saliceti* & *l. Cunctos populos
C. de Summa Trinitate, & fide catholica* ;
eamque latè exornat, & ſequitur *Alexander
conſ.31. n.5.6.7. vol.1., Honded. conſ. 13. à
n.20. ad 25. lib.1., Mognerolus alleg.12. n.93.
& ſeqq., Mangilius de imput. q.81. n.84.,
Michalorus de fratr. p.3. cap.7. n.35.*, optimè
Cardinalis de Luca de teſtam. diſ.19. n.14.,
& *Rota in deciſ. impreſſa apud Grat. diſcept.
29. n.16.*, & *in dec.608. n.3. coram Seraph.*

Altera reſponſio eſt, quod cùm Laura, in
9 Civitate Savonæ teſtata, & ſucceſſivè defun-
cta, proprios filios, in caſu obitus abſque
prole, gravaverit ad reſtituendam hæredita-
tem ſororibus, earumque filiis ; cenſetur,
circa detractiones, ſe patrio Januæ ſtatuto
conformora voluiſſe ; *Soccin. jun. conſ.168.
n.88. vol.2., Menoch. conſ.95. n.93, Fuſar.
de ſubſtit. q.311. n.43., Ridolph. alleg.171. n.
26., Manſ. conſult.148 n.41. & ſeq., & con-
ſult.678. à n.5. ad 19., Cardinalis de Luca de
fideicom. diſc. 36. n.3., Adden.* ad *Buratt.
dec.834. n.18., Rota dec.355. n.21.22. p 10.,
& dec.169. n.8. p.13. rec.* : atque, ad illius nor-
10 mam, regulare ſucceſſionem in bonis,
etiam extra illius ditionem exiſtentibus, quæ
ex individuitate voluntatis, conſideranda
11 ſunt per modum unius ; etiamſi per plures
Provincias diſtributa reperiantur : ex pluri-
bus adductis per *Card. de Luca de ſucceſſ. ab
inteſt. diſc.4. n.16., & diſc.42. n.7.*, & in ter-
minis ſtatuti Januen. *Marcell. Marc. conſ.1.
n.170. & 171., & Jo. Franc. Marcian, diſp.
jur.33. n.10. & 24., Rota coram Merlino dec.
447. n.15. & 31., & in Romana, ſeu Bonon.
ſociet. officis & legitimæ 12. Junii 1682. §.
Non obſtat coram Guaxardo, & in Romana
ſeu Verulana fideicommiſſi 29. Januar. 1683.
§. Siquidem, coram Rondinino, & in Roma-
na, ſeu Januen. ſucceſſionis 18. Junii 1694.
§. Huiuſmodi coram bo. me. Emerix.*

Sicut autem viſum eſt, quantitatem legi-
timæ detrahendæ regulandam eſſe ad nor-
mam ſtatuti Januenſis : ita pari modo, de
trebellianica, ex ejuſdem diſpoſitione, nulla
fuit per DD. habita ratio. Siquidem in illo,
utriuſque quartæ detractio legitur abſolutè
12 prohibita ; & ſolum altera ex eis concedi-
13 tur ; quamobrem, eo ipſo quod Baroni per-
mittitur detractio legitimæ in triente : nequit
ab eo quidquam aliud prætendi : ſed reliquæ
octo unciæ remanent in hæreditate teſtatri-
cis : ad quarum medietatem, tanquam ex-
preſsè vocatis, meritò concedendam immiſ-
ſionem fratribus de Ferreriis, dixerunt DD.,
14 & loco immiſſionis, relaxandum mandatum
pro ſcutis 5833. auri, contra bona hæredita-
ria Caroli Gavotti, decreverunt.

Nec ullam meruit animadverſionem obje-
15 ctum deſumptum ex regula, quod ſtatuta,
ad mentem legum, ſemper intelligenda ſunt ;
ut eò minùs, quàm fieri poteſt, jus commune
corrigatur : & ideò ſtatutum Civitatis Januæ
prohibens quartam trebellianicæ detractio-
16 nem gravatis, intelligendum ſit de fidei-
commiſſo puro, ſtatimque reſtituendo ; non
autem de illo ordinato ſub conditione, ſi fi-
lii gravati decederent ſine liberis ; prout eſt
illud de quo agitur ; ex traditis per *Manſ.
conſult.540. n.23. & ſeqq.*

Ultra quod enim, ex lectura ejuſdem ſta-
17 tuti, illicò deprehenditur illud indefinitè
loqui ; & conſequenter comprehendere om-
18 nes, & ſingulos caſus : adhuc objectum ſua
19 mole ruit : nam, ſi admittenda eſſet præſup-
poſita interpretatio ; ſtatutum remaneret
prorſùs inutile : dū nil ultra diſponeret, quàm
20 quod de jure communi ſcriptum eſt ; ne in
fideicommiſſis puris, trebellianicæ detractio
permittatur ; ad *Gloſſ. in l. Papinianus §.
Meminiſſe verò, verbo falcidia ff. de inoff. teſt.*

Rota

Rota in rec. dec 568. n.4. p. 1., & dec. 111. n. 4. & ſeqq. p 4. tom. 2. Quamobrem, ut conſentanee cum ſtatuentium mente procedatur;
21 quos aliquid ultra jus ſtatuere voluiſſe di-
22 cendum eſt: utique admitti debet interpretatio, quod illud indiſtinctè locum habeat, tam in fideicommiſſis puris, quam etiam in conditionalibus; ut aliquid operetur; ex firmatis *in Aſculana Prædii 26. Junii proximè præteriti coram R.P.D. meo Scotto.*

Quoniam verò, ad augendas detractiones calculabantur nonnullæ ſolutiones factæ à gravatis, reſpicientes debita fideicommittentis, DD. noluerunt pro nunc eas admitte-
23 re: illæ enim quæ reſultant ex partitis librorum Gavotti, utpotè extractæ, parte non citatâ, nullam fidem merentur; *Rota coram Coccino dec. 776 n.6., & in rec. dec. 190. n.4. p. 14., & dec. 2. n. 10. & 18. p. 18.* Aliæ verò decerptæ ex libris Sitii, ſecumſerentes ſolutionem dotis Hieronymæ, non faciunt ad in-
24 tentum: quia priùs juſtificari debuiſſet, dotem hujuſmodi eſſe debitum ejuſdem Lauræ fideicommittentis; & fuiſſe à Gavottis filiis, & hæredibus gravatis ſolutum; ut conſtito de exiſtentia, & ſolutione debiti, hæres detractionem conſequi poſſet; *Gabriel. de ſubſtit. q. 41. n. 2., Rota dec. 358. n. 12. p. 5. tom. 1. & dec. 5. n. 12. p. 6. rec.*

Et ita &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 7. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

An, & quando indicatio jurium ſit ſufficiens, ut aliquod judicii extremum probatum dici debeat: & quando requiratur eorumdem realis productio.

Adeſt infra dec. 144. cum ibi indicati.

SUMMARIUM.

1 *Salvianum conceditur, docto de credito cum hypotheca, & probata poſſeſſione debitoris & rei conventi.*

2 *Inſtrumentum in actis non exhibitum non probat.*

3 *Indicatio ſcripturarum in judicio non valet, niſi partes declaraverint ſe eidem ſtare velle.*

4 *A. C. de ſtylo non procedit in contumaciam.*

5 *Judex non poteſt cogere partes ad ſtandum indicationi.*

6 *Jurium ſola indicatio non ſufficit, ſed requiritur realis productio; ut Judex poſſit illa recognoſcere, & ad eorum limites ſententiam proferre.*

7 *Judex jura recognoſcere cenſetur, licèt ſint in actis alterius notarii, cùm notarius eſt ejuſdem tribunalis, & ideò ſufficit illa indicare.*

8 *Secùs ſi ſint per acta alterius curiæ.*

9 *Productio verbalis ob ſpatium longi temporis reputatur realis.*

10 *Pars non opponens* generalia contra, *cenſetur indicationi acquieviſſe.*

11 *Nec poteſt opponere, quod productio facta non fuerit in forma probanti.*

12 *Maximè ſi coram Judice primæ inſtantiæ, nec longè poſt, nihil oppoſuit.*

13 *Exceptio nimis ſerotina minus animadverſionis meretur.*

14 *Nullitas, quæ eſt ſimplicis formalitatis, à Rota non attenditur.*

15 *Nullitates contra telam judiciariam, quando nec fraus, nec læſio intervenit pariter non attendit.*

16 *Poſſeſſio debitoris probatur ex confeſſione ejuſdem ſucceſſoris.*

17 *Auctoris confeſſio impugnari nequit ab illius ſucceſſore.*

18 *Recipiens bona in ſolutum poteſt uti juribus anterioritatis uxoris, quæ promiſit eum defendere, & liberare à moleſtiis, ad effectum illa retinendi, adversùs alios creditores dantis.*

19 *Novationem excludit jurium antiquorum præſervatio.*

DECISIO CXIV.

PRo diſſolvendo debito uſque de anno 1677. contracto favore Ducis Alexandri Matthæi per Angelum Fantautium, occaſione ſocietatis inter eos initæ ſuper piſcatione in ſtagno Portuenſi: Antonius, dicti Angeli filius, & hæres creavit anno 1686 cambium favore ejuſdem Ducis, in ſumma ſcutorum 900.; reſervatis tamen juribus anterioritatis, & potioritatis crediti præcedentis, & citra ullam ipſius innovationem; cujus vigore deindè egit iſte in tribunali A.C. judicio Salviani pro immiſſione ad quandam Ferreriam hæreditariam præfati Angeli, à Marchione Nerlio poſſeſſam, ratione ſui crediti contracti de anno 1687.; exhibitoque ſuo anteriori credito; ut alia duo extrema in hoc judicio requiſita; hoc eſt poſſeſſionem debitoris de tempore contracti debiti; vel ſaltem poſt; necnon poſſeſſionem moderni Rei conventi probaret; indicavit dationem in ſolutum ei factam de dicta Ferreria à fratribus de Fantautiis, per acta Mazzeſchi notarii A. C. in ſolidum cum Laurentio Roſello notario capitolino: cauſâque in eodem tribunali, ſpatio trium menſium, ex poſt agitata: nihil contra dictam indicationem, & reſpectivè probationem ex ea deductam, oppoſitum fuit: ita ut A. C. non dubitaverit ſententiam ſuper immiſſione proferre: cui tamen Marchio Nerlius non acquieſcens, curavit in gradu appellationis mihi cauſam committi. Quapropter propoſito de more dubio – *An eſſet danda immiſſio*; *affirmativa* prodiit reſolutio.

Conſtitit enim de omnibus extremis in hoc
1 judicio requiſitis; de credito ſcilicet ex inſtrumentis, tum ſocietatis initæ anno 1677. tum cambii ex poſt contracti de anno 1686., de poſſeſſione autem debitoris, & reſpectivè Rei conventi ex dicto inſtrumento dationis in ſolutum, in actis indicatæ: quibus concurren-

currentibus, nulli dubium eſt, quin ſit locus
ſalviano; *Gloſſa in §. Item Serviana inſtit.*
de action. DD. in l.1. ff de ſalv. interd., Rota
dec.4.n.2. coram Dunoz., *& in rec. dec.*288.
n.4., *& dec.*362. *n.6. p.*19., & in aliis ſæpiſſi-
mè.

Quin obſtare viſa fuerit exceptio adeò
per informantes pro Marchione inculcata,
quod extrema poſſeſſionis debitoris, & Rei
1 conventi, non dicantur probata; ex quo in
actis exhibitum non fuit inſtrumentum præ-
2 fatum dationis in ſolutum; & ſola illius indi-
catio attendi non mereatur; dum partes illi
4 ſtare velle non declararunt: accedente ma-
ximè ſtylo tribunalis A. C., in quo non pro-
5 ceditur per contumaciam: & Judices non
habent facultatem cogendi partes ad ſtan-
dum indicationi. Etenim, licèt de hujuſmo-
di praxi dubitari ita abſolutè non poſſet; DD.
tamen, ex tota facti ſerie, illiuſque circum-
ſtantiis, cenſuerunt; præſentem quæſtionem
non verſari in terminis generalibus: ſed in
caſu ſpeciali, in quo fuit ſatis adimpleta for-
ma; cum qua in dicto tribunali procedi ſo-
let; & quæ, de jure, ad probationem requi-
ritur.

Ponderando ad hunc effectum, quod non
6 admittitur ſola jurium indicatio; imò requi-
ritur realis, ac effectiva productio inſtru-
mentorum; ut poſſint Judices illa ad libitum
recognoſcere; iiſque viſis, ſententiam ad li-
mites juris proferre; ut benè declarat *text.*
in l. Quæcumque ff. de fid. inſtrumentum.
Quamobrem, cùm per acta Mazzeſchi no-
tarii A. C. bene potuit à Judice ipſiuſmet tri-
7 bunalis recognoſci: & recognitum præſumi
debet, licèt cauſa ageretur per acta alterius
8 notarii, ſeu tribunalis; ad differentiam alte-
terius caſus, quando agitur de inſtrumento
rogato à notario alterius curiæ, & penè il-
lum dumtaxat exiſtente.

Iſtaque juris præſumptio maximè convali-
datur; ex quo, poſt indicationem præfatam,
cauſa adhuc per tres menſes agitata fuit: hoc
enim temporis ſpatio, tantò fortiùs præſumi
debet, omnia per Judicem recognita fuiſſe;
9 itaut productio alioquin verbalis, ex hac ra-
tione reputari debeat realis; *Ridolph. in*
in prax. p.1. cap.2. n.157., *Rota coram Bu-*
ratto dec.217. n.6.
10 Imò, cùm altera pars non oppoſuerit ſoli-
tam proteſtationem *generalia contra*: dici-
11 tur huic indicationi acquieviſſe: nec poteſt
ampliùs opponere, quod productio facta non
fuerit in forma probanti; *Saluſtius Tybe-*
rius in prax. lib.3. cap.15. n.2., *Rota coram*
Caval. dec. 142. n.6., *Gregor. dec.292. n.2.*
12 *ibique add. n.6.*, Maximè, quia non ſolùm
coram Judice primæ inſtantiæ nihil in con-
trarium deduxit: ſed etiam poſt ſubſcriptum
à me dubium ſpatio ferè 18. menſium, ac-
13 quievit: itaut hæc nimis ſerotina exceptio
minorem animadverſionem mereri apud DD.
viſa fuerit: In his enim circumſtantiis reduci-
14 tur ad ſimplicem formalitatem, quæ à noſtro
tribunali attendi non ſolet; *Rota deciſ.716.*
15 *n.17. p.18. recent.*; cùm generaliter, nec
etiam attendantur nullitates circa telam ju-
diciariam; quando nec fraus, nec læſio in-
tervenerunt; *Rota dec.198. n.5. p.17.*, & *dec.*
716. *n.18. part. 18. rec.*

Et ſanè durum nimis fuiſſet in dubium re-
vocare veritatem inſtrumenti, quod cum ip-
ſomet Marchione celebratum fuerat: & in
quo Antonius fatetur ferreriam, de qua agi-
tur, ſpectaſſe ad Angelum ejus patrem; & ju-
ra, quæ ſuper illius medietate ſpectabant ad
Benedictum patruum, jam fuiſſe ſibi ab illo
16 ceſſa: itaut abundè probatum remaneat ex-
tremum poſſeſſionis debitoris, ex ipſa con-
17 feſſione authoris Marchionis: quam ideò
ipſe impugnare ampliùs non poteſt; *Rota co-*
ram Cerro dec.229. n.2., & *coram Buratto*
dec.243. n.7., & *in rec. dec.69. n.2. p.16.*

Quibus ita firmatis, non obſtat replicatio
quod in inſtrumento dationis in ſolutum,
Anna Valentes uxor Antonii ſuum præſti-
terit conſenſum; & ulteriùs promiſerit, cum
ſuis juribus defendere, & liberare Marchio-
19 nem ab omnibus moleſtiis: undè infereba-
tur, quod ille, ex anterioritate crediti do-
talis dictæ Annæ, poſſet retentionem oppo-
nere; & Ducem à petita immiſſione exclu-
dere. Quoniam creditum dotale eſt de an-
no 1679.: & ſic longè poſteriùs credito Du-
cis, quod initium ſumit ab anno 1677., de
quo tempore fuit per eum contracta ſocietas
20 cum Angelo Fantautio: nec fuit novatum
per cambium poſtea contractum; attentâ
præſervatione jurium anterioritatis, & po-
tioritatis; *Gabriel. de novat. concluſ. n.56.*,
Molina de contract. diſput.537. n.9., *Amat.*
var. reſ. l 50. n.8. & 9.

Et ita utraque &c.

GERUNDEN. FERIALIS.

Ven. 11. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Ferialis in quos uſus erogandus, & à quibus ſit
adminiſtrandus, ejuſque reſiduum poſt lites,
& negocia capituli confecta, quomodò inter
ipſos diſtribuendum de jure, & ex ſtatutis
Gerunden. Eccleſiæ latè diſſeritur

Habes in hac cauſa inferiores dec.154. & 279.

SUMMARIUM.

1 *Pecuniæ, quæ à ſtatuto deſtinantur erogan-*
dæ pro litibus activis, & paſſivis, quas ha-
bet Eccleſia, quas vocant Feriale, *debent*
impendi in lites communes, aliaque onera,
univerſum Eccleſiæ ſtatum reſpicientia.
2 *Statutum conditum pro felici ſtatu, & gu-*
bernio Eccleſiæ eſt ſervandum.
3 *Potiſſimè à Canonicis, qui in actu poſſeſſionis*
ejus obſervantiam juraverunt.
4 *Lis, quando reſpicit privatum intereſſe Ca-*
nonicorum, eorum ſumptibus ſuſtineri
debet, non autem Eccleſiæ.
5 *Defenſio jurium, & prærogativarum ſump-*
tibus propriis debet ſuſtineri.

6 *Lites*

Digitized by Google

6 *Lites fieri propriis ſumptibus ejus contra quem ſunt directæ, iniquum eſt.*

7 *Ferialis quod ſupereſt poſt expenſum in lites, & negocia capituli, juxta ſtatuta eſt diſtribuendum.*

8 *Præcipuè aſſiſtente Brevi Papæ.*

9 *Obſervantia capituli probatur ex ejuſdem libris.*

10 *Obſervantia immemorabilis præbet meliorem titulum de mundo.*

11 *Obſervantia capitularium contraria eorum ſtatutis, eſt abuſiva, nec in Eccleſiæ præjudicium attenditur.*

12 *Obſervantia non eſt abuſiva in eis, de quibus ſtatutum non diſponit.*

13 *In iis, in quibus ſtatutum non diſponit, regula ſumi debet à rei indole, & aliis decretis capituli, & obſervantia.*

14 *Obſervantia in dubiis plurimum confert ad interpretationem.*

15 *Ferialis adminiſtratio privativè de jure ſpectat ad capitulum.*

16 *Adminiſtrationis abſoluta poteſtas penès capitulum probatur ex facultate, quam habet deputandi adminiſtratorem.*

17 *Et per facultatem, quam habet à ſtatuto expendendi fructus in oneribus ab ipſo demandatis.*

18 *Et ex longæva, & pacifica quaſi poſſeſſione.*

19 *Habens intereſſe poteſt invigilare ne laudabilia ſtatuta Eccleſiæ intervertantur.*

20 *Et etiam unuſquiſque de populo.*

DECISIO CXV.

PIum opus *feriale* nuncupatum pro pinguiori Canonicorum ſuſtentatione, anno 1234. inſtituerunt Epiſcopus, Dignitates, totumque Capitulum, certis redditibus ditatum: ſed agnitâ eorum modicitate, Vuillelmus, qui in paſtorali munere ſucceſſerat; unà cum dignitatibus, & capitularibus, anno 1313., ad hujuſmodi ferialis incrementum, eidem alios redditus addixit; eorumque partem pro Eccleſiæ operibus deſtinavit.

Verùm, quia in prædicti ferialis adminiſtratione quam plures irrepſerant abuſus; redditusque pro communibus Eccleſiæ expenſis deſtinati, per capitulum in alios uſus convertebantur. Idcircò Gaſto Epiſcopus anno 1330., Dignitatibus, & Canonicis in Capitulo congregatis, peculiari ſanctione mandavit: quod „ omnes ferialis proventus „ expenderentur in, & pro expenſis, & aliis „ communibus negotiis ipſius Eccleſiæ; & non „ poſſint ipſi redditus, vel eorum pars de cætero dari Epiſcopo, vel aliter aliis, quocumque modo, vel quovis quæſito colore,, quod licèt omnes, ut ſupra, convocati, inviolabiliter medio juramnero obſervare promiſiſſent: & ad hunc effectum inſuper decreviſſent; quod quilibet de Capitulo, in ingreſſu, hujuſmodi obſervantiam, nec quidquam in contrarium facere jurare tenerentur.

Nihilominùs cum modo ferialis redditus, qui propter ratam fructuum 93 Capellaniarum, quam fa. me. Gregorius XI, eidem applicaverat; aliaſque fidelium largitiones, ad annua ſcuta 3000 monetæ Romanæ excreverint; Canonici inter ſeipſos, pro eorum libito, partim repartiantur, partimque ab eiſdem, pro ſuſtinendis litibus contra Dignitates, & Beneficiatos, non quidem univerſale, ſed eorum particulare intereſſe reſpicientibus, expendantur: propterea ejuſdem Eccleſiæ dignitates commune bonum promoventes ſuper hujuſmodi ferialis adminiſtratione certam præſcribi normam exoptantes: ab hoc Sac. DD. conſenſu exquiſiverunt coram me -- *An, & in quibus litibus poſſint impendi fructus ferialis: & an fructus, qui ſuperſunt, erogari valeant in alios uſus, ultra præſcriptos in ſtatutis, inconſultis, & excluſis dignitatibus* -- Et ex eorundem oraculo reſponſum habuere -- *Fructus ferialis poſſe impendi, & erogari juxta modum in deciſione mox exprimendum.*

Procedendo enim cum diſpoſitione ſupra enunciati ſtatuti anno 1330., expreſsè præcipientis " Quod ferialis reddirus ſint deputati pro expenſis, quas multotiès oportet „ Eccleſiam Gerunden. ſubire in cauſis, & „ & quæſtionibus, quas ipſa Eccleſia Gerunden., coram aliquos movet; vel movent „ aliqui contra illam: omneſque reditus, & „ alii proventus, quos habet Eccleſia Gerunden. in ſuis neceſſitatibus communibus
1 „ erogare tenentur. „ Indè perſpicuum fit,
quod iidem impendi debeant in negocia, &
lites communes, aliaque onera univerſum
Eccleſiæ ſtatum reſpicientia; quæque ad totius corporis honorificentiam conferunt;
2 Juxta formam præfati ſtatuti, quod, tamquam conditum pro felici ſtatu, & gubernio
Eccleſiæ Gerunden.: conſtanter ſervari debet: *Abbas in cap. Quod Clericus, n.2. de
for. compet.*, *Felicin. in cap. Cùm omnes,
num. ultim. de conſtit.*, *Rota coram Pamphil. dec.265. n.5., & coram Cavaler. dec.77.
& 111. per tot.*, & in terminis conſtitutionum huiuſmet Eccleſiæ, *in Gerunden. adminiſtrationis 24. Januarii §. Tùm demùm, &
20. Junii 1687. §. Nec objici, coram bo. me.*
3 *Emerix.* Potiſſimè quando, prout hic, ſuper
illius obſervantia, ab omnibus de Capitulo
in actu adeptæ poſſeſſionis, præſcriptum
fuit juramentum; ad *text. in cap.1. de jurejur.*, *Fagnan. in cap. Cùm veniſſent num.22.
cum ſeqq. de iuſtit.*
4 E contra verò erogari non valent in lites
motas, & movendas tam contra extraneas
perſonas, quàm contra Dignitates, Beneficiatos, alioſque de Eccleſia, pro Canonico-
5 rum particulari utilitate, eorumque jurium,
& prorogativarum defenſione: quas, non-
niſi ſumptibus propriis ſuſtineri poſſe, diſtinguendo, dictum fuit *coram Mauzaned.
deciſ.157. n.2. & 3., coram Gregor. deciſ.263.
n.6., ibique Adden. n.8., coram Coccino dec.
1911. n.8. 9., & in recent. dec.138. n.12. p.1.*
6 Prorsùs enim iniquum eſſet, quod dignitates, quorum unuſquiſque pro conſtituendo
feriali, ſolidos 100. perſolvit; *ſum. dignitatum*

Digitized by Google

*tum n.*1. *& 2. littera A.*, *& n.*9.: & quorum nonnulla præſtimonia eidem unita fuere; *dicto ſum n.*4. *littera D.*, cum propriis redditibus poſtea vexari poſſent. ad *text. in leg. Imperatores ff. de Tutelis*, *& rationib. diſtraben.*, *Rota coram Gregorio dicta deciſ.* 263. *n.*1.2., & præter mox allegata, *Rota coram Mantica deciſ.*262. *n.*5. 6., & *coram Pamphil. dec.*239. *n.*1.

Abſolutis autem, ac plenè, perfectèque completis omnibus expenſis communibus, reſpicientibus tam lites, & negocia, quam
7 alia onera ejuſdem Eccleſiæ: reſiduum tantummodò, cenſuerunt DD., diſtribuendum eſſe inter Canonicos, qui interfuerunt horis canonicis certis diebus, & feſtivitatibus: & hoc pariter ex ſtatutariis diſpoſitionibus: nam, cùm hoc feriale inſtitutum fuerit favore Capituli; ut Canonici, & Clerici Deo famulantes, commodiùs ſuſtentari valerent; *ſum. dignitatum dicto num.*1.: illudque ex antiquis ordinationibus Eccleſiæ, & ex decreto capitulariter condito anno 1598., fuerit deſtinatum pro communibus expenſis, & pro certis diſtributionibus faciendis quibuſdam anni diebus, & feſtivitatibus; *ſum. Capituli dicto num.*4. *&* 6.; & ulterius acce-
8 dat Conſtitutio fe. me. Leonis XI., in qua occaſione erectionis duodecim præbendarum presbyteralium, mandat, quod redditus ferialis, ceſſantibus Eccleſiæ neceſſitatibus, dividantur inter Canonicos, *dicto ſum. n.*10.; dubium non eſt, quin, iſto caſu, illi dici debeant diſtributi in uſus à ſtatutis præſcriptos.

Quæ omnia faciliùs confirmata remanent ab inconcuſſa plurium ſæculorum obſervantia inter Canonicos, diſtribuendi hos
9 fructus ſuperexcrantes: quæ, ſicuti concludenter probatur ex partitis extractis ex libro onerum, ad quæ tenetur feriale, ex computis fructuum ejuſdem; ac ex effectivis re-
19 partitionibus ipſarum diſtributionum inter Canonicos: ita, tanquam immemorabilis, præbet Canonicis meliorem titulum de mundo, *cap. ſuper quibuſdam* 26. §. *Præterea de verb. ſignific.*, *Cardinalis de Luca de benefic. diſc.*32 *n.*2.4., *& de Canonic. diſc.*11. *n.*6, *Sperellus dec.*37. *n.*12., *Rota in recent. deciſ.*673. *n.*16. *p* 18., *in Dertbuſen. juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *Ex diſpoſitione*, *coram R. P. D. meo Pio*, *in Colonien. præcedentiæ ſuper bono jure* 4. *Junii ejuſdem anni* §. *Tum tertiò*, *&* 22. *Martii* 1697. §. *penultimo*, *coram R. P. D. meo Muto*, *& in Giennen. juris mutandi* 20. *Februarii præteriti* §. *Suaſit*, *coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Abſque eo quod replicari valeat, quod prædicta obſervantia ſit prorſus contraria ſtatuto anni 1330., in quo, ad tollendos abuſus, mandatum fuit, quod ferialis redditus, in poſterum expenderentur pro commu-
11 nibus negociis Eccleſiæ: ideòque illa connumerari debeat inter abuſus, & corruptelas, à ſtatuto ſublatas: nec in præjudicium Eccleſiæ attendi mereatur; ut *in cap.*1. *de conſuetudinibus*, *Gratian. diſcept.*89. *n.*27., *Cardinalis Albic. diſcept.*1. *apud Card. de Luca de juriſdiction. n.*90., *Sperell. deciſ.*133. *n.*30.

Quoniam nihil implicat, quod expletis omnibus Eccleſiæ neceſſitatibus: (ex quorum non implemento dumtaxat, oriretur re-
12 pugnantia) cùm ſuper remanente quantitate fructuum nullo modo diſponat ſtatutum præfatum; eadem inter Canonicos diſtribua-
13 tur, ſumptâ regulâ ab ipſa fundatione ferialis, inſtituti ad commodiorem Canonicorum ſuſtentationem, aliiſque conſtitutionibus, & decretis; & tandem à ſubſequuta ob-
14 ſervantia: quæ plurimum, in dubiis, ad interpretationem conferre ſolet; *l. minimè*, *l. ſi de interpretatione ff. de legibus*, *Caſtrenſis conſ.*348. *in fin. lib.*1., late *Menoch. conſ.* 341 *n.*23. *lib.*4., *Rota coram Coccino deciſ.* 1609. *n.*2.

Parum tandem rationabilis viſa fuit dignitatum prætenſio; quod prædicta omnia circa ferialis adminiſtrationem gerenda eſſent per Capitulum, conſultis, & auditis iiſdem
15 dignitatibus. Omiſſo enim, quod ferialis adminiſtratio, de jure, unicè, & independenter ſpectat ad Capitulum; ad *text. in cap. Novit.*, *& cap. Quanto de his, quæ fiunt à majori parte Capituli*; *Rota coram Coccino deciſ.*625. *n.*11.

16 Hoc unum certum eſt, quod plena, & abſoluta poteſtas Capituli in hujuſmodi adminiſtratione, ſatis probata remanet, tam ex facultate, quàm habet deputandi Clericum in adminiſtratorem; ad *text. in Clement. Quia contigit* §. *Ut autem de religioſis domibus*, *& dicta dec.*625. *n.*13., *& ſeqq. coram*
17 *Coccino*, quam ex ſtatutis ſucceſſivè factis, facultatem tribuentibus Capitulo expendendi fructus in onera ab ipſis demandata: ut *in dicta Gerunden. Prioratus* 1. *Julii* 1697.
18 §. *& tertio cor. bo. me. Urſino*: juncta etiam pacifica, & longæva 4. ſæculorum, & ultra poſſeſſione, fructus ferialis adminiſtrandi, abſque dignitatum conſilio.

Quia verò dignitates in fundatione ferialis interfuerunt; & pro eo centum ſolidos con-
19 tribuunt: ideò ratione eorum particularis intereſſe, invigilare, & contradicere poterunt, ne laudabilia ſtatuta Eccleſiæ Gerunden. intervertantur; & eidem præjudicium irrogetur, in extraneos uſus redditus ero-
20 gando: cum pro Eccleſia, & operibus piis, non ſolùm ipſis, ſed unicuique etiam de populo, hujuſmodi actionem exercere liceat; ad tradita per *Card. de Luca de legat. diſc.*62. *n.*3. *de judic. diſc.*12. *num.*6., & *Rota coram Cerro dec.*234. *n.*11.

Et ita, juxta hunc modum, Domini reſponderunt, utraque &c.

PISANA DISTRIBUTIONUM.

Lunæ 14. Decembris 1699.

ARGUMENTUM

Canonico aggregato à capitulo ad maſſam, licet non intulerit capitale à ſtatuto Eccleſiæ ſub pœna nullitatis præfixum, ſtante longæva obſervantia continuatur à Rota participatio diſtributionum: ſed tantùm correſpectivè ad capitale conceſſum in utilitatem capituli. Aggregatio Canonici ad numerum participantium quando fieri poſſit, & factam fuiſſe cenſendum ſit?

SUMMARIUM.

1 *Beneficii fructus debentur ei, qui ab ordinario inſtitutionem habuit ad legitimi Patroni inſtitutionem.*

2 *Diſtributiones debentur divinis intereſſentibus.*

3 *Longæva obſervantia magnam vim facit, quoad participationem concanonici quotidianarum diſtributionum.*

4 *Longæva obſervantia omnimodam vim tribuit in poſſeſſorio, non ita in examine petitorii.*

5 *Diſtributiones exceſſivæ reducendæ ſunt ad menſuram fructuum, qui ex capitali in fundatione beneficii aſſignato percipiuntur.*

6 *Taxa legalis nunc eſt quatuor pro centenario, & anno.*

7 *Canonicus, cui facta fuit aſſignatio ſtalli, conceſſio vocis, & privilegiorum communicatio abſque ulla reſervatione; cenſetur admiſſus ad participationem omnium diſtributionum cum cæteris Canonicis.*

8 *Secùs ubi adeſt ſtatutum reſtringens numerum Canonicorum, inter quos maſſa eſt diſtribuenda.*

9 *Capitulum obſervare debet ſtatutorum Eccleſiæ diſpoſitionem.*

10 *Actus geſtus contra diſpoſitionem ſtatuti munuti clauſula,* & decreto irritanti, *ipſo jure inficitur.*

11 *Capitulum ſine beneplacito Apoſtolico, & Eccleſiæ utilitate, ultra numerum Canonicorum à ſtatuto præfixum, alterum admittere nequit ad participationem diſtributionum.*

12 *Succeſſoribus in beneficiis, anteceſſores præjudicare non poſſunt, ſine beneplacito apoſtolico,* & num. 16.

13 *Augmentum unius Canonici non reſultat in Eccleſiæ utilitatem, itaut ex hoc admitti poſſit, reſiſtentibus ſtatutis, ad participationem quotidianarum diſtributionum.*

14 *Eccleſiæ utilitas eſt, quod beneficia ſint potius pinguia, quam tenuis redditus, & quare?*

15 *Damnum ſucceſſorum conſideratur ex diminutione introituum.*

16 *Diſtributiones ab uno ſeparari, & alteri applicari non poſſunt ſine juris ſolemnitatibus; quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ requiruntur.*

17 *Conſtitutio, quæ non eſt in uſu, vel fuit abrogata, non valet*

18 *Inobſervantia conſtitutionis convincitur ab actibus ipſi contrariis.*

19 *Scutum Florentinum, ſeu auro in auri largum, quot juliis exiſtimaretur de anno 1646.*

20 *Ducatus aureus de Camera olim erat valoris juliorum quindecim.*

21 *Controveniens conſtitutionibus, & ſtatuto, eiſdem uti, & juvari non poteſt.*

DECISIO CXVI.

1 UT antiquus divini Nominis cultus inſtauraretur in vetuſtiſſima, & primatiali Piſana Eccleſia: ſa. me. Honorius II. eandem antiquo ſplendori reſtitutam, ſexdecim canonicatibus decoravit: & unicuique illorum, prætèr præbendam, & extraordinarias diſtributiones, quas aſſignaverat, maſſam communem diſtributionum quotidianarum, inter præſentes repartiendam, conſtituit: Illaque, ne impoſterum extrà numerum canonicatuum, pro quibus fuerat à Pontifice deſignata, in aliorum novitèr erigendorum augumentum diſtribueretur; iidem Canonici Numerarii capitularitèr congregati anno 1429. decreverunt -- *Ne ullus creatus, vel creandus Canonicus in Eccleſia Piſana, ſub aliqua præbenda de novo inſtituenda, poſſit aliquo modo, vel jure, pro quotidianis diſtributionibus, aliquod petere, erigere, vel procurare de introitibus, proventibus, ac obventionibus, jam applicatis Canonicis ordinariis, pro quotidianis diſtributionibus, & eorum præbendis numero decem, & ſeptem: ſed ſolùm petere, & habere poſſit ipſam, & eamdem præbendam, quam fecerit, & conſtituerit pro ejus canonicatu, & quotidianis diſtributionibus: addita pœna nullitatis actus, in caſu contraventionis.*

Quia verò tractu temporis, ſtabilium traditio in fundationibus fieri ſolita, negligebatur; ex quo Ordinarii ſimplicem ſponſionem, & obligationem perſonalem ſolvendi annuam quantitatem fructuum Capituli, promiſſo correſpondentem, admittebant: Idcircò Honuphrius Bartolinus, olim Piſarum Antiſtes, ad tollendos hujuſmodi abuſus, alteram conſtitutionem edidit; qua præcepit -- *Che per l'avvenire non ſi poſſa creare in detta Chieſa canonicato alcuno di nuovo, ſe già prima realmente, e con effetto, & in tanti beni ſtabili in Piſa, o infra le ſette miglia &c. da quel tale, che lo crea, non ſarà conſegnato al predetto Capitolo, Canonici, o Chieſa per la ſomma, e rendita di ciaſchedun'anno in perpetuo, li ſcudi ſettanta d'oro larghi; cioè ſcudi trentacinque ſimili per la prebenda canonicale, e gl'altri ſcudi 35. ſimili, per la maſſa groſſa capitolare, per le diſtributioni quotidiane.* 1

In

Digitized by Google

Iuhoc rerum ſtatu, devotionis impulſu,
Julianus de Merzanottis, in ſuo ultimo te-
ſtamento alterum Canonicatum de jurepa-
tronatus familiæ de Pachettis, in dicta Ec-
cleſia erigi mandavit cum dote duc. 2500.:
quos ad hunc effectum, legaverat Antonio
Pachetto ejus ex ſorore nepoti. Iſte au-
tem, ut citiùs perfrui poſſet Canonicatu, ſibi
pro prima vice à teſtatore deſtinato: aſſigna-
tis de proprio ære nonnullis bonis ſtabilibus
æquantibus dictam ſummam Capitulo; fa-
ctâque obligatione tradendi inveſtimentum
valoris ducatorum 700. pro diſtributionibus;
& interim fructus perſolvendi: fuit anno
1635. à Capitularibus in fratrem receptus;
& ad omnium, & ſingularum diſtributionum
participationem admiſſus; Et licet Pachettus
ex poſt illa privatus fuiſſet anno 1645., ob ne-
glectam promiſſi inveſtimenti traditionem:
tamen anno 1646., aſſumptâ novitèr à patronia
obligatione perſolvendi annuos duc. 35., quo-
uſq; capitale duc. 875. infra annos octo trade-
retur: (in cujus computum duc. 575. exburſa-
runt) ad earumdem diſtributionum partici-
pationem reintegratus fuit: & à d. tempore,
uſque in præſens, tàm Pachettus, quàm ce-
teri Canonici ſucceſſores in dicta præbenda,
per ſpatium quinquaginta, & ultrà annorum;
omnibus diſtributionibus quotidianis, ad in-
ſtar aliorum Canonicorum, ſemper potiti ſunt.

Nuper autem, recuſante Capitulo ad di-
ctam participationem admittere Joannem
Baptiſtam Poggeſium, per obitum Antonii
Vincentii Pachetti, ultimi poſſeſſoris, de
præbenda proviſum; ex quo, juxtà decre-
tum conditum de anno 1429., novus Præben-
darius, de maſſà communi diſtributionum,
dicto numero Canonicorum præſcripta, par-
ticipare non poſſet: quodque major dos ab
illius canonicatus fundatoribus conſtituenda
foret: cupientes ideò partes, hujuſmodi con-
troverſiam, noſtri Tribunalis Judicio com-
ponere: relictis penès ejuſdem Capituli Ca-
merarium diſtributionibus, & emolumentis
decurſis à die captæ poſſeſſionis per Joannem
Baptiſtam: quæſiverunt ſub congruo dubio,
à me hodiè propoſito -- *An, quæ, & in qua
ſumma diſtributiones quotidianæ debeantur* --
Eaſque *deberi juxta modum* infra exprimen-
dum, prodiit reſponſum.

Quod enim illæ debeantur Joanni Bapti-
1 ſtæ, qui habet præſentationem de ſe factam
à Petro Antonio Pachetto legitimo patrono,
cum Ordinarii inſtitutione, dubitandum
2 non eſt: cum divinis intereſſenti, emolu-
menta, pro mercede impenſi laboris dene-
gari non valeant; ad notata per *Text. in
cap. unic. de Cleric. non reſident. in 6.*, &
Rotæ deciſ. 174. num. 1. & 2., & *deciſ. 374.
num. 1. par. 15. recent.*, & *in Alexandrina
diſtributionum 20. Martii proximè præteriti
§. Non enim, coram me.*

Quo verò ad illarum quantitatem: licet
3 pro integra perceptione favore Joannis Ba-
ptiſtæ, magnam vim faceret longæva obſer-
vantia: qua ab anno 1646. Canonici ejus
anteceſſores, pacificè participarunt de inte-
4 gris diſtributionibus: quia tamen hanc alle-
gare profuiſſes in judicio poſſeſſorio; non
autem in præſenti examine petitorii: DD. eâ-
5 dem poſt habitâ, cenſuerunt, diſtributio-
nes deberi Joanni Baptiſtæ in ſumma ſcuto-
rum 35.; correſpondentium capitali duca-
torum 875., ità illas reducendo ad æqualem
menſuram, & proportionatam quantitatem
6 fructuum: qui, habitâ ratione ad taxam le-
galem ſcutorum quatuor pro centenario, ex
pecuniis converſis in utilitatem Capituli per-
cipi poſſunt; ex remedio *cap. Suggeſtum, de
Decimis*, & *leg. Cum quidam ff. de uſur.*,
*Pacionus de locat., & conduct. cap. 45. n. 49.
& ſeqq.*, *de Luca ad Gratian. cap. 556. n. 9.*,
*in Nullius Tutelæ, ſeu Tiraſonen. Decima-
rum prima Julii 1698. §. Secundò coram
R. P. D. meo Caprara.*

Et quidem valido fundamento: nam, quam-
7 vis ex aſſignatione ſtalli, conceſſione vocis,
& communicatione privilegiorum, abſque
ulla præſervativa ſimplicitèr facta anno
1635., cenſeri poſſet, Capitulum præſtitiſſe
conſenſum; ut numerus Canonicorum parti-
cipantium augeretur: quodque Pachettus,
tunc ſolam præbendam poſſidens, ad integras
diſtributiones, cum antiquis Canonicis nu-
merariis admiſſus fuiſſet: attamen, quidquid
dici poſſet, ubi nulla peculiaris conſtitutio
8 reſiſteret: hoc unum certum eſt, quod dum
in Eccleſia Piſana viget dictum ſtatutum con-
ditum anno 1429., longiſſima, & pluſquam
centenaria obſervantia confirmatum, reſtrin-
gens numerum Canonicorum, inter quos
maſſa communis eſt diſtribuenda: non pote-
rat Capitulum admittere Pachettum ad par-
9 ticipationem omnium diſtributionum: ſed
illius diſpoſitionem ſervare tenebatur, novo
Canonico duntaxat aſſignando ibi -- *Solam
ipſam, & eamdem præbendam, quam fecerit,
& conſtituerit pro ejus Canonicatu, & quo-
tidianis diſtributionibus* -- prout ſervatum
fuit cum aliis Canonicis ſupranumerariis: ex
quibus duo tantùm, licèt ſint numero plures;
participant de diſtributionibus: quia conſi-
gnarunt Capitulo annuos redditus vel ſuper-
abundantes, vel illis æquivalentes; cum pro-
miſſione perpetuæ manutentionis; *Summar.
Capituli num. 3. litt. C. D.* Quamobrem,
10 totum id, quod in oppoſitum à Capitulo ge-
ſtum fuit, eſt irritum, proptèr nullitatem à
11 dicto ſtatuto, & à jure inflictam: dum, ſine
beneplacito Apoſtolico, non poterat novus
Canonicus ultrà numerum particeps fieri
diſtributionum, antiquis Canonicatibus aſſi-
gnatis; ſine utilitate Eccleſiæ; *Abbas in
cap. Cum acceſſerint, num. 4. de Conſtit.*, *Bar-
boſ. de Canon., & Dignit. cap. 3. num. 3.*, *Card.
12 de Luca de Canon. diſc. 6. num. 3. 4.*, & ſine
illo præjudicare non valebat ſucceſſoribus in
Beneficiis; *Rot. coram Seraphino deciſ. 87.
per totam.*

Nec, ex augumento unius Canonici, reſul-
13 tare poteſt utilitas Eccleſiæ, propter majo-
rem numerum miniſtrorum inſervientium:

itaut, ſtante dicta utilitate, contractus admiſſionis Pachetti ſuſtineri debeat. Quoniam
aſſerta utilitas non ſubſiſtit: quia, ſi licitum
eſſet, numerum Canonicorum paulatim augere: diſtributiones inter plures repartiendæ adeò minuèrentur; ut, attento parvo lucro, deſtituta ſervitio prorsùs remaneret
14 Eccleſia: cui magis expedit, quod pinguiora ſint beneficia: ut eo magis habeantur perſonæ qualificatæ; per quas divinus cultus magis augeatur; ut ait *Card. de Luca de Legat. diſc.*13. *num.*8. §. *Accedere*, & dixit *Rota in Hortana, ſeu Civitatis Caſtellanæ falcidiæ, 3. Martii* 1684 §. *Minùs opitulari coram bo. me. Albergoto*.

Succeſſorum verò præjudicium, eſt undique manifeſtum: nam, cùm antiqui Canonici habeant diſtributiones certas à tempore fundationis, in ſumma ſcut. 56, quæ cum extraordinariis aſcendunt ad ſcut. 70. circitèr *Summ. Capituli num.* 3.: eo ipſo, quod novi Canonicatus poſſeſſor, qui aſſignavit capitale annui redditus ſcutorum 35. pro diſtributionibus; admiſſus fuit ad antiquarum partici-
15 pationum; inde manifeſtè detegitur damnum ſucceſſoribus illatum: dum per dictam admiſſionem, diſtributiones ſeniorum fue-
16 runt diminutæ: quod fieri nullo modo poterat à capitulo, ſine ſolemnitatibus à Jure præſcriptis: ſignantèr in materia diſmembrationis diſtributionum; *Garzia de Benefic. p.* 12. *cap.* 3. *de diſmembrat. num. primo, verſ. & alias ſolemnitates, Rota in Marſicana diſmembrationis fructuum num.*4., & 5., & *in Toletana Parochialis nu.* 5. *penès Garziam, & deciſ.* 320. *n.*4, & 5. *par.*12. *rec.* cum aliis adductis per *Turricell. de union. cap.* 7. *numer.*8, & 9

Hinc non obſtat, quòd per conſtitutionem Archiepiſcopi Bartolini, præfigatur pro nova erectione canonicatus, annuus perpetuus redditus ſcutorum 70. auri in auro largorum; medietas, ſcilicet ſcut. 35. pro præbenda; & altera medietas pro maſſa groſſa capitulari diſtributionum quotidianarum: ex hoc inferente Paggeſio, quod, ſicuti Pachetti patroni aſſignarunt Eccleſiæ capitale annui redditus ſcut. 35., ad normam dictæ conſtitutionis: ita & ipſe, tamquàm Præbendarius ab eiſdem præſentatus, rejiciendus modò non ſit ab integra participatione omnium emolumentorum.

Quoniam, omiſſa reſponſione, quod dicta
17 conſtitutio non eſt in uſu; & fuit abrogata per ſubſequens capitulare decretum condi-
18 tum anno 1557.; *Summar. Capituli num.* 15., quodque illius inobſervantia conſtat ex erectionibus ſucceſſivè factis; in quibus fundatores aſſignarunt capitale annui redditus ducatorum 70. in ſaccis 35. frumenti; *d. Summar. num.* 3. *lit. C. D.* Ubi etiam procedendum eſſet cum dicta conſtitutione; adhuc illa in controverſa erectione, & canonicatus fundatione, obſervata non fuit; ſive, quia inveſtimentum in bonis ſtabilibus traditum non apparet pro diſtributionibus: & modò remanent ſcut. 300. in manibus patronorum: ſive etiam quia conſtitutum fuit capitale annui
19 redditus ſcut. 35. monetæ florentinæ: quæ nullatenùs correſpondent valori ſcutor. 35.
20 aureorum: qui de tempore initæ tranſactionis, hoc eſt anno 1646., excreverant ad julios quindecim, & ultrà prò ſingulo; ut teſtatur *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 39. *in fine, & de Penſ. diſc.* 35. *num.*11., ubi præcisè
21 loquitur de ſcuto auri largo: ideò nec fundator, nec ab eo cauſam habentes, uti, & juvari poſſunt eadem conſtitutione; *ad text. in leg. Julianus* §. *Offerri ff. de action. empt.*, & *Rotam coram Coccino deciſ.* 198., & 204. *utrobique num.*1.

Et ità &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS SUPER LIQUIDATIONE.

Lunæ 14. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur, habes in Sum. Adſunt in hac cauſa ſuper. deciſ.14., & inferior 270. cum ibi notat.

SUMMARIUM.

1 *Hæres gravatus alienationes factas reſtituere tenetur fideicommiſſario.*

2 *Et tenetur cum fructibus compenſare expenſas pro manutentione rei fideicommiſſariæ.*

3 *Et res exactas, poſt Teſtatoris obitum, ab ipſius debitoribus, reſtituere tenetur pro pretio, quo eas vendidit.*

4 *Hæres gravatus in venditione rerum fideicommiſſariarum de exacta diligentia non tenetur.*

5 *Nec tenetur bona de uno loco ad alium transferre, ut majori pretio vendantur.*

6 *Nec ſubire onus procuratoris, & negociorum geſtoris.*

7 *Mobilia argentea naturaliter, curſu temporis, in eorum ſubſtantia conſumuntur.*

8 *Mobilia reſtituere tenetur hæres gravatus, eo modo, quo reperiuntur de tempore purificati fideicommiſſi.*

9 *Hæres gravatus, qui non exegit nomina debitorum fideicommiſſi, non tenetur niſi de dolo, & lata culpa.*

10 *Hæres gravatus negligentiæ argui non poteſt ob non factam creditorum exactionem, quando à debitoribus partem crediti exegit; pro reſiduo mandata expedivit, & carceribus mancipari fecit.*

11 *In donatione rerum fideicommiſſariarum facta ab hærede gravato cum pacto reſolutivo in caſu moleſtiarum inferendarum ab hærede fideicommiſſario, ipſi liberum eſt contra donatarium agere pro reintegratione.*

12 *Fideicommiſſarius habet actionem, vel contra gravatum alienantem, vel contra ipſos debitores.*

13 *Fideicommiſſarius electa ſemel actione contra debitores, ſibi præcludit alteram contra gravatum alienantem.*

14 *Cautio*

14 *Cautio eſt medela ſequeſtri, & illius loco ſuccedit.*

15 *Fideicommiſſarius fructus ſibi debitos in bonis alienatis excomputare tenetur cum fructibus, quos percepit ex bonis in illorum locum ſubrogatis.*

16 *Legatarius ſibi acquirit fructus perceptos ex re legata.*

17 *Intellige hanc concluſionem procedere, quoties legatarius acceptavit legatum cum ſuis oneribus: aliàs ſi acceptare recuſaverit; fructus vel reſtituere, vel compenſare tenetur cum aliis ſibi debitis.*

18 *Exhibitioni propriarum ſcripturarum quis non tenetur.*

19 *Scripturę hæreditatis hęredi ſunt reſtituendæ.*

20 *Exhibere ſcripturas cogi non poteſt hæres, qui eas non habet, & jurat non habere, nec dolo deſiiſſe habere.*

21 *Exiſtentia ſcripturarum ad effectum exhibitionis debet concludenter probari.*

22 *Et quidem præcisè de tempore motæ litis.*

23 *Expenſæ juſtificantur mediante ſolutione facta à Sacro Monte Pietatis, ejus librorum partitis.*

24 *Expenſæ litium ſatis probabiles redduntur ex illarum ſuſtentatione, cum ſine expenſis non fiant.*

25 *Funerum expenſæ præſumuntur juxta gradum, & qualitatem demortuæ perſonæ, etiam ſi non concludenter probentur.*

DECISIO CXVII.

SUppoſitâ obligatione Duciſſæ Camillæ Virginiæ, reſtituendi hæreditatem integram Ducis Joannis Sabelli; juxta formam ejus teſtamentariæ diſpoſitionis: Sac: Rota coram bo. me. Emerix, pluries firmavit, non poſſe à monialibus Septem dolorum, dictæ Camillæ hæredibus reſtitutionum evitari; eo ſub prætextu, quod illa, vigore facultatis nominandi perſonam beneviſam, actum nominationis, favore Principis Sabelli, explevillet; eique in recompenſationem bonorum, quæ diſtraxerat, tenutam Ripaltæ, ad ſe ſpectantem legaſſet: me autem poſtmodum, in locum defuncti collegæ ſubrogato: duo fuerunt diſtincta dubia ſub die 17. Junii 1697. diſputationi propoſita; alterum ſuper confirmatione præcedentium deciſionum; alterum ſuper ſumma, prò qua veniret relaxandum mandatum. Cumque, confirmatis deciſionibus juxta primum dubium; dilata fuerit reſolutio quoad ſecundum; & demandata electio periti: hoc proinde adimpleto, prodiit illius relatio; in qua idem peritus, calculando partitas hinc indè non controverſas declaravit, creditum principis aſcendere ad ſcut. 17100. 48.; reliquas verò, tamquam à partibus impugnatas; judicio Sac. Rotæ remiſit. Hinc reaſſumptâ hodie diſputatione ſub dubio - *An, & prò qua ſumma eſſet relaxandum mandatum* - DD. controverſas examinando partitas, illud eſſe relaxandum juxtà modum infrà recenſendum, reſponderunt.

Et procedendo juxtà ordinem peritiæ;
cum quo etiam ſcribentes hinc inde, ſeſe uniformarunt: præter illas à perito bonificatas;
viſum fuit, etiam admittendam eſſe ſecun-
1 dam partitam ſc. 400.. Iſta enim debetur prò
prætio domus alienatæ à Duciſſa Camilla.
L. Quidam §. fin. ff. ad Sen. conſult. Trebell.,
Fuſarius ſubſtit. quæſt. 558. num. primo, &
quæſt. 624. num. 2., *Rota coram Merlino*
dec. 831. num. primo, & coram Priolo dec. 454.
num. 11., Non attentâ exceptione, quod
fuerit data in ſolutum Fabro Murario prò
reaptationibus factis ſuper alia domo fidei-
2 commiſſaria: quoniam tenebatur cum fructibus impenſas pro manutentione rei fideicom-
miſſariæ compenſare; *ad Text. in l. ſecun-*
dùm naturam ff. de reg. Jur., *Peregrinus*
de Fideicom. artic. 50. num. 12. Molina de
Primogen. lib. primo cap. 10. num. 23.,
Berſan. de compenſ. cap. 2. quæſt. 6. num. 48.

Sicut etiam admittendam eſſe dixerunt
decimam pro diverſis rebus, quas eadem
3 Duciſſa exegit poſt obitum patris à Travagli-
no: quarum tamen pretium noluerunt cal-
culare in ſcutis 1505., ut prætendebat D. Prin-
4 ceps, juxtà pretium, tunc currens in Ur-
be; ſed juxta pretium quod ſolvebatur in
5 terra Palumbariæ; ubi fuerunt traditæ: cùm
non teneatur hæres gravatus ad exactam di-
ligentiam illas tranſportandi ad Urbem; ut
6 cariùs venderentur: quia non tenetur ſubire
munus procuratoris, & negotiorum geſtoris;
ad text. in l. Poſtulante §. Sed, & in hujuſ-
modi ff. ad Trebell., *Peregrinus de Fideicom.*
artic. 44. n. 28., *Fuſarius de ſubſtit quæſt. 627.*
num. 11., *Rota dec. 409. n. 3., & 4. cor. Cocc.*

E contra viſum eſt DD., non eſſe calcu-
landum ad præjudicium monialium alias plu-
res partitas: non primam ſcut 17. prætenſam
pro ſuperficiè deaurata argentorum: illa
enim fuerunt ab Argentario æſtimata, cum
deductione dictæ ſummæ, ratione uſus per
40. annos, & ultrà, quibus Duciſſa Camilla
7 ſupervixit: cùm tanto temporis ſpatio, ne-
dum ſuperficies deaurata; ſed & ipſa Argen-
ti ſubſtantia diminuta fuerit; ut teſtatur
peritus; & de jure præſumitur; *Peregrinus*
de Fideicomm. artic. 10. num. 40., *Rota co-*
ram Gregorio dec. 285. num. 3., *Cerro dec. 17.*
num. 3., *& in rec dec. 165. num. 11. part. 11.*,
8 ſatiſque eſt argenta reſtitui eo modo, quo re-
periuntur de tempore purificati fideicom-
miſſi; per *text. in l. prima in princ.*, *& in*
l. ſi uſusfructus §. Si veſtis ff. de Uſufructu,
Peregrinus conſ. 70. num. 21. lib. primo, &
Tractat. de Fideicom. art. 10 num. 39.

Nec quartam, nec quintam; quæ prove-
niunt ex nominibus debitorum, deſcriptis
in invetario, & ſupponuntur debita à Ducif-
ſa, vel tamquam exacta, vel tamquam exi-
9 gi neglecta. Etenim, cùm re verâ de exa-
ctione non conſtet: eſſet probandus à fidei-
commiſſario dolus, aut ſaltem lata culpa in
non exigendo; ut per *text. in l. deducta 78.*
§. Cum

§. *Cum hæreditas & ff. ad Trebell., Pariſ. conſ.45. num.26., & 27. lib.2., Rota coram Royas dec.184. num 10., in recent. dec.2. n.10., & 11. part.14., dec.260. num. 5. part. 16., & dec.111. num.6 part.17.* Potiſſimum, quia in præſenti, etiam ex abundanti, excluditur quælibet negligentia: imò probatur maxima diligentia: nàm ex iſtiſmet debitoribus, parum crediti exegit; & pro reſiduo mandata expedivit, & ſequeſtra obtinuit: imò alterum ex eis, carceribus fecit mancipari *Summario Monaſterii num. 5. litt. A.*,
10 *& O.*: in his enim terminis nihil eſt imputandum hæredi, ſi non exegit juxta ea, quæ dixit *Rota in Romana Multiplicorum 5 Julii 1694. §. Nec obſtat, coram bo me. Emerix.*

Idem fuit judicium quoad ſeptimam partitam conſtituentem ſummam ſc.480. pro capitali duorum cenſuum, debitorum à communitate Terræ Amatricis, & aliorum. Licèt enim præfati cenſus fuerint à Duciſſa aliis donati; tamen in donatione adjecta fuit clauſula, quod in caſu quarumvis moleſtiarum, quas poſſet Princeps inferre; dicta do-
11 natio eſſet invalida, & reputaretur ac ſi facta non fuiſſet: itaut libera remanſit D. Principi facultas agendi contra ipſos Debitores; attento dicto pacto reſolutivo in donatione appoſito; *ad text. in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, Samin. contr. 44. num 23. 24., Rota dec.44. num. 3., & dec.315. num.10., & ſeqq. part.17.* cum aliis congeſtis *in Romana, ſeu Reatina Donationis, ſeu Renunciationis 27. Martii §. primo, confirmata 22. Junii 1699. §. Subſiſtere ſiquidem coram R. P. D. meo Pio*; & de facto ipſe D. Princeps etiam
12 judicialitèr contra illos inſtetit: itaut forſan, licèt à principio potuiſſet ejus arbitrio agere, vel contra gravatum alienantem, vel
13 contra ipſos debitores: tamen, poſt factam electionem agendi contra iſtos, illo arbitrio amplius uti non valuit; ſibique regreſſum contra hæredem gravatum præcluſit; *l. 3. §. Idem ſcribit ff. de Peculio l. ſi pecunia §. Item ſi quis*, ubi *gloſſ. verb. Licet ff. de condit. ob cauſ. & gl. ff. in l. Quod ſervus §. Nec, ff. eodem.*

Iſtaquè procedunt, etiamſi in partibus donatarius comparuerit, & ſequeſtra revocari obtinuerit: quoniam ex facto conſtitit, loco
14 ſequeſtri fuiſſe præſtitam cautionem: quæ idem operatur; cùm iſta ſuccedit loco ſequeſtri; *l. ſi fidejuſſor §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. fin. Cod. de Ordin cognit., Adden., ad Pamphil. dec. 532. num. 8., Rota coram Coccin. dec.13., & coram ſa. me Alexandro VIII. dec.69. utrobique num. primo.*

Tandem etiam è debito monaſterii detendam putarunt DD. oonam partitam ſcutor. 7930 pro fructibus, quos D. Princeps percepiſſet ex bonis hæreditariis alienatis, à die obitus Duciſſæ, uſque ad annum 1697. Quoniam, cùm è converſo idem D. Princeps ſtatim ſequuto obitu Duciſſæ, conſequutus fuerit tenutam Ripaltæ: tenetur iſtos excom-
15 putare cum aliis fructibus bonorum alienatorum; in quorum locum dicta tenuta ſubrogata fuerat. Abſque eo quod ſuffragari viſa
16 fuerit reſponſio, quod fructus ex tenuta Ripaltæ, tamquam ex re ſibi legata, pro-
17 prio jure acquiſiverit. Etenim, eo ipſo, quod noluit ad formam teſtamenti acceptare dictam tenutam pro omni, & toto eo, quod poterat prætendere an hæreditate Duciſſæ; tenetur ad illorum reſtitutionem; & per conſequens intrat compenſatio cum aliis fructibus, quos ooo percepit, & ei debebantur.

Quibus ità hinc inde firmatis quoad præd. partitas, quæ DD. viſæ fuerunt certæ; reſpectu ad tertiam ſcut. 2500. prò Capitali cenſus debiti à Duce Farneſio, ad quintam ſcut.4517. pro pretio animalium, & ad octavam ſcut.27. mill. pro dote, & lucro dotali Duciſſæ Liviæ uxoris Ducis Joannis, & reſpectivè matris Duciſſæ Camillæ Virginiæ: cum DD. non fuerint concordes, illarum cognitionem alteri diſputationi reſervarunt.

Et quoniam, præter iſta, petebat D. Princeps ſibi reſtitui libros, & alias ſcripturas in hæreditate Ducis Joannis repertas, & in inventario deſcriptas: ideo ſcribentes prò monaſterio, diſtinguendo qualitatem ſcripturorum, quoad eas, quæ concernebant intereſſe hæreditatis Duciſſæ eorum auctricis,
18 reſpondebant, non teneri ad illarum exhi-
19 bitionem; cum ſint propria: quo vero ad illas, quæ erant hæreditaria, offerebant ſe
20 promptos reſtituere illas, quæ extabant: prò aliis vero præſtare juramentum, quod non haberent, nec dolo deſiiſſent habere: cùm plures ex eis remanſerint penès Principem Sabellum; in cujus Palatio reperiebantur; ut conſtat etiam ex depoſitione unius teſtis, facta metu excommunicationis: Et juxta hanc oblationem viſum fuit DD., eſſe proceden-
21 dum: cum exiſtentia non remaneat plenè, & concludenter probata; ut omninò requiritur; *adden. ad Burattum dec. 266. num.9., Adden. ad Gregorius dec. 129. num.6., & Rota in recent. dec.239. num.1. part. prima*,
22 & quidem præcisè de tempore motæ litis; in *Romana Pecuniaria 21. Junii 1694 §. Vindicato igitur, coram R. P. D. meo Muto.*

Et hæc quoad partitas à d. Principe prætenſas. Quia verò è converſo Moniales prætendebant, alias eſſe ad ſui creditum ponendas: ideò DD. illarum examine aſſumpto, reſponderunt: tres ex eis eſſe admittendas: primam ſcilicèt ſcut. 250. pro expenſis factis in veſtibus funebris, & quarantena familiarum Ducis prædefuncti: cùm iſtæ licèt coram perito non fuerint plenè juſtificatæ: modo concludenter probatæ remanent, ex ſolutionibus factis mediante S. Monte Pietatis; *Summario Monialium num.7. litt. A.*; ſecundam ſcut.329. 30. prò totidem ſolutis in ex-
23 penſis factis ad commodum hæreditatis: cùm & iſtæ juſtificentur ex partitis ejuſdem Montis: ex quibus etiam conſtat, ſolutionem ceſſiſſe in beneficium fideicommiſſi; quod eſt
24 valdè veriſimile; cùm ipſa pulſaverit plures de-

debitores ; & ſine expenſis lites fieri non poſſunt. Tertiam demùm ſcut. 500. prò im-
25 penſis funeris ejuſdem Ducis ; quæ, licèt concludenter non probetur : tamen, ex quo agitur de funere unius ex primariis Urbis Baronibus : remanet, & iſta valdè veriſimilis : cùm debuiſſent fieri funera, juxta gradum. & qualitatem perſonæ ; etiamſi facta non fuiſſent ; *Pignatellus Conſult. Canon.* 88. *nu.* 17. *tom.*6., *Cancerius Lucubr tit.*2.*cap.*16.*n.*18., *& ſeqq.*, *Rota in Romana funeralium* 24. *Aprilis* 1690. §. *Viſa eſt*, *coram R.P.D. meo Caprara.*

Altera partita prætenſa à Monialibus, conſiſtebat in pretio tenutæ Ripaliæ : quod nec à Principe controvertebatur : ſed quæſtio tota fuit circa illius valutationem : quam DD., rejectis pluribus exceptionibus hinc inde deductis: calcularunt, juxta æſtimationem à perito factam, in ſcutis 16225., declarantes, nullam eſſe habendam rationem de ulteriori ſumma ſcutorum 1050., à Monialibus prætenſa, prò prætio ſeptem Rubrorum ; quæ dicuntur deficere in menſuratione facta ultimo loco à perito ; & ſupponuntur ceſſa à Principe Communitati Caſtri Novi, ante ipſius periti æſtimationem. Quoniam ceſſio facta fuit anno 1681., & peritus, licèt poſt dictum annum æſtimaverit tenutam ; æſtimationem tamen fecit, habito reſpectu ad venditionem factam anno 1676., & ſic longè ante ceſſionem.

Nec placuit DD. prò nunc admittere oblationem Monialium, recipiendi dictam tenutam ; aucto etiam dicto prætio ſcut. 1050. : ſed illam deducendam eſſe dixerunt in diſcuſſione alterius dubii ſuper ipſa tenuta.

Et ità, juxta hunc modum, Domini reſponderunt, utraque &c.

GERUNDEN PAROCHIALIS, SEU RECTORIÆ DE VILLOBI, SUPER NEGOTIO PRINCIPALI.

Lunæ 11. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 73., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Paroch alis unita dignitati, quæ jus habet nominandi, non eſt providenda per concurſum.*

2 *Unio omninò effectuata eſſe debet ad evitandam collationem parochialium per concurſum.*

3 *Unio ineffectuata non attenditur in præjudicium proviſi Apoſtolici.*

4 *Unionis ineffectuationem probant proviſiones factæ per concurſum.*

5 *Unioni nihil magis repugnat, quam ſtatus collativus.*

6 *Unionis ineffectuatio probatur etiam ex proviſionibus per concurſum factis aliarum parochialium, quæ continebantur in eadem ſcriptura, ex qua unio deſumitur.*

7 *Unioni nihil implicat ſi beneficia unita per concurſum fuerint collata : num potuit ſupervenire particularis ordinatio hoc præcipiens.*

8 *Unionis exceptio non retardat exequutionem litterarum Apoſtolicarum, niſi ſit undequaque clara.*

DECISIO CXVIII.

COnſtare de re judicata, reſponſum fuerat in hac cauſa, coram me, die 6. Februarii anni proximi præteriti, attentâ juſtitiâ ſententiarum Rotalium, ſuper executione litterarum Apoſtolicarum ; quas Petrus obtinuerat ad effectum conſequendi proviſionem Parochialis controverſæ ; uti ab Ordinario præelectus in concurſu : & in hodierna audientia, repropoſitâ causâ inſimul cum alio dubio ſuper remiſſoria à Franciſco colligante petita : quæ tamen fuit denegata ; ut in altera deciſione hodie paritèr coram me, edita : DD. ex eiſdem fundamentis, indeciſis perſtiterunt.

Cum enim præceſſerint probationes quoad
omnia, in eiſdem literis expreſſa : viſa fuit
1 non obſtare repetita exceptio, quod eadem
Parochialis ſit unita Archidiaconatui Sylicen. ;
quodque povideri debuiſſet ad illius
nominationem ; nullo præcedente concurſu.
Quoniam omiſſa reſponſione, aliàs per ſcribentes
prò Petro, deducta circa defectum
recognitionis ſcripturæ, à qua unionis probatio
deſumebatur : ſublata remanſit quælibet
difficultas ; ex quo conſtitit de ineffectua-
2 tione illius : cum tamen ad evitandam collationem
Parochialium per concurſum omninò
neceſſe ſit probare, quod unio ſit effectua-
3 ta : alias enim, data illius inobſervantia, &
ineffectuatione, attendi non debet in præjudicium
proviſi Apoſtolici ; *Rota dec* 664.
*num.*61. *part.*3 *recent.*, *& coram Pamphil.*
*dec.*94. *num.primo*, *& coram Arguell. dec.*4.
num 15.

Et ſane dum controverſa Parochialis, fuit
4 ſemper, mediante concurſu, proviſa : dubitari
non poteſt de ineffectuatione unionis : cum
5 illi nihil magis repugnet quam ſtatus collativus ;
cap. Cum acceſſiſſent, *de Conſt.*, *Clem.*
prima § *primo de Exceſſ. præl.*, *Gonzalez ad*
*regul.*8. *Cancell. gloſſ.*5.§.7. *num.*5, *& ſeqq.*,
Lotterius de re benefic. lib. primo quæſt. 28.
*num.*104. *Rota in recent. dec.* 150. *num.*11.
*part.*17.

Idque non ſolum practicatum fuit in præ-
6 ſenti Parochiali ; ſed etiam cùm in eadem
ſcriptura, in qua unio deducebatur, eſſent
comprahenſæ aliæ geminæ Parochiales ; &
iſtæ ſemper fuerunt per concurſum proviſæ :
itaut augeatur probatio inobſervantiæ ; ut
plenè firmatur in deciſione præcedentis inſtantiæ
edita 6. *Junii* 1698. §. *Ineffectuatio*,
coram R. P. D. meo Anſaldo. Potiſſimùm
quia, præſuppoſitâ etiam unione, nulla adeſt

7 impli-

7 implicantia ; quin ſupervenire potuerit laudabilis ordinatio providendi eamdem Vicariam per concurſum ; prout reſpondet *Rota in Gerunden. Beneficii* 10. *Februarii* 1696. *coram R. P. D. meo Scotto*, *&* *in Tarraconen. Vicariæ*, *ſeu Parochialis* 2. *Maii* 1698. *§. fin. coram R. P. D. meo dell'Olmo* ; & tamen
8 cum hujuſmodi unionis exceptio fuerit ab initio deducta, ad effectum retardandi executionem litterarum Apoſtolicarum : ſatis fuit, illam non eſſe undique claram ; ſed altiorem requirere indaginem ; *Rota coram Celſo dec.* 228. *nn.* 21. *cum aliis in dicta dec.* 18. *n.* 8. *part* 17. *recent.*

Et ità, utraque parte informante.

GERUNDEN. PAROCHIALIS, SEU RECTORIÆ DE VILLOBI, SUPER REMISSORIA.

Lunæ 11. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Articulorum, ſeu ſcripturarum remiſſoria, & reſpectivè compulſoria non conceditur, quando illarum relevantiam non percutit factum ubi ſe Judex ſpecialiter fundavit. Unio parochialis à quibus probetur, vel excludatur? & quod vertente lite inter proviſos ſuper exequutione litterarum apoſtolicarum, non niſi unio clara admittitur, & ultimus ſtatus contrarius ſufficit, ut gratia ſuſtineatur.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria, vel compulſoria nunquam denegatur cùm conſtet de relevantia materiæ articulatæ, & reſpectivè ſcripturæ compulſandæ.*
2 *Scriptura recognita eandem probationem facit ac publicum inſtrumentum.*
3 *Relevantia materiæ articulatæ ſatis eſt, ut ſit aliquo modo dubia pro conceſſione remiſſoria.*
4 *Remiſſoria faciliùs conceditur in ultima inſtantia.*
5 *In ultima inſtantia ſumus relevantiæ etiam datur ex probationibus aliàs factis, et ſi nullis.*
6 *Remiſſoria, vel compulſoria non conceduntur, ubi non conſtet de relevantia.*
7 *Nec ubi relevantia non eſt in facto, ubi ſe Judex ſpecialiter fundavit.*
8 *Unioni vis adimit ejuſdem ineffectuatio, & inobſervantia.*
9 *Unio ex proviſionibus poſtea factis per concurſum revocata præſumitur.*
10 *Quæſtio ſuper ſtatu beneficii, quæ non verſatur inter collatores, ſed inter proviſos, ſuper exequutione litterarum incidenter inſpicitur.*
11 *Et tunc ultimus ſtatus unioni contrarius dumtaxat ſufficit ad ſuſtinendam proviſionem apoſtolicam.*
12 *Et probationes ſuper ſtatu beneficii non impediunt effectuationem gratiæ ; ſed deſerviunt pro futuris vacationibus.*
13 *Ultimus ſtatus perturbari non valet per actum contrarium clandeſtinè factum.*
14 *Permutatio non conſtituit vacationem beneficii.*
15 *Status ultimus, circa modum providendi beneficium, conſtituitur per illius vacationem, non autem permutationem.*
16 *Unio non probatur per actus æquivocos.*
17 *Præſertim ſi probetur per longum tempus ſtatus collativus.*
18 *Actus æquivoci nihil concludunt contra libertatem vicariæ, probatam ex collationibus, prævio concurſu à longiſſimo tempore factis.*

DECISIO CXIX.

AD impediendam executionem litterarum apoſtolicarum ſuper proviſionem controverſæ parochialis, opponebat Franciſcus, illam ſibi deberi tanquam nominato, ſeu præſentato ab Archidiano Sylicen., ratione unionis quæ ſupponebatur uſque de anno 1264. ab Epiſcopo, & nonnullis Canonicis, & Dignitatibus, tunc temporis facta illius Archidiaconatui. Verùm, quia inter cæteras exceptiones, in contrarium deducebatur defectus recognitionis manus ſcripturæ, dictam unionem præſeferentis : nam illam factam in partibus, dicebatur, nulliter præceſſiſſe : ideò, ad inſtantiam ejuſdem Franciſci, mihi demandatum fuit uſque ſub die 6. Aprilis proximè præteriti, quod una cum dubio principali, aliud etiam proponerem ſuper remiſſoria, & compulſoria. Quamobrem DD. meorum obtemperando mandatis : utrumque in hac audientia propoſui. Et ſicut quoad illud ſuper bono jure prodiit reſolutio favore Petri collitigantis ; qui literas apoſtolicas obtinuerat ; ut ex alia deciſione : ita, reſpectu iſtius, DD. reſponderunt, *Nec remiſſoriam, nec compulſoriam eſſe concedendam.*

Licèt enim ſcribentes pro Franciſco, ma-
1 ximè inſiſterent in eo, quod poſita relevantia materiæ articulatæ, & reſpectivè ſcripturæ compulſandæ, nunquam denegari poſſet remiſſoria ; *Rota dec.* 397. *n.* 3. *p.* 14, *dec.* 115. *n.* 2. *p.* 15., *&* *dec.* 378. *p.* 19. *rec.* : nec compulſoria ; ut in *Derthuſen. juriſdictionis ſuper compulſoria* 28. *Januarii* 1697. *§. fin. coram R. P. D. mo Pio* : quam relevantiam allegabatur eſſe undique perſpicuam ; nam recognita manu ſubſcriptionum. In antiquiſſima ſcriptura unionis contentarum, reſultaret ex ea concludens probationis documentum, non ſecùs ac ſi publicum exhiberetur inſtrumentum ; ad *text. in l. ſcripturas C. Qui potior in pignor. habeantur* ; *Rota dec.* 3. *n.* 7.
3 *p.* 15. *rec.* : quamvis ſufficeret, relevantiam eſſe aliquo modo dubiam ; ut interim probationes coarctandæ non eſſent ; *Rota coram Coccino dec.* 20. *n.* 5., *&* *in rec. dec.* 453. *n.* 5.
4 *p.* 14., *&* *dec.* 123. *n.* 7. *p.* 19. ; præſertim in hac ultima inſtantia, *dec.* 219. *n.* 3. *p.* 19. *rec.* :
5 in qua etiam datur fumus ex probationibus aliàs

aliàs factis, & ſi nulliter; *Cæſar de Graſſis dec.* 1. *n.*10. *de dilation.*, *Gregor. dec.*403. *n.*3. *Merlin. dec.*15. *n.*1., *& Bich. dec.*270. *n.*1 *&* 2.

Attamen, his non obſtantibus, contrarium
6 viſum fuit determinare: cùm non ſubſiſtat
ſuppoſitum relevantiæ, in contrarium addu-
7 ctæ; dum fundamentum, ſub quo prodierunt
ſententiæ decernentes executionem litterarum
Apoſtolicarum, non ſtetit in defectu pro-
bationis unionis: ille enim, licèt fuerit ali-
qualiter conſideratus; tamen tota vis poſita
fuit in ejuſdem unionis in effectuatione, & in-
obſervantia; quæ tollit illi vires, *Rota coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*179. *n* 4., *& in rec. dec.*9. *n.*4. *p.*10., & *in Gerunden. ſacriſtiæ* 28. *Junii* 1694. §. *Quinimò*, *coram R.P.D. meo Pio.*

Quamobrem etiamſi legitimè, & conclu-
denter probaretur unio: adhuc non releva-
9 ret: quia, attentis proviſionibus ex poſt fa-
ctis per concurſum, utique antecedens unio
præſumeretur renovata; ut dictum fuit in
Illerden. unionis 27. *Junii* 1696. §. *Et quidem coram bo. mem. Vrſino*; & firmatur in *alia dec. hac eadem die coram me edita ſuper negotio principali.*

10 Sine difficultate, quia in præſenti quæſtio
non eſt inter collatores ſuper ſtatu beneficii:
ſed ſuper ſimplici executione litterarum
Apoſtolicarum; cujus occaſione incidenter
11 agitur de illius qualitate. In his enim ter-
minis, non ſolùm ſufficit probatio inobſer-
vantiæ: ſed etiam ſolus ultimus ſtatus admit-
titur, *Lotter. de benef. lib.*1. *q.* 34. *n.*25., *Add. ad Pamphil. dec.*339. *verſ. Notabilis*; *Rota coram Priolo dec.*38. *n.*4., *Royas dec.* 340. *n.*11. *&* 12., *& in rec. dec.*514. *n.*3. *&*
12 14. *p.*13.: & probationes inde faciendæ poſ-
ſent ad ſummum deſervire pro futuris vaca-
tionibus: nunquam autem impedire effe-
ctuationem gratiæ; *Rota in Mediolanen. præpoſituræ* 29. *Novembris* 1691. §. *Ac proindè*, *coram Rmo D. meo Decano*, *&* 18. *Martii* 1695., *coram R.P.D. meo Muto.*

Abſque eo quod dubitari poſſit de ultimo
ſtatu, unioni contrario; ex quo in permuta-
tione facta hujuſmodi vicariæ de anno 1687.
conſenſum præſtiterit Archidiaconus Silven.:
quoniam, cùm præcedens proviſio facta fue-
rit per concurſum, ad formam S. Concilii
13 Tridentini: talis aſſenſus clandeſtinè præ-
ſtitus non valuit ſubvertere antecedentem
14 ſtatum beneficii, legitimè impreſſum. Per-
mutatio enim non inducit vacationem; quæ
15 eſt neceſſaria ad conſtituendum ultimum
ſtatum beneficii, circa illius proviſionem;
ut in his terminis *Rota dec.*59. *n.*9. *p.*11., *& dec.*406. *n.*4. *p.*16. *rec.*, cum aliis plenè cumulatis in *præcedenti deciſione hujus cauſæ edita coram R.P.D. meo Anſaldo* §. *fin.*

Atque ex his ſuperfluum viſum DD. reſ-
pondere cæteris argumentis; quæ ad com-
probationem unionis deducebantur; ex per-
ceptione ſcilicet primitiarum, adminiſtra-
16 tione ſacramentorum, & ſimilibus. Hujuſ-
modi enim actus, tanquam æquivoci, potue-
runt induci ex uſu, & quadam tollerantia,
potiùs ſuppoſitiva patronatus, quàm conclu-
17 ſiva unionis: ac proindè nihil concludunt
contra libertatem hujuſmodi vicariæ, ſu-
perlativè probatam cum pluribus collatio-
nibus, prævio concurſu, per adeò longiſſimum
tempus; ut in ſpecie, omnibus ſingillatim
reſpondendo, firmatum fuit in *dicta dec. R.P.D. mei Anſaldi* §. *Perceptio cum pluribus ſeqq.*

Et ita, utraque parte informante, reſolu-
tum fuit.

BARCHINONEN. EXEMPTIONIS SUPER EXPENSIS.

Veneris 15. *Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ, quæ vivæ appellantur, terminatò judicio, integræ veniunt victori reficiendæ.*

2 *Expenſæ procuratoris, quæ non excedunt ſummam ſcutorum* 10. *pro qualibet inſtantia, de ſtylo Rotæ ſunt reficiendæ.*

DECISIO CXX.

EXpenſæ, quas in fine hujus antiquiſſimæ
litis, taxavit R.P.D. meus Priolus, in du-
catis de Camera biſcentum ſexaginta quin-
quæ, viſæ fuerunt Dominis nullam mereri
reformationem; ideoque ad dubium -- *An conſtet de exceſſu*, -- *negativè* reſponderunt.

Conſiſtunt enim in regeſtis, citationibus
1 notis ſententiarum, & ſimilibus; quæ vivæ
appellantur; quæque, terminato judicio, in-
tegrè veniunt actori reficiendæ; per *text. in l. Properandum* §. *fin C. de judic.*, *Veſtr. in prax. lib.*8. *cap.*12. *n.*11., *Rota coram Celſo dec.*74. *n.*1. *&* 2. *in rec. dec.*270. *n.*1. *p.*16., *& in Romana Cambii ſuper expenſis* 23. *Januarii* 1699. §. *Quatenus*, *coram me.*

Quamvis autem inter illas, ſint etiam
comprehenſa honoraria procuratoris in dua-
bus inſtantiis: quæ dici non poſſunt expenſæ
2 vivæ: tamen ex inconcuſſo ſtylo noſtri tri-
bunalis, ſemper reficiuntur; quoties, ut hic,
ſummam ſcutorum decem in qualibet inſtan-
tia non excedant; *Rota coram Dunozetto jun. dec.*948. *n.*6., *in rec. dec.*384. *n.*6. *p.*14. *in Tiraſonen. Prioratus, ſuper expenſis* 5. *Martii* 1698. §. *Cùm enim*, *& in Vrgellen ſervitutum ſuper expenſis* 22. *Junii proximè præteriti* §. *final. pariter coram me.*

Et ita, altera &c.

PISANA PAROCHIALIS.

Veneris 15. Januarii 1700.

ARGUMENTUM.

Litteræ apoſtolicæ obtentæ ſine vera expreſſione valoris beneficii, ſunt nullæ: neque de illis facienda eſt mentio in ſubſequentibus litteris. Quænam conſuetudo valeat ad effectum ſuſtinendi litteras, in quibus juſta expreſſio valoris beneficii non fuit facta. Litteræ apoſtolicæ derogatoriæ medietati vocum, etiamſi exiſtat alter ab altera patronorum medietate præſentatus, qui majoribus polleat qualitatibus, ſunt exequutioni demandandæ.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſio Rotæ directa inducit pendentiam litis.*

2 *Initium anni juxta ſtylum Datariæ, ſumitur ab Incarnatione Domini noſtri.*

3 *Onera prius detrahi debent, ad effectum cognoſcendi valorem certum beneficii.*

4 *Ex productione jurium, reſultat producentis confeſſio: itaut eadem proſit parti adverſæ ad probandum ſtatum antiquum, & modernum beneficii, & n.5.*

6 *Litteræ apoſtolicæ integraliter juſtificatæ, ſunt exequutioni demandandæ.*

7 *Anterior in data litterarum apoſtolicarum eſt præferendus.*

8 *Litteræ apoſtolicæ ſubſequentes, in quibus nulla facta fuit mentio gratiæ, per priùs alteri, ſuper eodem beneficio conceſſæ, non ſunt exequendæ. Limitatur n.10.*

9 *Litteræ apoſtolicæ ſunt ſubreptitiæ, vel obreptitiæ ob malam expreſſionem valoris beneficii, & aliorum taciturnitatem, quæ exprimi debuiſſent.*

10 *Litteræ apoſtolicæ, quæ incontinenti conſtant eſſe ſubreptitiæ, vel obreptitiæ, tanquam ipſo jure nullæ, mentionem non merentur, ac ſi non emanaſſent.*

11 *Mentio debet fieri de jure valido, & efficaci, non de invalido.*

12 *Gratia, ob malam expreſſionem valoris beneficici, eſt ipſo jure nulla.*

13 *Ex regulis Cancellariæ, utpotè munitis clauſula* ſublata, & decreto irritanti, *quilibet contrarius uſus penitùs excluditur.*

14 *Contra regulas Cancellariæ nulla admittitur contraria conſuetudo.*

15 *Præſertim ſi ſit contra jus, & contra decretum irritans, ibidem exiſtens.*

16 *Limitatur cum eſt conſuetudo immemorabilis ſine ulla interruptione.*

17 *Aut ſaltem cum conſuetudo regulis Cancellariæ contraria, eſt firmata, & obtenta in contradictorio judicio.*

18 *Conſuetudo, cui jus repugnat, proſternitur ab unico actu in contrarium.*

19 *Actus, quibus jus aſſiſtit, etiam pauciores, præferri debent pluribus actibus contrariis, ad excludendam conſuetudinem juri abſonam.*

20 *Præſentatus à medietate patronorum, & habens majora requiſita eſt ab ordinario gratificandus.*

21 *Sola præſentatio à medietate patronorum nullum jus tribuit ad rem.*

22 *Majora requiſita poſſunt operari gratificationem in concurſu faciendo coram ordinario.*

23 *Secùs quando ante concurſum ſupervenit gratia Apoſtolica derogatoria medietatis vocum.*

24 *Gratia derogatoria alterius medietati vocum facit, quod præſentatus à medietate patronorum dicatur præſentatus ab omnibus.*

DECISIO CXXI.

VAcante Parochiali Eccleſia S. Bartholomæi Terræ Patignani, communitas, & homines dicti loci; ad quos juſpatronatus, pro medietate, ſpectabat: Joſephnm Antonium de Leonardis; Roncioni verò in altera medietate patroni, Julium de Cataneis præſentarunt: hinc ſuper inſtitutione orta fuit lis inter præſentatos, coram Primatiali Capitulo Piſarum ordinario inſtitutore. Verùm, quia illa adhuc pendente, Julius ſub aſſertiva, quod redditus certi prædictæ Parochialis nnn excederent 24. ducatos auri de Camera; litteras apnſtolicas derogationis medietatis vocnm, pro executione, certo exequutori directas obtinuit: & lis non attentis, Capitulum procedendo ad ulteriora, in primo judicio ſententiam protulit favore Leonardi. 1

Ideo habito recurſu ad Signaturam Juſtitiæ, illa circumſcripta remanſit: & mox judicium, ex integro, reaſſumptum fuit: agnitoque ab exequutore litterarum ſubreptionis, & obreptionis vitio, quo illæ laborabant; contra impetrantem, ſententiam protulit: à qua, interpoſitâ appellationis causâ, eandem Julius mihi committi curavit. Sed iſtâ pendente, Leonardus, cum illius narrativa, atque expreſſione valoris quoad fructus certos, in ducatis 103. auri de Camera, ſimilem gratiam derogationis medietatis vocum à Sanctiſſimo reportavit. Quapropter die 26. Junii præteriti propoſitâ causâ ſub dubio: *An litteræ Leonardi ſint exequendæ: ſeu potius, An, & cui ſit danda inſtitutio:* major inter partes quæſtio fuerit circa probationem conſuetudinis: quæ ſupponebatur vigere in expreſſione valoris, per non exceſſum in ducatis 24., Domini, dilatâ tunc reſolutione, mandarunt, quod jura ad hunc effectum exhibita, ponerentur in actis: & coadjuvarentur probationes. Modò autem omnibus expletis, causâ repropoſitâ, pro exequutione litterarum Leonardi, prodiit reſolutio.

Conſtat enim de verificatione omnium, 2
quæ

Digitized by Google

1 quæ in litteris expreſſa leguntur : quia litis
pendentia in noſtro tribunali controverti
non poteſt ; attentâ commiſſione , mihi dire-
cta ſub die 20. Decembris 1698. : & ſic , per
trimeſtre , ante litteras expeditas 16. Kalen-
das Febr. 1698. Domini : nam juxta ſtylum
2 Datariæ, initium anni ſumitur ab incarnatio-
ne Domini noſtri : idemque eſt ac dies 17.
Januarii 1699. ; ut animadvertit *Rota co-
ram Bichio dec. 385. n.6. in princ. & in rec.
dec. 433. n. 10. p. 13.*, & de hoc inconcuſſo Da-
tariæ ſtylo, *Cardinalis de Luca de penſ. diſc.*
27. *n.*8. Valor autem expreſſus per non ex-
ceſſum in ducatis 103. auri de Camera , quo-
ad fructus certos , juſtificatus remanet , tam
tempre antiquo, quàm præſenti , ex confeſ-
ſione , & facto ipſius Julii collitigantia. Nam
reſpectu primi , conſtitit, ipſum produxiſſe
antiquum publicum inſtrumentum præſenta-
tionis ſecutæ anno 1609. præſeferentia enun-
ciativam tunc temporis factam à patronis,
quod proventus certi Parochialis aſcendunt
ad ſcuta 200. monetæ Florentinæ , quæ con-
ſtituunt centum viginti trea ducatos auri de
Camera ; à quibus , ſubductis oneribus , qui-
bus eſt gravata Parochialia aſcendentibus
ad ſcuta 30. monetæ Romanæ ; ut deponunt
alii Canonici præterito *ſum. Leonardi n* 9. ;
3 & quæ priùs detrahi debent , ad effectum
dignoſcendi valorem certum beneficii ; *Se-
raph. dec.* 1030. *n.* 1 , *Rota coram Bichio dec.*
255. *n.*24. *& ſeqq & dec* 479. *n.*7. : remanet
in comperto , introitum certum eſſe in dicta
4 ſumma ducatorum 103. : &, ex hujuſmodi
productione, clara reſultat producentis con-
feſſio ; *Rota coram Gregorio dec.* 143. *n.* 12. ,
& in Bononien. jurispatronatus 31. *Januarii*
§. *Indeque* , *&* 22. *Aprilis* 1695. §. *Fruſtra* ,
5 *coram R. P. D. meo Pio.* Reſpectu verò ſe-
cundi ; hoc eſt ſtatus moderni, habemus aliud
factum poſitivum Julii : qui , agendo pro re-
ſtitutione fructuum Parochialis , quos Leo-
nardus perceperat anno 1695. , contra illum
produxit notulam juſtificatam cum depoſi-
tione Colonorum , liquidantem omnes red-
ditus Eccleſiæ , & præfatam ſummam , aucto
valore pro ſexdecim ſaccis frumenti, adæ-
6 quantes ; ac proindè , cùm nihil aliud ſuper-
ſit juſtificandum : dubitari non poteſt , quin
executioni demandandæ veniant litteræ Leo-
nardi ; ad *Vulgat. cap. ſi capitulo verb. exe-
quatur de conceſſione præbend.*, *Rota dec.* 482.
n. 1. *p.* 10. *recent.*

Nec obſtat quod Julius, priùs à Sanctiſſimo
proviſionem cum ſimili derogatione juriſpa-
7 tronatus impetraverit ; & ſic , uti anterior in
8 data , præferri debeat ; quodque , cum in
litteris , quas Leonardus obtinuit , nulla fue-
rit facta mentio prædictæ gratiæ ; iſtæ ne-
queant executioni demandari ; ex firmatis
per *Rotam coram Seraph. dec.* 761. *n.* 1. *&* 9.,
& coram Buratto dec. 421. *n.*2., *& in rec dec.*
257. *n.*6. *p.*2.

9 Quoniam , dum conſtat in continenti , lit-
teras Julii fuiſſe ſubreptitias , & obreptitias,
ob malam expreſſionem valoris , & aliorum
taciturnitatem , quæ exprimi debuiſſent : tan-
10 to quam ipſo jure nullæ , mentionem non me-
rebantur ; ac ſi non emanaſſent *Gloſſ. in cap.
ſuggeſtum verb. poſt ejus , de jurepatr.*, *Rotà
dec.* 105. *n.*3. *in fin. verſ. Aut eſt invalida* ,
*p.*2. *rec.* ; & plenè *coram Cerro dec.* 369. *n.*6.
7. , etiamſi adeſt clauſula -- *Dummodò non ſit
11 alteri jus quæſitum* -- ; quia illa intelligitur
de jure valido & efficaci ; non autem de in-
valido ; ut benè *Rota coram Caputaquen. dec.*
105. *ſub n.*3. *p.*2. , *& in Mediolanen. juriſ-
patronatus* 3. *Julii* 1584. §. *Demum itaque* ,
*coram bo. me. Paluccio ; & in Hyſpalen. be-
neficii* 28. *Novembris* 1692. §. *Firmato* , *co-
ram R. P. D. meo Priolo.*

Hujuſmodi autem nullitas viſa fuit ſatis
probata. Primò quia Julius expreſſit Ponti-
fici valorem certum per non exceſſum , in
ducatis 24. ; & tamen , cùm ex dictis juſtifi-
cationibus , ab ipſo productis , valor paro-
12 chialis ſit ducatorum 103. ; gratia , ob ma-
lam expreſſionem valoris , eſt ipſo jure nulla ;
ut expreſsè declaratur in *regula* 55. *Cancel-
lariæ de exprimendo valore* , *Lotter. de Re
benef lib.*3. *q.*20. *à n.*45. *cum plurib. ſeqq.* ,
Roſa de execut. litter. apoſt. lib. 1. *cap.*6. *n.*
124. *& ſeqq.* , *Rota coram Bichio dec.*96. *in
fin.*, *& in dicta Mediolanen. juriſpatronatus
dicto* § *Demùm* , *& ſeqq. coram Paluccio.*

Abſque eo quod replicari valeat , quod in
omnibus beneficiis Diœceſis Piſanæ , ex con-
ſuetudine ibidem introducta , expreſſio va-
loris certi ſoleat fieri per non exceſſum , in
ducatis 24. , ſive valor verus excedat dictam
13 ſummam, ſive ad illam non aſcendat. Omiſ-
ſo enim , quod propter clauſulam *Sublata* ,
& *decretum irritans* , quibus regulæ Cancel-
lariæ ſunt præmunitæ : quicumque contra-
rius uſus penitùs evertitur ; *Cardinalis de Lu-
ca de benef diſc.* 12. *n.* 12. , *Lotter de Re be-
14 nef. lib.*3. *q.*19. *n.*57. , quodque contra re-
gulas præfatas nulla admittitur contraria
conſuetudo ; plenè *Nicol. ad concordata Ger-
15 maniæ tit.*3. *dub.*2. §.4. : præſertim dum
agitur de conſuetudine contra jus , & contra
decretum irritans exiſtens in regulis Can-
16 cellariæ : quæ ſola non ſufficeret, niſi etiam
concurreret probatio immemorabilis , ſine
17 ulla interruptione ; aut ſaltem quod eſſet
firmata , & obtenta in contradictorio judi-
cio ; *Rota coram Merlino dec.* 553. *num.* 11. *&
ſeqq.*, *& dec.* 236. *à n.*3 *ad* 6. *p.* 18. *rec.*

Ceſſat omnis difficultas ; quoniam aſſerta
conſuetudo penitùs deſtruitur ex decem
particis extractis per officialem Datariæ ſ
*præſenti ſum. Leonardi n.*2. comprobantibus,
reſpectu beneficiorum Diœceſis Piſanæ , va-
lorem fuiſſe expreſſum ultra ducatos 24. ;
prout reverâ erant proventus , certi eorun-
18 dem beneficiorum. Quamobrem, ſi ad pro-
ſternandam conſuetudinem , cui jus repu-
gnat ; ſufficit unicus actus in contrarium ; *Ro-
ta dec.*280. *n.*22. *p.*18., & *dec.*513. *n.*13. *p* 19.
rec. , quanto magis id militare debet , ubi,
prout hic , tot afferuntur actus reiterati : qui
19 licèt eſſent numero pauciores illis datis ex

Digitized by Google

patie Julii; tanquam habentes aſſiſtentiam juris pro ſe, ſemper præterti debent; *Rota coram Seraphin. dec.1137. n.4., coram Gregorio de .51. n.2., & in Colonien. Paſtorotus 4. Decembris 1697. §. Et huic fruſtra, coram R.P.D. meo Priolo.*

20 Minùs tandem relevat, quòd Julio, tanquam præſentato à medietate patronorum, & habenti majora requiſita, quàm Joſeph Antonius, eſſet jus quæſitum ſuper dicto beneficio; itaut idem eſſet neceſſariò ab ordina-
21 rio inſtituendus, ſeu gratificandus. Nam ſola præſentatio à medietate patronorum, nullum jus tribuit ad rem; *Vivan. de jurepatr. lib.8. cap.8. n.6, & in rec. dec.239. n.25.*
22 *& ſeqq p.16.* majors verò requiſita poſſent quidem operari in concurſu faciendo coram
23 ordinario: ſed quoties ante concurſum ſupervenit gratia Apoſtolica derogationis medietatis vocum; tunc majora merita non at-
24 tenduntur: cùm præſentatus à medietate patronorum, cum gratia derogativa alteri medietati, dicatur præſentatus ab omnibus patronis; ut firmat *Garzias de benef. p.4. cap. 3. n.15., Rota coram Cerro dec.175. n.6., & dec.248. n.19. p.16.*, & *dec.157. n.8. part.18 recent.*

Et ita, utraque parte, in prima cauſæ propoſitione audita; & in hac Leonardo tantùm informante, reſolutum fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSI
DE MORONIS.

Mercurii 20. Januarii 1700.

ARGUMENTUM.

Judex poſt pronunciatum in cauſa poteſt devenire ad aliud decretum prioris declarativum: & quando iſtius ſecundi decreti nullitas objici nequit? Creditor retinens bona debitoris, prætendere non poteſt depoſitum, vel cautionem pro ſui crediti ſatisfactione.

SUMMARIUM.

1 *Judex poſtquam pronunciavit in cauſa, iterum in cauſa ſe ingerere, & novum decretum edere nequit.*
2 *Limita. ſi ſecundum decretum ferat ſimplicem declarationem, & exequutionem præcedentis.*
3 *Judex poteſt ſuam ſententiam declarare, & explicare.*
4 *Maximè ſi à primo decreto non ſit interpoſita appellatio.*
5 *Decretum poſteriùs continens certam ſummam, eſt præcedentis declaratorium, in quo continebatur ſummam nimis vaga, & generalis.*
6 *Summa certa deponenda ſpecificari à Judice debet, nè ſit in arbitrio creditoris jus ſibi dicere.*
7 *Decretum poſteriùs declarans numerum creditorum, eſt antecedentis declaratorium, in quo generalitèr dictum fuit, accèdere debere conſenſum creditorum: ne intelligatur etiam de poſſibilibus.*
8 *Conſenſus omnium creditorum requiſitus, intelligitur de majori parte eorumdem.*
9 *Conſenſus majoris partis, habetur pro conſenſu omnium creditorum.*
10 *Nullitas de jure tertii, non poteſt opponi.*
11 *Signatura rejicit nullitates, dum circumſcribere renuit ſententias.*
12 *Nullitas decreti non poteſt opponi ab eo, qui poſtea coram eodem Judice comparuit.*
13 *Judicis juriſdictio prorogatur per comparitionem iterum factam coram eo.*
14 *Aſſertivæ creditoris, niſi aliundè juſtificetæ, ſtandum non eſt.*
15 *Creditori canonizato per ſententiam, non præjudicat appellatio, cui fuit poſtea renunciatum.*
16 *Appellationi interpoſitæ renunciari nequit in præjudicium intereſſe habentis.*
17 *Pro creditore, qui eſt tutus, ob retentionem aliorum bonorum debitoris, non eſt demandandum depoſitum.*
18 *Debitor bona alienare non poteſt in præjudicium hypothecæ creditorum.*

DECISIO CXXII.

SEntentia per me lata, cùm eſſem A.C. Locumtenens; denegans immiſſionem petitam ad bona hæreditaria Julii Moroni; fuit deindè in noſtro Tribunali, per duplex judicatum, alterum coram R. P. D. meo Pio, alterum verò coram R. P. D. meo Priolo, confirmata. Quamobrem Franciſcus Lazzarinus Actor, agnitâ demùm ſuæ prætenſionis inſubſiſtentia, liti ceſſit, ac judicatis acquievit: Verùm quia, pendente lite, fuerat ad inſtantiam creditorum Antonii ultimi maſculi de familia, deputatus æconomus pro adminiſtratione eorundem bonorum: Idcircò Vannus dicti Antonii donatarius, præfata renunciatione non obſtante, curavit expeditionem cauſæ: ac eodem contextu, quo à R. P. D meo Priolo taxari obtinuit expenſas in vim rei judicatæ; reportavit etiam decretum pro remotione æconomi *facto priùs depoſito de ſumma prætenſa* (ſunt verba præciſa) *à Lazzarinis, ſive de pecuniis exiſtentibus penès æconomum, ſive de propriis: ac docto prius de conſenſu omnium creditorum.* Ab hoc decreto, quamvis Lazzarinus non provocaſſet; attamen, ad impediendam illius executionem, oppoſuit, quod deficieret conſenſus duorum ex creditoribus; quodque deponenda eſſet integra ſumma, quam ſibi ex diverſis creditis deberi contendebat. Quocirca iterum habito recurſu ad R. P. D. meum Priolum: ipſe, ex mente Dominorum ſibi declarata die 5 Octobris præteriti, decrevit; quod æconomus omninò removeretur, facto depoſito ſcutorum 150. pro credito Lazzarini, & præſtita cautione favore creditorum, qui comparverunt in deputatione æconomi, & modò novum conſenſum non præſtiterunt; nempè hæredes quondam Franci-

ſci Galli creditoris in ſorte cenſus ſcut.200:
& interim, per modum proviſionis, mandavis deputari Franciſcum Mariam de Rubeis
pro conficienda vindemia. Quæ omnia, licèt Vannus adimplere non detrectaſſet; adhuc tamen Lazzarinus, mutato conſilio, nolens ampliùs acquieſcere, appellationem interpoſuit; & commiſſionem appellationis cum clauſula *Alteri qui ad legitimam*, mihi directam, obtinuit: ad cujus normam, hodiè coram me propoſito dubio: DD., attentâ validitate, & juſtitiâ dicti decreti; *procedendum eſſe ad legitimam executionem* decreverunt.

Quin turbaret exceptio nullitatis, ducta ex eo, quod dùm R. P. D. meus Priolus, in primo ejus definitivo decreto mandaverat, ultra remotionem œconomi, quod doceretur de conſenſu omnium creditorum; & fieret depoſitum pro rata crediti prætenſi à
1 Lazzarino: non potuerit poſteà ſe iterùm in cauſa ingerere, ac novum edere decretum; ad *Textum in l. Judex poſtea quam ff. de Re*
2 *judic.* Quoniam, cùm hoc ſecundum decretum nihil aliud ſecum ferat, quàm ſimplicem declarationem, & exequutionem præceden-
3 tis: ceſſat quæcumque nullitas: cum Judex poſſit ſuam ſententiam declarare, & explicare; *Baldus in l.2. num 9. verſ. Quero C. de Sent. ex brevic. recitan.*, *Scaccia de Sent. & re iudicat. gloſ.* 14. *quæſt.*17. *num.*30, *Franciſcus Man. deciſ* 670. *num.*3., *Card. Albitius*
4 *de Inconſtan. in Judic. qu.*37. *num.*373. Maximè quia, adverſus primum decretum, non fuit interpoſita appellatio; ut in durioribus probat idem *Card. Albitius ubi proximè, num.* 379.

Et quod re verâ nos verſemur in caſu ſimplicis declarationis, viſum fuit DD., dubitari non poſſe. In primo enim decreto demandatum fuit depoſitum de ſumma prætenſa à
5 Lazzarinis; & ſic pro quantitate omninò incerta, & nimis generaliter expreſſa: cumque Lazzarinus allegaret, eſſe deponendam ſummam etiam pro aliis ſuis creditis omninò
6 incertis; ideo neceſſe fuit, ut ſpecificè deſignaretur certa ſumma, pro qua depoſitum fieri debuiſſet: ne alias eſſet in arbitrio creditoris ſibi jus dicere, ac debitorem cogere ad deponendum quamcumque ſummam, ſibi placitam, & benè viſam.

Sicut etiam in caſu declarationis nos verſari dicendum eſt, quoad aliam partem primi decreti mandantis, quod accedere debeat conſenſus omnium creditorum; ne habenda foret ratio creditorum, etiam poſſibilium:
7 & quia ex creditoribus certis duo noluerunt aſſentiri: benè fuit explicatum quod intelligi
9 deberet de conſenſu majoris partis: qui habetur pro omnium conſenſu: ex *textu in*
10 *l. fin. C. Qui bon cedere poſſint*: & tamen ſatis eſſet hanc nullitatem non poſſe à Lazzarino allegari: cùm reſpiciat intereſſe aliorum creditorum diſſentientum; ut reſpondit *Rota in Bononien. diviſionis*, 13. *Martii* 1699. *ff At quatenus*, coram R. P. D. meo
11 Scotto. Et de facto Signatura hujuſmodi nullitates rejecit; dum noluit circumſcribere decretum; ſed ab illo dumtaxat appellationem admittere.

Sine difficultate; quia ipſe etiam poſt re-
12 nunciationem litis, & editum primum decretum, comparuit coram R. P. D. meo Prio-
13 lo: quo caſu illius juriſdictionem dicitur prorogaſſe; *Card. Albitius ubi ſupra n.*369., *Rota dec.*32. *nu.*31. *par.* 15. *recent.*

Excluſâ ex prædictis nullitate, ceſſat etiam injuſtitia. Iſta enim deducitur, ex quo Lazzarinus, ultra ſcuta 150., ſuperius enunciata, aliorum creditorum ſatisfactionem conſequi deberet; & tamen aſſerta credita nullo modo ſubſiſtunt. Primum namque ſcut. 300. à Lazzarino prætenſorum pro alimentis præſtitis Antonio Morono ultimo gravato, nullam aliam habet probationem, quàm aſſertivam Lazzarini enunciatam per Peritum à me electum in prima inſtantia; ibi-- *Signor Franceſco Lazzarini pretende ſcudi* 300 *per alimenti dati al Signor Antonio*
14 *Moroni* -- Certi autem juris eſt, quod aſſertivæ creditoris non ſtatur; niſi aliundè juſtificetur; *l prima C. de Probat.*, *& l. Aſſeveratio C. de Non numer pecun.* Aliud creditum ſcut. 2000 minùs viſum fuit ſubſiſtere. Illud enim deſumi prætenditur ex quo Ceciliæ Aviæ Lazzarini fuerint de anno 1640. in dotem aſſignata bona exiſtentia in civitate Montis Faliſci, valoris ſcut. 2000., cum ſuppoſito quòd eſſent annui redditus ſcut. 115., & cum obligatione illa permutandi cum bonis exiſtentibus hic in Urbe, æqualis redditus: cumque in vim talis contractus, obtinuerit dicta Cecilia ſententiam favorabilem, ſuper permutatione dictorum bonorum, & aſſignatione aliorum ſtabilium in Urbe; &, licèt ab ea Antonius appellaverit, & cauſam noſtro Tribunali committi obtinuerit: tamen deindè appellationi renunciavit: & propterea dicatur hodie Lazzarinus, ex perſona Ceciliæ creditor dictæ ſummæ. Verum, ultrà
16 quod Antonius, in præjudicium Vanni donatarii, non poterat dictæ appellatione renunciare; ex firmatis per *Rota in Aſculana Prædii* 26. *Junii* 1699. §. *Nec talis coram*
17 *R. P D. meo Scotto*: reſponſum fuit, quod ratione iſtius crediti, nec erat demandandum ullum depoſitum: quia jam Lazzarinus retinet bona Montis Faliſci: & ſic eſt tutus
18 pro dicto credito: &, in omnem caſum, ſicut bona in Urbe ſita, non poterunt alienari à Vanno, in præjudicium hypothecæ creditoribus competentis; ità, nulla ſuperveniente nova cauſa, Vannus poſſeſſor ad aliquam cautionem cogi non poteſt; optimè *Rota coram Buratto dec.*904. *n.*7.

Et ita, utràque.

ROMA-

ROMANA CENSUS, SUPER NEGOCIO PRINCIPALI.

Ven. 22. Januarii 1700.

ARGUMENTUM.

Ob non tranſportationem actorum intra legitima tempora oritur res judicata: adeout, ejus vigore, deveniendum ſit ad taxationem, & moderationem expenſarum. In cæteris plenius habes in deciſione quæ ſequitur.

Adſunt infra dec. 148. & 149.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa remanet deſerta ob non proſequutam appellationem in tempore.*

2 *Res judicata oritur, ex quo cauſa remanſit deſerta.*

3 *Præfixio termini ad tranſportandum acta non requiritur pro re judicata.*

4 *Sed tantùm, ut valeat exequtioni demandari.*

5 *Cauſa dicitur deſerta, vel ex lapſu primi fatalis ſine citatione ad dicendum contra commiſſionem, vel ſecundi abſque tranſportatione actorum.*

6 *Res judicata non excluditur à tranſportatione actorum poſt legitima tempora.*

7 *Rei judicatæ juſtitia cognita, judex procedit ad taxationem, & moderationem expenſarum.*

8 *Hæres, qui nec Inventarium exhibuit, nec de bonis in eo deſcriptis rationem reddidit, tenetur de proprio pro debito hæreditario*, & num. ſeq.

9 *Deficiente redditione rationis, hæret tenetur de proprio ad ſolutionem debiti hæreditarii.*

DECISIO CXXIII.

Exequendum eſſe mandatum, aliàs ab A.C. relaxatum favore ſacriſtiæ S. Silveſtri ad Montem Quirinalem, pro fructibus cenſus; & novum etiam relaxandum pro aliis ex poſt decurſis, contra Marchioniſſam Juliani hæredem clar. mem. Cardinalis de Maximis; reſponſum fuit coram R. P. D. meo Anſaldo 3. *Junii* 1697. Et licet ab ejus ſubſequuto decreto, fuiſſet cauſa mihi commiſſa, cum clauſula *Alteri qui ad legitimam*: tamen infra annum, & ultrà, neglexit dicta Marchioniſſa illam in actis præſentare; nullâ interim reportatâ prorogatione fatalium: quinimò è converſo fuit, ad inſtantiam ejuſdem ſacriſtiæ, impetrata commiſſio præfixionis termini. Quamobrem dedi dubium, *An conſtet de re judicata, vel An ſit procedendum ad ulteriora in exequutione mandati?* Et, quoad rem judicatam, affirmativa prodiit reſolutio.

Attento enim tanto temporis lapſu, abſque ulla diligentia, circa proſecutionem appel-
1 lationis, itaut neque ad dicendum contra commiſſionem, citatum fuerit: cauſa reman-
2 ſit deſerta: & exindè res judicata proceſſit; cap. *Cum ſit Romana de Appellat.*, *Ridolphinus in Prax par. prima cap.* 13. *num.* 547., *& ſeqq.*, *Rota deciſ.* 176. *num.* 1., *& ſeqq. p.* 2., *dec.* 219. *num. primo par.* 11. *rec.*, *& in Lauden. Penſionis* 4. *Fabruarii* 1695. §. *Illa namque*, *coram bo. me. Urſino*.

Quod procedit, etiamſi non præceſſerit
3 præfixio termini ad tranſportandum acta. Quoniam ea non requirur pro inducenda re
4 judicata: ſed tantùm pro illius effectu; ut
5 ſcilicet valeat executioni demandari: nam alias, ut cauſa dicatur deſerta ſufficit lapſus, vel primi fatalis, ſine citatione ad dicendum contra commiſſionem, vel ſecundi, abſque actorum tranſportatione, ut bene diſtinguendo, reſpondit *Rota in Tudertina Penſionis*
10 10. *Maii* 1683. §. *Commiſſio coram bo. me. Albergato*, *& in Camerinen. Cenſus* 25. *Junii* 1696. §. *Neque etiam coram Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Hinc, ad effectum, de quo agitur, nihil
6 profuit, quod fuerint acta tranſportata. Quoniam non exindè excluditur res judica-
7 ta: ſed, conſtito de juſtitia præcedentis decreti, locus eſt taxationi, & moderationi expenſarum: & ſic proceditur per viam rei judicatæ; *Veſtrius in Prax. lib.* 8. *cap. ult. num.* 14, *Ridolphinus in Prax. par.* 2. *cap.* 13. *num* 640. *& ſeqq.*

In præſenti autem juſtitia viſa fuit undique effulgere; agitur enim de mandato relaxato pro fructibus cenſus contra bona propria Marchioniſſæ; quæ fuit hæres Cardina-
8 lis de Maximis: nec inventarium exhibuit; nec de bonis in eo deſcriptis, rationem reddidit: in quibus terminis, nulli dubium eſt, quod hæres, pro debito defuncti, ſuper propriis bonis nequit effugere executionem; *Rota deciſ.* 105. *n* 15., *&* 16., *coram fan. mem. Alex. VIII.*, *& coram Priolo dec.* 374. *n.* 5. *& ſeqq.*, & pleniùs *in dec edita* 3. *Junii* 1697. *coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Et, licèt agnità hac veritate, ſcribentes pro Marchioniſſa, in præſenti exhibuerint inventarium; & pro redditione rationis, inſtiterint pro electione periti: tamen, cùm ex rationibus deductis in alia deciſione hodiè pariter edita coram me; viſum fuerit Dominis illam eſſe denegandam: indè remanet
9 firma concluſio: quod deficiente redditione rationis, tenetur Marchioniſſa, etiam de proprio, ad ſolutionem debiti hæreditarii; *ex allegatis*.

Et ita utraque &c.

ROMANA CENSUS, SUPER ELECTIONE PERITI.

Ven. 22. Januarii 1700.

ARGUMENTUM.

Hæres beneficiatus, qui pulſatus in prima inſtantia noluit ad exhibitionem inventarii devenire, ſed litem alia exceptione protraxit: non poteſt poſt judicium per rem judicatam termi-

terminato, ſub prætextu redditionis rationis, impedire in bonis propriis exequutionem mandati pro hæreditario debito relaxati. Inventarii nullitas excuſari non poteſt, ſi ſit omiſſa deſcriptio bonorum, de quorum diſtractione non allegatur efficax titulus.

Adſunt infra dec. 148. & 149.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis, tamquam ab inventario dependens, ſine illo fieri non poteſt.*

2 *A non productione inventarii poſt diuturnam litem, & interpellationes, oritur ſuſpicia illius nullitatis, ob defectum integræ deſcriptionis.*

3 *Productio ſerotina vehementem influit ſuſpicionem, contra ſcripturam productam.*

4 *Hæres ſerotine offerens rationum redditionem in judicio jam terminato cum re judicata, retardare nequit exequutionem in bonis propriis, mandati jam relaxati pro fructibus cenſus.*

5 *Exceptio redditæ rationis hæreditatis, quæ requirit inſpectionem ſuper validitate Inventarii, in judicio per rem judicatam terminato non attenditur.*

6 *Inſpectio ſuper validitate inventarii altiorem requirit indaginem.*

7 *Exceptio requirens altiorem indaginem reiicitur in judicio exequutiva, & magis per rem judicatam terminato.*

8 *Hæredi beneficiato competit ius reddendæ rationis, etiam poſt tres ſententias conformes.*

9 *Limitatur quando pulſatus in prima inſtantia noluit ad redditionem rationis devenire: ſed alia inſubſiſtenti exceptione litem protaxit.*

10. *Electioni periti ob redditionem rationis locus non eſt, quoties inventarium non eſt integrum.*

11 *Hæres tenetur etiam reddere rationem de ſtabilibus.*

12 *Hæres tenetur deſcribere in inventario bona, reſtitutioni ſubiecta.*

13 *Omiſſio deſcriptionis ſtabilium reſtitutioni obnoxiorum in inventario, de quibus facile reddi poteſt ratio, illud non vitiare, dubitativè.*

14 *Omiſſio deſcriptionis bonorum, de quorum diſtractione non allegatur efficax titulus, vitiat inventarium.*

15 *Diſtractio inefficax bonorum hæreditariorum in inventario non deſcriptorum non liberat hæredem, quin teneatur ſolvere de proprio debita hæreditaria.*

16 *Diſtractio bonorum, quæ non caret ſuſpicione colluſionis, eſt inefficax.*

17 *Diſtractio bonorum eſt inefficax, ſi ſcienter fiat ab hærede beneficiato pro creditis poſterioribus.*

18 *Hæres beneficiatus habens ſcientiam creditorum anteriorum, malè ſolvit creditoribus poſterioribus, aliiſque ſibi benevisis, ſine cautione* de reſtituendo prioribus, & potioribus,

DECISIO CXXIV.

Exhibito nuper inventario bonorum hæreditariorum clar. mem. Card. de Maximis: Marchioniſſa Julia illius hæres, ut rationem redderet de bonis, in eodem inventario deſcriptis; & indè evitaret executionem mandati ſuper bonis propriis: inſtetit pro electione Periti. Sed hodie, dubio per me propoſito, fuit illius inſtantia rejecta.

Perperam enim agi viſum fuit de redditio-
1 ne rationis; niſi priùs cognoſcatur, an adſit
legitimum inventarium nec ne: cum illa ab
iſto dependeat; *Eſcobar. de Ratiocin. cap. 9.
num. 2., Cancerius Var. reſol. lib. 3. cap. 2.
num. 1., Oſaſcus deciſ. Pedem.* 147. *num.* 22.,
Rota coram Bichio deciſ. 158. *num.* 38. cum
aliis in deciſione præcedentis inſtantiæ, edi-
ta in hac cauſa 3. *Junii* 1679. §. *Poſtremò;
cor. R.P.D. meo Anſaldo*.

Et licet de legalitate inventarii diceretur
dubitari non poſſe, ex pluribus ad id cumu-
2 latis per informantes pro Marchioniſſa: ta-
men, cùm illud non fuerit adhuc in actis pro-
ductum; & uſque nunc, poſt diuturnam li-
tem, ipſa, quamvis interpellata etiam ab
initio litis coram A.C. de anno 1687. exhibe-
re recuſaverit: indè oritur maxima ſuſpicio,
quòd hujuſmodi exceptio fuerit hucuſque
dilata; ne, ſtante defectu deſcriptionis ſta-
bilium, vel ſimili, poſſet de nullitate redar-
3 gui. Semper enim tarda, & ſerotina produ-
ctio vehementem contra ſcripturam influit
ſuſpicionem; *l. Si quis fortè* § 1. *ff. de Pa-
ctis, Rot. cor. Royas deciſ.* 474. *num.* 4. &
dec. 73. *n.* 7. *verſ. ex tarda productione; par.* 18.
recent.

Quæ ſola ſuſpicio ſufficit, ne interim impe-
4 diri valeat executio mandati, de quo agitur,
pro fructibus cenſus. Quidquid enim ſit
quoad alios creditores, qui poſſent de novo
detegi; & quorum reſpectu, poterit Mar-
chioniſſa admitti ad redditionem rationis:
5 hoc unum certum eſt, quod in hoc judicio,
etiam per rem judicatam terminato, ut in
alia deciſione hodie coram me edita ſuper
meritis: attendi non debet præfata exceptio:
6 quæ, cùm indigeat examine ſuper validita-
te inventarii: negari non poteſt, quin altio-
7 rem requirat indaginem; & per conſequens,
ex natura prædicti judicii, hic veniat reji-
cienda; *Zacchias de Oblig. Cam. quæſt.* 17.
num. 2., *Rota* poſt eum *deciſ. prima num.* 11.,
& *dec.* 169. *num.* 13., & in his præciſis termi-
nis, *Rota dec.* 386. *num.* 10. *juncto num.* 13., &
deciſ. 387. *num.* 13. *par.* 15. *recent.*

Atque ex his remanet inapplicabilis regu-
8 la, quòd hæredi beneficiato competat jus
reddendæ rationis, etiam poſt tres ſenten-
tias conformes; *Gratianus cap.* 660. *num.* 26.,
Salgadus in Labyr. Creditor. par. 3. *cap. pri-
mo num.* 85., *Rota dec.* 145. *num.* 3. *par.* 12.
9 *recen.* Quoniam ea non procedit, quoties,
ut in præſenti, ille fuit pulſatus in prima in-
ſtantia: & non ſolùm detrectavit ad illam
devenire; ſed ulteriùs aliâ inſubſiſtenti ex-
ceptio-

ceptione propoſità, litem in longum protrahere curavit: in his enim circumſtantiis rejicienda eſt inſtantia præfata; *Rota dec.562. num.21. coram Bichio*, & reſpondit *Rota in d. deciſ. edita coram R. P. D. meo Anſaldo eodem §. Poſtremò*.

Ultra quod, ubi etiam in promptu eſſet probatio omnimodæ legalitatis iſtius inventarii: adhuc ex alio fundamento, non eſſet locus electioni periti, ad effectum reddendi rationem: quia, licet poſſet æſtimare mobilia in eodem inventario deſcripta: non autem ſtabilia: quæ, ut præmiſimus, ibi non leguo-
11 tur: & de quibus etiam teoetur hæres rationem reddere; *Rota in Aſculana Dotit*, & *Legitimæ prima Julii* 1697. §. *Ulterius coram bo. me. Urſino*.

Non obſtante replicatione, quod plura ex eis eſſent antiquis fideicommiſſis familiæ de Maximis obnoxia; & ſtatim, ſecuto obitu Julii hæredis Cardinalis, fuerint occupata à Marchione Fabritio, tanquàm ad dicta fideicommiſſa vocato; alia verò, quæ poterant ceoſeri libera; fuerlot eidem Marchioni data in ſolutum pro creditis, quæ habebat in bonis filii, pro reintegratione primogenituræ, & extinctione cenſus, ab eodem impoſiti.
12 Etenim, omiſſo quod adhuc in dicto inventario bona reſtitutioni ſubjecta erant deſcribenda; juxta theoticam *Caſtrenſis in l. fin. §. Cum igitur Cod. de Jur. deliber.*, *Decius conſ.633 num.10.*, *Surdus conſ.151. num.105.*, *Rota dec.453. num.15. par. 9. recen.*, ceſſare
13 viſa fuit difficultas in præſenti: quia, etſi prædicta omiſſio noo vitiaret inventarium: cum de facili poſſit reddi ratio de præfatis
14 ſtabilibus, etiam noo deſcriptis: noo idem admitti poſſet quoad alia bona libera; quorum reſpectu non allegatur alius efficacior titulus diſtractionis, quàm dationis in ſolutum, favore Marchionis Fabritii, pro ejus
15 creditis: quæ certè non erit profutura: &, ea non obſtante, tenetur Marchioniſſa ſolve-
16 re debita teſtatoris de proprio: ſive, quia non caret ſuſpicione colluſioois; ex deductis in præfata Deciſione R. P. D. mei Anſaldi §. *At Domini*: ſive, & fortiùs quia credita, pro quibus facta fuit, erant poſteriora illo, pro qun agit ſacriſtia: & de hoc notitiam habebat Marchioniſſa: cui proindè ſuffragari non valeat; cum non potuerit, tali caſu, ſolvere creditoribus ſibi benè viſis, etiam primo venientibus, non reportata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus; ut, præter allegatos in *d. deciſ. R. P. D. mei Anſaldi §. Addebant ulterius*, *Gratianus diſcept. 532. num. 61.*, & *ſequen.*, *Rota coram Cerro dec. 167. num. 5.*, & *dec. 272. num.13.*, & *in Aſculana Dotis*, & *Legitimæ prima Julii 1697. §. 4. demum coram bon. mem. Urſino*.

Et ita utraque &c.

CRACOVIEN. CANTORIÆ.

Lunæ 25. Januarii 1700.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus fundatum ab Epiſcopo, & de bnnis Eccleſiaſticis, exercitum à Laicis ratione officii, & adminiſtrationis boootum Eccleſiæ, eſt Eccleſiaſticum; de quo cum illicò conſtet, licet plures præſentationes, & ultimus ſtatus fuerint pro præſentato à patronis prætendentibus, vel juſpatronatum eſſe laicalei, vel manutentionem præſentandi in menſibus Papæ reſervatis; tamèn ſemper procedendum eſt ad favorem habentis proviſiouem ex reſervatione Apoſtolica.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia in menſe reſervato Sedi Apoſtolicæ ſunt ab eadem conferenda.*

2 *Menſis martius eſt reſervatus, dum ordinarius alternativam collationem habet.*

3 *Juſpatronatus emphyteuticum, ex ſui natura cadit ſub regula reſervationis menſium.*

4 *Arbitrium non intrat pro retardatione litterarum Apoſtolicarum, quæ ſunt juſtificatæ.*

5 *Litteræ Apoſtolicæ juſtificatæ celerem merentur exequutionem.*

6 *Juſpatronatus fundatum ab Epiſcopo, & de bonis Eccleſiæ, reputari debet eccleſiaſticum.*

7 *Juſpatronatus, cujus exercitium acquiſitum eſt à laicis, ratione officii, & intuitu adminiſtrationis bonarum eccleſiaſticorum, eſt eccleſiaſticum.*

8 *Juſpatronatus habetur laicale ex præſentationibus per longum tempus ab Epiſcopo admiſſis in menſibus Papæ reſervatis: contrarium* num.9. 10., & 12.

9 *Patronus Laicus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi, juxta ultimum ſtatum eſt manutenendus: adeout non intret reſervatio menſium.*

10 *Declarantur multæ auctoritates ad hunc propoſitum allatæ.*

11 *Intellige concluſionem, quoties illicò non conſtaret de qualitate eccleſiaſtica juriſpatronatus.*

12 *Status beneficii ſine licentia Papæ immutari non poteſt, ordinariorum conſenſu, in præjudicium reſervationis Apoſtolicæ.*

13 *Ultimus ſtatus non attenditur contra proviſum ex reſervatione Apoſtolica, habentem pro ſe ſtatum anteriorem contrarium.*

14 *Clauſula* ſublata, & decretum irritans *contenta in regulis Cancellariæ inficit quamcumque poſſeſſionem, & ultimum ſtatum.*

DECISIO CXXV.

AD præſentationem Capitanei Slanoxovien., collatum fuit beneficium eccleſiæ cathedralis Cracovieo., Cantoriæ nuocupatum,

turi, tanquam de jure patronatus Laicali,
Caſimiro: qui mox illius poſſeſſionem appre-
hendit; non obſtante quod vacaſſet in menſe
Martio, Sedi Apoſtolicæ reſervato. Sed cum,
ex hoc fundamento, Chriſtophorus de illo,
tanquam reſervato, ſibi à Sede Apoſtolica
provideri obtinuiſſet, & litteras deſuper ex-
pediri curaſſet: hinc, ortâ controverſia co-
ram A. C. Origo, ille prò exequutione lit-
terarum ſententiam tulit. Quapropter, ap-
pellatione interpoſitâ, Caſimirus à Signatu-
ra Juſtitiæ commiſſionem bon. me. Urſino
directam reportavit; cum Clauſula -- *Parito
litteris arbitrio Rotæ, appoſito ſequeſtro* --
ad cujus normam, ſub die 12. Maii 1698.
propoſito dubio -- *An intret arbitrium* -- cùm
tota cauſæ reſolutio penderet ab inſpectione
qualitatis capitaneorum, ſuper qua, non ni-
ſi quædam atteſtationes datæ fuerunt; op-
portunum judicarunt DD., dilatâ tunc reſo-
lutione, demandare, ut coadjuventur pro-
bationes. Quibus modò à partibus expletis;
ſubrogatus ego in locum interim defuncti
Collegæ dubium præfatum iterùm diſputan-
dum propoſui: illudque fuit *negativè* reſo-
lutum.

Cùm enim, præter ea, quæ ſub contro-
1 verſia non cadunt, conſtiterit DD., reſer-
vationem beneficii plenè reſultare ex vaca-
2 tione ſequutâ de menſe Martio; qui Apoſto-
licus dicitur; dum Ordinarius alternativam
collationem habet, *Piaſech. in prax Epiſco-
porum par.1. cap.5. art.2. num.8., Gonzal. ad
Regul.8. Cancell. gloſſ. 43. num. 106., Rota
dec.615. ſub num.4. part.4. diverſ., & in Flo-
rentina Parochialis 20. Decembris 1628.
§.1., coram Virili, & in Barchinonen. Be-
neficii 12. Junii 1686. §. Agitur, coram clar.
me. Cardinali Matthæio.*

Quamvis agatur de beneficio, quod eſt de
3 jurepatronâtus dicti Capitanei, quia cum ſit
Eccleſiaſticum adhùc remanet ad collatio-
nem Sanctiſſimi, *Gonzalez ſuper regul. 8.
Cancellariæ gloſ.18. num.5.6., Gambar de Po-
teſt. Legat. lib.3. num 368., Margar. de Beneſ.
quæſt.3. n.25; Corrad. in Prax. diſp. Apoſtoli-
car. lib.4. cap.2. num.22., Creſcentius dec.3. in
princi. de Jurepatr., Rota coràm Seraphin.
dec.1420. num.2., coram Royas dec.274. n.3.,
& in rec. dec 506. num.19 part.5., & dec.298.
num.5., & ſeq. part.9., & in dic. Barchinon.
Beneficii 28. Junii 1686. §. Controverti,
4 coram clar. me. Card. Matthæio*: Hinc meri-
tò cenſuerunt Domini arbitrium non habe-
re locum quando, prout hìc, litteræ Chriſto-
phori ſunt plenæ, & in omnibus juſtificatæ;
5 celeremque merentur executionem; *cap. ſu-
per litteris de Reſcriptis, cap. Si capitulo ibi-
que gloſ. verb. Exequatur, de Conceſſione præ-
bendæ in 6., Rota coram Ubago dec.104. n.1.,
coram Arguelles dec.4. num. 1., & coram
Zarat. dec.69. num.1.*

Qualitas autem Eccleſiaſtica dicti juriſpa-
tronatus incontrovertibilis redditur, ne-
dum ex partitis libri beneficiorum ejuſdem
eccleſiæ Cracovien. nuperrimè compulſatis;

ex quibus reſultat, Cantoriam erectam fuiſ-
ſe cum introitibus Eccleſiæ Slanokovien;
præſenti Summario Chriſtophori num. primo
6 quodque per conſequens, tanquam fundata
ab Epiſcopis, & de bonis Eccleſiæ, reputa-
ri debeat eccleſiaſtica; juxta *text. in Cle-
ment.2. ibique gloſ. verb. Præſentare de Ju-
re patronatus, Gonzalez ad Regul.8. gloſ.18.
num.5., Rub. de Teſtam. cap.56. nu 75, &
ſeqq., Spina eodem tit. gloſ.4. num.16. Card.
de Luca de Jurepatr. diſc.59. num.1.*

Verùm etiam ex qualitate capitaneorum,
penès quos reſidet exercitium dicti juriſpa-
tronatùs. Nam, cum illi ſint ſimplices admi-
niſtratores bonorum eccleſiæ; & ad omnem
Epiſcopi nutum amoveri quoq; poſſint; juxta
plures atteſtationes; de quibus in *præterito
Summario Chriſtophori num. primo, & 2.,
& præſenti à num.3. ad* 10., atque ex his om-
7 nibus perſpicuum fiat, quod, dum ipſi exer-
citium dicti juriſpatronatus acquirunt ratio-
ne officii, & intuitu adminiſtrationis bono-
rum eccleſiaſticorum; hujuſmodi beneficium
omninò dici debet eccleſiaſticum: non at-
tentâ laicali qualitate perſonæ adminiſtran-
tis; *Rebuffus in Prax. tit. de Præſent., &
inſtit. num.6., Lambertinus de Jurepatr. lib.1.
part.1. quæſt.2. art.10. num.7., Vivianus eo-
dem tract. lib.1. cap.3. num. 13., Garzias de
Beneſ. part.5. cap.1. num. 599., Corradus in
Prax Beneſ. lib.4. cap.2. num.51. Franceſ.
Var. reſol. cap.8. num.32.*, & formitèr diſ-
cuſſo articulo in *dicta Florentina Parochialis
§. Secunda ratio, & dicta Barchinon. Bene-
fic i 16. Januarii §. Non enim, & 12. Iu-
nii §. Neque obſtare* 1686.

Nec obſtant præſentationes, per longum
temporis ſpatium, ab epiſcopis admiſſæ: quæ
effectum ſortitæ fuerunt, etiamſi (ſecluſa
qualitate laicalitatis) collatio ſpectaſſet ad
8 Sedem Apoſtolicam: deducens Caſimirus
ab illis, quod vel juſpatronatus pernecesse
9 haberi debeat pro laicali: vel quod ſaltem
capitanei exiſtentes, in quaſi poſſeſſione præ-
ſentandi, ſint in illa manutenendi; præſer-
tim poſt præſentationem bona fide per actam,
& jam ſequutam juxta ultimum ſtatum; *ad
text. in cap. Conſultationibus de Iurepatr.,
& cap. Querelam de Elect., & Rotam in Me-
diolanen. Prepoſiture 26. Novembris 1691.
§. Ac proinde, & 4. Iulii 1692. §. Fundamen-
tum, coram Reverendiſſimo meo Decano, &
18. Martii 1695. §. Moti, coram R.P.D. meo
Muto, & in Barchinonen. Parochialis del
Prat. 12. Iunii 1695. §. Iuſtificata, coram
bo. me. Urſino.*

Quoniam, quidquid ſit quando juſpatro-
10 natus eſſet laicale, vel quando reverâ non
conſtaret, illud eſſe eccleſiaſticum: in qui-
bus terminis, aut loquuntur, aut intelligen-
dæ ſunt authoritates in oppoſitum adductæ,
& mox allegatæ deciſiones Mediolanen.; in
quibus reſponſum fuit favore proviſi ab ordi-
nario: eo quia collegialitas, à qua deſumeba-
tur ſtatus anterior, erat turbida: hoc unum
11 certum eſt, quod dum in continenti, ex

ſupra recenſitis, promanat qualitas eccleſiaſti-
ca præfati juriſpatronatus; dictæ præſentatio-
nes, utpote clandeſtinæ, & ſine ſcientia Pa-
pæ effectum ſortitæ; licèt in menſibus reſer-
vatis; cedere debent veritati in contrarium;
12 non attento Ordinariorum aſſenſu: ex quo
præjudicium aliquod irrogari non valuit
Apoſtolicæ reſervationi; *Innocentius in cap.
Bonę memorię il 2. ſub n. 1. verſ. Item de illo
de Poſtulat. Pręlat., Gonzalez. ad Regul. 8.
gloſ. 45. §. 2. num. 32., Lotterius de Re Beneſ.
lib primo quaſt. 34. num 45., & ſeqq., Ad-
den. ad Gregor. dec. 434. num. 20., Rota
coram Friolo dec. 136. num. 17., & in recen.
dec. 368. num. 4. part 2., & dec. 197. num. 4.
part. 5.*, & juxta ſtatum anteriorem, reſul-
tantem ex qualitate eccleſiaſtica, proceden-
dum eſt favore habentis proviſionem ex re-
ſervatione Apoſtolica; *cap. Cùm de beneficio,
ibique gloſ. verb. P ſi de Prębendis in 6.,
Lotterius de Re. beneſ. lib. 1. quęſt. 34. n. 44.,
Tondutus Reſol. beneſ. cap. 67. n. 15., Rota
coram Pamph. dec. 539. num. 5., & in recen.
dec. 54. per tot., & dec. 163. num. 3. part. 1.,
& dec. 152. n. 11. part 10., & dec. 148. n. 16.,
& ſeqq. part. 13., & dec. 106. à num. 2. ad 7.
part. 16.*, & in ſæpedicta *Barchinonen. bene-
ficii 28. Iunii 1686. §. Nec ad ſuſtinendum*:
& diſtinguendo admittitur in *Barchinonen.
Parochialis del Prat. 13. Iunii 1695. §. Et
licèt coram bo. me. Vrſino*,

Potiſſimè quia, mediante clauſula *ſublata*,
& decreto irritante contentis *in regul. 8. Can-
cellariæ*; quæcumque poſſeſſio, ſive ultimus
ſtatus infectus remanſit; ut proſequitur
*Rota dec. 1056. num. 18., & ſeqq. coram Coc-
cino, in rec. dec. 250. num. 24., & ſeqq par. 7.,
dec. 200. num. 18. part. 9 dec. 234. n. 29. part. 16.,
& in dicta Florentina Parochialis §. ultimo,
& in dicta Barchinonen. Beneficii 16. Ia-
nuarii 1686. §. Demùm*.

ASCULANA PENSIONIS.

Ven. 29 Ianuarii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 108. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exi-
gendi penſiones debetur manutentio.*
2 *Penſionarius in judicio manutentionis non
tenetur probare valorem beneficii, quam-
vis curati.*
3 *Potiſſimùm ſi penſio reſervata fuit ſimpliciter,
ſine clauſula* -- dummodo -- ; *quæ conditio-
nem ſecum fert.*
4 *Titularis adverſus penſionarios in judicio
manutentionis non admittitur ad benefi-
cium dimiſſionis fructuum, favore penſio-
nariorum, deducta tamen congrua.*
5 *Præſertim ſi titularis ſolutionem penſionis
promiſit ſub obligatione Camerali.*

DECISIO CXXVI.

ITerùm hodiè Domini reſponderunt: dan-
dam eſſe manutentionem R. P. D. Venantio
Benigno in quaſi poſſeſſione exigendi pen-
ſionem annuam ſcut. 50, ſuper fructibus certis,
& incertis Parochialium unitarum Villæ
S. Laurentii Aſſaviani Terræ Amatricis,
favore illius reſervatam.

Cùm enim, ex deductis in alia deciſione,
edita coràm me in audientia 20. Novembris
proximi præteriti, (contrà quam à Paroco,
etiam in præſenti, informare negligente, ni-
hil opponebatur) conſtiterit Dominis, pen-
ſionem fuiſſe pluriès ſpontè ſolutam; & non
ſemel, vigore mandati ab A. C. relaxati; du-
1 bitari non potuit, quin, attentâ hujuſmodi
quaſi poſſeſſione, deberetur penſionario ma-
nutentio; ad plenè tradita per *Poſthium de
Manut. obſerv. 42. n. 34. cum pluribus ſeqq.,
Tondutum de Penſ. cap. 50. num. 11. cum ſeqq.*,
2 Abſque eo quod teneatur in hoc judicio ul-
lum onus aſſumere circà probationem valoris
Beneficii, quamvis curati; *Rota cor. Mo-
hedan. dec. 9. n. 1., & 2. de Verſ. poſſ. & pro-
priet., Caſſadorus dec. 8. n. 6. verſ. Niſi ogent;
3 de Reſcript.* Maximè quia in ipſa reſerva-
ne non legitur clauſula *dummodo*, vel alia
ſimilis; quæ conditionem ſecum ferat; ut
benè arguit *Gratianus cap. 948. n. 13., Rota
coram Pentingerio dec. 278. n. 7.*, & plenius
in dec., quæ revidetur, §. *Nec ad illam,
cum ſeqq.*

Sicut autem viſum fuit, Penſionarium ad
prædicta cogi non poſſe in hoc ſummariſſimo
4 manutentionis Judicio: ita nec placuit ad-
mittere titulari exceptionem deductionis
congruæ cum dimiſſione fructuum, ad com-
modum penſionarii: cùm, & hujuſmodi in-
5 ſpectio reiicienda veniat ad petitorium; præ-
ſertim dum, ut advertitur in præteritâ deci-
ſione; Titularis ſolutionem penſionis, ſub
obligatione Camerali promiſit; *Garzias de
Beneſ. part. 1. cap. 5. n. 237, Gratianus cap. 228.
n. 50., Rota coram Royas dec. 240. n. 9., &
10, & dec. 163. n. 2., & 3. apud P. Ab. de
Manuten.*

Et ità, alterâ tantum Parte informante,
reſolutum fuit.

HYDRUNTINA MANUTENTIONIS.

Ven. 3. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Privatus poſſeſſione, vigore mandati nulli ex de-
fectu citationis legitimæ perſonæ, eſt in ea
manutenendus: quod idem procedit quando
exequutio ſit attentata, ob non ſervatos ter-
minos poſt relaxationem mandati appellabi-
lis, ex eo quod Judex proceſſit abſque diſ-
cuſſione partitarum erronearum, & inſubſi-
ſtentium, quas prius reliquerat in ſuſpenſo.
Adeſt infra dec. 157.

SUM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur acquirenti poſſeſſionem per medium publicæ haſtę, & officio judicis.*

2 *Secus ſi deliberatio nulla ſit, & attentata.*

3 *Privatus de facto à Judice nulliter, & attentatè ſua anteriori poſſeſſione, eſt in ea manutenendus.*

4 *Mandatum, & ſubſequuta deliberatio ſunt nullę, ob defectum citationis veri, & legitimi bonorum poſſeſſoris,* & num.8.

5 *Citatio tutoris, vel curatoris, aut illius procuratoris, ſatis eſt pro citatione pupilli.*

6 *Declara, concluſionem procedere, cum tutor, vel curator pupilli tali nomine citetur, non autem proprio.*

7 *Procurator minoris, vel ab ipſo, vel a curatore, curatorio nomine, conſtitui debet, ut legitimè pro illo poſſit citari.*

9 *Mandatum relaxatum abſque diſcuſſione partitarum à perito reſervatarum, eſt appellabile.*

10 *Quod, citra attentata, non ſervatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, non poteſt exequutioni demandari.*

11 *A relatione periti, de partium conſenſu electi, non datur appellatio, quotiès tamen ille rectè procedendo, partes non gravavit;* & num.13.

12 *Mater in filii prejudicium, ſine illo, conſenſum præſtare nequit.*

13 *Relatio periti erronea, & inſubſiſtens, eſt appellabilis, & debet revideri.*

14 *Recuperans bona, propria auctoritate, ea ante omnia dimittendo; tenetur purgare attentata.*

Attentata ſunt purganda ante cognitionem cauſæ ſuper manutentione.

16 *Fides ſimplices teſtium, fidem in judicio non merentur.*

17 *Continuatio poſſeſſionis adversùs deliberationem nullam, & attentatam de jure permittitur.*

DECISIO CXXVII.

JUdicium quod in partibus introduxerat Catharina Lubella contrà Conſalvum Lubelium patruum, ſuper redditione rationis adminiſtrationis hæreditatis Franciſci patris; ac reſtitutione expenſarum, quas idem Franciſcus de proprio erogaverat, prò alendis Conſalvo, aliiſque fratribus; completum remanſit cum ſententia Vicarii Hydruntini; qua declaratum extitit: Conſalvum teneri, & obligatum eſſe, rationem reddere bonorum adminiſtratorum: & è converſò Catharinam, uti patris hæredem, qui bona Conſalvi Senioris communis patris adminiſtraverat; ad parem obligationem adſtrictam eſſe: à qua ſententia, licet collitigantes appellationem interpoſuiſſent; ea tamen confirmata poſtmodùm ab A. C. tranſitum fecit in rem judicatam.

In illius igitur exequutionem, ſubdelegatus fuit judex in partibus, ad effectum liquidandi fructus, & quantitatem bonorum adminiſtratorum: ſed, diſcordantibus hinc inde peritis ad utramque redditionem rationis conficiendam electis, concordatum fuit in tertio; qui Catharinam Conſalvi creditricem conſtituit in ducatis 1357. 69., *Summ. dictę Catharinę num.3. litt.G* Quatenùs vero bonificandæ eſſent nonnullæ partitæ in ſuſpenſo relictæ: Conſalvi debitum eſſe retulit in ſumma ducatorum 857. 69. tantum; *dicto num.3. litt.I. L.* Et hujus periti relatione productâ, citatiſque per contradictas Ignatio Riccio prætenſo procuratore ven. cappellæ S. Franciſci oppidi Ogiani legatariæ ſupradicti Conſalvi, Marco Antonio de Marchis ſuppoſito Cappellano, & Anna Maria Lubelia matre Franchi Lubelli; mandatum pro integra ſumma ducatorum 1357. 69. contrà bona hæreditaria Conſalvi Catharina reportavit: factâque executione ad ejus favorem, nonnulla bona ſtabilia, pretio ducatorum 1500., deliberata fuerunt. Hac tamen deliberatione non obſtante, Franchus Lubelius, qui eadem bona deliberata poſſidebat; manutentionem obtinuit: ſed ad provocationem Catharinæ, obtenta commiſſione mihi directa, *cum facultate manutenendi quem de Jure*: quæſivi à Dominis, *an, & cui ſit danda manutentio*; Et favorabilis Francho prodiit reſolutio.

Quamvis enim Catharinæ, quæ officio Judicis, & per medium publicæ haſtæ, poſſeſ-
1 ſionem controverſorum bonorum acquiſiverat; videretur potiùs concedenda manutentio; *ad text. in §. Retinendæ Inſtit. de Interdictis, l. Juſtè poſſedit ff. de acquir. poſſeſ-
2 ſione*: Nihilominùs, quia ſupradicta deliberatio, nullitatis, & attentatorum vitio laborabat: non potuit per eam Judex in Catha-
3 rinam poſſeſſionem ullam transferre: ſed Franchus, qui ſua anteriori poſſeſſione privatus non remanſit, in eadem erat manutenendus; *Rota coram Durano dec.257 n.3. ſeqq., & in rec. dec.311. num. 2. 3. part.12., in Romana Caſalium 4. Februarii 1684. in fine coram clar. mem. Cardinali Matthæio.*

Nullitas autem deliberationis, præter alias quampiures deductas à ſcribentibus pro Francho; manifeſte reſultare viſa fuit ex eo, quod A.C., nullo facto examine partitarum, quas peritus in ſuſpenſo reliquerat; prò integra ſumma ducatorum 1357. 69. mandatum relaxavit, non citato Francho; qui erat verus Cappellanus, & bonorum poſſeſſor; ut declaravit *Rota in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maii 1697. coram R.P.D. meo del Olmo*; ſed tantum Marco Antonio in Cappellaniam
4 intruſo. Quapropter, ob non factam citationem perſonæ legitimæ, inſanabilis nullitas, nedum ipſius mandati, ſed etiam ſubſequutæ deliberationis evitari non poteſt, *ad text. in cap. Parochialis §. Cæterum defectus de Re judicata, & in cap.1. de cauſ. poſſeſſ., & prop., & in l. Creditor C. de Diſtract. pignor., Mangilius de ſubhaſt. quæſt.183. num.1., Rota coram Buratto dec.703. num.1., & in recent. dec.639. num.21. part.10., & in Melevitana Domus 15. Junii 1699. §. Baſis, coràm R.P.D. meo Anſaldo.*

Non relevante, quod ad præſervandam deli-

5 liberationem à nullitate prædicta, ſatis ſit citationes executas fuiſſe contra Annam Mariam matrem tutricem, & curatricem Franchi, & contra Ignatium Riccium procuratorem ab eadem conſtitutum. Quoniam, omiſſo quod uſque adhuc juſtificatum non fuit, Annam Mariam filii curam ſuſcepiſſe, ac ſo-
6 lemnia adimplevisse; quatenus etiam curatrix legitima fuiſſet, opus erat, quod, ad effugiendam nullitatem, tali nomine citaretur; non autem proprio; ut ait *Altimar. de Nullitat. rubrica* 11. *quæſt.*28. *num.*16. *Giurba ad conſuetud. Meſſanen. cap.*7. *gloſ.*3. *part* 1. *num.*12., *Vbertus de Cit. cap.*14. *n.*376. quodque Riccius conſtitutus fuiſſet procurator à Francho Cappellaniæ poſſeſſore; vel
8 ſaltem ab Anna Maria curatorio nomine: quod, cùm factum non fuerit, judicium totum ſubſtantiatum remanſit in perſonam Annæ Mariæ dumtaxat citatæ; non autem Franchi; & per conſequens, nullitas evitari non poteſt; *Rota coram Creſcent. dec.*8. *ſub n.*12. *de Re judicata*.

At non ſolùm nulla; ſed etiam attentata dignoſcitur ſupradicta deliberatio: quia, cùm mandatum A. C. eſſet omninò appellabile; uti relaxatum abſquè ulla diſcuſſione partitarum; quas peritus in ſuſpenſo reliquerat pro integra ſumma ducatorum 1357. 69., juxta liquidationem factam à perito; qui calculando fructus bonorum ſtabilium ad rationem ſcutorum quinque prò centenario, habito reſpectu ad eorundem valorem, in inſtrumento diviſionis anni 1645. concordatæ; Franchum non modicè gravaverat; ſive quia dicta diviſio de partium conſenſu fuerat annullata; ſive etiam quia per ſententias in judicatum tranſactas, de medio ſublata fuerat: Catharina nequibat, non ſervatis quatuor
10 terminis ad docendum de appellatione; citrà attentatorum virium, ſupradictum mandatum executioni demandare; ex deductis *coram Dunozetto Jun. dec.*758. *n.*6., *& ſeqq.*, *& coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.*155. *num* 10., *& ſeqq.*

Abſquè eo quod replicari valeat, quod à
11 relatione periti, de conſenſu partium electi,
12 nulla detur appellatio: Tum quia conſenſus, tanquam invalide præſtitus ab Anna Maria ſine præſentia, & interventu Filii, nullius ponderis eſt; juxtà *text. in l. final. §. Vbi autem C. de bonis, quæ liber.*, *Roman. conſ.*241. *num.*10., *Poſthabis de Vir. patr. poteſt. par.*1. *cap.*2. *num* 30., *Gamma decif. Luſitan.*77. *n.*7.
13 Tum quia, etiamſi conſenſus validus extitiſſet; effectum prædictum operari poſſet, quoties peritus ritè procedendo, gravamen
14 Francho non intuliſſet: at, cùm illius relatio erronea, & inſubſiſtens hodie detegatur; utpote relativè facta ad valorem prædictæ diviſionis, non attento conſenſu, reviſioni ſubjacet, ac appellabilis effecta dicitur; *Bartolus in l.*2. *nu.*7., *&* 10. *C. de Jure fiſc.*, *Ridolphinus in Prax. part.*1. *cap.*8. *num.*126., *Rota coram Buratto dec.*56. *n.*7., *& coram Priolo dec.*333. *n.*5. 6., *& in rec. dec.*559. *in fin. par.*2., *& dec.*500. *ſub num.*3. *par.*13.

Nec obſtat, quod Franchus, ante cogni-
15 tionem cauſæ ſuper manutentione, teneretur purgare attentata, ab eodem commiſſa, cum actuali dimiſſione bonorum, quorum poſſeſſionem propria authoritate recuperaſſe Catharina ſupponit. Etenim, ultrà quod ad iſtum effectum non fuit exhibita, niſi ſim-
16 plex fides duorum teſtium, quæ regulariter fidem in judicio non meretur: ceſſare vi-
17 ſa fuit quælibet difficultas: ex quo ubi etiam Franchus, poſt jam conſumptam deliberationem, ab actibus poſſeſſoriis non deſtitiſſet; diceretur potiùs adversùs dictam deliberationem nullam, & attentatam, propriam continuaſſe: quod de Jure permittitur; ut alias ad ejus favorem dixit *Rota in Hydruntina Cappellaniæ ſuper attentatis* 10. *Maii* 1697. *§. primo coram R. P. D. meo dell'Olmo.*

Et ita, utraque &c.

CARPENTORATEN. JURISDICTIONIS.

Lunæ 8. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 85. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Indultum revocatum non ſuffragatur.*
2 *Correctio inſtantanea ſtatuti, nè detur, quæcumque interpretatio, & diſpoſitionum conciliatio facienda eſt.*
3 *Argumentum à minori ad majus in jure eſt fortiſſimum.*

DECISIO CXXVIII.

FUerat in audientia 11. Maii præteriti reſolutum coram me, juriſdictionem quæ Præſidi, ſeu Judici Cameræ Comitatûs Venaiſini competit, tam in cauſis intereſſe fiſci concernentibus, quàm in aliis privatorum, qui illius Curiæ ſe ſubmiſerint; non poſſe ab illo exerceri quoad ceteras cauſas, inter eoſdem privatos vertentes; etiamſi concurrat tacita, vel expreſſa cuicumque Curiæ ſubmiſſio: & hodiè repropoſitâ causâ, Domini ejuſdem reſolutionis fundamenta approbantes, ſteterunt *in deciſis*.

Nedùm enim reſiſtit originaria natura officii: ſed etiam ipſa ſtatuti Comitatûs Venaiſini diſpoſitio; qua prohibetur dicto Præſidi cognitio cauſarum inter privatos vertentium: itaut proindè juriſdictio ad iſtas extendi non poſſit; ut latè firmat *præcedens deciſio edita coram me*. Non attento quod in contrarium concurrat indultum à Prolegato conceſſum anno 1501. prò cognitione dictarum cauſarum. Prætèr enim alias reſponſiones deductas in mea Deciſione §. *Et quamvis* fuit de novo animadverſum, quod ſequenti anno 1502. Gubernator Avenionen., & Rector Comitatus Venaiſini, ad preces populi, indultum præfatum, tanquam contrarium ſtatutis, Conſtitutionibus, & privilegiis dicti

Digitized by Google

ẽti Comitatus uſque tunc pacificè obſervatis :
revocarunt ; ut in *præſenti Summario n.*1..
1 Quamobrem tanto minùs poteſt in dicto in-
dulto jam revocato, ullum conſtitui funda-
mentum ; *Rota coram Buratto dec.*452. *n.*1.,
*& 2., & apud Poſthium de Manut. dec.*454.
*num.*2., *& in rec. dec.*201. *num.*11. *par.*19.

Hinc procedendo cum diſpoſitione ſtatu-
taria, viſum fuit nihil referre, quod, ubi
in cap.77. decernitur, omnes cauſas civiles
inter privatos eſſe cognoſcendas à Judicibus
ordinariis ; addita fuerit limitatio, *niſi ra-
tione contractus, vel ſubmiſſionis alibi con-
veniri poſſent*. Quoniam inde inferri non po-
teſt, quod ſtatuentes, in hac parte intelli-
gere voluerint de ſubmiſſione generali; quam
præcedenter non eſſe attendendam expreſsè
2 decreverant : cum enim hæc eſſet inſtantanea
correctio : dicendum eſt, hoc voluiſſe intel-
ligere de ſubmiſſione particulari, & ſpecia-
li ; ita conciliando ſtatutum ; prout ſemper
fieri debet ; per *text. in l. Non ad eo § Quod
ſi purè, ubi gloſ. ff. de Condit., & demonſtr.,
Calderinus conſ.*5. *in tit. de Privil., Rota de-
ciſ.*305. *num.*11. *part.*14., *& dec.*33. *num.*4.
*part.*17. *rec.*

Immò, cum in cap.175. ejuſdem ſtatuti,
prohibeatur Præſidi Cameræ ſe intromitte-
re, & jus dicere in cauſis privatorum, ver-
tentibus ſuper bonis per Cameram infeudatis;
in quibus proindè eſſe poſſet admixtum ali-
3 quod jus ipſius Cameræ : tanto fortiùs dici
debet prohibita cognitio ipſa quoad cauſas
privatorum indifferentes ; argumento *text.
in Auth. Multò magis Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*
quod eſſe in jure validiſſimum, reſpondit
*Rota dec.*257. *num* 15. *part.*19 *rec.*

Et ita, unicâ Parte informante, reſolu-
tum fuit.

LEODIEN. MANUTENTIONIS,

Lunæ 12. *Februarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Uxor, quæ à ſtatuto fit hæres viri ſine liberis decedentis, ad effectum eidem ſuccedendi, quomodò probet matrimonium, & Parochi licentiam de illo contrahendo coram alio Sacerdote.

SUMMARIUM.

1 *Uxor, durante matrimonio, ex Statuto Leodien., dicitur domina bonorum viri, eorumque poſſeditrix,*

2 *Manutentio conceditur effectivè poſſidenti, & exigenti bona hæreditaria.*

3 *Poſſeſſionem probat actus exactionis fructuum.*

4 *Statutum concedens mulieri hæreditatem viri decedentis ſine liberis, procedit ſi matrimonium validum inter ipſos interceſſiſſe probetur.*

5 *Matrimonium contractum coram non proprio Parocho, eſt nullum, &* n.11.

6 *Matrimonium probatur per teſtes, qui fuerunt præſentes, & ſponſos matrimonio conjunxerunt.*

7 *Fœminæ, licèt conſanguineæ, ad probandum matrimonii contractum, admittuntur.*

8 *Teſtes qui patiuntur exceptiones, à teſtificando non repelluntur in cauſa matrimonii.*

9 *Matrimonium probatur confeſſione viri, cohabitatione, & tractatibus, quibus ad invicem ſponſi, ſe uti conjuges recognoverunt.*

10 *Matrimonii rigoroſæ probationes non requiruntur, cùm de ipſo principaliter non agitur ſed incidenter ad effectum ſucceſſionis.*

11 *Sed ſufficiunt leviores, & minùs concludentes.*

12 *Matrimonium validè contrahitur coram altero Sacerdote de licentia Parochi ſponſorum.*

13 *Licentia Parochi alicui Sacerdoti conceſſa, ſupplendi ſuas vices in contractu matrimonii, ſatis probatur ex ipſius Sacerdotis, & alterius teſtis intereſſentis depoſitione.*

14 *Atteſtatio informis, & lite pendente extorta, nullum facit gradum probationis.*

15 *Negativa probatio excluditur quacumque poſſibilitate, quæ in contrarium afferri poſſit.*

16 *Falſitas ſapit delictum, & ideò concludenter probari debet.*

17 *Hæredes non poſſunt allegare crimen, & turpitudinem auctoris.*

18 *Commodum nemo debet reportare ex dolo, & culpa.*

19 *Mulier ex culpa, & dolo mariti, non poteſt privari commodo, quod ei à ſtatuto, ratione conjugii, defertur.*

20 *Maritus ſua bona donando præjudicare nequit juri præcedenter uxori quæſito.*

DECISIO CXXIX.

MAndatum de manutenendo ab officiali Leodien. relaxatum favore Joannæ, ſuper bonis Huberti ejus viri prædefuncti, confirmavit in gradu appellationis R. P. D. Mareſuſcus : & hodie in tertia inſtantia noſtrum tribunal, ſub conſueto dubio conſultum : *ad illius legitimam exequutionem procedendam eſſe*, reſpondit.

1 Præfatæ namque mulieris poſſeſſio, evi-
dens apparuit; nedum ex conſtitutione dictæ
Civitatis Leodien. 1 qua cavetur " ut (ſunt
„ verba conſtitutionis) uxor ſuperſtes viro
„ defuncto ſine liberis, ſuccedat in omnibus
„ bonis, ad excluſionem aliorum hæredum ;
„ taliter quod, durante matrimonio, uxor
„ dicatur jam poſſidere, & dominium habe-
„ re; in quo deinde poſt obitum viri contine-
„ tur „ quam refert *Carolus de Meau. Ad
jus Leodien. obſerv.*110. *per tot. tom.*1., &
*obſerv.*356. *n.*1. *& ſeqq. tom.*3. Verùm etiam
2 ex effectivis exactionibus ab ea factis, de bo-
nis

nis hæreditariis ejuſdem viri: itaut dubitari
nun poſſit, quin illi ſit danda manutentio; ut
in terminis ſimilis ſtatuti, fuit dictum in *Lu-*
nen. Sarzanen. lucri dotalis, ſuper manu-
tentione 10. *Decembris* 1694. §. *Poſſeſſio au-*
tem; *&* §. *Legalis coram bo. me. Urſino*; cùm
3 tamen ſufficerent actus exactionis fructuum
bonorum hæreditariorum; *Poſth. de manut.*
obſerv 23. *n*.4. *cum ibi allegatis.*

Non attentâ exceptione quod hæc proce-
4 derent quoties conſtaret de matrimonio inter
Joannem, & Ubertum: ſecùs autem in præ-
ſenti caſu, quo vel talis probatio non datur;
5 vel illud eſt nullum, & invalidum, dum fuerit
contractum coram Sacerdote, qui non erat
propriis contrahentium Parochus, ex diſpo-
ſitione *Sacri Concilii Tridentini cap.* 1. *ſeſſ.*
6 24. *de reform.* Siquidem probationes addu-
ctæ viſæ fuerunt undique concludenter pro-
bare contractum matrimonii, cùm de eo de-
ponant duo Sacerdotes religioſi formiter
examinati, quorum alter de licentia Paro-
chi illos matrimonio conjunxit, alter verò
ipſi contractui interfuit, ex quorum dicto ſa-
tis probari matrimonium tradunt *Fagnan.*
*in cap. quod nobis n.*12. *de clandeſtin. deſpon-*
ſat., *Barboſ. de offic. & poteſt. Parochi p.*2.
cap 20. *n* 80., *Sperell. dec.*5. *n* 21., *Rot. di-*
*verſ dec.*373. *n.*1. *p.*4., *in rec. dec* 44. *n* 9. *p.*
19., *& coram Seraph. dec.*1099. *n.*20.; junctis
etiam aliis duobus, qui pariter matrimonio
7 interfuerunt; & licèt fœminæ conſanguineæ
8 tamen in hac materia debent attendi: cum fa-
vore matrimonii admittantur etiam teſtes,
qui exceptiones patiuntur; *cap ſi cùm ex lit-*
teris deſponſalibus, *Barboſ. dicto cap.*21. *n.*80.,
*Panimol. dicta dec.*19. *adnot.*21. *n* 41., *Rota*
*coram Mantic. dec.*372. *n.*1., *coram Buratt.*
*dec.*713. *n.*4., *in rec. dec.*129. *num.*15. *&* 16.
*part.*7.

9 Accedentibus etiam pluribus confeſſioni-
bus, & tractatibus Huberti viri, qui in va-
riis actibus nunquam detrectavit ſe eſſe vi-
rum Joannæ, & cum ea cohabitando illam
tanquam uxorem recognovit: hinc enim præ-
fatæ depoſitiones teſtium coadjuvantur, &
præcipuum veritatis argumentum ad matri-
monii probationem deducitur; *cap. penult. de*
ſponſat, *Sanchez. de matrim. lib.*1. *diſput.*16.
*n.*6., *Panimol. dicta dec.*19. *adnot.*2. *num.*8.
10 Maximè in præſenti, quo non agitur prin-
cipaliter de ipſo fœdere matrimonii, ſed in-
cidenter: ad effectum ſcilicet ſucceſſionis; in
11 quibus terminis non requiruntur adeò rigo-
roſæ probationes; ſed etiam leviores, & mi-
nùs concludentes ſufficiunt; *Manſ. conſult.*
342. *n.*2. *verſ. ex quibus*, *Rota coram Gre-*
*gor. dec.*247. *n.*4., *Coccin. dec.*1823. *n.*6., &
*in rec. dec.*44. *n.*19. *p.*19.

Conſtito ex prædictis de matrimonio, faci-
liùs ſublata fuit exceptio illius nullitatis, ex
quo, ad formam S. Concilii, non fuerit coram
proprio Parocco contractum, quia ſatis fuit
12 præceſſiſſe illius licentiam; ut expreſsè ab
eodem S. Concilio ſancitur: de qua licentia
ſibi ab Huberto viro præſentata, quæ in illis
13 regionibus nuncupatur ſigillum rubrum; de-
ponunt iidem Sacerdotes, & Religioſi, qui
matrimonio interfuerunt; & quorum alter
vigore præfatæ licentiæ Parochi vices ſup-
plevit: quibus propterea omninò deferen-
dum eſt; *Sanchez de matrim. lib.*3. *diſput.*38.
*n.*3., *Rebuff. in prax. benef. titul. de litteris*
*dimiſſorialibus n.*36., *Panimol. dicta dec.*19.
*adnot.*1. *n.*27., *Rota coram Seraph. dicto dec.*
1099. *n.*3.

Nec hujuſmodi probatio offuſcari valet ex
atteſtatione eorum, qui licentiam hujuſmodi
concedere conſueverunt, deponentium ſe
non recordari tale ſigillum conceſſiſſe: tum
14 quia tanquam informis, & lite pendente
extorta, nullum facit probationis gradum,
*cap.*2. *de teſtib.*, *Altograd. controv.*16. *n* 54.,
*Rota dec.*417. *n.*14. *p.*18. *rec.*; tum quia in
ſubſtantia non coarctat negativam conceſſio-
nis factæ: cùm potuerint illam concedere;
licèt de ea non recordentur: præſertim quia
hujuſmodi ſigilla ſunt adeò frequentia, & in
uſu in illis Regionibus, ut etiam dari ſoleant
in albo cum ſimplici ſubſcriptione, & ſigillo;
ut conſtat ex pluribus atteſtationibus datis
15 in *ſum. Joannæ n.*11.: & tamen quælibet
poſſibilitas in contrarium ſufficeret ad exclu-
dendam prætenſam negativam; *Bold. in l. fin.*
cod. de reb. hæred., *Honded. conſ.*78., *Rota*
*dec.*225. *n.*9. *p* 18., *& dec.*23. *n.*7. *p.*19. *rec.*, &
benè in his terminis *Rota dec.*412. *n.*2. *coram*
Dunoz. jun.

16 Replicatio autem quod ſigillum fuit fal-
ſum nullatenus probatum fuit; prout de jure
requiritur, *Rot. dec.*166. *n.*15. *p.*13., *& dec.*
17 48. *n.*5. *&* 6. *p* 19. *rec.* Ulterius hoc tan-
quam redolens crimen & turpitudinem Hu-
berti viri prædefuncti non poſſet allegari ab
18 ejus hæredibus; hoc enim eſſet ex dolo, &
crimine commodum reportare, contra omnes
juris regulas; ut notant *Pont. de matrim. lib.*
12. *cap.*2. *n.*7., *Loyman. Theolog moral. tract.*
10. *p.*1. *cap.* 1.; & in his præciſis terminis,
19 quod mulieres ex culpa, & dolo mariti non
poſſint privari commodo, quod eis ex diſpoſi-
tione legis municipalis ratione conjugis de-
fertur, *Gamm. deciſ. Luſitan.*207. *n.*4. *per tot.*

His autem ſtantibus, nihil proluis, quod
20 Hubertus poſt matrimonium bona donave-
rit: quia non exinde potuit præjudicium ir-
rogare juri præcedenter uxori quæſito ſuper
ſucceſſione vigore conſuetudinis Leodien.;
plenè *Rota in Tudertina bonorum* 25. *Junii*
1698. §. *Et demum coram bo. me Urſino.*

Et ita, unica tantùm parte informante, al-
tera verò diu expectata, & informare recu-
ſante.

LEODIEN. MATRIMONII SUPER NEGOTIO PRINCIPALI.

Lunæ 1. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Adminicula, & conjecturæ, quibus matrimonium probatur, plenè enumerantur.
Hæc deciſio confirmatur infra dec. 139.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, à qua intra decendium non fuit interpoſita appellatio, tranſit in judicatum.*
2 *Præcipuè concurrentibus validitate, & juſtitia ſententiarum.*
3 *Matrimonii contractus probari poteſt etiam à fœminis.*
4 *Probatur adminiculis, & conjecturis.*
5 *Cujuſmodi ſunt præcedens matrimonii tractatus.*
6 *Et licentia à Parocho alicui data aſſiſtendi matrimonio.*
7 *Et quod Parochus ob aſſiſtentiam matrimonio, abſque denunciationibus contracto, fuit à ſuſpenſione abſolutus.*
8 *Et cohabitatio, & copula ſubſequuta.*
9 *Maximè ſi iſta ab honeſta puella fuit priùs denegata.*
10 *Puella honeſta non cenſetur permittere copulam, niſi poſt legitimum matrimonium.*
11 *Copula non cenſetur, niſi poſt matrimonium permiſſa, ſi ei adfuit Sacerdos, qui in matrimonium conjunxit.*
12 *Matrimonium comprabatum videtur ex geminatis confeſſionibus viri.*
13 *Ex ſolis confeſſionibus viri præcipua matrimonii probatio deducitur.*

DECISIO CXXX.

CONſtare de matrimonio inter Mariam Franciſcam Jaſpar, & Stephanum de Liboy declaratum fuit per ſententiam latam in partibus ab officiali Leodien., quæ deinde *coram R.P.D. meo Priolo prævia deciſione edita 22 Aprilis anni præteriti* confirmationis robur aſſumpſit: & cum ab hac ultima ſententia nulla fuiſſet intra decennium de jure datum ad appellandum, appellatio interpoſita illa fecit tranſitum in judicatum; ſed commiſſa mihi per Signaturam juſtitiæ ulteriori appellatione cum clauſula de cauſis reſtitutionis in integrum, ſubminiſtratis alimentis, & ſumptibus litis arbitrio Rotæ, hodie ad formam commiſſionis duo dubia diſceptanda propoſui, alterum: *an conſtaret de re judicata*; alterum ſuper ſubminiſtratione alimentorum, & ſumptum litis; cùm autem de hoc agatur in alia deciſione; quoad rem judicatam, circa quam verſabatur præſens diſceptatio; *de ea conſtare* reſponſum fuit.

Etenim eo ipſo quod non conſtat fuiſſe in-
1 terpoſitam appellationem intra decem dies
ſententia fecit tranſitum in judicatum; *cap.
quoad conſultationem* 15. *De ſententia, &
re judicata, auth. Hodie C. de appellatione,
Rota coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.44.
& coram Cerro dec.654. utrobique n.1.*
Præſertim quia concurrunt validitas, &
2 juſtitia ſententiarum, quarum fundamenta
nec impugnabatur à Stephano, qui pluries
monitus informare detrectavit; eaque plenè
viſa ſunt reſultare ex *deciſ. edita 29. Aprilis
anni præteriti coram R.P.D meo Priolo.*
Conſtitit enim DD. fuiſſe contractum matrimonium
per verba de præſenti inter D. Mariam
Franciſcam, & Stephanum coram P.
Eraſmo Bouſthon de licentia Parochi; ut te-
3 ſtantur duo teſtes, ex quibus, licet fœminis,
probari matrimonium dubitandum non eſt;
ad tradita per *Barboſam de Parochis cap 21.
n 80., Panimoll. dec.19. adnot 2 n.18., Rota
coram Buratto dec.530. n.1., in rec. dec.772.
n.1.p.2.*, & noviſſimè firmatum fuit in alia
Leodien. manutentionis 12. *Februarii elapſi
§. Non attenta coram me.*
Junctis præſertim pluribus adminiculis, &
4 conjecturis, quæ etiam admittuntur ad probandum,
quod matrimonium fuerit contractum,
*Cardinalis de Luca de matrim diſc 2.
n.13. verſ. clariùs, Panimol. dicta dec.19. adnot.2.,
& in dec.edita coram R. P. D. meo
5 Priolo §. Sed ex abundanti* Præceſſit enim
tractatus, ut probatum fuit ex ſingrapha proprio
Stephani ſanguine conſcripta, in qua
promittit ſe fidelem ſponſum per hæc verba
-- *Juro Deum, & omne quod ſacratiſſimum
eſt, quod in uxorem ducam Mariam Franciſcam
Jaſpar, & quod ipſi in æternum ero
6 fidelis ſponſus*: poſt hæc conſtat fuiſſe datam
à Paroco facultatem Patri Bouſthon, ut aſſiſteret
matrimœnio; quam ad rem noſtram
ponderat *Rota dec 75. n.5. coram Merlino*:
7 cumque vigore hujuſmodi facultatis fuerit
contractum matrimonium, non præmiſſis tamen
denunciationibus, idem Parocus reportavit
ab ordinario abſolutionem à ſuſpenſione:
quæ certè non fuiſſet neceſſaria, niſi
8 matrimonium præceſſiſſet. Concurrunt coha-
9 bitatio, & copula ſubſequuta: cumque iſta
priùs denegata fuiſſet, ut deponunt teſtes:
10 præſumi non debet ab honeſta puella permiſſa,
niſi poſt matrimonium legitimè ſequu-
11 tum: maximè quia fuit præſens, & approbavit
dictus pater Bouxhon, qui illos matrimonio
conjunxerat; *Rota coram Buratto
12 dec.530. n.8. in fin.* Et tandem idipſum
comprobatum apparuit ex geminatis confeſſionibus
viri, qui pluries ſe talem confeſſus
13 fuit; ita ut ex hac ſola circumſtantia præcipuam
matrimonii probationem deduxerit
aliàs *Rota in dicta Leodien. manutentionis
12. Februarii præteriti coram me.*
Et ita, altera tantùm parte informante &c

LEODIEN. MATRIMONII, SUPER ALIMENTIS ET SUMPTIBUS LITIS.

Lunæ 1. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Alimenta, ſumptuſque litis debentur, quoties de bono jure, & paupertate conſtat. Et eorum quantitas quomodo commenſurari debeat deciditur.

Hæc deciſio confirmatur infra deciſ. 140.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta ſubminiſtrari demandare tenetur Judex, cui commiſſa fuit cauſa, cum clauſula --* ſubminiſtratis alimentis --

2 *Alimenta, & ſumptus litis debentur concurrentibus præſumptione boni juris, & paupertate.*

3 *Præſumptio boni juris reſultans ex ſententia per appellationem ſuſpenſa, ſufficiens eſt ad effectum conſequendi ſubminiſtrationem alimentorum, & ſumptuum litis.*

4 *Fortiùs ſi ſententia tranſivit in rem judicatam.*

5 *Mulier non dotata, probare non indiget paupertatem.*

6 *Mulier præter dotem nihil habere præſumitur.*

7 *Alimenta taxanda ſunt inſpecta qualitate perſonarum, & viribus patrimonii, ex qua deſumenda ſunt.*

8 *Alimentorum quantitas debet eſſe ſufficiens, nedum pro naturæ indigentia, ſed etiam pro ſuſtinenda dignitate, & decore perſonæ alendæ.*

9 *Probationes etiam ſemiplenæ ſufficiunt in materia ſubminiſtrationis alimentorum.*

10 *Ad effectum taxandi quantitatem alimentorum uxoris, conſiderantur etiam divitiæ patris, & fratrum viri alere obligati.*

11 *Sumptus litis debentur pauperi collitiganti aſſiſtentiam juris habenti.*

12 *Et eorum qualitas commenſuratur à qualitate litis agitandæ.*

DECISIO CXXXI.

POſtquam in hac eadem audientia reſponſum fuit, conſtare de re judicata favore Mariæ Franciſcæ, quæ geminas ſententias obtinuerat ſuper validitatem matrimonii inter eam, & Stephanum de Lyboy aliàs contracti; propoſui ad formam commiſſionis Signaturæ mihi directæ alterum dubium: " an, & ad ,, quam ſummam ſint taxanda alimenta, & ,, ſumptus litis; & Domini non dubitantes, quod hæc omnia deberent, circa illorum quantitatem, diſtinguendo unum ab altero, alimenta dixerunt eſſe taxanda in ſcutis 25. menſtruis pro nunc, & quoad ſumptus litis danda eſſe ſcuta 300.

Sanè quod alimenta, & ſumptus litis debean-
1 tur, redditur indubitatum; quia præter clauſulam appoſitam in commiſſione mihi directa ibi -- *ſubminiſtratis alimentis, & ſumptibus litis* - de qua *Rot. dec. 422. n. 6. coram Ro-*
2 *yas*, concurrunt præſumptio boni juris, & paupertas Mariæ Franciſcæ actricis. Illa enim habet pro ſe binas ſententias favorabi-
3 les; cùm tamen ad hunc effectum etiam unica ſufficeret; quamvis fuiſſet per appellationem ſuſpenſa; *Adden. ad Gregor. dec* 1089. *n. 7., Rot. coram Buratto dec 707. n. 3., & in rec. dec. 749. n. 2. p. 2., & dec. 50. n. 6. p. 9.*, &
3 ulteriùs in præſenti declaratum fuit, illas tranſiiſſe in judicatum, ex quo plenè conſtitit de juſtitia: cùm matrimonium fuerit concludenter probatum ex tot, tantiſque documentis, de quibus in *alia deciſ. hac eadem die edita coram me ſuper negotio principali.*

Paupertas verò probatione non indiget.
5 Cùm enim agatur de muliere, ac ſit extra controverſiam, quod nulla dos fuerit conſtituta; jam inducta dicitur paupertatis pro-
6 batio ex diſpoſitione juris, nil ultra dotem in muliere præſumentis; *Rot. dec. 124. n. 1 & 7. cum tribus ſeqq. p. 8. rec., & coram Cerro dec. 43. n. 4. & 5.*

Poſito autem quod alimenta, & ſumptus litis in genere debeantur; DD. deſcendendo ad quantitatem, reſpectu alimentorum con-
7 ſueverunt pro nunc illa taxanda eſſe in menſtruis 25. ſcutis, tam inſpecta qualitate perſonarum, quàm viribus patrimonii, quodque tradenda quantitas non pro ſola naturæ indigentia, ſed pro modo dignitatis, ac decentiæ ſufficiat; ut dixit *Rota coram Royas dec. 422. n. 5., in rec. dec. 124. n. 5. p. 8., & dec. 158. n. 5. & 6. p. 12.*

Utramque ex prædictis qualitatibus, nobilitatis ſcilicet, ac divitiarum probant confeſſiones per ipſummet Stephanum emiſſæ ſuper articulis aliàs in hoc ſacro tribunali coram R.P.D. meo Priolo exhibitis. Depoſuit enim, ſe eſſe Aulicum ordinarium Regis Chriſtianiſſimi, ac poſſidere feudum de Semeppe Officium autem prædictum Aulici prætio librarum 50000. vendi ſolet, redditque ſingulis annis, præter alimenta ſemeſtrualia, libras 2000.; *hodierno ſum. Mariæ Franciſcæ n. 1.* Feudum verò notabilis redditus eſſe conſtat ex eodem *ſum. n. 2. lit. G.* Itaut
8 probatio plenè concludat, licèt in hoc judi-
9 cio ſemiplena ſufficeret; *Rot. dicta dec. 422. ſub n. 7. verſ. eoque magis coram Royas.*

Faciliùs huiuſmodi quantitatem Domini decrevere, animadvertentes etiam, quod ejuſdem Stephani pater, ultra pinguem aſſem, actu poſſidet Canonicatum in Cathedrali Leodien., ac Præpoſituram Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Petri; prout alii quatuor dicti Stephani fratres ejuſdem Cathedralis Cano-
10 nici reperiuntur: quæ omnia ad hunc effectum ponderavit *Rot. dicta dec. 422. n. 8. coram Royas, & dicta dec. 124. nu. 3. & 4. p. 8. rec.*

Hæc quæ juſtitiam reſolutionis patefaciunt circa

Digitized by Google

circa præſtationem alimentorum inſuunt
11 etiam in ſubminiſtrationem ſumptuum litis, quos deberi pauperi collitiganti bono jure ſuffulto trita ſunt jura relata in *dicta dec.*43.
12 *n.*1. *coram Cerro*, ac paſſim in aliis; eoſque in quantitate ſcutorum 300. commenſurari poſſe ſuadet qualitas litis valdè gravis, ac diſpendioſe in pluribus inſtantiis acriter agitatæ.

Et ita, unica &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS DE ALBERINIS.

Ven. 5. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Ceſſio jurium cenſuum fideicommiſſi ab hærede gravato reportata non præſumitur cum pecuniis fideicommiſſi: præſertim quando, ultra præſumptionem juris, adſunt aliæ conjecturæ demonſtrantes ceſſionem cum propriis gravati pecuniis acquiſitam. Neque extra ejus voluntatem compenſari præſumuntur cum alio cenſu, quem paſſivè cum hæreditate habebat, nec ſatisfacti de fructibus quando ex præcepto teſtatoris hæreditatis adminiſtratio penes alium remanſit, quoad uſque gravatus vixit: nam tunc neque de ea rationem reddere compellitur.

Adſunt in hac cauſa dec. 151. & 161.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata reſultat, ſi à die appellationis intra biennium cauſam appellans proſequutus non fuit.*

2 *Reſtitutio in integrum ſine læſione concedi non ſolet.*

3 *Aſſociatio ad fundum cenſitum debetur, cum in inſtrumentis adeſt obligatio cameralis, & clauſula conſtituti.*

4 *Hæres beneficiatus de ſuis pecuniis acquirere præſumitur, non de hæreditariis: niſi contrarium probetur.*

5 *Potiſſimè ſi ceſſiones jurium acquiſitorum fuerunt reportatæ nomine proprio ipſius hæredis, non autem hæreditario.*

6 *Et cum verſione pecuniarum ipſius hæredis probetur fuiſſe factam acquiſitionem.*

7 *Hæres, mediante fructuum hæreditariorum perceptione, jura confundit, & de ſuo credito ſatisfactus præſumitur.*

8 *Hæres aſtringi non poteſt ad redditionem rationis bonorum hæreditariorum, quorum adminiſtrationem non habuit.*

9 *Hæres de ſuo credito cum hæreditate ſatisfactus non præſumitur; ſi illam non adminiſtravit.*

10 *Hæres ante adeptam bonorum poſſeſſionem, ad teſtamentariæ diſpoſitionis adimplementum non tenetur.*

11 *Pecuniæ depoſitatæ ad alterius creditum, & diſpoſitionem dici non poſſunt erogatæ in cauſam particularem ipſius deponentis.*

12 *Compenſatio in cenſibus non fit ipſo jure, ſed requiritur poſitiva voluntas, & declaratio debitoris.*

13 *Pecuniæ quas teſtator voluit certo modo inveſtiri, non poſſunt erogari in extinctionem debitorum ejuſdem.*

14 *Creditori cenſuario pecunias debitas retinere non licet debitori census in ejuſdem compenſationem.*

15 *Cenſus extinctio deſumi non valet ex longa taciturnitate in exigendis fructibus, ſed requiritur actus retroſimilis.*

16 *Hæres, ad cujus manus nihil pervenit, debitor mobilium, & fructuum hæreditatis conſtitui non poteſt.*

DECISIO CXXXII.

CÆſar Alberinus, ſcripto ſibi hærede Paulo fratre patruele, alienationem Caſalis nuncupat. *Campo di Merlo* aliorumque bonorum ſtabilium prohibuit: eoque ſine filiis maſculis decedente, ſubſtituit filiam ex ſororibus ſuis nubendam cum filio Jo. Baptiſtæ Alberini; quibus filium maſculum primogenitum naſciturum ex eis ſubſtituit, & ſic alios deſcendentes de primogenito in primogenitum ad ſucceſſionem vocavit. Quia verò præceperat, quod ex fructibus, & redditibus hæreditati, nedum omnia ejus debita extinguerentur, ſed ulterius inveſtirentur ſcut. 3000., quouſque compleretur multiplicum ſcut. 50. m., ac propriæ hæreditatis adminiſtrationem per decennium commiſerat præfato Joanni Baptiſtæ: hic propterea, mortuo teſtatore, illam aſſumpſit, emiſſa obligatione pecunias exactas in ſacro Monte Pietatis deponendi, deque illis rationem reddendi.

Hujuſmodi adminiſtratione penes Jo. Baptiſtam exiſtente, Paulus primo loco ſcriptus hæres tranſlativam ceſſionem duorum cenſuum, ſcut. 500. pro quolibet, à Cæſare ſuper caſali præfato impoſitorum, reportavit, & alterum ſcut. 600. pari modo impoſitum extinctivè acquiſivit: deinde occubuit condito ſuper bonis propriis fideicommiſſo favore Jacobi, & Tiberii filiorum eorumque deſcendentium. At quia iſti prole deſtituti fideicommiſſum Cæſaris in ipſis expirare; Horatius verò Joannis Baptiſtæ filius ad ſe devolvi contendebant; idcircò ad amputandas lites, mediante tranſactione anno 1632., conceſſa fuit Tiberio, & Jacobo facultas liberè diſponendi de omnibus redditibus, cenſibus, & quovis alio corpore hæreditario Cæſaris, exceptis tamen caſali *Campo di Merlo*, & domo in Urbe poſita in via, quam dicunt *della Valle*, quæ ſub dicto Cæſaris fideicommiſſo præſervarunt. Immo etiam illud extendendum eſſe convenerunt ad lineam Joannis Baptiſtæ: prout defecta linea maſculina Pauli per obitum dd. Tiberii, & Jacobi ſine filiis, tam caſale quam domus prædicta in R. P. D. Petrum Alberinum tranſiverunt; & deindè in R. P. D. Horatium illius hæredem: contra quem Paulus, & Cæſar juniores de Alberinis, ex dicto Paulo ſeniore per medium Flaviæ deſcendentes, utpotè ad ejus fideicommiſſum vocati, petierunt coram A.C. mandatum de aſſociando ad caſale prædictum fundum cenſitum; illudque obtinuerunt, tam pro fructibus, per annos 29.

Digitized by Google

decurſis, dd. cenſuum tranſlativè ab eodem
Paulo fideicommittente acquiſitorum, eo-
rumque capitali, ad effectum tamen depo-
nendi, & non amovendi, niſi præſtitis novis
fidejuſsoribus, in caſu obitus per dictum
Cæſarem promiſſis; quàm pro ſorte alterius
cenſus ſcut. 600. per dictum Paulum extincti.
Cumque mandatum prædictum à R. P. D.
Spada in ſecunda inſtantia confirmatum,
tranſitum fecerit in judicatum: hinc com-
miſsa mihi appellationis cauſa, dubium pro-
poſui -- *An conſtet de re judicata, ſeu potius
de cauſis reſtitutionis in integrum* --, & *affir-
mativè* quoad primam partem, *negativè*
quoad ſecundam prodiit reſolutio.

Conſtitit enim, quod R. P. D. Horatius ju-
nior de Alberini, licet à prædicta mandati
1 confirmatione appellaſset; adhuc intra bien-
nium cauſam proſequutum non fuit: unde
tranſitus in rem judicatam evitari non poteſt;
ad *Text. in cap. Conſtitutus 15. de appellat.,
Rot. coram Bich. dec. 345. num. 1., & 2., &
in Landen. Penſionis 4. Februarii 1695. §. Illa
namque coram bo. me. Vrſino*. Potiſſimè at-
tenta validitate, & juſtitia, quæ tollunt
2 quamcumque læſionis umbram, ſine qua
nunquam concedi ſolet in integrum reſtitu-
tio; *leg. Quod ſi minor ff. de minoribus, Rot.
dec. 81. num. 1. & dec. 308. num. 3. par. 14. rec.,
& in Ariminen. Bonorum 23. Februar. 1693.
in princ. coram Reverendiſſimo Turonen.*

Validitas inter partes non controvertitur,
juſtitia verò promanat ex publicis inſtru-
mentis, quæ cum præſeferant geminos cen-
ſus à Paulo tranſlativè acquiſitos, & alterum
ſcut. 600. ab eodem extinctum ſuper caſali
prædicto, fuiſse per Cæſarem fideicommit-
tentem impoſito; ſummo jure ad prædictum
3 fundum cenſitum conceſsa fuit aſsociatio,
quæ, ſtante obligatione camerali, & clauſula
conſtituti in præfatis inſtrumentis appoſita,
denegari non poterat; ex traditis per *Card.
de Luc. de Judic. diſc. 44. num. 28., Rot. de-
ciſ. 187. num. 1., & ſeqq. par. 10. recen., & in
Romana Aſſociationis, ſeu Domus 14. Ju-
nii 1694. §. Juſtitia verò coram R. P. D. meo
Caprara*.

Quin urgeret objectum, quod Paulus præ-
fatorum cenſuum ceſſionem, & reſpectivè
extinctionem cum pecuniis hæreditariis Cæ-
ſaris expleverit. Siquidem ultra juris præ-
4 ſumptionem, quæ eidem Paulo aſſiſtit, tan-
quam hæredi beneficiato, niſi contrarium
probetur, juxta doctrinam *gloſſæ* communiter
receptam in *leg. Cum oportet verbo ex ejus
ſubſtantia C. de bonis quæ liber., Gratian.
diſcept. 204. num. 2. & ſeqq., Rot. in recent.
dec. 322. num. 3., & ſeqq. par. 10., & dec. 16.
5 num. 3. par. 19.* Submovebatur omnis diffi-
cultas ex lectura inſtrumentorum, ex quibus
apparet, ceſſiones cenſuum reportatas, fuiſſe
nomine proprio ipſius Pauli, unde cenſeri
nequeunt hæreditario nomine Cæſaris acqui-
ſitæ; *leg. 3. §. Tutor, & ibi gloſ. in verb. rectè
ff. quando ex tutor. act., Cardin. de Luc. de
fideicom. diſc. 172. num. 3., Rot. coram Bich.
dec. 574. num. 3., & dec. 603. num. primo, &
ſeqq.*

Idque tranſit in evidentiam animadverten-
do, quod pro acquirendis controverſis cen-
ſibus, contemporaneè Paulus cenſum impo-
ſuit favore Septimii Urſini: ex cujus pecu-
niis penes numularium depoſitis, ſatisfacti
fuerunt creditores cenſuarii; *Summ. illorum
6 de Alberinis num. 7., & 8.*; qua verſione pro-
bata quælibet ſuſpicio erogationis pecunia-
rum hæreditariarum Cæſaris omnino reſolvi-
tur; ex firmatis per *Rot. dec. 104. n. 2. cum ſeqq.
par. 19. recen., & in Romana Cambii ſc. 600.
2. Aprilis 1696. §. Abſque eo quod coram
R. P. D. meo Muto*.

Poſito credito Pauli ex præfatis acquiſi-
7 tionibus reſultante inanis erat exceptio, quod
Paulus hæres Cæſaris debitoris, vel median-
te fructuum hæreditariorum exactione ſuas
actiones, & jura confuderit, ac ſibi de præ-
fatis cenſibus ſatisfeciſſe præſumatur: vel
tacitè compenſaverit cum altero cenſu ſcut.
2655. per eundem Paulum favore hæredita-
8 tis D. Cæſaris impoſito. Sicut enim ad cogen-
dum hæredes ad redditionem rationis ſola
declaratio qualitatis hæreditariæ non ſufficit;
niſi copulativè concurrat immixtio, & po-
ſitiva bonorum hæreditariorum adminiſtra-
tio; juxta *conſ. Bartol. 39. per tot., & præ-
ſertim in fin. lib. 1., Rot. coram Penting. de-
ciſ. 485. n. 16., coram Cavaler. dec. 98. n. 4.
& 5., & coram Gregor. dec. 285. ſub n. 2, &
coram Arguelles dec. 61. n. 1. & dec. 350. n. 4.
& 6. par. 4. to. 2. rec., & in Bononien. Cenſus
16. Decembris 1681. §. Aliæ verò coram clar.
9 me. Card. Matthæio*; Ita eo ipſo quod con-
ſtat, Paulum, quouſque vixit, nihil ex Cæſaris
hæreditate percepiſſe; ſed illam à Joanne
Baptiſta, juxta Teſtatoris præceptum, fuiſſe
adminiſtratam; ceſſat quælibet ſatisfactionis
præſumptio; *Alexan. in l. Debitori n. 10., &
Jaſ. num. 6. verſ. 3. caſus C. de Pact., Roman.
conſ. 276. num. 9. verſ. Sin autem, Rot. coram
Dunoz jun. dec. 810. num. 19.*

Abſque eo quod idem Paulus de culpa
notari poſſit, ex quo, contra Cæſaris volun-
tatem ſibi de fructibus non ſatisfecerit. Ea-
dem namque recurrit reſponſio: quod admi-
10 niſtratio penes ipſum non extabat: nec ad
teſtamentariæ diſpoſitionis implementum
ante quæſitam bonorum poſſeſſionem tene-
batur; juxta *theoricam Bartol.* communitèr
receptam in *leg. Quibus diebus 40. §. Thermi-
lius nu. 1., & ſeqq. ff. de condit., & demonſtr.,
Rot. coram Dunoz. jun. dec. 910., & in recen.,
dec. 310. num. 6., & ſeqq. par. 7.*

Et quamvis per geminas vices fructus non-
nullorum locorum montium, & cujuſdam
officii vacabilis in totum aſcendentes ad ſcu-
11 ta 145. 40. Paulus exegiſſet; quia tamen
eaſdem pecunias exactas illicò in ſac. Monte
Pietatis Urbis ad creditum hæreditatis dicti
Cæſaris depoſuit; illæ propterea in cauſam
particularis crediti ejuſdem Pauli referri
non valent; ad firmata per *Rotam deciſ. 506.
n. 4. per totum par. 1. diverſ., & in rec. dec. 19.
n. 6.*

n.6.par.14., & in Albanen. Canonicatus 26. Junii 1699. §. *In jure coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Minus admittenda viſa fuit oppoſita com-
penſatio cum ſorte dicti cenſus à Paulo de-
12 biti: ſive quia deficiebat voluntas, & poſi-
tiva declaratio dicti Pauli, quæ in his termi-
nis ad inducendam cenſus compenſationem
requiritur; ex firmatis per *Rotam in Romana
Dotis* 3. *Martii* 1699: §. *Hæc autem exceptio
coram R.P.D.meo Priolo*; ſive quia, cum pe-
cuniæ à Paulo ad cenſum receptæ proveni-
rent ex alio cenſu eidem hæreditati Cæſaris
reſtituto per clar. mem. Cardinalem Veral-
13 lum, & ad formam illius teſtamentariæ diſ
poſitionis inveſtiendæ forent, nec admini-
ſtrator poterat illas offerre in extinctionem
controverſorum cenſuum; nec Paulo com-
14 penſationem allegare licebat; ex quo credi-
tum cenſuum ad ipſum ſpectantium erat irre-
dimibile; *Urceol. conſult. foren.cap.*40. *n.*42.

Cæteræ verò conjecturæ ad inducendam
præſumptam ſolutionem cumulatæ, utpotè
levioris ponderis, obeſſe non valuerunt: non
quidem illa deſumpta ex longa taciturnitate:
15 in petendis fructibus prædictorum cenſuum
quia lapſus temporis, attenta eorum irrepe-
tibilitate, extinctionem non operatur: ſed
opus eſt quod interveniat actus retroſimilis;
ad plenè firmata per *Rotam dec.* 56. *per tot.
& dec* 60. *n.*3., *& ſeqq. par.*1. *rec.*, & probant
relati in *Romana Aſſociationis* 4. *Julii* 1698.
§. *Nihil ſiquidem cor. R.P.D.meo Anſaldo*.

Neque etiam altera deducta ex opulentia
Cæſaris debitoris, ejuſque ſupellectili nota-
bilis valoris: nam cum uſus mobilium, ex
judicio Cæſaris, delatus fuiſſet, pro medie-
tate ad Fauſtinam ejus ſororem, & pro alte-
ra medietate ad uxorem, quibus prædeceſ-
ſit Paulus, reliqua verò bona in adminiſtra-
tionem retinuiſſet Joannes Baptiſta uſque ad
16 obitum dicti Pauli, clarum fit, iſtum con-
ſiderari non poſſe debitorem mobilium, &
fructuum, quos conſtat ad ejus manus nun-
quam perveniſſe; *leg.In quartam ibiq. DD.
ff. ad leg. Falcidiam, Surd. conſ.* 472. *n.*24.,
*Gratian. diſcept.*215. *n.*9., *Rot. cor. Peuting.
dec.*485. *n.* 17., *& in Bonon. Cenſus* 12. *De-
cembris* 1681. §. *Aliæ verò coram clar. me.
Card. Matthæ o*.

Et ita, utraque &c.

MANTUANA EMPHYTEUSIS.

Lunæ 8. Martii 1700.

ARGUMENTUM

Habes ſupra deciſ.83. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Hæredum appellatione in emphyteuſi eccleſiaſtica veniunt etiam fæminæ.*

2 *In emphyteuſi hæreditaria non ſucceditur; niſi probata qualitate hæreditaria, reſpectu ultimi inveſtiti defuncti.*

3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica eam ſumit interpretationem, quæ tranſitum in extraneos excludit.*

4 *Et quoties non docetur eſſe hæreditariam, reſtringitur ad hæredes ſanguinis.*

5 *Reſtrictio emphyteuſis ad hęredes ſanguinis eſt magis Eccleſiæ favorabilis.*

6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, intelligitur pro hæredibus ſanguinis, non bonorum.*

7 *In emphyteuſi eccleſiaſtica clauſulæ amplæ non ſunt operativæ ad extraneos.*

8 *Facultas alienandi reſultans ex clauſula* - ad habendum - *ex natura emphyteuſis eccleſiaſticę, compatibilis eſt, ſi reſtringatur ad hęredes ſanguinis.*

9 *Ex clauſula* - ad habendum - *confertur emphyteutę facultas diſponendi erga perſonas de genere comprehenſorum.*

10 *Clauſula* in perpetuum *adiecta in emphyteusi eccleſiaſtica non operatur extenſionem ad extraneos: ſed benè reſtrictionem ad hæredes ſanguinis; eorum linea durante.*

11 *Clauſulę* - ad habendum &c. - & - in perpetuum &c. - *adaptantur ſolùm comprehenſis in contractu, cui ſunt adjectę, ſine ulla ampliatione extra illus.*

12 *Pręſertim ſi immediatè ſequatur clauſula* - ſalvo ſemper jure - *quę illarum vim adimit, & modificat.*

13 *Clauſula* - ſalvo jure - *in conceſſione emphyteusis dici non poteſt apposita ad pręſervandum dominium directum concedentis, quod ex diſpoſitione juris illęſum remanet.*

14 *Laudemium etiam in emphyteusi hęreditaria ſolvitur, cum bona tranſeunt in extraneos.*

15 *Dictio* - ſemper - *omne tempus, omneſque caſus comprehendit.*

16 *Dictio* ſemper *in emphyteusi eccleſiaſtica adiecta dici debet ad omnes effectus magis eccleſiæ proficuos.*

17 *Et præcipuè ad illud, ne tranſeat in extraneos.*

18 *Eccleſiæ intereſt, ut ad illam celerius emphyteutica bona revertantur.*

19 *Clauſulæ præſervativæ appoſitæ poſt alias, hæreditariam emphyteuſis naturam ſuadentes, illam non immutant.*

20 *Intellige quoties omnia jura tranſlata fuerunt in emphyteutam, & nihil reſervatum fuit ſavore Eccleſiæ concedentis.*

21 *Penſio non probatur correſpondens fructibus emphyteuſis: niſi conſtet quid, & quantum de terreno retrahatur.*

22 *Penſio magna non repugnat naturæ emphyteuſis eccleſiaſticæ.*

23 *Quamvis ad rationem ſcutorum quinque pro centenario bonorum valori correſponderet.*

24 *Penſio fructibus correſpondens, emphyteuſis eccleſiaſticæ naturam non immutat: alias Eccleſia nunquam poſſet ſua bona in emphyteuſim concedere.*

25 *Eccleſiæ bona, ut dentur in emphyteuſim, illius utilitas requiritur.*
26 *Quæ non verificaretur, niſi canon fructibus correſpondeat.*
27 *Pactum affrancandi bona cum ſolutione pretii, emphyteuſis eccleſiaſticæ naturam immutat, illamque hæreditariam reddit.*
28 *Pactum affrancandi cum aſſignatione aliorum bonorum æquivalentis, vel majoris valoris, non repugnat: ſed potiùs adhæret emphyteuſi eccleſiaſticæ.*
29 *Emphyteuſis, & ejus jura continuare dicuntur in bonis ſubrogatis, & aſſignatis.*
30 *Obſervantia, in probanda emphyteuſi eccleſiaſticâ hæreditariom quæ odmittatur?*
31 *Emphyteuſis cenſetur hæreditaria ex alienationibus ab emphyteuta liberè factis, irrequiſito domino.*
32 *Limita quotiès bona emphyteutica in alios tranſiverunt per viam novæ conceſſionis factæ à Domino directo.*
33 *Conceſſio emphyteuſis, quæ expiravit, nihil prodeſt prætenſo emphyteutæ.*
34 *Dominus directus, in præjudicium comprehenſorum, alteri novam inveſtituram concedere non poteſt, ſivè diverſæ qualitatis inductivam.*
35 *Sive antiquę peremptoriam.*
36 *Inveſtitura ceſſat ob non ſolutionem canonum.*
37 *Secùs quando non fuit à judice, ſuper devolutione, pronunciatum: etiam ſi facta ſit caducitatis acceptatio à Domino.*
38 *Et tunc emphyteuſis dicitur annihilanda, non annihilata.*
39 *Caducitas incurſa, & non declarata contra auctorem, qui in commiſſum incidit, contra illius ſucceſſorem declarari non poteſt.*
40 *Et rationem affert: quia devolutio tunc procedit ex ſimplici pæna à lege inducta, & non ex pacto.*
41 *Emphyteutæ moroſo in ſolutione canonum, ad evitandam devolutionem, conceditur remedium purgationis moræ.*
42 *Ex defectu poteſtatis comprobatur voluntatis defectus.*
43 *Error in ſuppoſito vitiat actum.*
44 *Purgatio moræ in emphyteuſi admittitur ſemper: etiam poſt declaratam caducitatem.*
45 *Caducitatem non incurrit emphyteuta, ob non petitam debitis temporibus inveſtituram, qui ad hujuſmodi obligationem adſtrictus non legitur.*
46 *Acceptatio Domini directi ſolutionum Canonum ab emphyteuta factarum, eundem conſtituit in bona fide continuationis emphyteuſis.*
47 *Caducitatem ad evitandam emphyteutæ cretendentis ad petitionem renovationis non teneri, ſuccurritur mediante purgatione moræ.*
48 *Etiamſi renovatio eſſet ex pacto conventa.*
49 *Interpellatus ad ſolutionem canonum, ſi non adimpleat, excuſari non poteſt ab incurſu in moram.*
50 *Mora ut purgari poſſit ſemeſtre conceditur.*
51 *Tempus conceſſum pro purgatione moræ, incipit à die acceptatæ devolutionis, non autem omiſſæ ſolutionis.*
52 *Inveſtituram ex falſa, & erronea cauſa conceſſom impugnare poteſt idem acquirens.*
53 *Et fortiùs eidem contradicere licet perſonis comprehenſis in antiqua inveſtitura, in quorum præjudicium fieri nequibat.*

DECISIO CXXXIII.

FUndamenta deciſionis editæ coram me 29. Aprilis anni præteriti nullatenus everti viſa fuerunt ex Juribus longa ſerie deductis pro Comite Zucchio in hodierna Audientia comparente: idenque reſponſum fuit, ſtandum eſſe *in deciſis*.

Iterum namque cenſuerunt Domini inveſtituram à Jacobo Ottino de anno 1566. ſuſceptam pro ſe, & hæredibus ſuis adhuc perdurare in fratribus de Caſtillionis à dicto Jacobo per medium Juniperæ Aviæ deſcen-
1 tibus: cum hæredum ſuorum appellatione fæminas, & ab eis deſcendentes compræhendi latè comprobet prima hujus cauſæ *deciſio 15. Martii 1697. §. Nec dubitari coram bo. me. Urſino*, & poſtrema *corom me §. Quin adverſaretur*.

Nec ad excludendum prædictos fratres à fæmina deſcendentes, placuit allegatus in eis defectus hæreditariæ qualitatis, reſpectu Francisci Mariæ ultimi maſculi ex linea in-
2 veſtitorum. Hujuſmodi enim objectum ſupponit Emphyteuſim ſimpliciter hæreditariam: quod tamen non ſubſiſtere probant geminæ *deciſiones coram bo. me. Urſino*, prima nempè *in dicto §. Nec dubitari, & ſecunda §. Nec reſiſtebat*.

Et ſanè adverſus hæreditariam qualita-
3 tem urget natura Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, pro qua ſicut ea capi debet interpretatio, quæ tranſitum in extraneos impediat; *Cephal. conſ. 345. n. 24., & ſeq., Bardellon. conſ. 41. num. 2. cum ſeqq., Rota cor. Merlin. dec. 583.*
4 *num. 16.*: ita donec ex verbis, clauſulis, aliiſque pactis non reſultet hæreditariam dumtaxat fuiſſe qualitatem requiſitam, contra illam ſemper militat juris præſumptio, & aſſiſtit alia pro reſtrictione ad hæredes
5 ſanguinis, tanquam Eccleſiæ magis favorabilis; *Cephal. dicto conſ. 345. num. 24., & 25. Magon. dec. Lucen. 12. num. 13., & Rota dec. 350. num. 2., & 6. part. 16. recent.*

Hujuſmodi autem verba, clauſulæ, & pacta in inſtrumento non leguntur; Quatenus enim conſtituitur fundamentum in verbis — *Pro ſe, & hæredibus ſuis*, illud ſuo marte
6 corruit animadvertendo, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica mentio hæredum intelligitur pro hæredibus ſanguinis, non autem bonorum; ex opinione millies per hoc ſacrum Tribunal canonizata, de qua in *Romana Emphyteuſis 4. Februarii 1688. §. Juſtitia verò coram Reverendiſsimo D. meo Decano*. Quatenus verò recurritur ad clauſulas ibi — *Ad haben. &c., & quidquid dicto Inveſtito dein-*

Digitized by Google

deinceps perpetuò placuerit facien. — Iſtæ ne-
7 queunt extendere conceſſionem ad extra-
neos: ſed earum quælibet eſt operativa in-
tra limitea Emphyteuſia eccleſiaſticæ. Facul-
8 tas enim alienandi reſultans ex dicta Clau-
ſulam *ad haben.* compatibilla eſt cum emphy-
teuſi ad hæredes ſanguinis reſtricta, ut ſci-
9 licet conferat arbitrium alienandi, ac diſpo-
nendi erga perſonas de genere compræhen-
ſorum; *Rota coram Zarat. dec. 95. num. 20.*
10 Perpetuitas verò intelligitur durante linea
iveſtitorum; *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 59. ſub num. 14.*, *Rot. dec 427. num. 23. cum ſeq. part. 9.*, *& dec. 385. num. 2. part. 16 rec.* Et
11 quod in effectu ambæ clauſulæ habeant ſe
famulativè ad connaturalem eſſentiam con-
tractua principalis, cui ſunt adiectæ, optimè
probat *ſecunda hujus cauſæ deciſio 27. Junii 1698. §. Nec regulariter coram bo. mem. Urſino.*

Potiſsimè ſtante clauſula immediate ap-
poſita, ibi - *ſalvo ſemper Jure dicti archipres-
byteratus* - quæ ſtat coarctativè, ac modifica-
tivè ad præcedentes, earumque vim adimit;
Rota dec. 83. num. 9. part. 18. rec., ac pluri-
bus congeſtis advertit *dicta ſecunda deciſio bo. me. Urſino §. Et licet Clauſula.*

Non attenta reſponſione, quod hujuſmo-
13 di clauſula præſervativa reſpiciat ſolum do-
minium directum Eccleſiæ; non autem impe-
diat tranſitum utilia in extraneos. Siquidem
cum utilis eſſet expreſſa dominii directi præ-
ſervatio, dnm ex diſpoſitione Juris illæſum
14 remanebat, ac laudemium in caſu aliena-
tionis in extraneos etiam in Emphyteuſi hæ-
reditaria ſolvendum erat; ex firmatis in *dicta*
15 *ſecunda dec. bo. me. Urſini §. Veritas autem:*
illa dictio ſemper complectens omne tem-
pus, omneſque caſus *Giurb. conſ. 99. n. 28.*,
Gratian. dec. Marcb. 183. num. 6., *Rota*
16 *dec. 128. num. 3. part. 2. diverſ.* adjecta dici
debet ad omnes effectus magis Eccleſiæ pro-
17 ficuos, & conſequenter, imo præcipuè, ad
illum, ne emphyteuſia tranſeat in extraneos;
18 cum in hoc verſetur primarium Eccleſiæ in-
tereſſe, ut ad ipſam celeriùs, ac facilius bo-
na revertantur; *Andreol. contr. 378. ſub n. 17.*;
Rota coram Merlin. dec. 583. num. 16.

Neque huic intelligentiæ adverſatur deci-
ſio 268. *part. 12. rec.*, aliæque authoritates ad-
19 ductæ ad probandum, quod clauſulæ præſer-
vativæ appoſitæ poſt alias hæreditariam em-
phyteuſia naturam ſuadentes, illam non im-
20 mutent. Procedunt enim in caſu, quo cer-
tò conſtet omnia Jura fuiſſe ampliſſimè trans-
lata in Emphyteutam, vel locatarium, ac ni-
hil fuiſſe favore Eccleſiæ reſervatum, qui eſt
caſus *dictæ deciſionis 268.* ; ut videre eſt *ſub num. 7. verſ. ſivè etiam.*

Quatenus demum recurritur ad pacta: iſta,
neque alterare videntur naturam emphyteu-
ſis Eccleſiaſticæ, illamque hæreditariam con-
ſtituere: non quidem primum ſolvendi penſio-
21 nem fructibus correſpondentem: tum quia
hujuſmodi correſpondentia non benè deſu-
mitur ex promiſſa ſolutione ſolidorum 46.
pro qualibet bubulca terræ; dum ignotum
eſt quid, & quantum ex dicto terreno re-
trahatur: ideoque deficit probatio ad hunc
effectum neceſſaria ex notatis per *Mell. alleg. 70 num. 31. lib. 2.*, *Gob. conſult. 24. num. 14.*,
Magon. dec. Lucen. 12. ſub num. 20. verſ. Præterea, *Surd. dec. 198. num. 27.*: tum etiam
22 quia probata non relevaret; cum magna pen-
ſio Emphyteuſia eccleſiaſticæ naturæ non re-
pugnet, *Fran. Palma conſult. 71. num. 8.*,
& 9., *Gob. dicta conſult. 24. num. 12.*, *Tondut. reſol. civil. cap. 25. num. 9. part. prima*,
Gizz. ad deciſ. Capyc. latr. 18. num. 8.. Et in
23 terminis de penſione conſtituta juxta valo-
rem rei, ad rationem quinq; pro centenario,
loquuntur *Natt. conſ. 49. ante num. 26. verſ. duodecimum*, *Surd. dicta dec. 198. num. 20.*

Alias enim ſi penſio fructibus correſpon-
24 dens in emphyteuſi eccleſiaſtica immutaret
illius naturam; nunquam poſſent eccleſiæ bo-
25 na in emphyteusim concedi: dum ſemper
ad hunc effectum major eccleſiæ utilitas re-
26 quiritur: iſtaque verificari non poteſt, niſi
canon fructibus correſpondeat; *Hodiern. ad Surd. dicta dec. 198. num. 8.*, *& Rota in Ferrarien. Capellaniæ 10. Junii 1695. §. Neque obſtat coram R. P. D. meo Priolo*, quod ob-
ſurdum ponderat *Cardinalis de Luc. de Emphyt. diſc. 30. ſub num 6.*

Minus urget pactum francandi, mediante
aſſignatione ad favorem eccleſiæ facienda de
aliis bonis majoris valoris. Illud enim ob-
27 ſtaret quoties affrancatio conventa iegere-
tur in pecunia: quo caſu emphyteusim eſſe
tranſmiſsibilem ad extraneos tenet *Gob. con-*
28 *ſult. 11. num. 9.*: ſecus verò quando, ut hic,
permiſſa fuit cum aſſignatione alterius æqui-
valentis, vel majoris proprietatis: quia
tunc hujuſmodi facultas naturæ emphyteuſis
eccleſiaſticæ potiùs accedit, quam adverſe-
tur; *Card. de Luc. de emphyt. diſc. 59. nu. 15.*,
& dictum fuit *in ſecunda dec. bo. me. Urſini 27. Junii 1698. §. Et ſub iiſdem*, ea ratione
29 quia eadem emphyteuſis, omniaque illius
Jura, & qualitates in re ſubrogata continuan-
tur, citra neceſſitatem alicujus immutationis,
vel alterationis antiquæ naturæ; *Gob. conſ. 11. num. 20*, *& conſ. 91. num. primo.*

Sicut autem ex præmiſſis neque verba,
clauſulæ, neque pacta ſuadere poſſunt, in-
veſtituram fuiſſe ab initio hæreditariam, &
ad extraneos tranſitoriam; ita & multo mi-
nus hoc deduci valuit ex obſervantia. Quip-
30 pe licet allegaretur, controverſa bona de
anno 1504. tranſiiſſe in Ambroſium Mazzo-
larium, qui non erat de ſanguine Tridapa-
ci de anno 1500. inveſtiti, & ſucceſſivè de
anno 1514. ex Mazzolario tranſiiſſe in Otti-
31 num de Ottinis; attamen animadvertebant
Domini obſervantiam admitti potuiſſe, quo-
tiès alienationes ſequutæ fuiſſent liberè abſ-
què licentia, ſeu aſſenſu domini directi, qui
deinde extraneum in novum emphyteutam
agnoviſſet; juxta notata *per Card. de Luc. de emphyt. diſc. 34. num. 3. in fin. verſ. ſeptimo*
32 *demum*; non autem in præſenti, quo pro-
ceſ-

ceſſum non fuit per viam alienationis, ſed
per viam inveſtituræ, & conceſſionis factæ
per archipresbyterum dominum directum,
favore Mazzolarii, cum præſentia, & con-
ſenſu dicti Tridapalci, qui bona renunciavit;
*dicto Summario Comitis Zucchii num.*2. Alia
verò translatio in Ottinum de anno 1525. fuit
inveſtitura facta per archipresbyterum vi-
gore pacti cum Mazzolario initi de anno 1514.
quo dicta bona affrancavit, ſeu permutavit,
cum aliis nuncupatis li Correzzoli; *dicto
Summario num* 3., & 4.

Poſito ex his quod inveſtitura anni 1566.
comprehendat Joannes de Caſtillionis, ut-
potè de ſanguine Jacobi eo tempore inveſtiti;
animadverſionem non meruit repetita ex-
ceptio, quod eadem antiqua Inveſtitura de
medio ſublata fuerit per aliam novam à Mar-
cello reportatam anno 1636.; iſtaque, ad ejuſ-
dem Marcelli deſcendentiam reſtricta, ceſ-
ſaverit per obitum Franciſci Mariæ ſine filiis:
33 adeoque fratres de Caſtillionis inniti ne-
queant antiquæ conceſſioni amplius non exi-
ſtenti. Siquidem ſuppoſito quod iidem fra-
tres in dicta priori conceſſione fuiſſent com-
prehensi; ut firmant *omnes hujus Cauſæ de-
34 ciſiones*, nil prorſus in eorum præjudicium
urgere poteſt nova conceſſio, sive conside-
retur inductiva diverſæ qualitatis; ut dixit
Rot. in Rom. Emphyteuſis 4. *Februarii* 1688.
§. *Eo minus coram Reverendiſsimo D. meo
35 Decano*: sive, ut veriùs eſt, antiquæ peremp-
toria reputetur; *Cephal. conſ.* 173. *ſub num.* 9.
verſ. quod ego, Burſat. conſ. 54. *num.* 24., *Cal-
das de renovat. Emphyt. lib. primo quæſt.* 5.
num. 3. *verſ. de Conſenſu tamen, Rot. in Cer-
vien. Emphyteuſis* 14. *Martii* 1695. §. *Nec
talis coram R.P.D. meo Priolo*.

Reſponsio autem, quod de tempore po-
ſterioris inveſtituræ antiqua, cum effectu, ac
36 jure permittente, ceſſaſſet, ob defectum Joan-
nis Baptiſtæ à ſolutione Canonum; ex pluribus
37 admitti non potuit. Primo quia ſola caduci-
tatis acceptatio facta fuerat per rectorem Ec-
clesiæ dominæ directæ; ſed Judicis ſententia
38 ſuper devolutione non interceſſerat: adeout
emphyteusis dici non poſſet annihilata, ſed
annihilanda; ut in puncto probat *Burſatt.
conſ.* 54. *num.* 22.. & *conſ.* 55. *num.* 4. *cum
ſeq. juncto num.* 18. Secundo quia devolutio,
39 quæ, ex non ſolutione Canonum, prætende-
batur incurſa per Joannem Baptiſtam; decla-
rari non poterat contra Marcellum ſucceſſo-
40 rem, cum non procederet ex pacto, ſed à
ſimplici pæna per legem inducta; ut adver-
tit *prima deciſio bo. me. Vrſini* §. *Incaleſcit
cum ſeqq.*, & poſtrema *coram me* §. *Quinimo*.
41 Ac tertio demum; quia data per hypothe-
sim devolutione; iſta facillimè poterat evi-
tari per purgationem moræ, antiquæ con-
ceſſionis reſtaurativam; ut proſequitur *dicta
prima deciſio bo. me. Vrſini* §. *Devolutio*, &
Altera coram me dicto §. *Quinimo*.

Atque hinc, sicut emergit defectus pote-
ſtatis in Marcello præjudicandi, per acqui-
sitionem novæ inveſtituræ, perſonis in anti-
42 qua comprehensis; ad evidentiam quoque
comprobatus remanet defectus voluntatis.
43 Illa namque proceſſit ſub erroneo ſuppoſito
caducitatis per Joannem Baptiſtam ejus an-
teceſsorem incurſæ, ob canones non ſolutos,
ac etiam, ob non renovatam inveſtituram
temporibus debitis; *Summ. Comitis Zucchii
n.* 12. ibi - *De gratia ſpeciali, & tanquam de
re legitimè devoluta ad dictum Archipresby-
terum, ob non ſolutos Canones per quondam
Jo. Baptiſtam Ottinum &c. ac etiam ob non
renovatam inveſtituram temporibus debi-
tis &c.* - Et tamen devolutio, ob canones non
ſolutos, vel contra Marcellum inferri non
44 poterat, vel ex ſupra deductis evitabatur
per remedium purgationis moræ, quod ex
æquitate Canonica ſemper, etiam poſt decla-
ratam caducitatem, admittitur; ex firmatis
in mea præcedendi deciſione §. *Quinimò ante
45 finem*. Illa verò deſumpta ex non petita
renovatione ceſsabat ex lectura inſtrumenti,
quod in nulla ſui parte hujuſmodi obligatio-
nem complectitur; ut latè probat *prima de-
ciſio* §. *Devoluti quidem cum ſeqq.*, & *ſecun-
da* §. *Veritas uſque ad finem coram bo. me. Vr-
ſino*, & *ultima coram me* §. *Minus verifica-
batur*: vel in omnem caſum, quatenus re-
novatio de jure peti debuiſset; cum rector
46 ſemper canones exegerit, ac Marcellum
in emphyteutam agnoverit; negari non va-
let bona fides, aut juſta credulitas, quod re-
47 novatio neceſsaria non eſset: ita ut, etiam
ex hoc capite, remedium purgationis moræ
48 competeret; ut in fortioribus terminis non
petitæ renovationis ex pacto conventæ *Rot.
dec.* 165. *num.* 30. *part.* 10., & *dec.* 65. *num.* 4.,
& 5. *part.* 17. *recent.*

Nec, ad evitandam falsitatem, & erronei-
tatem ſuppoſitæ devolutionis, quidquam re-
levat quod Marcellus fuiſset interpellatus ad
49 ſolvendum canones, & sic defectus non ſolu-
tionis etiam ipsius reſpectu verificaretur. Si-
quidem in præfato inſtrumento devolutio
unicè incurſa ſupponitur, ob canones non ſo-
lutos à Jo. Baptiſta; non autem a Marcello
ſucceſsore ibi - *Ob non ſolutos canones per
quondam Io. Baptiſtam Ottinum ultimo loco
defunctum; ſcilicet ſub die* 3. *Octobris* 1635.
Et revera diverſo modo ſupponi non pote-
rat: dum ab hac die obitus Jo. Baptiſtæ, uſque
ad diem ſtipulatæ novæ conceſſionis ſub die
19 Martii 1636., ſolum effluxerunt quin-
que menſes cum dimidio, itaut nulla pror-
ſus in Marcello considerabilis eſset mora,
vel contumacia.

Quinimo neque reſpectu canonum à Jo.
Baptiſta debitorum dici poterat, Marcellum
fuiſse moroſum in ſolutione; dum à die 20.
Octobris 1653., qua dominus directus ca-
ducitatem acceptaverat; *dicto Summ. Comi-
tis Zucchii num.* 11. *litt. A.*, uſque ad dictam
diem 19. Martii 1636., qua fuit facta nova
conceſſio, nec quinque menſes elapsi fuerant:
50 cum tamen ad purgandam moram ſemeſtre
concedatur juxta communiorem ſententiam;
de qua *Gratian. diſcept. for. cap.* 378. *num.* 21.,

Caſtald.

51 *Caſtald. conſ.97. num.9.* , & quidem à die
acceptatæ devolutionis,non autem omiſsæ ſo-
lutionis numerandum; *Carol.Anton.de Luc.
ad Gratian. obſervat. 378. num. 11, in fin.,
Pacion. de Locat. cap.55. num.57.*

Conſtito autem de falſa, & erronea cauſa
deveniendi ad ſtipulationem novæ inveſtitu-
52 ræ , ſicuti potuiſset Marcellus acquirens
defectum conſenſus allegando illam impu-
53 gnare ; ita & , fortiùs, hoc licitum eſt dictis
fratribus in antiqua conceſſione , ut ſupra,
comprehenſis , ut præcæritis firmat *ſecunda
deciſio coram bo. me. Urſino §. Quatenus ve-
ro*, & probant *Natt. conſ.289. ſub num.4.
verſ. ſed omiſſo, Menoch. conſ.89. num.9.,
Gob. in tract. de permiſſ. feud., & emphyt.
alienat. quæſt.9. num.41.*

Et ita, in reliquis approbando præcedentem deciſionem, reſponſum fuit,utraque &c.

ROMANA VINEÆ, SEU HORTI.

Lunæ 15. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

In vim fideicommiſſi in donatione conditi vindicari nequeunt bona, quæ à donante, longè poſt, declaratum fuit eidem fideicommiſſo eſſe ſubjecta ; cum donatarius talem innovationem non acceptavit : vel ſi bona illa intuitu matrimonii donata ab uxore pro ſua dote, fuerunt diſtracta : nam tunc libera evaſerunt. Permutatio vineæ utilitèr facta à gravato, vel,eo poſtmodum confirmante,ab ejus tutore cum aliis bonis, à fideicommiſſario eſt ſervanda. Et permutationis utilitas vineæque valor quomodo æſtimandi ſint perpenditur.

SUMMARIUM.

1 *Moleſtiis ceſſantibus datur regreſſus ad bona pro relevatione occupata.*

2 *Donator donationem jam factam alterare, nec immutare poteſt in præjudicium donatariorum, & vocatorum in ea.*

3 *Donatario primo quidquam innovare non licet in detrimentum ſubſtitutorum.*

4 *Heredibus permutationem ab authore factam impugnare, & ad bona permutata redire, prohibitum eſt.*

5 *Fideicommiſſum, & donatio non dicitur approbatum, cum bona tanquam libera fuerunt in inventario deſcripta, & ſucceſſivè permutata.*

6 *Poſſeſſio capta ex uno titulo retineri non poteſt ex alio turbido, & incerto.*

7 *Fideicommiſſarius vindicare non poteſt bona à tertio valido, & juſto titulo poſſeſſa.*

8 *Bona donata contemplatione matrimonii detrahi, & alienari poſſunt à fideicommiſſo ſubſequenter condito.*

9 *Ceſſionario, ex juribus cedentis, competit retentio adverſus fideicommiſſarios.*

10 *Mulieris obligatio non reſolvitur in ſimplicem hypothecæ remiſſionem: ſed importat realem ; & effectivam jurium transfuſionem, cum illa nomine proprio ſe obligavit, & jura ceſſit.*

11 *Solutio probatur exhibitione quietantiæ, quæ non ſatis eſt indicari, niſi inveniatur.*

12 *Solutio non præſumitur, niſi concludenter probetur.*

13 *Vocati ex propria perſona impugnare non poſſunt permutationem utilem fideicommiſſo.*

14 *Præcipuè quando non fuit prohibita alienatio fundi, & fideicommiſſum eſt in quantitate.*

15 *Vinea eſt damnoſa non utilis.*

16 *Fructus bonorum ſtabilium olim calculabantur ad rationem annuorum ſcutorum quinque pro centenario.*

17 *Pretium rei venditæ,vel permutatæ attendi debet de tempore præciſo venditionis, & permutationis.*

18 *Valor vineæ argui non poteſt ab annua reſponſione, quæ non datur ſolùm propter fructus, ſed propter excavationes ibidem faciendas.*

19 *Permutatio corporis fideicommiſſarii valida cenſetur, ſi fiat ob receſſum à lite ex facto fideicommittentis proveniente.*

20 *Lites intereſſe fideicommiſſi reſpicentes, ejuſdem ſumptibus ſunt ſuſtinendæ.*

21 *Nullitatem à ſe patratam, nemini contra ſe ipſum opponere licet.*

22 *Actus ignoranter geſti præjudicium non inferunt agenti.*

23 *Scientia fideicommiſſi probatur in eo, qui ſe fecit hæredem fideicommiſſarium, & tali nomine poſsidet.*

24 *Approbatum quod ſemel fuit,ampliùs impugnari non poteſt.*

25 *Permutationem impugnare non licet ei, qui nullo alio titulo, quam hæreditario ipſius permutantis bona permutata poſsidere poſſet.*

Hæc deciſio eſt revocatoia ſuperioris 77. & confirmatur dec.204.

DECISIO CXXXIV.

AD trutinam revocatis fundamentis deciſionis in hac cauſa editæ, fuit in audientia 11. Decembris præteriti dilata reſolutio, quæ tamen in hodierna propoſitione prodiit *pro receſſu à deciſis*.

Agnitum enim fuit retentionem contro-
verſæ vineæ à Cajetanis allegatam , ex titulo
donationis per Laviniam factæ favore Sci.
pionis , & ab eo deſcendentium nequaquam
competere ; tum quia iidem Cajetani dictæ
vineæ poſſeſſionem nacti fuerunt ad ſeſe re-
levan. à moleſtiis , quæ ſuper domo ab eis
poſſeſſa illatæ fuerant per Spatium credito-
rem ex cauſa cenſus ſuper illa impoſiti; *Sum-
mar. Monaſterii dato in præterita propoſitio-*
1 *ne num* 4. & 5.: cumque poſtea detecta cen-
ſus extinctione moleſtiæ ceſſaverint , revivi-
ſcit actio pro regreſſu ad præfatam domum ,
nec ullo modo licita eſt dictæ vineæ reten-
tio ; ut in ſimilibus terminis reſponſum fuit

in

in *Cordubcn. Penſionum* 9. *Januarii* 1699.
§. *Reſolutionis ratio coram me*.
Tum etiam quia titulus donationis, in quo
retentionis exceptio fundatur; nullo modo
ſubſiſtit. Lavinia ſiquidem non donavit ſpe-
cificè vineam, de qua res eſt, ſed quantita-
tem ſcutorum 10. m.. poſt ejus obitum ſolven-
dorum filiis, ac deſcendentibus naſciturisⁱ ex
matrimonio per Scipionem cum Iſabella de
Maximis inito; *Summ. Patrum dato dicta die*
11. *Decembris num.* 9.: ideoque ſi Mutius
Laviniæ hæres vineam, uti liberam, permu-
tavit; *dicto Summ. num. 3. litt. B.*; non eſt cur
illam fideicommiſſo ſubjectam contendant
Cajetani: poſt quam ex Mutii hæreditate
pluſquam ſcut. 10. m. de bonis liberis aſſecuti
fuerunt, ac ſeſe de dicta donatione ſatisfa-
ctos declararunt; ut in *d. Sum. n.* 15.
Non relevante, quod, poſt ſequutam dona-
tionem, Lavinia in ſeparato contractu datio-
nis in ſolutum dictæ vineæ, ſibi factæ per Sci-
pionem, pro extinctione propriis debiti ſcu-
torum 1000., declaraverit, illam poſt ſui ipſius
obitum reverſuram ad Scipionem, & alios
in donatione comprehenſos pretio ſcut. bis-
mille, quæ cedere deberent in computum
dictorum ſcut. 10. m. donatorum; *d. Summ.*
2 *num. primo*. Siquidem, ultra quod iſta Lavi-
niæ declaratio longè poſt donationem emiſ-
ſa fideicommiſſum in ea contentum alte-
rare non potuit: nec immutare quantitatem
in certam bonorum ſpeciem, in præjudicium
juris quæſiti favore perſonarum in eadem
donatione comprehenſarum; ut reſpondit
Rot. in Romana Donationis 12. *Maii* 1690.
3 §. *In nihilo coram bo. me. Emerix*, eo modo
quo talis innovatio nec etiam primo dona-
tario licita fuiſset: cum ejus factum nocere
non poſſit ſubſtitutis; *Card. de Luc. de Do-
nat. diſc.* 57. *num.* 2.: recurrit ſuperius addu-
4 cta reſponſio; quod cum Cajetani ſummam
ſcutorum 10. m., & ultra ab hæreditate, ac
bonis liberis Mutii receperint; nequeunt,
prætextu donationis, redire ad vineam ab
eodem Mutio permutatam.
Quod eo magis procedit: quia Mutius hu-
5 juſmodi innovationem non acceptavit: dum
in inventario bonorum Laviniæ donantis, ac
Scipionis ejus Patris deſcripſit vineam tan-
quam hæreditariam, & ſubindè ſuum credi-
tum ſcutorum 10. m., ſibi vigore ſupradictæ
donationis debitorum, *dicto Summ. num.* 10.
litt. A. -- *Li Signori Eredi devono havere
dalla Signora Lavinia ſcudi* 10. *m. moneta
donati, quando il Sig. Scipione ſi maritò* -- Et
vineam ſucceſſivè permutavit uti liberam à
5 quocumque fideicommiſſo; *d. num. 3. litt. D.*:
qui actus cum fieri non poſſent, quoties Mu-
tius vineæ ſubrogationem, loco ſcutor. mille,
acceptaſſet, ita ex eis palam fit, eandem nul-
latenus fuiſſe approbatam; ad tradita per
Rot. dec. 10. *n.* 24. *par.* 18. *rec.*
Hæc autem omnia, vel manifeſtè demon-
ſtrant titulum pro retentione adductum
non ſubſiſtere; vel ſaltem negari non poteſt,
quin illum in dubietate conſtituant; adeout
6 locum habeat concluſio: quod poſſeſſio capta
ex uno titulo retineri non valeat ex alio tur-
bido, & penitus incerto: *Cyriac. controv.* 120.
num. 12., *Rot. coram Ninott. deciſ.* 24. *ſub
n.* 26., *coram Cavaler. dec.* 539. *num.* 4., *in rec.
dec.* 206. *n.* 8., *& ſeqq. par.* 9., *& dec.* 127. *n.* 3.
part. 16., *& deciſ.* 802. *numer.* 9. *cum ſeqq.
par.* 18.
Verùm, quatenus per hypotheſim admit-
teretur, vineam, pro dicta rata ſcut. mille,
potuiſſe per Laviniam donantem, ac ejus
donatarios fideicommiſſo ſupponi; non inde
7 tamen ſequeretur, quod Cajetani eam vin-
dicare poſſent à Monaſterio. Illud enim
poſſidet ex legitimo titulo deliberationis, fa-
vore Federici de Rubeis ejus mediati au-
thoris ſequutæ, quam validam, & juſtam
declaravit hoc Sac. Tribunal in *Romana le-
ſionis* 11. *Martii* 1676. cum ſucceſſiva ſen-
tentia *coram bo. me. Bourlemont*. Et licet
eadem vinea præcedenter poſſideretur à filiis
Scipionis primi donatarii; attamen de an-
no 1621. per Iſabellam eorundem filiorum
tutricem permutata fuit cum domo ad Fon-
tanam, dicti Federici debitorem, ſpectante:
talique permutationi acceſſit etiam nomine
proprio dicta Iſabella de Maximis; *d. Summ.
n.* 2. *litt. B*, quæ cum eſſet creditorix dotis ſibi
promiſſæ de anno 1601. in ſumma ſcut. 12. m;
*Summ. additionali præteritæ propoſitionis
num.* 1., *&* 2.; ſicuti (ſupponendo quod vinea,
juxta ſenſum alterius partis, fuiſſet in dona-
8 tione, ac fideicommiſſo comprehenſa) po-
terat, pro ſua dote, illam, tanquam contem-
platione ſui matrimonii donatam, ac propte-
rea ſpecialiter hypothecatam, diſtrahere; ex
deductis per *Rocc. diſput. jur. cap.* 20. *n.* 2.,
& Card. de Luc. de donat. diſc. 2. *n.* 7. 12. 16.,
& diſc. 6. *n.* 2., & dixit *Rot. dec.* 271. *num.* 20.
par. 15. *recen.*, *& in Melevitana retrodatio-
nis* 9. *Maii* 1698. §. *Quia coram R.P.D. mea
9 Tremoille*; ita ex ejus juribus retinere poteſt
monaſterium contra Cajetanos ex titulo
fideicommiſſi agentes; ex traditis per *Rot.
dec.* 6. *n.* 17. *par.* 11., *& dec.* 250. *n.* 2. *par.* 13.
recen.
Neque hujuſmodi fundamentum eliditur
duplici reſponſione; altera quod Iſabella in
permutatione mentionem non fecerit de ju-
ribus dotalibus; altera quod ipſa tunc tem-
poris eſſet de ſua dote ſatisfacta; ut admittit
etiam contraria deciſio §. *Qua enim*. Prima
enim tollitur ex lectura inſtrumenti, in quo
præfata mulier ſe obligavit de proprio pro
10 evictione, ac obſervantia permutationis; &
ulterius cum clauſula Conſtituti ceſſit omnia
jura ſibi competentia; ita ut ejus interventus
reſolvi non poſſit in ſimplicem hypothecæ
remiſſionem; ſed importet realem, ac effe-
ctivam jurium transfuſionem; juxta diſtinctio-
nem communitèr receptam, de qua *Andreol.
contr.* 162. *n.* 7., *Poſth. reſolut.* 55. *n.* 41. *&
ſeqq.*, *& n.* 47., *& in rec. dec.* 187. *num.* 2. *&
ſeqq. par.* 19., *& in Bononien. Bonorum* 9.
Maii 1674. §. *Nam cum ſupra coram bo. me.
Emerix*. Quo verò ad ſecundam; reſponſio
ceſſat

ceſſat ex facto, dum licet, ad probandam
aſſertam ſatisfactionem, fuerint ex parte fratrum de Caietanis indicata, nonnulla inſtrumenta; attamen interpellato eorum defenſore pro die, ac hora certa, ut eorundem inſtrumentorum perquiſitioni intereſſet, ac ulterius eo citato coram me ad concordandum in facto *Summ. præſentis propoſitionis num.* 1. *&* 2., nemo unquam comparuit;
11 adeout ſimplex indicatio in hiſce circumſtantiis attendi non mereatur, niſi quietantiæ in forma probanti adducantur; *Rot. coram Buratt. dec.* 60. *n.* 6. 7., *& cor. Bich. dec.* 210. *num.* 2.

Et quamvis in *Summ. reſponſionis Cajetani num. unico*, exhibita fuerit promiſſio per Horatium facta de ſolvendo Iſabellæ, ex pretio Vallis Petræ, ſcut. 8000. pro reſiduo dotis; illa nihilominus non concludit ſatisfactionem; cum aliud ſit promiſſio de ſolvendo; aliud ſolutio, quæ, tamquam quid facti,
12 non præſumitur, niſi ab allegante concludenter probetur; *Maſcard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1318. *per tot.*, *Menoch. lib.* 3. *præſ.* 135. *num.* 1., *Mart. medic. examin.* 53. *n.* 1., *Rot. cor. Gregorio dec.* 139. *n.* 2., *& cor. Coccin. dec.* 2303. *n.* 5.

Titulus autem permutationis, quo monaſterium fulcitur, validior emicat ponderando, quod Iſabella curatrix, & Mutius hæres gravatus, illa mediante, rem utilem geſſe-
13 runt favore vocatorum, qui proinde, licet ex propria perſona venientes, contractum impugnare non poſſunt; *Bart. in l. Imperator §. Cum autem ff. de legat.* 2., *Rot. decis.* 191. *num.* 4., *&* 13. *par.* 14., *& dec.* 807. *num.* 29.,
14 *&* 32. *par.* 18. *rec.* Præcipuè quando, ut hic, non concurrit expreſſa prohibitio alienationis feudi, ſed fideicommiſſum eſt in quantitate; ut animadvertit eadem deciſio *numer.* 30.

Huiuſce utilitatis probationem Domini,
15 prætermiſſa generica præſumptione, quod vinea ſit potiùs damnoſa, quàm utilis; ut dixit *Rot. coram Cerr. dec.* 598. *n.* 3. *& in rec.*, *dec.* 203. *n.* 5. *par.* 17., *& dec.* 612. *n.* 8. *par* 18., in ſpecie deſumebant ex eo, quod, ſi attendamus illius valorem à Lavinia donante, ac Scipione canonizatum ante permutationem; ille non excedebat ſcut. mille; *dicto Summ. monaſterii præteritæ propoſitionis n.* 1.. Si reſpicimus ſtatum de præciſo tempore permutationis; & vineæ valor erat tenuiſſimus ob ejus effoſſionem, ac devaſtationem factam à Fontana: itaut nullos redderet fructus; ut narratum fuit in inſtrumento coram Judice, qui decretum interpoſuit; *d. Summ. num.* 3. Si demum oculos revolvimus ad valorem poſt ſequutam permutationem; & compertum habemus illum non exceſſiſſe ſcut. 385., pro quibus ſub haſta publica deliberata fuit; *d. Summ. n.* 17.

Ubicumque autem valor conſideretur, nemo videt, quod aſſignatio domus in permutationem traditæ annui redditus ſcutor. 52. *d. Summ. num.* 13., fuerit fideicommiſſo proficua: dum, etiamſi habeatur ratio de valore vineæ ante premutationem in ſc. 1000. adhuc dictæ domus valor hujuſmodi ſummam ſuperabat; calculando fructus ad ratio-
16 nem quinque pro centenario, juxta taxam tunc temporis currentem, de qua *Rot. deciſ.* 294. *par.* 12., *& dec.* 167. *utrobique nu.* 1. *par.* 13. *recen.*, & diſtinguendo taxam modernam ab antiqua dixit in *Aſculana Dotis* 12. *Februarii* 1683. *cor. clar. me. Carain.*
17 *Matthæio*: cum tamen ad regulandum juſtum pretium rei venditæ, vel permutatæ; ſolum attendi debeat præciſum tempus venditionis, vel permutationis; *Cyriac. conſ.* 616. *n.* 9., *& contr.* 685. *n.* 12. *tom.* 4., *Ciroc. diſcept.* 76. *num.* 31., *& Rot. in recen. dec.* 248. *num.* 9. *par.* 11.

Quin ad excludendam utilitatem, urgeret reſponſio, quod vinea ante permutationem
18 locata fuiſſet favore Fontanæ, pro annuis ſcut. 200.. Hujuſmodi enim redditus non erat perpetuus, ſed temporalis, duraturus duntaxat, quouſque conductor lapidea in vinea poſitos excavaſſit; & locatio jam de tempore permutationis, ob completam effoſſionem, expiraverat: imo, ex hac ipſa locatione, vinea peſſum iverat, ac tanquam devaſtata modici valoris erat reputanda.

Tranſit ulterius in evidentiam utilitas permutationis, animadvertendo, quod eo tempore lis pendebat ſuper eadem vinea, de modo, quo illa in priſtinum reducenda foret, qui dependebat ab interpretatione inſtrumenti affictus per ipſam Laviniam donantem celebrati; *d. Summ. num.* 3.. Ipſe autem receſſus à lite, & quidem proveniens ex facto Laviniæ prætenſæ fideicommitten-
19 tis; non modicum præbet adminiculum va-
20 liditati permutationis factæ per gravatum; potiſſimè dum ſumptibus fideicommiſſi lis erat ſuſtinenda, *Rot. coram Buratt. dec.* 509., *ibique Add. fere per tot.*

Omnem denique difficultatem, circa validitatem permutationis ſubmovere viſa fuit illius approbatio facta per Cæſarem, & Antonium in pluribus actibus, & ſignanter ex eo, quod idem Cæſar regreſſum petierit ad vineam; vigore pacti in inſtrumento præfatæ permutationis adjecti; quod citra approbationem fieri non poterat: nec è contra Laviniæ fideicommiſſum, ad obtinendam vineæ recuperationem, allegaverit: adeout con-
21 tra factum proprium nullitatem opponere non liceat; *Leg. Illicitè* 10. *ff. de reb. eorum*, *Rot. coram Cerr. dec.* 773. *num.* 16., *& in rec. dec.* 223. *n.* 16. *par.* 17.

Et quamvis deciſio, quæ revidetur, ad evitandum hujuſmodi urgentiſſimum fundamentum, reſpondeat: prælatos Cæſarem, & Antonium fideicommiſſi notitiam non ha-
22 buiſſe; ac propterea actus ignoranter geſtos eis non præjudicaſſe: attamen reſponſio non habet facti ſubſiſtentiam; dum uſque de anno 1666. iidem fratres fideicommiſſum deduxerant coram A.C. Bulgarino in cauſa contra Ducem Salviatum agitata; *d. Summ. num.* 12.;

num. 12. ; quinimò, etiam ante hoc tempus, idem Cæſar ſcientiam fideicommiſſi declaravit; cum, mediante apoca anni 1662., facultatem conceſſit Antonino exigendi penſiones ex domo permutata, non obſtante fideicom-
23 miſſo : *d. Summ. n.* 13. : ex quibus omnibus ſcientia redditur innegabilis, *Cyriac. controv.* 323. *n.* 32. *tom.* 2., *& conſ.* 519. *n.* 29. *tom.* 3., *Rot. in rec. dec.* 457. *n.* 5. *par.* 13., *& dec.* 170. *n.* 10. *par.* 18.

Hinc autem reſultat dilemma inevitabile, quod vel Cæſar, & Antonius habuerunt (prout habuiſſe conſtat ex actibus proximè
24 recenſitis) ſcientiam fideicommiſſi, & iſto caſu permutationem approbarunt, quam hodie impugnare non poſſunt; ex regula de qua *Rot. coram Cocciu. dec.* 1947. *num* 7, *& in recen. dec.* 93. *num. ult par.* 10., *& dec.* 332. *n.* 77. *par.* 19. : vel illam non habuerunt; & cum alio titulo domum permutatam poſſide-
25 re nequiverint, quàm hæreditario Iſabellæ, & Mutii permutantium; multò minus poſſunt permutationem de nullitate redarguere; *Cyriac. diſcept.* 5. *n.* 66., *& Rot. in Urbevetana fideicommiſſi, ſuper negotio principali* 5 *Martii* 1698. §. *Tertio namque coram bo. me. Urſino*.

Et ita utraque &c.

ROSSANEN. JURIS PROHIBENDI.

Ven. 22. *Martii* 1700.

ARGUMENTUM.

Confraternitas poſterius erecta in eodem loco cum eodem nomine, ac inſtitutis ſupprimenda eſt, & antiquior præſervanda, ex Conſtitutionibus Clementis VIII., & Pauli V., & quomodo anterioritas erectionis probetur?

Confirmatur infra dec 236.

SUMMARIUM.

1 *Confraternitatum ejuſdem nominis, & inſtituti antiquior præſervanda eſt, ad normam conſtit.* 115. *Clementi VIII., amplia æ in ſecunda conſtitutione Pauli V.*
2 *Et locus eſt ſuppreſſioni, in tempore, poſterioris.*
3 *Anterioritat electionis probatur per teſtes, & libros viſitationum.*
4 *Conſenſus ordinarii in erectione ſupponendus eſt, cum de eo conſtet aliundè.*
5 *Actus viſitationum cum appoſitione tabulæ, & quaſi poſſeſſione omnium actuum à confraternitate fieri ſolitorum, ſupponit ejus erectionem de ordinarii conſenſu factam.*
6 *Erectio præcedens probatur ex aſſignatione bonorum facta capellano.*
7 *Fratres de confraternitate poſſunt pro illa teſtificari.*
8 *Teſtis inductus ad unam rem probandam, ſi ſuper alia concludenter non deponat, non obeſt.*
9 *Teſte exprimente tempus cum dictione* -- *circiter* -- *illud arbitrio Judicis poteſt extendi, vel minui.*
10 *Teſtium defectus ſuppletur numero aliorum, & aliis adminiculis, & probationibus.*

DECISIO CXXXV.

FAcultatem erigendi confraternitatem ſuffragii in Eccleſia S. Mariæ Terræ Coriolani, pro defunctorum refrigerio, uſque ab anno 1641. Joannes Andreas Bonhomo ab ordinario, in actu viſitationis, obtinuerat: verum quia neglecta fuerat poſtmodum illius executio; idcircò in alia viſitatione ſubſequenter habita de anno 1643., idem Ordinarius de mora redarguit æconomum dictæ eccleſiæ præſidentem; qui illicò ad præfatæ confraternitatis erectionem devenit: & appoſita ſuper altari tabula picta cum imagine B. Mariæ Virginis, ac animabus purgatorii; ſequentia verba in illius extremitate inſcribi curavit - *Procurante Joanne Andrea Bonhomo anno* 1643. --. Succeſſivè anno 1646. pro dote oratorii dictæ confraternitatis, Jacobus Ferdinurus in teſtamento legavit quoddam petium terræ cum onere miſſarum, per capellanum ab eodem nominatum adimplendo. Abinde citra confraternitas in ſuffragium Animarum purgatorii pacificè quæſtuavit.

In hoc rerum ſtatu, ad ſupplicationem præpoſiti venerabili eccleſiæ S. Petri ejuſdem loci, ſub die 29. Novembris 1646., fuit erecta conſimilis confraternitas, ſub titulo Animarum Purgatorii; quæ etiam de anno 1652. aggregata extitit venerabili archiconfraternitati Suffragii de Urbe: cumque inter iſtam, & aliam refrigerii, ut præmiſimus erectam in eccleſia S. Mariæ, orta fuiſſet controverſia, circa eorum operum exercitium; confraternitas Animarum Purgatorii inſtetit coram A.C., ut vigore conſtitutionis Clementis VIII., prohibentis plures ejuſdem inſtituti confraternitates in eodem loco; ſupprimeretur confraternitas in eccleſia Sanctæ Mariæ præcedenter erecta; eique interdiceretur exercitum. Sed in judicio ſuccubuit: dum A.C. per ſententiam declaravit, iſtam fuiſſe nulliter erectam, eique propterea, non illi Refrigerii, exercitum eſſe prohibendum: qua ſententia in gradu appellationis confirmata, ego tardem, cui cauſa fuit in tertia inſtantia commiſſa, quæſivi à Dominis -- *An ad inſtantiam confraternitatis Purgatorii Coriolani ſit prohibendum confraternitati Refrigerii, ejuſdem Civitatis jus, ſive exercitium confraternitatis, illiuſque effectum,* -- *& non eſſe prohibendum confraternitati Refrigerii exercitum* reſponſum fuit.

Cum enim ex præfatis geminis confrater-
1 nitatibus ejuſdem nominis, & inſtituti, antiquior appareat illa refrigerii, eadem propterea ſine difficultate præſervanda erat: & ad normam Pontificiæ conſtitutionis 115. Clementis VIII. ampliatæ à fa. me. Paulo V.
2 in ſecunda conſtitutione, locus erat potiùs ſup-

Digitized by Google

ſuppreſſioni alterius ſuffragii nuncupatæ in
tempore poſterioris; *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 4. cap. 2. n. 16, & ſeqq., & n. 184., Pax Jordan. tom. 2. lib. 7. tit. 11. n. 6., Card. de Luc. de præheminen. diſc. 10. n. 8., Pignatell. conſult. 18. n. 1. & ſeq. per tot. tom. 9., Copyc. Latr. dec-169. n. 47. et ſeqq.*

Quod autem Refrigerii confraternitas
fuerit antecedenter erecta, plenè conſtat,
3 nedum ex depoſitionibus plurium teſtium
formiter examinatorum; verum etiam ex libris
viſitationum comprobantium; anno 1641.
petitam, & reſpectivè obtentam fuiſſe facultatem
illam erigendi: & reſpectivè anno
1643. erectionem uſque tunc neglectam iterum,
4 rum, atque celeritèr fuiſse demandatam.
Quamobrem, licet modo non exhibeatur poſitivus
ordinarii aſsenſus; ille tamen ſuppo-
5 nendus eſt. Cum tam actus viſitationum,
quàm appoſitionis tabulæ pictæ cum inſcriptione,
ac quaſi poſseſſione exercendi omnes
actus à confraternitatibus fieri ſolitos, referri
perneceſſe debeant ad jus præexiſtens
reportati aſsenſus ab ordinario, pro dicta
erectione legitimè facta; *ad text. in leg. Servus communis ff. de ſtipulat. ſervorum, et in leg. finali §. Quod enim C. per quas perſonas nobis acquiritur, Adden. ad Gregor. dec. 162. ſub n. 15., Rot. poſt Vivian. de Jurepatron. dec 2. num. 2., et coram Buratt. dec. 905. n. 5., coram Bich. dec. 522 num. 4. et in rec. dec. 400. num. 4 par. 4. tom. 1., et dec. 67. n. 7. par. 19.*

Fortiùs quia in exequutionem teſtamenti
à Ferdinando, ut ſupra, conditi 17. *Februarii*
1646., in quo petium terræ aſſignabatur
oratorio confraternitatis Refrigerii, cum
onere miſſarum; fuit ſub die 12. Junii ejuſ-
6 dem anni nominatus capellanus; ut ex ſententia
Vicarii capitularis Roſsanen: ex quo
facto ad evidentiam convincitur, confraternitatem
refrigerii S. Mariæ præceſſiſse in
tempore erectionem alterius S. Petri, quæ
facultatem erectionis *die* 19. *Februarii* 1646.
dumtaxat reportavit.

Nec relevant exceptiones adductæ, tam
7 circa perſonas teſtium, ex quo ſint confratres,
ac perſonæ viles, quàm circa eorum
dicta, eo quia non deponunt de interventu
aſsenſus ordinarii in erectione; & unus ex
illis ſupponit confraternitatem erectam fuiſſe
de anno 1640.. Quippè cum prædicti teſtes
inducti fuerint non ad probandum aſsenſu
ordinarii, de quo ſatis conſtat ex viſitationibus
ſupra enarratis; Sed ad probandum anterioritatem
erectionis; eo ipſo quod de illa
8 depoſuerunt, reddita ſufficienti ſcientiæ ratione;
neceſsarium non erat, quod ſuper
ordinarii aſsenſu teſtificarentur: Et quamvis
alter ex eis depoſuerit erectam fuiſse
confraternitatem de anno 1640.; adjecit
9 tamen dictionem *circiter*, quæ operatur, ut
ejus depoſito verificabilis ſit de anno 1643.;
10 *Rot. deciſ. 717. num. 25. par. 18. recen.*. Et
in omnem caſum; Si quis in aliquorum dicto
defectus concurrit; ſuppletur ab aliorum
numero, & ex adminiculis, ac probationibus
ſuperius recenſitis; *Rota coram Ludoviſ. dec. 351. num. 5., et in rec. dec. 621. n. 4. part. 5.*

Et ita, utraque &c.

FIRMANA PRÆDII DELLA PARAPINA.

Ven. 26. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.
Superiores deciſiones 40. & 101. hic confirmantur juxta modum.

SUMMARIUM.

1 *Bona ab hærede gravato acquiſita ſunt ſeparanda, nec ad ea fideicommiſſario danda eſt immiſſio.*
2 *Bona, in cataſtro diverſo charactere deſcripta, ſi probantur ab hærede gravato ut plurimum acquiſita, omnia ab eo acquiſita pariter cenſentur, licèt non iſta probentur.*
3 *Bona duplicata, non ſunt dupliciter æſtimanda.*
4 *Bona diſtracta non ſunt conſideranda.*
5 *Bona in alia contrata ſita non ſunt præſervanda ad impediendam immiſſionem ad bona exiſtenti in eadem contrata conceſſam.*

DECISIO CXXXVI.

POſt editam coram me, die 6. Junii 1698., deciſionem, qua declaratum fuit, geminas noſtri Auditoris ſententias à Carellis reportatas, ſuper immiſſione ad prædium Parapinæ, tanquam ſubjectum fideicommiſſo Julii eorum proavi; tranſiiſſe in judicatum; cauſa iterum propoſita ſub die 9. Februarii proximè præteriti, non modica emerſit apud Dominos difficultas, ob plures acquiſitiones, quæ intra idem prædium ex parte Adriani, à Matthæo ejus authore factæ allegabantur; adeout dilata reſolutione reſcriptum fuerit; quod factum coram me concordaretur: quo adimpleto, reaſſumptoque in audientia 22. Junii proximè præteriti examine ſuper viribus præcedentis deciſionis prodiit reſponſum: *Standum eſſe in deciſis juxta modum.*

At neque modus deciſioni adjectus ſatis fuit ad ſedandas inter partes controverſias. Licet enim in ea præſervata fuerit ab immiſſione rata bonorum in cataſtro æſtimata libr. 31., & ſolid. 122.: ad quam quantitatem aſcendere ſupponebantur acquiſitiones à dicto Matthæo factæ; attamen Adriani defneſores allegabant, quod vaga, & nimis generica præſervatio non ſufficeret: ac nil ultra ſecum ferret: quod præcedentes ſententiæ non declaraſſent; excipiendo ab immiſſione bona per Matthæum acquiſita, ſi quæ adſunt in contrata Parapinæ: atque ideò neceſſaria foret ſpecifica deſignatio bonorum à dicto Matthæo acquiſitorum, cum expreſſa ſingu-

lorum corporum eorumque confinium, & annexorum diſtinctione: quocirca Domini, ut ulteriorem hujuſce antiquatæ litis prorogationem dirimerent; ſub novo modo, ſive potiùs cum declaratione præcedentis, reſponderunt: *Haudum eſſe in deciſis juxta modum.*

Modus autem ſub quo in hodierna audientia procedendum eſſe cenſuit ſacra Rota, in ſubſtantia non diſcordat ab eo, cum quo proceſſum fuit in *deciſione edita 22. Junii anni præteriti*; ut ſcilicet immiſſio ad prædium Parapinæ intelligatur reſtricta ad eam duntaxat bonorum portionem, quam conſtat à Julio fideicommittente fuiſſe poſſeſſam: nullatenùs verò extendatur ad alia bona in eadem contrata per Matthæum hæredem gravatum acquiſita: ſed hoc plus continet, quod per ſpecificam bonorum ab immiſſione præſervandorum declarationem, quælibet removeatur occaſio novarum litium, quæ forſan in exequutione mandati de immittendo, ex generali præſervatione oriri poſſent.

Hinc Domini transeundo ad individualem eorundem bonorum expreſſionem; præſervandum primo loco cenſuerunt petium terræ laborativum, ac prativum in tertia ſenata in contrata Parapinæ, modioli unius, ac ſtadiorum novem, confinans à tribus lateribus cum bonis ipſius Matthæi Carelli acquirentis, & ab alio cum bonis Marinangeli Jaffei. Illud enim à dicto Matthæo acquiſitum fuiſſe conſtat ex inſtrumento ſub die 15. Septembris 1574., rogato per Camillum Lucianum; de quo in *ſum. Adriani dato die 9. Februarii 1699. n.13.*, & concordat cataſtrum, in quo poſt verba -- *Qui muta caractere* -- primo loco deſcribitur hoc pretium terræ cum eiſdem confinibus ſupra relatis, & æſtimatur in libra una & ſolidis 15.; *dicto ſum. n.8. litt. B*; ac ultra concordiam confinium, tam in inſtrumento emptionis, quàm in cataſtro, legitur illud venditum fuiſſe à Dominico Palmigiano.

Pari modo præſervarunt duo petia terrarum in tertia ſenata in contrata colle Marchetto, prope ab uno latere bona dicti Matthæi, à pede ſovenm, & ab alio bona Marinangeli Cecchitti; quæ terrarum petia in quantitate modiolorum 2. ſtad. 7. dicto Matthæo vendita fuerunt, ſub die 20 Junii 1577. per Marcum Conſtantii, ſeu di Stecchio; ut conſtat ex *dicto ſum. n.8 litt. T.*, & in dicto cataſtro deſcribuntur, & æſtimantur in libris duabus, ac ſolidis undecim; *dicto ſum. Adriani dato 9. Februarii 1699. n.8. litt. B. in fin.*

Eadem ratione viſum fuit, præſervandum aliud prædium in contrata Parapinæ, in tres ratas diviſum in cataſtro, & à Fiordaliſa uxore Henrici de Platea unica ſtipulatione venditum Matthæo, cum expreſſione, quod eſſent quatuor petia, duo nempe inculta, & alia duo laborativa; & iſta duo in quantitate modiolorum 13. ſtad. 4. ped. 4.; & ulterius, quod in uno ex dictis petiis poſita foret domus ibi -- *Una cum domo in uno exiſtenti ſum. dato pro Carellis 22 Junii 1699. n. 9.*

Procedendo autem juxta ordinem cataſtri, prima rata deſcribitur, prædium laborativum in tertia ſenata in contrata Parapinæ propè ab uno bona Matthæi, ab alio viam communem, à capite bona Bartholomæi Palmigiani, & à pede bona hæredum Jaffei, in quantitate modiolorum ſeptem, ac æſtimatum legitur in ſimili ſumma lib. ſeptem *dicto ſum. n.8. ſub litt. C.*

Secunda rata conſiſtit in terreno laborativo, & alborato in eadem contrata Parapinæ, prope à duobus lateribus bona Bartholomæi Palmigiani, & ab alio viam communem, in quantitate modiolorum duorum, ac ſtadiorum ſex; quod æſtimatum legitur in libr. 2. ſol. 10., *dicto ſum. n.8. ſub litt. C.*

Tertia rata in eodem cataſtro deſcribitur terrenum laborativum, & iractivum in tertia ſenata in dicta contrata Parapinæ, prope ab uno viam communem, à capite rivum, & à pede bona Petri Jaffei, quantitatis modiolorum trium, ac ſtadiorum octo; idemque taxatum reperitur in libr. 3. ob. 13. & den. 4; *dicto num. 8. ſub litt. C.*

Iſtæ tres ratæ, ut ſupra deſcriptæ, ac reſpectivè æſtimatæ in cataſtro adamuſſim conſtituunt eandem quantitatem modiolorum 13. ac ſtad. 4. in prælato venditionis inſtrumento contentam, & omnium valore, juxta ſuperiùs recenſitam æſtimationem, calculato, componuntur lib. 12. ac ſol. 20, taliſque proinde quantitas, ac domus in eiſdem terrenis poſita, utpotè à Matthæo acquiſita; ſegreganda erit ab aliis ad Julium fideicommittentem ſpectantibus; ad quæ duntaxat fratres de Carellis immiſſionem obtinuerunt.

Ita etiam ſub immiſſione cadere non poteſt terrenum laborativum in tertia ſenata in dicta contrata Parapinæ, prope à tribus lateribus bona ſancti Pauſilii, & ab alio ipſius Matthæi, capacitatis modiolorum duorum, ac ſtadiorum trium, jam pridem pertinens ad Lutium Diſcretum, & in novo cataſtro translatum in faciem dicti Matthæi; ac æſtimatum libr duabus, ac ſolidis quinque; *dicto ſum. n.8. ante litt. D.*

Præſervata pariter fuerunt duo petiola terræ laborativæ in eadem contrata Parapinæ in tertia ſenata, prope bona Matthæi, quæ per ipſum empta fuiſſe ab Antonia uxore Alexandri Camilli probat inſtrumentum, relatum *in ſum. Adriani dato 6. Junii 1698. n.16.*; & in cataſtro unumquodque illorum deſcribitur capacitatis ſtadiorum ſex; ac æſtimatum legitur in ſolidis decem; *dict. ſum n.8. litt. D.*

Prout quoque præſervarunt Domini duo petia terrarum prativa in dicta tertia ſenata, in contrata Parapinæ, Matthæo vendita per Simeonem Angeli ſimilis capacitatis ſtadiorum ſex; & in cataſtro æſtimata in ſolidis decem pro quolibet; *dicto ſum. n.8. ſub litt. D.*

At etiam petium terræ prativum, quod priùs ad Marinangelum Jaffeum pertinuiſſe, ac deinde à Chriſoſtomo Angeli venditum fuiſſe

fuiſſe Matthæo refertur in dicto novo cataſtro, cum expreſſione quantitatis ſtadiorum ſex; & æſtimatum legitur in ſolidis decem, *dicto ſum. n.8. litt.E.*

Et demum exceperunt ab immiſſione petium terræ laborativæ in ſecunda ſenata in contrata Bore della Rocca prope bona Aurelii, à capite viam communem, capacitatis modiolorum ſeptem, ac ſtadiorum octo cum dimidio, quod à præfato Chriſoſtomo Angeli antiquo poſſeſſore translatum in perſonam dicti Matthæi, fuit in novo cataſtro æſtimatum in libr. 14. ſolid. 18: *dicto ſum. n.8. litt.E.*

Hæc ſunt ſpecifica corpora, quæ ab immiſſione ad prædium Parapinæ conceſſa viſa fuerunt præſervanda favore Adriani poſſeſ-
2 ſoris à Mattheo cauſam habentia, quorum aliqua licèt ab eodem Matthæo acquiſita non probentur mediantibus inſtrumentis; attamen, quia poſt factam in cataſtro enumerationem eorum, quæ à Julio fideicommittente proveniebant, leguntur diverſo caractere deſcripta omnia ſuperiùs recenſita; ut conſtat ex *dicto ſum. n.8.* ibi -- *qui muta caractere* --; & quod plus eſt illa primo loco deſcripta poſt mutationem caracteris reverà fuiſſe à Matthæo acquiſita probatur ex inſtrumentis; nimis urgens exinde reſultat argumentum; quod alia etiam ſucceſſivè deſcripta ipſe Matthæus acquiſiverit.

Cæterum, quamvis ultra præmiſſam quantitatem, alia plura ſupponeret Adrianus à
3 Matthæo acquiſita; Domini tamen agnoverunt acquiſitiones duplicari; & ſignanter quoad bona vendita per Fiordaliſam de Platea, quæ aſſerebantur æſtimata in libris 35., tametſi reverà in cataſtro taxatæ legantur in libris 17., & eadem bona in tres partitas diviſa jam fuerint præſervata; ut ſuperiùs dictum eſt in §. *Iſtæ tres.*

De acquiſitionibus, quæ ſupponebantur
4 factæ à Joſepho ultimo hærede gravato non fuit habita ratio; ſtante alienatione facta favore Diſcreti; adeout portiones acquiſitæ non eſſent ampliùs in prædio Parapinæ; pro-
5 ut neque de illis factis in diverſis contratis à Parapina, dum immiſſio, ad hoc dumtaxat prædium conceſſa, non comprehendit alia per dictum Joſephum acquiſita.

Et juxta hunc modum Domini ſteterunt in deciſis, utraque &c.

ROMANA AFFICTUS.

Lunæ 29. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Abbatiſſa nequit præjudicare monaſterio, ſi proprio nomine, & ex novo contractu per apocam promittat reſtaurum conductori, qui jam priùs in inſtrumento cum monaſterio legitimè ſtipulato eidem ampliſſimè renunciaverat. Et latè rejiciuntur teſtes ſibi contrarii & contradicentes, aliaſque patientes exceptiones, qui dictæ renunciationis ſimulationem, & monialium præſtitum conſenſum pro dicto reſtauro contendebant: atque ejus realitas ab obſervantia, etiam à ſolitis monaſterii locationibus convincitur.

Superior deciſio 45. hic revocatur.

SUMMARIUM.

1 *Creditum reſultans ex inſtrumento camerali obligatione vallato, controverſiam non admittit.*
2 *Teſtes ad perpetuam ſimpliciter examinati nihil probant.*
3 *Teſtis neceſſaria non concludens, non probat.*
4 *Teſtis famulus de tempore examinis fidem non meretur.*
5 *Reſtaurum cui fuit ampliſſimè renunciatum, non debetur.*
6 *Etiam in caſu inopinato.*
7 *Diſpoſitio clara contrariam interpretationem non admittit.*
8 *Verba* -- ſi conviene, dichiaro, e mi contento -- *ſunt inductiva novæ diſpoſitionis, non autem præſuppoſitiva præcedentis.*
9 *Verba præſentis temporis indicant declarationem noviter, & de eo præciſo tempore fieri.*
10 *Verba declarationis concepta in numero ſingulari, ſignificant ſolùm contrahentem declarare.*
11 *Abbatiſſa, ſine monialium conſenſu, & deputatorum interventu, declarare non poteſt contractum jam perfectum, in præjudicium monaſterii, &* n.17.
12 *Teſtium fides minuitur, ſi ipſis contradicant alii in conteſtes vocati.*
13 *Teſtes in ſubſtantialibus inter ſe contrarii, non ſunt attendendi: &* num. ſeq.
15 *Etiamſi ſint religioſi.*
16 *Teſtibus impropria, & inveriſimilia deponentibus non creditur.*
17 *Abbatiſſæ ſolius facto, tolli non poteſt jus quæſitum monaſterio.*
18 *Teſtes diſcordantes à ſcriptura, cujus vigore agitur, nullum fundamentum conſtituere valent.*
19 *Obſervantia condonationis defalci deſumi poteſt ex acquieſcentia in electione periti pro æſtimandis damnis.*
20 *Et ab acquieſcentia Judicis decreto illa in ſuſpenſum relinquentis. Limitatur tamen ſi ab iſto fuerit reclamatum, & obtenta repoſitio, &* n. 25.
21 *Perito aſſerenti ſe fuiſſe electum de partium conſenſu non creditur.*
22 *Maximè ſi de ejus electione non docetur, mediante ullo Judicis decreto.*
23 *Et ſi urgeat in contrarium teſtis, cui uti deputato talis electio ſpectaſſet.*
24 *Procuratoris committentis actus, nequit principalibus præjudicare.*
26 *Obſervantia, quæ contractus exequutionem probat, concludit inobſervantiam pro ejuſdem ineffectuatione prætenſam.*

ductam

27 *Locationes bonorum Eccleſiæ regulari debent juxta ſolitam.*
28 *Voluntas eſt metienda à poteſtate.*
29 *Argumentum ad metiendam voluntatem ductum à poteſtate, in jure validum eſt.*
30 *Obligationis cameralis exequutionem retardare non poteſt exceptio altiorem indaginem requirens.*

DECISIO CXXXVII.

FActo meliùs in hac cauſa diluciDato, Domi-
ni hodie receſſerunt à deciſis. Cùm enim
1 creditum monaſterii ex cauſa affictuum tenu-
tæ, quam dicunt *la Magliana*, in genere
ſumptum controverſiam non admitteret; ut-
potè reſultans ex publico inſtrumento came-
rali obligatione vallato; ſola defalchi ex-
ceptio in præterita deciſione admiſſa ineffi-
cax apparuit ad retardandam illius exequu-
tionem in geminis inſtantiis, primò nempè
ab A.C., & ſecundò in gradu appellationis à
R. P. D. Fattinello decretam.

Et ſanè, vel ratio propter quam remiſſioni
mercedis locum eſſe contenditur, videlicet ge-
neralis tenutæ inundatio ab excreſcentia Ty-
beris, in facto non verificatur, vel verificata
non relevat. Non, inquam, verificatur, quia
2 teſtes ad illius probationem adducti, fuerunt
3 ſimpliciter ad perpetuam examinati; ſolum-
que deponunt de inundatione majoris par-
tis; non autem integræ tenutæ: in quo caſu
duntaxat in aſſerta apoca defalcum legitur
4 promiſſum: & ulterius alter ex eis de tem-
pore examinis addictus erat ſervitio Nico-
lai: adeout exceptio inundationis ex ipſis te-
ſtibus probata non videatur; *Rota coram
Bichio dec 20. n. 11., & coram Celſo dec. 150.
num. 1.*

At quatenùs etiam ſupponere vellemus,
exceptionem in facto comprobatam, adhuc
5 illa non ſufficit ab obtinendum reſtaurum.
Obſtat enim ampliſſima renunciatio per ipſum
Nicolaum in inſtrumento affictus emiſſa cum
verbis ibi " Non poſſa pretendere defalco
„ di ſorte alcuna, ſi per cauſa d'inondazione
„ di fiume, ſiccità, ſterilità, grilli, peſte,
„ guerra (che Dio non voglia), & altro
„ qualſivoglia infortunio, per qualſivoglia
„ cauſa inopinata, e non eſpreſſa, e neceſſa-
„ riamente da eſprimerſi; ancorche il dan-
„ no, ò ſterilita fuſſero, ò ſiano inſoliti: in
„ modo che ſi poteſſero pretendere; e che
„ detto danno, ò ſterilità duraſſero tutto il
„ tempo dell' affitto: mà ſia, e debba eſſer
„ tutto intiero detto affitto, e riſpoſta di ſcu-
„ di 1300. l'anno per dette Monache ſenza
„ diminuzione, ò defalco alcuno &c.

Hujuſmodi autem pactum, verbis adeò
6 pregnantibus conceptum clarè loquitur pro
excluſione defalchi quocumque in caſu, ne-
dum opinato, ſed etiam inopinato; adeout
7 contrariam interpretationem, nullo modo,
poſſit admittere.

Et de facto illius efficaciam agnoſcentes
Chriſtophori defenſores, declinare putarunt
eum ſuppoſito, quod Moniales, aliique œco-
nomico monaſterii gubernio præfecti, in eo-
dem inſtanti ſtipulatæ locationis, defalcum
oretenus, ac verbaliter promiſerint in caſu
generalis tenutæ inundationis; licèt, ad evi-
tandum præjudicium, quod ex illius pacti
appoſitione in inſtrumento futuris tempori-
bus irrogari potuiſſet monaſterio; præfatam
renunciationem reportaverint, ſuppleturi
per declarationem, mediante apoca, facien-
dam: quod ſuppoſitum admittit etiam con-
traria *deciſio, quæ revidetur §. 1., & §. Ve-
ritatem cum ſeqq.*

Verùm tale ſuppoſitum hodie inſubſiſtens
apparuit. Quamvis enim exhibeatur apoca
favore Nicolai exarata cum verbis ibi " Ben-
„ che nell' iſtromento dell' affitto della tenu-
„ ta della Magliana, ſi dica, & aſſeriſca per
„ patto eſpreſſo, che in caſo di ſiccità, ſteri-
„ lità, ed inondazione di fiume &c. il noſtro
„ monaſterio non ſia tenuto far defalco, ne
„ rilaſſo di ſorte alcuna &c.; nulladimeno ſi
„ conviene dichiaro, e mi contento, che in
„ caſo d'inondazione generale ſolamente;
„ cioè che il fiume uſciſſe fuori dal ſuo letto
„ in guiſa che poteſſe danneggiar detta tenu-
„ ta &c.; in tal caſo il danno, che da detta
„ inondazione generale, come ſopra, ſe-
„ guiſſe, ſi debba far riconoſcer, e ſtimar da
„ due periti &c., e ſtimato debba bonificar-
„ ſi al ſudetto Signor Nicolo nelle paghe
„ del medemo affitto &c. „ Domini tamen
animadvertebant hujuſmodi apocam fuiſſe à
ſola Abbatiſſa ſubſcriptam, eandemque Ab-
8 batiſſam uſam fuiſſe verbis -- *Si conviene, di-
chiaro, e mi contento*, quæ non ſunt relativa,
neque ſuppoſitiva præcedentis conventio-
nis; ſed novam diſpoſitionem in illo inſtanti
confectæ apocæ inducunt; tam ſi conſidere-
9 mus verbum -- *Si conviene* --, quod ſonat
conventionem, tunc temporis fieri; non au-
tem fuiſſe factam de præterito; quàm alia
Dichiaro, e mi contento, quæ, ultra expreſ-
10 ſionem præſentis temporis, tanquam con-
cepta in numero ſingulari, demonſtrant ſo-
lam Abbatiſſam, propria duntaxat authori-
tate, declaraſſe, & apocam confeciſſe: quod
11 in præjudicium monaſterii, contra publi-
cum inſtrumentum certi juris inductivum;
abſque Monialium conſenſu, & Deputato-
rum interventu, paciſci non poterat; *Rota
coram Gregor. dec. 375. n. 5. cum ſeqq.*, ibique
*Adden. n. 11., coram Dunoz. jun. dec. 731. n.
13., in rec. dec. 24. n. 31. p. 10.*

Quoad teſtes autem ſormiter examinatos
ad comprobandam declarationem in apoca
contentam, non proceſſiſſe ex ſola facultate,
quam Abbatiſſa ſibi arrogaverit; ſed ex præ-
cedenti conventione, præſentibus Moniali-
bus, ac Deputatis, inita in actu ſtipulatæ lo-
cationis: Domini cenſuerunt ex pluribus ra-
tionem habendam non eſſe de illorum depo-
ſitionibus.

Et primò quia aſſerunt, conventum fuiſſe
defalcum præſentibus, & conſentientibus
Monialibus, Prælato, & Deputatis; illudque
promiſ-

Digitized by Google

promiſſum per apocam ſepararam, cujus ex-
tentione demandarunt; ne talis promiſſio
præjudicium inferret, quoad alios affictus in
futurum faciendos. Et tamen Moniales, Præ-
ſul, & Deputati hoc expreſsè negarunt; ut
ex fidibus, & reſpectivè reſponſione ad po-
ſitiones; *ſum. monaſterii à n.*19 *ad* 22.; quæ
facti circumſtantia, licèt negativę probatio-
nem conſtituere non videretur; fidem tamen
citra dubium, minuebat teſtibus pro Nico-
12 lao examinatis; dum ii, qui ab ipſis vocan-
tur in conteſtes negant, & contradicunt; *Fa-
rinac. de teſtib. q* 65. *n.*275., *Bouden. collect.
legal.*3. *n.*127. *&* 128., *Magon. dec. Lucen.*
17 *n.*8., *Rota coram Mantic dec.*317. *n.*8.

Secundò quia eorundem teſtium depoſi-
13 tiones in re valdè ſubſtantiali plurimum in-
ter ſeſe contrariantur. Primus enim, videli-
cet Notarius, de inſtrumento locationis ro-
gatus, aſſerit ſibi fuiſſe demandatam exten-
ſionem minutæ, illamque non intra clauſtrum
monaſterii; ſed in officio extendiſſe. Secun-
dus verò deponit, minutam fuiſſe dictatam à
R P.D. Buratto eodem contextu ſtipulatæ
14 locationis: quæ contrarietas inter teſtium
depoſitiones operatur, ut eis nulla fides ha-
benda ſit, *Farinac. de teſtib. dicta quæſt.*65.
15 *n.*2., & in durioribus terminis teſtium reli-
gioſorum dictum fuit *in Romana teſtamenti
7. Decembris* 1699. §. *Nec quod coram R.P.
D. meo Olmo.*

Tertiò quia uterque teſtis deponit, apo-
cam declaratoriam fuiſſe promiſſam à mo-
nialibus, & abbatiſſa de conſenſu præſulis, ac
deputatorum, qui ſtipulationi locationis in-
tererant; & tamen apoca legitur dumtaxat
16 ſubſcripta per abbatiſſam; adeout nimis
impropria, & inveriſimilis reddatur teſtium
depoſitio. Sicut enim omnes intervenerunt
inſtrumento, in quo Nicolaus cuicumque
defalco renunciavit; ita ab iiſdem perſonis
ſubſcribi, & approbari debuiſſet antapoca
17 inſtrumento contraria; dum jus ab eodem
inſtrumento quæſitum monaſterio per ſolam
Abbatiſſam tolli non poterat; ut præter au-
thoritates ſupra relatas in §. *Verum*, probat
*de Angel. de conſeſſ. lib.*3. *q.*20. *n.*9., & *Rot.
coram Bich. dec.*19. *n.*23.

Iſtaque inveriſimilitudo augetur, ponde-
rando, quod teſtes aſſerunt defalcum fuiſſe
promiſſum in caſu inundationis generalis; &
tamen apoca reſtricta non eſt ad hunc ſolum
caſum; ſed ulterius progrediendo, defalcum
generaliter admittit, etiam in caſu, quo te-
nuta ab aquis Tyberis damnificaretur: quod
eſt diverſum à generali inundatione; adeout
18 palam fiat in teſtium depoſitionibus, tanquam
ab apoca diſcordantibus, nullum conſtitui
poſſe fundamentum; juxta notata per *Rot.
dec.*116. *n.*5. *&* 6. *p.*18. *rec.*

Nec ad comprobandam apocæ veritatem
19 admitti potuit obſervantia ex eo deducta,
quod Moniales anno 1695., non reclamave-
rint ab electione periti per Judicem deman-
data, pro æſtimatione damni, quod ex flumi-
nis excreſcentia ſiliatum ſupponebatur: mi-
20 nuſque ab illius decreto relinquente in ſuſ-
penſo ſcuta 300., pro defalco. Quo enim ad
21 electionem periti, ultra quod aſſertus mo-
nialium conſenſus aliundè non probatur,
quàm ex illius atteſtatione, cui de jure in
hac parte non creditur; *Rot. coram Baratt.*
22 *dec.*6. *n.*14. (maximè cùm de tali electione
non doceatur, mediante ullo Judicis decre-
23 to) urget in contrarium atteſtatio Juliani
Butii alterius ex deputatis; & in omnem ca-
ſum, ſi qui actus illum inducere poſſet atten-
24 di non mereretur: tanquam geſtus à Priori-
bus, qui nequeunt monaſterio præjudicare;
*Rot. dec.*104. *n.*44. *p.*6. *dec* 64. *n.*24. *p.*17. *rec.*,
& *in Romana Cambiorum* 16. *Januarii* 1699.
§. *Demum coram R.P.D. meo Muto.*

Quo verò ad ſuſpenſionem ſummæ ſcuto-
rum 300; tantum abeſt, quod illa de mo-
25 nialium conſenſu facta fuerit; ut iſtæ cir-
cumſcribi obtinuerint omnia geſta in curia
capitolina; & deinde mandatum reportave-
rint pro integra ſumma, quæ fuit etiam per-
26 ſoluta; undè non ſolùm excluditur obſer-
vantia per Nicolaum allegata; ſed emicat
contraria pro exequutione inſtrumenti, &
apocæ ineffectuatione; ut ad propoſitum
reſpondit *Rot. in Romana affictus* 30. *Apri-
lis* 1699. §. *Propterea coram R. P. D. meo
Caprara.*

Validius autem emicat aſſumptum, quod
apoca fuerit per abbatiſſam proprio marte
confecta, ſi animadvertatur; quod in præce-
dentibus ejuſdem tenutæ locationibus, mo-
naſterium non aliter ad inſtrumentorum ſti-
pulationem devenerat, quam reportata à
conductoribus ſpecifica, & ampliſſima re-
nunciatione cuicumque defalco; ut inter
27 partes non convertitur: quamobrem, ſicut
ad validitatem locationis, favore Nicolai,
non poterat à ſolito recedi; *Redoan. de reb.
eccleſ. non alien. q.*12. *n.*54, *Royas dec.*402.
*n.*6., & *in rec. dec.*176. *n.*43. *pranſ.*: ita, me-
28 tiendo voluntatem à poteſtate, dicendum
eſt: moniales noluiſſe defalcum promittere;
& hac de cauſa renunciationem in inſtru-
29 mento reportaſſe: quod argumentum in
jure validum appellat *Rot. in Viterbien.
manutentionis* 11. *Maii* 1699. §. *Quoniam
coram R.P.D. meo Scotto.*

Hæc omnia vel clarè comprobant apocæ
nullitatem; vel ſaltem negari non poteſt,
quin illam adeò turbidam reddant, ut altior
30 indago requiratur; quod ſat eſt, ut retar-
dari nequeat exequutio mandati, pro reſi-
dualibus affictibus ſub camerali obligatione
promiſſis; ut in ſpecie notat *Pacion de locat.
& conduct. cap* 45. *n.*17., *Rota coram Du-
noz. jun. dec.*100. *n.*2., & *in dicta Romana
affictus* § *Hæc autem coram R.P.D. meo Ca-
prara*, *& in Romana, ſeu Jannen. pecunia-
ria* 10. *Martii* 1698. §. *Conſtitit in fin coram
R.P.D meo Muto.*

Et ita, utrâque.

EUGUBINA TUTELÆ.

Lunæ 10. Maii 1700.

ARGUMENTUM.

Quia de diverſis partitis in redditione rationis tutoris tractatur, habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Identitas ſummæ, & perſonarum, duplicationem partitarum demonſtrat.*

2 *Solutio cenſetur expleta cum moneta, quæ currit in loco ubi fuit exburſata pecunia.*

3 *Solutio pro eodem credito bis exigi nequit.*

4 *Tutor ad ſui creditum aſcribere non poteſt pupillorum debitum extinctum cum eorum pecunia.*

5 *Tutor reſtituendo acconcium pupillorum matri in eiſdem ſpeciebus, quibus fuerat conſignatum, nihil de proprio ſolviſſe dicitur.*

6 *Confeſſio tutoris de debito pupilli in illius præjudicium regulariter non admittitur.*

7 *Solutio reſultans ex ſolo temporis lapſu, non ſatis probata cenſetur.*

8 *Tutoris ſolutio pro pupillis excluditur facta; ſi creditor pro eadem ſumma contra eoſdem agitaverit.*

9 *Limitatur quando judicium non fuit proſequutus.*

10 *Tutor non eſt conſtituendus creditor pro effectibus non exactis, dum è contra, ad ejus debitum, pupilli illos non poſuerunt*

11 *Creditorum ſatisfactio ſequuta cum re ad Pupillos ſpectante, non eſt referenda ad creditum tutoris.*

12 *Fidejuſſor, qui debitum ſoluit, & ſpatio ſeptuaginta annorum relevationem non petiit, præſumitur ſatisfactus à debitore, vel ſi iſte ſit pupillus à tutore.*

13 *Et tutori eſt tale debitum bonificandum, reſervata actione pupillo contra eundem pro liberatione: quatenus moleſtiæ inſerantur.*

14 *Tutori bonificanda eſt ſolutio, licèt prætendatur facta de bonis pupilli, ſi de illis rationem reddidit.*

15 *Alimentorum taxatio qualis?*

16 *Expenſæ majores requiruntur pro alendis pupillis extra clauſtra.*

17 *Expenſę cibariorum, quę à pupillis factis majoribus, & informatis tutori bonificatę fuerunt in ſumma petita, de exceſſu ampliùs redargui non valent.*

18 *Tutor præſumitur de adminiſtratione rationem reddidiſſe, ſi per ipſum efformato bilancio totius adminiſtrationis poſtea concurrat lapſus longi temporis cum acquieſcentia pupillorum.*

19 *In re intricata poſt longum tempus, antiquæ paginæ non ſunt minutatim revolvendæ.*

DECISIO CXXXVIII.

Latis per hoc Sacrum Tribunal tribus ſententiis, declarantibus Marchioniſſam Marietam teneri ad redditionem rationis, de bonis à Marchione Petro Franciſco à Monte ejus authore, ac reſpectivè tutore filiarum Comitis Hieronymi Bentivoli, adminiſtratis; diſputatum ſucceſſivè fuit coram R.P.D. meo Priolo - *An, & pro qua ſumma eſſet relaxandum mandatum* - & in audientia diei 11. Martii 1699., reſponſum pro non relaxatione: ad cujus deciſionis normam abſoluta eadem Marchioniſſa; curarunt fratres de Hondedeis, & Comes de Bentivolis earundem filiarum hæredes, appellationis cauſam mihi committi; eumque, propoſito ſub die 15 Februarii præteriti dubio, - *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* - ſcribentes pro dictis fratribus ſingulas partitas adminiſtrationis, ut ſupra geſtæ per tutorem, ad rigoroſum examen revocarent, & viceverſa defenſores Marchioniſſæ illas aliqualiter ſolum delibando, validè inſiſterent ſuper redditione rationis, quam, uſque de anno 1660. factam ſupponebant; inde inferendo quod ratio ſemel reddita, de novo reddenda non ſit; præcipuè poſt lapſum temporis ferè quadragenarium: idcirco DD., ut rectum ferrent judicium; dilata reſolutione, demandarunt, quod ſtrictè ſuper partitis ſcriberetur. Hodie autem reaſſumpto hujuſmodi partitarum examine, pro confirmatione Rotalis ſententiæ. reſponderunt.

Procedendo enim juxta methodum retentam à perito aliàs, ad hunc effectum, electo, animadvertebant, creditum præfati Marchionis Petri Franciſci tutoris, fuiſſe in peritia conſtitutum in ſcutis 14255. 57., & è contra debitum in ſcutis 12234., & 8., adeout ad ſenſum periti creditum tutoris ſuperaret debitum in ſcut. 2021. 49.. Et licet, ad ejuſdem crediti diminutionem, hæredes pupillarum impugnarent decem, & ſeptem partitas conflantes ſcut 6817., Domini tamen agnoſcentes, nonnullas minus legitimè impugnari; putarunt illas, favore tutoris, admittendas; alias verò ab ipſius credito, ut infra, demendas.

Et incipiendo ab iſtis; primo loco detraxerunt à credito tutoris partitam ſcut. 250. in ordine peritiæ la 57. Iſta namque ſumma viſa fuit duplicata: cum inter partitas crediti la prima jam accepto feratur recepta ſimilis ſummæ facta ſub die 4 Septembris 1645. à Ioanne Baptiſta Nuto mandatario R. P. D. Zeccadori; ut in *ſumm additionali fratrum de Hondedeis hodiernæ propoſitionis num.2. litt.A.*: adeout perperam repetita fuerit in peritia hujuſmodi ſumma, tanquam tradita monialibus ſub die 21. Auguſti dicti anni 1645., ad effectum ſolvendi R. P. D.
1 Zeccadoro: dum identitas ſummæ, ac perſonarum, duplicationem demonſtrat.

Subſequitur partita in ordine la 76., continens ſummam ſcutorum 150., quæ ſoluta ſupponuntur monialibus ſancti Benedicti, ſub die 29. Aprilis 1643. in moneta Romana,
2 & tamen ſolutio tanquam facta in Civitate Eugubina intelligenda venit de moneta ibidem

dem currenti *ad text. in l. ſi ſervus plurium 53. § fin. ff. de leg. primo, & in l. nummis 73. ff. de leg. 3.*; adeoque facta monetæ peræquatione fuit ab hac partita detrahenda ſcuta quinquaginta; eaque ſolum reducenda ad ſcuta 100.

Occurrit alia in ordine la 130., continens ſummam ſcutorum 206. 78., ex qua detrahenda ſunt ſcuta 22.: cum in hac partita dicatur ibi - *ſono compreſi ſcudi 22. pagati dal medeſimo alla Signora Conteſſa Marciani*, - & tamen in ſequenti partita la 156., tutori bonificantur alimenta toto tempore præſtita
3 dictæ Comitiſſæ; ideoque admittenda non eſt reiterata ſolutio contra regulam *textus in l. bona fides ff. de reg. Jur.*

Tranſeundo ad aliam in ordine la 142. in ſumma ſcutorum 41. 10., pro totidem, quæ à tutore ſoluta ſupponuntur Joanni Baptiſtæ Occiovæ ſub die 28. Aprilis 1646., pro expignoratione adamantis: Domini cenſuerunt iſtam nullo modo ponendam eſſe ad creditum tutoris: eo quia receputa per eundem Occiovam facta fuit favore monialium pupillarum, cum declaratione, quod ab eiſdem traditæ fuerint pecuniæ; ut in *dicto Summ.*
4 *additionali num.* 4., ac proinde incongruum eſſet, quod tutor ex pupillarum pecunia commodum reportaret; ut totidem verbis reſpondit *deciſio edita coram R. P. D. Priolo ſub dicta die* 11. *Martii* 1699. *§. ſecunda eſt*.

Sub eadem cenſura cadit altera in ordine la 144. ſcutorum 500.. Peritus enim ad creditum tutoris retulit hanc ſummam, ex quo iſtam ſuppoſuit ſolutam fuiſſe Comitiſſæ Eleonoræ Marſcianæ pro reſtitutione acconcii dotalis: at, perlecta receputa per tutorem exhibita, de qua in *dicto Summ. addi-*
5 *tionali num.* 5.; conſtitit acconcium fuiſſe Comitiſſæ reſtitutum in iiſdem ſpeciebus, quas ipſa comitiſſa Hieronymo ſuo viro conſignaverat: unde nihil eſt quod tutor de proprio ſolverit.

Succedit la 145. Iſtaque continet ſcut. 626., quæ tutor ſupponit ſoluiſſe Franciſco Occiovæ creditori pupillarum, ex cauſa adminiſtrationis geſtæ vivente illarum patre, ac reſpectivè ante ſuſceptam ab eodem Marchione tutelam; Quia verò præexiſtentia debiti aliundè non probatur, quàm ex ipſius tutoris confeſſione emiſſa ſub die 16. Aprilis
6 1643., quæ in præjudicium pupillarum regulariter non admittitur; juxta firmata in *prædicta deciſ. R. P. D. mei Prioli §. prout*
7 *quoque*: & ulteriùs neque probatur effectiva illius ſolutio; quæ ſolum deſumitur ex
8 temporis lapſu: quinimmo iſta excluditur, ex quo, defuncto tutore, hæredes d. Occiovæ judicialiter egerunt contra pupillos, & ad eorum intentionem fundandam produxerunt apocam ſolidatoriam d. anno 1643. à Tutore factam: è contra autem præfatum Occionum longo tempore ſervitium præſtitiſſe pupillarum patri conſtabat: ſummam ſibi debitam
9 nunquam petiit; hæredes licet egerint adhuc judicium proſequuti non fuerunt; adeout ſolutionis præſumptio ſi non certa ſaltem probabilis redderetur: id circo Domini in hac ambage oculos revolvendo ad bilancium anno 1660. inter Partes compoſitum pro rationibus reviden., reperierunt in illo admiſſam fuiſſe favore tutoris ſolutionem in ſola ſumma ſcutorum 426.: qua propterea etiam hodie admiſſa, adhuc detrahenda ſunt ex controverſa partita ſcuta 200.

Quoad partitam in ordine la 147., in ſumma ſcutorum 861., quæ tutor ad ſui creditum poſuit, ſub aſſertiva, quod ipſe nequierit illa exigere à Salvio affictuario bonorum Serræ; facilè fuit reſpondere pro non admiſ-
10 ſione. Cum enim ex parte pupillarum non fuerint ad tutoris debitum poſiti pręd. affictus à Salvio debiti; nulla ſubeſt ratio, quod, pro affictibus non exactis, tutor ſe creditorem conſtituat.

Sequentem la 148. ſcut. 1639 60. quæ diverſis vicibus ſoluta dicuntur a dicto Salvio affictuario bonorum Serræ nonnullis pupillarum creditoribus, Domini reliquerunt in ſuſpenſo, cum inter ſe ſe fuerint diſcordes: ideoque iſta pro nunc delenda erit è credito tutoris.

Prout viſa fuit minuenda ſubſequens partita la 149. ſcutorum 441. 65., pro totidem, quæ à tutore bonificata ſupponuntur affictuario dictorum bonorum pro expenſis factis in reparatione Molendini della Serra de annis 1647, & 1648. Cum enim in eadem peritia, inter partitas crediti tutoris, relatæ fuerint pluries receputæ ſolutionum dictis annis factarum fabro murario, aliiſque operariis, ut videre eſt à partita nona uſque ad decimam quartam, & partita 31. 32. 34. 37., & 40.; quæ omnes inſimul calculatæ aſcendunt ad ſcuta 277., nulla ratio poſtulat, quod ſub generali bonificatione expenſarum factarum pro reparatione Molendini, repetamur aliæ jam priùs admiſſæ: ideoque dicta ſumma ſcutorum 277. erit in hac partita detrahenda.

Remanet altera in ordine la 151., & eſt ſcut. 55. ba. 50., ad quam ſummam aſcendit pretium eminarum 37. frumenti, quod tutor aſſeruit conſignaſſe creditoribus pupillarum: ſed nec illam cenſuerunt eſſe tutori bonificandam. Frumentum quippe creditoribus traditum erat illud, quod tutor recuperaverat à colonis, qui prius mutuo acceperat à
11 Comite Hieronymo patre pupillarum; quamobrem ſicuti hujuſce frumenti pretium poſitum non legitur ad debitum tutoris; ita æquum non eſt quod referatur ad creditum; dum creditorum ſatisfactio ſequuta fuit cum re ad pupillas ſpectante.

Recolligendo autem ſingulas partitas, ut ſupra è tutoris credito deletas, ac reſpectivè diminutas, & in ſuſpenſo relictas, eaſque calculando conflatur ſumma ſcut. 3625 50; quibus detractis à credito tutoris aſcenden., ut prædiximus, ad ſcuta 14255. 57, remanent idem creditum in ſcutis 10630, & 7.

Si res hic ſiſteret, jam conſtat, quod tu-

tor eſſet in debito; dum ex relatione periti illius debitum, ut diximus aſcendit ad ſummam 12234. 8.. At diminutio cadit etiam in debito; & quidem de conſenſu ipſorum fratrum de Hondedeis. Admittunt enim iſti, delendas eſſe à tutoris debito tres partitas aſcendentes ad ſcuta 1279.. Inſuper ipſimet in ſuſpenſo relinquunt ultimam partitam dicti debiti, aſcendentem ad ſcuta 2459.: itaut detractis à debito hiſce duabus partitis, ſeu ſummis, calcutanti pateat, debitum ſupereſſe in ſolis ſcutis 8505. ob. 8.; & per conſequens, creditum ſuperare debitum in ſcutis 2125. 7.

Poſitis juxta præmiſſa rationibus, ob quas Domini cenſuerunt, vel delendas, vel minuendas, vel demum ſuſpendendas è credito tutoris decem partitas ſuperiùs enucleatas; agendum remanet de aliis ſeptem à pupillarum hæredibus pariſormiter impugnatis, quas Sacra Rota bonificandas exiſtimavit.

Iſtarum prima eſt la 59., juxta ordinem peritiæ, aſcendentes ad ſcuta 205. 42. Agitur enim de ſolutione ſortis, ac fructuum cenſus, uſque de anno 1634. impoſiti à Hieronymo pupillarum patre, una cum fratribus, ut conſtat ex inſtrumento relato *in hodierno Summario Comitiſſæ num.*14.: & quamvis iſta ſolutio ſacta non fuerit a tutore; ſed a Hieronymo Spina, qui cenſum, intuitu d.
12 Comitis Hieronymi, impoſuerat. Attamen dum Spina ſpatio annorum ſexaginta relevationem non petiit contra pupillas, urgentiſſimum reſultat exinde argumentum; quod
13 illam fuerit à tutore conſequutus: ſolaque competere poterit actio contra tutorem pro liberatione: quatenus in futurum moleſtiæ inferantur.

Secunda partita in ordine Peritiæ la 131. reſpicit expenſas, ſpatio plurium dierum immediatè poſt patris obitum, factas à Franciſco Occiova pro cybariis pupillarum, quas peritus calculavit in ſcutis 70.: & licet Domini in dicta deciſione præcedentis inſtantiæ coram R.P,D. meo Priolo, arbitrium interponendo, illas reduxerint ad ſcuta 40., hodie tamen animadvertentes, expenſas in hac ſumma eſſe veriſimiles, imo verificatas ex foliis coram perito exhibitis; ut ipſemet in ejus relatione teſtatur; redierunt ad quantitatem in eadem peritia contentam: non attenta exceptione, quod tutor in ſequenti partita 157., ſe creditorem conſtituat pro omnibus alimentis eiſdem pupillis præſtitis; itàut hujuſmodi partita duplicari videretur. Siquidem ponderatum fuit, iſtam, de qua modo res eſt, referri à perito ibi -- *per tanti, che ſi trova haver ſpeſo &c. ne primi giorni doppo la morte del Signor Conte Girolamo* -- alteram vero generalem conſtituentem omnia alimenta incipere ſolum à die 17. Januarii 1643.; & ſic plures poſt dies à patris obitu, cujus præciſa dies, quamvis nobis nota non ſit, certum tamen eſt, quod uſque ſub die 2. dicti menſis evenerat; dum ab ea die inventarium legitur incoatum; ut etiam animadvertit *dicta deciſio R. P. D. meiPrioli §. prima partita.*

Obviam fit tertia in ordine la 142. in ſumma ſcutorum 140. ſolutorum ab Antonio Sanfigio, nonnullis creditoribus hæreditatis comitis Hieronymi. Et quamvis hujuſmodi ſolutio dicatur facta ex effectibus pupillaribus;
14 attamen cum tutor de rebus ad manus Sanfigii delatis rationem reddiderit; omnis æquitas ſuadet, quod ſolutio cum illis facta favore tutoris bonificetur.

Quoad reliquas quatuor partitas in ordine la 156. 157. 58. 159. placuit Dominis taxatio facta per peritum tanquam æqua, & veriſimilis. Agitur enim de alimentis à tutore præſtitis pupillis, & quidem ne dum ipſis; ſed etiam famulis inſervientibus; itaut quan-
15 titas ſcutorum 10. menſtruorum pro qualibet redargui nequeat de exceſſu; ſi advertatur quod intra hujuſmodi ſummam comprehenduntur alimenta, & ſalaria ſamulorum, qui ad uſum nobilium puellarum, & pro illarum honorifico tractamento retinebantur. Potiſſimè dum reſpectu trium præcedentium partita-
16 rum conſiderari non poteſt exceſſus: quia alimenta præſtita fuerunt extra clauſtra: & ſic majores expenſæ requirebantur. Et omnes iſtæ partitæ, ad rationem in peritia deſcriptam, concorditer adnotatæ fuerunt in calculo, ſeu bilancio anni 1660.: itaut objectum exceſſi vitatis hodie allegatum admitti non
17 debeat dum ipſæmet pupillæ tunc temporis majores informatæ, ac memores expenſarum à tutore factarum; paſſæ fuerunt illas in dicta ſumma calculari.

Præmiſſa omnia ſingillatim examinata clarè demonſtrant, tutorem de adminiſtratis rationem reddere, nec ex cauſa geſtæ adminiſtrationis poſſe debitorem conſiderari.
18 Fortiùs autem ſtringunt; ſi jungantur cum bilancio, ad effectum reddendæ rationis, exarato uſque de anno 1660., verificato ex pluribus epiſtolis, & probationibus recenſitis in dicta deciſione R. P. D. mei Prioli, & confirmato ex ſolutione ſcut. 920 facta per hæredes tutoris, ac ex lapſu 30., & ultra annorum cum acquieſcentia pupillarum; quod valdè ad propoſitum urgere firmavit *Rota in Romana, ſeu Neapolitana redditionis rationis* 26. *Aprilis* 1697. §. *finali coram bo. me. Urſino*: itaut magnus rigor vi-
19 deatur; poſt adeo longum temporis intervallum, in re tam intricata, antiquas paginas minutatim revolvere.

Et ita, partibus acerrimè informantibus, reſponſum fuit.

LEODIEN. MATRIMONII.

Ven. 14. *Maii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 130., quæ confirmatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium validè contrabitur, cum de licentia parochi ejus vices ſuppleatur ab altero ſacerdote intereſſente.*

2 *Licentia parochi unius ex contrahentibus ſufficit ad matrimonii validitatem.*

3 *Matrimonii ſubſtantia, ſeu conſenſus contrahentium ex actibus illud conſtringentibus probatur.*

4 *Conſenſus circa matrimonium ineundum ſatis eruitur ex apoca promiſſionis cum juramento ducendi puellam in Uxorem, proprio ſanguine, & charactere ſubſcriptu.*

5 *Liber Locanderii, & particularis perſonæ fidem non meretur, ad differentiam libri publici retenti per publicum officialem.*

6 *Teſti deponenti ad comprobationem matrimonii magis credendum eſt, quam illis pro nullitate adductis.*

7 *Apoca, cujus effectuatio ſeriò concluſa fuit cum præordinatione plurium actuum, dici non poteſt fraudolenter extorta.*

8 *Conſenſus viri ad matrimonium, fraudolenter extortum non dicitur, ſi iſte plures annos pacificè in illo vixit, & apocæ reſtitutionem ſolum petiit, poſt quàm de eo Pater diſſentiens notitiam habuit.*

9 *Matrimonium effectum habuiſſe probatur ex confeſſione viri aſſerentis, ſe amore ductum, apocam ſponſionis ſubſcripſiſſe.*

10 *Aſſertio ſponſi, qui matrimonium nullum declarari contendit contra illud non attenditur.*

11 *Mulier præſumitur ante matrimonium virginitatem cuſtodiſſe, nec intuitu futuri matrimonii ſtuprari permiſiſſe.*

12 *Potiſſimè ſi ſponſus fatetur, ſe nunquam, ante nuptias, potuiſſe puellam carnaliter cognoſcere.*

13 *Teſtes domeſtici non excluduntur à probatione facti ſecreto geſti inter domeſticos lares.*

14 *Teſtes, qui etiam perſonalem exceptionem patiuntur, reiici non debent in matrimonii probatione.*

15 *Teſtis dictum debet conciliari, ne ſibi ſit contrarium.*

16 *Teſtis depoſitio poſt multum temporis de præciſis verbis, ſi fuerit in actu matrimonii commonitus, ut ſerio incumberet actibus, & verbis; inveriſimilis non redditur.*

17 *Teſtes, qui, ex eo quod fuerint commoniti; ad evitandam patris magnam iram, dixerunt, data opera ante litis conteſtationem, matrimonium non fuiſſe contractum; ſi poſtea ſuper ejus realitate deponant, non reiiciuntur,* & num.22.

18 *Teſtis ad probationem matrimonii ſufficit, quod ſuper mutuo conſenſu conjugum concordet cum aliis teſtibus; licèt in reliquo diſcordet.*

19 *Matrimonium non excluditur ex quo in libro matrimoniorum non fuerit adnotatum.*

20 *Fortiùs ſi cauſa ejus omiſſionis fuit ne panderetur ſecretum furtivi matrimonii.*

21 *Matrimonium comprobatur ab aſſertione ſacerdotis, qui in ejus contractu tanquam parochus interfuit*

23 *Matrimonii contractus probatur ex abſolutione ab irregularitate, a paroco impetrata, ex eo quod ad ejuſdem celebrationem, non præmiſſis denunciationibus devenit.*

24 *Matrimonium probatur; cum ſponſus puellam uxorem vocavit.*

25 *Matrimonium jam legitimè celebratum excludere non valet erronea credulitas, quod illud contractum etiam non fuerit.*

26 *Minuſque actus ab eadem erronea credulitate provenientes tollere poſſunt validitatem matrimonii.*

27 *Matrimonium, ut validè contrahatur, nihil ultra mutuum contrahentium conſenſum reſpectu eorumdem requirit.*

28 *Amplia etiam ſi matrimonium ſequatur inter perſonas diſparis conditionis.*

29 *Conſenſus ad contrahendam matrimonium non eſt inveroſimilis ex diſparitate natalium, cum præceſſerunt amores, & epiſtolæ.*

DECISIO CXXXIX.

MAtrimonium inter Mariam Franciſcam Jaſpar, & Stephanum de Liboy contractum, ignem potius litium, quam conjugalis amoris accendit: Illius namque validitatem ad inſtantiam viri delatam in judicium, quamvis geminæ ſententiæ, altera officialis Leodien., & altera hujus Sacri Auditorii coram R.P.D. meo Prioio declaraſſent; adhuc in gradu reſtitutionis in integrum ab eodem Stephano impetratæ, ob non interpoſitam ab hac ſecunda ſententia intra decemdium appellationem, ipſius defenſores acriùs impugnabant. At ſicut in audientia diei primæ Martii præteriti, muliere ſolum audita, reſponſum fuit coram me, conſtare de re judicata; ita hodie, informante Stephano, cenſuerunt Domini: ſtandum eſſe *in deciſis*.

De matrimonio quippe, tam quoad ſolemnitates, quam quoad mutuum contrahentium conſenſum, conſtat ex concludentiſſimis probationibus plenè relatis in prima deciſione præcedentis Inſtantiæ coram R. P. D. meo Prioio 29. Aprilis 1699., & indicatis in alia *coram me ſub dicto die prima Martii præteriti*.

Sanè ſi quærimus ſolennitates; habemus quod Pater Bouxhon de licentia parochi, Mariam, ac Stephanum deſponſavit; ut teſtantur duo teſtes relati in præterito *Summa-*
1 *rio num.* Potuiſſe autem à religioſo vices parochi expleri ad ſacramenti validitatem de ipſius licentia, nemo eſt qui dubitet, & probant *Fagnan. in cap. Quod nobis num.42. de Clandeſtin. deſponſat, Barboſ. de Offic., & Poteſt. Paroch. par.2. cap.21. num.61., & ſeqq., Card. de Luc. in annot. ad Concil. diſc.26. num.18.*

Prout dubium non eſt, quod ſatis fuerit
2 obtinuiſſe licentiam à paroco unius ex contrahentibus; abſque eo quod neceſſarium

forei, utrumque requireret; ut probat *Barboſ.*
ad Concil.cap.primo ſeſſ.24.de reformat.n.13.,
& 14., ubi plures, *Adden.ad Buratt.dec.713.*
num.13., *cum ſeqq.*, *Rot. dec. 290. num. 6.*
part.2. rec., *& in Cajetana Matrimonii 28.*
Junii 1683. §. in præſenti cor. clar. me.Card.
Matthæjo.

Si verò contrahentium conſenſum, & ma-
3 trimonii ſubſtantiam inquirimus; tot, ac
tanti nobis occurrunt actus; ut illius præor-
dinationem, & effectuationem ad evidentiam
demonſtrent; & quidem tam antecedentes,
quam concomitantes, & ſubſequentes. Pri-
mo autem loco animadvertebant Domini,
Stephanum uſque à menſe Septembris 1681.
captum amore Mariæ Franciſcæ, illam con-
tinuò aſſociaſſe, ipſique detecto capite inſer-
viiſſe; adeout pater, ad inclinationem filii
divertendam, eum ad civitatem Pariſien.
tranſmiſerit. Paucis tamen ab illinc menſi-
bus, idem Stephanus Leodium reverſus, &
in mulieris domum introductus illius pudi-
citiam tentavit; exarando etiam proprio ſan-
4 guine ſyngrapham, cum promiſſione illam
in uxorem ducendi, juramento munitam,
& verbis enixam voluntatem denotantibus
conceptam ibi - *Juro Deum, & omne quod*
ſacratiſſimum eſt, quod in uxorem ducam
Mariam Franciſcam Iaſpar, & quod ipſi in
æternum ero fidelis ſponſus.

Fruſtrà verò, ad hujuſce juratæ promiſ-
ſionis efficaciam declinandam, allegabatur
quod Stephanus muliebribus blanditiis frau-
dolenter allectus fuerit, ad ejuſdem ſyngra-
phæ ſubſcriptionem; quodque iſta revera
ſub die 16. Februarii 1682. facta non fuerit;
licet ſub ea die ſcripta legatur. Quo enim ad
exceptionem antidatæ iſta perperam deſumi
videbatur ex eo, quod Stephanus non prius
quàm die 14. dicti menſis à civitate Pariſienſi
diſceſſerit, juxta atteſtationem Iocanderii
Pariſien., ab ejus libro extractam; Ideoque
impoſſibile fuerit ipſum die 16. Februarii re-
periri in civitate Leodienſi ad ſubſcribendam
apocham, & contrahendum matrimonium;
dum, ob diſtantiam unius civitatis ab altera,
longum iter, tam brevi tempore fieri, non po-
terat. Etenim permanentia Stephani, uſque
ad dictam diem 14 Februarii, in civitate Pa-
riſienſi, probatur ſolum ex fide Iocanderii
ab ejus libro extracta; quod non ſufficit; cum
5 non agatur de libro publico, & publici offi-
cialis; ex traditis per *Rot.coram Dunoz. Jun.*
dec 885. num. 4., *& in rec. dec. 386. num.4.*
part.4. tom.2.: & tamen, ſupponendo etiam
diſceſſum Stephani dicta die 14. Februarii,
verificabilem ſummo mane, & in primis ho-
ris noctis præcedentis diei, ut conſiderat
dicta deciſio R. P. D. mei Prioli §. Sed cum
pro excluſione; tantum temporis intervallum
effluxit uſque ad ſummum mane diei, quo
idem Stephanus Leodium pervenit; ut com-
modè tale iter expleri potuerit: dum curſo-
res Pariſienſes teſtantur ſufficere tempus vi-
ginti quatuor horarum; ut in hodierno *ſum.*
6 *dicta Maria Franciſca num.4.*, cui atteſta-
tioni, tanquam tendenti ad comprobatio-
nem matrimonii, magis deferendum venit,
quam aliis pro nullitate adductis, ut *per Text.*
in cap. Licet 47. de Teſtibus probat *Oliv. de*
Matrim. part. prima ſol 83.. Quò verò ad
ſuppoſitam fraudem; repugnant plures, ac
plures epiſtolæ hujuſmodi promiſſionibus
plenæ per ipſum ſcriptæ à Civitate Pariſienſi,
ubi moram trahebat; & in quarum altera di-
cit - *mi confido totalmente in voi, rinovo tut-*
ti li miei giuramenti, sarò ſempre per voi
ricevetemi per voſtro ſpoſo; vi piglio per mia
ſpoſa &c.: & in altera demum ſpondet, ſe
proximo die Jovis citatis equis diſceſſurum
verſum Leodium, cauſa matrimonium con-
trahendi. Cum itaque poſt hujuſmodi epi-
ſtolas exarata legatur apoca, ſeu ſyngrapha
7 ſuperius enunciata; dici non poteſt; illam
fuiſſe fraudolenter extortam: ſed potius ex
præordinatione, actus veritatem, ac illius
effectuationem ſeriò emiſſam fuiſſe, firmat
Mart. Medic. deciſ. ſenen. 18. ſub num. 18.
verſ. hoc ſignum, *Rot. cor. Cocciu. dec.2167.*
num.23., *& in rec. dec.729. in princ.*, *& n.1.*
part.18.

Neque fraudem, & machinationem pro
dicta ſyngrapha reportanda, probant conſ-
tus, qui à Stephano adhibiti aſſeruntur pro
8 illius recuperatione; dum omnes emanarunt
poſt plures annos, quibus matrimonium cum
ſuſceptione prolis continuavit, & quidem
pacificè, quouſque illius notitia ad patrem
ſponſi delata non fuit: quodque plus eſt, nec
ipſe ſponſus in mandato procuræ ad patris in-
ſtantiam, & in ejus perſonam facto, auſus
fuit aſſerere, ſe malis artibus ad ſyngraphæ
9 ſubſcriptionem ſeductum fuiſſe: ſed ſolum
ſe tunc temporis minorem, & amore captum
expoſuit; quod potius effectuationem ma-
trimonii reddidit faciliorem; ut animadver-
tit *dicta deciſio R. P. D. mei Prioli §. Ex abun-*
danti.

Minoris erat relevantiæ altera exceptio,
quod ſyngrapha facta fuerit ad palliandam
matri præcedentis ſtupri conſuetudinem; &
ad hunc effectum appoſita fuerit in illa dies
16. Februarii 1682., quando tamen ſtuprum
uſque ab antecedenti menſe Decembris ſe-
quutum fuiſſe, ipſemet Stephanus, in ejus
jurata declaratione nuper exhibita, ſuppo-
10 ſuit. Quidquid enim ſponſus matrimonium
impugnans aſſeruerit, curandum non eſt:
cum de cætero nulla detur probatio, quod
à dicto menſe Decembris mulier ſe ſtuprari
11 paſſa fuerit; eique aſſiſtat præſumptio, quod
ante matrimonium, die immediatè ſequenti
contractum, propriam virginitatem cuſto-
12 dierit: & hoc ipſemet Stephanus faſſus
fuit in articulis datis in *Summario diei 29.*
Aprilis 1699. coram R. P. D. meo Priolo
p.1.artic.14.; in quibus aſſeruit, ſe de eo tem-
pore nunquam potuiſſe obtinere à muliere
ultimos favores.

Sicut autem exceptiones contra præfatam
apocam adductæ non ſubſiſtunt; ita neque
ſubſiſtunt aliæ cumulatæ contra teſtes, qui
ma-

Digitized by Google

matrimonii ſacramento intervenerunt. Gene-
raliter quippe animadvertebant Domini, quod
in præſenti agitur de facto ſecreto inter do-
meſticos parietes geſto; in quo etiam teſtes
13 domeſtici admittuntur; ut in ſpecie notat
*Bonacein. Oper. moral. tom. 1. quæſt. 2. punct. 8.
propoſit. 2. n. 43. Conich. de Sacram. diſput. 27.
de matrim. dubit. 4. concluſ. 2. num. 41.*. Quin
14 immò admittuntur etiam teſtes, qui aliquam
patiantur perſonalem exceptionem; *Sanchez.
de matrim. lib. 3. diſput. 41. num. 5., Pauimol.
dec. 19. adnot. 2. num. 40., & 44. cum aliis re-
lat. in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697.
§. Suſpicio verò coram bo. me. Urſino*.

Specialiter autem examinando exceptio-
nes circa teſtes adductas; non obſtat, quod
Franciſca altera ex teſtibus, in extrajudicia-
li declaratione deponat Gertrudem præſen-
tem fuiſſe contractui; & tamen ſub interro-
gatoriis examinata aſſerat, ſe illam non vidiſ-
15 ſe. Hoc namque non importat contrarieta-
tem; cum poſſit ſtare ſimul, quod in actu
contractus eam non viderit, ex quo maneret
extra cubiculum; & tamen aſſerat, illam
fuiſſe contractui præſentem; eo quia viderit
ab eodem cubiculo egreſſam; ut legitur in
diſpoſitione relata in *Summ. Teſtium pro di-
cta Maria Franciſca fol. 85. litt. B.* ibi - *utpotè
quia illam non vidit, niſi dum deponens exi-
vit cubiculo; tunc enim illam vidit deſcen-
dentem primos gradus &c., quæ Gertruda
ibidem dixit deponenti ridendo: valet ne ſic,
abſque eo quod vadant ad eccleſiam*.

Ejuſdem eſt irrelevantiæ objecta inveriſi-
militudo, quod teſtes poſt longum temporis
lapſum deponere potuerint de verbis præci-
16 ſis in matrimonio adhibitis: fuerant enim
ad hunc præciſum effectum vocati, & qui-
dem moniti, ut ſeriò incumberent actui, &
verbis in eo intervenientibus, ad hoc ut poſ-
ſent futuris temporibus teſtimonium ferre ſu-
per hoc matrimonio; à quo ſponſi pater adeo
abhorrebat: ut aſſeruerit velle potius vide-
re filium ad ſuam januam ſuſpenſum; quam
cum Maria Franciſca conjunctum; ut refe-
runt ipſi teſtes dicto *Sum. fol. 68. litt. A., &
fol. 78. in princ.*

Ita non ſuffragatur, quod iidem teſtes alias
aſſeruerint: matrimonium non fuiſſe celebra-
tum. Id namque ante litis conteſtationem
evenit; & quidem data opera, ut matrimo-
nium in occultò maneret, ad evitandam indi-
gnationem patris dicti Stephani, qui ſecre-
tum commendaverat, *ut in dicto Sum fol 37.
litt. E.* ibi - *quod maritati non eſſent; quia di-
ctus D. de Lyboy ſecretum ſui matrimonii ſe-
rio commendaverat*.

Quod Gertrudes variaverit in dicto aſſe-
rens ignorare; an matrimonium celebratum
fuerit ante, vel poſt iter Meyſieres; non per-
cutit, neque deſtruit circumſtantiam tempo-
ris contractus matrimonii; cum ignorantia
cadat ſolum circa tempus itineris: ſatiſque
18 ſit, quod iſta teſtis circa mutuum con-
ſenſum conjugum concordet cum altera, &
cum depoſitione patris Bouxhon, qui pa-
rochi vices explevit; *Rota coram Buratt.
dec. 713. num. 8., & in rec. dec. 490. num. 13.
par. 18.*

Vindicata teſtium depoſitione ab excep-
tionibus; inutiliter recurrebatur ad defe-
ctum licentiæ parochi, deſumptum, ex quo
in libro pro matrimoniis deſtinato iſtud non
reperiatur adnotatum. Effectiva enim paro-
chi licentia negari non poterat; & fuit exhi-
bita in præterito *Summar. Mariæ Franciſcæ
fol. 73. litt. B.*. Quod verò in libro matrimo-
niorum adnotatum non fuerit, hoc de quo
19 diſputatur; non concludit illius negativam:
20 dum data opera, omiſſa fuit deſcriptio; ne
ſecretum panderetur: & ſatis eſt teſtimo-
21 nium religioſi, qui uti parochus interfuit,
& qui pluries nonnullis perſonis matrimonii
celebrationem patefecerat, ut de auditu ab
ipſo P. Bouxhon deponunt teſtes dati in *Sum.
Mariæ Franciſcæ 29. Aprilis 1699. coram
R.P.D. meo Priolo num. 6., & ſeqq.*. Non
attento, quod etiam iſte religioſus alias ex
poſt matrimonium ſequutum non fuiſse, af-
22 firmaverit; cum & ipſe ab eadem cauſa,
quam cæteri omnes, atque ipſa Puellæ Mater;
nempè ſecretum cuſtodiendi, motus fuerit
ad negandum matrimonii contractum; prout
in articulo mortis declaravit; *dicto Sum. Ma-
riæ Franciſcæ fol. 78. litt. E. verſ. Quare ad
illud*.

Quodque revera præfata die matrimo-
23 nium ſequutum fuerit, comprobat diſpen-
ſatio per parochum S. Clementis obtenta ab
irregularitate, ac ſuſpenſione, in quam ſe
incidiſse agnoverat ob matrimonii celebra-
tionem, non præmiſſis denunciationibus, fa-
ctam: & melius epiſtola ſucceſſivè per dictum
Stephanum ſcripta ſub die 12. Martii 1682.;
in qua dicit - *Non ſia niente, che tutto il mon-
do non poſſa, e non deva un giorno ſapere [&
hoc denotat ſecretum matrimonium] Il cielo,
e l'amore ſono depoſitarii &c. del noſtro ma-
trimonio &c. ſaremo felici mia cariſſima me-
24 glie* - & ecce poſitiva matrimonii probatio,
dum puella vocatur uxor; *Ciarliu. controv.
forenſ. cap. 174. num. 71., Reviſar. de Sponſal.
privil. 4. num. primo*.

Neque huic notabiliſſimæ circumſtantiæ
contraponi meretur altera, quod mater ſpon-
ſæ poſt dictam diem 16. Februarii, conque-
ſta fuerit de honore amiſſo; & matrimonii
celebrationem, ſeu ratificationem requiſi-
verit. Hujuſmodi enim matris conqueſtiones,
ac reſpectivè diligentiæ originem duxerunt
ab erronea credulitate, quod matrimonium,
utpotè in privata domo celebratum, non ſub-
ſiſteretur; & neceſſarius foret conjugum ac-
ceſſus ad eccleſiam; prout etiam crediderat
altera ex teſtibus; dicendo, ut præmiſſi:
valet ne ſic? abſque eo quod vadant ad eccle-
25 ſiam. Ac proinde ſic ut erronea credulitas tol-
lere non potuit verum matrimonium jam le-
gitimè contractum; ut benè probat *Card.
26 de Luc. de matrim. diſc. 6. num. 7.*; ita nec
præjudicium irrogare potuerunt quicumque
actus ab eadem erronea credulitate prove-
nien-

nientes; ex traditis *per Rot. dec.241. num.1, part.15. rec.*

Ea quæ deducebantur, ad probandum natalium diſparitatem inter Stephanum, & Mariam Franciſcam, nullius ponderis erant; dum etiam admiſsa probationum legalitate; de qua tamen dubitari poteſt, ob non factam jurium compulſationem parte citata; non inde ſequeretur matrimonii nullitas: cum ex
27 diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini, ad
illius validitatem, reſpectu contrahentium,
nil ultra mutuum conſenſum requiratur; *Sanchez. de matrimon. lib.2 diſput.45.num.8. ad fin.*, & in ſpecie de matrimonio inter perſonas
28 magis diſparis conditionis *Rota in dicta Cajetana matrimonii 28. Junii 1683. coram clar.*
29 *me. Cardinali Mattheo*, & inveriſimilitudo ex eadem natalium diſparitate deducta elidebatur ex probatione præcedentis amoris, & ex epiſtolis relatis in *hodierno ſum. num.5., & 10.*

Et ita, in reliquis DD. relativè ſe habendo ad deciſionem R.P.D. mei Prioli, reſponderunt; conſtare de re judicata, utraque &c.

LEODIEN. MATRIMONII. SUPER ALIMENTIS ET SUMPTIBUS LITIS.

Lunæ 14. Maii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ.131. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Bonum jus eſt alterum ex requiſitis ad obtinenda alimenta, & ſumptus litis.*
2 *Bonum jus reſultat à deciſione rotali, in qua omnia objecta vindicantur.*
3 *Alimenta, & ſumptus litis, ut pendente judicio non denegentur, ſufficit rem eſſe dubiam.*
4 *Pro quantitate alimentorum uxoris, reſpectus habendus eſt ad qualitates viri, & ejus patrimonium.*
5 *Pro expenſarum litis quantitate, arbitria Judicis qualitates, & circumſtantiæ penſantur: neque cum aliarum cauſarum exemplis ſimpliciter proceditur.*

DECISIO CXL.

SIcut DD. in hodierna audientia approbarunt deciſionem coram me editam ſub die prima Martii præteriti, declarantem ſententias à Maria Franciſca reportatas, ſuper validitate matrimonii cum Stephano contracti, tranſiiſſe in judicatum, ita etiam cenſuerunt *Standum eſſe in deciſis*, quoad reſoluta eadem die ſuper altero dubio reſpiciente alimenta, & ſumptus litis.

Bonum jus namque (alterum ex requiſitis
1 ad obtinendam præſtationem alimentorum,
2 & ſumptuum litis) clariùs apparuit ex hodierna diſputatione, in qua præcedentium ſententiarum juſtitia plenè fuit ab omnibus
3 objectis vindicata; cùm tamen ad hunc effectum ſufficeret, rem eſſe dubiam; ut pendente judicio alimenta, & ſumptus litis denegari non poſſent, *Sard. de aliment. tit.1. qu. 120. num.10. & 11., Adden. ad Gregor. dec. 189. n.7.* cum aliis relatis in *dec.307. n.1. p.18. rec.*

Reſpectu quantitatis in ſcut. 25. menſtruis, placuit DD. fundamentum præteritæ deciſionis; quod nempe, cùm agatur de uxore
4 perſonæ nobilis, ac divitis, reſpectus haberi
debeat ad qualitates viri, ejuſque patrimonium; ut dixit *Rota coram Ninot. dec.51. n.1. coram Pamphil. dec.736. n.3. & 4.*, ibique *adden. n.7., & in rec. dec.418. n.6. p.4. tom.2.*

Quò verò ad expenſas, in quarum cauſam decreta fuit ſolutio ſcut.300.; inutiliter hæc quantitas de exceſſu redargui videbatur, ſub prætextu, quod hoc ſacrum tribunal, in aliis cauſis, & quidem gravibus minorem ſum-
5 mam taxaverit. Cùm enim hoc pendeat ex
circumſtantiis, & qualitatibus arbitrio Judicis penſandis; ut dictum fuit in *Romana dotis ſuper alimentis 19. Aprilis 1697. coram me.* Utique inſpecta gravitate præſentis cauſæ, ac expenſis, pro compilatione voluminoſiſſimi proceſſus, illiuſque tranſportatione ad Urbem, factis, minor quantitas decerni non poterat.

Et ita utraque &c.

ROMANA LABORERIORUM.

Lunæ 17. Maii 1700.

ARGUMENTUM.

Periti deputatio non impugnata dicitur, ſi contradictum ei fuerit cum erroneo ſuppoſito: cujus perſona cùm ſit approbata in ſolidatione computorum, totius ædifici repudiari nequit reſpectu unius artificis, circa taxationem computorum ejuſdem ædificii. Nec ejus peritia infirmatur electione novi periti, facta tamen cum præſervatione jurium: quando iſte ſecundus ſuper partitis controverſis nihil retulit. Sed erroneam primam peritiam prætendens, debet concludenter probare, & non per poſſibile. Fabris probantibus ædificia neceſſaria fuiſſe facta, merces, juxta valoris peritiam, ab ædificii Domino eſt ſolvendo.

SUMMARIUM.

1 *Creditum in genere fabri murarii probatur eo ipſo, quod fabrica completa fuit, & extat.*
2 *Creditum in ſpecie reſultat ex menſuratione per architectum facta cum diſtinctione valoris, & quantitatis laboreriorum.*
3 *Menſurationi ædificii factæ per architectum ſtandum eſt; quouſque non doceatur de errore.*
4 *Periti deputationem non dicitur impugnare, qui illius relationi contradixit ſub erroris prætextu.*

5 Pe-

5 *Periti relationem impugnans, quoad dictum, perſonam tacitè approbare cenſetur.*
6 *Voluntas deſumitur à poteſtate contrahentis.*
7 *Veriſimilitudo veritati aſſimiliatur.*
8 *Peritus approbatus mediante ſolidatione computorum totius ædificii ab illo taxatorum, reprobari non poteſt reſpectu unius artificis circa taxationem computi ejuſdem ædificii.*
9 *Periti facultas non controverſa quoad alios artifices, reſpectu alterius in dubium revocari non debet.*
10 *Peritia, quæ pluribus ſcatet erroribus, non meretur attendi.*
11 *Præſertim ſi fuerit comparitum pro electione novi periti.*
12 *Periti facultas non dicitur impugnata per inſtantiam factam pro alterius electione cum præſervatione jurium ex præcedenti peritia reſultantium.*
13 *Peritia præcedens unica remanet reſpectu partitarum, ſuper quibus ſecundus peritus non refert.*
14 *Error eſt ab allegante probandus.*
15 *Deſcriptio particularis laboreriorum ad alium finem facta non coarctat laboreria ab aliis fabris facta non fuiſſe; quia ibi non adnotata leguntur.*
16 *Laboreria ſuppleta pro medietate fuiſſe à ſecundo fabro probantur: ſi illum, qui prius operabatur, medietatem tantum ex peritia feciſſe appareat.*
17 *Et cum primus faber pretium medietati operis reſpondens reportaverit.*
18 *Ædificium alicui neceſſarium pro eo factum præſumitur, ideoque artifici ejus pretium ſolvendum.*
19 *Præſumptio, & poſſibilitas cedere debet veritati.*
20 *Probationem nullam conſtituit ſola poſſibilitas.*
21 *Dominus qui laboreriorum experimentum facere reſervavit, & in parte fecit, & in porte neglexit, ſibi imputare debet ſi in totum non fecit.*
22 *Relatio periti in parte verificata in totum vero dicenda eſt.*
23 *Laboreria ubi ſunt neceſſaria ad opus demandatum, omninò ſunt perſolvenda.*

DECISIO CLXI.

Geminæ ſententiæ, quarum altera Rotalis, condemnantes Cameram Capitolinam ad ſolvendum Carolo Boſſio hæredi Ludovici Fabrimurarii ſummam ſcutorum 2465. 94. conſtatam ex tribus partitis apud partes controverſis, viſæ fuerunt Dominis non minùs validæ, quàm juſtę: ideoque ad tenorem commiſſionis in tertia inſtantia mihi directæ, ſub congruo dubio reſponderunt: quoad eaſdem tres partitas *eſſe locum ſtatuto de duabus*; dilata cæteroquin reſolutione quoad quartam, quam unico contextu examinondam propoſui; cùm ſuper ea inter ſeſe convenire non potuerint.

Validitatem ſententiarum in dubium non revocabant ſcribentes pro Camera; ſed, unicè laborantes ad ſuadendam earum injuſtitiam, repetebant: Carolum deficere in probationibus, tam reſpectu primæ partitæ concernentis fundamenta murorum, aſcendentia ad ſcuta 947. 57., quàm etiam reſpectu tertiæ ſcutorum 431. 16., quæ in explanatione montis terrei, ſeu cretacci, expenſa ſupponuntur; iterum inculcantes, quod ad hunc effectum non ſufficeret opus aſſumptum fuiſſe à Ludovico Caroli authore; dum fabrica jampridem uſque ab anno 1603. inchoata fuerat ab alio fabro murario, pluraque fuerant jacta fundamenta; in quorum cauſam plures, & quidem notabiles ſolutiones Camera demandaverat.

At inutilis erat hic labor. Creditum enim
1 in genere ſatis probari videbatur eo ipſo quod fabrica completa fuit, ac ad præſens
2 etiam extat: in ſpecie verò ex menſuratione facta per equitem Rainaldum; qui præcitam laboreriorum quantitatem diſtinctè retulit,
3 eorumque pretia conſtituit: adeout, quouſque per concludentes probationes de errore non doceatur; illi veniat deferendum; ut pluribus cumulatis firmat prima hujus cauſæ deciſio edita 28. *Aprilis* 1698. §. *de credito coram R. P. D. Priolo.*

Quin ad enervandam hujuſce relationis efficaciam urgeret objectum, quod ipſemet Carolus actor de facultatibus periti dubitaverit; dum eundem citavit ad reſtituendam mercedem pro peritia ſolutam. Hoc namque judicium initium ſumpſit ex eo, quod Camera ut evaderet ſolutionem ad formam dictæ relationis debitam, tentaverat oppugnare depurationem Rainaldi: adeout Carolus, qui bona fide ſe ſubjecerat judicio dicti equitis Rainaldi, generaliter quibuſcunque artificibus præpoſiti à clar. me. Cardinali Celſo dictæ fabricæ ſuperintendente; eique pro mercede peritiæ, ac æſtimationis propriorum laboreriorum perſolverat ſcut. 600., ad faciliùs aſſequendum proprium creditum, conſultiùs putaverit, ipſum peritum citare ad juſtificandam ſuam peritiam, vel reſtituendam mercedem ſolutam; *hodierno ſum. Cameræ n.* 17. Sed idem judicium ulteriorem effectum non habuit: quia præcognito, quod Rainaldus reverâ fuerat quoad omnes operarios in peritum adhibitus; inſtetit Carolus contra Cameram; ipſaque primo loco interpellata, ut declararet; an vellet ſtare peritiæ Rainaldi; nullatenus periti deputatio-
4 nem, ſed ſolum relationem, ſub erroris prætextu, & tanquam editam ipſa inaudita, impugnavit. Ex hac autem facti circumſtantia tantum abeſt, quod erui valeat probatio excluſiva facultatum dicti equitis Rainaldi;
5 quin potiùs contraria reſultet. Impugnatio enim relationis quoad dictum, tacitam importat approbationem reſpectu perſonæ; ut notat *dicta prima deciſio R. P. D. mei Prioli §. Et tanto magis, ac ſecunda edita* 5. *Decembris ejuſdem anni* 1698. §. *Hæc obſtat.*

Et ſanè, ſi voluntatem Cameræ, circa impugna-

pugnationem perſonæ Rainaldi, velimus in-
6 quirere, illamque à poteſtate deſumamus; prout rectè fieri dixit *Rot. in Viterbien. manutentionis* 31. *Maii* 1699. §. *Quoniam coram R.P.D. Scotto*: utique, ſicuti non poterat Camera illius facultates impugnare; ita dicendum erit, nec voluiſſe. Non poterat, inquam; quia Rainaldus controverſæ fabricæ, ut diximus, præpoſitus fuerat à dicto Cardinali Celſo, tunc temporis Prælato, & à ſummo Pontifice ad eum actum electo in plenipotentiarium; ut ad evidentiam comprobat epiſtola ejuſdem R. P. D. Celſi, qua Rainaldus moram trahens extra Urbem, ad iſtam revocatur, pro facienda cum operariis computorum ſolidatione: nova non erat apud Cameræ Conſervatores, ſed jampridem approbata mediante illius electione in architectum, quoad alia laboreria; itaut nimis veriſimile reddatur, illius operam cum conſenſu, & plenaria miniſtrorum Cameræ approbatione à R.P.D. Celſo adhibitam fuiſſe.

7 Veriſimilitudinem autem habere ſpeciem veritatis.

Veriſimilis hæc, atque tacita appobatio perſonæ Rainaldi tranſit in evidentiam, ſi
8 ponderemus, quod alia quam plura computa laboreriorum ad hoc idem ædificium ſpectantium à diverſis artificibus exhibita revidit; ac reſpectivè taxavit idem eques Rainaldus; eaque fuerunt abſque ulla contradi-
9 ctione per Cameram ſolidata: ſi enim quoad alios artifices in dubium revocata non fuit periti facultas; nulla ratio poſtulat, quod reſpectu Caroli dumtaxat in dubium revocetur; ut animadvertit *dicta prima deciſio R.P. D. mei Prioli* §. *Et eo magis*, *ac ſecunda in* §. *Et demum.*

Vindicata ex præmiſſis ab oppoſitis defectibus facultate Rainaldi, quidquam non relevat, quod in progreſſu præſentis judicii Carolus inſteterit pro electione novi periti, & ſecuta duorum electione compertum fuerit relationem Rainaldi fuiſſe in pluribus er-
10 roneam; adeout in iſta pedes figere non li-
11 ceat, vel ob renunciationem judicialiter illi factam à Carolo, vel ob errores, quibus laborare dignoſcitur. Prima quippe objecti pars tollitur ex facto: dum inſtantia pro
12 electione alterius periti non fuit pura, & ſimplex; ſed munita præſervatione jurium quomodolibet competentium: ſub qua comprehendi etiam jus præcedentis relationis firmat *dicta prima deciſio R. P. D. mei Prioli ſub* §. *Demum non obſtat*; ubi alias quoque reſponſiones huic objecto deducit. Secunda vero ceſſat ex quo periti noviter electi non retulerunt ſuper partitis, de quibus modò agitur, utpote ſub eorum oculis non cadeo-
13 tibus: quocirca iſtarum reſpectu peritia Rainaldi unica remanet; ac ſatis eſt errorem in iſtis præcisè non verificari.

Nec hujuſmodi erroris probationem, neceſſariò ab allegante faciendam, ſupplere poterant generales præſumptiones, ac poſſibilia ſolùm argumenta per Cameræ defenſores repetita; & ſemper in antecedentibus inſtantiis rejecta. Non quidem primum (& hoc reſpicit primam partitam fundamentorum) quod in deſcriptione fabricæ controverſæ facta ad inſtantiam ſociorum, quos Ludovicus Caroli author in adjumentum adhibuerat; nulla de fundamentis habeatur mentio; nec in eorum cauſam quidquam agatur adnotatum; undè credi debeat fundamenta integrè jacta fuiſſe de anno 1603. per Hieronymum de Rubeis, tunc temporis ædificio huic de-
15 ſtinatum. Etenim namque præfata deſcriptio fundamenta non continet, quatenus illa non fuit generalis omnium, & ſingularium partium dictæ fabricæ; ſed ſolùm directa ad patefaciendas partes, quæ imperfectæ remanebant, ad hoc, ut in menſuratione ſucceſſivè facienda innoteſceret quid ad computum ſolius Boſſii referendum foret, dum ipſe ſolus fabricam perficere decreverat.

Quodque veritas ita ſe habeat, ſuadet ani-
16 madverſio, quod juxta relationem Matthæi ſatis notæ peritiæ architecti, ponderata circumvallatione, magnificentia, & elevatione fabricæ, neceſſariæ erant cannæ 2500. fundamentorum: et tamen ex iſtis Rainaldus attribuit Boſſio ſolam quantitatem cannarum 1189., quam vix adæquare medietatem neceſſariæ quantitatis ad fabricæ ſuſtentationem deponunt alii ſex Urbis architecti in eorum fide in *præſenti ſum. Boſſii n.5.*: undè patet, quod idem Rainaldus nova diſtinxit ab antiquis, & Boſſium conſtituit creditorem ſolùm de illis, quæ ab ipſo reverà facta fuiſſe cognovit. Rurſus eadem Camera nil aliud ſolvit Hyeronimo de Rubeis antiquo fabro murario, quàm ſcut. 3258., tam pro fundamentis ab eo conſtructis, quàm pro aliis laboreriis ab ipſo factis: & tamen, ſi omnia fundamenta fuiſſent à dicto de Rubeis jacta; creditum iſtius non fuiſſet ſolùm dictorum ſcutorum 3258., comprehenſis etiam aliis laboreriis, ſed exceſſiſſet ſummam ſcutorum 8000.: ut patet calculanti. Indè au-
17 tem veritas eluceſcit; quod dum dictus de Rubeis antiquus faber murarius ſolutionem omnium fundamentorum conſecutus non fuit, illa non fecerit: quodque vice verſâ quantitas deficiens, & imperfecta ſuppleta fuerit à Boſſio in eodem opere ſucceſſore; cui proinde omni jure debetur ſolutio: dum
18 certum eſt, quod pro ſervitio Cameræ tot fundamenta facta præſumuntur, quòt neceſſaria forent: & æquè certum eſt, quod nec antiquus, nec recens faber murarius illorum pretium exegerit: ſolaque poſſibilitas, ac
19 præſumptio, quod facta fuerint à dicto antiquo fabro murario, cedere cogitur veritati.

Minoris erat relevantiæ alterum argumentum, quod Boſſius potuerit fundamentorum conſtructionem evitare, reperiendo antiqua rudera, vel plateam: ſiquid. recurrit eadem reſponſio; quod hæc eſt mera poſſibi-
20 litas inſufficiens ad conſtituendam probationem neceſſariò requiſitam; quodque plus eſt: quando etiam vel plateam, vel rudera Boſſius

ſius reperiiſſet, adhuc evitare non potuiſſet fundamentorum ſtructuram; dum camera jampridem uſque de anno 1603., hujuſmodi caſum recogitans, in capitulis cum Hieronymo de Rubeis, ut ſupra, ſtipulatis convenerat, quod rudera frangi deberent, ac terrenum uſque ad neceſſariam profunditatem excavari; ut in *ſum. Cameræ n 3. litt E.*

Idque recognoverunt ipſimet Cameræ miniſtri; dum facto experimento fundamentorum in parte apud ipſos magis ſuſpecta, comperierunt illorum profunditatem correſpondere menſuræ per dictum equitem Rainaldum relatæ: quocirca, ſi ab ulterioribus ex-
21 perimentis abſtinuerunt; non eſt cur, ſub meris poſſibilitatibus, illorum ſtructuram impugnent; ſed potiùs exindè oritur favore Boſſii præſumptio; quod relatio in parte verificata in totum vera dicenda ſit.

Hæc quoad primam partitam fundamentorum: quo autem ad ſecundam reſpicientem muros lateritios, quos factos fuiſſe à Boſſio ſactam, probant tres teſtes de viſu, ac facto proprio deponentes; & comprobat fabricæ ſituatio. Iſta enim adhæret monti, adhuc in ſua celſitudine extanti; ſuper quo ſita eſt Eccleſia B.M. de Ara Cæli; idemque mons a muris noviter à Boſſio conſtructis ſuſtinetur: undè ocularis inſpectio nimis urgens præbet argumentum, quod pars protendens versùs dictam fabricam, fuerit à Boſſio disjecta, & penitùs amota, uſque ad extenſionem, quam demonſtrat aſcenſus ad conventum fratrum; ut ſecundum regulas artis, ac rei evidentiam explicant periti, de quibus in *hodierno ſumm. Boſſii n.10.*

Nec iſta montis explanatio quidquam commune habet cum excavatione terreni, quam dictus Hieronymus de Rubeis uſque de anno 1603. facere promiſerat pro jacendis fundamentis, certo pro iſtis convento pretio: cum diverſa ſit effoſſio terreni ad fundamentorum ſtructuram neceſſaria ab explanatione montis terrei, ſeu cretacei, alio tranſlati, quam unicè reſpicit tertia partita, de qua hic agitur.

Et ita, utraque &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS SUPER RESERVATIS.

Ven. 4. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Hæres gravatus quouſque teneatur ad excuſ-

ſionem creditorum, favore fideicommiſſi, & an, ſi in concurſu creditorum, habito ab eiſdem debitoribus, ea non exegerit, de proprio teneatur, & quomodo talem concurſum adfuiſſe, necne dignoſci poſſit, in hac deciſione pertractatur.

In hac cauſa inſunt ſuperiores dec. 14. & 117.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius prætendere non poteſt ab hærede gravato refuſionem debitorum hæreditariorum non exactorum: niſi intervenerit dolus, aut lata culpa in non exigendo.*
2 *Solutio referri nequit ad diverſam cauſam ab ea in ſolutione explicata.*
3 *Repetitioni capitalis cenſus, & fructuum ſit locus, convocato creditorum concurſu.*
4 *Declara concluſionem procedere, cùm creditorum concurſus eſt univerſalis.*
5 *Concurſus creditorum excluditur, cùm ſolutiones de ordine debitoris factæ noſcuntur.*
6 *Solutiones in creditorum concurſu à Judice, non à debitore demandantur ex praxi.*
7 *Hæres gravatus argui nequit de negligentia in exigendo integra credita hæreditaria, dum omnes fecit diligentias, partemque eorum exegit.*
8 *Hæres gravatus ſi non exegit ſortem cenſus, de ſui natura irrepetibilem, non eſt à fideicommiſſario incuſandus.*
9 *Solutiones in concurſu creditorum fieri nequeunt, niſi cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*
10 *Hæres gravatus, ſi in concurſu creditorum facto contra debitorem fideicommiſſi, illius credita non exegit, fideicommiſſariis non præjudicat.*
11 *Pecuniæ exactæ ſub obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſemper dicuntur extare; ideoque creditor anterior contra eas ſuam dirigere poteſt actionem.*

DECISIO CXLII.

Poſt firmatam in anteactis cauſæ propoſitionibus obligationem Duciſſæ Camillæ Virginiæ reſtituendi hæreditatem integram Ducis Joannis Sabelli; ac editam à Perito Rosali relationem circa plures partitas, quarum debitrix præfata Duciſſa conſtituebatur à Principe Sabello: particulare dubium in audientia diei 14. Decembris 1699. propoſui: -- *An, & pro qua ſumma eſſet relaxandum mandatum* --: quo reſoluto reſpectu nonnullarum ex dictis partitis, & quoad tres in ordine peritiæ, tertiam, quintam, & octavam, ob diſcordiam DD. alteri diſputationi reſervato; ut videre eſt in *deciſione dicta die coram me edita §. Quibus ita hinc inde firmatis*; hodie controverſas partitas novo examini ſubjeci; & reſponſum habui -- *Mandatum non eſſe relaxandum quoad primam, quoad ſecundam deputetur Peritus, & quoad tertiam iterum proponatur.*

Decidendi ratio reſpectu primæ partitæ, ſuper qua unicè prodiit reſolutio; & quæ reſpicit

reſpicit capitale cenſus ſcut. 2500. à Duce
Petro Farneſio debiti dicto Duci Joanni; ſte-
tit in eo, quod non probatur dictum capitale
controverſi cenſus fuiſſe à Duciſſa Camilla
Virginia exactum; ideoque Princeps ad fi-
3 deicommiſſum vocatus nil ab illius hæredi-
tate conſequi valet, dum non probat exa-
ctionem, nec dolum, aut latam culpam in
non exigendo, ad *text. in l. deducta* 58. §.
Cùm hæreditas ff. ad Trebell., *Bertaz. conſ.
civil.* 58. *ſub n.* 45., *verſ. & propterea*, *& n.*
46., *Cancer. variar. reſol. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 138.,
Rota coram Millin. dec. 309. *ſub n.* 4., *verſ. &
nihilominus*, *cor. Bich. dec.* 330. *n.* 1., cum
aliis adductis in *præterita deciſione* 14. *De-
cembris* 1699. §. *Nec quarta cor. me*, & priùs
dictum fuerat *in Romana redditionis rationis*
26. *Junii* 1693. §. *Quia quidquid cor. bo. me.
Benincaſa.*

Nec hujuſmodi neceſſaria exactionis pro-
batio deſumi poſſe videbatur ex ſolutione
per dictum Ducem Farneſium facta præfatæ
Duciſſæ in ſumma ſcut. 69675. Cùm enim or-
dines directi ſac. Monti Pietatis, quibus me-
diantibus fuit facta ſolutio; contineant ex-
preſſam cauſam redemptionis nonnullorum
cenſuum ab iſto debitorum, ac illorum fru-
ctuum, aſſecurationis dotis, ac lucri, & de-
mùm ſolutionis pretii plurium ſtabilium, quæ
ipſe Dux Farneſius acquiſierat; ut ex *ſum.
Principis Sabelli dato in antecedenti diſpu-*
2 *tatione n.* 6.; jam indè patet, ſolutionem re-
ferri non poſſe in aliam cauſam diverſam ab
ea, quæ in actu ſolutionis legitur explicata;
per *tex. in l.* 1. *in princ.*, *& l. credita* 102.
§. *Cui de ſorte ff. de ſolut.*, *Rot. cor. Gre-
gor. dec.* 166. *n.* 4., *coram Cavaler. deciſ.* 165.
n. 2. *&* 3., *cor. Merlin. dec.* 741. *n.* 7., *& coram
Pamphil. dec.* 72. *n.* 7.

Sicut autem deficit exactionis probatio;
ita nec docetur de dolo, aut lata culpa Du-
ciſſæ in non exigendo. Quatenùs enim iſta
3 deducitur ex ſuppoſito, quod convocato ſu-
per bonis debitoris concurſu, factus fuiſſet
locus repetitioni ſortis, & fructuum; non aſſi-
ſtit: dum tantùm abeſt, ut probetur univer-
4 ſalis creditorum concurſus; qualis ad hunc
effectum requiritur, ex firmatis per *Rotam
in Firmana Cenſuum* 11. *Decembris* 1693.
§. *Nec dicatur cor. R. P. D. meo Priolo*; ubi
5 concordantes; quin potiùs iſte omninò ex-
cludatur ex præfatis ordinibus, quos ab ipſo-
met Duce Farneſio directos fuiſſe ſac. Monti
Pietatis conſtat ex *dicto ſum. Principis præ-
cedentis propoſitionis n.* 6. Et tamen ſi reverà
creditorum concurſus præextitiſſet; ſolutio-
6 nes non à debitore, ſed à Judice fuiſſent de-
mandatæ; ut eſt notoria praxis, & animad-
vertit *Rot. cor. Merlin.*, *imò Coccin. d. dec.*
1388. *n.* 12.

Et ſanè admodùm inveriſimilis redditur
objecta negligentia: dum conſtat, Duciſſam
7 omnem lapidem moviſſe; ut de ſuis creditis
ſatisfieret; ac de facto ab ipſiſmet debitoribus
exegiſſet notabilem ſummam ſcut. 69675.;
adeout ſi aliud non exegit, adſcribendum
non ſit negligentiæ creditricis, ſed inopiæ
debitoris; ut ponderat *dicta præcedens deci-
ſio cor. me.* §. *Nec quartam in fine.*

Cæterùm hæc omnia clariora redduntur
ex dilemmate; quod nempe, aut reverà con-
curſus in bonis debitoris fuerat effectuatus,
8 vel non: ſi concurſus non aderat (prout veriùs
videtur) & Duciſſa notari nequit de ulla culpa
in non exigendo: dum ſors cenſus de ſui na-
tura erat irrepetibilis; *Rot. apud Cene. dec.*
182. *in fin.*, *& dec.* 289. *n.* 4., *cor. Cer. dec.* 157.
eod. num., & meliùs *cor. Merlin. dec.* 436. *n.* 5.
& 6., *& n.* 32; aut aderat (ut ſibi ſupponunt
ſcribentes pro Principe): & iſto caſu cum
9 pecuniæ aliis creditoribus aliter ſolvi non
potuerint, quam cum cautione de reſtituen-
do prioribus, & potioribus, juxta reforma-
tionem ſa. me. Pauli V. *de judic.*, *& cauſ.
civil.* §. 11., *verſ. cauſæ diſcuſſion.*, de qua
plenè in *Romana cenſuum* 2. *Maii* 1692. §. *Ex
prædicta coram clar. me. Card. Caccia*; & à
10 non facta exactione nullum fuit irrogatum
11 præjudicium Principi; qui actionem dirige-
re valet contra pecunias à creditoribus, cùm
tali vinculo, exactas; quæ habentur, ac ſi ex-
tarent; *Rot. cor. Celſ. dec.* 206. *n.* 2., *in rec. dec.*
130. *n.* 4 *p.* 16., cum aliis in *Romana immiſ-
ſionis* 26. *Junii* 1697. §. *Idque in fine coram
me.*

Et ita, utraque &c.

CIVITATIS CASTELLI PECUNIARIA.

Lunæ 7. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Legatum quando dicatur pium ad hoc ut Reve-
rendæ Fabricæ ſuper eos intrent facultates,
ſeu potiùs profanum; & an, & quando à diſ-
ponentis intentione, & cauſa expreſſa, ſeu
potiùs illius qualitate, & ipſo opere ſit hoc
deſumendum.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio per longum tempus non proſequu-
ta habetur pro non interpoſita: & hinc ori-
tur res judicata.*
2 *Juſtitia ſententiæ viam claudit reſtitutioni
in integrum.*
3 *Reverenda Fabrica limitatas habet facultates
ſuper verè piis legatis: & quænam iſta ſint
enumerantur.*
4 *Legata ſuper quibus reverenda fabrica fa-
cultates habet, intuitu pietatis debent eſſe
relicta.*
5 *Legatum non relictum ob amorem Dei, &
pietatis cauſa, ſed in cauſam prophanam,
non eſt comprehenſum ſub facultatibus re-
verendæ fabricæ.*
6 *Cauſa in proœmio expreſſa eſt unica, & fina-
lis.*
7 *A qua regulatur, & interpretationem ſumit
tota diſpoſitio.*
8 *Legatum, in cujus diſpoſitionis proœmio reſ-
picitur*

Digitized by Google

picitur cauſa prophana, pium non eſt, ſed prophanum, &c. 10.

9 *Præſertim ſi geminatè legant cauſam prophanam, proprii ſcilicet nominis honorificentiam, expreſſit, ſtrictèque demandavit.*

11 *Legatum relictum pro ſuſtentamento equitum, qui profitendo, in caravanis conſequi valeant commendas, honores, & dignitates, eſt ex prophana cauſa factum, ideoque prophanum.*

12 *Homines utplurimum ex gloria, caducoque ſplendore ad diſponendum inducuntur.*

13 *Legati quando cauſa finalis eſt honor, & caducus ſplendor, admitti nequit alia pietatis non cogitata, nec expreſſa.*

14 *Legatum, ut cognoſcatur an ſit pium, vel non, attendi debet cauſa à teſtatore expreſſa, & finalis: non autem tacita, & conjecturæ.*

15 *Tacito plus tribui nequit, quàm expreſſo.*

16 *Cauſa expreſſa in legato facto ad hoc ut ſplendidè ſe tractent legatarii, eoque tanquam de libera donatione perfruantur; licèt ſit directum equitibus religioſis, non præſefert cauſam piam, ſed futilem gloriam mundanam.*

17 *Clauſula* -- nec alias, nec allo modo -- *eſt reſolutiva, & operatur, ut diſpoſitio ſub præmiſſis tantum modò, & formis ſit intelligenda.*

18 *Cauſa pietatis requiſita, ad hoc ut habeant locum privilegia revendæ fabricæ, non eſt neceſſaria quod deducatur ab intentione, quæ reſpiciat meritum actus erga* Deum; *ſed ſufficit deſumi ex cauſa, per quam fuit legatum, & ab ipſo opere in ſe continente pietatis argumentum.*

19 *Legatum de per ſe pium dicitur abſque legantis intentione, cùm Eccleſiæ Catholicæ utilitatem reſpicit.*

20 *Eccleſiæ Catholicæ utilitas reſultat ex inſtituto religionis pugnandi contra infideles, & Sedem Apoſtolicam defendendi.*

21 *Declarantur ſuperiores concluſiones* num. 18. & 19. *procedere, ſi legatum directè factum fuiſſet ad opus pium faciendum: ſecùs tamen cùm cauſa finalis, per quam fuit relictum eſt prophana.*

22 *Et quando, quamvis religioſis factum, non intuitu religionis, & ordinis, ſed præcisè ad gratificandum determinatæ perſonæ religioſæ, cum verbis pietatis intellectum excludentibus, fuit relictum.*

23 *Legatum dici nequit pium præter intentionem legantis.*

24 *Intentio diſponentis ex cauſa finali dignoſcitur.*

25 *Legati natura ut diſtinguatur; magis legati cauſa, quam legatarii perſona venit inſpicienda.*

26 *Legatum uſusfructus factum filio monacho ſub conditione, quod non acquiratur monaſterio non eſt pium.*

27 *Eleemoſinæ onus appoſitum in conſilium, onus non importat.*

28 *Legatum ad hoc ut pium dici debeat, requiritur, quod opera pietatis afficiant majorem illius partem, & non ſufficit ſi modicam ejuſdem tantùm partem reſpiciant.*

DECISIO CXLIII.

OCtavius de Noſtris in codicillis, ſub quorum diſpoſitione deceſſit; voluit præ cæteris, quod hæres ab eo inſtitutus, aliique pro tempore in ejus hæreditate ſucceſſuri, tenerentur ſingulis annis ex redditibus hæreditariis perſolvere Dominico de Roys ejus nepoti, ac Franciſco Beriolo, & Pompeo Longino pronepotibus ſcuta centum, inter ipſos æqualiter dividenda; nec non ſimilem ſummam annuatim in æde ſacra deponerent ſolvendam nobili civi Tiphernati per hæredem nominando ex familiis ab ipſo Codicillante deſignandis: poſtquam tamen ſacræ religionis Hieroſolymitanæ, vel ſancti Stephani habitum aſſumpſerit: eiuſdemque civis beneficio accreſcere juſſit quantitatem; ut ſupra nepoti, ac pronepotibus legatam: onere tamen injuncto aſſumendi cognomen, ac ſtegma de Noſtris: eiſque ſimpliciter, & abſque mixtura utendi. Nominavit deindè familias; & prævidens caſum, quo in illis perſona capax non extaret, vel nollet adjectas conditiones adimplere; liberam nominationem cujuſcumque familiæ, tam dictæ civitatis, quàm exteræ, hæredis arbitrio commiſit: jubens tantùm, quatenùs nominatus extraneus foret; domum ab eo in dicta civitate aperiri, & acquiri civilitatem.

Nemo unquam ex deſignatis familiis à longo citra tempore comparuit; qui legatum cum præfatis oneribus acceptaverit: quo circa Commiſſarius reverendæ Fabricæ putans annuas præſtationes in præteritum decurſas ad ipſam Fabricam ſpectare; uſque de anno 1682., ejus favore, mandatum relaxavit contra Gaſparem hæreditatis prædictæ poſſeſſorem: quod licèt exequi juſſerit in gradu appellationis R.P.D. Severolus ejuſdem fabricæ Judex; revocavit tamen in tertia inſtantia Auditor Cameræ, cui à ſacra Congregatione cauſa fuerat delegata; declarando ulteriùs per ſententiam, nullum jus in dicto legato reverendæ Fabricæ competiiſſe. Cùmque poſt interpoſitam ab hoc poſtremo judicato appellationem, eamque bo.me. Urſino commiſſam; Fabricæ miniſtri quinquennii ſpatio nil ultra egerint; ideò ego in locum dicti bo. me. Urſini ſubrogatus exquiſivi hodie à Dominis -- *An conſtaret de re judicata*, & reſponſum habui *affirmativum*.

Reſolutionis ratio ea fuit: quod poſt obtentam commiſſionem, illamque in actis judicialiter exhibitam, Fabrica perquinquen-
1 nium nihil egit; nec appellationem fuit proſequuta, & per conſequens inducta fuit res judicata, perindè acſi non fuiſſet provocatum, *Rota cor. Celſ. dec.* 181. *n.* 1., *cor. Bich. dec* 345. *pariter n* 1., *cor. Arguell dec.* 73 *n.*
2 8.; *& in rec. dec.* 629. *n.* 1. *p* 18. Accedente juſtitia quæ viam claudit reſtitutioni in integrum

grum adverſùs rem judicatam petitæ, *Abb. in cap. ex litteris de reſtit. in integrum*, *Rot. cor. Durano dec.18. n. 36., cor. Buratt. dec. 325. n.1. & ſeqq., & dicta dec.629. n.2. p.18 rec.*

Reſultat autem juſtitia ex eo, quod juxta
conſtitutiones Apoſtolicas reverenda Fabrica
limitatas habet facultates ſuper iis legatis,
3 quæ verè pia dicuntur, utpote relicta Eccle-
ſiis, vel piis locis, aut eccleſiaſticis perſonis,
cum onere celebrationis miſſarum, vel divi-
norum officiorum, eleemoſinarum erogatio-
ne, aut ſimilium; ut patet ex *Conſtitutioni-
bus ſan. me. Pii V. in ordine Bullarii* la 96.
& 97. *tom.* 2. Idque unanimiter declarant
Doctores omnes de Fabricæ facultatibus
agentes; aſſerendo, quod ad fundandam illius
4 intentionem, neceſſarium ſit probare lega-
tum intuitu pietatis fuiſſe relictum, & præ
cæteris *Rocc. reſponſ.77. n. 30. & 31. lib.1.,
Ricc. in prax. p 2. reſol.353. & reſolut.381.,
Novar. in ſumma Bullar. Comment. 56. per
tot. p 1., & Comment.67. à n.1. cum pluri-
bus ſeqq. p 2., Carol. Anton. de Luc. ad Franc.
dec.365. ſub n.2., verſ. probatio paupertatis,*
& dixit *Rot. cor. Cavaler. dec.212. ſub n.5.
& ſeqq.*

Tale profectò non videbatur iſtud, de
quo res eſt; non ſolùm quia relictum non le-
5 gitur, intuitu pietatis, & ob amorem Dei;
ſed etiam quia expreſsè in cauſam propha-
nam à ſe fieri declaravit codicillans median-
tibus verbis " Hò deliberato anche d'aggiun-
" gere una particolar diſpoſizione &c. in
" memoria di detto Signor Innocezo (hic
" erat frater codicillantis) accioche in diver-
" ſe perſone, e famigle ſi conſervi il ſuo, &
" il mio nome, e cognome -- & paulo infra --
" per maggior honorevolezza del noſtro no-
" me, e cognome diſpongo come ſegue. " Si
6 ergo cauſa in proœmio expreſſa unica dici-
tur, & finalis; ex firmatis per *Rot. cor. Bu-
ratt. dec.469. n.10.*; adeout ab ea regulari
7 debeat, ac interpretationem ſumere tota
diſpoſitio; ut ait eadem *Rot. cor Burat. dec.
774. n.11. & 12.*: utique in comperto eſt,
8 diſpoſitionem non fuiſſe directam ad finem
pietatis, ideoque legatum pium dici non
poſſe, *Cephal. conſ.216 n.23., dec. conſ.120.
n.4., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.
115. n.9., Thomas tract. var. tom 3. tract.10.
de relict. ad pias cauſas cap.6. n.140., Marth.
de ſucceſſ. legal. p 4. q.18. artic.4. n.15. & 16.,
Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſtat. theorem.
104. n.21., Caſtil. contr. tom.4. cap.22. n.6.,
Ventrigh. in prax. Eccleſ. p.1. annot.28. §.1.
n.10., R.P D. meus Anſald. de commerc., &
mercat. diſc.14. n.43., Rot. cor. Cavaler. dec.
377. n 6.*

Ipſamque finalem cauſam ſolius mundanæ
honorificentiæ jam ſatis in proœmio expoſi-
tam, pluries, atque pluries in diſpoſitiva re-
petiit codicillans; dum legati ſolutionem
demandavit ſub conditione quod nominatus
priùs aſſumeret " il cognome, & arme della
" famiglia de Noſtri: e l'uſi ſoli, e non in-
" quartate, ne permiſte. " & ſolo præcepto
non contentus voluit illius obſervantiam, ne-
dum ſub camerali obligatione, ſed, quod plus
eſt, ſub pæna infamiæ, ac malæ fidei promit-
ti: ibi " E che coſi ſi obblighi ſotto pena d'in-
" famia, di mala fede, e con obligo camerale
" prometta l'intiera reſtituzione ſempre che
" contravenga, ancorche per una volta ſola
" di farſi chiamare de Noſtri abſolute. " Hæc
autem geminatio cauſæ, proprii nominis ho-
norificentiam reſpicientis, efficaciùs præbet
argumentum, quod codicillans unicè ad il-
lam, non verò ad pietatem, reſpexerit; *Go-
zadin. conſ.30. n.1. & 3., Roland. à Vall. conſ.
99. n.58. lib.4., Rot. dec.398. n.4. par.15. rec.*

Et ſanè imperceptibile redditur, quod in
10 his circumſtantiis, legatum poſſit principa-
liter pium conſiderari; quando legatarius
contraveniens præcepto delationis armorum,
ac denominationis familiæ de Noſtris conſide-
ratur tanquam infamis, & in pænam non ſerva-
tæ fidei ad reſtitutionem perceptorum ad-
ſtringitur.

Neque hujuſmodi prophanæ cauſæ naturam
immutat declaratio per ipſum codicillantem
emiſſa; ibi " Con l'ajuto delli ſuddetti ſcudi
" 200. annui, come ſopra, li cavalieri debbano
" fare le caravane, e ſervire le loro religioni
" conforme gl'iſtituti &c., per avanzarſi alle
" commende alli gradi, all' honori, & all'
11 " utili. " Iſta namque verba magis in aperto
ponunt; quod codicillans hujuſce ſæculi glo-
riam contemplatus fuerit, & catenùs equiti-
bus ſubſidium annuum legaverit; quatenùs
illi, eo mediante, potuiſſent majores hono-
res conſequi, ac utilia percipere; ut ſonat fi-
nis expreſſus ibi -- *per avanzarſi alle com-
mende, all' honori, & all' utili* --: & ſic ſem-
per augeri decor propriæ familiæ, cujus con-
ſervatio dictis equitibus injuncta erat. Quo-
circa cùm finalis & expreſſa cauſa legati alia
non ſit, quàm gloria, & caducus ſplendor:
12 quò ut plurimum homines ad diſponendum
13 impelluntur; admitti nequit alia pietatis
non cogitata, nec expreſſa, *Peregrin. conſ.67.
n 19. & 20. lib.5., Cyriac. controv.599. n.4. &
5., Rot. cor. Duran. dec 283. n.42. & ſeqq.*;
coram Bich. dec.247. n.13. & 14; & in pun-
cto, quod ad dignoſcendum; an legatum ſit
14 pium, nec ne, debeat attendi cauſa per te-
ſtatorem expreſſa, & finalis, non autem re-
15 curri ad conjecturas, vel cauſam tacitam,
ne plus tribuatur tacito, quàm expreſſo. pro-
bat *Marant. reſp.3. n.12. cum plur. ſeqq. p.1.,
Bottiglier d. Theorem. 104. ſub. n.21., verſ.
omnes, Bonden. tract. var. tit. de leg. piis
cap.4 n.51. & 52.*

At non ſolùm finalem legati cauſam pro-
phanam fuiſſe codicillans expreſſit; ſed im-
mò ulteriùs pietatis reſpectum à ſe non habi-
tum poſitivè declaravit. Poſtquam enim ma-
gnis Magiſtris equeſtria ordinia facultatem
ademit, hanc annuam præſtationem gravandi,
vel minuendi, rationem reddidit ſequenti-
bus verbis " Perche io non faccio queſta diſ-
" poſizione ad intuito delli gran Maeſtri delle
" religioni,

„ religioni ; ma per gratificar perſonalmen-
„ te queſti ſoggetti eſetti da me , ò miei ere-
„ di : perche ricevuto l'abbito, godano di
„ queſt' ajuro di coſta &c., come di dona-
„ zione libera &c , per trattarſi bene, riſ-
„ piender magiormente , e con più decoro ,
„ e facilità far' acquiſto d'onori , commende,
„ & alrri gradi. „ Nimis itaque repugnans
16 litteræ , ac expreſſo diſpoſitionis tenori eſ-
ſet interprætatio , quod legarum pium in
mente habitum fuerit ; dum dictiones illæ ,
-- *godano di queſt' ajnto di coſta , come di do-
nazione libera* -- aliæ -- *per trattarſi bene ,
riſplender magiormente &c.*, non pietarem ,
& honorem Dei , ſed vanam mundanamque
gloriam præſeferunt : ut patet legenti. For-
tiùs quia immediatè ſubdit -- *E coſì diſpongo,
nec aliàs , nec alio modo* -- quæ clauſula reſo-
17 lutiva operatur ; ut legatum ſub præmiſſo
dumtaxat modo , & forma relictum intelligi
debeat ; *Rot. cor. Manzaned. dec. 596. n. 4.*

Minorem animadverſionem meruit obje-
18 ctum , quod , ut locum habeant privilegia
Reverendæ Fabricæ, neceſſarium non ſit pie-
tatem deduci ex intentione; quæ reſpicit me-
ritum actus quoad Deum ; ſed ſufficiat illam
deſumi ex cauſa, in quam fuit legatum , & ex
ipſo opere continente in ſe pietaris augu-
19 mentum : quod de per ſe abſque ulla legan-
tis intentione pium dicitur , ac reſpicit Ec-
20 cleſiæ Catholicæ utililatem , reſultantem
ex inſtituto religionis pugnandi contra infi-
deles, & Sedem Apoſtolicam deſendendi.
21 Objectum namque forſan procederet , ſi le-
gatum factum fuiſſet, ut nominatus equeſtrem
habitum aſſumeret : at ſecùs eſt quando , ut
hic, relictum legitur -- *per ajnto di coſta, per
magior honorevolezza &c.* ; adeout ſuppo-
nat nominatum, adveniente ſolutionis tempo-
22 re, jam equeſtri ordini adſcriptum reperiri .
Quodque magis urget: declaratum expreſsè
fuit; illud non fieri univerſalis religionis, aut
ordinis intuitu , ſed -- *per gratificare perſo-
nalmente queſti ſoggetti eletti da me , e miei
eredi* -- ; quæ verba ſubintellectam pietaria
23 rationem excludunt ; adeout legatum dici
nequeat pium , præter intentionem : quia
24 contraria intentio ex cauſa finali reſultans ;
25 ſuppoſitæ pietati reſiſtit : magiſque legati
cauſa , quam legatarii perſons inſpicienda
venit; ut ex *Bart., Bald., Felin., & Dec.* pro-
bat *Rocc. d. reſp. 77. n. 30. lib. 1., Caſtren. conſ.
167. n. 2. lib. 2., Stayban. jun. in obſerv. ad
reſolut. 22 n. 23., Thomaſin. var. tract. tom. 3.
d. tract. 10. cap. 6. n. 141.*

Et in proximis terminis , quod legatum
26 uſusfructus factum filio monaco ſub condi-
tione ; quod non acquiratur monaſterio : non
dicatur pium , probat *Camarell. de legat. tit.
quæ legata ad pias cauſas n. 11. §. quia verſ.
hinc fit.*

Nullius denique ponderis erat alterum ob-
jectum , quod legatarius annexum habeat
onus diſtribuendi eleæmoſinam , & celebrari
faciendi per biennium qualibet hebdomada
unius miſſæ ſacrificium. Siquidem eleæmoſi-
27 na commiſſa eſt voluntati , & arbitrio lega-
tarii; & propterea, tanquam ſonans in conſi-
lium, non viderur onus importare; ex firmatis
per *Rot. dec. 322. n. 2a. p. 12. rec.* Celebratio
28 verò unius miſſæ , utpote reſpiciens modi-
cam legati partem ; non ſufficit ad hoc, ut le-
gatum dicatur pium : cùm ad hunc effectum
requiratur, quod majorem partem abſorbeat;
Rot. cor. Cerr. dec. 573. n. 1.

Et ita utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in Summario, & ſuperiori dec. 114.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 114.

SUMMARIUM.

1 *Retento à mulieris creditore allegari non valet titulo dotis jam ſatisfactæ .*

2 *Etiamſi dos legitimè ſatisfieri non potuerit in præjudicium creditoris , ad cujus favorem fuerat obligata .*

3 *Ex immiſſione obtenta , excluſo altero creditore, oritur negativa probatio obligationis immiſſi, favore excluſi .*

4 *Immiſſionem non retardare poteſt creditor , qui debitam quantitatem pro ſuo credito jam fuit aſſequutus .*

5 *Melioramentorum creditum nec in genere, nec in ſpecie probatum , immiſſionem non poteſt impedire .*

6 *Melioramenta non dicuntur juſtificata , niſi priùs verificato ſtatu antiquo , & quod fuerit impenſum , & melioratum .*

7 *Creditor habens conſenſum Domini directi , in aliorum concurſu , præfertur ſuper re emphyteutica à debitore poſſeſſa .*

8 *Hypotheca , ſine conſenſu Domini directi , exerceri valet ſuper commoditate percipiendi fructus ex re emphyteutica, durante vita inveſtiti .*

DECISIO CXLIV.

COncordato facto coram me , juxra ordinem datum in audientia diei 12 Martii proximè præteriti , in qua dilata fuit cauſæ reſolutio ; conſtitit hodie DD., quod anno 16·2. ferreria controverſa, ex hæreditate quondam Jacobi de Sanctis, obvenit Angelo, Rocco , & Benedicto fratribus de Fantautis : quodque anno 16·8. , defuncto Rocco , illius integrum dominium pro virili conſolidatum fuit in Angelo , & Benedicto ſuperſtitibus . In hoc ſtatu Angelus prædictus anno 1677. inivit ſocietatem cum D. Duce Matthæio , ſuper piſcatione in ſtagno ad ipſum Ducem ſpectante : cumque hac de cauſa remanſerit debitor in ſcut. 1722. ; Antonius illius filius cambium ex dicta ſumma , pro rata ſcutorum 900., favore Ducis contraxit . Exinde autem ſequitur quod pro dicto credito ſuam anterioritatem metiente ab an-

no

Digitized by Google

no 1677.; potuerit Dux, tam ab A.C., quam in noſtro Tribunali, ſub die 7. Decembris proximè præteriti, coram me immiſſionem obtinere ad medietatem dictæ ferreriæ contra D. Marchionem Nerlium illius poſſeſſorem, pro credito longè poſteriori: itaut hodie non hæſitaverint DD. ſtare *in deciſis*.

Non attenta exceptione retentionis, ad quam, omiſſis aliis, ſpecialiter in præſenti ſe reſtringebant Marchionis defenſores: & quam triplici jure debitam eſſe contendebant.

Et primò ex credito Annæ Vaglientis, quæ in datione in ſolutum facta per Antonium ejus virum, ſe obligavit favore Marchionis; undè inferebatur, quod cum dos dictæ Annæ conſtituta fuiſſet anno 1679.; cambium propterea, quoad fructus debitos à die creationis, poſteriùs remaneat, quamvis, reſpectu ſortis, anterioritatem à die contractæ ſocietatis deſumere valeat.

Secundo ex juribus dotalibus Barbaræ de Sanctis uxoris Benedicti, à quo cauſam habuit Roccus junior, favore Marchionis, obligatus.

Ac tertio demum ratione melioramentorum; quæ à ſe in dicta ferreria facta fuiſſe ſupponebant.

Quo ad enim primum, omiſſis aliis reſponſionibus; unica ſufficere viſa fuit, quod eadem Anna, pro aſſecuratione ſuæ dotis, ob urgentiam viri ad inopiam, adepta fuit poſſeſſione plurium ſtabilium: ex quibus cum

1 ſatisfacta remanſerit de ſuo credito; non poteſt hodie ex eodem titulo allegari ab ejus creditore retentio, ut reſpondit *Rot. in Bononien. Immiſſionis prima Julii anni præteriti §. Dos verò coram R. P. D. meo Scotto*.

Nec juvat replicatio; quod, poſtquam Anna obligaverat jura ſua pro defenſione Marchionis; non potuerit in ejus præjudicium ſatisfieri de ſuo credito: quoniam cum ipſa ſuum creditum dotale non delegaverit, nec tradiderit in ſolutum; exceptio prælata, reſpicit intereſſe inter ipſum Marchionem, & Annam; contra quam poterit ille ſe vertere,

2 ac jura ſua experiri, ſi quæ habet: ſed non inde, ſub hoc prætextu, pro credito legitimè ſatisfacto opponi valet retentio adverſus alium anteriorem; ex allegatis.

Reſpectu verò alterius crediti provenientis ex dote Barbaræ de Sanctis, ultra quod favore Marchionis non juſtificantur obligati nec ipſa Barbara, neque Roccus ab ea cau-

3 ſam habens; quinimò iſte pro ſatisfactione hujuſmet crediti obtinuit in Tribunali A.C. immiſſionem ad aliam medietatem ferreriæ controverſæ, excluſo dicto Marchione; quæ facti circumſtantia negativam obligationis demonſtrat: occurrit alia, & quidem validiſſima reſponſio; quod cum hujuſmodi creditum ſcuta mille non excedat, & ſola ferrariæ medietas ſit valoris ſcut. 1400, t jam ipſe Marchio dictæ medietatis poſſeſſor, ne-

4 dum quantitatem Barbaræ debitam, ſed & alia ſcuta 400, retineat; & ſic immiſſio ad aliam medietatem favore Ducis nullo jure denegari potuerit.

Quo denique ad melioramenta ſubſiſtere viſa fuit reſponſio, quod cum iſta nec in ge-

5 nere, nec in ſpecie probata fuerint; immiſſio retardari non poteſt; *Rot. dec.* 366. *num.* 28. *par.* 19. *rec.*, *& in Cavallicen. hæreditatis 20. Februarii* 1682. §. *Minuſque coram bo. mem. Urſino*, *& in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus 17. Junii* 1695. §. *Quia coram R. P. D. meo Scotto*; non attenta quadam peritia ad hunc effectum exhibita: in illa enim ſolum referuntur aliquæ expenſæ factæ per Marchionem in ferreria; ſed non

6 conſtat, quod factæ fuerint pro melioramentis; quæ nunquam dici poſſunt probata, non verificato prius ſtatu antiquo, & quid fuit impenſum, & melioratum; *Rota deciſ.* 12. *num.* 16. *par.* 16. *recen.*, *& in Caſentina aſſiſtentiæ prima Martii* 1697. §. *Quo vero coram me*.

Prout nullius erat relevantiæ altera exce-

7 ptio, quod ferreria ſit emphyteutica, & ſic debeat ſuper ea præferri Marchio, qui habet conſenſum Domini directi, ad excluſionem Ducis, qui eſt illo deſtitutus. Etenim omiſſo, quod non fuit juſtificatum, qualis eſſet naturæ hujuſmodi emphyteuſis, & an ſit tranſitoria ad quoſcumque; advertebant DD., quod hodie quæſtio reſtringitur ad commoditatem percipiendi fructus; ſuper

8 qua hypotheca exerceri valet, etiam deficiente conſenſu Domini directi, ſaltem durante vita inveſtiti, de cujus dominio ſunt fructus; ut latè firmatum fuit in *Romana Vineæ, ſeu Horti 4. Februarii* 1695., *&* 18. *Maii* 1696, *coram R. P. D. meo Pio*, *& in Romana Salviani* 13. *Junii* 1698. *coram R. P. D. meo Anſaldo*.

GERUNDEN. ANNIVERSARIUM, SUPER DISPENSATIONE PACTORUM.

Mercurii 9. Junii 1700.

ARGUMENTUM

Eccleſiæ ſtatuto an, & in quo caſu, & à quibus diſpenſari valeat pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Sententia Rotalis excedens terminos deciſionum, eſt nulla.*

2 *Sententia expreſsè excludens perſonas implicitè, & virtualiter in deciſionibus excluſas, dici nequit difformis ab illis.*

3 *Diſpenſare ab obſervantia ſtatuti in ſolo caſu neceſſitatis permiſſum eſt.*

4 *Lex ex ſe ipſa diſpenſat, urgente neceſſitate.*

Lex non arctat ad impoſſibile.

5 *Limita quoties adeſt ſtatutum prohibens contraventionem in quocumque caſu.*

6 *Procurator limitatam habens facultatem, præfinitos limites excedere non poteſt.*

7 *Diſ-*

7 *Diſpenſationi locus non eſt; niſi priùs à ſuperiore neceſsitatis cauſa cognita, & examinata.*

8 *Potiſsimè ubi facilis eſt ad ſuperiorem acceſſus.*

9 *Diſpenſatio à ſuperiore exquirenda eſt; cum ſumus extra caſum præciſæ neceſsitatis.*

10 *Neceſtitatis prætextus non validat pacta ſtatutis contraria inter procuratores hinc inde inita.*

11 *Deciſio, quæ à parte fuit acceptata; facit eandem confiteri, ut vera, quæ in eadem deciſione continentur.*

12 *Procurator habens regimen, & adminiſtrationem cum libera facultate, iſta uti valet intra juris permiſsionem, quocumque modo neceſsitas exoptat.*

13 *Facultas ampliſsimis verbis concepta, limitatur à ſubſequentibus, quæ illa reſtringunt.*

14 *Statuti conditores ab ejuſdem obſervantia dumtaxat diſpenſare poſſunt.*

15 *Ob diſpenſationem ſtatuti in rebus, quæ dietim occurrunt, & celere judicium merentur, etiamſi ſtatu ſit à ſancta Sede confirmatum, non requiritur ad eam accedi.*

16 *Confirmatio Apoſtolica robur addit ſtatuto; non autem adimit facultatem diſpenſandi, ſtatuti conditoribus competentem.*

DECISIO CXLV.

ANniverſariorum adminiſtratio in cathedrali Gerundenſi, juxta notiſſimum ipſius eccleſiæ ſtatutum á Bernardo Epiſcopo, una cum Capitulo conditum anno 1384., quatuor committitur procuratoribus ab epiſcopo, & capitulo pro tempore conſtitutis; quorum duo canonici, & iſti à capitulo; alii duo beneficiati, & iſti à beneficiatorum collegio nominantur: & ad illos defertur gubernium; ac diſponendi facultas, firma tamen remanente penès epiſcopum, & capitulum juriſdictionali, ac præeminentiali adminiſtratione; ut habetur in deciſionibus editis in hoc ſacro Auditorio, & ſignanter in *Gerunden. adminiſtrationis Anniverſariorum* 10. *Maii* 1683. §. *Siquidem adverterunt*, & §. *Tum quia retenta coram bo. me. Urſino.*

Plures occaſione hujuſce adminiſtrationis ortæ fuerunt judiciales controverſiæ inter capitulum, ac beneficiatorum collegium, & ſignanter ſuper jure concordandi pacta cum procuratoribus ſpecialibus, & an licitum foret ſuper illis ſtatuto, & conſuetudine eccleſiæ contrariis convenire; omneſque favore capituli deciſæ remanſerunt. Cupiens autem idem capitulum ulterioribus controverſiis in futurum occurrere; prævidens caſum, quo procuratores ſpeciales non reperirentur, qui vellent ſub rigoroſis pactis ſtatuto, & conſuetudini conformibus, adminiſtrationem anniverſariorum ſuſcipere, diſputandum propoſuit coram R. P. D. meo Priolo dubium: *An ſit diſpenſandum, & ad quem ſpectet diſpenſare*. Super quo ſac. Rota ſub *die* 25. *Martii anni præteriti* reſpondit, *poſſe in præfato caſu diſpenſari* per epiſcopum, & capitulum, excluſis ab hujuſmodi facultate procuratoribus generalibus, ſeu, ut dicunt, procuratoribus, inter quos, ut præmiſi, duo reperiuntur de beneficiatorum collegio: ad cujus reſolutionis formam lata per R. P. D. meum Priolum rotali ſententia, curarunt beneficiati appellationis cauſam mihi committi; quamobrem in hodierna audientia quæſivi à Dominis: *An ſententia rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda*, & reſponſum habui *pro confirmatione*.

Inſubſiſtens namque viſa fuit nullitatis ex-
1 ceptio ex eo deducta, quod præfata ſententia excedat terminos deciſionum, in ea parte, qua declarat procuratoribus generalibus nullum jus circa diſpenſationem competere, ipſiſque ſilentium imponit; dum hoc in deciſionibus firmatum non legitur. Duplex namque ſatisfacit reſponſio; altera quod in *dicta deciſione R. P. D. mei Prioli* §. *Nec obſtat*, & *ſequen*, procuratores generales à dicta poteſtate diſpenſandi fuerunt apertis verbis excluſi; altera quod cum epiſcopus, & capitulum pretenderent, locum eſſe diſpenſationi, ſibique ipſis competere jus diſpenſandi; & viceverſa beneficiati, cum ſuppoſito quod poſſent generales procuratores quæcumque pacta magis eccleſiæ proficua concordare; contenderent, opus non eſſe diſpenſatione; eo ipſo quod in deciſione firmatum fuit, ſolum
2 epiſcopum, & capitulum poſſe dd. pactis diſpenſare; jam inde procuratores generales à tali diſpenſatione implicitè, ac virtualiter excluſi dicuntur: itaut potuerint citra nullitatis vitium expreſſè in ſubſequuta ſententia excludi; ut pluries reſpondit *Rot.*, & ſignanter *in Neapolitana Penſionis* 17. *Februarii* 1689. §. *Attamen*, & *ſeqq.*, *in Romana* Teſtamenti 14. *Martii ejuſdem anni* §. *Cognoverat*, & *in Toletana Decimarum de Capilla* 23. *Martii* 1699 §. *Scribentes coram R. P. D. meo Anſaldo*, & *in Romana reſtitutionis in integrum* 5. *Julii* 1699. §. *Quandoquidem coram R. P. D. meo Muto*.

Poſita ex his validitate Rotalis ſententiæ; clarior apparuit illius juſtitia. Cum enim facultatem diſpenſandi abſolutè non conceſſerit, ſed reſtrictivè, quoties nempe neceſ-
3 ſaria cauſa urgeret; ſummo jure proceſſiſſe videtur, ad præſcriptum ſac. Concilii Tridentini *cap.* 18. *de reform.*, & probat *Barboſ. de offic.*, & *poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 33. *n.* 2. *cum ſeqq.*, *Sperell. dec.* 109, *num.* 2., cum aliis relatis *in d. dec. R. P. D. mei Prioli* §. *Ratio reſolutionis cum ſeq.*

Quin relevaret objectum, quod ubi neceſſitas urget concordandi pacta ſtatuto, & conſuetudini contraria, opus non ſit diſpen-
4 ſatione; dum lex ipſa diſpenſat: quia non arctat ad impoſſibile. Hoc namque gene-
5 rale ratiocinium non procedit in hypotheſi, quo ſtatutum expreſſè prohibet procuratoribus generalibus contraventionem in quo-
6 cumque caſu. Quo circa cum iſti limitatam ha-

Digitized by Google

habeant facultatem, præfinitos limites ex-
cedere non poſſunt; ſed abſtinere tenentur,
ut reſponſum fuit in *Gerunden. Anniverſa-
riorum* 24 *Aprilis* 1693. §.*Cum enim coram
bo. me. Benincaſa*; & cauſa neceſſitatis an ſit
7 vera, vel iuſta, & tanta quæ legem ſolvat
ex ſe, vel diſpenſatione indigeat à ſuperioris
judicio dependet: adeout ad illud recurrere
ſit omninò neceſſarium; *Paſqualig. deciſ. mo-
ral.* 168. *num.* 6., *& in tractat. de ſacrific.
novæ legis, qu.* 470. *per totam, & ſignanter
num.* 7.

Potiſſimè quia recurſus ad Superiorem fa-
8 cilis eſt, atque commodè haberi poteſt:
9 ideoque cum verſemur extra terminos præ-
ciſæ, ac urgentis neceſſitatis, dici non poteſt,
quod lex ipſa diſpenſet, ſed à ſuperiore pe-
tenda venit diſpenſatio, ut optimè firmat
dicta deciſio R. P. D. mei Prioli §. *Et quam-
vis*. Tanto magis quia prætextus neceſſita-
10 tis non ſuffragatur ad validanda pacta ſtatu-
tis contraria per procuratores generales ini-
ta cum procuratoribus ſpecialibus; ut firma-
tum fuit in *Geruden. Anniverſariorum ſuper
pactis biennii* 1693, *&* 1694., 17. *Junii* 1697.
§ *Nec prædicta pacta coram R. P D. meo de
la Tremoille*; quam deciſionem judicialiter
acceptarunt beneficiati collitigantes; ut in
ſum. Capituli dato cor. R. P. D. meo Priolo n. 7.
11 Unde patet, quod ipſimet beneficiati faſſi
fuerunt diſpenſationem à lege non induci;
dum ſi lex diſpenſaret, potuiſſent in caſu
neceſſitatis ſuſtineri pacta ſtatuto con-
traria.

Minus urget, quod procuratores genera-
les habeant regimen, gubernium, & admi-
12 niſtrationem cum libera facultate: ac proin-
de iſta uti valeant quocumque modo neceſſi-
13 tas expoſcat. Siquidem facultas, & poteſtas,
quantumis ampliſſimis verbis concepta,
limitatur à ſubſequentibus: ibi -- *juxta for-
mam, & conſuetudinem ipſius eccleſiæ ſtatu-
torum*; adeout libera facultas intra limites
ſtatuti, & conſuetudinis eccleſiæ circum-
ſcripta remaneat; & notatur in *dec. R. P. D.
mei Prioli* §. *Nec obſtant*, & priùs in *Gerun-
den. Anniverſariorum* 6. *Februarii* 1694.
§. *Abſoluta coram bo. me. Benicaſa*, & in alia
mox relata *coram R. P. D. de la Tremoille*
17. *Junii* 1697 §. *Nec prædicta*.

Hæc quæ comprobant ſententiæ juſtitiam
in ea parte, qua declaratur neceſſariam eſſe
diſpenſationem; influunt etiam in aliam,
quæ jua diſpenſandi ſoli epiſcopo, & capi-
tulo attribuit. Cum enim obſtaculum diſ-
penſationem requirens circa pacta, prove-
14 niat à ſtato per epiſcopum, una cum capi-
tulo condito; conſequens eſt, ut eis com-
petat jua diſpeſandi adverſus dicti ſtatuti
diſpoſitionem; *Tamburin. de jur. Abbat.
tom.* 3. *diſput.* 4. *par.* 7. *num.* 3., *Barboſ. de
offic., & poteſt. epiſc. alleg.* 34 *num.* 3. *prope
fin.*, cum aliis *in d. deciſ. R. P. D. mei Prioli*
§. *Secundo quia*.

Non attenta replicatione, quod ſtaturum
fuerit in forma ſpecifica confirmatum à ſede
Apoſtolica; & ideo ad iſtam ſit recurren-
15 dum pro diſpenſatione: tum quia in rebus,
quæ dietim occurrunt, ac celere judicium
expoſcunt, difficilè redditur ad ſanctam Se-
dem recurrere: tum quia confirmatio Apoſto-
16 lica robur quidem addit ſtatuto, ſed non
tollit facultatem diſpenſandi ſtatuti condi-
toribus competentem: & quæ in eodem ſta-
tuto præſervata cenſetur; *Abb. in cap. Cum
ac eſſiſſet n.* 2, *ibique Felin. n.* 3. *de Conſtit.*
optimè *Ciarlin. contr. for.* 38. *num.* 47 *lib.* 1.;
& animadvertit *deciſio edita in hac cauſa
ſuper expeditione rotalis ſententiæ* 20. *Ja-
nuarii præteriti coram R. P. D. meo Priolo*.
Et ita utraque &c.

ROMANA, SEU SAVONEN. SUCCESSIONIS.

Lunæ 14. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Fœminæ a ſtatuto totaliter excluſæ ab hæredi-
tate parentum, non faciunt numerum ad
augendam legitimam favore maſculorum:
& quamvis excluſæ ſint propter dotem; ta-
men cum agitur de hæreditate matris, pari-
ser numerum non faciunt. Statutum Civitatis
dominantis, ubi non diſponit illud civitatis
inferioris, quando attendi debeat. & bo-
norum exiſtentia, ſolutioniſque certo loco
conventa obligatio cujus nam ſtatuto defe-
rendum eſſe faciant? & etiam agitur quomo-
do Teſtator ſtatuto loci, ubi teſtamentum
confecit conformare ſe voluiſſe cenſeatur,
ad effectum regulandi detractiones legiti-
mæ, & trebellianicæ ab ipſius hæreditate
faciendas.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 113.

SUMMARIUM.

1 *Fœminæ vigore ſtatuti Januenſis ſunt totali-
ter excluſæ ab hæreditate parentum.*

2 *Fœminæ excluſæ à ſucceſſione parentum non
faciunt numerum, & partem ad augendam
maſculorum legitimam.*

2 *Et hoc procedit etiam in hæreditate materna.*

4 *Fœminæ connumerantur in computatione le-
gitimæ, cum dos in iſtius locum ſuc-
cedit.*

5 *Intellige quoties agitur de hæreditate paren-
tis, non autem de hæreditate alterius, ſi-
ve matris.*

6 *Fœminæ quæ ſunt totalitèr excluſæ, cum nec
in dote, nec in legitima ſuccedant reſpe-
ctu matris. non poſſunt in ejus hæreditate
augere legitimam maſculorum, faciendo
numerum.*

7 *Fœminæ dumtaxat excluſæ à bonis dotantis
numerum facinut.*

8 *Excluſæ verò indefinitè à bonis cujuſcumque
parentis, nullo modo ſunt conſiderandæ in
detractione legitimè ex eorum hæreditate.*

9 *Statutum civitatis dominantis attendi debet
circa*

Digitized by Google

circa id, quod non fuit determinatum in ſtatuto loci inferioris.

10 *Lex particularis clara cum adeſt, nihil generalia proſunt argumenta.*

11 *Succeſſio regulatur juxta ſtatutum illius loci, ubi fuit initus contractus, & promiſſa ſolutio: licet bona debitoris per accidens aliundè reperiantur.*

12 *Bona ſubſunt diſpoſitioni illius ſtatuti, ſub quo initus fuit contractus: licet peraccidens alibi reperiantur.*

13 *Reſtitutio dotis, ad formam ſtatutorum certi loci promiſſa, ſimpliciter deſignat tempus, & modum, circa quod tale ſtatutum diſponit, non autem importat, ut in eodem loco ſtatuti veniat facienda.*

14 *Limitatur concluſio, quando dotis reſtitutio, non ſimpliciter ad formam ſtatuti certi loci, ſed in eodem loco ejus ſolutio ſpecialiter deſtinata fuit.*

14 *Nomen debitoris licèt non ſit certo loco circumſcriptum ad effectum regulandi ſucceſſionem, ad illud procedendum eſt juxtà leges ejuſdem loci, cui ſubjecta erat perſona creditoris defuncti.*

16 *Hæres ſuccedere debet ſecundum ſtatutum loci, in quo creditoris perſona invenitur.*

17 *Teſtator, qui hæredes, ſuam hæreditatem per fideicommiſſum, reſtituere gravavit, cum nihil de trebellianicæ detractionis quantitate diſponit, circa eam cum ſtatuto confirmaſſe præſumitur.*

18 *Præſumptio conformitatis teſtatoris cum ſtatuto, circa illa, locum habet, de quiquibus nullam expreſſam mentionem fecit teſtator.*

19 *Trebellianicam ex fideicommiſſis detrahi vetat ſtatutum Januæ.*

20 *In fideicommiſſo conditionali duæ quartæ de jure detrahi poſſunt.*

21 *Statutum Januæ indefinitè loquens circa prohibitionem detractionis trebellianicæ, complectitur, tam fideicommiſſum purè, quam conditionaliter ordinatum.*

22 *Statutum aliquid debet operari, ne remaneat otioſum, & inutiliter conditum.*

23 *Statuti verba indefinitè loquentia, taxativæ intelligentiæ reſiſtunt.*

24 *Fortiùs ſi ſtatuentes in eodem declaraverint omnia intelligi debere prout jacent, nulla facta diſtinctione.*

25 *Liber à tertio retentus contra tertium non probat.*

26 *Exceptiones altioris indaginis non admittuntur in judicio immiſſionis.*

DECISIO CXLVI.

AD retardandam immiſſionem coöceſſam fratribus de Ferreriis, utpotè ad fideicommiſſum Lauræ Paveſiæ pro medietate vocatis, Baro Gavottus mediatus Caroli ſucceſſor, & reſpectivè hoc titulo ejuſdem Lauræ debitor cauſa dotis in ſumma ſcutorum auri 17500., retentionem oppoſuit, nedum pro legitima, & quidem in ſemiſſe; ſed etiam pro trebellianica, & nonnullis dotibus, quas in exequutionem legati à teſtatrice facti ſolutas fuiſſe aſſerebat. Cum autem in audientia diei 4. decembris elapſi, omnibus hiſce detractionibus examinatis, unicè viſa fuerit admittenda detractio legitimæ in ſolo triente; prodiit idcirco reſolutio pro immiſſione ad quatuor uncias; Cumque conceſſa præfato Baroni nova audientia, hodie nil relevans deduceretur; ſed ipſamet aliàs rejecta repeterentur; Domini proindè ſteterunt *in deciſis.*

Sanè legitima debet ſolvi in triente. Licet namque teſtatrix, præter duos maſculos, tres etiam filias fæminas ſuſceperit, adhuc tamen iſtæ, vigore ſtatuti civitatis Januenſis
1 totaliter excluſæ ab hæreditate parentum;
2 non poſſunt ad augendum maſculorum legi-
3 timam connumerari; ut in puncto hæreditatis maternæ probat *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 3. num. 29.*, & firmat *deciſio, quæ revidetur §. Quia verò.*

Nec, ad evitandam hujuſce ſtatuti diſpoſitionem, quidquam relevat, quod in præſenti attendi debeat ſtatutum Savonæ diſponens *in cap. 26*, quod - *Dotes datæ, ſeù conſtitutæ habeantur pro plena ipſius Mulieris legitima, & portione ſibi debita Jure naturæ*: unde
4 infertur, quod cum dos ſuccedat loco legitimæ; fæmina numerum faciat ad illam augendam favore maſculorum; ex firmatis per *Merlin. ubi ſupra num. 24.*, in *Anconitana legitimæ 10. Junii 1687. §. Quod enim coram R. P. D. meo Caprara*, & *in Nepeſina legitimæ 26. Aprilis 1697. §. Tertia cor. R. P. D. meo Muto impreſſa penes Albit. de Inconſtant. in Judic. deciſ. ultima num. 2. cum ſeqq.*

Duplex enim occurrit reſponſio: altera
5 quod cum quæſtio non ſit ſuper hæreditate patris, qui filias dotavit; ſed ſuper hæreditate matris, quæ dotem non conſtituit, neque filias agnovit in ſuas; iſtæ profectò excluſæ dicuntur ex ejuſdem ſtatuti diſpoſitione ibi - *Et eo caſu totaliter ſit excluſa à ſucceſſione inteſtati ſupradictorum, & unicuique ipſorum: & ſufficiant ſibi dotes eidem datæ, conſtitutæ, vel promiſſæ ab aliquo, vel per aliquem prædictorum*: - neque propterea numerum facere poſſent ad augendum in hæreditate materna legitimam favore maſculorum, *ex Merlin. ſuperiùs allegato*: &
6 ratio eſt, quia ſicuti, poſita totali excluſione, fæminæ non ſunt in aliquo ſucceſſibiles, nec in dote, nec in legitima: & reſpectu hæreditatis maternæ habentur, ac ſi non eſſent in rerum natura, ita nec poſſunt augere numerum perſonarum ſucceſſibilium; ut ipſis mediantibus legitimæ quantitas pinguior fiat favore maſculorum; *Caſtrenſ. in l. plenè 34. §. Si duobus num. 8.*, *ibique Iaſon. num. 23. ff. de legat. primo*, *Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 6. quæſt. 15. num. 76.*, *Rot. cor. Ubald. dec. 421. repetit. poſt Merlin. de legitim. dec. 74. n.* Atque hinc non applicantur authoritates in contrarium adductæ. Loquuntur enim in caſu, quo fæmina excluſa dumtaxat legitur
7 à bonis dotantis: & tunc dubium non eſt,

quod, reſpectu aliorum bonorum, faciat nu-
merum ad commodum maſculorum: & in
hoc caſu procedunt firmata per R.P.D.Seve-
rolum in ejus *Conſult.impreſ poſt Card. Albit.
de Inconſtant. in Judic. num.*14.. At ſecus
8 eſt quando, prout hic, excluſio propter dotem
non reſtringitur ad bona dotantis; ſed inde-
finitè quæcumque alia comprehendit: tunc
enim fœmina nullo modo partem facere, aut
numerari poteſt, ut benè diſtinguendo ex-
plicat modernus *Lucen. conſult.*14. *num.*20.,
ubi de communi.

Altera reſponſio eſt; quod cum ſtatutum
Savonæ circa detractiones faciendas à filiis
9 hæredibus gravatis, nihil diſponat; perne-
ceſſe recurrendum eſt ad ſtatutum Januæ ci-
vitatis dominantis; ut ipſi met ſcribentes pro
Barone Gavotto admittunt, & probat *Soc-
cin. Sen. conſ* 81. *ſub num.*3 *lib.primo*, *Rub.
in ſing. ſtatut. part* 6 §.8. *fol.mihi* 543., *Card.
de Luc. de dot. diſc.*134.*num.*3., *& de Judic.
diſc.*35. *num* 45.; adeout eo ipſo quod hujuſ-
modi ſtatutum determinat legitimam in ſolo
10 triente, quoties fœminæ ſint in pari numero
cum maſculis; extranea reddatur quævis diſ-
putatio à generalibus argumentis deſumpta.

Minus evitatur ſtatutaria diſpoſitio ex alio
fundamento, quod creditum hæreditarium
Lauræ ſcutorum auri 17500. reputandum ſit
extra ditionem reipublicæ Januenſis; ex
quo illius ſatisfactio in Urbe petatur, ubi
debitoris bona reperiuntur. Dos namque,
11 præfatum creditum conſtituens, tradita fuit
in civitate Savonæ: ibique principaliter illius
reſtitutio promiſſa; ideoque ad regulandam
ſucceſſionem hujuſmodi creditum judicari
12 debet de Januenſi dominio, quamvis per
accidens bona debitoris in Urbe reperiantur;
ex punctualibus authoritatibus relat. *in præ-
terita deciſione §.Ad evitandum in fin.*

Fruſtra verò, ad declinandum hoc funda-
mentum impugnari videbatur; quod reſti-
tutio dotis conventa fuerit in civitate Savonæ:
aſſerendo, quod verba, juxta formam ſtatu-
torum Savonæ, in inſtrumento appoſita, ſim-
13 pliciter deſignent tempus, & modum fa-
ciendæ reſtitutionis; circa quod ſtatutum
diſpoſuit in *lib.*5. *cap.*4.; non autem impor-
tent, quod dos in dicta civitate reſtituenda
veniat: ex lectura enim inſtrumenti, de quo
*in præterito ſum. fratrum de Ferreriis n.*1.
circa finem, patebat reſtitutionem dotis fuiſ-
ſe promiſſam intra dominium Januenſe; dum
Laurentius debitor voluit (ſunt verba In-
ſtrumenti), *poſſe realiter, & perſonaliter
conveniri ſpecialiter Genuæ, & Savonæ,
& generaliter ubique locorum &c., ac ſi præ-
ſens contractus foret ibidem celebratus, ac
ſolutio, & ſatisfactio omnium præmiſſorum
principaliter deſtinata*. Dum itaque Lauren-
14 tius non promiſit ſolum reſtitutionem dotis
juxta formam ſtatutorum Savonæ; ſed ulte-
riùs voluit ſolutionem illius ſpecialiter deſti-
natam in civitatibus Januæ, & Savonæ; uti-
que, citrà læſionem voluntatis contrahen-
tium, admitti non poteſt ſubtilis interpræ-
tatio, quod mentio civitatis Savonen. ſolum
tempus, ac modum dotis reſtituendæ reſpi-
15 ciat. Et tamen, quatenus etiam per hypo-
theſim, debitoris nomen, non eſſet certo
loco circumſcriptum; adhuc ad effectum ſuc-
ceſſionis judicandum foret juxta leges, ac
ſtatuta illius loci, cui ſubjecta erat perſona
defuncti: quidquid dicendum foret ad effe-
ctum exactionis; ea ratione quia hæres ſuc-
cedit perſonæ, quæ habet ſibi annexas actio-
16 nes; ideoque ſuccedere debet ſecundum
ſtatutum loci, in quo ipſa perſona invenitur,
ut in ſpecie diſtinguendo probat *Malvaſ.
conſ.*133. *num.*25. *lib. primo*, *Tiraquel. de
Jur. Primogen. quæſt.*49.*num.*10., *Cæſareg.
ad ſtatut. Jan. in rubric. de ſucceſſ. fol. mihi*
102. *num.*64., *& pluribus ſeqq.*, *& dixit*,
Rota coram Seraph. dec 608. *num.*3.

Proni inutiliter quoque impugnabatur al-
terum deciſionis fundamentum poſitum in
præſumpta conformatione voluntatis teſta-
tricis cum ſtatutaria diſpoſitione, ſub præ-
textu, quod hujuſmodi præſumptio locum
ſibi non vindicet in præſenti, quo Laura de
legitima, & trebellianica per filios detrahen-
da in teſtamento non meminerit. Siquidem
eo ipſo, quod teſtatrix filios gravavit ad reſti-
tuendam hæreditatem per fideicommiſſum;
& ſuper hac reſtitutione ſtatutum Januæ in
Rubr. de legat., *& fideic.*, *& falcid. debita
Jure naturæ lib.*5. *cap*,16. præcisè diſponit,
17 determinando quantitatem legitimæ ab hæ-
redibus gravatis detrahen.; hoc ſatis eſt ad
præſumendum, quod teſtatrix voluerit ſe
cum ſtatuto conformare: nam alias ſi neceſ-
ſaria foret expreſſa mentio legitimæ, fru-
18 ſtratoria remaneret concluſio à doctoribus
paſſim admiſſa ſuper præſumpta conformitate
cum ſtatuto: cum eo caſu diſpoſitio non eſſet
amplius præſumptiva; ſed poſitiva, & expreſ-
ſa; ut patet ad ſenſum.

Abſoluto examine quantitatis legitimæ,
Domini tranſeundo ad trebellianicam iterum
cenſuerunt, illam non deberi ex reſiſtentia di-
19 cti ſtatuti Januen. *lib.*5.*cap.*16, unius dum-
taxat quartæ detractionem ex fideicommiſſo
concedentis.

Non attenta replicatione, quod ſtatutum
intelligi debeat in caſu fideicommiſſi puri,
non autem conditionalis; de quo duas quar-
20 tas de Jure detrahi poſse ſupponitur. Quid-
quid enim ſit de articulo in abſtracto: diffi-
cultas in præſenti ceſsabat ex indefinita ſtatu-
ti diſpoſitione, quodcumque fideicommiſſum
comprehendente: ac ulteriùs quando etiam
ſubſiſteret, trebellianicam de jure communi
21 poſse dumtaxat detrahi ex fideicommiſſo
conditionali; ex hoc ipſo urgentiſſimum re-
ſultaret argumentum, quod ſtatuentes uni-
verſalibus verbis loquuti fuerint ad tollen-
dam quamcumque dubietatem, quæ forſan
attenta ſola juris communis diſpoſitione oriri
22 potuiſset: nam alias ſtatutum fuiſset ſuper-
fluum, ac otioſum remaneret; quod dicen-
dum non eſt; prout arguit *præterita deciſio
§.Ultra quod*.

For-

Digitized by Google

Fortius quia idem ſtatutum Januæ *in titulo de extrinſ. intelleƐt. prohibit &c.* expreſsè prohibet, ne ſuæ ordinationes ab extrinſecis, ac tacitis argumentis interpretatione ſumant; ut teſtatur *Cæſareg. ad ſtatut. Jan.*
23 *§. 12. num. 11.*: ideoque taxativæ intelligentiæ in ſolo caſu fideicommiſſi puri, non verò conditionalis reſiſtunt nedum verba indefinitè loquentia; ſed etiam littera ipſius
24 ſtatuti in alia parte, qua omnia diſpoſita intelligi vult, prout jacent, nulla prorſus admiſsa caſuum diſtinctione.

Excluſa ex prædictis etiam trebellianicæ detractione; multò minùs admitti potuit retentio pro legatis, aliiſque teſtatricis debitis, quæ Baro Gavottus ab ejus auctore ſoluta fuiſſe ſupponebat. Cum enim de obligatione Lauræ legitimè non doceatur; ſolutio aliundè non reſultet, quam ex libris fratrum de
25 Siriis, qui tanquam à tertio retenti, contra tertium non probant: viſa proinde non fuit ſufficienter verificari; & per conſequens
26 inepta in judicio immiſſionis, quod exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittit.

Et ita, in reliquis approbando fundamenta præcedentis deciſionis, reſponſum fuit, utraque &c.

ASCULANA DOTIS, ET LEGITIMÆ.

Lunæ 14. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum excluditur ex finium, formæ, & capacitatis diverſitate, & cum tanquam libera in inventario deſcripta ab aliis fuerint poſseſsa.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperiorum deciſ.41.68. & 69.

SUMMARIUM.

1 *Diverſitas confinium probat diverſitatem prædii, quamvis in eadem contrata ſiti.*
2 *Excipiens tanquàm in ſua exceptione actor, illam onus habet concludenter probandi.*
3 *Teſtium depoſitiones emiſſe ſuper interrogatoriis, præferuntur illis editis ſuper articulis.*
4 *Retentio ex fideicommiſſo non datur, cum identitatis deficit probatio.*
5 *Identitas excluditur ex conjecturis diverſam formam, ſituationem, & capacitatem antiqui prædii à moderno demonſtrantibus.*
6 *Identitas prædii fideicommiſſarii excluditur; ſi illud in inventario tranſiit, & poſteà poſſeſſum fuit ab aliis tanquam liberum.*
7 *Confeſſionem propriam nemini licet impugnare.*
8 *Teſtes deponentes de re antiquiſſa, an fidem mereantur.*
9 *Oblivio poſt lapſum decennii præſumitur in facto alieno.*
10 *Hæres fideicommiſſarius, non urgentibus creditoribus, poteſt fructus in hæreditate*

repertos erogare in ſatisfactionem legatorum.

DECISIO CXLVII.

IN hodierna hujus cauſæ propoſitione Laurentius ultrò admittens valorem prædii in territorio Appignani in Contrada Vallis Chiſenti integrè ad ejus debitum eſse calculandum; non facta detractione ſcut. 710. pro ſorte principali cenſus per Marianum impoſiti; eo quia de illius extinctione doctum fuerat ex parte collegii *in ejus ſum. preteritę propoſitionis num.primo*, acquieſcebat in hac parte reſolutioni editæ ſub die 16. Januarii præteriti anni; totamque diſpoſitionem reſtringebat ad prædium poſitum in contrada della Lame, ſeu della Pigna, quod à Varamontibus evictum fuiſſe iterum, & acriùs contendebat: nec non ad hortum, quem particulari fideicommiſſò Mariani Senioris ſubjectum fuiſſe repetebat: è contra verò collegium non acquieſcens, quod valor ſuperiùs enunciati prædii in territorio Appignani in contrada Vallis Chiſenti calcularetur in ſolia ſcut. 1500., prout calculaverat peritus ex parte Laurentii electus; petebat illum augeri ad ſcuta 2000., juxta quam ſummam in publico cataſtro æſtimatum reperitur. Hinc DD. dilata, quoad prædium reſolutione, demandarunt, quod eligeretur peritus, & in reliquis reſponderunt, ſtandum eſſe *in deciſis*.

Reaſſumendo enim partitas in præcedenti deciſione relatas; quoad primam ſcut. 525., valorem prædii in territorio Fulignani in contrada *del Marino*, animadvertebant, quod licet per teſtes examinatos vigore remiſſoriæ ab hoc ſacro Tribunali ſub dicta die 16. Januarii præteriti conceſſæ, probatum fuerit, denominationes *del Marino*, *e della Pigna* eſſe ſynonimas; adhuc verificatum non remanebat, quod illud in Alcidis hæreditate repertum, & de quo Laurentius rationem reddere tenetur; revera fuerit à Varamontibus evictum: confines namque prædii hæreditarii per teſtes relati in eorum depoſitio-
1 nibus ſuper interrogatoriis emiſſis ſunt omninò diverſi ab illis, quibus prædium, ut ſuprà evictum terminatur; ut clarè demonſtrat lectura mandati de immittendo per dd. de Varamontibus reportati: adeout non ſit, ſed potius excludatur, cum tamen Laurentius
2 tanquam in ſua exceptione actor onus habeat illam concludenter comprobandi; *Rota dec.260.n.8.part.11., & dec.100.n.13 part.14. recent.*

Non attenta replicatione, quod eorundem teſtium depoſitiones ſuper articulis concordent cum confinibus in dicto mandato de immittendo enunciatis. Cum enim ſuper interrogatoriis diverſos omninò confines retulerint, conſequens eſt, quod ſtari nequeat
3 eorum dicto ſuper articulis: ſed in concurſu depoſitiones ſuper interrogatoriis emiſſæ velant præferendæ; *Rot.coram Seraph.dec.173. num.9., apud Poſth. de manut. dec.488. n.4. & dec.*

& dec.498. num.9. , *& dec.381. n.14. par.9.*, *& dec.430. num.4. part.18. recent.*

Quoad Hortum, ad cujus retentionem obtinendam, & reſpectivè redditionem rationis evitandam, iterum allegabatur fideicommiſſum Mariani Senioris; DD. tranſierunt cum firmatis in præterita deciſione ; quod
4 nemque deficiat identitatis probatio, cum
Hortus fideicommiſſo ſuppoſitus cohæreret domui fideicommittentis, ac formam potius haberet viridarii, quam horti, ut eruitur *ex deciſionibus editis in Aſculana Fideicommiſſi coram R. P. D. meo Caprara*: ille verò,
5 de quo in præſenti agitur, ſit omnino ſeparatus a domo, & capacitatis quartarum quatuor: cujus quantitatis non erat viridarium; Quodque revera unus ſit ab altero diverſus, ad evidentiam probat facil circumſtantia in
6 præterita deciſione ponderata; quod ſcilicet in inventario bonorum Alcidis deſcriptus quidem fuit hortus, tanquam ab eo poſſeſſus, & ad eum pertinens (& hic eſt de quo petitiur ratio) non poterat autem eſſe ille fideicommiſſo Mariani ſubjectus, quia iſte ab Alcide non poſſidebatur, ſed nuper ſolum fuit ab hæredibus Tiburtii Milliani poſſeſſoribus titulo fideicommiſſi vindicatus. Addito etiam, quod fideicommiſſum particulare d. Mariani ſenioris purificatum fuit, nedum favore Laurentii, ſed etiam Oliverii Pariſani, & ad utriuſque favorem prodiit ſub die 5. Decembris 1691. coram R.P.D. meo Caprara: & nihilominus hortus controverſus ab anno 1680., quo Alcides obiit, uſque in præſens poſſeſſus fuit, & adhuc poſſidetur à ſolo Laurentio abſque alterius conſortio.

Rurſus (& hoc omnem tollit difficultatem) ipſemet Laurentius hortum, de quo agitur, tamquam hæreditarium Alcidis in inventario deſcripſit, ejuſque poſſeſſionem hæreditario nomine apprehendit, ut conſtat ex ejuſdem Laurentii *Summ. num.9.*; quocirca perperam hodie impugnatur, quod ab Alcide prove-
7 nerit: cum propria confeſſio huic impugnationi adverſetur; vulgata *l.cum te C. de tranſact.*

Atque hinc non relevat objectum deſumptum ex depoſitionibus nonnullorum teſtium extrajudicialiter examinatorum de anno 1646., aſſerentium Marianum ſeniorem non poſſediſſe aliud viridarium, ſeu hortum præter illud delle Cannarinæ, de quo in præſenti diſputatur, Omiſſo enim, an dicti
8 teſtes fidem mereantur, dum depoſuerunt de re antiquiſſima poſt lapſum annorum 68., quot interceſſerant à die obitus Mariani, ſequuti anno 1658., uſque ad diem depoſi-
9 tionis; itaut inveriſimilis eſſet memoria, dum in factis alienis poſt lapſum decenni oblivio præſumitur; ex traditis per *Rota deciſ.289. num.8.*, *& 22. part 17 rec.*, ceſſat difficultas, ex quo ipſimet Teſtes deponunt, Marianum poſſediſſe domum in quarterio S.Venantii, cui viridarium annexum reperitur: quod ſat eſt, ut probata dicatur poſſeſſio utriuſque horti, alterius nempe cum domo connexi, & alterius ſeparati; quodque ille domui annexus, tanquam ſuppoſitus particulari fideicommiſſo, reputari non debeat hæreditarius Alcidis: prout è contra talis reputandus eſt alter ſub fideicommiſſo non cadens.

Reſpectu fructuum per Laurentium perceptorum ex bonis hæreditariis ab anno 1687. DD. tranſierunt cum *deciſione præterita in §.Similiter*.

Prout illam quoque approbarunt favore Laurentii, quoad fructus de tempore obitus in Alcidis hæreditate repertos; cum potue-
10 rit hæres, non urgentibus creditoribus, illos erogare in ſatisfactionem legatorum, quæ teſtator ordinaverat; ut in *dicta deciſione §.Quin adverſaretur cum ſeqq.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Ven. 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris deciſ.123.

SUMMARIUM.

1 *Decretum tranſivit in judicatum, cum poſt lapſum biennii cauſam ſuccumbens proſequutus non fuit.*

2 *Hæres qui rationem non reddit de bonis hæreditariis, tenetur de proprio ſolvere auctoris debita.*

DECISIO CXLVIII.

MAndatum ab A. C. relaxatum contra bona propria Marchioniſſæ Juliæ, favore Sacriſtiæ Sancti Silveſtri exequutioni demandandum eſſe reſolutum fuerat ſub die 3. Junii 1697. coram R. P. D. meo Anſaldo; verum quia poſt commiſſam mihi appellationis cauſam, cum clauſula *alteri qui ad legitimam*, neglexerit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare, ac fatalium prorogationem obtinere, fuit id circo in Audientia 22. Januarii præteriti coram me, ſub congruo dubio reſponſum: *conſtare de re judicata*: conceſſaque nova Audientia cum nihil hodie fuerit ex parte Marchioniſſæ ſuper hoc dubio deductum; ſed ſolum, ſub alio contemporaneè propoſito, iterum petita electio perito; Domini propterea, ex iiſdem rationibus in præterita deciſione deductis, ſteterunt *in deciſis*.

Suppoſito enim, prout erat extra contro-
1 verſiam, quod nedum annum, ſed integrum biennium elapſum fuerit, abſque eo quod Marchioniſſa quidquam egerit ad cauſæ proſecutionem; negari non poteſt, quin Rotale decretum ſuper exequutione mandati tranſierit in judicatum: dum de cætero illius juſtitia ſatis appareat; eo ipſo, quod hæres de
2 bonis hæreditariis rationem non reddit: & per

per conſequens tenetur de propriis ad ſolutionem æris alieni ab ejus authore debiti; ut ſatis probat præcedens deciſio, cum qua Domini tranſierunt Altera &c.

ROMANA CENSUS SUPER ELECTIONE PERITI.

Ven. 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec.124., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *In inventario fieri debet exacta deſcriptio mobilium, ſtabilium, & nominum debitorum.*

2 *Peritus fruſtrà eligitur pro facienda redditione rationis, deficiente valido, & legitimo inventario.*

3 *Hæres ſciens adeſſe creditores anteriores ad horum favorem tenetur in bonis propriis, ſi ſolvat poſterioribus.*

4 *Jactare ſuum nemo præſumitur.*

5 *Hæres in fine litis volens reddere rationem, ad quam fuerat pluries provocatus, non auditur; ne cauſa in longum protrahatur.*

DECISIO CXLIX.

PRò fructibus cenſus debiti ab hæreditate Saciar. me. Cardinalis de Maximis egit Sacriſtia S. Silveſtri ad Quirinalem coram A.C. contra Marchioniſſam Juliam hæredem Fabii patris, qui præfati Cardinalis hæres extiterat, & mandatum una cum exequatur contra bona propria, ob non exhibitum inventarium, neque redditam rationem, obtinuit: cujus exequutionem in gradu appellationis decrevit hoc Sac. Tribunal *ſub die 3. Junii* 1697. *coram R.P.D. meo Anſaldo*. Commiſſa mihi verò per Signaturam Juſtitiæ ulterioris appellationis cauſa cum clauſula *Alteri qui ad legitimam*; negle xit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare; quo circa, lapſis fatalibus, & impetrata ex parte Sacriſtiæ altera commiſſione præfixionis termini, propoſui ad hujus inſtantiam ſub die 22. Januarii præteriti conſuetum dubium *An conſtaret de re judicata*, & è converſo ad inſtantiam Marchioniſſæ alterum *An eſſet locus electioni periti ad effectum reddendi rationem de bonis hæreditariis dicti Cardinalis*; quorum inventarium à Fabio confectum eadem Marchioniſſa tandem exhibuerat: cumque Domini minus legale crediderint præfatum inventarium; denegarunt electionem periti tanquam ſuperfluam, & in alio dubio reſponderunt *conſtare de re judicata*; ut ex deciſionibus dicta die coram me editis: quarum fundamenta, cum adhuc ſubſiſtere viſa fuerint in hodierna audientia confirmationem obtinuerunt.

Et ſanè quoad electionem periti, de qua unicè hic agendum venit, illa ſuperflua videbatur. Inventarium namque continet ſolum mobilia, cum tamen certum ſit, quod ſtabilia quoque in hæreditate reperirentur; & licet iſta dicantur per Marchioniſſam tradita in ſolutum Marchioni Fabritio ejuſdem Cardinalis creditori; tamen hoc non tollit, quin Fabius Marchioniſſæ pater ab initio in confectione inventarii defecerit, dum ad illius

1 validitatem, exactam, & rigoroſam deſcriptionem, nedum mobilium, ac ſtabilium, ſed immo etiam nominum debitorum requiri aliàs firmavit *Rota in Romana Inventarii 2. Junii* 1698. §. *Viſa etiam coram me*.

Immo hæc ipſa in ſolutum datio ad oculum oſtendit, ſuperfluam eſſe periti electio-

2 nem, ac reſpective redditionem rationis, quæ coram ipſo fieri proponitur: dum eo ipſo quod Marchioniſſa bona ſtabilia diſtraxit, & quidem pro creditis poſterioribus, non poterit, quamvis rationem reddat; exe-

3 quutionem evitare ſuper bonis propriis; dum ſciens exiare ſacriſtiam creditricem anteriorem gratificari voluit ſocero poſteriori, ut probat *præterita deciſio §. finali*, & præter ibi adductos, *Roland. de Inventar. quæſt. 153. num. 2., Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 2 n. 146., Rot. coram Ludoviſ dec 447. num. primo, & in rec. dec. 48. num 7., & 8 part. 2.*

Neque hujus motivi efficaciam elidit reſponſio, quod bona in ſolutum data non provenirent à Cardinali, de cujus hæreditate agitur. Hoc enim in facto probatum non fuit, prout facere poterat Marchioniſſa, oſtendendo ad quem dicta bona pertinerent, antequam ad ipſam delata fuiſſent. Et licet in ipſo inſtrumento dationis in ſolutum aſſeratur, quod contrahentes tradiderunt notario quamplura folia ſignata per litteras, in quibus adnotata dicebatur Cardinalis debita, & venditiones non nullorum mobilium ad illius hæreditatem ſpectantium: attamen de hiſce foliis, tametſi perquiſitis, notitia haberi non potuit; adeout ignoretur, quot, & quanta bona hæreditaria Cardinalis vendita fuerint, quænam remanſerint, ac demum qualia ſint ea, quæ in datione in ſolutum fuerunt comprehenſa.

Hoc tamen certum eſt, quod Fabritius bonorum aſſignatarius, intuitu prælatæ dationis in ſolutum, aſſumpſit in ſe onus perſolvendi debita hæreditaria Cardinalis; ut conſtitit ex *Sum reſponſionis ſacriſtiæ n. unico*: 2

ideoque perneceſſe dici debet, Cardinalis bona in ipſum tranſiiſſe: nàm aliàs mediante

4 hac obligatione proprium jactaſſe diceretur, contra regulam *Text. in l. Cùm de Indebito ff. de Probat.*

Facilius in hanc ſententiam venerunt DD., quia conſtitit, quod, uſque ab initio introducti judicii ſuper ſolutione fructuum cenſus, de quibus agitur, Marchioniſſa interpellata fuit ad reddendam rationem, quam tamen ſemper diſtulit, ſolumque hodie in tertia inſtantia illam exhibet: adeout non levis oria-

5 tur ſuſpicio, quod hujuſmodi exceptio ad ſolum effectum protrahendi ſolutionem debiti proponatur; ut præter adductos *in præceden-*

cedenti dec. §. *Atque ex his*, benè probat *Hodiern. ad Surd. dec. 332. num. 5.*, & 6.

Et ita utraque &c.

CALAGURITANA BENEFICII.

Lunæ 21. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Oritur ex Summario.

In hac cauſa adſunt ſuperiores dec. 24., & 74. & 105. & 112.

SUMMARIO.

1 *Beneficii portionem habenti, vigente conſuetudine, jure quaſi conſolidationis, adjudicanda erit altera portio vacans ejuſdem beneficii.*

2 *Sive unica, ſive cæteræ portiones omnes beneficii vacaverint, abſque nova collatione eidem ſunt adjudicandæ.*

DECISIO CL.

INtroducta inter Franciſcum, & Martinum judiciali controverſia ſuper adjudicatione quarti beneficii parochialis eccleſiæ de Villoslada; licet ſacra Rota ſub die 2. Decembris 1697. illam deberi Martino reſpondiſſet, nihilominus in audientia diei 16. Februarii 1699., ex facti circumſtantiis meliùs dilucidatis, recedendo à deciſis adjudicationem favore Franciſci decrevit, ac ſucceſſivè expeditionem cauſæ demandavit. Quia verò hujuſmodi lite pendente ſuper dicta quarta parte beneficii, cæteræ quoque illius portiones vacaverant, eaſque Martinus poſſeſſor, quamvis illegitimus, & intruſus, optaverat juxta conſuetudinem in Calaguritana diœceſi vigentem; orta proinde fuit in actu expeditionis cauſæ difficultas, an adjudicatio, ut ſupra favore Franciſci decreta, quartam dumtaxat partem, de qua in principio judicii agebatur, vel potiùs integrum beneficium pendente lite optatum comprehenderet: quo circa dilata expeditione, ad inſtantiam dicti Franciſci DD. conſului; *an adjudicatio conceſſa, ſit expedienda ſuper integro beneficio*, & reſponſum habui *affirmativum* pro informante.

Viget namque in Calaguritana diœceſi
1 conſuetudo, quod poſſidens ratam, ſeu portionem alicujus beneficii, quoties alteram portionem vacare contingat, illam per viam optionis, & quaſi jure conſolidationis aſſequatur: idque toties fiat, quouſque integrum, deferatur ad unum titularem; ut deponunt teſtes relati in *Summ. Franciſci num. unico*; talemque conſuetudinem, utpotè rationabilem pluries approbavit noſtrum Tribunal; ut videre eſt *coram Buratt. dec. 195.*, *coram Merlino dec. 100. utrobique num. 1.*, & *in rec. dec. 791. n. 6. & 7. par. 18.*

Sicut autem quarta portio beneficii, quæ ab initio vacaverat, juxta poſtremam hujus ſacri Auditorii reſolutionem, debita erat Franciſco: adeout iſte ſit reputandus legiti-
2 mus titularis; ita cæteræ portiones, quæ hoc medio tempore vacarunt, abſque nova collatione ſtatim delatæ fuerunt ad ipſum Franciſcum, tanquam titulo annexæ, ac ab eo dependentes; ut in præciſis terminis ad caſum noſtrum reſpondit *Rot. coram Priol. de. 226. per totam*.

Et ita, Franciſco ſolum audito, Martino verò licet pluries monito, & non comparente, reſponſum fuit &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Lunæ 21 Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 132. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Debitum teſtatoris ejus urgente præcepto cum hæreditatis fructibus compenſatum cenſetur.*

2 *Teſtatoris voluntatem implere non tenetur, qui illius hæreditatem noluit adire, nec in ea ſe immiſcuit.*

3 *Cenſum exiſtere demonſtrat ſucceſſiva fructuum exactio, & ſolutio reſpectivè.*

4 *Compenſatio in cenſibus fieri nequit, ſine poſitiva declaratione debitoris.*

5 *Tranſactio cenſetur inita ſuper iis, quæ ſub lite vertebant, non autem ſuper non controverſis.*

6 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*

7 *Compenſare non debet qui ſolvere non tenetur.*

8 *Evictionis actio quem tenet eundem agentem repellit exceptio.*

9 *Compenſatio neceſſaria proveniens ex juſſu teſtatoris extinguendi credita cum fructibus hæreditatis, in hærede ejuſdem creditore fit abſque hominis operatione.*

10 *Factum relevationis conventum inter ſubſtitutos locum habet in caſu veræ ſolutionis ab eiſdem faciendæ, non verò in illo neceſſariæ compenſationis.*

11 *Fideicommiſſarius ex propria perſona vocatus non tenetur ad emendationem damni, quod contingit ex facto, & gravatorum neglientia.*

DECISIO CLI.

AUditis iterum creditoribus R. P. D. Horatii, Domini cenſuerunt ſtandum eſſe *in deciſis*. Licet enim præter Injuſtitiam, hodie allegaretur etiam nullitas mandati per Fratres de Albertinis obtenti, neutra tamen viſa fuit attendenda,

Non quidem nullitas deducta ex eo, quod aſſociatio conceſſa fuerit, nedum pro fructibus duorum cenſuum ſcut. 500. pro quolibet à Paulo translativè acquiſitorum; verum etiam alterius in ſorte ſcutorum 600. ab eodem Paulo extincti, qui fructus patere non poterat. Objectum namque ceſſat ex lectura mandati, in quo dd. fratribus conceditur aſſo-

aſſociatio, *quouſque* (ſunt verba mandati)
ex fructibus dicti caſalis &c. fuerint integrè
ſatisfacti de ſcutis 2175. *pro fructibus* 29. *an-*
norum dd. duorum cenſuum, in ſorte ſcuto-
rum 400. *pro quolibet &c.; nec non de aliis*
ſcutis 600. *pro ſorte principali dicti alterius*
cenſus, ut ſupra extincti per dictum bo. me.
Paulum: -- ex quibus patet cenſum ſcuto-
rum 600., cujus extinctio ſequuta fuerat;
contradiſtinctum fuiſſe à duobus aliis tran-
slativè acquiſitis; & iſtorum reſpectu peti-
tos fuiſſe fructus, illius verò capitale.

Minorem animadverſionem meruit Inju-
ſtitia: ad quam ſuadendam fruſtra repeteba-
tur, quod Cæſar fideicommittens Paulo hæ-
redi, aliiſque ſucceſſivè vocatis demandaſ-
ſet, ut hæreditaria debita ex fructibus per-
1 ſolverentur; adeoque vigore hujuſmodi præ-
cepti præfati cenſus ab hæreditate fideicom-
mittentis debiti, compenſati, ſeu potius
extincti fuerint cum fructibus ab illa per-
ceptis.

Recurrit enim alias adducta reſponſio,
quod Paulus vita durante nullatenus prælatæ
2 hæreditati ſe immiſcuit; ac proinde ad ejuſ-
dem teſtamentariæ diſpoſitionis implemen-
tum non tenebatur, ut præter authoritates
cumulatas in *præcedenti deciſione § Abſq; eo*
quod, probat *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1.
*cap.*37. *num.*14.

Quod ſi cenſus præfati, vivente Paulo,
extincti non fuerunt, nec etiam eo defuncto
potuerunt extingui per Tiberium, & Jaco-
bum in dicto fideicommiſſo ſucceſſores; quo-
niam cum ipſi ab eodem Paulo ſuper pro-
pria hæreditate gravati fuerint novo fidei-
commiſſo, filios etiam fœminarum, quales
ſunt hodierni actores, comprehendente; non
poterant eoſdem cenſus ad Paulum ſpectan-
tes minuatim ex perceptione fructuum bo-
norum Cæſaris extinguere, in præjudicium
aliorum ad hoc fideicommiſſum vocatorum.
3 Et de facto cenſus extinctos non fuiſſe de-
monſtrat ſucceſſiva fructuum exactio per
eos facta; *Summ. fratrum de Alberinis dato*
*in præterita propoſitione num.*11.: quod pro
excluſione compenſationis in cenſu notat
Duard. de cenſ §. 5. *qu.* 36. *ſub num.* 4. *poſt*
med. verſic. immo in dubium, *& Rot. poſt*
*Cenc. eodem tract. dec.*247. *num.*4., *& coram*
*Merlin. dec.*822. *num.*6. 7. *&* 11.

Iſta verò compenſatio, ſeu extinctio, quæ
ex præmiſſis effectum ſortiri non potuit me-
diante fructuum perceptione; multò minus
dici poteſt ſequuta ex impoſitione alterius
cenſus, per eundem Paulum deinde facta
favore hæreditatis dicti Cæſaris in ſumma
ſcutorum 2650. Siquidem occurit eadem reſ-
ponſio *præteritæ deciſionis in §. Minus ad-*
mittenda; quod, deficiente declaratione de-
4 bitoris, compenſatio in cenſibus de ſui natura
irrepetibilibus, nunquam de jure indu-
catur.

Excluſa ex præmiſſis compenſatione, ſeu
potius vera controverſorum cenſuum extin-
ctione, facilius evitabatur præſumpta illo-
rum ſatisfactio, ex quo in tranſactione, an-
no 1632. celebrata inter præfatos Tiberium,
& Jacobum, ac filios Joannis Baptiſtæ poſt
eorum obitum ſuſtitutos ad Cæſaris fidei-
commiſſum; nulla fuerit habita mentio con-
troverſorum cenſuum: ſolumque actum fue-
rit de alio cenſu in ſorte ſcutorum 2000.,
quem Paulus acquiſiverat à confraternitate
Conſolationis contra Cæſarem, & pro illo
ſibi reſervavit facultatem obtinendi releva-
tionem contra bona hæreditaria ipſius Cæſa-
ris fideicommittentis. Argumentum quippe
non procedit in præſenti ob rationis diver-
ſitatem. Eatenus enim ſpecialis mentio facta
fuit de dicto cenſu ſcutorum 2000; quatenus
ille fuerat extinctus cum pecuniis redactis
ex venditione bonorum dicto Cæſaris fidei-
5 commiſſo ſubiectorum; & ſuper quibus
reſpectivè lis agitabatur: unde non mirum
ſi tranſigentes de dicto cenſu meminerunt.
Hujuſmodi autem mentio neceſſaria non
erat quoad cenſus, de quibus agitur; ſuper
quibus, utpote adhuc vigentibus, nulla
vertebat lis: nec ulla per conſequens ſuper
eis cadebat tranſactio; ad *Text. in l. Præſes*
Provinciæ 12. *C. de tranſact.*, cum aliis rela-
tis *in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis* 10.
Decembris 1698. §. *Nulla autem cor. R.P.D.*
meo Anſaldo.

Iſtaque veritas manifeſtè comprobatur ex
ejuſdem tranſactionis contextu. In illa
enim tribuitur Tiberio, & Jacobo filiis
Pauli facultas diſponendi ad eorum libitum
de omnibus bonis hæreditariis Cæſaris, ex-
cepto caſali nuncupat. *Campo di Merlo*, ac
domo ad Vallem; & quod plus eſt declara-
tur, eoſdem fratres uti, ac frui poſſe omni-
bus redditibus ad eorum beneplacitum,
abſque eo quod teneantur ad aliquod æs alie-
num ejuſdem hæreditatis, nec ſortes princi-
pales, nec fructus decurſos (ſunt verba tran-
ſactionis) *hodierno Summ. dd. fratrum de*
Alberinis num. unico: ex quibus verbis ma-
nifeſtè reſultat, quod cenſus uſque ad an-
num 1632., quo fuit inita tranſactio; revera
extincti non fuerant: dum ſupponitur extare
ſortes principales; abinde citra verò, nec
potuerunt extingui cum fructibus bonorum
favore ipſorum fratrum relaxatis; dum illi
juxta præfatam diſpoſitionem ad eos liberè
pertinebant: neque potuerunt compenſari
cum dicto cenſu ſcutorum 2650.: quia, eo
ipſo quod non tenebantur ad ſolutionem ali-
cuius æris alieni dicti Cæſaris; non poterant
6 perconſequens obligari ad compenſandum:
cum compenſatio ſit quædam ſpecies ſolu-
7 tionis, & quoties illa non debetur, neque
debita eſt compenſatio, optimè *Cenc. de*
Cenſ. qu. 88. *num.* 6. *verſ. contrarium*, *Ro-*
*deric. de ann reddit. lib.*2. *qu.*18. *à n.* 9. *ad* 16.

Hæc omnia fortiùs procedunt, attento
ſubſequenti pacto ejuſdem tranſactionis:
quod in caſu, quo Tiberius, & Jacobus co-
gerentur ad ſolutionem alicuius debiti hæ-
reditarii dicti Cæſaris, poſſent ſe revalere
contra eandem hæreditatem, nempè contra
caſa-

reſpicit capitale cenſus ſcut. 2500. à Duce
Petro Farneſio debiti dicto Duci Joanni; ſte-
tit in eo, quod non probatur dictum capitale
controverſi cenſus fuiſſe à Duciſſa Camilla
Virginia exactum; ideoque Princeps ad fi-
1 deicommiſſum vocatus nil ab illius hæredi-
tate conſequi valet, dum non probat exa-
ctionem, nec dolum, aut latam culpam in
non exigendo, ad *text. in l. deducta* 58. §.
Cùm hareditas ff. ad Trebell., *Bertaz. conſ.*
*civil.*58. *ſub n.*45., *verſ. & propterea*, *& n.*
46., *Cancer. variar. reſol. p.*1. *cap.*2. *n.*138.,
*Rota coram Millin. dec.*309. *ſub n.*4., *verſ. &*
nihilominus, *cor. Bich. dec.* 330. *n.*1., cum
aliis adductis in *præterita deciſione* 14. *De-*
cembris 1699. §. *Nec quarta cor. me*, & priùs
dictum fuerat *in Romana redditionis rationis*
26. *Junii* 1693. §. *Quia quidquid cor. bo. me.*
Benincaſa.

Nec hujuſmodi neceſſaria exactionis pro-
batio deſumi poſſe videbatur ex ſolutione
per dictum Ducem Farneſium facta præfatæ
Duciſſæ in ſumma ſcut. 69675. Cùm enim or-
dines directi ſac. Monti Pietatis, quibus me-
diantibus fuit facta ſolutio; contineant ex-
preſſam cauſam redemptionis nonnullorum
cenſuum ab iſto debitorum, ac illorum fru-
ctuum, aſſecurationis dotis, ac lucri, & de-
mùm ſolutionis pretii plurium ſtabilium, quæ
ipſe Dux Farneſius acquiſierat; ut ex *ſum.*
Principis Sabelli dato in antecedenti diſpu-
2 *tatione n.*6.; jamindè patet, ſolutionem re-
ferri non poſſe in aliam cauſam diverſam ab
ea, quæ in actu ſolutionis legitur explicata;
per *tex. in l.*1. *in princ.*, *& l. credita* 102.
§. *Cui de ſorte ff. de ſolut.*, *Rot. cor. Gre-*
*gor. dec.*166. *n.*4., *coram Cavaler. deciſ.* 165.
*n.*2. *&* 3., *cor. Merlin. dec.*741. *n.*7., *& coram*
*Pamphil. dec.*72. *n.*7.

Sicut autem deficit exactionis probatio;
ita nec docetur de dolo, aut lata culpa Du-
ciſſæ in non exigendo. Quatenùs enim iſta
3 deducitur ex ſuppoſito, quod convocato ſu-
per bonis debitoris concurſu, factus fuiſſet
locus repetitioni ſortis, & fructuum; non aſſi-
ſtit: dum tantùm abeſt, ut probetur univer-
4 ſalis creditorum concurſus; qualis ad hunc
effectum requiritur, ex firmatis per *Rotam*
in Firmana Cenſuum 31. *Decembris* 1693.
§. *Nec dicatur cor. R.P.D. meo Priolo*; ubi
5 concordantes; quin potiùs iſte omninò ex-
cludatur ex præfatis ordinibus, quos ab ipſo-
met Duce Farneſio directos fuiſſe ſac. Monti
Pietatis conſtat ex *dicto ſum. Principis præ-*
*cedentis propoſitionis n.*6. Et tamen ſi reverâ
creditorum concurſus præextitiſſet; ſolutio-
6 nes non à debitore, ſed à Judice fuiſſent de-
mandatæ; ut eſt notoria praxis, & animad-
vertit *Rot. cor. Merlin.*, *imò Coccin. d. dec.*
1388. *n.*12.

Et ſanè admodùm inveriſimilis redditur
objecta negligentia: dum conſtat, Duciſſam
7 omnem lapidem moviſſe, ut de ſuis creditis
ſatisfieret; ac de facto ab ipſiſmet debitoribus
exegiſſet notabilem ſummam ſcut. 69675.;
adeout ſi aliud non exegit, adſcribendum
non ſit negligentiæ creditricis, ſed inopiæ
debitoris; ut ponderat *dicta præcedens deci-*
ſio cor. me. §. *Nec quartam in fine.*

Cæterùm hæc omnia clariora redduntur
ex dilemmate; quod nempe, aut reverà con-
curſus in bonis debitoris fuerat effectuatus,
8 vel non: ſi concurſus non aderat (prout veriùs
videtur) & Duciſſa notari nequit de ulla culpa
in non exigendo: dum ſors cenſus de ſui na-
tura erat irrepetibilis; *Rot. apud Cene. dec.*
182. *in fin.*, *& dec.*289. *n.*4., *cor. Cer. dec.*157.
eod. num., & meliùs *cor. Merlin. dec.*436. *n.*5.
& 6., *& n.*32.; aut aderat (ut ſibi ſupponunt
ſcribentes pro Principe): & iſto caſu cum
9 pecuniæ aliis creditoribus aliter ſolvi non
potuerint, quam cum cautione de reſtituen-
do prioribus, & potioribus, juxta reforma-
tionem ſa. me. Pauli V. *de judic.*, *& cauſ.*
civil. §. 11., *verſ. cauſæ diſcuſſion.*, de qua
plenè in *Romana cenſuum* 2. *Maii* 1692. §. *Ex*
prædicta coram clar. me. Card. Caccia; & à
10 non facta exactione nullum fuit irrogatum
11 præjudicium Principi; qui actionem dirige-
re valet contra pecunias à creditoribus, cùm
tali vinculo, exactas; quæ habentur, ac ſi ex-
tarent; *Rot. cor. Celſ. dec.*206. *n.*2., *in rec. dec.*
130. *n.*4 *p.*16., cum aliis in *Romana immiſ-*
ſionis 26. *Junii* 1697. §. *Idque in fine coram*
me.

Et ita, utraque &c.

CIVITATIS CASTELLI PECUNIARIA,

Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Legatum quando dicatur pium ad hoc ut Reve-
rendæ Fabricæ ſuper eos intrent facultates,
ſeu potiùs profanum; & an, & quando à diſ-
ponentis intentione, & cauſa expreſſa, ſeu
potiùs illius qualitate, & ipſo opere ſit hoc
deſumendum.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio per longum tempus non proſequu-*
ta habetur pro non interpoſita: & hinc ori-
tur res judicata.
2 *Juſtitia ſententiæ viam claudit reſtitutioni*
in integrum.
3 *Reverenda Fabrica limitatas habet facultates*
ſuper verè piis legatis: & quænam iſta ſint
enumerantur.
4 *Legata ſuper quibus reverenda fabrica fa-*
cultates habet, intuitu pietatis debent eſſe
relicta.
5 *Legatum non relictum ob amorem Dei, &*
pietatis cauſa, ſed in cauſam prophanam,
non eſt comprehenſum ſub facultatibus re-
verendæ fabricæ.
6 *Cauſa in proœmio expreſſa eſt unica, & fina-*
lis.
7 *A qua regulatur, & interpretationem ſumit*
totà diſpoſitio.
8 *Legatum, in cujus diſpoſitionis proœmio reſ-*
picitur

picitur cauſa prophana, pium non eſt, ſed prophanum, & n. 10.

9 *Præſertim ſi geminatè legans cauſam prophanam, proprii ſcilicet nominis bonorificentiam, expreſſit, ſtrictèque demandavit.*

11 *Legatum relictum pro ſuſtensamento equitum, qui profitendo, in caravanis conſequi valeant commendas, bonores, & dignitates, eſt ex prophana cauſa factum, ideoque prophanum.*

12 *Homines utplurimum ex gloria, caducoque ſplendore ad diſponendum inducuntur.*

13 *Legati quando cauſa finalis eſt bonor, & caducus ſplendor, admitti nequit alia pietatis non cogitata, nec expreſſa.*

14 *Legatum, ut cognoſcatur an ſit pium, vel non, attendi debet cauſa à teſtatore expreſſa, & finalis: non autem tacita, & conjectura.*

15 *Tacito plus tribui nequit, quàm expreſſo.*

16 *Cauſa expreſſa in legato facto ad hoc ut ſplendidè ſe tractent legatarii, eoque tanquam de libera donatione perfruantur; licèt ſit directum equitibus religioſis, non præſefert cauſam piam, ſed ſutilem gloriam mundanam.*

17 *Clauſula* -- nec allàs, nec allo modo -- *eſt reſolutiva, & operatur, ut diſpoſitio ſub præmiſſis tantum modò, & formis ſit intelligenda.*

18 *Cauſa pietatis requiſita, ad hoc ut babeant locum privilegia revendæ fabricæ, non eſt neceſſaria quod deducatur ab intentione, quæ reſpiciat meritum actus erga* Deum: *ſed ſufficit deſumi ex cauſa, per quam fuit legatum, & ab ipſo opere in ſe continente pietatis argumentum.*

19 *Legatum de per ſe pium dicitur abſque legantis intentione, cùm Eccleſiæ Catbolicæ utilitatem reſpicit.*

20 *Eccleſiæ Catbolicæ utilitas reſultat ex inſtituto religionis pugnandi contra infideles, & Sedem Apoſtolicam defendendi.*

21 *Declarantur ſuperiores concluſiones* num. 18. & 19. *procedere, ſi legatum directè factum fuiſſet ad opus pium faciendum; ſecus tamen cùm cauſa finalis, per quam fuit relictum eſt prophana.*

22 *Et quando, quamvis religioſis factum, non intuitu religionis, & ordinis, ſed præcisè ad gratificandum determinatæ perſonæ religioſæ, cum verbis pietatis intellectum excludensibus, fuit relictum.*

23 *Legatum dici nequit pium præter intentionem legantis.*

24 *Intentio diſponentis ex cauſa finali dignoſcitur.*

25 *Legati natura ut diſtinguatur; magis legati cauſa, quam legatarii perſona venit inſpicienda.*

26 *Legatum uſusfructus factum filio monacho ſub condisione, quod non acquiratur monaſterio non eſt pium.*

27 *Eleæmoſinæ onus appoſitum in conſilium, onus non importat.*

28 *Legatum ad hoc ut pium dici debeat, requiritur, quod opera pietatis afficiant majorem illius partem, & non ſufficit ſi modicam ejuſdem tantùm partem reſpiciant.*

DECISIO CXLIII.

OCtavius de Noſtris in codicillis, ſub quorum diſpoſitione deceſſit; voluit præ cæteris, quod hæres ab eo inſtitutus, aliique protempore in ejus hæreditate ſucceſſuri, tenerentur ſingulis annis ex redditibus hæreditariis perſolvere Dominico de Roys ejus nepoti, ac Franciſco Berlolo, & Pompeo Longino pronepotibus ſcuta centum, inter ipſos æqualiter dividenda; nec non ſimilem ſummam annuatim in æde ſacra deponerent ſolvendam nobili civi Tiphernati per hæredem nominando ex familiis ab ipſo Codicillante deſignandis: poſtquam tamen ſacræ religionis Hieroſolymitanæ, vel ſancti Stephani habitum aſſumpſerit: eiuſdemque civis beneficio accreſcere juſſit quantitatem; ut ſupra nepoti, ac pronepotibus legatam: onere tamen injuncto aſſumendi cognomen, ac ſtegma de Noſtris: eiſque ſimpliciter, & abſque mixtura utendi. Nominavit deindè familias, & prævidens caſum, quo in illis perſona capax non extaret, vel nollet adjectas conditiones adimplere; liberam nominationem cujuſcumque familiæ, tam dictæ civitatis, quàm exteræ, hæredis arbitrio commiſit: jubens tantùm, quatenùs nominatus extraneus foret; domum ab eo in dicta civitate aperiri, & acquiri civilitatem.

Nemo unquam ex deſignatis familiis à longo citra tempore comparuit, qui legatum cum præfatis oneribus acceptaverit: quo circa Commiſſarius reverendæ Fabricæ putans annuas præſtationes in præteritum decurſas ad ipſam Fabricam ſpectare; uſque de anno 1682., ejus favore, mandatum relaxavit contra Gaſparem hæreditatis prædictæ poſſeſſorem: quod licèt exequi juſſerit in gradu appellationis R.P.D. Severolus ejuſdem fabricæ Judex; revocavit tamen in tertia Inſtantia Auditor Cameræ, cui à ſacra Congregatione cauſa fuerat delegata; declarando ulteriùs per ſententiam, nullum jus in dicto legato reverendæ Fabricæ competiiſſe. Cùmque poſt interpoſitam ab hoc poſtremo judicato appellationem, eamque bo. me. Urſino commiſſam; Fabricæ miniſtri quinquennii ſpatio nil ultra egerint; ideò ego in locum dicti bo. me. Urſini ſubrogatus exquiſivi hodie à Dominis -- *An conſtaret de re judicata*, & reſponſum habui *affirmativum.*

Reſolutionis ratio ea fuit: quod poſt obtentam commiſſionem, illamque in actis judicialiter exhibitam, Fabrica perquinquen-
1 nium nihil egit; nec appellationem fuit proſequuta, & per conſequens inducta fuit res judicata, perindè acſi non fuiſſet provocatum, *Rota cor. Celſ. dec.* 181. *n.* 1., *cor. Bich. dec* 345. *pariter n* 1., *cor. Arguell dec.* 73 *n.*
2 8.; *& in rec. dec.* 629. *n.* 1. *p* 18. Accedente justitia quæ viam claudit reſtitutioni in inte-

grum adverſùs rem judicatam petitæ, *Abb. in cap. ex litteris de reſtit. in integrum, Rot. cor. Durano dec.18. n. 36., cor. Buratt. dec. 325. n.1. & ſeqq., & dicta dec.629. n.2. p.18. rec.*

Reſultat autem juſtitia ex eo, quod juxta
conſtitutiones Apoſtolicas reverenda Fabrica
limitatas habet facultates ſuper iis legatis,
3 quæ verè pia dicuntur, utpote relicta Eccle-
ſiia, vel piis locis, aut eccleſiaſticis perſonis,
cum onere celebrationis miſſarum, vel divi-
norum officiorum, eleemoſinarum erogatio-
ne, aut ſimilium; ut patet ex *Conſtitutioni-
bus ſan. me. Pii V. in ordine Bullarii la 96.
& 97. tom. 2.* Idque unanimiter declarant
Doctores omnes de Fabricæ facultatibus
agentes; aſſerendo, quod ad fundandam illius
4 intentionem, neceſſarium ſit probare lega-
tum intuitu pietatis fuiſſe relictum, & præ
cæteris *Rocc. reſponſ.77. n. 30. & 31. lib.1.,
Ricc. in prax. p 2. reſol.353. & reſolut.381.,
Novar. in ſumma Bullar. Comment. 56. per
tot. p 1., & Comment.67. à n.1. cum pluri-
bus ſeqq. p 2., Carol. Anton. de Luc. ad Franc.
dec.365. ſub n.2., verſ. probatio paupertatis,*
& dixit *Rot. cor. Cavaler. dec.212. ſub n.5.
& ſeqq.*

Tale profectò non videbatur iſtud, de
quo res eſt; non ſolùm quia relictum non le-
5 gitur, intuitu pietatis, & ob amorem Dei;
ſed etiam quia expreſsè in cauſam propha-
nam à ſe fieri declaravit codicillans median-
tibus verbis "Hò deliberato anche d'aggiun-
„ gere una particolar diſpoſizione &c. in
„ memoria di detto Signor Innocezo (hic
„ erat frater codicillantis) accloché in diver-
„ ſe perſone, e famigle ſi conſervi il ſuo, &
„ il mio nome, e cognome -- & paulo infra --
„ per maggior honorevolezza del noſtro no-
„ me, e cognome diſpongo come ſegue." Si
6 ergo cauſa in proœmio expreſſa unica dici-
tur, & finalis; ex firmatis per *Rot. cor. Bu-
ratt. dec.469. n.10.*; adeout ab ea regulari
7 debeat, ac interpretationem ſumere tota
diſpoſitio; ut ait eadem *Rot. cor Burat. dec.
774. n.11. & 12.*: utique in comperto eſt,
8 diſpoſitionem non fuiſſe directam ad finem
pietatis, ideoque legatum pium dici non
poſſe, *Cephal. conſ.216 n.23., dec. conſ. 120.
n.4., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.
115. n.9., Thomat tract. var. tom 3, tract.10.
de relict. ad pias cauſas cap.6. n.140., Marth.
de ſucceſſ. legal. p 4. q.18. artic.4. n.15. & 16.,
Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſtat. theorem.
104. n.21., Caſtil. contr. tom.4. cap.22. n.6.,
Ventrigh. in prax. Eccleſ. p.1. annot.28. §.1.
n.10., R.P.D. meus Anſald. de commerc., &
mercat. diſc.14. n.43., Rot. cor. Cavaler. dec.
877. n 6.*

Ipſamque finalem cauſam ſolius mundanæ
honorificentiæ jam ſatis in proœmio expoſi-
tam, pluries, atque pluries in diſpoſitiva re-
petiit codicillans; dum legati ſolutionem
demandavit ſub conditione quod nominatus
prius aſſumeret "il cognome, & arme della
„ famiglia de Noſtri: e l'uſi ſoli, e non in-
„ quartate, ne permiſte." & ſolo præcepto
non contentus voluit illius obſervantiam, ne-
dum ſub camerali obligatione, ſed, quod plus
eſt; ſub pœna infamiæ, ac malæ fidei promi-
ti: ibi "E che coſi ſi obblighi ſotto pena d'in-
„ famia, di mala fede, e con obligo camerale
„ prometta l'intiera reſtituzione ſempre che
„ contravenga, ancorche per una volta ſola
„ di farſi chiamare de Noſtri abſolutè." Hæc
autem geminatio cauſæ, proprii nominis ho-
norificentiam reſpicientis, efficaciùs præbet
argumentum, quod codicillans unicè ad il-
lam, non verò ad pietatem, reſpexerit; *Go-
zadin. conſ.30. n.1. & 3., Roland. à Vall. conſ.
99. n.58. lib.4., Rot. dec.398. n.4. par.15. rec.*

Et ſanè imperceptibile redditur, quod in
10 his circumſtantiis, legatum poſſit principa-
liter pium conſiderari; quando legatarius
contraveniens præcepto delationis armorum,
ac denominationis familiæ de Noſtris conſide-
ratur tanquam infamis, & in pœnam non ſerva-
tæ fidei ad reſtitutionem perceptorum ad-
ſtringitur.

Neque hujuſmodi prophanę cauſæ naturam
immutat declaratio per ipſum codicillantem
emiſſa; ibi "Con l'ajuto delli ſuddetti ſcudi
„ 200. annui, come ſopra, li cavalieri debbano
„ fare le caravane, e ſervire le loro religioni
„ conforme gl'iſtituti &c., per avanzarſi alle
„ commende alli gradi, all' honori, & all'
11 „ utili." Iſta namque verba magis in aperto
ponunt; quod codicillans hujuſce ſæculi glo-
riam contemplatus fuerit, & eatenùs equiti-
bus ſubſidium annuum legaverit; quatenùs
illi, eo mediante, potuiſſent majores hono-
res conſequi, ac utilia percipere; ut ſonat fi-
nis expreſſus ibi -- *per avanzarſi alle com-
mende, all' honori, & all' utili* --: & ſic ſem-
per augeri decor propriæ familiæ, cujus con-
ſervatio dictis equitibus injuncta erat. Quo-
circa cùm finalis & expreſſa cauſa legati alia
non ſit, quàm gloria, & caducus ſplendor:
12 quò ut plurimum homines ad diſponendum
13 impelluntur; admitti nequit alia pietatis
non cogitata, nec expreſſa, *Peregrin. conſ.67.
n 19. & 20. lib.5., Cyriac. controv.599. n.4. &
5., Rot. cor. Duran. dec 283. n.42. & ſeqq.;
coram Bich. dec.247. n.13. & 14*; & in pun-
cto, quod ad dignoſcendum; an legatum ſit
14 pium, nec ne, debeat attendi cauſa per te-
ſtatorem expreſſa, & finalis, non autem re-
15 curri ad conjecturas, vel cauſam tacitam,
ne plus tribuatur tacito, quàm expreſſo. pro-
bat *Marant. reſp.3. n.12. cum plur. ſeqq. p.1.,
Bottiglier d. Theorem. 104. ſub. n.21., verſ.
omnes, Bonden. tract. var. tit. de leg. piis
cap.4 n.51. & 52.*

At non ſolùm finalem legati cauſam pro-
phanam fuiſſe codicillans expreſſit; ſed im-
mò ulteriùs pietatis reſpectum à ſe non habi-
tum poſitivè declaravit. Poſtquam enim ma-
gnis Magiſtria equeſtris ordinis facultatem
ademit, hanc annuam præſtationem gravandi,
vel minuendi, rationem reddidit ſequenti-
bus verbis "Perche io non faccio queſta diſ-
„ poſizione ad intuito delli gran Maeſtri delle
„ religioni,

„ religioni ; ma per gratificar perſonalmen-
„ te queſti ſoggetti eletti da me , ò miei ere-
„ di : perche ricevuto l'abbito , godano di
„ queſt' ajuto di coſta &c., come di dona-
„ zione libera &c , per trattarſi bene, riſ-
„ plender magiormente , e con più decoro ,
„ e facilità far' acquiſto d'onori , commende,
„ & altri gradi. „ Nimis itaque repugnans
16 litteræ , ac expreſſo diſpoſitionis tenori eſ-
ſet interpretatio , quod legatum pium in
mente habitum fuerit ; dum dictiones illæ ,
-- *godano di queſt' ajuto di coſta* , *come di do-
nazione libera* -- aliæ -- *per trattarſi bene*,
riſplender magiormente &c., non pietatem ,
& honorem Dei , ſed vanam mundanamque
gloriam præſeferunt : ut patet legenti. For-
tiùs quia immediatè ſubdit -- *E coſi diſpongo*,
nec aliàs , *nec alio modo* -- quæ clauſula reſo-
17 lutiva operatur ; ut legatum ſub præmiſſo
dumtaxat modo, & forma relictum intelligi
debeat ; *Rot. cor. Manzaned. dec.596. n.4.*

Minorem animadverſionem meruit obje-
18 ctum , quod , ut locum habeant privilegia
Reverendæ Fabricæ, neceſſarium non ſit pie-
tatem deduci ex intentione; quæ reſpicit me-
ritum actus quoad Deum ; ſed ſufficiat illam
deſumi ex cauſa, in quam fuit legatum , & ex
ipſo opere continente in ſe pietatis augu-
19 mentum : quod de per ſe abſque ulla legan-
tis intentione pium dicitur , ac reſpicit Ec-
20 cleſiæ Catholicæ utililatem , reſultantem
ex inſtituto religionis pugnandi contra infi-
deles, & Sedem Apoſtolicam defendendi.
21 Objectum namque forſan procederet , ſi le-
gatum factum fuiſſet, ut nominatus equeſtrem
habitum aſſumeret : at ſecùs eſt quando , ut
hic, relictum legitur -- *per ajuto di coſta, per
magior honorevolezza &c.* ; adeout ſuppo-
nat nominatum, adveniente ſolutionis tempo-
22 re, jam equeſtri ordini adſcriptum reperiri.
Quodque magis urget: declaratum expreſsè
fuit; illud non fieri univerſalis religionis, aut
ordinis intuitu , ſed -- *per gratificare perſo-
nalmente queſti ſoggetti eletti da me* , *e miei
eredi* -- ; quæ verba ſubintellectam pietatis
23 rationem excludunt ; adeout legatum dici
nequeat pium , præter intentionem : quia
24 contraria intentio ex cauſa finali reſultans ;
25 ſuppoſitæ pietati reſiſtit : magiſque legati
cauſa , quam legatarii perſona inſpicienda
venit; ut ex *Bart.*, *Bald.*, *Felin.*, *&* *Dec.* pro-
bat *Rocc. d.reſp.77. n.30. lib.1.*, *Caſtren. conſ.
167. n.2. lib.2.*, *Staybau. jun. in obſerv. ad
reſolut.22 n.23.*, *Thomaſin. var. tract. tom.3.
d.tract.10. cap.6. n.141.*

Et in proximis terminis , quod legatum
26 uſusfructus factum filio monaco ſub condi-
tione ; quod non acquiratur monaſterio : non
dicatur pium , probat *Camarell. de legat. tit.
quæ legata ad pias cauſas n.11. §. quia verſ.
hinc fit.*

Nullius denique ponderis erat alterum ob-
jectum , quod legatarius annexum habeat
onus diſtribuendi eleæmoſinam , & celebrari
faciendi per biennium qualibet hebdomada
unius miſſæ ſacrificium. Siquidem eleæmoſi-
27 na commiſſa eſt voluntati , & arbitrio lega-
tarii; & propterea, tanquam ſonans in conſi-
lium, non videtur onus importare; ex firmatis
per *Rot. dec.322. n.21. p.12. rec.* Celebratio
28 verò unius miſſæ , utpote reſpiciens modi-
cam legati partem ; non ſufficit ad hoc, ut le-
gatum dicatur pium : cùm ad hunc effectum
requiratur, quod majorem partem abſorbeat;
Rot. cor. Cerr. dec.573. n.1.

Et ita utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in Summario, & ſuperiori dec.114.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 114.

SUMMARIUM.

1 *Retento à mulieris creditore allegari non valet titulo dotis jam ſatisfactæ.*

2 *Etiamſi dos legitimè ſatisfieri non potuerit in præjudicium creditoris , ad cujus favorem fuerat obligata.*

3 *Ex immiſſione obtenta , excluſo altero creditore, oritur negativa probatio obligationis immiſſi, favore excluſi.*

4 *Immiſſionem non retardare poteſt creditor , qui debitam quantitatem pro ſuo credito jam fuit aſſequutus.*

5 *Melioramentorum creditum nec in genere, nec in ſpecie probatum , immiſſionem non poteſt impedire.*

6 *Melioramenta non dicuntur juſtificata , niſi priùs verificato ſtatu antiquo , & quod fuerit impenſum , & melioratum.*

7 *Creditor habens conſenſum Domini directi , in aliorum concurſu , præfertur ſuper re emphyteutica à debitore poſſeſſa.*

8 *Hypotheca , ſine conſenſu Domini directi, exerceri valet ſuper commoditate percipiendi fructus ex re emphyteutica, durante vita inveſtiti.*

DECISIO CXLIV.

CONcordato facto coram me , juxta ordinem datum in audientia diei 12 Martii proximè præteriti , in qua dilata fuit cauſæ reſolutio ; conſtitit hodie DD., quod anno 16-2. ferteria controverſa, ex hæreditate quondam Jacobi de Sanctis, obvenit Angelo, Rocco , & Benedicto fratribus de Fantautiis : quodque anno 16-8. , defuncto Rocco , illius integrum dominium pro virili conſolidatum fuit in Angelo , & Benedicto ſuperſtitibus . In hoc ſtatu Angelus prædictus anno 1677. inivit ſocietatem cum D. Duce Matthæio , ſuper piſcatione in ſtagno ad ipſum Ducem ſpectante : cumque hac de cauſa remanſerit debitor in ſcut. 1722. ; Antonius illius filius cambium ex dicta ſumma , pro rata ſcutorum 900., favore Ducis contraxit . Exinde autem ſequitur quod pro dicto credito ſuam anterioritatem metiente ab an-

no

no 1677. ; potuerit Dux, tam ab A.C., quam
in noſtro Tribunali, ſub die 7. Decembris
proximè præteriti, coram me immiſſionem
obtinere ad medietatem dictæ ferreriæ con-
tra D. Marchionem Nerlium illius poſſeſſo-
rem, pro credito longè poſteriori: itaut hodie
non hæſitaverint DD. ſtare *in deciſis*.

Non attenta exceptione retentionis, ad
quam, omiſſis aliis, ſpecialiter in præſenti
ſe reſtringabant Marchionis defenſores: &
quam triplici jure debitam eſſe contende-
bant.

Et primò ex eredito Annæ Vaglientis, quæ
in datione in ſolutum facta per Antonium
ejus virum, ſe obligavir favore Marchionis;
undè inferebatur, quod cum dos dictæ An-
næ conſtituta fuiſſet anno 1679.; cambium
propterea, quoad fructus debitos à die crea-
tionis, poſteriùs remaneat, quamvis, reſpectu
ſortis, anterioritatem à die contractæ ſocie-
tatis deſumere valeat.

Secundo ex juribus dotalibus Barbaræ de
Sanctis uxoris Benedicti, à quo cauſam habuit
Roccus junior, favore Marchionis, obligatus,

Ac tertio demum ratione melioramento-
rum; quæ à ſe in dicta ferreria facta fuiſſe,
ſupponebant.

Quo ad enim primum, omiſſis aliis reſpon-
ſionibus; unica ſufficere viſa fuit, quod ea-
dem Anna, pro aſſecuratione ſuæ dotis, ob
urgentiam viri ad inopiam, adepta fuit poſ-
ſeſſione plurium ſtabilium: ex quibus cum
1 ſatisfacta remanſerir de ſuo credito; non po-
reſt hodie ex eodem titulo allegari ab ejus
creditore retentio, ut reſpondit *Rot. in Bo-
nonien. Immiſſionis prima Julii anni præ-
teriti §. Dos verò coram R. P. D. meo
Scotto*.

Nec juvat replicatio; quod, poſtquam An-
na obligaverat jura ſua pro defenſione Mar-
chionis; non potuerit in ejus præjudicium
ſatisfieri de ſuo credito: quoniam cum ipſa
ſuum creditum dotale non delegaverit, nec
tradiderit in ſolutum; exceptio prælata, reſ-
picit intereſſe inter ipſum Marchionem, &
Annam; contra quam poterit ille ſe vertere,
2 ac jura ſua experiri, ſi quæ habet: ſed non
inde, ſub hoc prætextu, pro credito legitimè
ſatisfacto opponi valet retentio adverſus
alium anteriorem; ex allegatis.

Reſpectu verò alterius crediti provenien-
tis ex dote Barbaræ de Sanctis, ultra quod
favore Marchionis non juſtificatur obligati
nec ipſa Barbara, neque Roccus ab ea cau-
3 ſam habens; quinimò iſte pro ſatisfactione
hujuſmet crediti obtinuit in Tribunali A.C.
immiſſionem ad aliam medietatem ferreriæ
controverſæ, excluſo dicto Marchione; quæ
facti circumſtantia negativam obligationis
demonſtrat: occurrit alia, & quidem vali-
diſſima reſponſio; quod cum hujuſmodi cre-
ditum ſcuta mille non excedat, & ſola fer-
rariæ medietas ſit valoris ſcut. 1400.; jam
ipſe Marchio dictæ medietatis poſſeſſor, ne-
4 dum quantitatem Barbaræ debitam, ſed &
alia ſcuta 400. retineat: & ſic immiſſio ad
aliam medietatem favore Ducis nullo jure
denegari potuerit.

Quo denique ad melioramenta ſubſiſtere
viſa fuit reſponſio, quod cum iſta nec in ge-
5 nere, nec in ſpecie probata fuerint; immiſſio
retardari non poteſt; *Rot. dec. 366. num. 28.
par. 19. rec., & in Cavallicen. hæreditatis
20. Februarii 1682. §. Minuſque coram bo.
mem. Urſino, & in Aſculana Fideicommiſſi,
ſeu Domus 17. Junii 1695. §. Quia coram
R. P. D. meo Scotta*; non attenta quadam
peritia ad hunc effectum exhibita: in illa
enim ſolum referuntur aliquæ expenſæ fa-
ctæ per Marchionem in ferreria: ſed non
6 conſtat, quod factæ fuerint pro melioramen-
tis; quæ nunquam dici poſſunt probata, non
verificato prius ſtatu antiquo, & quid fuit
impenſum, & melioratum; *Rota deciſ. 12.
num. 16. par. 16. recen., & in Caſentino aſſi-
ſtentiæ prima Martii 1697. §. Quo verò co-
ram me*.

Prout nullius erat relevantiæ altera exce-
7 ptio, quod ferreria ſit emphyteutica, & ſic
debeat ſuper ea præferri Marchio, qui habet
conſenſum Domini directi, ad excluſionem
Ducis, qui eſt illo deſtitutus. Etenim omiſ-
ſo, quod non fuit juſtificatum, qualis eſſet
naturæ hujuſmodi emphyteuſis, & an ſit
tranſitoria ad quoſcumque; advertebant
DD., quod hodie quæſtio reſtringitur ad
commoditatem percipiendi fructus; ſuper
8 qua hypotheca exerceri valet, etiam defi-
ciente conſenſu Domini directi, ſaltem du-
rante vita inveſtiti, de cujus dominio ſunt
fructus; ut latè firmatum fuit in *Romana
Vineæ, ſeu Horti 4. Februarii 1695., & 18.
Maii 1696. coram R. P. D. meo Pio, & in
Romana Salviani 13. Junii 1698. coram
R. P. D. meo Anſaldo*.

GERUNDEN. ANNIVERSARIUM, SUPER DISPENSATIONE PACTORUM.

Mercurii 9. Junii 1700.

ARGUMENTUM

Eccleſiæ ſtatuto an, & in quo caſu, & à quibus
diſpenſari valeat pertractatur,

SUMMARIUM.

1 *Sententia Rotalis excedens terminos deciſio-
num, eſt nulla.*

2 *Sententia expreſsè excludens perſonas impli-
citè, & virtualiter in deciſionibus exclu-
ſas, dici nequit difformis ab illis.*

3 *Diſpenſare ab obſervantia ſtatuti in ſolo ca-
ſu neceſſitatis permiſſum eſt.*

4 *Lex ex ſe ipſa diſpenſat, urgente neceſſi-
tate.*
Lex non arctat ad impoſſibile.

5 *Limita quoties adeſt ſtatutum prohibens con-
traventionem in quocumque caſu.*

6 *Procurator limitatam habens facultatem,
præfinitos limites excedere non poteſt.*

7 Diſ-

7 *Diſpenſationi locus non eſt; niſi priùs à ſuperiore neceſſitatis cauſa cognita, & examinata.*

8 *Potiſſimè ubi facilis eſt ad ſuperiorem acceſſus.*

9 *Diſpenſatio à ſuperiore exquirenda eſt; cum ſumus extra caſum præciſæ neceſſitatis.*

10 *Neceſſitatis prætextus non validat pacta ſtatutis contraria inter procuratores hinc inde inita.*

11 *Deciſio, quæ à parte fuit acceptata; facit eandem confiteri, ut vera, quæ in eadem deciſione continentur.*

12 *Procurator habens regimen, & adminiſtrationem cum libera facultate, iſta uti valet intra juris permiſſionem, quocumque modo neceſſitas exoptat.*

13 *Facultas ampliſſimis verbis concepta, limitatur à ſubſequentibus, quæ illa reſtringunt.*

14 *Statuti conditores ab ejuſdem obſervantia dumtaxat diſpenſare poſſunt.*

15 *Ob diſpenſationem ſtatuti in rebus, quæ dietim occurrunt, & celere judicium merentur, etiamſi ſtatu ſit à ſancta Sede confirmatum, non requiritur ad eam accedi.*

16 *Confirmatio Apoſtolica robur addit ſtatuto; non autem adimit facultatem diſpenſandi, ſtatuti conditoribus competentem.*

DECISIO CXLV.

ANniverſariorum adminiſtratio in cathedrali Gerundenſi, juxta notiſſimum ipſius eccleſiæ ſtatutum à Bernardo Epiſcopo, una cum Capitulo conditum anno 1384., quatuor committitur procuratoribus ab epiſcopo, & capitulo pro tempore conſtitutis; quorum duo canonici, & iſti à capitulo; alii duo beneficiati, & iſti à beneficiatorum collegio nominantur: & ad illos defertur gubernium; ac diſponendi facultas, firma tamen remanente penès epiſcopum, & capitulum juriſdictionali, ac præeminentiali adminiſtratione; ut habetur in deciſionibus editis in hoc ſacro Auditorio, & ſignanter in *Gerunden. adminiſtrationis Anniverſariorum* 10. *Maii* 1683. §. *Siquidem adverterunt*, & §. *Tum quia retenta coram bo. me. Urſino*.

Plures occaſione hujuſce adminiſtrationis ortæ fuerunt judiciales controverſiæ inter capitulum, ac beneficiatorum collegium, & ſignanter ſuper jure concordandi pacta cum procuratoribus ſpecialibus, & an licitum foret ſuper illis ſtatuto, & conſuetudine eccleſiæ contrariis convenire; omneſque favore capituli deciſæ remanſerunt. Cupiens autem idem capitulum ulterioribus controverſiis in futurum occurrere; prævidens caſum, quo procuratores ſpeciales non reperirentur, qui vellent ſub rigoroſis pactis ſtatuto, & conſuetudini conformibus, adminiſtrationem anniverſariorum ſuſcipere, diſputandum propoſuit coram R. P. D. meo Priolo dubium: *An ſit diſpenſandum, & ad quem ſpectet diſpenſare*. Super quo ſac. Rota ſub *die* 25. *Martii anni præteriti* reſpondit, *poſſe in præfato caſu diſpenſari* per epiſcopum, & capitulum, excluſis ab hujuſmodi facultate procuratoribus generalibus, ſeu, ut dicunt, procuratoribus, inter quos, ut præmiſi, duo reperiuntur de beneficiatorum collegio: ad cujus reſolutionis formam lata per R. P. D. meum Priolum rotali ſententia, curarunt beneficiati appellationis cauſam mihi committi; quamobrem in hodierna audientia quæſivi à Dominis: *An ſententia rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda*, & reſponſum habui *pro confirmatione*.

Inſubſiſtens namque viſa fuit nullitatis ex-
1 ceptio ex eo deducta, quod præfata ſenten-
tia excedat terminos deciſionum, in ea parte,
qua declarat procuratoribus generalibus nul-
lum jus circa diſpenſationem competere,
ipſiſque ſilentium imponit; dum hoc in deci-
ſionibus firmatum non legitur. Duplex nam-
que ſatisfacit reſponſio; altera quod in *dicta
deciſione R. P. D. mei Prioli* §. *Nec obſtat,
& ſequen*, procuratores generales à dicta
poteſtate diſpenſandi fuerunt apertis verbis
excluſi; altera quod cum epiſcopus, & capi-
tulum prætenderent, locum eſſe diſpenſationi,
ſibique ipſis competere jus diſpenſandi; &
viceverſa beneficiati, cum ſuppoſito quod
poſſent generales procuratores quæcumque
pacta magis eccleſiæ proficua concordare;
contenderent, opus non eſſe diſpenſatione; eo
ipſo quod in deciſione firmatum fuit, ſolum
2 epiſcopum, & capitulum poſſe dd. pactis
diſpenſare; jam inde procuratores genera-
les à tali diſpenſatione implicitè, ac virtua-
liter excluſi dicuntur: itaut potuerint citra
nullitatis vitium expreſsè in ſubſequuta ſen-
tentia excludi; ut pluries reſpondit *Rot.*,
& ſignanter *in Neapolitana Penſionis* 17. *Fe-
bruarii* 1689. §. *Attamen, & ſeqq.*, *in Ro-
mana* Teſtamenti 14. *Martii ejuſdem anni*
§. *Cognoverat, & in Toletana Decimarum
de Capilla* 23. *Martii* 1699 §. *Scribentes co-
ram R. P. D. meo Anſaldo, & in Romana
reſtitutionis in integrum* 5. *Julii* 1699.
§. *Quandoquidem coram R. P. D. meo Mato*.

Poſita ex his validitate Rotalis ſententiæ;
clarior apparuit illius juſtitia. Cum enim
facultatem diſpenſandi abſolutè non conceſ-
ſerit, ſed reſtrictivè, quoties nempe neceſ-
3 ſaria cauſa urgeret; ſummo jure proceſſiſſe
videtur, ad præſcriptum ſac. Concilii Triden-
tini *cap.* 18. *de reform.*, & probat *Barboſ. de
offic., & poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 33. *n.* 2.
cum ſeqq., *Sperell. dec.* 109, *num.* 2., cum aliis
relatis *in d. dec. R. P. D. mei Prioli* §. *Ratio
reſolutionis cum ſeq.*

Quin relevaret objectum, quod ubi ne-
ceſſitas urget concordandi pacta ſtatuto, &
conſuetudini contraria, opus non ſit diſpen-
4 ſatione; dum lex ipſa diſpenſat: quia non
arctat ad impoſſibile. Hoc namque gene-
5 rale ratiocinium non procedit in hypotheſi,
quo ſtatutum expreſsè prohibet procurato-
ribus generalibus contraventionem in quo-
6 cumque caſu. Quin circa cum iſti limitatam
ha-

habeant facultatem, præfinitos limites ex-
cedere non poſſunt; ſed abſtinere tenentur,
ut reſponſum fuit in *Gerunden. Anniverſa-
riorum* 24 *Aprilis* 1693. §.*Cum enim coram
bo. me. Benincaſa*; & cauſa neceſſitatis an ſit
7 vera, vel iuſta, & tanta quæ legem ſolvat
ex ſe, vel diſpenſatione indigeat à ſuperioria
judicio dependet: adeout ad illud recurrere
ſit omninò neceſſarium; *Paſqualig. deciſ mo-
ral.* 168. *num.* 6., *& in tractat. de ſacrific.
novæ legis, qu.* 470. *per totam, & ſignanter
num.* 7.

Potiſſimè quia recurſus ad Superiorem fa-
8 cilis eſt, atque commodè haberi poteſt:
9 ideoque cum verſemur extra terminos præ-
ciſæ, ac urgentis neceſſitatis, dici non poteſt,
quod lex ipſa diſpenſet, ſed à ſuperiore pe-
tenda venit diſpenſatio, ut optimè firmat
dicta deciſio R. P. D. mei Prioli §. *Et quam-
vis*. Tanto magia quia prætextus neceſſita-
10 tis non ſuffragatur ad validanda pacta ſtatu-
tis contraria per procuratores generales ini-
ta cum procuratoribus ſpecialibus; ut firma-
tum fuit in *Gerunden. Anniverſariorum ſuper
pactis biennii* 1693, *&* 1694., 17. *Junii* 1697.
§ *Nec prædicta pacta coram R. P. D. meo de
la Tremoille*; quam deciſionem judicialiter
acceptarunt beneficiati collitigantes; ut in
ſum. Capituli dato cor. R. P. D. meo Priolo n. 7.
11 Unde patet, quod ipſimet beneficiati faſſi
fuerunt diſpenſationem à lege non induci;
dum ſi lex diſpenſaret, potuiſſent in caſu
neceſſitatis ſuſtineri pacta ſtatuto con-
traria.

Minus urget, quod procuratores genera-
les habeant regimen, gubernium, & admi-
12 niſtrationem cum libera facultate: ac proin-
de iſta uti valeant quocumque modo neceſſi-
13 tas expoſcat. Siquidem facultas, & poteſtas,
quantumis ampliſſimia verbis concepta,
limitatur à ſubſequentibus: ibi -- *juxta for-
mam, & conſuetudinem ipſius eccleſiæ ſtatu-
torum*; adeout libera facultas intra limites
ſtatuti, & conſuetudinis eccleſiæ circum-
ſcripta remaneat; & notatur in *dec. R. P. D.
mei Prioli* §. *Nec obſtant*, & prima in *Gerun-
den. Anniverſariorum* 6. *Februarii* 1694.
§. *Abſoluta coram bo. me. Benicaſa*, & in alia
mox relata *coram R. P. D. de la Tremoille*
17. *Junii* 1697 §. *Nec prædicta*.

Hæc quæ comprobant ſententiæ juſtitiam
in ea parte, qua declaratur neceſſariam eſſe
diſpenſationem; influunt etiam in aliam,
quæ jus diſpenſandi ſoli epiſcopo, & capi-
tulo attribuit. Cum enim obſtaculum diſ-
penſationem requirens circa pacta, prove-
14 niat à ſtato per epiſcopum, una cum capi-
tulo condito; conſequens eſt, ut eis com-
petat jus diſpeſaudi adverſus dicti ſtatuti
diſpoſitionem; *Tamburin. de jur. Abbat.
tom.* 3. *diſput.* 4. *par.* 7. *num.* 3., *Barboſ. de
offic., & poteſt. epiſc. alleg.* 34 *num.* 3. *prope
fin.*, cum aliis *in d. deciſ. R. P. D. mei Prioli*
§. *Secundo quia*.

Non attenta replicatione, quod ſtatutum
fuerit in forma ſpecifica confirmatum à ſede
Apoſtolica; & ideo ad iſtam ſit recurren-
15 dum pro diſpenſatione: tum quia in rebus,
quæ dietim occurrunt, ac celere judicium
expoſcunt, diſſicilè redditur ad ſanctam Se-
dem recurrere: tum quia confirmatio Apoſto-
16 lica robur quidem addit ſtatuto, ſed non
tollit facultatem diſpenſandi ſtatuti condi-
toribus competentem: & quæ in eodem ſta-
tuto præſervata cenſetur; *Abb. in cap. Cum
ac eſsiſſet n.* 2, *ibique Felin. n.* 3. *de Conſtit.*
optimè *Ciarlin. contr. for.* 38. *num.* 47 *lib.* 1.;
& animadvertit *deciſio edita in hac cauſa
ſuper expeditione rotalis ſententiæ* 20. *Jo-
nuarii præteriti coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ita utraque &c.

ROMANA, SEU SAVONEN. SUCCESSIONIS.

Lunæ 14. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Fœminæ a ſtatuto totaliter excluſæ ab hæredi-
tate parentum, non faciunt numerum ad
augendam legitimam favore maſculorum:
& quamvis excluſæ ſint propter dotem; ta-
men cum agitur de hæreditate matris, pari-
ter numerum non faciunt. Statutum Civitatis
dominantis, ubi non diſponit illud civitatis
inferioris, quando attendi debeat, & bo-
norum exiſtentia, ſolutioniſque certo loco
conventa obligatio cujus nam ſtatuto defe-
rendum eſſe faciant? & etiam agitur quomo-
do Teſtator ſtatuto loci, ubi teſtamentum
confecit conformare ſe voluiſſe cenſeatur,
ad effectum regulandi detractiones legiti-
mæ, & trebellianicæ ab ipſius hæreditate
faciendas.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris 113.

SUMMARIUM.

1 *Fœminæ vigore ſtatuti Januenſis ſunt totali-
ter excluſæ ab hæreditate parentum.*
2 *Fœminæ excluſæ à ſucceſſione parentum non
faciunt numerum, & partem ad augendam
maſculorum legitimam.*
3 *Et hoc procedit etiam in hæreditate materna.*
4 *Fœminæ connumerantur in computatione le-
gitimæ, cum dos in iſtius locum ſuc-
cedit.*
5 *Intellige quoties agitur de hæreditate paren-
tis, non autem de hæreditate alterius, ſi-
ve matris.*
6 *Fœminæ quæ ſunt totalitèr excluſæ, cum nec
in dote, nec in legitima ſuccedant reſpe-
ctu matris. non poſſunt in ejus hæreditate
augere legitimam maſculorum, faciendo
numerum.*
7 *Fœminæ dumtaxat excluſæ à bonis dotantis
numerum faciunt.*
8 *Excluſæ verò indefinitè à bonis cujuſcumque
parentis, nullo modo ſunt conſiderandæ in
detractione legitimè ex eorum hæreditate.*
9 *Statutum civitatis dominantis attendi debet
circa*

circa id, quod non fuit determinatum in ſtatuto loci inferioris.

10 *Lex particularis clara cum adeſt, nihil generalia proſunt argumenta.*

11 *Succeſſio regulatur juxta ſtatutum illius loci, ubi fuit initus contractus, & promiſſa ſolutio: licet bona debitoris per accidens aliundè reperiantur.*

12 *Bona ſubſunt diſpoſitioni illius ſtatuti, ſub quo initus fuit contractus: licet peraccidens alibi reperiantur.*

13 *Reſtitutio dotis, ad formam ſtatutorum certi loci promiſſa, ſimpliciter deſignat tempus, & modum, circa quod tale ſtatutum diſponit, non autem importat, ut in eodem loco ſtatuti veniat facienda.*

14 *Limitatur concluſio, quando dotis reſtitutio, non ſimpliciter ad formam ſtatuti certi loci, ſed in eodem loco ejus ſolutio ſpecialiter deſtinata fuit.*

14 *Nomen debitoris licèt non ſit certo loco circumſcriptum ad effectum regulandi ſucceſſionem, ad illud procedendum eſt juxtà leges ejuſdem loci, cui ſubjecta erat perſona creditoris defuncti.*

16 *Hæres ſuccedere debet ſecundum ſtatutum loci, in quo creditoris perſona invenitur.*

17 *Teſtator, qui hæredes, ſuam hæreditatem per fideicommiſſum, reſtituere gravavit, cum nihil de trebellianicæ detractionis quantitate diſponit, circa eam cum ſtatuto confirmaſſe præſumitur.*

18 *Præſumptio conformitatis teſtatoris cum ſtatuto, circa illa, locum habet, de quiquibus nullam expreſſam mentionem fecit teſtator.*

19 *Trebellianicam ex fideicommiſſis detrahi vetat ſtatutum Januæ.*

20 *In fideicommiſſo conditionali duæ quartæ de jure detrahi poſſunt.*

21 *Statutum Januæ indefinitè loquens circa prohibitionem detractionis trebellianicæ, complectitur, tam fideicommiſſum purè, quam conditionaliter ordinatum.*

22 *Statutum aliquid debet operari, ne remaneat otioſum, & inutiliter conditum.*

23 *Statuti verba indefinitè loquentia, taxativæ intelligentiæ reſiſtunt.*

24 *Fortiùs ſi ſtatuentes in eodem declaraverint omnia intelligi debere prout jacent, nulla facta diſtinctione.*

25 *Liber à tertio retentus contra tertium non probat.*

26 *Exceptiones altioris indaginis non admittuntur in judicio immiſſionis.*

DECISIO CXLVI.

AD retardandam immiſſionem conceſſam fratribus de Ferreriis, utpotè ad fideicommiſſum Lauræ Paveſiæ pro medietate vocatis, Baro Gavottus mediatus Caroli ſucceſſor, & reſpectivè hoc titulo ejuſdem Lauræ debitor cauſa dotis in ſumma ſcutorum auri 17500., retentionem oppoſuit, nedum pro legitima, & quidem in ſemiſſe; ſed etiam pro trebellianica, & nonnullis dotibus, quas in exequutionem legati à teſtatrice facti ſolutas fuiſſe aſſerebat. Cum autem in audientia diei 4. decembris elapſi, omnibus hiſce detractionibus examinatis, unicè viſa fuerit admittenda detractio legitimæ in ſolo triente; prodiit idcirco reſolutio pro immiſſione ad quatuor uncias; Cumque conceſſa præfato Baroni nova audientia, hodie nil relevans deduceretur; ſed ipſamet aliàs rejecta repeterentur; Domini proindè ſteterunt *in deciſis*.

Sanè legitima debet ſolvi in triente. Licet namque teſtatrix, præter duos maſculos, tres etiam filias fæminas ſuſceperit, adhuc tamen iſtæ, vigore ſtatuti civitatis Januenſis
1 totaliter excluſæ ab hæreditate parentum;
2 non poſſunt ad augendum maſculorum legi-
3 timam connumerari; ut in puncto hæreditatis maternæ probat *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 3. num. 29.*, & firmat *deciſio, quæ revidetur §. Quia verò*.

Nec, ad evitandam hujuſce ſtatuti diſpoſitionem, quidquam relevat, quod in præſenti attendi debeat ſtatutum Savonæ diſponens *in cap. 26*, quod - *Dotes datæ, ſeù conſtitutæ habeantur pro plena ipſius Mulieris legitima, & portione ſibi debita Jure naturæ*: unde
4 infertur, quod cum dos ſuccedat loco legitimæ; fæmina numerum faciat ad illam augendam favore maſculorum; ex firmatis per *Merlin. ubi ſupra num. 24.*, *in Anconitana legitimæ 10. Junii 1687. §. Quod enim coram R. P. D. meo Caprara*, & *in Nepeſina legitimæ 26. Aprilis 1697. §. Tertia cor. R. P. D. meo Muto impreſſa penes Albit. de Inconſtant. in Judic. deciſ. ultima num. 2. cum ſeqq.*

Duplex enim occurrit reſponſio: altera
5 quod cum quæſtio non ſit ſuper hæreditate patris, qui filias dotavit; ſed ſuper hæreditate matris, quæ dotem non conſtituit, neque filias agnovit in ſuas; iſtæ profectò excluſæ dicuntur ex ejuſdem ſtatuti diſpoſitione ibi - *Et eo caſu totaliter ſit excluſa à ſucceſſione inteſtati ſupradictorum, & uniuſcujuſque ipſorum: & ſufficciant ſibi dotes eidem datæ, conſtitutæ, vel promiſſæ ab aliquo, vel per aliquem prædictorum*: - neque propterea numerum facere poſſent ad augendum in hæreditate materna legitimam favore maſculorum, *ex Merlin. ſuperiùs allegato*: &
6 ratio eſt, quia ſicuti, poſita totali excluſione, fæminæ non ſunt in aliquo ſucceſſibiles, nec in dote, nec in legitima: & reſpectu hæreditatis maternæ habentur, ac ſi non eſſent in rerum natura, ita nec poſſunt augere numerum perſonarum ſucceſſibilium; ut ipſis mediantibus legitimæ quantitas pinguior fiat favore maſculorum; *Caſtrenſ. in l. plenè 34. §. Si duobus num. 8.*, *ibique Iaſon. num. 23. ff. de legat. primo*, *Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 6. quæſt. 15. num. 76.*, *Rot. cor. Ubald. dec. 421. repetit. poſt Merlin. de legitim. dec. 74. n.*
Atque hinc non applicantur authoritates in contrarium adductæ. Loquuntur enim in caſu, quo fæmina excluſa dumtaxat legitur
7 à bonis dotantis: & tunc dubium non eſt,

quod, reſpectu aliorum bonorum, faciat nu-
merum ad commodum maſculorum: & in
hoc caſu procedunt firmata per R.P.D.Seve-
rolum in ejus *Conſult.impreſ poſt Card. Albit.
de Inconſtant. in Judic. num.*14.. At ſecus
8 eſt quando, prout hic, excluſio propter dotem
non reſtringitur ad bona dotantis; ſed inde-
finitè quæcumque alia comprehendit: tunc
enim fœmina nullo modo partem facere, aut
numerari poteſt, ut benè diſtinguendo ex-
plicat modernus *Lucen. conſult.*14. *num.*20.,
ubi de communi.

Altera reſponſio eſt; quod cum ſtatutum
Savonæ circa detractiones faciendas à filiis
9 hæredibus gravatis, nihil diſponat; perne-
ceſſe recurrendum eſt ad ſtatutum Januæ ci-
vitatis dominantis; ut ipſimet ſcribentes pro
Barone Gavotto admittunt, & probat *Soc-
cin. Sen. conſ* 81. *ſub num.*3 *lib. primo*, *Rub.
in ſing. ſtatut. part* 6 §.8. *fol. mihi* 543., *Card.
de Luc. de dot. diſc.*134. *num.*3., & *de Judic.
diſc.*35. *num* 45.; adeout eo ipſo quod hujuſ-
modi ſtatutum determinat legitimam in ſolo
10 triente, quoties fœminæ ſint in pari numero
cum maſculis; extranea reddatur quævis diſ-
putatio à generalibus argumentis deſumpta.

Minus evitatur ſtatutaria diſpoſitio ex alio
fundamento, quod creditum hæreditarium
Lauræ ſcutorum auri 17500. reputandum ſit
extra ditionem reipublicæ Januenſis; ex
quo illius ſatisfactio in Urbe petatur, ubi
debitoris bona reperiuntur. Dos namque,
11 præfatum creditum conſtituens, tradita fuit
in civitate Savonæ: ibique principaliter illius
reſtitutio promiſſa; ideoque ad regulandam
ſucceſſionem hujuſmodi creditum judicari
12 debet de Januenſi dominio, quamvis per
accidens bona debitoris in Urbe reperiantur;
ex punctualibus authoritatibus relat. *in præ-
terita deciſione* §. *Ad evitandum in fin.*

Fruſtra verò, ad declinandum hoc funda-
mentum impugnari videbatur; quod reſti-
tutio dotis conventa fuerit in civitate Savonæ:
aſſerendo, quod verba, juxta formam ſtatu-
torum Savonæ, in inſtrumento appoſita, ſim-
13 pliciter deſignent tempus, & modum fa-
ciendæ reſtitutionis; circa quod ſtatutum
diſpoſuit in *lib.*5. *cap.*4.; non autem impor-
tent, quod dos in dicta civitate reſtituenda
veniat: ex lectura enim inſtrumenti, de quo
*in præterito ſum. fratrum de Ferreriis n.*1.,
circa finem, patebat reſtitutionem dotis fuiſ-
ſe promiſſam intra dominium Januenſe; dum
Laurentius debitor voluit (ſunt verba In-
ſtrumenti), *poſſe realiter, & perſonaliter
conveniri ſpecialiter Genuæ, & Savonæ,
& generaliter ubique locorum &c., ac ſi præ-
ſens contractus foret ibidem celebratus, ac
ſolutio, & ſatisfactio omnium præmiſſorum
principaliter deſtinata*. Dum itaque Lauren-
14 tius non promiſit ſolum reſtitutionem dotis
juxta formam ſtatutorum Savonæ; ſed ulte-
riùs voluit ſolutionem illius ſpecialiter deſti-
natam in civitatibus Januæ, & Savonæ; uti-
que, citrà læſionem voluntatis contrahen-
tium, admitti non poteſt ſubtilis interpræ-
tatio, quod mentio civitatis Savonen. ſolum
tempus, ac modum dotis reſtituendæ reſpi-
15 ciat. Et tamen, quatenus etiam per hypo-
theſim, debitoris nomen, non eſſet certo
loco circumſcriptum; adhuc ad effectum ſuc-
ceſſionis judicandum foret juxta leges, ac
ſtatuta illius loci, cui ſubjecta erat perſona
defuncti: quicquid dicendum foret ad effe-
ctum exactionis; ea ratione quia hæres ſuc-
cedit perſonæ, quæ habet ſibi annexas actio-
16 nes; ideoque ſuccedere debet ſecundum
ſtatutum loci, in quo ipſa perſona invenitur,
ut in ſpecie diſtinguendo probat *Malvaſ.
conſ.*133. *num.*25. *lib. primo*, *Tiraquel. de
Jur. Primogen. quæſt.*49 *num.*10., *Cæſareg.
ad ſtatut. Jan. in rubric. de ſucceſſ. fol. mihi*
102. *num.*64., & *pluribus ſeqq.*, & *dixit*,
Rota coram Seraph. dec 608. *num.*3.

Prout inutiliter quoque impugnabatur al-
terum deciſionis fundamentum poſitum in
præſumpta conformatione voluntatis teſta-
tricis cum ſtatutaria diſpoſitione, ſub præ-
textu, quod hujuſmodi præſumptio locum
ſibi non vindicet in præſenti, qum Laura de
legitima, & trebellianica per filios detrahen-
da in teſtamento non meminerit. Siquidem
eo ipſo, quod teſtatrix filios gravavit ad reſti-
tuendam hæreditatem per fideicommiſſum;
& ſuper hac reſtitutione ſtatutum Januæ in
Rubr. de legat., & *fideic.*, & *falcid. debita
Jure naturæ lib.*5. *cap.*16. præciſè diſponit,
17 determinando quantitatem legitimæ ab hæ-
redibus gravatis detrahen.; hoc ſatis eſt ad
præſumendum, quod teſtatrix voluerit ſe
cum ſtatuto conformare: nam alias ſi neceſ-
ſaria foret expreſſa mentio legitimæ, fru-
18 ſtratoria remaneret concluſio à doctoribus
paſſim admiſſa ſuper præſumpta conformitate
cum ſtatuto: cum eo caſu diſpoſitio non eſſet
amplius præſumptiva; ſed poſitiva, & expreſ-
ſa; ut patet ad ſenſum.

Abſoluto examine quantitatis legitimæ,
Domini tranſeundo ad trebellianicam iterum
cenſuerunt, illam non deberi ex reſiſtentis di-
19 cti ſtatuti Januen. *lib.*5. *cap.*16, unius dum-
taxat quartæ detractionem ex fideicommiſſo
concedentis.

Non attenta replicatione, quod ſtatutum
intelligi debeat in caſu fideicommiſſi puri,
non autem conditionalis; de quo duas quar-
20 tas de Jure detrahi poſse ſupponitur. Quid-
quid enim ſit de articulo in abſtracto: diffi-
cultas in præſenti ceſsabat ex indefinita ſtatu-
ti diſpoſitione, quodcumque fideicommiſſum
comprehendente: ac ulteriùs quando etiam
ſubſiſteret, trebellianicam de jure communi
21 poſse dumtaxat detrahi ex fideicommiſſo
conditionali; ex hoc ipſo urgentiſſimum re-
ſultaret argumentum, quod ſtatuentes uni-
verſalibus verbis loquuti fuerint ad tollen-
dam quamcumque dubietatem, quæ forſan
attenta ſola juris communis diſpoſitione oriri
22 potuiſset: nam alias ſtatutum fuiſset ſuper-
fluum, ac otioſum remaneret; quod dicen-
dum non eſt; prout arguit *præterita deciſio*
§. *Ultra quod*.

For-

Fortius quia idem ſtatutum Januæ *in titulo de extrinſ. intelleƈt. probibit &c.* expreſsè prohibet, ne ſuæ ordinationes ab extrinſecis, ac tacitis argumentis interpretatione ſumant; ut teſtatur *Cæſareg. ad ſtatnt. Jan.*
23 *§. 12. num. 11.*: ideoque taxativæ intelligentiæ in ſolo caſu fideicommiſſi puri, non verò conditionalis reſiſtunt nedum verba indefinitè loquentia; ſed etiam littera ipſius
24 ſtatuti in alia parte, qua omnia diſpoſita intelligi vult, prout jacent, nulla prorſus admiſſa caſuum diſtinctione.

Excluſa ex prædictis etiam trebellianicæ detractione; multò minùs admitti potuit retentio pro legatis, aliiſque teſtatricis debitis, quæ Baro Gavottus ab ejus auctore ſoluta fuiſse ſupponebat. Cum enim de obligatione Lauræ legitimè non doceatur; ſolutio aliundè non reſultet, quam ex libris fratrum de
25 Sirlis, qui tanquam à tertio retenti, contra tertium non probant: viſa proinde non fuit ſufficienter verificari; & per conſequens
26 inepta in judicio immiſſionis, quod exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittit.

Et ita, in reliquis approbando fundamenta præcedentis deciſionis, reſponſum fuit, utraque &c.

ASCULANA DOTIS, ET LEGITIMÆ.

Luna 14. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum excluditur ex finium, formæ, & capacitatis diverſitate, & cum tanquam libera in inventario deſcripta ab aliis fuerint poſseſsa.

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperiorum deciſ. 41. 68. & 69.

SUMMARIUM.

1 *Diverſitas confinium probat diverſitatem prædii, quamvis in eadem contrata ſiti.*
2 *Excipiens tanquàm in ſua exceptione actor, illam onus habet concludenter probandi.*
3 *Teſtium depoſitiones emiſſæ ſuper interrogatoriis, præferuntur illis editis ſuper articulis.*
4 *Retentio ex fideicommiſſo non datur, cum identitatis deficit probatio.*
5 *Identitas excluditur ex conjecturis diverſam formam, ſituationem, & capacitatem antiqui prædii à moderno demonſtrantibus.*
6 *Identitas prædii fideicommiſſarii excluditur; ſi illud in inventario tranſiit, & poſtea poſſeſſum fuit ab aliis tanquam liberum.*
7 *Confeſſionem propriam nemini licet impugnare.*
8 *Teſtes deponentes de re antiquiſſa, an fidem mereantur.*
9 *Oblivio poſt lapſum decennii præſumitur in facto alieno.*
10 *Hæres fideicommiſſarius, non urgentibus creditoribus, poteſt fructus in hæreditate*

repertos erogare in ſatisfactionem legatorum.

DECISIO CXLVII.

IN hodierna hujus cauſæ propoſitione Laurentius ultrò admittens valorem predii in territorio Appignani in Contrada Vallis Chiſenti integrè ad ejus debitum eſse calculandum; non facta detractione ſcut. 710. pro ſorte principali cenſus per Marianum impoſiti; eo quia de illius extinctione doctum fuerat ex parte collegii *in ejus ſum. præteritæ propoſitionis num. primo*, acquieſcebat in hac parte reſolutioni editæ ſub die 16. Januarii præteriti anni; totamque diſpoſitionem reſtringebat ad prædium poſitum in contrada della Lame, ſeu della Pigna, quod à Varamontibus evictum fuiſſe iterum, & acriùs contendebat: nec non ad hortum, quem particulari fideicommiſſo Mariani Senioris ſubjectum fuiſſe repetebat: è contra verò collegium non acquieſcens, quod valor ſuperiùs enunciati prædii in territorio Appignani in contrada Vallis Chiſenti calcularetur in ſolis ſcut. 1500., prout calculaverat peritus ex parte Laurentii electus; petebat illum augeri ad ſcuta 2000., juxta quam ſummam in publico cataſtro æſtimatum reperitur. Hinc DD. dilata, quoad predium reſolutione, demandarunt, quod eligeretur peritus, & in reliquis responderunt, ſtandum eſſe *in deciſis*.

Reaſſumendo enim partitas in præcedenti deciſione relatas; quoad primam ſcut. 525., valorem predii in territorio Fulignani in contrada *del Marino*, animadvertebant, quod licet per teſtes examinatos vigore remiſſoriæ ab hoc ſacro Tribunali ſub dicta die 16. Januarii præteriti conceſſæ, probatum fuerit, denominationes *del Marino, e della Pigna* eſſe ſynonimas; adhuc verificatum non remanebat, quod illud in Alcidis hæreditate repertum, & de quo Laurentius rationem reddere tenetur; revera fuerit à Varamontibus evictum: confines namque prædii hæreditarii per teſtes relati in eorum depoſitio-
1 nibus ſuper interrogatoriis emiſſis ſunt omninò diverſi ab illis, quibus prædium, ut ſuprà evictum terminatur; ut clarè demonſtrat lectura mandati de immittendo per dd. de Varamontibus reportati: adeout non ſit, ſed potius excludatur, cum tamen Laurentius
2 tanquam in ſua exceptione actor onus habeat illam concludenter comprobandi; *Rota dec. 260. n. 8. part. 11., & dec. 100. n. 13 part. 14. recent.*

Non attenta replicatione, quod eorundem teſtium depoſitiones ſuper articulis concordent cum confinibus in dicto mandato de immittendo enunciatis. Cum enim ſuper interrogatoriis diverſos omninò confines retulerint, conſequens eſt, quod ſtari nequeat
3 eorum dicto ſuper articulis: ſed in concurſu depoſitiones ſuper interrogatoriis emiſſæ veniant præferendæ; *Rot. coram Seraph. dec. 173. num. 9., apud Poſth. de manut. dec. 488. n. 4.*

& dec.498. num.9., *& dec.381. n.14. par.9.*, *& dec.430. num.4. part.18. recent.*

Quoad Hortum, ad cujus retentionem obtinendam, & reſpectivè redditionem rationis evitandam, iterum allegabatur fideicommiſſum Mariani Senioris; DD tranſierunt cum firmatis in præterita deciſione; quod
4 nemque deficiat identitatis probatio, cum Hortus fideicommiſſo ſuppoſitus cohæreret domui fideicommittentis, ac formam potius haberet viridarii, quam horti, ut eruitur *ex deciſionibus editis in Aſculana Fideicommiſſi coram R. P. D. meo Caprara*; ille verò,
5 de quo in præſenti agitur, ſit omnino ſeparatus a domo, & capacitatis quartarum quatuor: cujus quantitatis non erat viridarium; Quodque revera unus ſit ab altero diverſus, ad evidentiam probat facti circumſtantia in
6 præterita deciſione ponderata; quod ſcilicet in inventario bonorum Alcidis deſcriptus quidem fuit hortus, tanquam ab eo poſſeſſus, & ad eum pertinens (& hic eſt de quo petitur ratio) non poterat autem eſſe ille fideicommiſſo Mariani ſubjectus, quia iſte ab Alcide non poſſidebatur, ſed nuper ſolum fuit ab hæredibus Tiburtii Milliani poſſeſſoribus titulo fideicommiſſi vindicatus. Addito etiam, quod fideicommiſſum particulare d. Mariani ſenioris purificatum fuit, nedum favore Laurentii, ſed etiam Oliverii Pariſani, & ad utriuſque favorem prodiit ſub die 5. Decembris 1691. coram R.P.D. meo Caprara: & nihilominus hortus controverſus ab anno 1680. quo Alcides obiit, uſque in præſens poſſeſſus fuit, & adhuc poſſidetur à ſolo Laurentio abſque alterius conſortio.

Rurſus (& hoc omnem tollit difficultatem) ipſemet Laurentius hortum, de quo agitur, tamquam hæreditarium Alcidis in inventario deſcripſit, ejuſque poſſeſſionem hæreditario nomine apprehendit, ut conſtat ex ejuſdem Laurentii *Summ. num.9.*; quocirca perperam hodie impugnatur, quod ab Alcide prove-
7 nerit: cum propria confeſſio huic impugnationi adverſetur; vulgata *l.cum te C. de tranſact.*

Atque hinc non relevat objectum deſumptum ex depoſitionibus nonnullorum teſtium extrajudicialiter examinatorum de anno 1646., aſſerentium Marianum ſeniorem non poſſediſſe aliud viridarium, ſeu hortum præter illud delle Cannarinæ, de quo in præſenti diſputatur. Omiſſo enim, an dicti
8 teſtes fidem mereantur, dum depoſuerunt de re antiquiſſima poſt lapſum annorum 68., quot interceſſerant à die obitus Mariani, ſequuti anno 1658., uſque ad diem depoſi-
9 tionis; itaut inveriſimilis eſſet memoria, dum in factis alienis poſt lapſum decenni oblivio præſumitur; ex traditis per *Rota deciſ.289. num.8.*, *& 22. part 17 rec.*, ceſſat difficultas, ex quo ipſimet Teſtes deponunt, Marianum poſſediſſe domum in quarterio S.Venantii, cui viridarium annexum reperitur: quod ſat eſt, ut probata dicatur poſſeſſio utriuſque horti, alterius nempè cum domo connexi, & alterius ſeparati; quodque ille domui annexus, tanquam ſuppoſitus particulari fideicommiſſo, reputari non debeat hæreditarius Alcidis: prout è contra talis reputandus eſt alter ſub fideicommiſſo non cadens.

Reſpectu fructuum per Laurentium perceptorum ex bonis hereditariis ab anno 1687. DD. tranſierunt cum *deciſione præterita in §.Similiter*.

Prout illam quoque approbarunt favore Laurentii, quoad fructus de tempore obitus in Alcidis hæreditate repertos; cum potue-
10 rit hæres, non urgentibus creditoribus, illos erogare in ſatisfactionem legatorum, quæ teſtator ordinaverat; ut in *dicta deciſione §.Quin adverſaretur cum ſeqq.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Ven. 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris deciſ.123.

SUMMARIUM.

1 *Decretum tranſivit in judicatum, cum poſt lapſum biennii cauſam ſuccumbens proſequutus non fuit.*

2 *Hæres qui rationem non reddit de bonis hæreditariis, tenetur de proprio ſolvere auctoris debita.*

DECISIO CXLVIII.

MAndatum ab A. C. relaxatum contra bona propria Marchioniſſæ Juliæ, favore Sacriſtiæ Sancti Silveſtri exequutioni demandandum eſſe reſolutum fuerat ſub die 3. Junii 1697. coram R. P. D. meo Anſaldo; verum quia poſt commiſſam mihi appellationis cauſam, cum clauſula *alteri qui ad legitimam*, neglexerit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare, ac fatalium prorogationem obtinere, fuit id circo in Audientia 22. Januarii præteriti coram me, ſub congruo dubio reſponſum: *conſtare de re judicata*: conceſſaque nova Audientia cum nihil hodie fuerit ex parte Marchioniſſæ ſuper hoc dubio deductum; ſed ſolum, ſub alio contemporaneè propoſito, iterum petita electio perito; Domini propterea, ex iiſdem rationibus in præterita deciſione deductis, ſteterunt *in deciſis*.

Suppoſito enim, prout erat extra contro-
1 verſiam, quod nedum annum, ſed integrum biennium elapſum fuerit, abſque eo quod Marchioniſſa quidquam egerit ad cauſæ proſecutionem; negari non poteſt, quin Rotale decretum ſuper exequutione mandati tranſierit in judicatum: dum de cætero illius juſtitia ſatis appareat; eo ipſo, quod hæres de
2 bonis hæreditariis rationem non reddit: &

per

per conſequens tenetur de propriis ad ſolutionem æris alieni ab ejus authore debiti; ut ſatis probat præcedens deciſio, cum qua Domini tranſierunt Altera &c.

ROMANA CENSUS SUPER ELECTIONE PERITI.

Ven. 18. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 124., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *In inventario fieri debet exacta deſcriptio mobilium, ſtabilium, & nominum debitorum.*

2 *Peritus fruſtrà eligitur pro facienda redditione rationis, deficiente valido, & legitimo inventario.*

3 *Hæres ſciens adeſſe creditores anteriores, ad horum favorem tenetur in bonis propriis; ſi ſolvat poſterioribus.*

4 *Jactare ſuum nemo præſumitur.*

5 *Hæres in fine litis volens reddere rationem, ad quam fuerat pluries provocatus, non auditur; ne cauſa in longum protrahatur.*

DECISIO CXLIX.

PRò fructibus cenſus debiti ab hæreditate clar. me. Cardinalis de Maximis egit Sacriſtia S. Silveſtri ad Quirinalem coram A.C. contra Marchioniſſam Juliam hæredem Fabii patris, qui præfati Cardinalis hæres extiterat, & mandatum una cum exequatur contra bona propria, ob non exhibitum inventarium, neque redditam rationem, obtinuit; cujus exequutionem in gradu appellationis decrevit hoc Sac. Tribunal *ſub die 3. Junii* 1697. *coram R.P.D meo Anſaldo*. Commiſſa mihi verò per Signaturam Juſtitiæ ulterioris appellationis cauſa cum clauſula *Alteri qui ad legitimam*; neglexit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare; quo circa, lapſis fatalibus, & impetrata ex parte Sacriſtiæ altera commiſſione præfixionis termini, propoſui ad hujus inſtantiam ſub die 22. Januarii præteriti conſuetum dubium *An conſtaret de re judicata*, & è converſo ad inſtantiam Marchioniſſæ alterum *An eſſet locus electioni periti ad effectum reddendi rationem de bonis hæreditariis dicti Cardinal* tis quorum inventarium à Fabio confectum eadem Marchioniſſa tandem exhibuerat: cumque Domini minus legale crediderint præfatum inventarium; denegarunt electionem periti tanquam ſuperfluam, & in alio dubio reſponderunt *conſtare de re judicata*; ut ex deciſionibus dicta die coram me editis: quarum fundamenta, cum adhuc ſubſiſtere viſa fuerint in hodierna audientia confirmationem obtinuerunt.

Et ſanè quoad electionem periti, de qua unicè hic agendum venit, iſta ſuperflua videbatur. Inventarium namque continet ſolum mobilia, cum tamen certum ſit, quod ſtabilia quoque in hæreditate reperirentur; & licet iſta dicantur per Marchioniſſam tradita in ſolutum Marchioni Fabritio ejuſdem Cardinalis creditori; tamen hoc non tollit, quin Fabius Marchioniſſæ pater ab initio in confectione inventarii defecerit, dum ad illius

1 validitatem, exactam, & rigoroſam deſcriptionem, nedum mobilium, ac ſtabilium, ſed immo etiam nominum debitorum requiri aliàs firmavit *Rota in Romana Inventarii 2. Junii* 1698. §. *Viſa etiam coram me*.

Immo hæc ipſa in ſolutum datio ad oculum oſtendit, ſuperfluam eſſe periti electio-

2 nem, ac reſpective redditionem rationis, quæ coram ipſo fieri proponitur: dum eo ipſo quod Marchioniſſa bona ſtabilia diſtraxit, & quidem pro creditis poſterioribus, non poterit, quamvis rationem reddat; exe-

3 quutionem evitare ſuper bonis propriis; dum ſciens extare ſacriſtiam creditricem anteriorem gratificari voluit ſocero poſteriori, ut probat *præterita deciſio* §. *finali*, & præter ibi adductos, *Roland. de Inventar. queſt.* 153. *num.* 2., *Cancer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 2 *n.* 146., *Rot. coram Ludoviſ dec.* 447. *num. primo*, & *in rec. dec.* 48. *num* 7., & 8 *part.* 2.

Neque hujus motivi efficaciam elidit reſponſio, quod bona in ſolutum data non provenirent à Cardinali, de cujus hæreditate agitur. Hoc enim in facto probatum non fuit, prout facere poterat Marchioniſſa; oſtendendo ad quem dicta bona pertinerent, antequam ad ipſam delata fuiſſent. Et licet in ipſo inſtrumento dationis in ſolutum aſſeratur, quod contrahentes tradiderunt notario quamplura folia ſignata per litteras, in quibus adnotata dicebatur Cardinalis debita, & venditiones non nullorum mobilium ad illius hæreditatem ſpectantium: attamen de hiſce foliis, tametſi perquiſitis, notitia haberi non potuit; adeout ignoretur, quot, & quanta bona hæreditaria Cardinalis vendita fuerint, quænam remanſerint, ac demum qualia ſint ea, quæ in datione in ſolutum fuerunt comprehenſa.

Hoc tamen certum eſt, quod Fabritius bonorum aſſignatarius, intuitu præfatæ dationis in ſolutum, aſſumpſit in ſe onus perſolvendi debita hæreditaria Cardinalis; ut conſtitit ex *Sum reſponſionis ſacriſtiæ n. unico*: ideoque perneceſſe dici debet, Cardinalis bona in ipſum tranſiiſſe: nàm aliàs mediante

4 hac obligatione proprium jactaſſe diceretur, contra regulam *Text. in l. Cùm de Indebito ff. de Probat.*

Faciliùs in hanc ſententiam venerunt DD., quia conſtitit, quod, uſque ab initio introducti judicii ſuper ſolutione fructuum cenſus, de quibus agitur, Marchioniſſa interpellata fuit ad reddendam rationem, quam tamen ſemper diſtulit, ſolumque hodie in tertia inſtantia illam exhibet: adeout non levis oria-

5 tur ſuſpicio, quod hujuſmodi exceptio ad ſolum effectum protrahendi ſolutionem debiti proponatur: ut præter adductos *in præceden-*

cedenti dec. §. *Atque ex his*, benè probat *Hodiern. ad Surd. dec.332. num.5.*, *&* 6.

Et ita utraque &c.

CALAGURITANA BENEFICII.

Lunæ 21. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Oritur ex Summario.

In hac cauſa adſunt ſuperiores dec. 24., & 74. & 105. & 112.

SUMMARIO.

1 *Beneficii portionem habenti, vigente conſuetudine, jure quaſi conſolidationis, adjudicanda erit altera portio vacans ejuſdem beneficii.*

2 *Sive unica, ſive cæteræ portiones omnes beneficii vacaverint, abſque nova collatione eidem ſunt adjudicandæ.*

DECISIO CL.

INtroducta inter Franciſcum, & Martinum judiciali controverſia ſuper adjudicatione quarti beneficii parochialis eccleſiæ de Villoslada; licet ſacra Rota ſub die 2. Decembris 1697. illam deberi Martino reſpondiſſet, nihilominus in audientia diei 16. Februarii 1699., ex facti circumſtantiis meliùs dilucidatis, recedendo à deciſis adjudicationem favore Franciſci decrevit, ac ſucceſſivè expeditionem cauſæ demandavit. Quia verò hujuſmodi lite pendente ſuper dicta quarta parte beneficii, cæteræ quoque illius portiones vacaverant, eaſque Martinus poſſeſſor, quamvis illegitimus, & intruſus, optaverat juxta conſuetudinem in Calaguritana diœceſi vigentem; orta proinde fuit in actu expeditionis cauſæ difficultas, an adjudicatio, ut ſupra favore Franciſci decreta, quartam dumtaxat partem, de qua in principio judicii agebatur, vel potiùs integrum beneficium pendente lite optatum comprehenderet: quo circa dilata expeditione, ad inſtantiam dicti Franciſci DD. conſului; *an adjudicatio conceſſa, ſit expedienda ſuper integro beneficio*, & reſponſum habui *affirmativum* pro Informante.

Viget namque in Calaguritana diœceſi
1 conſuetudo, quod poſſidens ratam, ſeu portionem alicujus beneficii, quoties alteram portionem vacare contingat, illam per viam optionis, & quaſi jure conſolidationis aſſequatur: idque toties fiat, quouſque integrum, deferatur ad unum titularem; ut deponunt teſtes relati in *Summ. Franciſci num. unico*; talemque conſuetudinem, utporè rationabilem pluries approbavit noſtrum Tribunal; ut videre eſt *coram Buratt. dec.* 195., *coram Merlino dec.* 100. *utrobique num.* 1., *&* in *rec. dec.791. n.6. &* 7. *par.*18.

Sicut autem quarta portio beneficii, quæ ab initio vacaverat, juxta poſtremam hujus ſacri Auditorii reſolutionem, debita erat Franciſco: adeout iſte ſit reputandus legiti-
2 mus titularis; ita cæteræ portiones, quæ hoc medio tempore vacarunt, abſque nova collatione ſtatim delatæ fuerunt ad ipſum Franciſcum, tanquam titulo annexæ, ac ab eo dependentes; ut in præciſis terminis ad caſum noſtrum reſpondit *Rot. coram Priol. de .226. per totam*.

Et ita, Franciſco ſolum audito, Martino verò licet pluries monito, & non comparente, reſponſum fuit &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Lunæ 21 Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 132. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Debitum teſtatoris ejus urgente præcepto cum hæreditatis fructibus compenſatum cenſetur.*

2 *Teſtatoris voluntatem implere non tenetur, qui illius hæreditatem noluit adire, nec in ea ſe immiſcuit.*

3 *Cenſum exiſtere demonſtrat ſucceſſiva fructuum exactio, & ſolutio reſpectivè.*

4 *Compenſatio in cenſibus fieri nequit, ſine poſitiva declaratione debitoris.*

5 *Tranſactio cenſetur initia ſuper iis, quæ ſub lite vertebant, non autem ſuper non controverſis.*

6 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*

7 *Compenſare non debet qui ſolvere non tenetur.*

8 *Evictionis actio quem tenet eundem agentem repellit exceptio.*

9 *Compenſatio neceſſaria proveniens ex juſſu teſtatoris extinguendi credita cum fructibus hæreditatis, in hærede ejuſdem creditore fit abſque hominis operatione.*

10 *Factum relevationis conventum inter ſubſtitutos locum habet in caſu veræ ſolutionis ab eiſdem faciendæ, non verò in illo neceſſariæ compenſationis.*

11 *Fideicommiſſarius ex propria perſona vocatus non tenetur ad emendationem damni, quod contingit ex facto, & gravatorum neglientia.*

DECISIO CLI.

AUditis iterum creditoribus R. P. D. Horatii, Domini cenſuerunt ſtandum eſſe *in deciſis*. Licet enim præter injuſtitiam, hodie allegaretur etiam nullitas mandati per Fratres de Alberinis obtenti, neutra tamen viſa fuit attendenda,

Non quidem nullitas deducta ex eo, quod aſſociatio conceſſa fuerit, nedum pro fructibus duorum cenſuum ſcut. 500. pro quolibet à Paulo tranſlativè acquiſitorum; verum etiam alterius in ſorte ſcutorum 600. ab eodem Paulo extincti, qui fructus petere non poterat. Objectum namque ceſſat ex lectura mandati, in quo dd. fratribus conceditur aſſo-

aſſociatio, *quouſque* (ſunt verba mandati)
*ex fructibus dicti caſalis &c. fuerint integrè
ſatisfacti de ſcutis* 2175. *pro fructibus* 29. *an-
norum dd. duorum cenſuum, in ſorte ſcuto-
rum* 600. *pro quolibet &c.; nec non de aliis
ſcutis* 600. *pro ſorte principali dicti alterius
cenſus, ut ſupra extincti per dictum bo. me.
Paulum*: -- ex quibus patet cenſum ſcuto-
rum 600., cujus extinctio ſequuta fuerat;
contradiſtinctum fuiſſe à duobus aliis tran-
slativè acquiſitis; & iſtorum reſpectu peti-
tos fuiſſe fructus, illius verò capitale.

Minorem animadverſionem meruit inju-
ſtitia: ad quam ſuadendam fruſtra repeteba-
tur, quod Cæſar fideicommittens Paulo hæ-
redi, aliiſque ſucceſſivè vocatis demandaſ-
ſet, ut hæreditaria debita ex fructibus per-
1 ſolverentur; adeoque vigore hujuſmodi præ-
cepti præfati cenſus ab hæreditate fideicom-
mittentis debiti, compenſati, ſeu potiùs
extincti fuerint cum fructibus ab illa per-
ceptis.

Recurrit enim alias adducta reſponſio,
quod Paulus vita durante nullatenus præfatæ
2 hæreditati ſe immiſcuit; ac proinde ad ejuſ-
dem teſtamentariæ diſpoſitionis implemen-
tum non tenebatur, ut præter authoritates
cumulatas in *præcedenti deciſione* § *Abſq; eo
quod*, probat *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1.
*cap.*37. *num.*14.

Quod ſi cenſus præfati, vivente Paulo,
extincti non fuerunt, nec etiam eo defuncto
potuerunt extingui per Tiberium, & Jaco-
bum in dicto fideicommiſſo ſucceſſores; quo-
niam cum ipſi ab eodem Paulo ſuper pro-
pria hæreditate gravati fuerint novo fidei-
commiſſo, filios etiam fœminarum, quales
ſunt hodierni actores, comprehendente; non
poterant eoſdem cenſus ad Paulum ſpectan-
tes minuatim ex perceptione fructuum bo-
norum Cæſaris extinguere, in præjudicium
aliorum ad hoc fideicommiſſum vocatorum.
3 Et de facto cenſus extinctos non fuiſſe de-
monſtrat ſucceſſiva fructuum exactio per
eos facta; *Summ. fratrum de Alberinis dato
in præterita propoſitione num.*11.: quod pro
excluſione compenſationis in cenſu notat
Duard. de cenſ. §. 5. *qu.* 36. *ſub num.* 4. *poſt
med. verſic. immo in dubium, & Rot. poſt
Cenc. eodem tract. dec.*247. *num.*4., *& coram
Merlin. dec.*822. *num.*6. 7. *&* 11.

Iſta verò compenſatio, ſeu extinctio, quæ
ex præmiſſis effectum ſortiri non potuit me-
diante fructuum perceptione; multò minus
dici poteſt ſequuta ex impoſitione alterius
cenſus, per eundem Paulum deinde facta
favore hæreditatis dicti Cæſaris in ſumma
ſcutorum 2650. Siquidem occurit eadem reſ-
ponſio *præteritæ deciſionis in* §. *Minus ad-
mittenda*; quod, deficiente declaratione de-
4 bitoris, compenſatio in cenſibus de ſui natura
irrepetibilibus, nunquam de jure indu-
catur.

Excluſa ex præmiſſis compenſatione, ſeu
potius vera controverſorum cenſuum extin-
ctione, facilius evitabatur præſumpta illo-
rum ſatisfactio, ex quo in tranſactione, an-
no 1632. celebrata inter præfatos Tiberium,
& Jacobum, ac filios Joannis Baptiſtæ poſt
eorum obitum ſuſtitutos ad Cæſaris fidei-
commiſſum; nulla fuerit habita mentio con-
troverſorum cenſuum: ſolumque actum fue-
rit de alio cenſu in ſorte ſcutorum 2000.,
quem Paulus acquiſiverat à confraternitate
Conſolationis contra Cæſarem, & pro illo
ſibi reſervavit facultatem obtinendi releva-
tionem contra bona hæreditaria ipſius Cæſa-
ris fideicommittentis. Argumentum quippe
non procedit in præſenti ob rationis diver-
ſitatem. Eatenus enim ſpecialis mentio facta
fuit de dicto cenſu ſcutorum 2000; quatenus
ille fuerat extinctus cum pecuniis redactis
ex venditione bonorum dicto Cæſaris fidei-
5 commiſſo ſubiectorum; & ſuper quibus
reſpectivè lis agitabatur: unde non mirum
ſi tranſigentes de dicto cenſu meminerunt.
Hujuſmodi autem mentio neceſſaria non
erat quoad cenſus, de quibus agitur; ſuper
quibus, utpote adhuc vigentibus, nulla
vertebat lis: nec ulla per conſequens ſuper
eis cadebat tranſactio; ad *Text. in l. Præſes
Provinciæ* 12. *C. de tranſact.*, cum aliis rela-
tis *in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis* 10.
Decembris 1698. §. *Nulla autem cor. R. P. D.
meo Anſaldo*.

Itaque veritas manifeſtè comprobatur ex
ejuſdem tranſactionis contextu. In illa
enim tribuitur Tiberio, & Jacobo filiis
Pauli facultas diſponendi ad eorum libitum
de omnibus bonis hæreditariis Cæſaris, ex-
cepto caſali nuncupat. *Campo di Merlo*, ac
domo ad Vallem; & quod plus eſt declara-
tur, eoſdem fratres uti, ac frui poſſe omni-
bus redditibus ad eorum beneplacitum,
*abſque eo quod teneantur ad aliquod æs alie-
num ejuſdem hæreditatis, nec ſortes princi-
pales, nec fructus decurſos* (ſunt verba tran-
ſactionis) *hodierno Summ. dd. fratrum de
Alberinis num. unico*: ex quibus verbis ma-
nifeſtè reſultat, quod cenſus uſque ad an-
num 1632., quo fuit inita tranſactio; revera
extincti non fuerant: dum ſupponitur extare
ſortes principales; abinde citra verò, nec
potuerunt extingui cum fructibus bonorum
favore ipſorum fratrum relaxatis; dum illi
juxta præfatam diſpoſitionem ad eos liberè
pertinebant: neque potuerunt compenſari
cum dicto cenſu ſcutorum 2650.: quia, eo
ipſo quod non tenebantur ad ſolutionem ali-
cujus æris alieni dicti Cæſaris; non poterant
6 per conſequens obligari ad compenſandum:
cum compenſatio ſit quædam ſpecies ſolu-
7 tionis, & quoties iſta non debetur, neque
debita eſt compenſatio, optimè *Cenc. de
Cenſ. qu.* 88. *num.* 6. *verſ. contrarium*, *Ro-
deric. de ann reddit. lib.*2. *qu.*18. *à n.* 9. *ad* 16.

Hæc omnia fortiùs procedunt, attento
ſubſequenti pacto ejuſdem tranſactionis:
quod in caſu, quo Tiberius, & Jacobus co-
gerentur ad ſolutionem alicujus debiti hæ-
reditarii dicti Cæſaris, poſſent ſe revalere
contra eandem hæreditatem, nempè contra
caſa-

caſale, & domum prædictam; ſicut enim ſuppoſita compenſatione licitum foret iuxta formam ſepè memoratæ tranſactionis relevationem petere contra domum, & caſale lite pendente diſtractum ad inſtantiam eorundem creditorum R. P. D. Horatii colliti-
gantis; ita contra eos obſtat regula, quod
8 quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio; ad *text. in leg. Vindicantem ff. de evict.*

Nec huiuſce pacti efficacia eliditur ex reſponſione, quod compenſatio in caſu noſtro non eſſet voluntaria, ſed neceſſaria, ob
9 præceptum teſtatoris extinguendi debitum ex fructibus ſuæ hæreditatis; atque ideo ſequi
10 potuerit abſque ulla hominis opperatione: nec obſtat pactum relevationis, utpote intelligendum in caſu veræ ſolutionis ab eiſdem fratribus faciendæ; non autem in illo compenſationis, quæ pernecеſſe, ut ſupra fieri debebat. Siquidem ſatiafacit ſuperius adducta reſponſio, quod Paulus hæreditatem Cæſaris non adminiſtravit; & proinde non potuit eius credita cum ejuſdem hæreditatis fructibus compenſare: quod ſolum actoribus
11 ſat eſt docere; dum ipſi tanquam ex propria perſona vocati ad Pauli fideicommiſſum, non tenentur ad emendationem damni, quod vel ex facto, vel ex negligentia gravatorum contigiſſe probetur; vulgata *leg. Filius fam.* 117. *§. Divi il ſecundo, ibiq; Bartol. n.* 6. *ff. de legat.* 1., *Gratian. diſcept. foren. cap.* 832. *n.* 29., *Rot. dec.* 169. *num.* 33. *par.* 17. *rec.*

Et ita utraque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER NEGOCIO PRINCIPALI.

Ven. 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Regulares improprlam parochialitatem habentes, ubi ſunt in numero ſtatuto, Epiſcopus neque quoad Sacramentorum adminiſtrationem, nec reſpectu etiam hoſpitalis annexi, & infirmos ibidem degentes viſitare poteſt, nec redditionem rationis eiuſdem hoſpitalis quærere.

SUMMARIUM.

1 *Jus viſitandi in concernentibus curam animarum, quæ Eccleſiæ incumbit, provenit ex eo, quod ex Apoſtolica auctoritate eccleſia ſubjacet juriſdictioni, & auctoritati ordinarii.*

2 *Regulares præcedenter ſubjecti ordinariorum juriſdictioni, cum, ex privilegiis ſummorum Pontificum, ab illius juriſdictione eximuntur, ejuſdem ſubjectio reducitur ad limites juris communis.*

3 *Eccleſia regularium de jure communi ordinariorum juriſdictioni, ac viſitationi non ſubjacet.*

4 *Eccleſia regulariam infirmis ſacramenta miniſtrans, quamvis requiſita non habeat veræ parochialis, tamen talis quoad iſtos reputanda eſt.*

5 *Eccleſia hoſpitalis pars eſt, & membrum dicitur Eccleſiæ regularis, cui ſubeſt.*

6 *Et tale hoſpitale eſt exemptum à viſitatione ordinariorum.*

7 *Eccleſia tali hoſpitali annexa eſt pariter ab ordinariis exempta.*

8 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*

9 *Conciliaris anterior diſpoſitio non adverſatur eccleſiis, ex Pontificiis conſtitusionibus ſubſequenter exemptis.*

10 *Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias regularium, in quibus a ſæculari ſacerdote, non autem a regulari animarum cura exerceatur.*

11 *Epiſcopo viſitare licet Eccleſias, & loca exempta, quibus verè, & realitèr, non autem impropriè, imminet animarum cura:* & num. 17.

12 *Eccleſiæ Hieroſolymitarum viſitari non poſſunt ab Ordinariis; licèt in eis Sacramenta militibus ſubminiſtrentur.*

13 *Conciliaris diſpoſitio ab ordinariis viſitari mandans eccleſias exemptas habentes animarum curam, excipit monaſteria quoad eorum regulares, & familiares, & commenſales.*

14 *Infirmi commorantes in hoſpitalibus religionis exemptæ dicuntur regularium familiares, & ejuſdem exemptione fruuntur.*

15 *Decreta Sacræ Congregationis Concilii vim legis habent, quoad omnes controverſias.*

16 *Rotæ Tribunal reverenter obſequitur reſolutionibus ejuſdem Sacræ Congregationis.*

18 *Religioſi S. Joannis Dei ubi ſunt in numero duodecim, ab ordinarii viſitatione ſunt exempti.*

19 *Exemptionis indultum verbis generalibus conceſſum ab ardinaria juriſdictione quemcumque caſum excludit, præter expreſſum.*

20 *Epiſcopo non licet regularium Eccleſias viſitare, nec ab illis redditionem rationis exigere.*

21 *Inſtrumentum publicum majorem fidem meretur, quam ſimplex teſtium depoſitio.*

DECISIO CLII.

COntendente Reverendiſſimo Epiſcopo Palentino ſibi competere, nedum jus viſitandi eccleſias, & hoſpitalia ſancti Spiritus, & ſanctæ Annæ civitatis Medinæ; quorum cura, & regimen apud PP. Ordinis S. Joannis Dei reperitur; verum etiam ius ab iſtis exigendi rationes de redditibus ad hoſpitale ſpectantibus, delatâque ad iudicium controverſia in hoc ſacro Auditorio, diſputatum fuit ſub die 17. Maii 1697. coram bo. me. Urſino, tunc temporis Decano meritiſſimo -- *An Reverendiſſimo Epiſcopo competat jus viſitandi eccleſiam, & hoſpitale, de quibus agitur, & rationes exigendi* -- editaque affirmativa reſolutione, quoad viſitationem eccleſiæ dumtaxat, negativa verò quoad hoſpitale, ac redditionem rationis, partes abinde

de citra ſiluerunt. Cum autem neuter ex
Collitigantibus hujuſmodi reſolutioni ac-
quieſceret, ego propterea defuncto collegæ
ſuffectus deciſionis fundamenta ſub conſueto
dubio - *An eſſet ſtandum, vel recedendum
à deciſis* - ad novum examen revocavi: &
Domini agnita illorum ſubſiſtentia quoad
geminas poſteriores partes, contra Epiſco
pum reſolutas, & è converſo inſubſiſtentia
quoad primam partem eidem Epiſcopo favo-
rabilem; reſponderunt *recedendum eſſe à
deciſis juxta modum*.

Et ſanè initium ſumendo à prima deciſio-
nis parte reſpiciente viſitationem eccleſiæ,
eatenus receſſum fuit; quia irrelevantia viſa
fuerunt illius fundamenta innixa legi funda-
tionis, & conſtitutionibus Apoſtolicis ſuppo-
nentibus religionem, de qua agitur, juriſ-
dictioni, ac ſuperioritati ordinariorum, in
1 cujus ſequelam venire jus viſitandi, potiſſi-
mè in concernentibus curam animarum, ei-
dem eccleſiæ incumbente, firmatur in §. *Sup-
poſita namque*. Quo enim ad fundationem, &
conſtitutiones Apoſtolicas illius approbati-
vas occurrit reſponſio, quod, etſi ab initio
2 Religio iſta ſubjecta fuerit ordinariorum ju-
riſdictioni; adhuc Summi Pontifices, median-
tibus poſterioribus conſtitutionibus, plena-
riam exemptionem indulſerunt; ut ſignan-
ter videre eſt in duabus ſa. me. Urbani VIII.
*impreſſis altera Bullar. nov. tom.*4 *la* 19., &
altera poſt conſtit. Alexandri VII.: qua pro-
pterea poſteriori exemptione ſuppoſita, præ-
cedens ſubjectio redacta fuit ad limites juris
3 communis; quo ſancitum eſt eccleſias Re-
gularium non eſſe Ordinariorum juriſdictio-
ni, ac viſitationi ſubjectas, ut firmat *Murg.
in adnot. ad dec.*10. §.3. *num.*16. *impreſſ. poſt
ejus Commentar. ad Coſt. Apoſtolic.*, *Tam-
burin. de Jur. Abbat. tom.*1. *diſput.*15. *qu.*7.
*num.*50., *Lantuſc. in Theatr. regular. verb.
Epiſcopus num.*1. *verſ. An Epiſcopus*, *Che-
rubin. in Compend. Bullar. ad Bullam* 41.
B. Pii V., *Quarant. in Summ. Bullar. Verb.
Monaſteria Regularium*.

Ita etiam irrelevans viſum fuit alterum
deciſionis fundamentum poſitum in exerci-
tio curæ animarum, quæ hujuſmodi religio-
ſis ſaltem impropriè incumbere aſſeritur in
dec. quæ revidetur §. *Idque potiſſimum*, *& ſe-
quenti*; ubi firmatur, quod etſi deficiant
requiſita veræ parochialitatis conſtitutiva,
nihilominus inficiari non valet, quod ipſi
Sacramenta miniſtrent, ac infirmorum pa-
rochi dicantur; *ex dec.*45. *num.*9., *& ſeqq.*,
*& num.*50. *uſque ad fin. coram Zarat.*. Siqui-
dem, quidquid ſit de hujuſce ratiocinii ſubſi-
ſtentia, attamen, dato etiam, quod Reli-
4 gioſi ſacramenta miniſtrantes infirmis dici va-
leant illorum parochi; adeout eccleſia quoad
ipſos reputanda ſit parochialis; non inde tri-
buendum foret epiſcopo jus eandem eccle-
ſiam viſitandi; tum quia eccleſia eſt in ipſo-
5 met hoſpitali, ejuſque pars, ac membrum
dicitur; ut obſervat *Card. de Luc. de Paroch.
diſc.*23. *ſub num.*14. *verſ. Siquidem*, *Pani-
moll. dec.*5. *adnot.*58. *num.* , *& Rot. dicta
dec.*45. *num.*19. *coram Zarat.*, ideoque ſicut
6 Hoſpitale viſitationi non ſubjacet; ex firmatis
in eadem *dec.*, *quæ revidetur* §. *Quia verò*;
7 ita exempta dici debet eccleſia; ne acceſſo-
8 rium diverſam à principali naturam ſortiatur;
*Surd. dec.*88. *num.*10., *Maſtrill. dec.*115. *n.*4.;
tum quia exemptiones ab ordinariis locorum
fuerunt hujuſmodi religioſis conceſſæ poſt
Concilium Tridentinum à ſummis Pontifici-
bus Urbano VIII., & Alexandro VII., in
ſuperiùs relatis conſtitutionibus, quæ com-
prehendunt etiam altaria, & eccleſias, an-
nexam habentes curam animarum erga infir-
mos: ac proinde conciliaria diſpoſitio tan-
9 quam anterior ſuffragari non valet; ex noti-
tiis per *Nicol. in floſcul. verb. viſitatio ordi-
naria ſub num.*1. *verſ. item niſi exemptio
fuiſſet conceſſa poſt Concilium*, idemque re-
petit *in inſtit. Canon. tom.*2. *lib.*3. *tit.*39. *de
cenſib.*, *& viſit. ſub num.*8 *verſ. quartò am-
plia*; tum quia cum in eccleſia controverſa,
10 regularis ſacerdos curam exerceat; nequit
epiſcopus ſe ingerere in viſitatione ſibi ſolum
permiſſa in eccleſiis Regularium, quoties
illæ à Sæculari præsbytero regantur; ut diſ-
ponitur in *eodem Concil. Trid. ſeſſ.*25. *de re-
form. cap.*8. *verſ. itaque ſi prædicti*, *Barboſ.
de offic.*, *& poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*74. *n.*12.,
*Kocbier. de Iuriſd. in exempt. tit. de conſer-
vat. eccleſ. part.*2. *quæſt.*33. *num.*1., *&* 2.
*Pignatell. conſult. Canon.*9. *num.*8., *& ſeqq.
tom* 3. tum quia facultas ordinariis conceſſa
11 viſitandi loca exempta, quibus imminet
animarum cura, intelligenda venit de illis
eccleſiis, quæ verè, ac realiter, non autem
impropriè parochiales exiſtant; ut in pro-
12 ximis terminis, quod eccleſiæ militum Hie-
roſolymitanorum, & ſimilium, etiamſi in
illis Sacramenta recipiantur à Militibus, vi-
ſitari non poſſint ab Ordinariis, probant *Bar-
boſ. ad Concil. ſeſſ.*7. *de reform. cap.*8. *n.*21.,
Novar. in ſumm. Bullar. part. 1. *Commet.*
125. *tit. de viſit. milit. S. Ioannis num. primo*,
*Kocbier. de Iuriſd. in exempt. tom. primo
part* 2. *quæſt.*45. *num.*11.; tum demum quia
eadem *Tridentina Synodus in ſeſſ.*25. *de regul.
cap.*11., qua jus tribuit ordinariis viſitandi
13 loca exempta, quibus animarum cura im-
mineat, excipit monaſteria reſpectu ſuorum
regularium familiarium, & commenſalium;
quales eſſe infirmos in præfatæ religionis
14 hoſpitalibus moram trahentes notat *Pigna-
tell. conſult. canon.*9. *num.*4. *verſ. fin. tom.*7.

Hujuſmodi autem intelligentia generali-
bus regulis innixa evidens reddebatur ex
ſpeciali decreto per Sac. Congregationem
Concilii nuper edito, ſuper hoc eodem arti-
culo in cauſa *Bononien.* 10. *Maii* 1698.; in
qua prætendente Eminentiſſimo Archiepiſ-
copo Bononien. viſitare hoſpitale, & eccle-
ſiam in eo ſitam patrum S. Joannis Dei, re-
ſcriptum fuit - *Quoad adminiſtrationem ſa-
cramentorum non licere* - *Sum. Patrum n.*5.;
cujus Congregationis decreta vim legis ha-
15 bentia quoad omnes controverſias; ex tra-

ditis per *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. primo cap. 3. num. 81.*, *& Rot. in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1698. §. In præſenti coram bo. me. Urſino* conſuevit ſemper no-
16 ſtrum Tribunal reverenter amplecti, ut teſtatur *coram Buratt. dec. 479. num. 3., ibique Adden num. 20., coram Merlin. dec. 825. num. 8., coram Celſ. dec. 5. num. 12., in rec. dec. 279. num. 2. part. 18.*, & paſſim ubique,

Atque hinc ceſſat alterum præteritæ deciſionis fundamentum; quod cum in prima conſtitutione ſa. me. Urbani VIII., approbativa privilegiorum hujuſce religionis appoſita fuerit clauſula, *dummodo ſacris canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur* -- inde favore ordinarii Jus viſitandi præſervatum dicatur. Hæc namque illatio ſupponit epiſcopum de Jure poſſe iſtorum religioſorum eccleſias viſitare: quod
17 tamen ex præmiſſis non ſubſiſtit: imo dum ſac. Congregatio Concilii in præfata Bononien., declaravit, licitam epiſcopo non eſſe viſitationem eccleſiæ; neque in reſpicientibus adminiſtrationem ſacramentorum; jam incomperto eſt, exemptionem non eſſe Concilio adverſativam.

Hæc quoad primam deciſionis partem; ſcilicet eccleſiæ viſitationem: quo verò ad geminas alias reſpicientes viſitationem hoſpitalis, & redditionem rationis, Domini abſolutè ſteterunt in deciſis; iterum animadvertentes, hoc jus epiſcopo ſublatum eſſe, nedum ab eodem indulto Urbani VIII., eo
18 ipſo quod in conventu degant duodecim Religioſi, ut probat *præterita deciſio §. Quia verò*. Potiſſimè quia præfatum Indultum loquitur per verba generalia negativa ibi -- *In nihilo prorſus ſe immiſceant*; quæ omnem,
19 & quemcumque alium caſum, preter expreſſum, excludunt; ut probat *Kocbier de Iuriſd. in exempt. tom. 2. part. prima §. 6 n. 10.*: verum etiam ex decretis S. Congregationis Concilii, quæ articulo pluries diſcuſſo re-
20 ſolvit, viſitationem hoſpitalium iſtius Religionis, & exactionem rationum Epiſcopis non eſſe permiſſam; ut ſignanter legitur in una *Meſſanen. 9. Iulii 1683., & 13. Auguſti ejuſdem anni; Sum. Patrum num. 3., & in Bononien. Viſitationis 10. Maii 1696.*, eodem *Summ. num. 5.*

Nec ad evadendam litteralem indulti diſpoſitionem, admitti potuit exceptio, quod in conventu Palentino reſideant duntaxat octo religioſi; juxta fides teſtium à ſcribentibus pro epiſcopo adductas: Contrarium quippè apertè conſtitit ex publico inſtrumento in eodem conventu ſtipulato de anno 1699., cum interventu duodecim religioſorum, quos tunc temporis ibidem actualiter reſediſſe teſtatur notarius; ut videre eſt in *Summ. reſponſionis Patrum num. unico*; atque ideo in conflictu probationum, fidem
21 potiùs mereri viſum fuit publicum Inſtrumentum, quam ſimplices teſtium depoſitiones; ad tradita per *Rot. dec. 451. n. 6. p. 18. rec.*

Et ita, utraque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM,

ineſt in Summario.
Confirmatur infra dec. 220.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio cum de illa unitim cum bono jure diſputatur, ab hujus aſſiſtentia, non autem ſtrictè regulatur à poſſeſſione.*

2 *Actus viſitationis geſti in Eccleſia, dum regebatur à Parochis ſæcularibus, non ſuffragantur Epiſcopo, immutata Eccleſia in regularem, ad obtinendam manutentionem contra regulares exemptos, illius curam exercentes.*

3 *Actus viſitationis expleti etiam in ſtatu regularitatis Eccleſiæ, quibuscum proteſtationibus, & appellationibus expreſsè contradictum fuit, non conſtituunt Epiſcopum in quaſi poſſeſſione juris viſitandi.*

DECISIO CLIII.

Retento juris principio, cum quo proceſſum fuit in *deciſione ſuper hoc articulo edita 17. Maii 1697. coram bo. me. Urſino*; quod
1 ſcilicet, ubi non ſuſpenſo petitorio, poſſeſſorium unitim cum illo diſputatur, manutentio ſtrictè non reguletur à poſſeſſione, ſed à ſubſiſtentia boni juris; ex firmatis per *Rot. dec. 9. n. 31. apud Poſthium de manut.*, *& in rec. dec. 324. n. 1. & 2. p. 16.*: ſicut hodie Domini ſuper articulo boni juris receſſerunt à deciſis in ea parte, qua firmatum fuerat, ordinario Palentino licitam eſſe viſitationem Eccleſiæ, ex juribus in altera deciſione ponderatis; ita etiam cenſuerunt denegandam eſſe manutentionem in jure viſitandi præfatam Eccleſiam, eidem Epiſcopo in præterita deciſione conceſſam; reſpondentes ad hunc effectum *recedendum eſſe à deciſis juxta modum.*

Animadvertentes inſuper, quod actus viſitationum ad comprobationem quaſi poſſeſſionis adducti nullo modo concludunt: vel
2 enim loquimur de geſtis tempore, quo controverſa Eccleſia regebatur à Parochis ſæcularibus, & illi ſuffragari non valent in præſenti, quo ſtatus Eccleſiæ immutatus remanſit, eaque à dominio ſæcularium tranſitum fecit ad regulares exemptos; ut in ſpecie reſpondit *Rot. dec. 646. n. 14. & 15.*, *apud Poſth. de manut.*, & comprobat *Card. de Luca de ſervit. diſc. 95. n. 4. in ſupplem.* Si verò loquimur de actibus viſitationis exercitis poſt ſuperventam regularitatem, ac
3 exemptionem Eccleſiæ; & iſti fuerunt ſemper ex parte religioſorum contradicti, mediantibus proteſtationibus, & appellationibus relatis in *ſum. patrum n. 20.*; ac propterea ex illis quaſi poſſeſſio acquiri non potuit; ex notatis per *Poſth. de manut. obſer. 17. num. 50.*

num.50., Rot. apud eundem dec.627. n.8., in rec. dec.30. n.1. p.2., & dec.311. n.ult. p.9., & firmat *præterita deciſio §. Quia verò.*

In reliquis Domini tranſierunt cum fundamentis ejuſdem præteritæ deciſionis

Utraque &c.

GERUNDEN. FERIALIS.

Veneris 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 115., quæ confirmatur.
Et adeſt in hac cauſa dec. 269.

SUMMARIUM.

1 *Redditus aſſignati ſub lege erogandi in certos uſus, in alios diverſos coverti non poſſunt*, & n.4.
2 *Specialis proviſio facit ceſſare generalem.*
5 *Eccleſiæ nomine unuſquiſque curare poteſt piorum operum exequutionem.*
6 *Dignitates ſunt de corpore Eccleſiæ.*
7 *Ferialis quod ſupereſt factis omnibus expenſis reſpicientibus lites, & negocia Eccleſiæ, inter Canonicos dividi debet, ad quorum pinguius ſuſtentamentum fuit inſtitutum.*
8 *Præcipue opitulante ſummi Pontificis juſſu.*
9 *Et longiſſimi temporis obſervantia.*
10 *Subſcribens ſcripturæ, qui duas perſonas repreſentat, non convincit tanquam utramque ſubſcribere, ſed tanquam eam, quæ actui congruit.*
11 *Immemorabilis parit rem judicatam, & per eam allegari poteſt concordia, & quicumque alius titulus.*

DECISIO CLIV.

FUndamenta deciſionis editæ coram me
ſub die 11. Decembris præteriti viſa non
fuerunt everti ex motivis utrinque repetitis
ad ſuadendam petitam illius reformationem,
ac reſpectivè receſſum; ideòque DD. ſteterunt *in deciſis.*

Et incipiendo ab ea deciſionis parte, quam
Canonici reformari poſtulabant; & in qua
firmatum fuit redditus ferialis erogari non
poſſe in alios uſus, quam concernentes univerſum Eccleſiæ ſtatum, & qui ad totius eccleſiaſtici corporis honorificentiam conducant; iterùm DD. placuit diſpoſitio ſtatuti,
anno 1330. conditi: quodque ſexta capellaniatum pars, principale ferialis emolumentum à ſa. me. Gregorio XI. applicatum,
nec non ſigillum curiæ epiſcopalis eidem feriali aſſignatum ſub præciſa lege erogationis
1 in dictos uſus conſtituta leguntur; undè non
poſſunt in alios converti; ut probat *præterita deciſio §. Procedendo.*

Nec relevat, quod in Eccleſia Gerundenſi
plures adſint particulares maſſæ pro certis
neceſſitatibus ſpecificè deſtinatæ: ideoque
in iis, quibus ſpecialiter conſultum fuit; non
debeat cum univerſali ferialis maſſa provideri: quoniam ſenſus ſac. Rotæ non fuit; nec
eſt, quod redditus ferialis, adeò indiſtinctè,
in omnes Eccleſiæ neceſſitates erogentur; ut
ſpeciales maſſæ immunes remaneant: ſed
ſolùm quod, ubi fructus ex aliis maſſis retracti non ſuppetunt ad effectum, cui deſtinatæ
reperiuntur; ſupplementum tribuatur ex illis ferialis, de eo quod ſupereſt poſt adimpleta onera eidem feriali annexa, ſequendo
in hac parte juris regulam: quod ubi ſpecia-
2 lis proviſio reperitur; locum non habeat ge-
3 neralis; quæ viceverſâ ſubingrediatur in iis.
ſuper quibus ſpecialiter diſpoſitum non fuit,
Abb. in cap. fin. n.7. de his quæ fiunt à majore parte capituli.

Minùs reformanda videbatur deciſio in ea
parte, qua decernit, dicti ferialis fructus
erogari non poſſe in lites particulares, quæ
univerſum Eccleſiæ corpus non reſpiciant.
Quippe cum præfatum ſtatutum diſponat,
omnes Eccleſiæ Gerundenſis redditus erogandos eſſe in communes ejuſdem Eccleſiæ
4 neceſſitates; ipſiuſque ferialis fructus ſpecificè pro communibus Eccleſiæ litibus deſtinati
legantur: æquum non eſt, ut in alios à ſtatuto diverſos convertantur.

Neque demum in alia, de qua in §. *finali præteritæ deciſionis*, reſervante dignitatibus
facultatem invigilandi, ne prædicti redditus
5 in uſus à ſtatuto extraneos erogentur: dum
ſicut unicuique de populo licitum eſt curare
piorum operum exequutionem pro eccleſia;
ita & fortiùs id licere debet dignitatibus,
6 quas eſſe de corpore eccleſiæ non dubitatur.

Tranſeundo ad alias deciſionis partes, à
quibus receſſum petebant ſcribentes pro dignitatibus; perperam impugnari videbatur
7 illa declarans, quod abſolutis, & perfectè
completis omnibus expenſis communibus
reſpicientibus, tam lites, & negocia, quàm
eccleſiæ onera, reſiduum diſtribui debeat inter Canonicos. Reſolutionis quippe ratio innixa ejuſdem ferialis inſtitutioni factæ pro
pinguiori Canonicorum ſuſtentatione; ut refertur in principio deciſionis; adhuc ſuadebat, non poſſe de illius fructibus alios, quàm
Canonicos participes fieri; prout de facto il-
8 los inter ſolos Canonicos dividi juſſit ſa. me.
Leo XI. in ejus conſtitutione relata in *ſum.*
9 *præterito capituli n.11.* Et ita per plurium
ſæculorum ſpatium obſervatum fuiſſe conſtabat ex *dicto ſum. à n.4 ad 23.*

Prout etiam minus legaliter impugnabatur
altera pars determinans, præfatorum fructuum erogationem, ac reſpectivè diſtributionem fieri poſſe inconſultis dignitatibus;
allegando quod ipſæ fuerint confundatrices
ferialis. Quidquid enim ſit; an huiuſmodi
qualitas probata foret, dum ſola ſubſcriptio
per dignitates facta in fundatione ferialis,
non concludit pernecesſe, quod illæ contribuerint, dum potuerunt tanquam Canonici
10 ſubſcribere: quia reverâ canonicatum ultra dignitates poſſidebant; ut in ſimili ſtatu-

to ſubſcripto per dignitates canonicatum
poſſidentes, reſpondit, *Rot. in Gerunden. Capparum impreſſ. penès Antonell, de jur. & onere Clericorum dec.42. num.18.*: obſtat ſemper contraria obſervantia, & quidem immemorabilis: cujus vigore poſſunt Cano-
11 nici, vel concordiam, vel rem judicatam, vel quemcumque alium titulum allegare; ut probat *præterita deciſio §. Quæ omnia*: ſatiſque dignitatibus conſultum videbatur, mediante præſervativa juris invigilandi, ſuperiùs recenſita.

Et ita, in reliquis relativè ſe habendo ad præcedentem deciſionem, reſponderunt Domini. Utraque &c.

BONONIEN. PECUNIARIA.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Præbetur a Summario.

SUMMARIUM.

1 *Rem judicatam faciunt geminæ ſententiæ conformes in civitate Bononiæ inter cives, & incolas.*

2 *Amplia etſi latę non ſint ſententię ſucceſſivè, ſed interpolatà.*

3 *Actoris intentio benè fundatur in folio de mandato ſummi Pontificis conſcripto.*

4 *Princeps loquens per verba ſuppoſitiva conſuetudinis, eam non probat, ſed transfundit onus illam probandi in eo, qui ſe in dicta conſuetudine fundat.*

5 *Secùs tamen cum verba ſuppoſitiva conſuetudinis ſunt prolata poſt ſedulo, & maturè penſatam negocium, quia tunc certam, & perfectam diſpoſitionem conſtituunt.*

6 *Partitę quantitatis ſalarii quot annis officialibus ſoluti, affirmativam ſolutionis probant; non verò preiſam ſummam coarctant, cùm de alia ſumma in eandem cauſam, ſeparata ſit conſideratio, & alibi potuit adnotari.*

DECISIO CLV.

IN collatione muneris præfecti equitum levis armaturæ civitatis Bononiæ ſa. me. Innocentium XI. facta Columnello Ferranti Ruſchæ; idem ſummus Pontifex, aboletis quibuſcumque emolumentis jampridem percipi ſolitis, per litteras Eminentiſſimi Cybi, tunc primi Miniſtri, ſignificavit Eminentiſſimo Legato dictæ Civitatis: quod ſuæ intentionis erat, Columnellum conſequi dumtaxat -- *Le proviſioni eſpreſſe nell' ingionto foglio; non volendo nel reſto Sua Santità, che pretenda altri emolumenti* --: & in folio enunciato deſcripta reperiebatur ſequens particula ibi -- *La proviſione ſolita è di ſcudi cinquanta il meſe; altri dieci il meſe ſoliti darſi dal Regimento.*

Præfecturæ poſſeſſionem adeptus Ferrantes exegit quidem menſtrua ſcuta 50.; ſed aſſequi non potuit ſcuta 10. à Regimine debita; quocirca iſto in judicium vocato coram dicto Eminentiſſimo Legato, mandatum obtinuit; quod etſi revocatum ab A. C. in gradu appellationis, exequi tamen decrevit noſtrum Auditorium, præviis duabus deciſionibus coram R.P.D. meo Pio editis: cùmque ad provocationem regiminis commiſſa mihi fuerit appellationis cauſa: propoſui dubium commiſſioni conforme: *An ſit locus ſtatuto de duabus*: quod fuit *affirmativè* reſolutum.

Agitur namque lis inter cives, & incolas
1 dictæ Civitatis Bononiæ: ideoque, tam ex diſpoſitione ſtatuti, quàm ex notiſſima conſtitutione Gregorii XV.; duæ ſententiæ conformes, habent vim trium, ac rem judicatam conſtituunt; ut dictum fuit in *Bononien. depoſiti 3. Martii 1692. §. Siquidem coram R.P.D. meo Muto, & in Bononien. jurispatronatus de Gliſleriis 31. Januarii 1695. §. Ratio coram R.P.D. Pio*: quod procedit etiamſi duæ conformes latæ non fuerint ſucceſſivè, ſed interpolatè; ex allegatis per *Rub. in ſing. circa ſtatut. interpret p.6. n.9.*

Sententiarum autem juſtitiam (cum de validitate non dubitetur) DD. plenè comprobatam agnoverunt ex dictis deciſionibus, & ſignanter poſtrema R. P. D. mei Pii; ite-
3 rum animadvertentes Columnellum fundatam habere intentionem in folio, de mandato ſummi Pontificis tranſmiſſo ad Legatum Bononiæ, in quo menſtrua ſcuta 10. à regimine perſolvenda comprehenſa leguntur.

Non attenta replicatione, quod ſummus Pontifex non adſtrinxerit idem regimen ad
4 hujuſmodi ſolutionem; ſed loquutus fuerit per verba ſuppoſitiva dicendo -- *altri ſcudi dieci il meſe ſoliti darſi dal regimento* --: ideoque hoc ſolitum veniat à columnello probandum. Siquidem cùm hæc expreſſio facta fuerit poſt ſedulo, ac maturè penſatum ad tollendos abuſus, qui in præjudicium Civitatis irrepſerant: & poſtquam ſummus Pontifex declaraverat velle, quod columnellus -- *goda ſolamente le proviſioni eſpreſſe nell' ingionto foglio* -- apertè conſtat præſtatio-
5 nem ſcutorum 10, tanquam certam fuiſſe conſtitutam, dictaque verba perfectam inducere diſpoſitionem; ut benè comprobat utraque *deciſio R.P.D. mei Pii prima nempe 22. Junii §. Idque certiùs, & ſecunda 11. Decembris 1699. §. In nihilum.*

Nec ad excindendam hujuſmodi conſuetudinem viſa fuit habenda ratio de partitis ſolutionum factarum anteceſſoribus columnelli in ſola ſumma librarum 217. Ut enim reſpondit utraque deciſio præcedentis in-
6 ſtantię *in §. finali*; probatur quidem ex illis affirmativa ſolutionis in dicta quantitate, ſed non eruitur probatio negativę quoad alia ſcuta 10., cum iſta ſeparatè ſoluta fuiſſe veriſimile reddatur, ex quo ſummus Pontifex illa ſeparatè conſideravit; adeout potuerit in alio diverſo libro adnotari.

Et ita, Columnello ſolùm informante, reſolutum fuit.

BONO-

BONONIEN. PECUNIARIA. SUPER REMISSORIA.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Ad probationem faciendam contra ſupremi Principis perfectam diſpoſitionem reſultatem ex verbis, quamvis ſuppoſitivè in privilegio, & conceſſione prolatis, remiſſoria non conceditur: præſertim ſi probatio ſit improbabilis: & ad protrahendam ſolutionem poſt rem judicatam petatur.

SUMMARIUM.

1 *Voluntas expreſſa ſummi Principis per contrarios intellectus revocari non valet.*

2 *Verba ſuppoſitiva prolata ex ore habentis facultatem diſponendi in conceſſionibus cauſativè cenſentur adjecta.*

3 *Probatio admittenda non eſt contra expreſſam Principis declarationem.*

4 *Remiſſoria tendens ad probationem rei improbabilis non admittitur.*

5 *Remiſſoria denegatur, cum poſt rem judicatum ad protrahendam cauſam petitur.*

DECISIO CLVI.

Regimen Bononiæ per geminas ſententias condemnatum ad ſolvendum Columnello Ruſchæ menſtrua ſcuta 10., præter alia quinquaginta, à die, qua ille poſſeſſionem adeptus fuit præfecturæ militum levis armaturæ in dicta civitate; petiit in gradu ulterioris appellationis mihi commiſſæ contemporanee ad dubium -- *An eſſet locus ſtatuto de duabus* -- hodie propoſitum, diſputari etiam aliud -- *An ſit concedenda remiſſoria* --; exhibendo ad hunc effectum articulos, ad probandum, quod anteceſſoribus præfati Columnelli, nil, ultra menſtruas libras 217., idem Regimen perſolvere conſueverit. Verùm DD. probationem inutilem reputantes reſponderunt: *remiſſoriam eſſe denegandam.*

Cùm enim ſa. me. Innocentius XI. declaraverit, velle, quod columnellus Ruſca exigeret proviſiones adnotatatas in folio per
Eminentiſſimum Cybo, tunc primum ejus miniſtrum tranſmiſſo ad Eminentiſſimum Bononiæ Legatum; & in hoc folio deſcripta legatur menſtrua quantitas dictorum ſcutorum 10. à Regimine ſolvenda; non eſt cur ejus ſolutio declinari velit ſub prætextu, quod antea fieri non conſueverit; dum ſupremus Princeps, illam fieri præcisè voluit; ut ſonant verba dictæ epiſtolæ Cardinalis Cybo; -- *mi hà commandato di darne parte à V. E., con aggiongerle eſſer volontà preciſa, che goda egli le proviſioni eſpreſſe nell' ingionte fo-*
1 *glio*: à qua voluntate per contrarios, & ſubauditos intellectus recedi non poſſe, firmatum fuit in *prima hujus cauſæ dec 22. Junii* 1699. §. *Clara autem coram R. P. D. meo Pio.*

Nec obſtat, quod hujuſce quantitatis deſcriptio in præfato folio facta fuerit cum ſuppoſito, quod eſſet ſolita perſolvi; adeout probatio in vim remiſſoriæ facienda tendat ad excluſionem ſuppoſiti, non autem voluntatis ſummi Pontificis. Huic namque objecto occurrit *eadem prima deciſio R.P.D. mei Pii*
2 *in §. Abſque eo quod*, firmans quod verba ſuppoſitiva in privilegiis, & conceſſionibus ab eo prolata, cui plenam habet facultatem diſponendi, adjecta dicuntur poſitivè, & cauſativè, perfectamque diſpoſitionem inducunt per *text. in l. cum proponebatur ff. de*
3 *legat. 2.*: idemque contra expreſſam Principis declarationem, quæ præceptivam legem præſefert; probatio admittenda non eſt; *Rota coram Verall. dec. 384. lib. 1., & in rec. dec. 509. n. 22. verſic. quia Papa & ſeqq. p. 5.*

Sicut autem irrelevans erat exhibita probatio, ita etiam videbatur impoſſibilis. Articulatum enim fuit, quod præfecti equitum levis armaturæ, nil aliud exegerint, quàm meſtruas libras 217. conſtantes ſcuta 43. & 40 monetæ Romanæ: & tamen ipſimet libri, ex parte Regiminis exhibiti, continent plures, ac diverſas partitas ſolutionum, diverſa ex cauſa columnello factarum; quæ citra dubium articulatam quantitatem excedunt; ut refertur in petitia uſque de anno 1694. per Ludovicum Calvum exarata; de qua in *ho-*
4 *dierno ſum. columnelli n. 3.*: ideoque ratione improbabilitatis remiſſoriam eſſe denegandam, plures dixit *Rota coram Durano dec. 196. n. 5., coram Celſo dec. 104. n. 6. in rec. dec. 319. n. 16 p. 6.*

Faciliùs pro denegatione remiſſoriæ inclinarunt Domini animadvertentes, illam petà poſt agitatum octo annorum ſpatio judicium,
5 ac latas binas ſententias rei judicatæ inductivas: itaut remiſſoria ſolùm tenderet ad ſolutionem differendam: ex firmatis per *Rotam coram Pen. dec 395. n. 21., coram Dunoz. jun. dec. 791. n. 7., coram Bich. dec. 14. n. 5., & coram ſa. me. Alex. VIII. dec. 39. n. 3.*

Et ita, utrâque &c.

HYDRUNTINA MANUTENTIONIS.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori deciſ. 127. quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum obtentum, & reſpectivè ſequuta deliberatio non citata perſona legitima, ſunt nullæ.*

2 *Subbaſtatio facta bonorum minoris, citata tantùm matre, vel ejus procuratore proprio, non autem curatorio nomine, nulla eſt.*

3 *Rector capellæ citandus eſt in judicio, quod reſpicit diſtractionem bonorum, ejuſdem capellæ.*

4 *Actor tenetur ſcire poſſeſſorem bonorum, ad effectum validè agendi in judicio illo citato.*

5 *Minori*

5 *Minori legitimè non comparenti, deputandus eſt actor ad lites pro validitate judicii.*

6 *Subhaſtatio nulliter conſumpta dicitur contra minorem indefenſum, & cui actor ad lites non fuit deputatus.*

7 *Deliberatio facta vigore mandati implicitè continentis liquidationem fructuum, quod ideò eſt appellabile, eſt nulla.*

8 *Decretum de ſui natura appellabile, ſine terminorum ſervatione, exequutioni demandari nequit, abſque labe attentatorum.*

9 *Et am ſi liquidatio quantitatis in ſubſequenti mandato contenta innixa foret relationi periti*, & n.11.

10 *Mandatum non eſt conforme relationi periti reſpectu partitarum, de quibus ipſe non retulit.*

12 *Cauſa implicitè continens liquidationem fructuum, de ſui natura eſt appellabilis.*

13 *Inſtrumento deferendum non eſt, quod per ſententiam declaratum fuit nullum.*

14 *Inſtrumentum diviſionis à Judice annullatum ad effectum deveniendi ad aliam diviſionem inſervit, ad effectum probandi valorem in antiqua diviſione ſuppoſitum.*

15 *Fallit quando illud inefficax, nec ullo modo attendendum à partibus, & judice fuit reputatum.*

DECISIO CLVII.

INter plures nullitates, quæ adversùs deliberationem controverſam ex parte Franchi opponebantur in audientia 12. Februarii
1 præteriti; illa ſignanter placuit DD.; quod mandatum obtentum fuiſſet; & reſpectivè ſequuta deliberatio, non citata perſona legitima; ut videre eſt in *deciſione dicta die coram me edita*. Cùmque ad ejuſdem nullitatis excuſationem, nec etiam in hodierna propoſitione, quidquam relevans deduceretur; reſponſum proindè fuit: *Standum eſſe in dec. iſt.*

Iterum namque inſufficiens viſa fuit reſponſio, quod citatus fuerit procurator conſtitutus ab Anna Lubella Franchi matre, ejuſque curatrice. Cùm enim hujuſmodi qua-
2 litas in citationibus expreſſa non fuerit; prout illam in mandato procuræ in perſonam Riccii eadem Anna non expreſſerat; judicium dici debet agitatum contra matrem nomine proprio: & per conſequens citationis defectus reſpectu minoris evitari non poteſt; ut benè probat *præterita deciſio §. non relevante.*

Potiſſimè quia non agebatur de diſtrahendis bonis ipſius minoris, quorum cura eſſet penès matrem; ſed de bonis ſpectantibus ad capellam S. Franciſci, legatariam Conſalui prætenſi debitoris; cujus capellæ rector erat ipſe Francus; ac proindè ſatis non fuit matrem citare: ſed idem rector neceſſariò ci-
3 tandus erat; ad *litt. text. in cap. fin. de judic. in 6.*, & in ſpecie de bonis ſimilis capellaniæ dixit *Rota dec.171. n.1. p.4. rec.*

Abſque eo quod relevet, Catharinam creditricem, & deliberatariam ignoraſſe; quod bona per Francum nomine capellæ poſſiderentur. Siquidem hæc excuſatio non ad-
4 mittitur; cum ipſa teneretur ſcire poſſeſſorem ad effectum validè agendi in judicio ipſo citato; ut in terminis reſpondit *Rota dec.138. n.27.*, & meliùs *n.10. p.12. rec.*

Quinimò etiamſi ſupponeremus, Annam Franchi matrem in conſtitutione procuratoris, ſe geſſiſſe tanquam tutricem; ipſumque procuratorem fuiſſet hoc nomine legitimè citatum; nihilominùs cùm ille minorem indefenſum reliquiſſet, patiendo mandatum
5 expediri per contradictas; utique oportebat ad validitatem judicii, eundem minorem citare ad legitimè comparendum: eique legitimè non comparenti deputare actorem ad lites; ad *text. in l. Admone adoleſcentem cod. qui petant tutores* ibi - *Admone adoleſcentem, advertat quem conſiſtere vis, ut curatores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundum juris formam conſiſtas: qui ſi in petendis his ceſſobit: potes tu competentem judicem adire, ut in dandis curatoribus officio ſuo fungatur* & firmavit *Rota coram Buratto dec.293 n.4., coram Duran. dec.142. n.1., coram Celſ dec. 404 n.6, & coram Priol dec.145 n.2. & 3.*

Et in terminis quod ſubhaſtatio, & deli-
6 beratio nulla ſit, quoties ad illam deventum fuerit actore non deputato, ſeu minore indefenſo, dixit *Rota. poſt Salgad. in labyrint. creditor. dec.54. n.1. & ſeq., apud Poſtb. de ſubhaſt. dec 43. n.2., in rec. dec.406. ſub n.4., & 6. p.4. tom. 1., & in Hortana caſalis 13. Februarii* 1690. *§. Nullitas coram bo.me. Emerix.*

Huic nullitati, quæ totum percutit judicium contra minorem agitatum, adnectitur alia ſpecialiter ipſum deliberationis actum reſpiciens, & approbata in *præcedenti deciſione §. At non ſolùm nulla.* Et quidem nulla
7 fuit deliberatio, tanquam facta vigore mandati continentis implicitam liquidationem fructuum, in exequutionem præcedentis rei judicatæ, reſtituendorum: quod propterea
8 de ſui natura erat appellabile, nec citra vitium attentatorum, non ſervatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, exequutioni demandari poterat; ut præter authoritates in præcedenti deciſione relatas; in individualibus terminis reſpondit *Rot. coram Dun. 2. jun. dec.758. ſub n.6. 8. & 9.*

Nec ad excludendam appellabilitatem,
9 ſuffragatur reſponſio, quod liquidatio quantitatis in mandato contentæ, innixa foret relationi tertii periti per Judicem electi. Hoc enim in facto non ſubſiſtit, dum in dicto mandato comprehenſæ fuerunt etiam partitæ, quas peritus in ſuſpenſo reliquerat; ut animadvertit *præterita deciſio §. In illius igitur:*
10 Itaut reſpectu earundem partitarum, ſuper quibus peritus judicium non tulerat, dici nequeat mandatum fuiſſe relationi conforme:
11 & in omnem caſum, quatenùs etiam probatio præfatæ quantitatis, utpotè ab eadem relatione deſumpta, fuiſſet certa & innegabi-
12 lis: non ideò ſublatum erat appellationis beneficium à jure conceſſum in cauſis implicitam liquidationem continentibus, *Lancel-*

lot.

ſot. de attent. appellat. pendente limit.9. num. 12 verſ. quando eſſemus, *Scacc. de appellat. q.17. limit.4. ſub n.13.*, & meliùs, *Rot. dec. 100. n.1. cum ſeqq. & n.8. p.1. diverſ.*

Fortiùs quia, ſecluſis etiam partitis in ſuſpenſo relictis, non poterat periri judicio abſolutè deferri, cùm iſte fructus bonorum ſtabilium calculaverit ad rationem quinque pro centenario; habito reſpectu ad valorem concordatum in inſtrumento diviſionis initæ an-
13 no 1645.: quando idem inſtrumentum ineſficax, & nullum mediante ſententia fuerat declaratum; ut animadvertit *præterita deciſio in dicto §. At nulla poſt med.* Non attentâ
14 replicatione, quod hæc ſententia emanaverit ad effectum faciendi novam diviſionem, ſicque probatio valoris in antiqua diviſione ſuppoſiti eliſa non fuerit. Nova quippe diviſio jam facta fuerat anno 1660.: & cùm partes nec illi acquieſcerent, Judex aliam fieri decrevit; ut in *ſum. præteritæ propoſitionis n.1.*:
15 undè patet, quod inſtrumentum anni 1645. tam apud Judicem, quàm apud Partes, per iteratos actus contrarios, reputatum fuit ineſficax; nec ullo modo attendendum.

Et ità, utraque &c.

BURGEN. PANIS SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur habenti ſententiam ſuper titulo, quæ in judicatum tranſit, etiam non probata poſſeſſione, multoque fortiùs ſi poſſeſſio probetur, & a ſubſequuta tunc ſententia ſuper bono jure adminiculetur; in quo caſu iterum boni juris non eſt habenda inſpectio.

Confirmatur infra dec.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debetur habenti ſententiam ſuper titulo, quæ tranſivit in judicatum, etiam ſi de ejuſdem poſſeſſione non docetur.*
2 *Res danda ad alicujus contentamentum, ab illo recognoſcenda videtur.*
3 *Res debitas qualeſcumque recipere præſtat; quam ſuper earum qualitate quotidianas lites experiri.*
4 *Manutentio faciliùs conceditur, probata poſſeſſione.*
5 *Teſtes od perpetuam examinati deponentes de facto proprio, fidem merentur.*
6 *Ordinarium ſine præcedenti jurium cognitione, præſumendum non eſt, ſententiam tuliſſe in præjudicium propriæ juriſdictionis.*
7 *Judex in propria cauſa nemo eſſe poteſt.*
8 *Manutentionis judicium ſolam poſſeſſionem requirit, licèt juris aſſiſtentia defuerit.*
9 *Judicio ſolius capituli potiùs deferendum eſt, quam ſolius Vicarii.*

DECISIO CLVIII.

Mandatum de manutenendo per hoc ſacrum Tribunal relaxatum favore Capituli S.Mariæ de Vualpueſta, in quaſi poſſeſſione habendi ab Archidiacono panem, vulgo librettas nuncupatum, nec non cognoſcendi, an idem panis eſſet bonæ qualitatis, & juſti ponderis; eoque tali non reperto mulctandi adminiſtratorem Archidiaconi; & demum ferendi judicium in caſu diſcordiæ inter ejuſdem panis viſores; exequi juſſit Signatura Juſtitiæ, preterquam quoad ultimam partem reſpicientem facultatem, ut ſupra, in caſu diſcordiæ judicandi, reſcribendo - *quoad judicium panis Alteri in reliquis ſine præjudicio.* Ad cujus commiſſionis mihi directæ tenorem diſputandum hodie propoſui: *An, & cui danda eſſet manutentio in quaſi poſſeſſione judicandi panem, in caſu controverſiæ inter Canonicos, viſores, & miniſtros archidiaconi*: eamque *Capitulo dandam eſſe* DD. reſponderunt.

Aſſiſtit enim ipſi Capitulo antiquiſſima ſententia, uſque de anno 1589. lata per Vicarium generalem Toletanum à Sede Apoſtolica delegatum; declarans, judicium in caſu diſcordiæ ſpectare ad plenum Capitulum; ut *in ejus Summ. num.3.* ibi - *ſe vi foſſe alcuna differenza circa l'eſſer buono, e cattivo, ſi debba portare in pieno Capitolo*: cumque
1 hujuſmodi ſententia in judicatum tranſierit; iſtius vigore debetur manutentio; etiamſi de poſſeſſione non conſtaret, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.898. num.18., & ſequen.*, *Poſth. de manut. obſerv.108. num 20., & 26.*. Et de facto eidem ſententię innixum fuit noſtrum Auditorium *in præcedenti dec. edita 20. Februarii 1699. § In caſum verò, & in alia confirmatoria 26. Iunii ejuſdem anni §. ad quem verò coram R.P D. meo Pio.*

Idque ſumma ratione, quia cum panis ab Archidiacono præſtandus eſſe debeat ad contentamentum prioris, & capituli; juxta aliam antiquiorem ſententiam; omnis ratio ſuadet,
2 quod ii, qui contentari debent, qualitatem panis recognoſcant; ut animadvertit *dicta poſtrema deciſio R.P.D. mei Pii dicto §. Ad quem verò.*

Juſtitiæ ab antiqua ſententia reſultanti accedit etiam æquitas; ſi enim in caſu controverſiæ, ſuper bona, vel mala panis qualitate, recurrendum eſſet ad judicem ordinarium, juxta ſenſum Archidiaconi, eluderentur ſententiæ declarantes, panem eſſe debere bonæ qualitatis, ac juſti ponderis; dum ex-
3 pediret potiùs Capitulo, panem qualiſcumque foret recipere, quam quotidianas lites aſſumere; ut ratiocinatur eadem *poſtrema deciſio R.P D. mei Pii §.final.*

Hæc quæ ſufficere viſa fuerunt in præcedenti inſtantia ad concedendum Capitulo manutentionem, validiora in præſenti redduntur ex depoſitione novem teſtium à Capitulo nuper examinatorum, aſſerentium, quod in caſu quo emerſit controverſia inter Canonicos viſores, & Archidiaconi miniſtros ſuper

ſuper qualitate panis; ille fuit ad plenum
Capitulum delatus, & capitularis reſolutio
exequutionem ſortita, *Sum. ejuſdem Capi-
tuli num* 4.: quo circa, conſtito etiam de-
4 poſſeſſione, faciliùs concedenda eſt manuten-
tio; vulgato § *Retinendæ Inſtitut de Interdict.*
Potiſſimè quia omnes præfati teſtes fuerunt
miniſtri Archidiaconi prædeceſſoris, ut patet
*ex dicto Summ. num.*4. *litt.B* . Ideoque cum
5 deponant de facto proprio, plenam fidem me-
rentur; quantumvis formiter examinati non
fuerint; *Poſth. de manut. obſerv.*38. *num.*22.

Teſtium depoſitiones comprobat ſenten-
tia nuper anno 1695. lata per ordinarium
Burgenſem, declarans jus cognoſcendi pa-
nem, in caſu diſcordiæ, ſpectaſſe ad Capi-
tulum; ejuſque proinde reſolutionem exe-
quutioni fuiſſe demandandam; *ut in dicto*
6 *Summ. num.*2.: quam ſententiam utique non
tuliſſet ordinarius in præjudicium propriæ
juriſdictionis; niſi legitimam Capituli quaſi
poſſeſſionem agnoviſſet; *ex traditis per Ro-
tam coram Cuccino dec* 230. *num.*3., & *co-
ram Cerr. dec.*445., & *dec.*693. *utrobique
num.*6. 7.

Neque vim facere videbatur abſurdum à
ſcribentibus prò Archidiacono ponderatum;
quod nempe, mediante hac facultate, conce-
datur Capitulo juriſdictio ſibi jus dicendi in
7 propria cauſa contra notiſſima juris principia.
Ultra quod enim ſufficeret reſponſio, quod
8 in Judicio manutentionis attenditur ſolum
poſſeſſio; etiamſi Juris diſpoſitio reſiſtat;
*Poſth. de manut.obſerv.*42.*num.*86., & *ſeqq.*:
occurrit etiam alia, quod cum in loco de
Vvalpueſta nullius alius, præter Vicarium
ab Archidiacono conſtitutum, adſit judex, ad
quem recurſus haberi valeat, æquius, ac
9 rationabiliùs eſt, ut deferatur judicio pleni
Capituli ex pluribus Canonicis compoſiti,
quàm illi ſolius Vicarii, Archidiaconum repræ-
ſentantis; *Rot. dec.*87. *num.*78. *part.*10., &
*dec.*182 *num.*5. *par.*13. *rec.*

Et ita, utraque &c.

BURGEN. PANIS SUPER REMISSORIA.

Ven. 2. *Iulii* 1700.

ARGUMENTUM.
Præbetur à Summario

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria, quoties materia articulata eſt
relevans non denegatur.*
2 *Relevantia poſſibilis in profanis ſufficit pro
conceſſione remiſſoriæ.*
3 *Teſtes etiam nulliter examinati dant fu-
mum ad concedendam remiſſoriam.*
4 *Remiſſoria faciliùs conceditur, excluſa ſuſ-
picione calumniæ.*
5 *Remiſſoria, licèt aliàs conceſſa fuerit, ſi ar-
ticuli tamèn fuerint magis diſtinctè con-
cepti, & in antecedentibus non deducta
continent, non denegatur.*
6 *Præſertim ſi per eam nullum parti præjudi-
cium irrogatur, nec cauſa retardatur.*

DECISIO CLIX.

A mandato de manutenendo per hoc Sacr.
Tribunal favore Capituli S. Mariæ de
Valpueſta relaxato in quaſi poſſeſſione ge-
rendi plures actus ab archidiacono contro-
verſos, obtinuit iſte mihi appellationis cau-
ſa in devolutivo committi: cumque in nova
diſputatione præcæteris impugnare conten-
tendat poſſeſſionem dicti Capituli habendi
panem etiam prò Canonicis abſentibus, pe-
tiit hodiè ad expiendas probationes dictæ
poſſeſſionis excluſivas, ſibi concedi remiſſo-
riam, quam DD. ſub conſueto dubio con-
ſulti *dandam eſſe* reſponderunt.

Articuli namquè ad hunc effectum exhibi-
ti, & relaxati in *Summ.n.* 1. continent, quod
nemo ex Canonicis abſentibus à juriſdictio-
ne dicti Loci de Valpueſta, exceptis illis ti-
tulo commenſalitatis per archidiaconum de-
coratis, juxtà facultatem ei ab immemora-
bili tempore competentem; exegit umquam
portionem panis, de qua res eſt; ſed abſen-
tium portio ipſi archidiacono, vel ejus ar-
rendatario accrevit; quo circa ſicuti, facta
hujuſmodi probatione, non poſſet abſolutè,
ac indefinitè decerni manutentio favore Ca-
1 pituli prò omnibus Canonicis abſentibus; ita
æquum eſt, ut ad illam faciendam tamquam
relevantem remiſſoria concedatur; ut reſ-
pondit *Rota in Fulginaten. Teſtamenti* 3.
Decembris 1692. §. *in prima coram Reveren-
diſſimo Turonen.*, & *in Aſculana Beneficii,
ſeu Abbatiæ* 5.*Maii* 1698. §.*fin. cor. R.P.D.
meo Anſaldo*.

Sola hæc relevantiæ poſſibilitas ſufficeret,
2 cùm verſemur in materia profana, ex dedu-
ctis *in Cajetana ſervitutis ſuper remiſſoria*
29.*Aprilis* 1692.§.*Cùm enim coram R.P.D.
meo Priolo*, & *in Marianen. Penſionis ſuper
articulis* 26. *Iunii* 1699.§.*Minùs cor.R.P.D.
meo Muto*. Et tamen ultrà relevantiam fa-
ciendæ probationis, concurrit etiam fumus
3 materiæ articulatæ: dùm plurès teſtes in vim
Rotalis remiſſoriæ, quamvis nulliter exa-
minati, deponunt portiones Canonicorum ab-
ſentium remanſiſſe apud eos, qui curam ha-
bebant diſtribuendi panem: & ſi quando
traditæ fuerunt eiſdem Canonicis abſenti-
bus, id evenit, ex gratia, & voluntate ar-
chidiaconi, qui eos commenſales declarabat,
ut legitur in *Summ. archidiaconi dato ſuper
articulo manutentionis n.*7.. Quibus ſtanti-
4 bus, cùm excluſa prorsùs remaneat quævis
calumniæ ſuſpicio; faciliùs concedenda ve-
nit remiſſoria, *Rota coram ſa. me. Alexan-
dro VIII. dec.*14. *num.*4., & *in dicta Ma-
rianen. Penſionis* §.*Articuli ſiquidem coram
R.P.D.meo Muto*.

Non obſtat, quod aliàs fuerit conceſſa re-
5 miſſoria, ideòque non debeat de novo con-
cedi. Hodierni enim articuli ſunt magis di-
ſtinctè

ſtinctè concepti, ac plura etiam continent in antecedentibus non deducta; quo caſu nova remiſſoria non denegatur, ut dixit *Rota coram Ubago dec.61.num.4., in rec.dec.211. num.primo cum ſequen. part.16.*

Tantò magis, quia prò illius conceſſione non retardatur manutentio jam favorem Capituli decreta, & per Signaturam Iuſtitiæ canonizata cum clauſula *ſinè præjudicio*: itaut
6 nullum irrogetur præjudicium, quod animadvertit *Rot. coram Seraphin. dec. 500. num.2., & coram Priolo dec.75. num.6.*
Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS SUPER ADMISSIONE AD CAUSAM.

Ven. 2. Iulii 1700.

ARGUMENTUM.

Eo non indiget.
Adſunt in hac cauſa ſuperiores dec. 63. & 106.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum conditum ſub conditione ſi ſine filiis comprehendit nepotes, & ulteriores deſcendentes; cum teſtator per digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum, & declarationem perpetuò conſervandi bona, expreſſè voluit perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum.*

2 *Admittendus ad cauſam ſat eſt, quod apparenter doceat de intereſſe.*

3 *Intereſſe verificatur eo ipſo, quod admittendus ad cauſam habet hypothecata bona, ſuper quibus lis pendet.*

4 *Admiſſio ad cauſam nihil prodeſt ad bonorum hypothecatorum ſubhaſtationem impediendam: cum ea ſemper ratione hypothecæ ab utroque vindicari poſſint.*

5 *Fideicommiſſarius, ratione fideicommiſſi comprehendentis ſolam ratam, impedire non poteſt ſubhaſtationem bonorum exequutioni ſuppoſitorum: cum ex eis tantum remanet, quod fideicommiſſum adæquet.*

DECISIO CLX.

IN exequutionem trium ſententiarum rotalium concedentium Annæ Eliſabethæ reintegrationem ad poſſeſſionem apothecæ ad uſum macelli, & condemnantium Paulum de Pinis ad reſtitutionem penſionum ab illo perceptarum; bo. me. Urſinus, noſtri ordinis Decanus, eaſdem penſiones in ſumma ſcutorum 765. liquidavit, ac pro eis mandatum relaxavit; cujus exequutionem in gradu appellationis ab exceſſiva tantum commiſſæ, ego decrevi pro ſcutis 727.: prout ad illam deventum fuit ſuper altera apotheca ad uſum cupidinarii, ac nonnullis manſionibus eidem adnexis. Cum autem ad impediendam imminentem ſubhaſtationem comparuerint Victoria præfati Pauli ex Michaele Angelo fratre neptis, & reſpectivè Grandonius ex Margherita altera dicti Michaelis Angeli filia deſcendens, petentes ad cauſam admitti; dubium hodie propoſui: *An conſtet de intereſſe, itaut inſtantes ſint admittendi ad cauſam, & veniat inhibendum*, & DD. de illo *conſtare ad effectum admiſſionis ad cauſam; non autem inhibitionis* reſponderunt.

Moti quoad primam reſolutionis partem ex duplici titulo pro actoribus militante; altero nempè fideicommiſſi, altero crediti dotalis Portiæ ipſorum Aviæ. Fideicommiſſi inquam, quia Conſtantia Dela inſtitutis hæredibus Seraphino, & Paulo ejus ex Martia filia nepotibus, ſubſtituit in eorum defectum abſque filiis Portiam, & Franciſcam de Pinis, ordinando perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ſuper omnibus ejus bonis, & ſignanter ſuper domo, cujus membra ſunt apothecæ, ac manſiones ſuperiùs enunciatæ. Cum autem ex dicto Seraphino, altero ex hæredibus primo loco inſtitutis, ortum habuerit dictus Michael Angelus, & ab iſto Victoria, & Margharita Grandonii Mater; conſequens eſt, ut eorum intereſſe verificetur ob ſpem ſuccedendi ad præfatum fideicommiſſum: quod licet conceptum ſub
1 conditione, ſi ſine filiis, adhuc extendi valet ad comprehenſionem nepotum, & ulteriorum deſcendentium, quoties conſtat, prout hic, voluntatem fuiſſe à teſtatore perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ob expreſſam declarationem bona perpetuò conſervandi, & factum digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum; ex firmatis per *Rotam dec.142. num.16. 17., & 31. part. 10. recent.*

Et tamen, quidquid dici poſſit in formali
2 examine ipſius fideicommiſſi, ſat eſt ad effectum de quo agitur, ut apparenter conſtet de intereſſe, *Rot. coram ſa.me. Alexand.VIII. dec.171. num.6.*, & priùs *coram Puteo deciſ.166. num.2. lib.3. in correctis, coram Cavalerio dec 144. num.2., & coram Arguell. dec 8a. num.11.*

Aſſiſtit etiam titulus crediti dotalis Portiæ: iſta namque tanquam creditrix in ſcutis 500. Seraphini ejus viri pro reſtitutione dotis ſibi debitæ obtinuit uſque de anno 1654. aſſociari ad bona controverſa, & poſſeſſionem apprehendit, à qua cum poſtea fuerit per alios creditores ejecta, creditum retinuit, illudque ad Michaelem Angelum filium, & Actorum patrem tranſmiſit: quocirca ratio-
3 ne hypothecæ pro dicto credito vigentis, eorum intereſſe in bonis controverſis verificatur.

Hæc quoad primam reſolutionis partem; quo verò ad ſecundam, eatenus Domini cenſuerunt non eſſe inhibendum; quia per ſubhaſtationem, & deliberationem rei exequu-
4 tatæ nullum tertio ad cauſam venienti præjudicium irrogatur; nihilque actorum intereſt, quod unus potius, quàm alter bona poſſideat, cum poſſint æquè benè ab uno quoque vindicari; *Adden. ad Pamphil. dec.198. ſub num.14.*, & plenè relatis concordantibus dixit

& dec.498. num.9:, *& dec.381. n.14 par.9.*, *& dec.430. num.4. part.18. recent.*

Quoad Hortum, ad cujus retentionem obtinendam, & reſpectivè redditionem rationis evitandam, iterum allegabatur fideicommiſſum Mariani Senioris; DD tranſierunt cum firmatis in præterita deciſione; quod
4 nemque deficiat identitatis probatio, cum Hortus fideicommiſſo ſuppoſitus cohæreret domui fideicommittentis, ac formam potius haberet viridarii, quam horti, ut eruitur *ex deciſionibus editis in Aſculana Fideicommiſſi coram R. P D. meo Caprara*: ille vèrò,
5 de quo in præſenti agitur, ſit omnino ſeparatus a domo, & capacitatis quartarum quatuor: cujus quantitatis non erat viridarium; Quodque revera unus ſit ab altero diverſus, ad evidentiam probat facti circumſtantia in
6 præterita deciſione ponderata; quod ſcilicet in inventario bonorum Alcidis deſcriptus quidem fuit hortus, tanquam ab eo poſſeſſus, & ad eum pertinens (& hic eſt de quo petitur ratio) non poterat autem eſſe ille fideicommiſſo Mariani ſubjectus, quia iſte ab Alcide non poſſidebatur, ſed nuper ſolum fuit ab hæredibus Tiburtii Milliani poſſeſſoribus titulo fideicommiſſi vindicatus. Addito etiam, quod fideicommiſſum particulare d. Mariani ſenioris purificatum fuit, nedum favore Laurentii, ſed etiam Oliverii Pariſani, & ad utriuſque favorem prodiit ſub die 5. Decembris 1691. coram R.P. D. meo Caprara: & nihilominus hortus controverſus ab anno 1680., quo Alcides obiit, uſque in præſens poſſeſſus fuit, & adhuc poſſidetur à ſolo Laurentio abſque alterius conſortio.

Rurſus (& hoc omnem tollit difficultatem) ipſemet Laurentius hortum, de quo agitur, tamquam hæreditarium Alcidis in inventario deſcripſit, ejuſque poſſeſſionem hæreditario nomine apprehendit, ut conſtat ex ejuſdem Laurentii *Summ. num.*9.) quocirca perperam hodie impugnatur, quod ab Alcide provenerit: cum propria confeſſio huic impugna-
7 tioni adverſetur; vulgata *l.cum te C. de tranſact.*

Atque hinc non relevat objectum deſumptum ex depoſitionibus nonnullorum teſtium extrajudicialiter examinatorum de anno 1646., aſſerentium Marianum ſeniorem non poſſediſſe aliud viridarium, ſeu hortum præter illud delle Cannarinæ, de quo in præſenti diſputatur. Omiſſo enim, an dicti
8 teſtes fidem mereantur, dum depoſuerunt de re antiquiſſima poſt lapſum annorum 68., quot intercellerant à die obitus Mariani, ſequuti anno 1658., uſque ad diem depoſitionis; itaut inveriſimilis eſſet memoria,
9 dum in factis alienis poſt lapſum decenni oblivio præſumitur; ex traditis per *Rota deciſ.289. num.8.*, *& 22. part 17 rec.*, ceſſat difficultas, ex quo ipſimet Teſtes deponunt, Marianum poſſediſſe domum in quarterio S. Venantii, cui viridarium annexum reperitur: quod ſat eſt, ut probata dicatur poſſeſſio utriuſque horti, alterius nempè cum domo connexi, & alterius ſeparati; quodque ille domui annexus, tanquam ſuppoſitus particulari fideicommiſſo, reputari non debeat hæreditarius Alcidis: prout è contra talis reputandus eſt alter ſub fideicommiſſo non cadens.

Reſpectu fructuum per Laurentium perceptorum ex bonis hereditariis ab anno 1687. DD. tranſierunt cum *deciſione præterita in §.Similiter*.

Prout illam quoque approbarunt favore Laurentii, quoad fructus de tempore obitus in Alcidis hæreditate repertos: cum potue-
10 rit hæres, non urgentibus creditoribus, illos erogare in ſatisfactionem legatorum, quæ teſtator ordinaverat; ut in *dicta deciſione §.Quin adverſaretur eum ſeqq.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Ven. 18. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario

Hæc deciſio eſt confirmatoria ſuperioris deciſ.123.

SUMMARIUM.

1 *Decretum tranſivit in judicatum, eum poſt lapſum biennii cauſam ſuccumbens proſequutus non fuit.*

2 *Hæres qui rationem non reddit de bonis hæreditariis, tenetur de proprio ſolvere auctoris debita.*

DECISIO CXLVIII.

MAndatum ab A. C. relaxatum contra bona propria Marchioniſſæ Juliæ, favore Sacriſtiæ Sancti Silveſtri exequutioni demandandum eſſe reſolutum fuerat ſub die 3. Junii 1697. coram R. P. D. meo Anſaldo; verum quia poſt commiſſam mihi appellationis cauſam, cum clauſula *alteri qui ad legitimam*, neglexerit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare, ac fatalium prorogationem obtinere, fuit id circo in Audientia 22. Januarii præteriti coram me, ſub congruo dubio reſponſum: *conſtare de re judicata*: conceſſaque nova Audientia cum nihil hodie fuerit ex parte Marchioniſſæ ſuper hoc dubio deductum; ſed ſolum, ſub alio contemporaneè propoſito, iterum petita electio periti; Domini propterea, ex iiſdem rationibus in præterita deciſione deductis, ſteterunt *in deciſis*.

Suppoſito enim, prout erat extra contro-
1 verſiam, quod nedum annum, ſed integrum biennium elapſum fuerit, abſque eo quod Marchioniſſà quidquam egerit ad cauſæ proſecutionem; negari non poteſt, quin Rotale decretum ſuper exequutione mandati tranſierit in judicatum: dum de cætero illius juſtitia ſatis appareat; eo ipſo, quod hæres de
2 bonis hæreditariis rationem non reddit: &

per

per conſequens tenetur de propriis ad ſolutionem æris alieni ab ejus authore debiti ; ut ſatis probat præcedens deciſio , cum qua Domini tranſierunt Alteta &c.

ROMANA CENSUS SUPER ELECTIONE PERITI.

Ven. 18. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec.124., quæ confirmatur .

SUMMARIUM.

1 *In inventario fieri debet exacta deſcriptio mobilium , ſtabilium , & nominum debitorum .*

2 *Peritus fruſtrà eligitur pro facienda redditione rationis , deficiente valido , & legitimo inventario .*

3 *Hæres ſciens adeſſe creditores anteriores , ad horum favorem tenetur in bonis propriis ; ſi ſolvat poſterioribus .*

4 *Jactare ſuum nemo præſumitur .*

5 *Hæres in fine litis volens reddere rationem , ad quam fuerat pluries provocatus , non auditur ; ne cauſa in longum protrahatur ,*

DECISIO CXLIX.

PRò fructibus cenſus debiti ab hæreditate clar. me. Cardinalis de Maximis egit Sacriſtia S. Silveſtri ad Quirinalem coram A.C. contra Marchioniſſam Juliam hæredem Fabii patris , qui præfati Cardinalis hæres extiterat , & mandatum una cum exequatur contra bona propria , ob non exhibitum inventarium , neque redditam rationem, obtinuit:cujus exequutionem in gradu appellationis decrevit hocSac.Tribunal *ſub die* 3.*Junii* 1697. *coram R.P.D meo Anſaldo* . Commiſſa mihi verò per Signaturam Juſtitiæ ulterioris appellationis cauſa cum clauſula *Alteri qui ad legitimam*;neglexit Marchioniſſa commiſſionem intra annum in actis præſentare ; quo circa , lapſis fatalibus , & impetrata ex parte Sacriſtiæ altera commiſſione præfixionis termini, propoſui ad hujus inſtantiam ſub die 22. Januarii præteriti conſuetum dubium *An conſtaret de re judicata* , & e converſo ad inſtantiam Marchioniſſæ alterum *An eſſet locus electioni periti ad effectum reddendi rationem de bonis hæreditariis dicti Cardinal* ; quorum inventarium à Fabio confectum eadem Marchioniſſa tandem exhibuerat : cumque Domini minus legale crediderint præfatum Inventarium ; denegarunt electionem periti tanquam ſuperfluam , & in alio dubio reſponderunt *conſtare de re judicata* ; ut ex deciſionibus dicta die coram me editis : quarum fundamenta , cum adhue ſubſiſtere viſa fuerint in hodierna audientia confirmationem obtinuerunt .

Et ſanè quoad electionem periti , de qua unicè hic agendum venit ; iſta ſuperflua videbatur . Inventarium namque continet ſolum
mobilia , cum tamèn certum ſit,quod ſtabilia
quoque in hæreditate reperirentur ; & licet
iſta dicantur per Marchioniſſam tradita in
ſolutum Marchioni Fabritio ejuſdem Cardi-
nalis creditori ; tamen hoc non tollit , quin
Fabius Marchioniſſæ pater ab initio in con-
fectione inventarii defecerit , dum ad illius
1 validitatem , exactam , & rigoroſam deſ-
criptionem, nedum mobilium , ac ſtabilium,
ſed immo etiam nominum debitorum requiri
aliàs firmavit *Rota in Romana Inventarii*
2. *Junii* 1698. §.*Viſa etiam coram me* .

Immo hæc ipſa in ſolutum datio ad ocu-
lum oſtendit, ſuperfluam eſſe periti electio-
2 nem , ac reſpective redditionem rationis ,
quæ coram ipſo fieri proponitur; dum eo
ipſo quod Marchioniſſa bona ſtabilia diſtra-
xit , & quidem pro creditis poſterioribus ,
non poterit , quamvis rationem reddat; exe-
3 quutionem evitare ſuper bonis propriis;dum
ſciens extare ſacriſtiam creditricem anterio-
rem gratificari voluit ſocero poſteriori , ut
probat *præterita deciſio* §.*finali* , & præter
ibi adductos , *Roland.de Inventar.queſt.*153.
*num.*2., *Cancer. var. reſol.lib.*3.*cap.*2 *n.*146.,
*Rot. coram Ludoviſ dec.*447. *num.primo* , &
*in rec. dec.*48. *num* 7., & 8 *part.*2.

Neque hujus motivi efficaciam elidit reſponſio , quod bona in ſolutum data non provenirent à Cardinali , de cujus hæreditate agitur. Hoc enim in facto probatum non fuit, prout facere poterat Marchioniſſa;oſtendendo ad quem dicta bona pertinerent , antequam ad ipſam delata fuiſſent . Et licet in ipſo inſtrumento dationis in ſolutum aſſeratur , quod contrahentes tradiderunt notario quamplura folia ſignata per litteras , in quibus adnotata dicebatur Cardinalis debita , & venditiones non nullorum mobilium ad illius hæreditatem ſpectantium : attamen de hiſce foliis , tametſi perquiſitis , notitia haberi non potuit ; adeout ignoretur , quot , & quanta bona hæreditaria Cardinalis vendita fuerint , quænam remanſerint , ac demum qualia ſint ea , quæ in datione in ſolutum fuerunt comprehenſa .

Hoc tamen certum eſt , quod Fabritius
bonorum aſſignatarius , intuitu præfatæ da-
tionis in ſolutum, aſſumpſit in ſe onus perſol-
vendi debita hæreditaria Cardinalis ; ut con-
ſtitit ex *Sum reſponſionis ſacriſtiæ n.unico* :
ideoque pernecceſſe dici debet,Cardinalis bo-
na in ipſum tranſiiſſe : nàm aliàs mediante
4 hac obligatione proprium jactaſſe diceretur,
contra regulam *Text. in l. Cùm de Indebito*
ff. de Probat.

Faciliùs in hanc ſententiam venerunt DD.,
quia conſtitit , quod , uſque ab initio intro-
ducti judicii ſuper ſolutione fructuum cenſus,
de quibus agitur , Marchioniſſa interpellata
fuit ad reddendam rationem , quam tamen
ſemper diſtulit , ſolumque hodie in tertia in-
ſtantia illam exhibet : adeout non levis oria-
5 tur ſuſpicio , quod hujuſmodi exceptio ad
ſolum effectum protrahendi ſolutionem de-
biti proponatur ; ut præter adductos *in præ-*
ceden-

cedenti dec. §. Atque ex his, benè probat *Hodiern. ad Surd. dec.332. num.5., & 6.*

Et ita utraque &c.

CALAGURITANA BENEFICII.

Lunæ 21. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Oritur ex Summario.

In hac cauſa adſunt ſuperiores dec. 24., & 74. & 105. & 112.

SUMMARIO.

1 *Beneficii portionem habenti, vigente conſuetudine, jure quaſi conſolidationis, adjudicanda erit altera portio vacans ejuſdem beneficii.*

2 *Sive unica, ſive cæteræ portiones omnes beneficii vacaverint, abſque nova collatione eidem ſunt adjudicandæ.*

DECISIO CL.

INtroducta inter Franciſcum, & Martinum judiciali controverſia ſuper adjudicatione quarti beneficii parochialis eccleſiæ de Villosiada; licet ſacra Rota ſub die 2. Decembris 1697. illam deberi Martino reſpondiſſet, nihilominus in audientia diei 16. Februarii 1699., ex facti circumſtantiis melius dilucidatis, recedendo à deciſis adjudicationem favore Franciſci decrevit, ac ſucceſſivè expeditionem cauſæ demandavit. Quia verò hujuſmodi lite pendente ſuper dicta quarta parte beneficii, cæteræ quoque illius portiones vacaverant, eaſque Martinus poſſeſſor, quamvis illegitimus, & intruſus, optaverat juxta conſuetudinem in Calaguritana diœceſi vigentem; orta proinde fuit in actu expeditionis cauſæ difficultas, an adjudicatio, ut ſupra favore Franciſci decreta, quartam dumtaxat partem, de qua in principio judicii agebatur, vel potiùs integrum beneficium pendente lite optatum comprehenderet: quo circa dilata expeditione, ad inſtantiam dicti Franciſci DD. conſtitui; *an adjudicatio conceſſa, ſit expedienda ſuper integro beneficio*, & reſponſum habui *affirmativum* pro Informante.

Viget namque in Calaguritana diœceſi
1 conſuetudo, quod poſſidens ratam, ſeu portionem alicujus beneficii, quoties alteram portionem vacare contingat, illam per viam optionis, & quaſi jure conſolidationis aſſequatur: idque toties fiat, quouſque integrum, deferatur ad unum titularem; ut deponunt teſtes relati in *Summ. Franciſci num. unico*; talemque conſuetudinem, utpotè rationabilem pluries approbavit noſtrum Tribunal; ut videre eſt *coram Buratt. dec. 195., coram Merlino dec. 100. utrobique num. 1., & in rec. dec.791. n.6. & 7. par.18.*

Sicut autem quarta portio beneficii, quæ ab initio vacaverat, juxta poſtremam hujus ſacri Auditorii reſolutionem, debita erat Franciſco: adeout iſte ſit reputandus legiti-
2 mus titularis; ita cæteræ portiones, quæ hoc medio tempore vacarunt, abſque nova collatione ſtatim delatæ fuerunt ad ipſum Franciſcum, tanquam titulo annexæ, ac ab eo dependentes; ut in præciſis terminis ad caſum noſtrum reſpondit *Rot. coram Priol. de .226. per totam.*

Et ita, Franciſco ſolum audito, Martino verò licet pluries monito, & non comparente, reſponſum fuit &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Lunæ 21 Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 132. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Debitum teſtatoris ejus urgente præcepto cum hæreditatis fructibus compenſatum cenſetur.*

2 *Teſtatoris voluntatem implere non tenetur, qui illius hæreditatem noluit adire, nec in ea ſe immiſcuit.*

3 *Cenſum exiſtere demonſtrat ſucceſſiva fructuum exactio, & ſolutio reſpectivè.*

4 *Compenſatio in cenſibus fieri nequit, ſine poſitiva declaratione debitoris.*

5 *Tranſactio cenſetur initia ſuper iis, quæ ſub lite vertebant, non autem ſuper non controverſis.*

6 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*

7 *Compenſare non debet qui ſolvere non tenetur.*

8 *Evictionis actio quem tenet eundem agentem repellit exceptio.*

9 *Compenſatio neceſſaria proveniens ex juſſu teſtatoris extinguendi credita cum fructibus hæreditatis, in hærede ejuſdem creditore fit abſque hominis operatione.*

10 *Factum relevationis conventum inter ſubſtitutos locum habet in caſu veræ ſolutionis ab eiſdem faciendæ, non verò in illo neceſſariæ compenſationis.*

11 *Fideicommiſſarius ex propria perſona vocatus non tenetur ad emendationem damni, quod contingit ex facto, & gravatorum neglientia.*

DECISIO CLI.

AUditis iterum creditoribus R. P. D. Horatii, Domini cenſuerunt ſtandum eſſe *in deciſis*. Licet enim præter injuſtitiam, hodie allegaretur etiam nullitas mandati per Fratres de Alberinis obtenti, neutra tamen viſa fuit attendenda,

Non quidem nullitas deducta ex eo, quod aſſociatio conceſſa fuerit, nedum pro fructibus duorum cenſuum ſcut. 500. pro quolibet à Paulo tranſlativè acquiſitorum; verum etiam alterius in ſorte ſcutorum 600. ab eodem Paulo extincti, qui fructus parere non poterat. Objectum namque ceſſat ex lectura mandati, in quo dd. fratribus conceditur aſſo-

aſſociatio, *quouſque* (ſunt verba mandati)
ex fructibus dicti caſalis &c. fuerint integrè
ſatisfacti de ſcutis 2175. *pro fructibus* 29. *an-*
norum dd. duorum cenſuum, in ſorte ſcuto-
rum 500. *pro quolibet &c.; nec non de aliis*
ſcutis 600. *pro ſorte principali dicti alterius*
cenſus, ut ſupra extincti per dictum bo. me.
Paulum:-- ex quibus patet cenſum ſcuto-
rum 600., cujus extinctio ſequuta fuerat;
contradiſtinctum fuiſſe à duobus aliis tran-
ſlativè acquiſitis; & iſtorum reſpectu peti-
tos fuiſſe fructus, illius verò capitale.

Minorem animadverſionem meruit inju-
ſtitia: ad quam ſuadendam fruſtra repeteba-
tur, quod Cæſar fideicommittens Paulo hæ-
redi, aliiſque ſucceſſivè vocatis demandaſ-
ſet, ut hæreditaria debita ex fructibus per-
1 ſolverentur; adeoque vigore hujuſmodi præ-
cepti præfati cenſus ab hæreditate fideicom-
mittentis debiti, compenſati, ſeu potiùs
extincti fuerint cum fructibus ab illa per-
ceptis.

Recurrit enim alias adducta reſponſio,
quod Paulus vita durante nullatenus præfatæ
2 hæreditati ſe immiſcuit; ac proinde ad ejuſ-
dem teſtamentariæ diſpoſitionis implemen-
tum non tenebatur, ut præter authoritates
cumulatas in *præcedenti deciſione* § *Abſq; eo*
quod, probat *Marcſcott. var. reſol. lib.* 1.
*cap.*37. *num.*14.

Quod ſi cenſus præfati, vivente Paulo,
extincti non fuerunt, nec etiam eo defuncto
potuerunt extingui per Tiberium, & Jaco-
bum in dicto fideicommiſſo ſucceſſores; quo-
niam eum ipſi ab eodem Paulo ſuper pro-
pria hæreditate gravati fuerint novo fidei-
commiſſo, filios etiam fœminarum, quales
ſunt hodierni actores, comprehendente; non
poterant eoſdem cenſus ad Paulum ſpectan-
tes minuatim ex perceptione fructuum bo-
norum Cæſaria extinguere, in præjudicium
aliorum ad hoc fideicommiſſum vocatorum.
3 Et de facto cenſus extinctos non fuiſſe de-
monſtrat ſucceſſiva fructuum exactio per
eos facta; *Summ. fratrum de Alberiuis dato*
in præterita propoſitione num. 11.: quod pro
excluſione compenſationis in cenſu notat
Duard. de cenſ. §. 5. *qu.* 36. *ſub num.* 4. *poſt*
med. verſic. immo in dubium, & Rot. poſt
*Cenc. eodem tract. dec.*247. *num.*4., *& coram*
*Merlin. dec.*822. *num.*6. 7. & 11.

Iſta verò compenſatio, ſeu extinctio, quæ
ex præmiſſis effectum ſortiri non potuit me-
diante fructuum perceptione; multò minus
dici poteſt ſequuta ex impoſitione alterius
cenſus, per eundem Paulum deinde facta
favore hæreditatis dicti Cæſaris in ſumma
ſcutorum 2650. Siquidem occurit eadem reſ-
ponſio *præteritæ deciſionis in* §. *Minus ad-*
mittenda; quod, deficiente declaratione de-
4 bitoris, compenſatio in cenſibus de ſui natura
irrepetibilibus, nunquam de jure indu-
catur.

Excluſa ex præmiſſis compenſatione, ſeu
potius vera controverſorum cenſuum extin-
ctione, facilius evitabatur præſumpta illo-
rum ſatisfactio, ex quo in tranſactione, an-
no 1632. celebrata inter præfatos Tiberium,
& Jacobum, ac filios Joannis Baptiſtæ poſt
eorum obitum ſuſtitutos ad Cæſaris fidei-
commiſſum; nulla fuerit habita mentio con-
troverſorum cenſuum: ſolumque actum fue-
rit de alio cenſu in ſorte ſcutorum 2000.,
quem Paulus acquiſiverat à confraternitate
Conſolationis contra Cæſarem, & pro illo
ſibi reſervavit facultatem obtinendi releva-
tionem contra bona hæreditaria ipſius Cæſa-
ris fideicommittentis. Argumentum quippe
non procedit in præſenti ob rationis diver-
ſitatem. Eatenus enim ſpecialis mentio facta
fuit de dicto cenſu ſcutorum 2000; quatenus
ille fuerat extinctus cum pecuniis redactis
ex venditione bonorum dicto Cæſaris fidei-
5 commiſſo ſubiectorum; & ſuper quibus
reſpectivè lis agitabatur; unde non mirum
ſi tranſigentes de dicto cenſu meminerunt.
Hujuſmodi autem mentio neceſſaria non
erat quoad cenſus, de quibus agitur; ſuper
quibus, utpote adhuc vigentibus, nulla
vertebat lis: nec ulla per conſequens ſuper
eis cadebat tranſactio; ad *Text. in l. Præſes*
Provinciæ 12. *C. de tranſact.*, cum aliis rela-
tis *in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis* 10.
Decembris 1698. §. *Nulla autem cor. R. P. D.*
meo Anſaldo.

Itaque veritas manifeſtè comprobatur ex
ejuſdem tranſactionis contextu. In illa
enim tribuitur Tiberio, & Jacobo filiis
Pauli facultas diſponendi ad eorum libitum
de omnibus bonis hæreditariis Cæſaris, ex-
cepto caſali nuncupat. *Campo di Merlo*, ac
domo ad Vallem; & quod plus eſt declara-
tur, eoſdem fratres uti, ac frui poſſe omni-
bus redditibus ad eorum beneplacitum,
abſque eo quod teneantur ad aliquod æs alie-
num ejuſdem hæreditatis, nec ſortes princi-
pales, nec fructus decurſos (ſunt verba tran-
ſactionis) *hodierno Summ. dd. fratrum de*
Alberinis num. unico: ex quibus verbis ma-
nifeſtè reſultat, quod cenſus uſque ad an-
num 1632., quo fuit inita tranſactio; revera
extincti non fuerant: dum ſupponitur extare
ſortes principales: abinde citra verò, nec
potuerunt extingui cum fructibus bonorum
favore ipſorum fratrum relaxatis; dum iſti
juxta præfatam diſpoſitionem ad eos liberè
pertinebant: neque potuerunt compenſari
cum dicto cenſu ſcutorum 2650.: quia, eo
ipſo quod non tenebantur ad ſolutionem ali-
cuius æris alieni dicti Cæſaris; non poterant
6 per conſequens obligari ad compenſandum:
cum compenſatio ſit quædam ſpecies ſolu-
7 tionis, & quoties iſta non debetur, neque
debita eſt compenſatio, optimè *Cenc. de*
Cenſ. qu. 88. *num.* 6. *verſ. contrarium, Ro-*
*deric. de ann reddit. lib.*2. *qu.*18. *à n.* 9. *ad* 16.

Hæc omnia fortiùs procedunt, attento
ſubſequenti pacto ejuſdem tranſactionis:
quod in caſu, quo Tiberius, & Jacobus co-
gerentur ad ſolutionem alicuius debiti hæ-
reditarii dicti Cæſaris, poſſent ſe revalere
contra eandem hæreditatem, nempè contra
caſa-

caſale, & domum prædictam; ſicut enim
ſuppoſita compenſatione licitum foret iuxta
formam ſepè memoratæ tranſactionis releva-
tionem petere contra domum, & caſale
lite pendente diſtractum ad inſtantiam eo-
rundem creditorum R. P. D. Horatii colliti-
gantis; ita contra eos obſtat regula, quod
8 quem de evictione tenet actio, eundem agen-
tem repellit exceptio; ad *text. in leg. Vindi-
cantem ff. de evict.*

Nec huiuſce pacti efficacia eliditur ex
reſponſione, quod compenſatio in caſu no-
ſtro non eſſet voluntaria, ſed neceſſaria, ob
9 præceptum teſtatoris extinguendi debitum
ex fructibus ſuæ hæreditatis; atque ideo ſequi
10 potuerit abſque ulla hominis opperatione:
nec obſtat pactum relevationis, utpote intel-
ligendum in caſu veræ ſolutionis ab eiſdem
fratribus faciendæ; non autem in illo com-
penſationis, quæ pernecesse, ut ſupra fieri
debebat. Siquidem ſatisfacit ſuperius addu-
cta reſponſio, quod Paulus hæreditatem Cæ-
ſaris non adminiſtravit; & proinde non po-
tuit eius credita cum ejuſdem hæreditatis
fructibus compenſare: quod ſolum actoribus
11 ſat eſt docere; dum ipſi tanquam ex propria
perſona vocati ad Pauli fideicommiſſum, non
tenentur ad emendationem damni, quod vel
ex facto, vel ex negligentia gravatorum con-
tigiſſe probetur; vulgata *leg. Filius fam.* 117.
§. Divi il ſecundo, ibiq; Bartol. n. 6. ff. de legat.
1., *Gratian. diſcept. foren. cap.* 832. *n.* 29.,
Rot. dec. 169. *num.* 33. *par.* 17. *rec.*

Et ita utraque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER NEGOCIO PRINCIPALI.

Ven. 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Regulares impropriam parochialitatem haben-
tes, ubi ſunt in numero ſtatuto, Epiſcopus
neque quoad Sacramentorum adminiſtratio-
nem, nec reſpectu etiam hoſpitalis annexi,
& infirmos ibidem degentes viſitare poteſt,
nec redditionem rationis eiuſdem hoſpitalis
quærere.

SUMMARIUM.

1 *Jus viſitandi in concernentibus curam animarum, quæ Eccleſiæ incumbit, provenit ex eo, quod ex Apoſtolica auctoritate eccleſia ſubjacet jurisdictioni, & auctoritati ordinarii.*

2 *Regulares præcedenter ſubjecti ordinariorum juriſdictioni, cum, ex privilegiis ſummorum Pontificum, ab illius juriſdictione eximuntur, ejuſdem ſubjectio reducitur ad limites juris communis.*

3 *Eccleſia regularium de jure communi ordinariorum juriſdictioni, ac viſitationi non ſubjacet.*

4 *Eccleſia regularium infirmis ſacramenta miniſtrans, quamvis requiſita non habeat veræ parochialis, tamen talis quoad iſtos reputanda eſt.*

5 *Eccleſia hoſpitalis pars eſt, & membrum dicitur Eccleſiæ regularis, cui ſubeſt.*

6 *Et tale hoſpitale eſt exemptum à viſitatione ordinariorum.*

7 *Eccleſia tali hoſpitali annexa eſt pariter ab ordinariis exempta.*

8 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*

9 *Conciliaris anterior diſpoſitio non adverſatur eccleſiis, ex Pontificiis conſtitutionibus ſubſequenter exemptis.*

10 *Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias regularium, in quibus a ſæculari ſacerdote, non autem a regulari animarum cura exercetur.*

11 *Epiſcopo viſitare licet Eccleſias, & loca exempta, quibus verè, & realitèr, non autem impropriè, imminet animarum cura:* & num. 17.

12 *Eccleſiæ Hieroſolymitarum viſitari non poſſunt ab Ordinariis; licèt in eis Sacramenta militibus ſubminiſtrentur.*

13 *Conciliaris diſpoſitio ab ordinariis viſitari mandans eccleſias exemptas habentes animarum curam, excipit monaſteria quoad eorum regulares, & familiares, & commenſales.*

14 *Infirmi commorantes in hoſpitalibus religionis exemptæ dicuntur regularium familiares, & ejuſdem exemptione fruuntur.*

15 *Decreta Sacræ Congregationis Concilii vim legis habent, quoad omnes controverſias.*

16 *Rotæ Tribunal reverenter obſequitur reſolutionibus ejuſdem Sacræ Congregationis.*

18 *Religioſi S. Joannis Dei ubi ſunt in numero duodecim, ab ordinarii viſitatione ſunt exempti.*

19 *Exemptionis indultum verbis generalibus conceſſum ab ordinaria juriſdictione quemcumque caſum excludit, præter expreſſum.*

20 *Epiſcopo non licet regularium Eccleſias viſitare, nec ab illis redditionem rationis exigere.*

21 *Inſtrumentum publicum majorem fidem meretur, quam ſimplex teſtium depoſitio.*

DECISIO CLII.

Contendente Reverendiſſimo Epiſcopo Palentino ſibi competere, nedum jus viſitandi eccleſias, & hoſpitalia ſancti Spiritus, & ſanctæ Annæ civitatis Medinæ; quorum cura, & regimen apud PP. Ordinis S. Joannis Dei reperitur; verum etiam ius ab iſtis exigendi rationes de redditibus ad hoſpitale ſpectantibus, delatâque ad iudicium controverſia in hoc ſacro Auditorio, diſputatum fuit ſub die 17. Maii 1697. coram bo. me. Urſino, tunc temporis Decano meritiſſimo -- *An Reverendiſſimo Epiſcopo competat jus viſitandi eccleſiam, & hoſpitale, de quibus agitur, & rationes exigendi* -- editaque affirmativa reſolutione, quoad viſitationem eccleſiæ dumtaxat, negativa verò quoad hoſpitale, ac redditionem rationis, partes abinde

de citra ſiluerunt. Cum autem neuter ex
Colligantibus hujuſmodi reſolutioni ac-
quieſceret, ego propterea defuncto collegæ
ſuffectus deciſionis fundamenta ſub conſueto
dubio - *An eſſet ſtandum, vel recedendum
à deciſis* - ad novum examen revocavi: &
Domini agnita illorum ſubſiſtentia quoad
geminas poſteriores partes, contra Epiſco
pum reſolutas, & è converſo inſubſiſtentia
quoad primam partem eidem Epiſcopo favo-
rabilem; reſponderunt *recedendum eſſe à
deciſis juxta modum*.

Et ſanè initium ſumendo à prima deciſio-
nis parte reſpiciente viſitationem eccleſiæ,
catenus receſſum fuit; quia irrelevantia viſa
fuerunt illius fundamenta innixa legi funda-
tionis, & conſtitutionibus Apoſtolicis ſuppo-
nentibus religionem, de qua agitur, juriſ-
dictioni, ac ſuperioritati ordinariorum, in
1 cujus ſequelam venire jus viſitandi, potiſſi-
mè in concernentibus curam animarum, ei-
dem eccleſiæ incumbente, firmatur in §. *Sup-
poſita namque*. Quo enim ad fundationem, &
conſtitutiones Apoſtolicas illius approbati-
vas occurrit reſponſio, quod, etſi ab initio
2 Religio iſta ſubjecta fuerit ordinariorum ju-
riſdictioni; adhuc Summi Pontifices, median-
tibus poſterioribus conſtitutionibus, plena-
riam exemptionem induiſerunt; ut ſignan-
ter videre eſt in duabus ſa. me. Urbani VIII.
impreſſis altera Bullar. nov. tom.4 la 19., &
altera poſt conſtit. Alexandri VII.: qua pro-
pterea poſteriori exemptione ſuppoſita, præ-
cedens ſubjectio redacta fuit ad limites juris
3 communis; quo ſancitum eſt eccleſias Re-
gularium non eſſe Ordinariorum Juriſdictio-
ni, ac viſitationi ſubjectas, ut firmat *Murg.
in adnot. ad dec.10. §.3. num.16. impreſſ. poſt
ejus Commentar. ad Coſt. Apoſtolic., Tam-
burin. de Jur. Abbat. tom.1. diſput.15. qu.7.
num.50., Lantuſc. in Theatr. regular. verb.
Epiſcopus num.1. verſ. An Epiſcopus, Che-
rubin. in Compend. Bullar. ad Bullam* 41.
*B. Pii V., Quarant. in Summ. Bullar. Verb.
Monaſteria Regularium*.

Ita etiam irrelevans viſum fuit alterum
deciſionis fundamentum poſitum in exerci-
tio curæ animarum, quæ hujuſmodi religio-
ſis ſaltem impropriè incumbere aſſeritur in
*dec. quæ revidetur §. Idque potiſſimum, & ſe-
quenti*; ubi firmatur, quod etſi deficiant
requiſita veræ parochialitatis conſtitutiva,
nihilominus inficiari non valet, quod ipſi
Sacramenta miniſtrent, ac infirmorum pa-
rochi dicantur; *ex dec.45. num.9., & ſeqq.,
& num.50. uſque ad fin. coram Zarat.*. Siqui-
dem, quidquid ſit de hujuſce ratiocinii ſubſi-
ſtentia, attamen, dato etiam, quod Reli-
4 gioſi ſacramenta miniſtrantes infirmis dici va-
leant illorum parochi; adeout eccleſia quoad
ipſos reputanda ſit parochialis; non inde tri-
buendum foret epiſcopo jus eandem eccle-
ſiam viſitandi; tum quia eccleſia eſt in ipſo-
5 met hoſpitali, ejuſque pars, ac membrum
dicitur; ut obſervat *Card. de Luc. de Paroch.
diſc.23. ſub num.14. verſ. Siquidem, Pani-
moll. dec.5. adnot.58. num.* , *& Rot. dicta
dec.45. num.19. coram Zarat.*, ideoque ſicut
6 Hoſpitale viſitationi non ſubjacet; ex firmatis
in eadem *dec., quæ revidetur §. Quia verò*;
7 ita exempta dici debet eccleſia; ne acceſſo-
8 rium diverſam à principali naturam ſortiatur;
Surd. dec.88. num.10., Maſtrill. dec.115. n.4.;
tum quia exemptiones ab ordinariis locorum
fuerunt hujuſmodi religioſis conceſſæ poſt
Concilium Tridentinum à ſummis Pontifici-
bus Urbano VIII., & Alexandro VII., in
ſuperiùs relatis conſtitutionibus, quæ com-
prehendunt etiam altaria, & eccleſias, an-
nexam habentes curam animarum erga infir-
mos: ac proinde conciliaris diſpoſitio tan-
9 quam anterior ſuffragari non valet; ex noti-
tiis per *Nicol. in floſcul. verb. viſitatio ordi-
naria ſub num.1. verſ. item niſi exemptio
fuiſſet conceſſa poſt Concilium*, idemque re-
petit *in inſtit. Canon. tom.2. lib.3. tit.39. de
cenſib., & viſit. ſub num.8 verſ. quartò am-
plia*; tum quia cum in eccleſia controverſa,
10 regularis ſacerdos curam exerceat; nequit
epiſcopus ſe ingerere in viſitatione ſibi ſolum
permiſſa in eccleſiis Regularium, quoties
illæ à Sæculari præsbytero regantur; ut diſ-
ponitur in *eodem Concil. Trid. ſeſſ.25. de re-
form. cap.8. verſ. itaque ſi prædicti, Barboſ.
de offic., & poteſt. Epiſc. par.3. alleg.74. n.12.,
Kocbier. de Iuriſd. in exempt. tit. de conſer-
vat. eccleſ. part.2. quæſt.33. num.1., & 2.
Pignatell. conſult. Canon.9. num.8., & ſeqq.
tom 3.* tum quia facultas ordinariis conceſſa
11 viſitandi loca exempta, quibus imminet
animarum cura, intelligenda venit de illis
eccleſiis, quæ verè, ac realiter, non autem
impropriè parochiales exiſtant; ut in pro-
12 ximis terminis, quod eccleſiæ militum Hie-
roſolymitanorum, & ſimilium, etiamſi in
illis Sacramenta recipiantur à Militibus, vi-
ſitari non poſſint ab Ordinariis, probant *Bar-
boſ. ad Concil. ſeſſ.7. de reform. cap.8. n.21.,
Novar. in ſumm. Bullar. part. 1. Commet.
125. tit. de viſit. milit. S. Ioannis num. primo,
Kocbier. de Iuriſd. in exempt. tom. primo
part 2. quæſt.45. num.11.*; tum demum quia
eadem *Tridentina Synodus in ſeſſ.25. de regul.
cap.11.*, qua jus tribuit ordinariis viſitandi
13 loca exempta, quibus animarum cura im-
mineat, excipit monaſteria reſpectu ſuorum
regularium familiarium, & commenſalium;
quales eſſe infirmos in præfatæ religionis
14 hoſpitalibus moram trahentes notat *Pigna-
tell. conſult. canon.9. num.4. verſ. fin. tom.7.*

Hujuſmodi autem intelligentia generali-
bus regulis innixa evidens reddebatur ex
ſpeciali decreto per Sac. Congregationem
Concilii nuper edito, ſuper hoc eodem arti-
culo in cauſa *Bononien.* 10. *Maii* 1698.; in
qua prætendente Eminentiſſimo Archiepiſ-
copo Bononien. viſitare hoſpitale, & eccle-
ſiam in eo ſitam patrum S. Joannis Dei, re-
ſcriptum fuit - *Quoad adminiſtrationem ſa-
cramentorum non licere - Sum. Patrum n.5.*;
cujus Congregationis decreta vim legis ha-
15 bentia quoad omnes controverſias; ex tra-

ditis per *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. primo cap. 3. num. 81.*, & *Rot. in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1698. §. In præſenti coram bo. me. Urſino* conſuevit ſemper no-
16 ſtrum Tribunal reverenter amplecti, ut teſtatur *coram Buratt. dec. 479. num. 3., ibique Adden num. 20., coram Merlin. dec. 825. num. 8., coram Celſ. dec. 5. num. 12., in rec. dec. 279. num. 2. part. 18.*, & paſſim ubique,

Atque hinc ceſſat alterum præteritæ deciſionis fundamentum; quod cum in prima conſtitutione ſa. me. Urbani VIII., approbativa privilegiorum hujuſce religionis appoſita fuerit clauſula, *dummodo ſacris canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur* -- inde favore ordinarii Jus viſitandi præſervatum dicatur. Hæc namque illatio ſupponit epiſcopum de Jure poſſe iſtorum religioſorum eccleſias viſitare: quod
17 tamen ex præmiſſis non ſubſiſtit: imo dum ſac. Congregatio Concilii in præfata Bononien., declaravit, licitam epiſcopo non eſſe viſitationem eccleſiæ; neque in reſpicientibus adminiſtrationem ſacramentorum; jam incomperto eſt, exemptionem non eſſe Concilio adverſativam.

Hæc quoad primam deciſionis partem; ſcilicet eccleſiæ viſitationem: quo verò ad geminas alias reſpicientes viſitationem hoſpitalis, & redditionem rationia, Domini abſolutè ſteterunt in deciſis; iterum animadvertentes, hoc jus epiſcopo ſublatum eſſe, nedum ab eodem indulto Urbani VIII., eo
18 ipſo quod in conventu degant duodecim Religioſi, ut probat *præterita deciſio §. Quia verò*. Potiſſimè quia præfatum Indultum loquitur per verba generalia negativa ibi -- *In nihilo prorſus ſe immiſceant*; quæ omnem,
19 & quemcumque alium caſum, præter expreſſum, excludunt; ut probat *Kocbier de Iuriſd. in exempt. tom. 2. part. prima §. 6 n. 10.*: verum etiam ex decretis S. Congregationis Concilii, quæ articulo pluries diſcuſſo re-
20 ſolvit, viſitationem hoſpitalium iſtius Religionis, & exactionem rationum Epiſcopis non eſſe permiſſam; ut ſignanter legitur in una *Meſſanen. 9. Iulii 1683.*, & *13. Auguſti ejuſdem anni; Sum. Patrum num. 3.*, & *in Bononien. Viſitationis 10. Maii 1696.*, eodem *Summ. num. 5.*

Nec ad evadendam litteralem indulti diſpoſitionem, admitti potuit exceptio, quod in conventu Palentino reſideant dumtaxat octo religioſi; juxta fides teſtium à ſcribentibus pro epiſcopo adductas. Contrarium quippè apertè conſtitit ex publico inſtrumento in eodem conventu ſtipulato de anno 1699.; cum interventu duodecim religioſorum, quos tunc temporis ibidem actualiter reſediſſe teſtatur notarius; ut videre eſt in *Summ. reſponſionis Patrum num. unico*; atque ideo in conflictu probationum, fidem
21 potiùs mereri viſum fuit publicum inſtrumentum, quam ſimplices teſtium depoſitiones; ad tradita per *Rot. dec. 451. n. 6. p. 18. rec.*

Et ita, utraque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM,
ineſt in Summario.
Confirmatur infra dec. 220.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio cum de illa unitim cum bono jure diſputatur, ab hujus aſſiſtentia, non autem ſtrictè regulatur à poſſeſſione.*

2 *Actus viſitationis geſti in Eccleſia, dum regebatur à Parochis ſæcularibus, non ſuffragantur Epiſcopo, immutata Eccleſia in regularem, ad obtinendam manutentionem contra regulares exemptos, illius curam exercentes.*

3 *Actus viſitationis expleti etiam in ſtatu regularitatis Eccleſiæ, quibuscum proteſtationibus, & appellationibus expreſsè contradictum fuit, non conſtituunt Epiſcopum in quaſi poſſeſſione juris viſitandi.*

DECISIO CLIII.

RETento juris principio, cum quo proceſſum fuit in *deciſione ſuper hoc articulo edita 17. Maii 1697. coram bo. me. Urſino*; quod
1 ſcilicet, ubi non ſuſpenſo petitorio, poſſeſſorium unitim cum illo diſputatur, manutentio ſtrictè non reguletur à poſſeſſione, ſed à ſubſiſtentia boni juris; ex firmatis per *Rot. dec. 9. n. 31. apud Poſthium de manut.*, & *in rec. dec. 324. n. 1. & 2. p. 16.*: ſicut hodie Domini ſuper articulo boni juris receſſerunt à deciſis in ea parte, qua firmatum fuerat, ordinario Palentino licitam eſſe viſitationem Eccleſiæ, ex juribus in altera deciſione ponderatis; ita etiam cenſuerunt denegandam eſſe manutentionem in jure viſitandi præfatam Eccleſiam, eidem Epiſcopo in præterita deciſione conceſſam; reſpondentes ad hunc effectum *recedendum eſſe à deciſis juxta modum.*

Animadvertentes inſuper, quod actus viſitationum ad comprobationem quaſi poſſeſſionis adducti nullo modo concludunt; vel
2 enim loquimur de geſtis tempore, quo controverſa Eccleſia regebatur à Parochis ſæcularibus, & illi ſuffragari non valent in præſenti, quo ſtatus Eccleſiæ immutatus remanſit, eaque à dominio ſæcularium tranſitum fecit ad regulares exemptos; ut in ſpecie reſpondit *Rot. dec. 646. n. 14. & 15.*, *apud Poſth. de manut.*, & comprobat *Card. de Luca de ſervit. diſc. 95. n. 4. in ſupplem.* Si verò loquimur de actibus viſitationis exercitis poſt ſuperventam regularitatem, ac
3 exemptionem Eccleſiæ; & iſti fuerunt ſemper ex parte religioſorum contradicti, mediantibus proteſtationibus, & appellationibus relatis in *ſum. patrum n. 20.*; ac propterea ex illis quaſi poſſeſſio acquiri non potuit; ex notatis per *Poſth. de manut. obſer. 17. num. 50.*

*num.*50., *Rot. apud eundem dec.*627. *n.*8., *in rec. dec.*30. *n.*1. *p.*2., & *dec.*311. *n.ult. p.*9., & firmat *præterita deciſio* §. *Quia verò.*

In reliquis Domini tranſierunt cum fundamentis ejuſdem præteritæ deciſionis

Utraque &c.

GERUNDEN. FERIALIS.

Veneris 25. *Junii* 1700.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ.115., quæ confirmatur.
Et adeſt in hac cauſa dec. 269.

SUMMARIUM.

1 *Redditus aſſignati ſub lege erogandi in certos uſus, in alios diverſos coverti non poſſunt*, & n.4.
2 *Specialis proviſio facit ceſſare generalem.*
5 *Eccleſiæ nomine unuſquiſque curare poteſt piorum operum exequutionem.*
6 *Dignitates ſunt de corpore Eccleſiæ.*
7 *Ferialis quod ſupereſt factis omnibus expenſis reſpicientibus lites, & negocia Eccleſiæ, inter Canonicos dividi debet, ad quorum pinguius ſuſtentamentum fuis inſtitutum.*
8 *Præcipue opitulante ſummi Pontificis juſſu.*
9 *Et longiſſimi temporis obſervantia.*
10 *Subſcribens ſcripturæ, qui duas perſonas repreſentat, non convincit tanquam utramque ſubſcribere, ſed tanquam eam, quæ actui congruit.*
11 *Immemorabilis parit rem judicatam, & per eam allegari poteſt concordia, & quicumque alius titulus.*

DECISIO CLIV.

FUndamenta deciſionis editæ coram me ſub die 11. Decembris præteriti viſa non fuerunt everti ex motivis utrinque repetitis ad ſuadendam petitam illius reformationem, ac reſpectivè receſſum; ideòque DD. ſteterunt *in deciſis.*

Et incipiendo ab ea deciſionis parte, quam Canonici reformari poſtulabant; & in qua firmatum fuit redditus ferialis erogari non
poſſe in alios uſus, quam concernentes univerſum Eccleſiæ ſtatum, & qui ad totius eccleſiaſtici corporis honorificentiam conducant; iterùm DD. placuit diſpoſitio ſtatuti,
anni 1330. conditi: quodque ſexta capellaniarum pars, principale ferialia emolumentum à ſa. me. Gregorio XI. applicatum,
nec non ſigillum curiæ epiſcopalis eidem feriali aſſignatum ſub præciſa lege erogationis
1 in dictos uſus conſtituta leguntur; undè non
poſſunt in alios converti; ut probat *præterita deciſio* §. *Procedendo.*

Nec relevat, quod in Eccleſia Gerundenſi plures adſint particulares maſſæ pro certis neceſſitatibus ſpecificè deſtinatæ: ideoque
in iis, quibus ſpecialiter conſultum fuit; non debeat cum univerſali ferialis maſſa provideri: quoniam ſenſus ſac. Rotæ non fuit; nec eſt, quod redditus ferialis, adeò indiſtinctè, in omnes Eccleſiæ neceſſitates erogentur; ut ſpeciales maſſæ immunes remaneant: ſed ſolùm quod, ubi fructus ex aliis maſſis retracti non ſuppetunt ad effectum, cui deſtinatæ reperiuntur; ſupplementum tribuatur ex illa ferialis, de eo quod ſupereſt poſt adimpleta onera eidem feriali annexa, ſequendo
in hac parte juris regulam: quod ubi ſpecia-
2 lis proviſio reperitur; locum non habeat ge-
3 neralis; quæ viceverſâ ſubingrediatur in iis.
ſuper quibus ſpecialiter diſpoſitum non fuit, *Abb. in cap. fin. n* 7. *de his quæ fiunt à majore parte capituli.*

Minùs reformanda videbatur deciſio in ea parte, qua decernit, dicti ferialis fructus erogari non poſſe in lites particulares, quæ univerſum Eccleſiæ corpus non reſpiciant. Quippe cum præfatum ſtatutum diſponat, omnes Eccleſiæ Gerundenſis redditus ero-
gandos eſſe in communes ejuſdem Eccleſiæ
4 neceſſitates; ipſiuſque ferialis fructus ſpecifi-
cè pro communibus Eccleſiæ litibus deſtinati leguntur: æquum non eſt, ut in alios à ſtatuto diverſos convertantur.

Neque demum in alia, de qua in §. *finali præteritæ deciſionis*, reſervante dignitatibus
facultatem invigilandi, ne prædicti redditus
5 in uſus à ſtatuto extraneos erogentur: dum
ſicut unicuique de populo licitum eſt curare piorum operum exequutionem pro eccleſia; ita & fortiùs id licere debet dignitatibus,
6 quas eſſe de corpore eccleſiæ non dubitatur.

Tranſeundo ad alias deciſionis partes, à quibus receſſum petebant ſcribentes pro di-
gnitatibus; perperam impugnari videbatur
7 illa declarans, quod abſolutis, & perfectè
completis omnibus expenſis communibus reſpicientibus, tam lites, & negocia, quàm eccleſiæ onera, reſiduum diſtribui debeat inter Canonicos. Reſolutionis quippe ratio innixa ejuſdem ferialis inſtitutioni factæ pro pinguiori Canonicorum ſuſtentatione; ut refertur in principio deciſionis; adhuc ſuadebat, non poſſe de illius fructibus alios, quàm Canonicos participes fieri; prout de facto il-
8 los inter ſolos Canonicos dividi juſſit ſa. me.
Leo XI. in ejus conſtitutione relata in *ſum.*
9 *præterito capituli n.*11. Et ita per plurium
ſæculorum ſpatium obſervatum fuiſſe conſtabat ex *dicto ſum. à n.*4 *ad* 23.

Prout etiam minus legaliter impugnabatur altera pars determinans, præfatorum fructuum erogationem, ac reſpectivè diſtributionem fieri poſſe inconſultis dignitatibus; allegando quod ipſæ fuerint confundatrices ferialis. Quidquid enim ſit; an huiuſmodi qualitas probata foret, dum ſola ſubſcriptio per dignitates facta in fundatione ferialis, non concludit perneceſſe, quod illæ contribuerint, dum potuerunt tanquam Canonici
10 ſubſcribere: quia reverâ canonicatum ul-
tra dignitates poſſidebant; ut in ſimili ſtatu-

to ſubſcripto per dignitates canonicatum poſſidentes, reſpondit, *Rot. in Gerunden. Capparum impreſſ. penès Antonell, de jur. & onere Clericorum dec.42. num.*18.: obſtat ſemper contraria obſervantia, & quidem immemorabilis: cujus vigore poſſint Cano-
11 nici, vel concordiam, vel rem judicatam, vel quemcumque alium titulum allegare; ut probat *præterita deciſio* §. *Quæ omnia*: ſatiſque dignitatibus conſultum videbatur, mediante præſervativa juris invigilandi, ſuperiùs recenſita.

Et ita, in reliquis relativè ſe habendo ad præcedentem deciſionem, reſponderunt Domini. Utraque &c.

BONONIEN. PECUNIARIA.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.
Præbetur a Summario.

SUMMARIUM.

1 *Rem judicatam faciunt geminæ ſententiæ conformes in civitate Bononiæ inter cives, & incolas.*

2 *Amplia etſi latę non ſint ſententię ſucceſſivè, ſed interpolatè.*

3 *Actoris intentio benè fundatur in folio de mandato ſummi Pontificis conſcripto.*

4 *Princeps loquens per verba ſuppoſitiva conſuetudinis, eam non probat, ſed transfundit onus illam probandi in eo, qui ſe in dicta conſuetudine fundat.*

5 *Secùs tamen cum verba ſuppoſitiva conſuetudinis ſunt prolata poſt ſedulo, & maturè penſatum negocium, quia tunc certam, & perfectam diſpoſitionem conſtituunt.*

6 *Partitę quantitatis ſalarii quot annis officialibus ſoluti, affirmativam ſolutionis probant; non verò præciſam ſummam coarctant, cùm de alia ſumma in eandem cauſam, ſeparata ſit conſideratio, & alibi potuit adnotari.*

DECISIO CLV.

IN collatione muneris præfecti equitum levis armaturæ civitatis Bononiæ ſa. me. Innocentium XI. facta Columnello Ferranti Ruſchæ; idem ſummus Pontifex, aboletis quibuſcumque emolumentis jampridem percipi ſolitis, per litteras Eminentiſſimi Cybi, tunc primi Miniſtri, ſignificavit Eminentiſſimo Legato dictæ Civitatis: quod ſuæ intentionis erat, Columnellum conſequi duntaxat -- *Le proviſioni eſpreſſe nell' ingionto foglio; non volendo nel reſto Sua Santità, che pretenda altri emolumenti* --: & in folio enunciato deſcripta reperiebatur ſequens particula ibi -- *La proviſione ſolita è di ſcudi cinquanta il meſe; altri dieci il meſe ſoliti darſi dal Regimento.*

Præfecturæ poſſeſſionem adeptus Ferrantes exegit quidem menſtrua ſcuta 50.; ſed aſſequi non potuit ſcuta 10. à Regimine debita; quocirca illo in judicium vocato coram dicto Eminentiſſimo Legato, mandatum obtinuit; quod etſi revocatum ab A. C. in gradu appellationis, exequi tamen decrevit noſtrum Auditorium, præviis duabus deciſionibus coram R.P.D. meo Pio editis: cùmque ad provocationem regiminis commiſſa mihi fuerit appellationis cauſa: propoſui dubium commiſſioni conforme: *An ſit locus ſtatuto de duabus*: quod fuit *affirmativè* reſolutum.

Agitur namque lis inter cives, & incolas
1 dictæ Civitatis Bononiæ: ideoque, tam ex diſpoſitione ſtatuti, quàm ex notiſſima conſtitutione Gregorii XV.; duæ ſententiæ conformes, habent vim trium, ac rem judicatam conſtituunt; ut dictum fuit in *Bononien. depoſiti 3. Martii 1692. §. Siquidem coram R.P.D. meo Muto, & in Bononien. jurispatronatus de Gliſleriis 31. Januarii 1695. §. Ratio coram R.P.D. Pio*: quod procedit etiamſi duæ conformes latæ non fuerint ſucceſſivè, ſed interpolatè; ex allegatis per *Rub. in ſing. circa ſtatut. interpret p.6. n.9.*

Sententiarum autem juſtitiam (cum de validitate non dubitetur) DD. plenè comprobatam agnoverunt ex dictis deciſionibus, & ſignanter poſtrema R. P. D. mei Pii; ite-
3 rum animadvertentes Columnellum fundatam habere intentionem in folio, de mandato ſummi Pontificis tranſmiſſo ad Legatum Bononiæ, in quo menſtrua ſcuta 10, à regimine perſolvenda comprehenſa leguntur.

Non attenta replicatione, quod ſummus Pontifex non adſtrinxerit idem regimen ad
4 hujuſmodi ſolutionem; ſed loquutus fuerit per verba ſuppoſitiva dicendo -- *altri ſcudi dieci il meſe ſoliti darſi dal regimento* --: ideoque hoc ſolitum veniat à columnello probandum. Siquidem cùm hæc expreſſio facta fuerit poſt ſedulo, ac maturè penſatum ad tollendos abuſus, qui in præjudicium Civitatis irrepſerant: & poſtquam ſummus Pontifex declaraverat velle, quod columnellus -- *goda ſolamente le proviſioni eſpreſſe nell' ingionto foglio* -- apertè conſtat præſtatio-
5 nem ſcutorum 10, tanquam certam fuiſſe conſtitutam, dictaque verba perfectam inducere diſpoſitionem; ut benè comprobat utraque *deciſio R.P.D. mei Pii prima nempe 22. Junii §. Idque certiùs, & ſecunda 11. Decembris 1699. §. In nihilum.*

Nec ad excludendam hujuſmodi conſuetudinem viſa fuit habenda ratio de partitis ſolutionum factarum anteceſſoribus columnelli in ſola ſumma librarum 217. Ut enim reſpondit utraque deciſio præcedentis in-
6 ſtantię *in §. finali*; probatur quidem ex illis affirmativa ſolutionis in dicta quantitate, ſed non eruitur probatio negativę quoad alia ſcuta 10., cùm iſta ſeparatè ſoluta fuiſſe veriſimile reddatur, ex quo ſummus Pontifex illa ſeparatè conſideravit; adeout potuerit in alio diverſo libro adnotari.

Et ita, Columnello ſolùm informante, reſolutum fuit.

BONO-

BONONIEN. PECUNIARIA. SUPER REMISSORIA.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Ad probationem faciendam contra ſupremi Principis perfectam diſpoſitionem reſultatem ex verbis, quamvis ſuppoſitivè in privilegio, & conceſſione prolatis, remiſſoria non conceditur: præſertim ſi probatio ſit improbabilis: & ad protrahendam ſolutionem poſt rem judicatam petatur.

SUMMARIUM.

1 *Voluntas expreſſa ſummi Principis per contrarios intellectus revocari non valet.*

2 *Verba ſuppoſitiva prolata ex ore habentis facultatem diſponendi in conceſſionibus cauſativè cenſentur adjecta.*

3 *Probatio admittenda non eſt contra expreſſam Principis declarationem.*

4 *Remiſſoria tendens ad probationem rei improbabilis non admittitur.*

5 *Remiſſoria denegatur, cum poſt rem judicatum ad protrahendam cauſam petitur.*

DECISIO CLVI.

Regimen Bononiæ per geminas ſententias condemnatum ad ſolvendum Columnello Ruſchæ menſtrua ſcuta 10., præter alia quinquaginta, à die, qua ille poſſeſſionem adeptus fuit præfecturæ militum levis armaturæ in dicta civitate; petiit in gradu ulterioris appellationis mihi commiſſæ contemporanee ad dubium -- *An eſſet locus ſtatuto de duabus* -- hodie propoſitum, diſputari etiam aliud -- *An ſit concedenda remiſſoria* --; exhibendo ad hunc effectum articulos, ad probandum, quod anteceſſoribus præfati Columnelli, nil, ultra menſtruas libras 217., idem Regimen perſolvere conſueverit. Verùm DD. probationem inutilem reputantes reſponderunt: *remiſſoriam eſſe denegandam.*

Cùm enim ſa. me. Innocentius XI. declaraverit, velle, quod columnellus Ruſca exigeret proviſiones adnotatas in folio per Eminentiſſimum Cybo, tunc primum ejus miniſtrum tranſmiſſo ad Eminentiſſimum Bononiæ Legatum; & in hoc folio deſcripta legatur menſtrua quantitas dictorum ſcutorum 10. à Regimine ſolvenda; non eſt cur ejus ſolutio declinari velit ſub prætextu, quod antea fieri non conſueverit; dum ſupremus Princeps, illam fieri præcisè voluit; ut ſonant verba dictæ epiſtolæ Cardinalis Cybo: -- *mi hà commandato di darne parte à V. E., con aggiongerle eſſer volontà preciſa, che goda egli le proviſioni eſpreſſe nell' ingionte fo-*
1 *glio*: à qua voluntate per contrarios, & ſubauditos intellectus recedi non poſſe, firmatum fuit in *prima hujus cauſæ dec* 22. *Junii* 1699. §. *Clara autem coram R. P. D. meo Pio.*

Nec obſtat, quod hujuſce quantitatis deſcriptio in præfato folio facta fuerit cum ſuppoſito, quod eſſet ſolita perſolvi; adeout probatio in vim remiſſoriæ facienda tendat ad excluſionem ſuppoſiti, non autem voluntatis ſummi Pontificis. Huic namque objecto occurrit *eadem prima deciſio R.P.D. mei Pii*
2 *in §. Abſque eo quod*, firmans quod verba ſuppoſitiva in privilegiis, & conceſſionibus ab eo prolata, cui plenam habet facultatem diſponendi, adjecta dicuntur poſitivè, & cauſativè, perfectamque diſpoſitionem inducunt per *text. in l. cum proponebatur ff. de*
3 *legat.* 2.: idemque contra expreſſam Principis declarationem, quæ præceptivam legem præſefert; probatio admittenda non eſt; *Rota coram Verall. dec.* 384. *lib.* 1., *& in rec. dec.* 509. *n.* 22. *verſic. quia Papa & ſeqq. p.* 5.

Sicut autem irrelevans erat exhibita probatio, ita etiam videbatur impoſſibilis. Articulatum enim fuit, quod præfecti equitum levis armaturæ, nil aliud exegerint, quàm meſtruas libras 2·7. conflantes ſcuta 43. & 40 monetæ Romanæ: & tamen ipſimet libri, ex parte Regiminis exhibiti, continent plures, ac diverſas partitas ſolutionum, diverſa ex cauſa columnello factarum; quæ citra dubium articulatam quantitatem excedunt; ut refertur in peritia uſque de anno 1694. per Ludovicum Calvum exarata; de qua in *ho-*
4 *dierno ſum. columnelli n.* 3.: ideoque ratione improbabilitatis remiſſoriam eſſe denegandam, plures dixit *Rota coram Durano dec.* 196. *n.* 5., *coram Celſo dec.* 104. *n.* 6. *in rec. dec.* 319. *n.* 16 *p.* 6.

Faciliùs pro denegatione remiſſoriæ inclinarunt Domini animadvertentes, illam peti poſt agitatum octo annorum ſpatio judicium,
5 ac latas binas ſententias rei judicatæ inductivas: itaur remiſſoria ſolùm tenderet ad ſolutionem differendam: ex firmatis per *Rotam coram Pen. dec* 395. *n.* 21., *coram Dunoz. jun. dec.* 791. *n.* 7., *coram Bich. dec.* 54. *n.* 5., *& coram ſa. me. Alex. VIII. dec.* 29. *n.* 3.

Et ita, utrâque &c.

HYDRUNTINA MANUTENTIONIS.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori deciſ. 127. quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum obtentum, & reſpectivè ſequuta deliberatio non citata perſona legitima, ſunt nullæ.*

2 *Subhaſtatio facta bonorum minoris, citata tantùm matre, vel ejus procuratore proprio, non autem curatorio nomine, nulla eſt.*

3 *Rector capellæ citandus eſt in judicio, quod reſpicit diſtractionem bonorum, ejuſdem capellæ.*

4 *Actor tenetur ſcire poſſeſſorem bonorum, ad effectum validè agendi in judicio illo citato.*

5 *Minori*

5 *Minori legitimè non comparenti, deputandus eſt actor ad lites pro validitate judicii.*
6 *Subbaſtatio nulliter conſumpta dicitur contra minorem indeſenſum, & cui actor ad lites non fuit deputatus.*
7 *Deliberatio facta vigore mandati implicitè continentis liquidationem fructuum, quod ideò eſt appellabile, eſt nulla.*
8 *Decretum de ſui natura appellabile, ſine terminorum ſervatione, exequut oni demandari nequit, abſque labe attentatorum.*
9 *Et am ſi liquidatio quantitatis in ſubſequenti mandato contenta innixa foret relationi periti*, & n.11.
10 *Mandatum non eſt conforme relationi periti reſpectu partitarum, de quibus ipſe non retulit.*
12 *Cauſa implicitè continens liquidationem fructuum, de ſui natura eſt appellabilis.*
13 *Inſtrumento deferendum non eſt, quod per ſententiam declaratum fu't nullum.*
14 *Inſtrumentum diviſionis à Judice annullatum ad effectum deveniendi ad aliam diviſionem inſeruit, ad effectum probandi valorem in antiqua diviſione ſupp.ſitum.*
15 *Fallit quando illud inefficax. nec ullo modo attendendum à partibus, & judice fuit reputatum.*

DECISIO CLVII.

INter plures nullitates, quæ adverſùs delibe-
rationem controverſam ex parte Franchi
opponebantur in audientia 13. Februarii
1 præteriti; illa ſignanter placuit DD.; quod
mandatum obtentum fuiſſet; & reſpectivè ſe-
quuta deliberatio, non citata perſona legiti-
ma; ut videre eſt in *deciſione dicta die coram
me edita.* Cùmque ad ejuſdem nullitatis ex-
cuſationem, nec etiam in hodierna propoſi-
tione, quidquam relevans deduceretur; reſ-
ponſum proindè fuit: *ſtandum eſſe in de iſis.*
Iterum namque inſufficiens viſa fuit reſ-
ponſio, quod citatus fuerit procurator con-
ſtitutus ab Anna Lubella Franchi matre,
eiuſque curatrice. Cùm enim hujuſmodi qua-
2 litas in citationibus expreſſa non fuerit; pro-
ut illam in mandato procuræ in perſonam
Riccii eadem Anna non expreſſerat; judi-
cium dici debet agitatum contra matrem no-
mine proprio: & per conſequens citationis
defectus reſpectu minoris evitari non poteſt;
ut benè probat *præterita deciſio* §. *non rele-
vante.*
Potiſſimè quia non agebatur de diſtrahen-
dis bonis ipſius minoris, quorum cura eſſet
penès matrem; ſed de bonis ſpectantibus ad
capellam S. Franciſci, legatariam Conſaiui
prætenſi debitoris; cujus capellæ rector erat
ipſe Francus; ac proindè ſatis non fuit ma-
3 trem citare: ſed idem rector neceſſariò ci-
randus erat; ad *litt. text. in cap. fin. de judic.
in* 6., & in ſpecie de bonis ſimilis capellaniæ
dixit *Rota dec.*171. *n.*1. *p.*4. *rec.*
Abſque eo quod relevet, Catharinam cre-
ditricem, & deliberatariam ignoraſſe; quod
bona per Francum nomine capellæ poſſi-
derentur. Siquidem hæc excuſatio non ad-
4 mittitur; cum ipſa teneretur ſcire poſſeſſorem
ad effectum validè agendi in judicio ipſo ci-
tato; ut in terminis reſpondit *Rota dec.*138.
*n.*27., & meliùs *n.*10. *p* 12.*rec.*
Quinimò etiamſi ſupponeremus, Annam
Franchi matrem in conſtitutione procurato-
ris, ſe geſſiſſe tanquam tutricem; ipſumque
procuratorem fuiſſet hoc nomine legitimè
citatum; nihilominùs cùm ille minorem in-
defenſum reliquiſſet, patiendo mandatum
5 expediri per contradictas; utique oportebat
ad validitatem judicii, eundem minorem ci-
tare ad legitimè comparendum: eique legi-
timè non comparenti deputare actorem ad
lites; ad *text. in l. Admone adoleſcentem cod.
qui petant tutores* ibi - *Admone adoleſcen-
tem, adverſùs quem conſiſtere vis, ut cura-
tores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundum
juris formas conſiſtas: qui ſi in petendis bis
ceſſabit: potes tu competentem judicem odire;
ut in dandis curatoribus officio ſuo fungatur*
& firmavit *Rota coram Buratto dec.*293 *n.*4.,
*coram Duran. dec.*142. *n.*1., *coram Celſ dec.*
404 *n.*6, & *coram Priol dec.*145 *n.*2. & 3.
Et in terminis quod ſubhaſtatio, & deli-
6 beratio nulla ſit, quoties ad illam deventum
fuerit actore non deputato, ſeu minore inde-
fenſo, dixit *Rota. poſt Salgad. in labyrint cre-
dit. dee.'4. n.*1. & *ſeq.*, *apud Poſtb. de ſub-
baſt. dec* 43. *n.*2., *in rec. dec.*406. *ſub n.*4.,
& 6. *p.*4.*tom.*1., & *in Hortana caſalis* 13.*Fe-
bruarii* 1690. §. *Nullitas coram bo.me. Eme-
rix.*
Huic nullitati, quæ totum percutit judi-
cium contra minorem agitatum, adnectitur
alia ſpecialiter ipſum deliberationis actum
reſpiciens, & approbata in *præcedenti deci-
ſione* §. *At non ſolùm nulla.* Et quidem nulla
7 fuit deliberatio, tanquam facta vigore man-
dati continentis implicitam liquidationem
fructuum, in exequutionem præcedentis rei
judicatæ, reſtituendorum: quod propteres
8 de ſui natura erat appellabile, nec citra vi-
tium attentatorum, non ſervatis quatuor ter-
minis ad docendum de appellatione, exe-
quutioni demandari poterat; ut præter au-
thoritates in præcedenti deciſione relatas;
in individualibus terminis reſpondit *Rot. co-
ram Dun.z. jun. dec.*758. *ſub n.*6. 8. & 9.
Nec ad excludendam appellabilitatem,
9 ſuffragatur reſponſio, quod liquidatio quan-
titatis in mandato contentæ, innixa foret re-
lationi tertii periti per Judicem electi. Hoc
enim in facto non ſubſiſtit; dum in dicto man-
dato comprehenſæ fuerunt etiam partitæ,
quas peritus in ſuſpenſo reliquerat; ut ani-
madvertit *præterita deciſio* §. *In illius igitur:*
10 itaut reſpectu earundem partitarum, ſuper
quibus peritus judicium non tulerat, dici ne-
quear mandatum fuiſſe relationi conforme:
11 & in omnem caſum, quatenùs etiam proba-
tio præfatæ quantitatis, utpotè ab eadem
relatione deſumpta, fuiſſet certa & innegabi-
12 lis: non ideò ſublatum erat appellationis
beneficium à jure conceſſum in cauſis impli-
citam liquidationem continentibus, *Lancel-
lut.*

ſot. de attent. appellat. pendente limit.9. num. 12 verſ. quando eſſemus, *Scacc. de appellat. q.17. limit.4. ſub n.13.*, & meliùs, *Rot. dec. 100. n.1. cum ſeqq. & n.8. p.1. diverſ.*

Fortiùs quia, ſeclusis etiam partitis in ſuſ-
penſo relictis, non poterat periti judicio abſo-
lutè deferri, cùm iſte fructus bonorum ſtabi-
lium calculaverit ad rationem quinque pro
centenario; habito reſpectu ad valorem con-
cordatum in inſtrumento diviſionis initæ an-
13 no 1645.: quando idem inſtrumentum ineſ-
ficax, & nullum mediante ſententia fuerat
declaratum; ut animadvertit *præterita deci-
ſio in dicto §. At nulla poſt med.* Non attentâ
14 replicatione, quod hæc ſententia emanave-
rit ad effectum faciendi novam diviſionem,
ſicque probatio valoris in antiqua diviſione
ſuppoſiti eliſa non fuerit. Nova quippe divi-
ſio jam facta fuerat anno 1660.: & cùm partes
nec illi acquieſcerent, Judex aliam fieri de-
crevit; ut in *ſum. præteritæ propoſitionis n.1.*:
15 undè patet, quod inſtrumentum anni 1645.
tam apud Judicem, quàm apud Partes, per
iteratos actus contrarios, reputatum fuit in-
efficax; nec ullo modo attendendum.

Et ità, utraque &c.

BURGEN. PANIS SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur habenti ſententiam ſuper titulo, quæ in judicatum tranſit, etiam non probata poſſeſſione, multoque fortiùs ſi poſſeſſio probetur, & a ſubſequuta tunc ſententia ſuper bono jure adminiculetur; in quo caſu iterum boni juris non eſt habenda inſpectio.

Confirmatur infra dec.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debetur habenti ſententiam ſuper titulo, quæ tranſivit in judicatum, etiam ſi de ejuſdem poſſeſſione non docetur.*
2 *Res danda ad alicujus contentamentum, ab illo recognoſcenda videtur.*
3 *Res debitas qualeſcumque recipere præſtat; quam ſuper earum qualitate quotidianas lites experiri.*
4 *Manutentio faciliùs conceditur, probata poſſeſſione.*
5 *Teſtes ad perpetuam examinati deponentes de facto proprio, fidem merentur.*
6 *Ordinarium ſine præcedenti jurium cognitione, præſumendum non eſt, ſententiam tuliſſe in præjudicium propriæ juriſdictionis.*
7 *Judex in propria cauſa nemo eſſe poteſt.*
8 *Manutentionis judicium ſolam poſſeſſionem requirit, licèt juris aſſiſtentia defuerit.*
9 *Judicio ſolius capituli potiùs deferendum eſt, quam ſolius Vicarii.*

DECISIO CLVIII.

Mandatum de manutenendo per hoc ſacrum Tribunal relaxatum favore Capituli S.Mariæ de Vualpueſta, in quaſi poſſeſſione habendi ab Archidiacono panem, vulgo librettas nuncupatum, nec non cognoſcendi; an idem panis eſſet bonæ qualitatis, & juſti ponderis; eoque tali non reperto mulctandi adminiſtratorem Archidiaconi; & demum ferendi judicium in caſu diſcordiæ inter ejuſdem panis viſores; exequi juſſit Signatura Juſtitiæ, preterquam quoad ultimam partem reſpicientem facultatem, ut ſupra, in caſu diſcordiæ judicandi, reſcribendo - *quoad judicium panis Alteri in reliquis ſine præjudicio.* Ad cujus commiſſionis mihi directæ tenorem diſputandum hodie propoſui: *An, & cui danda eſſet manutentio in quaſi poſſeſſione judicandi panem, in caſu controverſiæ inter Canonicos, viſores, & miniſtros archidiaconi*: eamque *Capitulo dandam eſſe* DD. reſponderunt.

Aſſiſtit enim ipſi Capitulo antiquiſſima ſen-
tentia, uſque de anno 1589. lata per Vicarium
generalem Toletanum à Sede Apoſtolica
delegatum; declarans, judicium in caſu
diſcordiæ ſpectare ad plenum Capitulum;
ut *in ejus Summ. num.3.* ibi - *ſe vi foſſe alcu-
na differenza circa l'eſſer buono, e cattivo,
ſi debba portare in pieno Capitolo*: cumque
1 hujuſmodi ſententia in judicatum tranſierit;
iſtius vigore debetur manutentio: etiamſi de
poſſeſſione non conſtaret, *Gratian. diſcept.
forenſ. cap.898. num.18., & ſequen.*, *Poſth.
de manut. obſerv.108. num 20., & 26.*. Et
de facto eidem ſententię innixum fuit noſtrum
Auditorium *in precedenti dec. edita 20. Fe-
bruarii 1699. § In caſum verò, & in alia con-
firmatoria 26. Iunii ejuſdem anni §. ad quem
verò coram R.P D. meo Pio.*

Idque ſumma ratione, quia cum panis ab
Archidiacono preſtandus eſſe debeat ad con-
tentamentum prioris, & capituli; juxta aliam
antiquiorem ſententiam; omnis ratio ſuadet,
2 quod ii, qui contentari debent, qualitatem
panis recognoſcant; ut animadvertit *dicta
poſtrema deciſio R.P.D. mei Pii dicto §. Ad
quem verò.*

Juſtitiæ ab antiqua ſententia reſultanti ac-
cedit etiam æquitas; ſi enim in caſu contro-
verſiæ, ſuper bona, vel mala panis qualita-
te, recurrendum eſſet ad judicem ordina-
rium, juxta ſenſum Archidiaconi, eluderen-
tur ſententiæ declarantes, panem eſſe debere
bonæ qualitatis, ac juſti ponderis; dum ex-
3 pediret potiùs Capitulo, panem qualiſcum-
que foret recipere, quam quotidianas lites
aſſumere; ut ratiocinatur eadem *poſtrema
deciſio R.P D. mei Pii §. final.*

Hæc quæ ſufficere viſa fuerunt in præcedenti inſtantia ad concedendum Capitulo manutentionem, validiora in præſenti redduntur ex depoſitione novem teſtium à Capitulo nuper examinatorum, aſſerentium, quod in caſu quo emerſit controverſia inter Canonicos viſores, & Archidiaconi miniſtros

ſuper

ſuper qualitate panis; ille fuit ad plenum
Capitulum delatus, & capitularis reſolutio
exequutionem ſortita, *Sum. ejuſdem Capi-
tuli num* 4.: quo circa, conſtito etiam de-
4 poſſeſſione, faciliùs concedenda eſt manuten-
tio; vulgato § *Retinendæ Inſtitut de Interdict.*
Potiſſimè quia omnes præfati teſtes fuerunt
miniſtri Archidiaconi prædeceſſoris, ut patet
ex dicto Summ. num.4. litt.B. Ideoque cum
5 deponant de facto proprio, plenam fidem me-
rentur; quantumvis formiter examinati non
fuerint; *Poſtb. de manut. obſerv.*38. *num.*22.

Teſtium depoſitiones comprobat ſenten-
tia nuper anno 1695. lata per ordinarium
Burgenſem, declarans jus cognoſcendi pa-
nem, in caſu diſcordiæ, ſpectaſſe ad Capi-
tulum; ejuſque proinde reſolutionem exe-
quutioni fuiſſe demandandam; *ut in dicto*
6 *Summ. num.*2.: quam ſententiam utique non
tuliſſet ordinarius in præjudicium propriæ
juriſdictionis; niſi legitimam Capituli quaſi
poſſeſſionem agnoviſſet; *ex traditis per Ro-
tam coram Coccino dec* 230. *num.*3., & *co-
ram Cerr. dec.*445., & *dec.*693. *utrobique
num.*6. 7.

Neque vim facere videbatur abſurdum à
ſcribentibus prò Archidiacono ponderatum;
quod nempe, mediante hac facultate, conce-
datur Capitulo juriſdictio ſibi jus dicendi in
7 propria cauſa contra notiſſima juris principia.
Ultra quod enim ſufficeret reſponſio, quod
8 in Judicio manutentionis attenditur ſolum
poſſeſſio; etiamſi Juris diſpoſitio reſiſtat;
*Poſtb. de manut.obſerv.*42.*num.*86., & *ſeqq.*:
occurrit etiam alia, quod cum in loco de
Valpueſta nullus alius, præter Vicarium
ab Archidiacono conſtitutum adſit judex, ad
quem recurſus haberi valeat, æquiùs, ac
9 rationabiliùs eſt, ut deferatur judicio pleni
Capituli ex pluribus Canonicis compoſiti,
quàm illi ſolius Vicarii, Archidiaconum repræ-
ſentantis; *Rot. dec.*87. *num.*78. *part.*10., &
*dec.*182 *num.*5. *par.*13. *rec.*

Et ita, utraque &c.

BURGEN. PANIS SUPER REMISSORIA.

Ven. 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Præbetur à Summario

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria, quoties materia articulata eſt relevans non denegatur.*
2 *Relevantia poſſibilis in profanis ſufficit pro conceſſione remiſſoriæ.*
3 *Teſtes etiam nulliter examinati dant fumum ad concedendam remiſſoriam.*
4 *Remiſſoria faciliùs conceditur, excluſa ſuſpicione calumniæ.*
5 *Remiſſoria, licèt aliàs conceſſa fuerit, ſi articuli tamen fuerint magis diſtinctè concepti, & in antecedentibus non deducta continent, non denegatur.*
6 *Præſertim ſi per eam nullum parti præjudicium irrogatur, nec cauſa retardatur,*

DECISIO CLIX.

A mandato de manutenendo per hoc Sacr.
Tribunal favore Capituli S. Mariæ de
Valpueſta relaxato in quaſi poſſeſſione ge-
rendi plures actus ab archidiacono contro-
verſos, obtinuit iſte mihi appellationis cau-
ſa in devolutivo committi: cumque in nova
diſputatione præcæteris impugnare conten-
tendat poſſeſſionem dicti Capituli habendi
panem etiam prò Canonicis abſentibus, pe-
tiit hodiè ad explendas probationes dictæ
poſſeſſionis excluſivas, ſibi concedi remiſſo-
riam, quam DD. ſub conſueto dubio con-
ſulti *dandam eſſe* reſponderunt.

Articuli namquè ad hunc effectum exhibi-
ti, & relaxati in *Summ.n.*1. continent, quod
nemo ex Canonicis abſentibus à juriſdictio-
ne dicti Loci de Valpueſta, exceptis illis ti-
tulo commenſalitatis per archidiaconum de-
coratis, juxtà facultatem ei ab immemora-
bili tempore competentem; exegit umquam
portionem panis, de qua res eſt; ſed abſen-
tium portio ipſi archidiacono, vel ejus ar-
rendatario accrevit: quo circa ſicuti, facta
hujuſmodi probatione, non poſſet abſolutè,
ac indefinitè decerni manutentio favore Ca-
1 pituli prò omnibus Canonicis abſentibus; ità
æquum eſt, ut ad illam faciendam tamquam
relevantem remiſſoria concedatur; ut reſ-
pondit *Rota in Fulginaten. Teſtamenti* 3.
Decembris 1692. §. *in prima coram Reveren-
diſſimo Turonen.*, & *in Aſculana Beneficii,
ſeu Abbatiæ* 5. *Maii* 1698. §. *fin. cor. R.P.D.
meo Anſaldo*.

Sola hæc relevantiæ poſſibilitas ſufficeret,
2 cùm vertamur in materia profana, ex dedu-
ctis *in Cajetana ſervitutis ſuper remiſſoria*
29. *Aprilis* 1692. § *Cùm enim coram R.P.D.
meo Priolo*, & *in Marianen. Penſionis ſuper
articulis* 26. *Iunii* 1699. §. *Minùs cor. R.P.D.
meo Muto*. Et tamen ultrà relevantiam fa-
cienda probationis, concurrit etiam fumus
3 materiæ articulatæ: dùm plures teſtes in vim
Rotalis remiſſoriæ, quamvis nulliter exa-
minati, deponunt portiones Canonicorum ab-
ſentium remanſiſſe apud eos, qui curam ha-
bebant diſtribuendi panem: & ſi quando
traditæ fuerunt eiſdem Canonicis abſenti-
bus, id evenit, ex gratia, & voluntate ar-
chidiaconi, qui eos commenſales declarabat,
ut legitur in *Summ. archidiaconi dato ſuper
articulo manutentionis n.*7.. Quibus ſtanti-
4 bus, cùm excluſa prorsùs remaneat quævis
calumniæ ſuſpicio; faciliùs concedenda ve-
nit remiſſoria, *Rota coram ſa. me. Alexan-
dro VIII. dec.*14. *num.*4., & *in dicta Ma-
rianen. Penſionis* §. *Articuli ſiquidem coram
R.P.D. meo Muto*.

Non obſtat, quod aliàs fuerit conceſſa re-
5 miſſoria, ideòque non debeat de novo con-
cedi. Hodierni enim articuli ſunt magis di-
ſtinctè

ſtinctè concepti, ac plura etiam continent in antecedentibus non deducta; quo caſu nova remiſſoria non denegatur, ut dixit *Rota coram Vbago dec.61.num.4., in rec.dec.211. num.primo cum ſequen. part.16.*

Tantò magis, quia prò illius conceſſione non retardatur manutentio jam favorem Capituli decreta, & per Signaturam Iuſtitiæ canonizata cum clauſula *ſinè præjudicio*: itàut
6 nullum irrogetur præjudicium, quod animadvertit *Rot. coram Seraphin. dec. 500. num.2., & coram Priolo dec.75. num.6.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS SUPER ADMISSIONE AD CAUSAM.

Ven. 2. Iulii 1700.

ARGUMENTUM.

Eo non indiget.

Adſunt in hac cauſa ſuperiores dec.63. & 106.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditum ſub conditione ſi ſine filiis comprehendit nepotes, & ulteriores deſcendentes; cum teſtator per digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum, & declarationem perpetuò conſervandi bona, expreſſè voluit perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum.*

2 *Admittendus ad cauſam ſat eſt, quod apparenter doceat de intereſſe.*

3 *Intereſſe verificatur eo ipſo, quod admittendus ad cauſam habet hypothecata bona, ſuper quibus lis pendet.*

4 *Admiſſio ad cauſam nihil prodeſt ad bonorum hypothecatorum ſubhaſtationem impediendam: cum ea ſemper ratione hypothecæ ab utroque vindicari poſſint.*

5 *Fideicommiſſarius, ratione fideicommiſſi comprehendentis ſolam ratam, impedire non poteſt ſubhaſtationem bonorum exequutioni ſuppoſitorum: cum ex eis tantum remanet, quod fideicommiſſum adæquet.*

DECISIO CLX.

IN exequutionem trium ſententiarum rotalium concedentium Annæ Eliſabethæ reintegrationem ad poſſeſſionem apothecæ ad uſum macelli, & condemnantium Paulum de Pinis ad reſtitutionem penſionum ab illo perceptarum; bo. me. Urſinus, noſtri ordinis Decanus, eaſdem penſiones in ſumma ſcutorum 765. liquidavit, ac pro eis mandatum relaxavit; cujus exequutionem in gradu appellationis ab exceſſiva tantum commiſſæ, ego decrevi pro ſcutis 727.: prout ad illam deventum fuit ſuper altera apotheca ad uſum cupidinarii, ac nonnullis manſionibus eidem adnexis. Cum autem ad impediendam imminentem ſubhaſtationem comparuerint Victoria præfati Pauli ex Michaele Angelo fratre neptis, & reſpectivè Grandonius ex Marghetita altera dicti Michaelis Angeli filia deſcendens, petentes ad cauſam admitti; dubium hodie propoſui: *An conſtet de intereſſe, itaut inſtantes ſint admittendi ad cauſam, & veniat inhibendum*, & DD. de illo *conſtare ad effectum admiſſionis ad cauſam; non autem inhibitionis* reſponderunt.

Moti quoad primam reſolutionis partem ex duplici titulo pro actoribus militante: altero nempè fideicommiſſi, altero crediti dotalis Portiæ ipſorum Aviæ. Fideicommiſſi inquam, quia Conſtantia Dela inſtitutis hæredibus Seraphino, & Paulo ejus ex Martia filia nepotibus, ſubſtituit in eorum defectum abſque filiis Portiam, & Franciſcam de Pinis, ordinando perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ſuper omnibus ejus bonis, & ſignanter ſuper domo, cujus membra ſunt apothecæ, ac manſiones ſuperiùs enunciatæ. Cum autem ex dicto Seraphino, altero ex hæredibus primo loco inſtitutis, ortum habuerit dictus Michael Angelus, & ab iſto Victoria, & Margharita Grandonii Mater; conſequens eſt, ut eorum intereſſe verificetur ob ſpem ſuccedendi ad præfatum fideicommiſſum: quod licet conceptum ſub
1 conditione, ſi ſine filiis, adhuc extendi valet ad comprehenſionem nepotum, & ulteriorum deſcendentium, quoties conſtat, prout hic, voluntatem fuiſſe à teſtatore perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum ob expreſſam declarationem bona perpetuò conſervandi, & factum digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum: ex firmatis per *Rotam dec.142. num.16. 17., & 31. part 10. recent.*

Et tamen, quidquid dici poſſit in formali
2 examine ipſius fideicommiſſi, ſat eſt ad effectum de quo agitur, ut apparenter conſtet de intereſſe, *Rot. coram ſa.me. Alexand.VIII. dec.171. num.6.*, & priùs *coram Puteo deciſ 166. num.2. lib.3. in correctis, coram Cavalerio dec 144. num.2., & coram Arguell. dec 82. num.11.*

Aſſiſtit etiam titulus crediti dotalis Portiæ: iſta namque tanquam creditrix in ſcutis 500. Seraphini ejus viri pro reſtitutione dotis ſibi debitæ; obtinuit uſque de anno 1654. allociari ad bona controverſa, & poſſeſſionem apprehendit, à qua cum poſtea fuerit per alios creditores ejecta, creditum retinuit, illudque ad Michaelem Angelum filium, & Actorum patrem tranſmiſit: quocirca ratio-
3 ne hypothecæ pro dicto credito vigentis, eorum intereſſe in bonis controverſis verificatur.

Hæc quoad primam reſolutionis partem: quo verò ad ſecundam, eatenus Domini cenſuerunt non eſſe inhibendum; quia per ſubhaſtationem, & deliberationem rei exequu-
4 tatæ nullum tertio ad cauſam venienti præjudicium irrogatur; nihilque actorum intereſt, quod unus potius, quàm alter bona poſſideat, cum poſſint æquè benè ab uno quoque vindicari; *Adden. ad Pamphil. dec.192. ſub num.14.*, & plenè relatis concordantibus dixit

dixit *Rot. coram Bichio dec.24.num.6., & 7.*

Certius quia præfatum fideicommiſſum,
ſuppoſita illius exiſtentia, pertineret ſolum
pro tertia parte ad actores: ideoque cum fa-
5 cta ſubhaſtatione apothecæ, aliarumque man-
ſionum executioni ſuppoſitarum, tantum
remaneat ejuſdem domus portio, quæ me-
dietatem ſuperat; ceſſat proinde quodcum-
que præjudicium ab actoribus exageratum.

Et ita, utraque &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS DE ALBERINIS SUPER CAUTIONE.

Lunæ 10. Januarii 1701.

ARGUMENTUM.

Creditor volens contra tertium ſatisfieri de ſuo credito, licèt iſtius creditorum concurſus efformatus fuiſset, non tenetur pecunias recipere cum cautione, dum liberè ſatisfieri poteſt mediante aſsociatione. Ubi deficit concurſus creditorum, & debitoris decoctio regulariter cautio præſtanda non eſt.

Habes in hac cauſa ſupra dec.132.& 151.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, qui per aſſociationem liberè a tertio poſſeſſore ſatisfieri poteſt de ſuo credito, non tenetur recipere ab illius debitoribus pecunias cum cautione.*

2 *Creditor dumtaxat tenetur aſſociationem paſſo cedere ſua jura talia qualia ſunt.*

3 *Creditor, efformato concurſu ſuper bonis debitoris, tenetur recipere pecunias cum cautione.*

4 *Limita in eo, qui non eſt creditor tertii poſſeſſoris, ſed ejus auctoris.*

5 *Neque coram Judice concurſus quidquam petiit.*

6 *Creditor neglecta ſubhaſtatione fundi cenſiti poteſt ſuper eo aliam quamcumque actionem exercercere.*

7 *Concurſus non efformatur ex unico creditore.*

8 *Cautio de reſtituendo non eſt preſtanda per comparitionem unius creditoris.*

9 *Poſſibilitas, quod alii debitoris creditores comparere poſſint, non ſufficit ad cogendum creditorem accipere pecunias cum cautione.*

10 *Cautio præſtari non debet, quoties decoctio debitoris, & concurſus creditorum non adeſt.*

11 *Cautio exigenda non eſt à creditoribus, ubi propter temporis antiquitatem non adeſt timor moleſtiarum.*

DECISIO CLXI.

AD repellendos Paulum, & Cæſarem de Alberinis ab aſſociatione ad Tenutam nuncupatam *Campo de Merlo*, ipſis conceſſa in Tribunali A.C., ac ſucceſſivè in noſtro Auditorio præviis *duabus deciſionibus editis cor.me 5. Martii, & 21. Junii anni præteriti*, D. Duciſſa Zagaroli, cujus favore ad inſtantiam creditorum R. P. D. Horatii, eadem Tenuta fuerat interim deliberata; ſolutionem judicialitèr obtulit in pecunia, non tamen liberè, ſed ſub conditione, quod vel præſtaretur cautio, vel eædem pecuniæ inveſtirentur cum vinculo, & obligatione illas reſtituendi, tam in caſu evictionis, ac moleſtiarum ipſi D. Duciſſæ, quàm prioribus, & potioribus creditoribus dicti R. P. D. Horatii, à quo tenuta fuerat præcedentèr poſſeſſa. Hujuſmodi autem oblationem recuſantibus præfatis Paulo, ac Cæſare quæſivi hodiè à Dominis -- *an ſit præſtanda cautio*, & reſponſum habui *negativum*.

Decidendi ratio ſtetit in eo, quod fratres
de Alberinis non egerunt uti creditores
R. P. D. Horatii, ſuper cujus bonis fuerat
efformatus concurſus; ſed tamquàm credito-
res Cæſaris ſenioris antiqui tenutæ poſſeſſo-
ris, cujus reſpectu concurſus non cadit:
5 ideoque nulla ſubeſſèt ratio, quod credito-
res cogantur ad recipien. pecuniam ſub vin-
culo cautionis: ſed oblatio debet eſſe pura,
ut creditorea eſſequantur liberam ſatisfa-
ctionem, quàm ex fructibus bonorum con-
ſequi poſſènt poſtquàm fuiſſènt aſſociati; ut
in ſpecie reſpondit *Rota cor. Bichio dec.321.*
num 21., & ſeqq., & dec.330.num.20., in rec.
dec.118. num.17., & ſeqq.par.10.

Et in individuo diſputato iſtomet dubio
decisum fuit *cor. Millino dec. 189. num.1.,*
& 2., repetit. apud *Pacific. de Salvian. de-*
ciſ.276.; ubi quod in hoc caſu non reperitur
2 proviſum poſſeſſori pecunias offerenti de
alio remedio, quàm, ut creditor ei cedat
actiones tales tamen, quales ſunt, *& in de-*
ciſ.376. per tot. par.4. diverſ.

Atque hinc non obſtat, quod ſuper pecu-
3 niis ex deliberatione tenutæ retractis adſit
concurſus creditorum R. P. D. Horatii; ac
proindè locus non ſit illarum liberæ conſi-
gnationi. Objectum enim urgeret, quoties te-
nuta deliberata fuiſſet uti ſpectans ad dictum
Cæſarem ſeniorem, & ad inſtantiam illius
creditorum concurſum efformantium: quia
tunc iſto ſuppoſito, alii creditores etiamſi
non comparuiſſent, cautionem præſtare te-
nerentur; ut in his terminis loquitur *Card.*
de Luca de Credit. diſc.54. à Scribentibus
pro D. Duciſſa allegatus. At ſecus eſt in
4 hypotheſi, qua concurſus reſpicit creditores
5 R. P. D. Horatii tertii poſſeſſoris præfatæ te-
nutæ; neque fratres de Alberinis coram ju-
dice concurſus, quidquàm petierunt; imò
ſtatim ac fuerunt coram illo citati, obtinue-
runt à proprio judice, qui aſſociationem
decreverat, circumſcribi omnia contra ipſos
acta, ut in *eorum Summ. num. unico*: quo
6 ſtante deliberatio ab eis acceptata non dici-
tur, ſed illæſa remanet actio ad fundum
cenſitum, *Rot. coram Coccin. dec.2041. n.5.,*
& 6., & in Romana Cenſuum 2. Maii 1692.
§.Et præmiſſa coram clar.me. Card. Caccia.

Nec ſubſiſtit, quod inter concurrentes ad pretium tenutæ in æde ſacra depoſitum, ad ſint

ſint etiam Cæſaris creditores: ſiquidem perlecta illorum notula, relata in *Summ. D. Duciſſæ num. 1.*, nemò reperitur deſcriptus tamquàm creditor dicti Cæſaris: ſolumque legitur Conventus S. Mariæ ſupra Minervam legatarius annuorum ſcutorum 50. ab eodem
7 ſibi relictorum; cujus propterea ſolus interventus in illo judicio non ſufficit ad efformandum concurſum in bonis Cæſaris; adeo ut
8 Albetini concreditores compelli valeant ad recipiendas pecunias vinculo reſtitutionis obnoxias, optimè *Rota in d. Romana Cenſuum* 2. *Maii* 1692. §. *Nil obſtante coram cl. mem. Card. Caccia*.

Proinde denique non relevat, quod etiamſi creditores Cæſaris uſque adhuc non comparuerint; poſſint nihilominùs inſurgere in fu-
9 turum. Si enim hæc poſſibilitas admittenda foret ad effectum cogendi creditores ad præſtandam cautionem de reſtituendo, actum eſſet de commercio: nec umquàm daretur caſus, quo creditor liberè proprias pecunias recuperaret: cum tamen regula ſit; quod
10 cautio præſtari non debeat; quoties decoctio creditoris, & concurſus creditorum de facto non verificatur, *Rot. coram Coccin. dec.* 2041. *num.* 2. *cum ſeqq.* Et ulteriùs cum creditum fratrum de Alberinis à duobus citrà ſæculis originem ducat; adeour inveriſimile reddatur, quod ab anterioribus moleſtiæ inferri poſſint ſuper tenuta; eo minùs illi cogendi ſunt ad cautionem, vel inveſtimentum; ut ad rem ponderavit *Rot. coram Millino d. dec.* 189. *num.* 6.

Et ita, utraque &c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 14. *Januarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Trebellianicæ detractio prohibita cenſetur, quando integram hæreditatis reſtitutionem demandavit teſtator. Legitima detrahi non poteſt, quando pupillariter facta fuit ſubſtitutio ab habente ſub patria poteſtate: ſecùs ſi fiat ab avia, quæ in poteſtate non habet: quia tunc detrahi poteſt, & integra liberè debetur; neque in eam imputari poſſunt legata, quando non ex propria perſona legatarius, ſed ex alterius, cui dicta legitima debebatur, expoſtulat. Expenſæ funerum, & ultimæ infirmitatis quibuſcumque creditoribus præferuntur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio non denegatur fideicommiſſario probanti identitatem bonorum, & fideicommiſſi purificationem.*
2 *Trebellianica tacitè prohibita cenſetur cum Teſtator totius hæreditatis reſtitutionem demandavit.*
3 *Legitima filiis, & deſcendentibus in bonis aſcendentium integra ſine gravamine debetur.*
4 *Legitima nepoti impuberi inſtituto competens detrahi non poteſt ex ſubſtitutione pupillari eidem facta.*
5 *Intellige quoties ſubſtitutio pupillaris facta fuit à Patre, vel avo, ſecus ſi ab avia.*
6 *Avia nepotes in poteſtate non habet.*
7 *Avia non poteſt nepotibus pupillariter ſubſtituere.*
8 *Avia in legitima nepotibus debita gravamen adjicere non poteſt.*
9 *Statutum Interamnæ fæminas propter maſculos excludit.*
10 *Legatum non cenſetur relictum in cauſam legitimæ, quando iſta non debetur, ſed amoris impulſu.*
11 *Legatum imputari poſſet in legitimam, cum iſta a legatariis ex propria perſona peteretur.*
12 *Secus autem ſi prætenditur ex perſona alterius, cui legitima debita erat.*
13 *Solventi legata teſtatoris pro intranti quantitate datur retentio in illius hæreditate.*
14 *Expenſæ funerum, & ultimæ infirmitatis, ſalarii medicorum, medelarum, quibuſcumque creditoribus, etiam expreſſas anteriores hypothecas habentibus, præferuntur.*

DECISIO CLXII.

Purificata per obitum Gregorii junioris de Peculiis ſubſtitutione ab Olimpia de Caſalibus ordinata in ejus teſtamento, favore Roſauræ filiæ, petiit iſta immiſſionem, eamque obtinuit ab A.C. ad omnia teſtatricis bona, excepta ſolùm portione aſcendente ad valorem ſcut. 1633., dicto Gregorio ex cauſa legitimæ debitorum; unque ab hujuſmodi judicato utraque pars provocaſſet, ego, cui appellationis cauſa commiſſa fuit, dubitavi hodiè: *An, & ſuper quibus bonis ſit danda immiſſio, & in qua ſumma debeantur detractiones*, & reſponſum habui: *dandam eſſe immiſſionem juxtà modum*.

Sanè quoad immiſſionem, ſuper qua prima dubii pars verſabatur; nulla emerſit difficultas: dùm omnia in hoc judicio requiſita, velut exiſtentia fideicommiſſi, purificatio favore actricis, & bonorum identitas ſatis comprobata videbantur ex *Summ. à num.* 1.
1 *ad* 5., ac proinde immiſſio denegari non poterat, ex firmatis per *Rot. coram Merlin. dec* 644. *num.* 1., *& ſeqq.*, *& dec.* 653. *pariter num.* 1., *in rec. dec.* 352. *num.* 2., *& ſeqq. part.* 14., *& dec.* 80. *num. primo part.* 15.

Hinc tranſeundo ad detractiones, quarum examen continet ſecunda pars dubii, & in quibus reſpectivè cadit modus reſolutioni adjectus; convenerunt Domini, quod hæredibus præfati Gregorii nullo pacto deberetur trebellianica: eò quia teſtatrix juſſerit in defectum lineæ maſculinæ Gregorii totam
2 ejus hæreditatem reverti ad Roſauram: ideòque cùm totalis reſtitutio, admiſſa detractione trebellianicæ, verificari non poſſet; neceſſariò dicendum venit, iſtam fuiſſe à teſtatrice prohibitam, *Spad. conſ.* 349. *ſub n.* 24., *& num.*

& num.27. libr.3., Mantic. de Conieſt. ult. volunt. libr.7. tit.12. ſub num.14. cum aliis
lato calamo congeſtis in *Bononien. Trebellia-*
nicæ coram bon.mem. Benincaſa impreſſ. apud
Conſil. Ramon. dec.41. à num.primo uſque ad
9. Tom.4., & in Fulginaten. fideicommiſſi
29. Januarii 1685. *§.Ex quibus uſquè ad fin.*
coram bo.me. Pauluccio.

E' converſo autem cenſueverunt debitam
eſſe integram legitimam ex perſona Grego-
rii : & propterea concedendam prò illius
3 rata retentionem : cùm ea filiis, ac nepoti-
bus in bonis aſcendentium, qualis erat Gre-
gorius reſpectu Olimpiæ aviæ; abſque ullo
prorsùs onere debeatur ex *Text. in §.primo*
Auth. de hæred. ab inteſt. Non attento,
quod teſtatrix eidem Gregorio in pupillari
ætate decedenti ſubſtituerit Roſauram; quo
4 caſu legitimá nepoti impuberi inſtituto com-
petentem detrahi non poſſe, tradunt *Mer-*
lin. de legit. lib.2. tit.1. quæſt.9. num.18., &
ſeqq.. Mart. de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt 21.
art.16. num.49., & ſeqq.. Objectum nam-
5 que procederet, ſi ageretur de ſubſtitutio-
ne facta per patrem, vel avum, qui ratione
patriæ poteſtatis licitè valeat filio, ac nepo-
ti pupillaritèr ſubſtituere: & in his terminis
loquuntur mox relatæ authoritates: at cum
quæſtio ſit ſuper diſpoſitione facta per aviam,
6 ſicut illa nepotes in poteſtate non habet; ità
7 neque eiſdem pupillaritèr ſubſtituere, neque
8 per conſequens in legitima gravamen ullum
adiicere poteſt, *ut per Text. in l.2. ff. de Vul-*
gar. & pupillar., §.Ceberi Inſtit. de hæred. qua-
lit., & different., probant *Odd. de ſubſtit.*
part.3. quæſt.4. verſ. tertium, & Merlin.
de legit. lib.3. tit.2. quæſt 13. num.12.

Nec in diminutionem hujuſce legitimæ vi-
ſa fuerunt imputanda ſc 600 per teſtatricem
legata Victoriæ, aliiſque præfati Gregorii
9 ſororibus: tùm quia, cum Statutum Inter-
amnæ fæminas excludat à ſucceſſione prop-
ter maſculos, dici nequit legatum fuiſſe reli-
10 ctum in computum legitimæ, quæ debita
non erat; ſed in cauſam amoris; prout ex-
preſsè declaravit Teſtatrix, ibi - *ſe li godino*
per ſegno del amore, che gli porto &c.: tùm,
& fortiùs, quia legitima, de qua in præſenti
11 diſputatur; non petitur à neptibus teſtatri-
cis ex perſona propria: quo caſu agendum
foret de imputatione: ſed ex perſona Gre-
12 gorii fratris, cui, ſicut certum eſt compe-
tiiſſe legitimam in bonis aviæ; ità æquè cer-
tum eſt, nihil fuiſſe à teſtatrice legatum,
quod veniat in hanc cauſam imputandum.

Pari denique modo viſum fuit Dominis
13 concedendam eſſe retentionem prò intranti
quantitate bonorum, quæ adæquet valorem
ſcut. 1106., quæ hæredes dicti Gregorii ſol-
verunt in cauſam legatorum ab Olimpia te-
ſtatrice in ejus teſtamento relictorum: circa
quod neque defenſores ipſius Roſauræ diſ-
ſentiri videbantur. Prout etiam prò rata ex-
penſarum factarum in funere Olimpiæ, ac
14 ſalariis medicorum, & medeiis prò illa ſo-
lutis: cùm certum ſit, iſtas adeò eſſe privi-
legiatas, ut, quibuſcumque creditoribus
etiam expreſſas hypothecas anteriores ha-
bentibus præferantur; ex notatis per *Merlin.*
de pignor. libr.4 tit.primo quæſt.17. num.11.,
Pacific. de Salvian. inſpect.5. cap.4. num.72.,
& ſeqq., Maſtrill. dec.10. per tot., Rot. co-
ram Dunozzett. Jun. dec.576. à n.20. ad 23.

Et juxtà hunc modum, Roſaura ſolùm in-
formante, ſororibus verò de Peculis, ta-
metſi diù expectatis non comparentibus; re-
ſolutum fuit &c.

CAMERINEN. ASSOCIATIONIS.

Lunæ 17. Januarii 1701.

ARGUMENTUM.

Aſſociatio ex juribus dotis maternæ, ſtante clau-
ſula conſtituti, denegari nequit uni ex ejus
hæredibus ab aliis ejuſdem cohæredibus, ſub
prætextu, quod tale prædium à matre poſ-
ſeſſum ad eos non pervenerit, cum illud ob
eorum debita deliberatum fuiſſe conſtat: ex
quo poſſeſſio, & hæreditatis maternæ in iſtis
agnitio demonſtratur. Neque mater jam de
dote ſatisfacta præſumitur, niſi tot bona ad
eam perveniſſe doceatur, ex quibus com-
modè potuerit ſatisfieri; & demum allegari
non poteſt retentio jure debitorum doti an-
teriorum ab eis dimiſſorum, quotiès illa ſunt
illiquida, & altiorem requirunt indaginem.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata naſcitur ex non tranſportatione actorum intra legitima tempora.*
2 *Aſſociationis Judicii requiſita ſunt actorum creditum, & hypotheca.*
3 *Aſſociatio competit vigore clauſulæ conſtituti.*
4 *Limitatur non deberi in illis bonis, quæ à debitore poſſeſſa non probantur.*
5 *Deliberatio prædii hæreditarii facta pro hæredis debitis, iſtius poſſeſſionem probat, & hæreditatis aditionem.*
6 *Dos ſatisfacta præſumitur, ſi ſuper illa in mobilibus conſiſtente inhibitionem dotalem mulier obtinuerit.*
7 *Limitatur non procedere, ſi obtenta inhibitione vivente viro, eo mortuo non doceatur ad manus Uxoris perveniſſe bona, ex quibus commodè ſatisfieri potuerit.*
8 *Retentio datur contra creditum jure dotis petitum ei, qui doti anteriora debita perſolvit.*
9 *Secùs ſi dicta debita anteriora tacitam tantùm habeant hypothecam.*
10 *Pro credito poſteriori ſoluto non datur retentio adversùs anteriorem creditorem.*
11 *Neque retentio datur pro credito ſoluto, quod antea erat extinctum.*
12 *Retentio non datur pro creditis per fructuum perceptionem effectis illiquidis.*
13 *Creditum ad effectum concedendæ retentionis non dicitur clarum, cum altiorem indaginem expoſcit.*

DI-

DECISIO CLXIII.

IN diviſione bonorum à Gabriele de Peri-
culis communi patre derivantium, & uſquè
de anno 1667. inter Belliſarium, Marianum,
& Carolum illius filios inita, poſt aſſignata
favore Bartholomeæ Ridolphinæ matris prò
reſtitutione dotis nonnulla ſtabilia, inter quæ
prædium cum columbario, & domo in per-
tinentiis villæ Mergnani in vocabulo *ſotto
le Caſe*; diſtributæ fuerunt unicuique por-
tiones: & Mariano præcæteris obtigit me-
dietas domus poſitæ intra civitatem Camerti
in contrada Collis Severini. Defuncto Ma-
riano altero ex dividentibus, Paulus Anto-
nius, & Hieronymus illius filii, repudiata
paterna hæreditate, ad aſſequen. maternæ
dotis reſtitutionem obtinuerunt ab A. C.
mandatum de aſſociando, nedùm ad medie-
tatem ſupradictæ domus, verùm etiam ad
tertiam dicti prædii, quod in prærecenſita
diviſione Bartholomeæ Ridolphinæ dividen-
tium matri traditum fuerat: & quorum bo-
norum poſſeſſio à filiis Belliſarii occupatur:
cumque ab hujuſmodi mandato Gabriel ju-
nior dicti Belliſarii filius, & bonorum de-
tentor impetraſset uſquè de menſe Aprili
1698. à Signatura Juſtitiæ appellationis cau-
ſam committi cum clauſula *ſi quid exequen-
dum*, ſed illam poſteà opportuno tempore
proſequi neglexerit: ſolumque hodiè lapſo
jam biennio reaſſumpſerit; hinc dubium pro-
poſui *An conſtaret de re judicata, ſivè potiùs
mandatum A. C. foret exequendum*, & Do-
mini reſponderunt *conſtare de re judicata*.

Moti ex eo quod, acta tempore habili
tranſportata non fuerint: ex qua negligentia
1 rem judicatam oriri quoties validitas, & juſti-
tia concurrant, pluriès dixit *Rot.* & ſignantèr
in Camerinen. Cenſus 25. Junii 1696. § *Moti
cor. Rmo D. meo Decano, & Sutrina Dotis* 28.
Junii 1697. *in prin. cor. R. P. D. meo del Olmo*.

Et ſanè omiſſo validitatis examine, circa
quam nulla cadebat hæſitatio; juſtitiam pa-
tefacit concurſus omnium in judicio aſſocia-
2 tionis requiſitorum: creditum nempè acto-
rum, & hypotheca, & utrumque reſultas
ex inſtrumento, de quo in *Summario Pauli
Antonii num.* 2., in quo cùm appoſita lega-
3 tur clauſula conſtituti, nulli dubium, quin
debita foret aſſociatio, ex firmatis *in Roma-
na Aſſociationis* 16. *Maii* 1692. §. *Cùm enim
bo. me. Benincaſa, & in Anconitana Pecu-
niaria* 15. *Martii* 1697. §. *Licet enim coram
Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Quin reſpectu prædii in villa Margnani,
ad cujus tertiam partem aſſociatio fuit, ut
ſupra, conceſſa; adverſetur exceptio, quod
non conſtet, illud umquam fuiſſe à Mariano
poſſeſſum; quinimmò ex diviſione reſultet
Bartholomææ dividentium matri prò dotis
reſtitutione fuiſſe aſſignatum: ideòque clau-
4 ſula conſtituti ſuper illo effectum operari non
poſſit. Cùm enim materna hæreditas ad Ma-
rianum, & Belliſarium delata fuerit, ac
ex ipſo Gabrielis *Summario dato in reſpon-
5 ſione num.* 2. habeatur præfatum prædium
uſquè de anno 1679. fuiſſe prò debitis iſto-
rum deliberatum; neceſſariò dici debet,
quod bona hæreditaria poſſiderentur, & per
conſequens materna hæreditas ab eis agnita
fuiſſet; *Rot. coram Ludoviſ. dec.* 7. *num.* 5., &
dec. 98. *num.* 1., *ibique Adden. num.* 1., &
in rec 717. *num.* 8. *part.* 18.

Sicut autem à mox relata exceptione non
evertitur hypotheca, ejuſque exercitium
ſuper prædio, ità nullius viſa fuit ponderis
illa reſpiciens in genere creditum dotale,
6 cujus vigore agitur: & quod ſatisfactum præ-
ſumi ducebatur ex eo, quod illud, in joca-
libus, mobilibus, & argentis conſiſteret, ac
ſuper illis Cæcilia uſque de anno 1676. inhi-
bitionem dotalem obtinuerit; adeout omnia
penès ipſam defuncto Mariano remanſiſſe
præſumantur. Siquidem inhibitio fuit ob-
7 tenta vivente viro ad repellendos illius cre-
ditores, eoque defuncto non conſtat argen-
ta, & mobilia perveniſſe ad manus Uxoris,
cum tamèn etiamſi hoc probaretur, non ſuf-
ficeret ad retardandam Dotis reſtitutionem,
quoties non concurreret alia probatio, quod
argentorum, ac mobilium valor talis eſſet,
ut ex illo Mulier commodè ſatisfieri potue-
rit, juxta veriorem, & communem opinio-
nem, quam ſemper tenuit hoc ſacrum Tri-
bunal, ut videre eſt in *dec.* 55. *num.* 9. *coram
Cerro*, ubi plures referuntur, *in rec. dec.* 157.
num. 34. *part* 11., & *in Romana Fideicom-
miſſi* 15. *Martii Anni præteriti* §. *finali co-
ram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Stabilito ex præmiſſis credito, ac hypo-
theca, & utroque ab oppoſitis exceptioni-
bus vindicato; inutilior apparuit ad evitan-
dam aſſociationem exceptio retentionis per
Gabrielem oppoſitæ, ſub prætextu, quod
tàm ipſe, quàm Belliſarius ejus pater plura
8 perſolverint dicti Mariani debita, & qui-
dem controverſa dote anteriora. Ultra quod
enim hujuſmodi credita ſingillatim à ſcriben-
tibus prò Paulo Antonio examinata, non
leves patiuntur difficultates, utposè quia
vel habent cauſam antè diviſionem, & in illa
9 præſervata non fuerunt, vel prò aliquibus
competit ſolum hypotheca tacita; nonnulla
10 ſunt poſteriora credito dotali, & alia con-
11 ſtat fuiſſe ſoluta, prout contingit quoad
ſcut. 300. per Belliſarium mutuata Mariano,
de quorum ſolutione docetur ex *Summario
reſponſionis Pauli Antonii num.* 3.; ſatis erat
generica reſponſio, quod vel ex fructibus
12 longo tempore perceptis, reddita fuerunt
illiquida; & ſic ad obtinendam retentionem
omninò inefficacia, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap* 206. *num.* 3., *Rot. coram Cavaler. dec.* 539.
num. 9., & *in rec. dec.* 802. *num* 17. *part.* 18.;
vel cùm altiorem indaginem in judicio diſcu-
13 tiendam expoſcant; dici non poſſunt adeò
clara, prout ad retentionis effectum requi-
runtur; ex firmatis per *Rotam coram Cerro
dec.* 740. *num.* 6., *in rec. dec.* 220 *n* 9. *par.* 19.,
& *in Romana Salviani* 28. *Junii* 1697. §. *Reje-
ctis tamen coram R. P. D. meo del Olmo*.

Et ità utraque &c.

FUL-

FULGINATEN. LAUDI, SEU DIVISIONIS.

Lunæ 17. Januarii 1701.

ARGUMENTUM.

Diviſio paternorum bonorum ab arbitris inter fratres conſanguineos facta non ſuſtinetur; niſi illi à communi calculo priùs bona materna ſeparaverint, eamque integraliter fecerint de omnibus paternis bonis, quæ etiam commodam diviſionem non patiuntur, aſſignando tali caſu alteri corpus cum compenſatione aliis facienda: neque à partibus approbata cenſetur quoad ſtabilia, ſi aliam ſeparatam mobilium acceptaverint: aut ex eo, quod poſtquam reclamaverint, & à Judice æconomum apponi obtinuerint, tamen fructus perceperint: quia hoc ad propriorum jurium tuitionem, non ad diviſionis approbationem eſt referendum.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio facta ſub erroneo ſuppoſito, quod bona eſſent communia, quando erant particularia, retractanda eſt.*

2 *In diviſione bonorum paternorum inter fratres conſanguineos bona materna ante omnia à communi calculo ſunt ſeparanda.*

3 *Diviſio erronea per aliam novam diviſionem corrigenda eſt.*

4 *Arbitri electi ad omnes diſcordias, mediante diviſione, derimendas, plura bona indiviſa relinquere nequeunt.*

5 *Et tunc laudum eſt nullum, cùm per eum omnes controverſiæ ſublatæ non fuerunt.*

6 *Bona cùm commodè dividi non poſſunt, aſſignatur uni corpus cum onere adæquandi portiones, vel in alio corpore, vel in pecunia numerata.*

7 *Communionem nemo invitus ſervare tenetur.*

8 *Diviſionem vel tacitè, vel expreſsè approbans nequit contra illam reclamare.*

9 *Acceptans diviſionem mobilium, non indè dicitur diſtinctam ſtabilium acceptaſſe.*

10 *Laudum continens materias diſtinctas poteſt pro parte acceptari, & pro parte recuſari.*

11 *Determinatio non habens correſpectivitatem ad aliam, pro parte acceptari, & pro parte recuſari valet.*

12 *Perceptio fructuum facta à fratribus poſt impugnationem diviſionis, & appoſitionem æconomi, non refertur ad diviſionis approbationem; ſed ad propriorum jurium tuitionem.*

DECISIO CLXIV.

Bona per obitum Michaelis Angeli Delii ad ſex illius filios (quorum duo, nempe Adrianus, & Cæſar ex primo matrimonio, alii verò quatuor, videlicet Petrus Marinus, Carolus, Diana, & Lucretia, ex ſecundo ſuſcepti fuerant) devoluta, & pluribus annis communiter poſſeſſa, diviſuri fratres, ac reſpectivè ſorores prædicti, anno 1685. arbitros elegerunt; eiſque attributa plenaria dividendi facultate, ipſorum declarationem ac diviſionem ſeſe rati habituros ſub camerali obligatione promiſerunt. Hinc cepta per arbitros diviſione à mobilibus, factiſque ſex illorum partibus, fuerunt eædem per ſortem diſtributæ inter condividentes; quorum quiſque partem ſibi ſorte delatam acceptavit. Cùmque ipſemet dividendi modus ſervatus fuerit reſpectu ſtabilium, recuſarunt Cæſar, & Adrianus diviſionem hanc ſortis arbitrio commiſſam approbare: quocirca delata in judicium controverſia coram Vicario Fulginaten., prodiit ab iſto ſententia declarans diviſionem præfatam eſſe confirmandam, & partes manutenendas in poſſeſſione bonorum eis ſorte obventorum, qua ſententia in gradu appellationis revocata per Reverendiſſimum Epiſcopum Peruſinum, ac ſucceſſivè per R.P.D. Orighum, tunc A.C. Locumtenentem; Petrus Marinus, & alii, ex poſteriori matrimonio ſuſcepti, obtinuerunt ulterioris appellationis cauſam huic ſac. Auditorio committi: quocirca in hodierna audientia diſceptandum propoſui "An ſit deveniendum ad novam diviſionem: & quatenùs affirmativè, an ſint in ea comprehendenda bona hæreditaria Canonici Joannis Baptiſtæ." Cùmque Domini quoad ſecundam dubii partem inter ſeſe convenire non potuerint, reſponderunt dumtaxat, *deveniendum eſſe ad novam diviſionem juxta modum.*

Moti reſpectu novæ diviſionis; tum ex eo
1 quod arbitri ſub communi diviſione poſuerunt bona propria Cæſaris, aliaque ad ipſum
occaſione maternæ ſucceſſionis delata: cum
2 tamen iſta eſſent priùs à communi calculo ſeparanda: quod errorem diviſionis patefacit *Caſtrenſ. in l. final. §. Item quæſitam in fine ff. de condit. indebit.*, *Natt. conſ. 77. n. 12.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 487. n. 6. & 7.*, *Cyriac. controv. 198. n. 4.*, *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 18. n. 58.*, *Manent deciſ. 53. ſub n. 4.*, *Rot. dec. 590. n. 13. p. 4. tom. 3. rec.*;
3 ideoque omnis ratio poſtulat, quod talis error mediante nova diviſione corrigatur; ut reſpondit *Rot. in Bononien. diviſionis 10. Maii 1697.*, & *23. Junii 1698., coram R.P.D. meo Muto*, & *17. Martii 1699 coram R.P.D. meo Scotto.*

Tum etiam quia licèt arbitri ad omnes diſ-
4 cordias, mediante diviſione componendas electi fuiſſent, adhuc plura bona indiviſa reliquerunt: quod facere non poterant, cùm
5 laudum omnes differentias minimè determinans, nullum eſſe ſtatuat *text. in l. Dicere 23.* ibique *gloſſ. verb. A tota ff. de recept. arbit.*, & generaliter tradunt *Specul. in dicto tit. de arbitr. §. ſequitur verſ. Quid ergo ſi de quibuſdam*, *Azor. in Summa Cod. eodem tit. de arbitr. n. 24*, *Blanch. de compromiſſ. qu. 9. n. 59.*, *Rot. coram Mantic. dec. 299. n. 4.*, *coram Buratt. dec. 14. n. 29. & ſeq.*, *in rec. dec. 557. n. 1. p. 1.*, & *dec. 59. n. 10. p. 8.*

Non attenta reſponſione, quod bona pro indi-

indiviſo relicta commodam diviſionem non
non paterentur. Quidquid enim ſit de veri-
6 tate ſuppoſiti: adhuc illo admiſſo ſuppetebat
arbitris modus procedendi per aſſignatio-
nem unius corporis alteri ex fratribus, cum
onere compenſandi, & adæquandi portio-
7 nes, vel in alio corpore, vel in pecunia nu-
merata; ut ita tolleretur neceſſaria commu-
nio, ad quam nemo cogi debet invitus; ex
firmatis in *Romana diviſionis* 11. *Januarii*
1700. §. *Reſolutionis ratio coram R. P. D. meo*
del Olmo.

Prout non adverſatur, quod Cæſar, &
8 Adrianus diviſionem hujuſmodi ratam ha-
buerint, ſi non expreſsè ſaltem tacite, ideo-
que non liceat in præſenti adversùs illam re-
clamare. Vel enim hæc tacita ratihabitio de-
9 ſumitur, ex quo proximè recenſiti fratres
receperint portionem mobilium ſibi ab arbi-
10 tris aſſignatam: & non indè infertur ad ap-
probationem laudi reſpectu ſtabilium, quod
emanavit poſt jam perfectam mobilium divi-
ſionem per actum omninò diſtinctum, ac ſe-
11 paratum; adeout cùm verſemur in materia
diſtincta, & una determinatio non habeat
correſpectivitatem ad aliam, nullo modo re-
pugnet; quod pro parte acceptari valeat, ac
pro parte recuſari; ut declarando *deciſ.* 173.
Franchi, & caſus diſtinguendo firmavit *Rot.*
coram Coccin. dec. 708. *à n.* 1. *cum ſeqq.* & *n.*
22., & ſequuntur *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 524. *n.* 15. & 16., ubi de communi, *Carol.*
Ant. de Luca ad Franch. dicta dec. 173. *n.* 2.,
de Marin. ad Reverter. dec. 256. *n.* 4.

Aut verò deducitur, ex quo iidem fratres
fructus perceperint portionum eis in diviſio-
ne obventarum: & ſatisfacit reſponſio, quod
12 cùm ab initio diviſionem ipſam impugnave-
rint, reportata ulterius à Judice æconomi ap-
poſitione; receptio fructuum, vel è manibus
æconomi, vel colonorum, referenda non eſt
ad approbationem diviſionis, ſed ad tuitio-
nem propriorum jurium: ne interim quo de
illa diſputabatur, omnibus bonis expoliati
remanerent.

Hæc quod reſoluta. Adjectus autem reſo-
lutioni modus eſt, quod inter bona de novo
dividenda pronunc non apponantur illa, quæ
proveniunt ab hæreditate Canonici Joannis
Baptiſtæ, dum iſtorum reſpectu, ut præmiſi,
Domini non fuere concordes.

Et ita, utraque &c.

VICEN. SCRIBANIARUM SUPER DECLARATORIA.

Ven. 21. *Januarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Habes infra dec. 200., & ſupra dec. 22. 31. 32. quæ curſim repetuntur.

SUMMARIUM.

1 *Declaratoria non relaxatur ſine poſitivo ſpretu Judicis, & contumacia partis.*

2 *Emolumenta bona fide percepta, ante motam litem ex re, quæ ad alios privativè ſpectare fuit declaratum, non ſunt reſtituenda.*

3 *Facere quis non tenetur, quod neque virtualiter, neque explicitè in ſententiis, & exequutorialibus continetur.*

4 *Fructus ante litem motam bona fide percepti non veniunt in judicio poſſeſſorio conſiderandi.*

5 *Oblatio de parendo ſufficit ad effectum denegandi declaratoriam.*

6 *Notarius Vicariatus Vicen. poteſt rogare inſtrumenta in materiis extrajudicialibus extra dictæ civitatis fines, intra quos jus privativum habet ſcribania communis.*

7 *Actus non dicuntur doloſi, & fraudolentes, cum jure permittente, & juxta obſervantia fuerunt geſti.*

DECISIO CLXV.

TRibus noſtri Auditorii ſententiis declaratum fuit, Notarium Curiæ Vicariatus, & Epiſcopi, æque ac alterum Notarium Scribaniæ communis, & Capituli poſſe recipere acta, & rogitus inſtrumentorum judicialium ad formam ſententiæ arbitramentalis editæ anno 1244.: in reliquis verò actibus ſcripturarum, & inſtrumentorum extrajudicialium, res tam profanas, quàm ſpirituales concernentium, jus privativum ſpectare ad notarium publicum ſcribaniæ communis reſtrictè tamen intra Civitatem, & Parochiam Vicen.

In ſequelam rei judicatæ Rotalis expeditis litteris exequutorialibus, prætendere cepit Capitulum, ſibi reſtituenda eſſe omnia inſtrumenta, de quibus notarius vicariatus, ſuper materiis extrajudicialibus intra civitatem Vicen. rogatus fuerat, una cum ſingulis emolumentis eorum cauſa perceptis: & ulterius notarium prædictum abſtinere debere à rogitibus ſuper materiis prædictis, extra civitatem, & parochiam Vicen.: & ad hujuſmodi effectum interpellatis Epiſcopo, ejuſque notario, ac reproductis litteris exequutorialibus, ſervatiſque terminis ad docendum de paritione, proponi curavit dubium — *An ſit danda declaratoria, ſive interdictum*, cui DD. *negativè* reſponderunt.

Cùm enim in hypotheſi nedum probatum fuerit, Epiſcopum, ejuſque notarium, tam in partibus, quàm in actis S. Rotæ ſeſe promptos exhibuiſſe paritioni noſtrorum mandatorum *Sum. Epiſc. n.* 5. & 7.; verùm etiam conſliterit notarium ſcribaniæ communis ſtipulatum fuiſſe quamplura inſtrumenta concernentia materias ſpirituales, & in illis Reverendiſſimum Epiſcopum abſque ullo prorsùs obſtaculo neceſſarium decretum interpoſuiſſe *dicto ſum. n.* 2.: indè promanat ſuperlativa obedientia, & obſequium erga noſtrum
tribunal; & excluſus remanet poſitivus ſpre-
1 tus, & contumacia, ſine qua declaratoriæ
non relaxantur, ad *text. in cap. ſacra de ſent.*
excomm.; & dixit *Rot. dec.* 271. *n.* 1. *coram*
Dunoz., & *in Calaguritana Pontificalium*
ſuper declaratoria 27. *Junii* 1698. §. *Retento*

to coram bo. me. Vrſino.

Nec renitentia in paritione deſumi poteſt ex eo, quod Epiſcopus, & notarius vicariatus officialatus communis inſtrumenta ſuper negociis extrajudicialibus recepta, cum
2 mercedibus exactis non reſtituerit: nam aut loquimur de Inſtrumentis celebratis ante motam litem; & cùm iſta notarius prædictus bona fide ſtipulatus fuerit, eorumque pretium bona fide conſumpſerit; ad eorum re-
3 ſtitutionem non tenetur: ſive quia in ſententiis Rotalibus, & litteris exequutorialibus, neque virtualiter, neque explicitè talis reſtitutio demandatur: ſive quia eo modo quo
4 vigore interdicti poſſeſſorii non veniunt fructus ante motam litem bona fide percepti; ita emolumenta inſtrumentorum ſub reſtitutione cadere non poſſunt: *Adden. ad Buratt. dec.*184. *litt.B.*, *Rot. coram Caval. dec.* 409. *n. ultimo.*

Aut verò quæſtio eſt ſuper inſtrumentis poſt motam litem celebratis; & hoc tempore probatum non fuit, quod notarius Epiſcopi ullius inſtrumenti rogitum ſuſceperit: & quatenùs etiam probaretur, Epiſcopus offert præſtare patientiam, ut ab originalibus propriis notarii extrahantur, & exemplentur in publicam formam ad commodum ſcribaniæ communis: qua, ſtante oblatione, nulla conſiderari valet repugnantia in non parendo; ut ad effectum denegandi declaratoriam, dixit *Rot. in Calaguritana quartæ funeralis de Naxera* 11. *Maii* 1699. §. *Quoniam coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Minuſque redargui poteſt notarius vicariatus propter rogitus inſtrumentorum factorum ſuper materiis extrajudicialibus extra civitatem Vicen. in præjudicium juris privativi, quod habet ſcribania communis: quoniam
6 iſtius privativa reſtricta eſt intra fines civitatis Vicen.: neque prohibetur in judicatis Rotalibus notario vicariatus ſtipulatio inſtrumentorum circa materias prædictas extra civitatem, & diſtrictum Vicen. Quinimò eadem expreſsè permiſſa videtur ex antiqua conſtitutione Eccleſiæ Vicen. edita anno 1325., & pro indubitato admiſit noſtrum tribunal, tam *coram Seraphin. dec.*841., quàm in *deciſionibus hujus cauſæ editis die* 27. *Junii* 1692. *ſuper manutentione* §. *Nec hujuſmodi*, *& ſuper bono jure* §. *Licet paulò, coram bo. me. Vrſino*, 15. *Junii* 1696. §. *Clariùs convincitur*, *&* § *Pariter coram Rmo meo Decano*; *& denique die* 21. *Februarii* 1698. §. *Atque hinc coram me.*

Non attento, quod hujuſmodi rogitus tanquam recepti in loco parum diſtanti à civitate Vicen. redoleant fraudem Capituli, & notarii ſcribaniæ communis: nam cùm dictus notarius pro conficiendis inſtrumentis extra civitatem habeat titulum deſumptum ex dicta conſtitutione, & comprobatum etiam ex
7 longæva obſervantia, ſublatus omninò remanet quilibet dolus, & fraus, quæ conſiderari non poteſt in actibus jure permittente celebratis, *Valenzuel. conſ.*56. *n.*14. *&* 83., *& in terminis Fontanell. dec.*478. *& ſeqq.*

Et ita, utraque &c.

GERUNDEN. FUNDATIONUM.

Lunæ 24. *Januarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Ad Capitulum cum Epiſcopo promiſcuam adminiſtrationem, & Eccleſiæ juriſdictionem habens ſpectat (niſi irrationabiliter diſſentiat) jus admittendi fundationes miſſarum, & anniverſariorum: abſque eo quod Epiſcopus, & dignitates, etiam præeminentiam habentes hoc facere poſſint, nec indè in nihilo divinus cultus, & fidelium libertas lædatur; ſed Epiſcopus ex ſe ſolo procedere poteſt in illis actibus, qui ex ſe tantum ſunt authorizabiles.

Ad eſt in hac cauſa deciſ. 184.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum promiſcuè cum Epiſcopo exercens juriſdictionem, & adminiſtrationem Eccleſiæ, fundationes miſſarum, & anniverſariorum in ea admittendi jus habet.*
2 *Et poteſt omnes actus gerere, qui tendunt ad gubernium, & regimen Eccleſiæ.*
3 *Dignitates non poſſunt ex ſe, ſine aſſenſu capituli, tales fundationes acceptare.*
4 *Potiſſimùm accedente obſervantia immemorabili.*
5 *Et re judicata.*
6 *Obſervantia immemorabilis tribuit meliorem titulum de mundo.*
7 *Dignitates poſſunt, irrequiſito capitulo, acceptare eas fundationes, per quas divinus cultus augetur ſine capitularium præjudicio.*
8 *Intellige quoties rationabiliter à capitulo conſenſus denegetur.*
9 *Eccleſia ex fundationibus miſſarum, & anniverſariorum novum onus aſſumit, novamque ſervitutem ſubire dicitur.*
10 *Onus conferri non poteſt in invitum in proprii juris, & libertatis detrimentum.*
11 *Capituli conſenſus exquirendus eſt in hujuſcemodi fundationibus, ſive illius præjudicium intercedat ſive non*: *&* n. 22.
12 *Divinus cultus, & fidelium libertas non læditur, ſi capitulum miſſarum, & anniverſariorum fundationes nolit admittere: cùm in aliis Eccleſiis eadem poſſunt adimpleri.*
13 *Epiſcopus, & capitulum promiſcuè habent adminiſtrationem, & dominium Eccleſiæ.*
14 *Epiſcopus non poteſt independenter à capitulo fundationes permittere.*
15 *Et tunc habetur tanquam unus de capitulo.*
16 *Tertius excipere non poteſt de jure non ſuo, ſed alterius tertii.*
17 *Teſtes ad perpetuam, lite pendente, examinati fidem non merentur.*
18 *Teſtes ſuper negativa, ſi illam non coarctant non attenduntur.*

19 *Te-*

19 *Teſtes, qui de mendacio convincuntur, probationem non faciunt.*

20 *Epiſcopus, habens cum Capitulo promiſcuè adminiſtrationem, & dominium Eccleſiæ procedere poteſt ex ſe in illis actibus, qui ab illo tantùm ſunt authorizabiles.*

21 *Et in erectione Pœnitentiariæ quę eſt utilis Eccleſiæ.*

23 *Ad cauſæ deciſionem, quæ non conferunt, Rota rejicit.*

24 *Præeminentia dignitatum eccleſiaſticarum facit, quod illę, Eccleſię adminiſtrationem habeant, & jus in eadem acceptandi fundationes miſſarum.*

DECISIO CLXVI.

Fundationem duodecim miſſarum, quas
pius fidelis in eccleſia cathedrali Gerunden.
privativè ab illius dignitatibus celebrari
mandaverat: cùm prætenderent eædem dignitates
ſola epiſcopi approbatione requiſita liberè
acceptare; Capitulum, & Canoniciſſæ opponentes
illarum celebrationem tamquam ſinè ipſorum
auctoritate, ac placito admiſſas; nequaquam
permittere voluerunt. Quamobrem orta inter
ipſos controverſia, tam prò illius terminatione,
quam etiam nè in poſterum ſuper miſſarum, &
anniverſariorum fundationibus aliæ ſimiles
promoveantur quæſtiones, exquiſiverunt
die 9. Junii anni præteriti ab hoc Sacro
Auditorio -- *An liceat dignitatibus eccleſię
cathedralis Gerunden. facere, & acceptare pias
fundationes miſſarum privatarum, & anniverſariorum,
ac alias privativè ad Canonicos: eaſque adimplere
juxta mentem fundatorum in dicta eccleſia cum
approbatione epiſcopi irrequiſito capitulo, &
canonicis* -- ſed nulla tunc capta reſolutione,
in hodierna repropoſitione fuit *in omnibus
negativè* reſponſum.

Fundamentalis decidendi ratio deſumpta
1 fuit ex generali juris regula, quod ubi capitulum,
prout hic, habet inſimul cum epiſcopo plenariam
juriſdictionem, & adminiſtrationem eccleſiæ;
ratione prædictæ univerſalis juriſdictionis,
& dominii ad ipſum pertinet, nedùm admiſſio
fundationum miſſarum, & anniverſariorum; verùm
etiam exercitium omnium, & quorumcumque
2 actuum reſpicientium eccleſiæ regimen,
& gubernium; ut decidit *Text. in cap relatum de
Teſtam., & cap Cùm omnes de conſtit., Pignattell.
conſult. 49. num. 2. tom. 6., & conſult. 86.
num. 3. tom. 9., Tondut. quęſt. benefic. tom. 1.
cap. 1. num. 9., Rot. coram Merlin. dec. 128.
num. 6., & coram Duran. dec. 418. num. 4., & in
rec. dec. 16. per tot. part. 1., & dec. 363. num. 1.
part. 18., & in Gerunden. Anniverſariorum 29.
Novembris 1683. §. Quo poſito coram bo. me.
Vrſino, & & ſuper diſpenſatione pactorum 25.
Martii 1699. §. Primo quià, & §. De tali coram
R.P.D. meo Priolo*, ac propterea non poſſunt
3 dignitates ad actum acceptationis abſque
copulativo aſſenſu, & permiſſione ipſius
Capituli devenire: ad normam *Text in cap. novis.,
& cap. quanto de his, quę fiunt à pręlat. ſinè
conſenſu capituli*.

Et huic juris diſpoſitioni adſtipulatur ſpe-
4 cifica, & immemorabilis obſervantia ejuſdem
eccleſiæ; in qua tàm fundationes miſſarum,
& anniverſariorum ſemper admiſſæ fuerunt
cum authoritate, ac approbatione Capituli:
etiamſi ab epiſcopo Gerunden. inſtitutæ fuiſſent,
Summario Capituli num. 5.; quàm generalitèr
quæcumque alia negocia reſpicientia gubernium,
& adminiſtrationem eccleſiæ pertractata, &
reſoluta fuerunt cum interventu eorumdem
capitularium annuentium; ut conſtat ex pluribus
actibus ab antiquiſſimo tempore geſtis, & uſque
ad moderna tempora continuatis; *eodem Summario
num. 6. cum ſeqq.*. Quin immò ſuborta iſtamet
controverſia cum beneficiatis ejuſdem cathedralis,
contendentibus fundationes acceptare ſinè
canonicorum placito; eaque ad noſtrum Tribunal
delata; prodiit favore Ca-
5 pituli reſolutio; ut videre eſt *in Gerunden.
anniverſariorum 29. Novembris 1683. coram
bo. me. Vrſino*. Ex qua immemorabili obſervantia
certiùs redditur, quod eccleſiæ dominium, &
adminiſtratio reſideat penès Ca-
6 pitulum; itaut allegari etiam poſſit privilegium
apoſtolicum, res judicata, & quicumque alius
melior titulus de mundo; ad *Text. in cap. Super
quibuſdam 26. §. Preterea ff. de verbor. ſignific.,
Rot. dec. 218. num. 5. par. 6., & dec. 709. num. 1.
par. 18., & in Colonien. pręcedentiæ ſuper bono
jure 4. Junii 1696. §. Tum tertio, & 22. Martii
1697. §. penultimo coram R.P.D. meo Muto*.

Non attenta reſponſione, quod quandò
7 agitur de fundationibus, per quas, abſque
ulla diminutione menſæ capitularis, ejuſque
reddituum, augetur divinus cultus, animarumque
ſolatium; licitum ſit dignitatibus illas admittere,
ut ad limitationem *Textus in cap. Cum acceſſiſſet
de conſtit.*, tradunt *Felin. in dicto cap. num. 16.
in fine, Abbas in cap. Cum olim num. 6., ibique
Imol. num. 4., & Butr. num. 8. de conſuetud., Rot.
coram Coccin. dec. 1902. num. 18.*, & reſolutum
fuit à ſac. Congregatione Concilii *in Sabinen.
Archidiaconatus 2. Junii 1696.*

Quoniam omiſſo, quod Doctores prædi-
8 cti, vel non excludunt conſenſum capituli,
vel loquuntur in terminis irrationabilis diſ-
9 ſenſus; ut erat caſus in dicta Sabinen.: cum
negari non poſſit, quod eccleſia ex cauſa
hujuſmodi fundationum miſſarum, & anniverſariorum
aliqualem ſervitutem patiatur, &
10 pluribus ſuccumbat oneribus: æquum
propterea non eſt, ut capitulum cum læſione
propriorum jurium, & libertatis cogatur
invitum, imo & irrequiſitum ad eadem onera
ſubeundum, contra monitum *Text. in l. 3.
& 8. ff ſervit. urban. pręd., Lavor. var. lucubr.
tit. 4. cap. 18. num. 30., Lotter. de re benef.
qù. 1. num. 17., Rot. coram Seraphino dec. 942.
num. 16., & 17.*; Ideoque ſive intercedat
præjudicium burſale capituli, ſive

11 non, tenetur dignitates exquirere conſen-
ſum illius, ut dignoſcere poſſit quænam one-
ra eccleſia ſubire, ac reſpectivè recuſare
debeat; ut in proximis terminis deciſum
fuit *coram Celſ. deciſio* 237., *& in recen.*
dec. 363. *par.* 18.

Neque, capitulo tales fundationes acce-
12 ptare nolente; dici poteſt illatum divino
cultui, & fidelium libertati præjudicium:
nam dùm plures adſunt eccleſiæ, in quibus
onera miſſarum, & anniverſariorum priva-
tivè à dignitatibus juxta fundatorum diſpo-
ſitiones celebrandarum adimpleri poſſunt;
ſatis proindè conſultum remanet divino cul-
tui, & fidelium pietati: prout practicatum
fuit à Beneficiatis; qui licet, ut prædixi, ſimi-
les fundationes, ad ipſorum commodum
unicè relictas, explere non potuerint in
eccleſia cathedrali, propter recuſationem
canonicorum; illis tamen in aliis eccleſiis
ſatisfaciunt.

Poſito autem ex prædictis, quod promiſ-
13 cua adminiſtratio, & dominium eccleſiæ re-
ſideat apud epiſcopum, & capitulum; con-
14 ſequens eſt, quod ſolus epiſcopus indepen-
tèr à condomino, hujuſmodi fundationes,
earumque admiſſiones permittere non va-
15 leat: dùm tamquam comparticeps in admi-
niſtratione ſe habet ad inſtar unius de capi-
tulo, cui ſeorſim ab illo quidquam determi-
nare non licet, ad *Text. in d. cap. Novit.*,
& cap. Quando, de his, quæ fiunt à Prelatis
ſine conſenſu Capituli, & notant *Paſqualig.*
de Sacrif. novæ legis tom. 2. *q.* 1088. *num.* 8. 9.,
Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 16. *in fine*;
& in præallegata *Gerunden. Anniverſario-*
rum 29. *Novembris* 1683. *coram bo. mem.*
Urſino, & confirmatur in conſtitutione 43.
ſa. me. Urbani VIII.

Et quamvis ad excludendam hujuſmodi
copulativam juriſdictionem capituli cum
Epiſcopo, plura deducta fuerint à dignitati-
bus; attamen, ultra quod ſatis eſſet generica
reſponſio, quod Epiſcopus, ad quem ſpe-
16 ctat prædicta facultas, non eſt in cauſa;
ideoque dignitates allegare non poſſunt jus
tertii; ut alias dixit *Rot. in dicta Gerunden.*
Anniverſariorum 29. *Novembris* 1683.
§. *Atque hinc coram bo. me. Urſino*. Certè
illa non excluditur ex teſtibus deponenti-
bus, quod canonici juriſdictionem non ha-
bent in eccleſia: dùm nec timpana pulſare,
nec canonicas horas, & divina officia inti-
mare valent; niſi hora ab Epiſcopo præſcri-
17 pta: omiſſo enim, quod ſunt ad perpetuam
examinati lite pendente, & proinde fide
non merentur; *Rota coram ſanct. memor.*
Alexandro VIII. dec. 10. *n.* 54., *& cor. Priolo*
dec. 272. *num.* 10., *& in rec. dec.* 316. *num.* 15.,
18 *&* 20. *par.* 19.: non deponunt de facultate
19 privativa Epiſcopi; prout opus eſſet: quod-
que magis eſt convincuntur de mendacio,
tàm ab aliis teſtibus examinatis per capitu-
lum; quàm ab actibus geſtis per Epiſcopum
inſimul cum capitulo: ideoque nullam proba-
tionem conſtituunt, *Rot. dec.* 192. *num.* 23.,
& deciſ. 356. *num.* 26 *par.* 6. *& deciſ.* 68. *nu-*
mer. 39. *part.* 9. *tom. primo recent.*

Prout non adverſantur *Corrad. in prax.*
beneſ. lib. 4. *cap.* 1. *num.* 10. *& ſeq.*, *& Rot.*
dec. 222. *par.* 7. *rec.*, aliique in contrarium
20 adducti: quia vel loquuntur de inſtitutione
21 authorizabili tantùm ab Epiſcopo, vel de
22 erectione Pœnitentiariæ utilis eccleſiæ,
non verò de anniverſariis oneroſis.

Cætera, quæ cumulata fuerunt ad pro-
23 bandam præeminentiam in dignitatibus, ut-
potè ad cauſæ deciſionem non conferentia
24 neglecta fuerunt: nam illa etiam admiſſa,
non indè valent, quoad Eccleſiæ adminiſtra-
tionem, ullum ſibi jus adſcribere, nec in illa
fundationes miſſarum acceptare.

Et ita, utraque &c.

SYPONTINA CANONICATUS.

Ven. 28 *Januarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Reſignatarius beneficii reſignationem nulliter
obtinet; ſi in ea narraverit reſignantem ha-
bere aliunde vivere: quando revera non
habet, & patrimonium ſacrum tempore
conſequutionis ejuſdem beneficii, quod
tunc reſignat; ad conſtituentes, ex pacto,
fuit reverſum. Ubi quomodo reſignantem
aliundè vivere non habere probetur. Poſſeſ-
ſio beneficii capta non præmiſſis, dum reſi-
gnans viveret, publicationibus ad formam
Gregorianæ conſtitutionis, facit illam eſſe
nullam, & beneficium cenſeri per mortem
reſignantis vacatum. Et modus monſtratur
quo publicationis omiſſio convincatur.

SUMMARIUM.

1 *Reſignatio beneficii ex falſa narrativa eſt*
nulla.

2 *Narrativa, quod reſignans aliunde vivere*
poſſit eſt falſa; ſi ille tantùm habuerit pa-
trimonium, quod vigore pacti reverſionis,
ad conſtituentem ſtatim rediit ac de ec-
cleſiaſtico beneficio fuit proviſus.

3 *Patrimonium aſſignans cum pacto reverſio-*
nis bonorum, ſtatim ac Sacerdos de ali-
quo beneficio ſit proviſus; obtento ab eo-
dem beneficio, poteſt diſtrahere patri-
monium.

4 *Et tali caſu beneficium loco patrimonii ſuc-*
cedit.

5 *Beneficium nulliter reſignatum non prius*
vacare dicitur, quam morte reſignantis.

6 *Donatio vera non præſumitur, ſi contempora-*
neè à donatario fiat retroceſſio.

7 *Inſtrumenti legalitas convincitur ex illius*
exemplatione citata parte coram judice
compulſoriali facta.

8 *Donatio ſimulata, & inefficax demonſtratur*
ſi donans donatorum bonorum poſſeſſio-
nem, & fructuum exactionem non dimiſit.

9 *Reſignantem aliunde vivere non habere co-*
gnoſcitur; ſi canonicatum, ne mendicare
cogeretur, dimittere alias recuſavit.

10 *Et ſi fructus canonicatus uſque ad obitum exegit.*

11 *Differens beneficii reſignati poſſeſſionem capere, vivo reſignante, de ſuo jure diffidere videtur.*

12 *Poſſeſſio beneficii capta non præmiſſa publicatione, ad formam Gregorianæ conſtitutionis, eſt nulla.*

13 *Publicatio ex Gregoriana conſtitutione debet fieri populo in eccleſia ante captam poſſeſſionem, clara voce, cum qualitatibus beneficii, nomine, & cognomine reſignantis, & reſignatarii.*

14 *Et ante reſignantis obitum neceſſariè fieri debet.*

15 *Beneficium, in cujus poſſeſſione reſignans moritur, per ejus obitum vacare dicitur.*

16 *Publicationis poſſibilitas excluditur à contraria teſtium aſſertione.*

17 *Teſtes in hac materia deponentes de affixione litterarum ad valvas abſque aliorum neceſſariorum requiſitorum obſervantia, coarctant probationem.*

18 *Reſignatarius producens publicationem, tamquam meliorem produxiſſe cenſetur, & ideò, ſi non ſit integra, contra ipſum probat.*

DECISIO CLXVII.

CAnonicatum in collegiata eccleſia ſancti Michaelis Arcangeli in monte Gargano, a Vincentio de Onufriis reſignatum uſque de anno 1697. favore Franciſci Antonii fratris; obtinuit iſte à Sede Apoſtolica ſibi conferri, ſub narrativa, quod idem Vincentius aliundè vivere commodè valeret, ac literas expedivit: diſtulit tamen petere illarum exequutionem, & canonicatus poſſeſſionem nanciſci; quam ſolum die 30. maii ſequentis anni 1698. poſt menſem ab obitu reſignantis apprehendit, quantumvis contradicente capitulo, & nulla præmiſſa publicatione, juxta formam Gregorianæ conſtitutionis requiſita: ſed hæſitans poſtea de hujuſce poſſeſſionis validitate, lapſo jam bimeſtre, illam iterum cepit vigore novæ commiſſionis per Datariam alteri exequutori directæ, capitulo paritèr contradicente.

Cùm autem hujuſmodi canonicatum, uti per obitum Vincentii vacantem certò modo à Sede Apoſtolica impetraverit Joſeph Jordanus; exponendo nempè reſignationem præfatam fuiſſe nullam ex falſa narrativa, quod reſignans aliundè vivere poſſet; ac etiam ex quo talis reſignatio intra legitima tempora, & juxta formam Gregorianæ conſtitutionis publicata non fuiſſet; & ab exequutore, cui directæ fuerant, verificatis omnibus expoſitis, ſententiam ſuper immiſſione reportaverit: hinc ad noſtrum tribunal delata controverſia in gradu appellationis à Franciſco Antonio interpoſitæ, exquiſivi à Dominis in audientia 17. Maii anni præteriti, *an literæ Apoſtolicæ forent exequendæ*: dilataque reſolutione, tameſi utraque Pars comparverit, ac demandato, quod coadjuvarentur probationes; hodie omnibus jam expletis, mediante proceſſu remiſſoriali, & compulſoriali, in ejuſdem dubii repropoſitione *affirmativa* prodiit reſolutio.

Primus namque reſignationis defectus pro-
1 manans ex falſa narrativa, quod reſignans aliunde vivere poſſet, viſus fuit Dominis ad evidentiam probari. Conſtitit enim, quod
2 Vincentius reſignans ad ſacros Ordines promotus fuerat ex titulo patrimonii ſibi per ſorores conſtituto, cum ſpeciali pacto reverſionis bonorum ad conſtituentes, ſtatim ac ille de beneficio provideretur, *Summ. Joſephi præteritæ propoſitionis num.* 11.. Prout etiam conſtitit, quod proviſo Vincentio de canonicatu controverſo, præfatæ ſorores, utendo pacto reverſivo, bona in patrimonium aſſignata diſtraxerunt, *eodem Summ.*
3 *num.* 12., quod ſtante præcedenti pacto, validè fieri, potuiſſe probant *Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 19. *num.* 31., *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8., *& in tract. de Jur Cleric. libr. primo cap.* 40. *num.* 4., *Cardin. de Luc. de alienat. diſc.* 38. *num.* 9.

Hoc autem poſito jam patet, quod cano-
4 nicatus loco patrimonii ſucceſſit, quodque ſecuta illius reſignatione, Vincentio nil ſupererat, undè viveret: ac propterea nulla remanente reſignatione canonicatus, juxta expoſita in litteris Jordani, non priùs, quàm
5 à reſignantis obitu vacavit, *Garz. de Benef. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 195. *cum pluribus ſeqq.*, *Tondut. reſol. Benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 11. *n.* 41. *&* 42., *Roſ. de exequut. liter. Apoſt. cap.* 6. *num.* 204., *Rot. dec.* 559. *num.* 3. *&* 4. *& n.* 11. *par.* 4. *tom.* 3., *dec.* 92. *num.* 12 *& ſeqq. par.* 6., *& dec.* 85. *à num.* 14. *ad* 16. *par.* 10. *rec.*

Efficaciam hujus fundamenti agnoſcens defenſor Franciſci Antonii oppoſuit in præterita propoſitione, quod præfatus Vincentius reſignans ultra patrimonium, & canonicatum poſſideret etiam alia bona ſibi per Franciſcum de Georgiis, uſque de anno 1695. donata ex inſtrumento, de quo in *dicto Summ. Joſephi num.* 14.; in quibus propterea congrua reſignantis ſuſtentatio poſſet verificari. At reſponſio alioquin gravis, illicò
6 levis apparuit ex inſtrumento retroceſſionis à Vincentio factæ ſub eadem die receptæ donationis, *Summ. præteritæ reſponſionis dicti Joſephi num.* 2., & hujus inſtrumenti
7 legalitas in anteacta propoſitione impugnata, hodie ampliùs controverti non poterat; nedùm ob illius exemplationem citata parte factam coram Judice compulſoriali, ut in *hodierno Summ ejuſdem Joſephi num. primo*;
8 Verùm etiam, ex quo Franciſcus aſſertus donator numquam poſſeſſionem dimiſit: ſed illam continuando ſemper fructus ex bonis donatis percepit, *dicto præterito Summar. num.* 17.: quæ circumſtantia manifeſtè demonſtrat donationem fuiſſe inefficacem, ac ſimulatam; *Valenz. conſ.* 69. *num.* 185., *Honded. conſ.* 46. *num.* 14 *lib. primo*, *Merlin*, *Pignattell. controv. jur. centur.* 2. *cap.* 17., *Roſ. conſult.* 48. *num.* 75., *& ſeq.*, *Staiban. jun.*

reſol. 9. *num.* 18. *&* 19., *Millanenſ. deciſ.* 5. *num.* 48. *& ſeqq. lib.* 2., *Rot. dec.* 161. *num.* 9. *par.* 2. *diverſ.*

Idque pariter comprobat animadverſio,
quod Vincentius reſignans, tametſi pluries
9 requiſitus ad inſtantiam reſignatarii, ut
actualem canonicatus poſſeſſionem dimitte-
ret; noluit unquam ab ea diſcedere, ratio-
nem reddens, quod cogi nolebat ad mendi-
candum à fratre victum neceſſarium; ut de-
ponunt teſtes in vim remiſſoriæ Rotalis for-
mitèr examinati, *hodierno Summ. Joſephi*
num. 2., & de facto fructus canonicatus ipſe-
10 met uſque ad obitum exegit, *eodem Summ.*
num. 3.. Hinc autem manifeſtè aſſequimur,
quod nec bona, ut ſupra donata, nec quid-
quam aliud, præter canonicatum, eſſent in
dominio reſignantis: nam alias Joannes Fran-
ciſcus poſſeſſionem canonicatus ad ſui favo-
rem reſignati, quàm amicabilitèr conſequi
non poterat, judicialitèr petere minimè ne-
glexiſſet: ſolumque dicendum eſt judicialem
11 inſtantiam diſtuliſſe, uſque ad obitum reſi-
gnantis; eo quia certò ſciret, narrativam à
ſe factam, quod ille aliundè vivere valeret:
nullatenus poſſe coram exequutore verifi-
cari.

Stabilito ex præmiſſis primò impetratio-
12 nis fundamento, non minoris relevantiæ vi-
ſum fuit aliud non factæ publicationis juxta
formam Gregorianæ conſtitutionis. Cùm
enim ex proceſſu nil aliud reſultet, quam-
quod eadem die captæ primæ poſſeſſionis,
ſcilicet 30. Maii 1698., affixum fuerit ad
valvas eccleſiæ tranſumptum literarum Apo-
ſtolicarum, adimpleta non dicitur forma
conſtitutionis requirentis publicationem
13 fieri ante captam poſſeſſionem coram popu-
lo in eccleſia, & quidem clara, & intellegi-
bili voce, pronunciando qualitatem benefi-
cii, nomen, & cognomen reſignantis, ac re-
ſignatarii una cum omnibus circumſtantiis,
qualitatem rei notificantibus; *Ventrigl. in*
praxi eccleſ. par. 2 *annot.* 4. §. 2. *n.* 60. *Novar.*
in Summa Bullarii p. 2. *comment.* 28. *n.* 10., *&*
ſeqq., *Rot. coram Merlin. dec.* 392. *num.* 11.,
& 12., cum aliis plenè relatis in *Aurien. Can-*
toriæ 8. *Junii* 1696. §. *At verò cor. R.P.D.*
meo de la Tremoille.

Et tamen, quandò etiam præfata publica-
tio ſervatis omnibus à conſtitutione requiſitis
facta fuiſſet, ſuccederet alia nullitas, illam
14 reddens omninò inefficacem; quod nempè
ſecuta fuerit poſt obitum reſignantis; *Roſ.*
de exequut. liter. Apoſtolic. par. 1. *cap.* 15.
num. 154., *Rot. coram Celſ. dec.* 172. *num.* 1.,
& ſeqq., *& in rec. dec.* 357. *num.* 5. *par.* 12.:
adeout mortuo reſignante in poſſeſſione be-
15 neficii, iſtud per obitum reſignantis vocare
dicatur: ut in ſpecie notat *Ferrett. conſ.* 30.
& conſ. 95. *ſub num.* 8. *&* 9. *lib.* 1.

Non attenta reſponſione, quod actum af-
fixionis literarum ad valvas eccleſiæ præce-
dere potuerit ſolemnis, ac legitima publica-
16 tio. Iſta namque poſſibilitas ſublata rema-
17 net nedùm ex teſtibus formitèr examinatis,
præcisè coarctantibus ſolam affixionem abs-
que aliorum requiſitorum obſervantia, qui-
bus in materia publicationis differendum
eſſe, probat *Garz. de Benfic. par.* 11. *cap.* 3.
num. 303., & dixit *Rota coram Merlin. de-*
18 *ciſ.* 329. *num.* 11. Verùm etiam ex quo ipſe-
met reſignatarius publicationem hanc ita fa-
ctam produxit, adeout cenſeatur illam tam-
quam meliorem allegaſſe; *Card. de Luc. de*
benefic. diſc. 94. *num.* 12. *&* 13., *Rot. coram*
Cerro dec. 227. *num.* 17., *& in d. Aurien. Can-*
toriæ §. *Minus verò coram R.P.D. meo de la*
Tremoille.

Et ita Joſepho dumtaxat informante, Fran-
ciſco verò, licet diù expectato, dilationem
petente; reſolutum fuit &c.

SENOGALLIEN. DOTIS.

Lunæ 14. *Februarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Examinatur quando vir, qui intra annum poſt mortem uxoris reſiduum dotis dotanti, vel hæredibus reſtituere ex ſtatuti diſpoſitione tenetur ſub pœna amittendi lucrum; ex creditoris dilatione à mora contrahenda liberetur. Et quam ratam ex ſuo lucro in expenſas funeris uxoris debeat contribuere.

Adeſt in hac cauſa infra dec. 209.

SUMMARIUM.

1 *Maritus uxoris præmorientis tertiam partem dotis datæ, vel promiſſæ lucratur ex ſtatuto Matelicæ.*

2 *Fallit ſi intra annum dotanti, vel hæredibus dotis reſiduum non reſtituerit.*

3 *Niſi tamen, ex conſenſu illius, cui erat reſtituendum, ſolutio fuerit dilata.*

4 *Verba* -- ci aggiuſteremo con ſua commodità -- *à creditore prolata indulgent debitori temporis prorogationem; ut ſatisfacere commodè poſſit.*

5 *Verba* -- tenga ſaldi li fondi &c. -- *indicant, creditorem voluiſſe à debitore retineri pecunias debitas, quouſque diverſimodè non mandaſſet.*

6 *Mora non incurritur à debitore, qui ſolutionem differt ex creditoris indulgentia, qua mediante, potiùs ſi mora adfuiſſet, remiſſa cenſetur.*

7 *Dotans afferens debitori reſtitutionis dotis ejus tertium poſt lapſum annum, intra quem dos erat reſtituenda, illum in culpa non fuiſſe confiteri videtur.*

8 *Mora non conſideratur in debitore, qui de quantitate reſtituenda non eſt certus.*

9 *Expenſæ funerum pro tertia parte detrabendæ ſunt à rata dotis à viro, ex ſtatuto, ſuperlucratæ.*

DECISIO CLXVIII.

PUgnantibus inter ſe geminis deciſionibus in hac cauſa editis coram bo. me Emerix; in quarum prima ſub die 17. Junii 1686. reſponſum fuerat, Franciſcum per obitum

uxo-

uxoris non fuiſſe ſuperlucratum tertiam do-
tis partem à ſtatuto Matelicæ delatam; ex
quo illius diſpoſitioni controvenerat diffe-
rendo ultra annum dotis reſtitutionem: &
in ſecunda ſub die 27. Junii 1687., ex novis
facti circumſtantiis recedendo à deciſis, fir-
matum extitit, eumdem Franciſcum non
fuiſſe moroſum; nec proindè à ſtatuti com-
modò cecidiſſe; ſuffectus ego in locum de-
functi Collegæ revocavi hodiè ſub conſueto
dubio ad examen utriuſque deciſionis fun-
damenta: cumque illa poſterioris, tametſi
non abſolutè, ſed ſub certa declaratione,
magis ſubſiſtere viſa fuerint, Domini reſpon-
derunt ſtandum eſſe in *ſecundo loco deciſis
juxta modum* infrà exprimendum.

Moti quoad primam reſolutionis partem
ex litera præfati ſtatuti diſponentis, quod
1 maritus ſuperſtes *lucretur tertiam partem
dotis ſibi traditæ, vel promiſſæ*: quem caſum
reſpectu Franciſci eveniſſe ob Margharitæ
uxoris prædeceſſum non dubitatur. Et quam-
vis lucrum hoc ab eodem ſtatuto auferatur,
2 quoties reſiduum dotis à viro intra annum
dotanti, vel ejus hæredibus non reſtituatur;
attamen pœnalis iſta limitatio, inallegabilis
3 videbatur in hypotheſi, qua reſtitutio cum
conſenſu, ac placito ipſius Joannis Baptiſtæ
ſponſæ patris, cui erat facienda, dilata fuit;
ut conſtat ex tribus epiſtolis ab eodem ſo-
cero conſcriptis, & ſignantèr ex duabus po-
ſterioribus, in quarum altera aſſerit, ibi --
*Circa la dote V. S. veda qual partito puol
fare per riguardo alla reſtituzione levato il
terzo &c. Del reſto poi ci aggiuſteremo con
ſua commodità*, -- & in ultima, ibi -- *Deſide-
rano cento ſcudi per l'aggiuſtamento, che le
ſcriſſi, e non per incommodarla. Tenga per
tanto ſaldo li ſcudi cinquanta per vedere
quello poſſa io fare, e l'avviſarò &c.* -- Si
4 enim creditori placuit indulgere temporis
prorogationem, ut debitor commodè ſatiſ-
facere poſſet, prout ſonant illa verba: *Ci
aggiuſtaremo con ſua commodità*; ſi etiam
placuit pecunias retineri à debitore uſque-
quo diverſimodè non mandaſſet; ut præſe-
5 ferunt alia verba -- *Tenga per tanto ſaldi li
ſcudi 50. &c., e l'avviſarò*; -- incongruum eſt,
quod idem creditor de mora redarguat de-
bitorem, quandò potiùs, etiamſi præceden-
6 tèr illa fuiſſet incurſa; ex prælatis epiſtolis
remiſſa cenſeretur, *Rot. coram Royas dec* 64.
num. 4. *coram Ninot. dec.* 21 *num.* 5.. Ani-
madvertendo præſertim, quod eædem epi-
ſtolæ ſcriptæ fuerunt à ſocero poſt annum à
filiæ obitu jam elapſum, & tamen ipſe petiit
à genero reſtitutionem dotis *levato il terzo*:
ſignum evidens, quod agnovit pœnam amiſ-
7 ſionis illius, ob iſtius defectum non fuiſſe
ullatenùs incurſam; eo quia dilatio ſolutionis
ex voluntate creditoris provenerat; juxta
firmata per *Rotam coram Penia deciſ.* 17.
num. 11., *& in poſtrema deciſione bon. mem.
Emerix §. finali*.

Iſtaque creditoris opinio, & excluſiva
moræ confeſſio non oſcitantèr, ſed ſummo
jure proceſſit. Quæſtio enim erat inter ſo-
cerum, & generum, an lucrum dotale de-
beretur ſolùm de ſcutis mille, quorum ſolu-
tio infrà annum à die matrimonii ſtipulata
fuerat, ſive potiùs etiam de aliis ſcutis mille
ſimili dotis titulo, poſt mortem ſoceri pro-
miſſis, de quibus pari modo lucrum deberi
pronunciavit R. P. D. meus Caprara tunc
A.C. Locumtenens; ut in *Summ. Franciſci*
8 *num.* 9.: quo circa cùm incerta foret quan-
titas à debitore reſtituenda, nulla profectò
potuit in illo mora conſiderari, ex notatis
per *Bald. in leg. Acceptam num* 11. *Cod. de
uſur.*, *Gratian. diſcept. for. cap.* 42. *num.* 42.,
Staiban. reſol. 173. *num.* 12., *Rot. coram Du-
ran. dec.* 270. *num.* 11. *&* 15., *coram Ubago
dec.* 98. *num.* 24, *coram Dunozzett. junior.
dec.* 799. *num.* 4, *& ſequen.*

Hæc quoad reſolutionem in genere. Quia
verò in funere Margaritæ uxoris plures fa-
ctæ fuerant expenſæ; cenſuerunt propterea
Domini lucrum non integralitèr viro deberi,
ſed facta priùs detractione tertiæ partis di-
9 ctarum expenſarum: quas cùm negari non
poſſit fuiſſe neceſſarias, æquum per conſe-
quens eſt, ut ad ratam dotis ex diſpoſitione
ſtatuti ſuperlucratæ maritus contribuere te-
neatur, per *Textus expreſſos in l. Cum ff. de
Religioſ., & ſumpt. funer., & l. Si vir ff. ad
leg. Falcid.*, *Hodiern. ad Surd. dec.* 112. *n.* 16.,
& Rota coram Ludoviſio dec. 573. *n.* 9.

Et juxtà hunc modum reſponſum fuit,
altera &c.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI CENSUS.

Lunæ 21. Ferbuarii 1702.

ARGUMENTUM.

Magiſtratus majores tantùm durante, officio in
jus vocari nequeunt. Ad materiam *cautelæ
Soccini conſ.* 122. *lib.* 1. latè examinatur quan-
do illa, licet non expreſſa, tacita tamen ſuffi-
cere valeat, necne, ad hoc ut legitima gra-
vari poſſit onere fideicommiſſi: & quid re-
quiratur, ut filius hæreditatem adeundo
hoc onus acceptaſſe dicendum ſit. Et de-
mum quando illius detractio ex ommiſſione
inventarii, & alienationibus ſatisfacta, nec ne
cenſeri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Qui ſunt in magiſtratu, officio durante, con-
veniri non poſſunt.*
2 *Intellige de magiſtratu majori, qui habet
imperii jura, non de minori, cui ſimplex
adminiſtratio rerum univerſitatis incum-
bit.*
3 *Inſtrumentum cum obligatione camerali pa-
ratam habet exequutionem.*
4 *Hæres beneficiatus convenitur in perſona, &
bonis propriis; cum de inventario it ratio-
nem non reddit.*

5 *Quod*

5 *Quod procedit ex* theorica Baldi, *& praxi*.

6 *Hæres beneficiatus ſciens judicialem comparitionem creditorum, de fructibus hæreditariis tenetur rationem reddere.*

7 *Legitima eſt ab omnibus exempta, & obligari poteſt favore creditorum.*

8 *Verba deprecativa regulariter in ultimis voluntatibus præceptum important.*

9 *Limita cum teſtator, loquendo in priori parte teſtamenti verbis præceptivis, in ſequenti commendatitiis verbis uſus fuiſſet: quia tunc, ratione diſcretivæ, reſolvuntur in conſilium.*

10 *Legitimæ, non ſervata cautela Socemi, ex aditione non cenſetur renunciatum, nec onus ſuper ea acceptatum.*

11 *Leg timæ onus, ad hoc ut ex aditione acceptatum dici debeat, requir tur copulativè individua. & ſpecialis renunciatio, aut declaratio filii illam volentis fideicommiſſo ſubjicere.*

12 *Cautela Soccini ſuppleri poteſt per æquipollens.*

13 *Cautela Soccini non eſt ſuppleta per æquipollens; ſi teſtator prohibuerit quamcumque alienationem, etiam ex urgentiſſima cauſa, adjecta, in caſu contraventionis, caducitatis pæna, ſavore ſucceſſivè vocatorum cum expreſſa mentione legitimæ.*

14 *Cautela Soccini conſiſtit in eo, quod pater per viam pramii filios alliciat ad ſupponendam fideicommiſſo legitimam, & in caſu quo volint, eos inſtituat.*

15 *Electio ſupponendi oneribus legitimam pendet ex voluntate filii, non autem patris.*

16 *Et extra hos terminos prohibitio legitimæ irritatur.*

17 *Prohibitio detractionis legitimæ ſub pæna caducitatis non ſupplet cautelam Soccini.*

18 *Pæna generica in caſu cujuſvis alienationis non comprehendit legitimam, ac proindè tunc tacita inſtitutio in legitima ineſt, ac per æquipollens ſervata remanet cautela Soccini.*

19 *Declara procedere, quoties in caſu caducitatis, pater filium integra hæreditate non privavit.*

20 *Secùs quando in caſu caducitatis teſtator voluit ad ſucceſſivè vocatos integram hæreditatem devolvi, & melius* num. 22.

21 *Declaratur* dec. 202., & 254. par. 14. rec.

22 *Cautela Soccini non ſervata dicitur, quando filius, in caſu inobedientiæ teſtatori, omni commodo hæreditatis privatur: nec expreſsè in legitima eſt inſtitutus.*
muniter rejecta.

23 *Et eo caſu eſt ſervata cautela Cumani communiter rejecta.*

24 *Legitima filius non privatur ex ſola omiſſione inventarii.*

25 *Legitima debita in quantitate majori ex modicis alienationibus, conſumpta non cenſetur.*

26 *Omiſſio inventarii, & alienationes neceſſariæ legitimæ conſumptionem præſumere non faciunt.*

27 *Omiſſio inventarii, & alienationes voluntariæ, detractiones conſumptas præſumere faciunt.*

28 *Detractiones conſumptæ non cenſetur, cum conſtat de ſtatu hæreditario, neque alienationes ad quantitatem detractionum aſcendunt.*

29 *Partitæ ſemel ſubtractæ amplius admitti nequeunt*, & ſeq. & 33.

30 *De minimis non curatur.*

31 *Hæres dotando fæminas abſque reſervatione jurium contra bona fideicommiſſaria, etiamſi fideicommittens eaſdem dotare juſſerit, dotes à fideicommiſſo detrahere non poteſt.*

32 *Præceptum fideicomittentis de dotando fæminas intelligitur, quatenus hæres dotare nequeat.*

DECISIO CLXIX.

PRo ſolutione fructuum cenſus in ſorte ſcut. 300., uſque ab anno 1640. per Franciſcum Santolinum, cum obligatione in ſolidum Joannis Baptiſtæ fratris impoſiti, ſavore Petri de Dominis, obtinuit Andreas Angelus illius filius, & hæres in Tribunali A.C. mandatum contra bona hæreditaria dicti Jo. Baptiſtæ, ac exequatur contra perſonam, & bona propria Dominici illius hæredis: à quibus commiſſa mihi per Signaturam Juſtitiæ appellationis cauſa, in audientia diei 29. Martii anni præteriti propoſui dubium -- *An mandatum, & exequatur ab A.C. relaxatum eſſet exequendum*: cujus reſolutio tunc temporis ad preces Dominici dilata, in hodierna tamen repropoſitione, ipſo interim defuncto, illius hæredibus auditis, prodiit *affirmativa*.

Perperam enim validitas impugnabatur ſub prætextu, quod tempore obtenti mandati Dominicus munere Prioratus Terræ
1 Pontiani fungeretur, ideoque in judicium vocari non poſſet, ex diſpoſitione *Text. in l. Pars litterarum ff. de Judic.*. Siquidem tale privilegium à jure promanans locum
2 ſibi vindicat ſolùm in magiſtratibus majoribus, quibus imperii jura incumbant, non autem in minoribus, ad quæ ſimplex dumtaxat adminiſtratio rerum univerſitatis, abſque ulla juriſdictione pertineat; ut explicat *Gloſſ. in dicta leg. Pars litterarum verb. Magiſtratus ad med.*, ibi -- *Dic ergò, quod conveniuntur minores, & in leg. 2. verb. Imperium ff. de in jus vocan.*, ibi -- *At minores magiſtratus etiam durante officio poſſunt vocari in jus*, -- & diſtinguendo probant *Scacc. de Iudic. libr. 2. cap. 9. num. 1004.*, *Conciol. ad Statut. Enguh. lib. 1. rubric. 9. num. 5.*, & cum hoc fundamento, non attenta petitione dilationis ex ſimili capite, ad reſolutionem proceſſit *Sac. Rota in Romana Cenſus 28. Januarii proximè præteriti coram R. P. D. meo del Olmo*.

Hinc ſuppoſita validitate Domini tranſeuntes ad examen juſtitiæ, iſtam deſumebant, reſpectu mandati contra bona hæreditaria

tarla Jo: Baptiſtæ ex publico inſtrumento
impoſitionis cenſus camerali obligatione val-
3 lato: quod proindè paratam habet exequu-
tionem; ex firmatis per *Rot. coram Celſ.*
deciſ. 350. *num.* 1., *& coram Cerro deciſ.* 95.
num. 7.. Reſpectu verò exequatur contra
4 perſonam, & bona propria hæredis, ex eo
quod iſte, quamvis eum beneficio legis, &
inventarii hæreditatem adiverit, rationem
tamen minimè reddit, etiamſi pluries ad
5 hunc effectum citatus; juxtà theoricam *Bald.*
in l final.§.*Etſi præfatam num.*3.*Cod.de Jur.*
deliberan., & praxim, de qua *Rota cor.Celſo*
*dicta dec.*350. *num.* 2., *& in Romana Pri-*
mogeniturarum de Maximis 17. *Februarii*
1690. *ſub* §. *Quin coram bo. me. Benincaſa*
confirmata 4. *Decembris ejuſdem anni* §. *Si-*
mili modo in fine coram Reverendiſſimo Za-
moren.

Nec ad hujuſmodi executionem evitan-
dam relevare viſa fuit exceptio, quod bona
hæreditaria Joannis Baptiſtæ retineantur à
Dominico jure proprio, partim ex cauſa
fideicommiſſi per Petrum Paulum ejus
Proavum ordinati, & partim pro reſti-
tutione dotis Theodoræ ipſius matris à
dicto Joanne Baptiſta debitæ in ſumma ſcu-
torum 3500. una cum aliis ſcut.875. pro lucro
dotali ab eadem Theodora ſuperſtite acqui-
ſito. Ultra quod enim ſat erat generalis
reſponſio, quod nec jura fideicommiſſi, ne-
que crediti dotalis admitti poſſunt; eo ipſo,
quod ratio non redditur de fructibus hære-
6 ditariis, ad quorum reſtitutionem tenetur
hæres, dùm uſque ab initio ſcivit creditores
adeſſe, illorumque judiciales inſtantias audi-
vit; ut in *Summ. Andreæ Angeli num.* 4.;
diſtinguendo probant *Caſtald. conſult. fo-*
renſ. 24. *num.* 17., *& ſeq.*, *Card. de Luc. de*
hæred. diſc. 20. *num.* 15., & pluries firmavit
*Rota, ut videre eſt coram Celſ.dec.*167.*n.*11.,
coram Bichio dec. 469. *num.* 9., *coram ſa. me.*
*Alexandro VIII. dec.*47. *num.* 6., *& ſeq.*, *in*
rec. dec. 131. *num.* 2., *&* 3 *par.* 6., *in Roma-*
na, ſeù Civitatis Caſtelli Cenſus 28. *Janua-*
rii 1697. §. *Nec juvat coram bo. me. Urſino*,
& in Camerinen. Manutentionis, ſeu Cen-
ſuum 10. *Martii* 1698. §. *Tertio quod coram*
Reverendiſſimo D. meo Decano; Animad-
tebant Domini reſpectu bonorum fideicom-
miſſariorum dicti Petri Pauli, detrahendam
ex illis eſſe medietatem tertiæ partis Joanni
Bapt. uni ex hæredibus gravatis titulo legi-
7 timæ debitam: quæ ſicut ab onere fideicom-
miſſi exempta erat, ita validè potuit favore
creditorum obligari, *Gratian. diſcept.* 594.
*num.*3., *Urceol.conſult. forenſ. cap.*6.*num.*7.,
*Merlin.de legitim.lib.*3.*tit.*2. *quæſt.*7.*num.*1.,
& ſeqq.

Quin ſubſiſteret replicatio, quod fidei-
committens detractionem hanc expreſsè
prohibuerit, dùm poſt appoſitam in teſta-
mento cujuſcumque alienationis prohibitio-
nem, addidit, ibi -- *Pregando i miei Eredi a*
contentarſi di non detrare la loro legitima,
ma laſciarla ſottopoſta a queſto fidecommiſſo
per utile, & accreſcimento di caſa Santoli-
ni -- licet namque hujuſmodi verba, & ſi
8 deprecativa regularitèr in ultimis voluntati-
bus præceptum importent; ex theorica *Bar-*
tol. in leg. Gallus num. 4. *ff. de liber.*, *&*
poſthum.; in hypotheſi tamen quia teſtator
9 in ſuperiori periodo alienationis prohibitiva
uſus fuerat verbis præceptivis, ac poſtea de-
ſcendendo ad diſpoſitionem circa legitimam,
mutata loquendi formula, hæredes rogavit,
ne illàm detraherent; videntur potiùs præ-
ſeſerre ſimplex conſilium, quàm præciſam
neceſſitatem ſubjiciendi legitimam fideicom-
miſſo, ex traditis per *Peregrin. de Fideicom.*
*art.*1. *num.* 48. *cum ſeqq.*, *Rot. dec.* 124. *n.* 1,
*par.*16. *rec.*, & in omnem caſum, dato etiam,
10 quod ex illis præceptum prohibitivum de-
tractionis reſultaret; adhuc deficiente in eo
vulgata cauthela *Soccini jun. in conſ.* 122.
*num.*9. *lib.*1., non ſufficeret ſimplex accepta-
11 tio teſtamenti ex aditione deſumpta, niſi
copulativè concurreret ſpecialis, & indivi-
dua legitimæ renunciatio, aut declaratio
filii, quod velit illam fideicommiſſo ſuppo-
nere; per *Text. in leg. ſiquando* §. *Et genera-*
litèr C. de inoffic. Teſtam., *Mart. de ſucceſſ.*
legal.par. 4. *quæſt.* 23. *art.* 8. *num.* 10. *cum*
ſeqq., *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 9.
*num.*12. *&* 32., *Rot. coram Ludoviſ. dec.*489.
n. 22., *coram Pamphil. dec.*289.*n.*7., *coram ſa.*
mem. Alex. VIII. dec. 235. *num.*18., *& ſeq.*,
*in rec. dec.*342. *num* 9. *par.* 5., *dec.*269. *n.*12.
& 13. *par.*11., *dec.*188.*num.*2. *& ſeq. par.*16.,
& in Melevitana legitimæ, & trebellianicæ
4. *Junii* 1687. §. *Non obſtat coram bo. me.*
Benincaſa, & in Carpentoraten. legati legi-
timæ 5. *Maii* 1694. §. *Nec prætendi*, con-
firmata 24. *Januarii* 1695. §. *Minùs coram*
R.P.D. meo Caprara.

Licet autem deficiens expreſſa Soccini
cautela, ſuppleatur diceretur per æquipol-
12 lens (prout ſuppleri poſſe, firmavit ſepè
Rot., & ſignantèr *in dec.* 202. *num.* 7., *& de-*
ciſ. 254. *num.* 5. *par.* 14. *rec.*) eo ipſo quod
teſtator poſt expreſsè prohibitam quamcum-
13 que alienationem, ac detractionem -- *ſotto*
qualſivoglia pretesto, cauſa, & occaſione
etiam urgente, & urgentiſsima, e che foſſe
tale, che biſognaſſe farne qui eſpreſſa men-
tione -- in caſu contraventionis adjecerit
pœnam caducitatis, & devolutionis favore
aliorum ſucceſſivè vocatorum, repetita quo-
ad iſtos ſimili prohibitione cum expreſſa
mentione legitimæ; non exindè cenſueve-
runt Domini dici poſſe per æquipollens ſer-
vatam Soccini cautelam. Iſta enim princi-
19 palitèr conſiſtit in eo, quod pater per viam
præmii filios alliciat ad ſupponendum fidei-
commiſſo legitimam, eoſque, in caſu, quo
nolint adjectum onus acceptare in legitima,
inſtituat: quia tunc non ex diſpoſitione pa-
tris, ſed ex voluntate, ac judicio filii pen-
16 det electio. Cùm autem hoc in præſenti
factum non fuerit; quævis legitimæ prohibi-
tio, & alia quæcumque diſpoſitio ſuper ea
nullatenus attenditur; *Bonden.collect.legal.*4.
num.

num. 147. *verſ. nihilominus*, *Andreol. con-
trov.* 250. *num* 1. *& ſeqq.*, *Merlin. de legit.
lib.3. tit.2. quæſt.* 8. *num.* 9. *&* 10., *Rot. cor.
Dunoz. jun. dec.*99. *num.*7., *in rec.*, *dec.*342.
num. 11. *cum ſequentibus par.* 5., *& in Fa-
ventina Manutentionis* 11. *Maii* 1682.
§. *Quia hæc ipſi coram bo. me. Pauluccio*.

Et in ſpecie, quod prohibitio detractionis
10 legitimæ ſub pœna caducitatis non ſuppleat
cautelam Soccini, quodque propterea illa
inefficax remaneat, tradunt *Gratian. diſcept.
for. cap.* 249. *num.* 7. *&* 10., *Torr. de pact.
futur ſucceſſ. lib.2. cap.*33. *num* 165. *verſ. nec
dicatur*, & firmavit *Rota dec.* 206. *num.* 4.
verſ. non tamen par. 1. *rec.*

Non attenta replicatione, quod præcedens
prohibitio cujuſcumque alienationis ſub pœ-
na caducitatis, tanquàm generica, non
18 comprehenderet legitimam; ideoque ſicut
illa, dicta prohibitione non obſtante, de-
trahi poterat; ita dicendum ſit tacitam ſal-
tem inſtitutionem, In legitima præceſſiſse:
ac proinde cautelam Soccini per æquipollens
fuiſse ſervatam, juxta dictas *deciſiones* 202.,
& 254. *par.* 14. *rec.* à ſcribentibus pro Do-
minico pluries, atque pluries allegatas. Ani-
19 madvertebant namque Domini, quod in
caſu dd. deciſionum teſtator non privaverat
filium commodo integralis hæreditatis, qua-
tenus legitimam detrahere voluiſset, ideo-
que inſerunt eædem deciſiones, quod in illa
cenſeretur inſtituta. At in præſenti res è
20 converſo ſe habet, quia filius in caſu detra-
ctionis privatus fuit omni commodo, dùm
voluit teſtator hæreditatem abſque diminu-
tione devolvi: qua ſtante circumſtantia, ne-
21 dùm deciſiones non adverſantur: ſed immò
retorquentur; ut ſignantèr videre eſt in *dicta
dec* 202. *num.* 7. *par.* 14., ibi -- *Quidquid di-
cendum foret in caſu quo, quocumque com-
modo teſtamenti filios pater orbaſſet*, & in
individualibus terminis, quod ſi filius non
obſequens præcepto teſtatoris privetur omni
commodo teſtamenti, non addito expreſsè,
quod legitimam conſequatur, tunc dici non
poſſit ſervata cautela Soccini; tradunt *Cy-
riac. contr.*148. *num.*10., *Merlin. de legitim.
lib.3. tit.* 2. *qu.* 8. *num.* 9., *Add. ad Ludoviſ.
dec.*489. *num.* 27. *in fine verſ. non tamen ſuf-
ficeret*, *& Rota dicta dec.*342. *num.*15. *par.*5.
recent.

Quodque ſi prohibitioni alienationis ad-
datur pœna caducitatis, non autem explicita
23 inſtitutio in legitima, eo caſu dicatur ſolum
ſervata cautela Cumani communitèr rejecta,
probant *Peregrin. de fideicom. art.*36. *n.* 62.,
Thomat. deciſ. 4. *num.* 2., & late ponderatis
dd. deciſionibus 202. *&* 254. *par.* 14. in con-
trarium adductis, *Torr. de pact. futur. ſucceſ.
lib.2. cap.*33. *à num.*152. *cum plurib. ſeqq.*

Firmata competentia detractionis legiti-
mæ, utpote ſub prohibitione non cadentis;
inutilitèr opponebatur, illam fuiſse ab hære-
de amiſsam, ob non confectum inventarium,
& ſubſequutas bonorum alienationes. Quo
enim ad omiſſionem inventarii, tritæ ſunt re-
gulæ, quod ex hoc ſolo defectu filius legiti-
24 ma non privetur, ex firmatis per *Rot. coram
Peutinger. dec* 359. *num.* 4., *coram ſa. mem.
Alexandro VIII. dec.* 235. *num.* 30., *coram
Bichio dec.* 32. *num.* 7., *in dicta Camerinen.
manutentionis, ſeu cenſuum* 10. *Martii* 1698.
§. *Non refragantibus coram Reverendiſsimo
D. meo Decano*. Quo verò ad alienationes
præterquamquod illæ, de quibus conſtat;
ſunt modicæ, adeout dici non poſſit; ex eis
conſumptas fuiſse detractiones in longe ma-
jori quantitate debitas; ut pluribus relatis
reſpondit *Rot. dec.*123. *num.*11. *par.* 16. *rec.*,
& in Bononien. Fideicommiſsi de Barzonis
16. *Januarii* 1697. *coram Reverendiſsimo
D. meo Decano*.

Ceſsat in univerſum difficultas; ex quo
verſamur in retrovenditione cenſuum fidei-
commiſsariorum aſcenden. in totum ad
26 ſcut. 487. 50., qui actus tamquàm neceſsarii
conjungi non valent cum omiſſione inventa-
27 rii ad præſumend. legitimæ conſumptionem
ſed voluntariæ alienationes requiruntur
Card. de Luc. de legitim. diſc. 25. *num.* 43.,
& in puncto firmavit *Rot. dec.* 269. *num.* 14.
et ſeq. par. 11. *rec.*

Potiſſimè quia de ſtatu bonorum fideicom-
mittentis conſtabat nedùm ex folio judiciali-
tèr confecto de anno 1685. inter cohæredes
fideicommiſsarios, & Andream Angelum
creditorem; juxta quod integer aſsis fidei-
commiſsarius aſcendebat ad ſcut. 24974.
verùm etiam ex relatione periti à me nuper
electi, qui diligentèr diſtinguendo ſtabilia
urbana, & ruralia, cenſus, credita, mobi-
lia, ſemoventia, & fructus à fideicommit-
tente relictos, retulit ſtatum hæreditarium
in prædicta ſumma ſcutorum 24974., & por-
tionem legitimæ dicto Joanni Baptiſtæ con-
ſequentèr debitæ calculavit in ſcutis 4163.
Summ. Andreæ Angeli num 12. *litt. B.*, ac
demum partitas recolligendo firmavit rèma-
nere pro creditoribus in hæreditate Jo. Ba-
28 ptiſtæ ſummam ſcut. 5417. 54., ut in reſtrictu
dato in *Summ. num.* 18. Quapropter cum
non doceatur de alienationibus, quæ corre-
ſpondeant quantitati debitæ pro legitima,
fruſtra præſumptiones allegantur *ex autho-
ritatibus in ſuperiori* §. *adductis*.

Hinc autem poſito, quod bona per Domi-
nicum poſseſsa, pro dicta ſumma ſcut. 5417.,
juxta periti relationem affecta remaneant
hypothecæ favore creditorum Jo. Baptiſtæ,
ac per conſequens longè ſuperent ſummam
ſcut. 700., pro quibus Andreas Angelus man-
datum obtinuit; viſum fuit Dominis non eſse
ad retardandam iſtius exequutionem admit-
tendas detractiones ex parte Dominici oppo-
ſitas. Non quidem prima ſcut. 3500. pro re-
cuperatione dotis Theodoræ matris: quia
iſta jam fuit à perito ſubducta in partita ſcut.
4375. ibi -- *Debito per conto proprio de Si-
gnori Eredi ſcudi* 4375., -- & hæc ſumma
conflatur pro ſcut. 3500. ex dote, & pro
ſcut. 875. ex lucro dotali, ut inferius decla-
ravit peritus, ibi -- *Quando però a beneficio*

de

de Signori Eredi non ſi doveſſe calcolare il quarto dotale, reſtarebbe il debito in ſ u-d: 4619. -- dicto Summ. num. 18., & latius in *Summ. reſponſionis num. primo*. Minus ſecundam ſcut. 8700. pro totidem à Dominico, ejuſque fratre ſolutis in complementum dotis per Petrum Paulum fideicommittentem promiſſæ Catherinæ ipſius nepti: Tum quia de hoc reſiduali fideicommittentis debito fuit
30 habita ratio in calculatione legitimæ: tum quia, cùm ab iſta Jo. Baptiſta medietatem legitimæ dumtaxat aſſequatur, calculanti pa-
31 tet, quod facta hujuſmodi deductione, minuendum eſſet ipſius Jo. Baptiſtæ creditum in tenui ſumma ſcut. 233. ob. 23.. Non tertiam ſcut. 1500. ab eodem Dominico, & fratre ſolutorum Deodatæ ſorori: cum enim ſolutio à fratribus facta fuerit abſque ulla jurium reſervatione contra bona fideicommiſſaria; non
32 poſſunt illam à fideicommiſſo repetere, tam etſi teſtator fæminas dotari juſſerit: cùm
33 tale præceptum intelligatur, quatenùs hæres gravatus de proprio dotare nequeat: *Add. ad Ludoviſ. dec.*543. *n.*50., *& Rot. coram Seraphin. dec.*540. *n.*4, *& in dicta Bononien fideicommiſſi de Burzanis* 16. *Januarii* 1697. *§. Denique coram Rmo. D meo Decano*. Nec demùm quartam ſcut. 400. pro cenſibus capellaniæ aſſignatis, & à Jo. Bap-
34 tiſta unà cum fratre diſtractis; quia jam prius medietatem illius ſummæ ad ipſius Joan. Baptiſtæ debitum calculavit *dicto ſumm. n.* 18. ibi -- *Debito per conto della capellania ſcud* 200.

Et ita, omiſſis aliis levioris ponderis, reſponſum fuit utraque &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Veneris 25. *Februarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Viduæ ex conſtitutione Cathaloniæ habenti tenutam, ſeu poſſeſſionem ſuper omnibus bonis, & juribus defuncti, ad effectum aſſecurationis ſuæ dotis, non competit exercitium jurispatronatus, quod ad virum pervenerat ex fideicommiſſo ad alios deſcendentes tranſitorio: ſed illud ſpectat ad vocatos; & dictam tenutam in bonis fideicommiſſo ſubjectis non procedere declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus tranſit ad ſubſtitutos cum univerſitate bonorum; quando in fideicommiſſi inſtitutione favore primi hæredis erat comprehenſum.*

2 *Litteræ apoſtolicæ verificatæ celerem exequutionem merentur.*

3 *Vidua ex conſtitutione Cathaloniæ pro credito dotis efficitur tenutaria omnium bonorum, actionum, & jurium viri.*

4 *Juriſpatronatus exercitium, & jus præſentandi ſunt illius fructus.*

5 *Et ad dictam viduam effectam tenutariam pertinet exercitium, ſeu jus præſentandi juriſpatronatus, quod in bonis viri inhærat, ad excluſionem ejuſdem viri hæredum.*

6 *Secùs ſi juſpatronatus, vigore fideicommiſſi, favore deſcendentium ordinati, cum cæteris bonis ad virum pervenerat: quia tunc ad hæredes, ex propria perſona venientes, pertinet jus præſentandi.*

7 *Tenuta favore uxoris ex conſtitutione Cathaloniæ procedit in poſſeſſione bonorum, quæ inhærat apud virum defunctum ex cauſa tranſitoria ad hæredes: non verò reſpectu bonorum fideicommiſſariorum, quæ independenter à defuncto tranſeunt ad ulteriores vocatos.*

8 Cortiad. *firmans, quod ex dicta conſtitutione deferatur ad viduam etiam poſſeſſio bonorum fideicommiſſariorum, intelligendus venit in terminis, quod ſit locus*, auth. res quæ Cod. commun. de legat.

9 Auth. res quæ *remedium locum tantùm habet in fideicommiſſo aſcendentis, non autem extranei.*

10 *Competentia juris præſentandi per rem judicatam unius favore canonizata facit nullam alterius præſentationem.*

11 *Res judicata non attenditur, cùm Signatura committit cauſam cum clauſula* -- ex integro.

DECISIO CLXX.

JUſpatronatus beneficii ſub invocatione B. Mariæ Virginis ſecundum nuncupatum in Eccleſia Parochiali Villæfranche del Panades Barchinonen. Diœceſis, vigore teſtamenti per Franciſcum Hieronymum Barbau conditi, cum onere perpetui fideicommiſſi, tranſivit ad Cæſarem de Villalonga hæredem primo loco inſtitutum; & deinde ad Bernardum illius filium, cui ſucceſſit Maria Emanuel filia nupta Baroni Guillelmo de Furra: qua defuncta, ſuperſtite ſolùm Iſabella unica filia, Baro prædictus nti pater, ejuſque legitimus adminiſtrator anno 1694. ad idem beneficium vacans per obitum Raphaelis Morgades præſentavit Felicem Soldevilla, qui ſub narrativa, quod præſentatus fuiſſet à modernis beneficii patronis, aut majori parte, vel ſaltem medietate ipſorum, litteras pro præſentato à Sede Apoſtolica impetravit. E contra verò Thereſia Sacol vidua rel. prædicti Bernardi, tanquam tenutaria omnium illius bonorum, quorum poſſeſſio pro ſecuritate propriæ dotis, aliorumque jurium ex conſuetudine Cathaloniæ, incipientem *hac noſtra*, *ſub titulo diſſoluto matrimonio*, in eam tranſiverat; ſupponens ad ſe delatum etiam juſpatronatus, Joannem Tort coram ordinario præſentavit.

Hinc cepta lis inter utrumque præſentatum coram Epiſcopo Barchinonen.; quo interim defuncto, Felix obtinuit à Sede Apoſtolica in exequutorem ſuarum litterarum ſubrogari officialem Reverendiſſimi Archiepiſcopi Tarraconen.; & ab hoc ſucceſſivè ſub

d e 10. Maii ſententiam ſuper illarum exe-
quutione; cujus proinde vigore beneficii poſ-
ſeſſionem apprehendit. Vice autem verſa,
Joannes alter præſentatas à Thereſia die 17.
ejuſdem menſis Maii, aliam reportavit à Vi-
cario Capitulari Barchinonen. ſententiam
declarantem, beneficium ipſi eſſe adjudican-
dum: habitâque poſtmodum notitiâ poſſeſ-
ſionis a Felice occupatæ ipſo non citato, ap-
pellando à ſententia Judicis Tarraconen. ob-
tinuit per Signaturam Juſtitiæ reſcribi -- *Ad
Rotam ex integro*. Quocirca commiſſa mihi
cauſa propoſui dubium -- *An litteræ apoſto-
licæ ſint exequendæ* -- & *affirmativa* prodiit
reſolutio.

Cùm enim juſpatronatus controverſi bene-
ficii ab antiquiſſimo temp... ad Franciſcum
Hieronymum Barbau unicè ſpectaſſe conſtite-
rit ex pluribus præſentationibus tam per eum
factis, quàm per Cæſarem, & Bernardum il-
lius hæredes, ut dixit *Rota coram Bichio
dec.* 118. *n.* 1., *in rec. dec.* 224. *n. final. p.* 1. *dec.*
697. *n.* 4. *p.* 16., *& in Lunen. Sarzanen. bene-
ficii* 23. *Januarii* 1693. §. *Neque hic coram
R̄mo Zamoren*, incontrovertibile fit, quod
ſicut Iſabella à Judice de partibus anno 1693.
tanquam de genere vocatorum admiſſa fuit
ad ſucceſſionem omnium bonorum fideicom-
miſſariorum dicti quondam Franciſci Hiero-
1 nymi; ita etiam ad ipſam delatum fuit inte-
grum juſpatronatus, quod ſub univerſitate
bonorum tranſit ad ſubſtitutos, quando in in-
ſtitutione comprehenſum fuit favore primi
hæredis, ut firmavit *Rot. coram Priolo dec.*
113. *n.* 4 *& ſeqq., & ſignanter n.* 6., *& in Lau-
den. Canonicatus* 16. *Martii* §. *Nec quid-
quam facit*, *&* 27. *Junii* 1696. §. *Ad augen-
dum coram bo. me. Emerix confirmato* 4.
Martii 1697. §. *Nec allegata coram R. P.
2 D. meo Tremoille*. Ideoque litteræ Felicis
tam circa narrativam juriſpatronatus, quàm
in aliis verificatæ celerem merentur execu-
tionem, vulgato *cap. ſi capitulo de conceſſio.
præbend. in* 6., Rot. *in Mediolanen. Priora-
tus* 11. *Decembris* 1699. §. *Stetit ratio cor.
R̄mo meo Decano*.

Non obſtat, quod Thereſia creditrix ſua-
3 rum dotium, vigore ſupramemoratæ conſti-
tutionis Cathaloniæ effecta fuerit tenutaria
omnium bonorum, jurium, & actionum Ber-
4 nardi viri, & ſic etiam prædicti juriſpatro-
natus; cujus exercitium, & jus præſentandi,
5 tanquam ipſius fructus, ad excluſionem veri
hæredis ad illam quoque pertinere dicatur.

Objectum namque ſubmovetur ex eo,
6 quod præſens juſpatronatus promanans ab
hæreditate Franciſci Hieronymi ſuppoſitum
fuit cum cæteris illius bonis fideicommiſſo
per eundem ordinato favore deſcendentium
ex Cæſare: ac proinde ad præſentandum ad-
mitti non poſſunt perſonæ extraneæ, qualis
eſt Thereſia: ſed dumtaxat illi, qui ſunt de
genere vocatorum: quem ordinem, & jura
7 fideicommiſſorum conſtitutio Cathaloniæ
pervertere non poteſt; eaque intelligenda
venit reſpectu poſſeſſionis bonorum, quæ re-
periebantur apud defectum ex cauſa de ſui
natura tranſitoria ad hæredes: non autem
reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubjecto-
rum, quæ independenter à defuncto tran-
ſeunt ſolùm ad eos, qui ſunt in fideicommiſſo
vocati; ut examinato articulo, & loquendo
de hac conſtitutione probat *Fontanell. de
pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 4. *n.* 6. *&
ſeqq.*, *& n.* 26.

Cui non adverſatur authoritas *Cortiad in
decif. Cathalon.* 276. *n.* 41. firmantis, quod ex
præfata conſtitutione deferatur etiam ad vi-
8 duam poſſeſſio bonorum fideicommiſſi vincu-
lo ſubjectorum. Loquitur enim in caſu, quo
bona libera viri pro dotis reſtitutione ſuffi-
cientia non adſint; adeout ſit locus ſubſidia-
riæ illius detractioni ex bonis fideicommiſſa-
riis, ad terminos *Auth. res quæ Cod. com-
mun. de legat.*; ut ſe litteraliter explicat *n.*
46. *&* 48.: ac proinde ſicuti in hypotheſi,
9 qua agitur de fideicommiſſo condito ab ex-
traneo, non autem aſcendente procedere
nequit remedium *Auth. res quæ*; ita neque
conſtitutionis diſpoſitio valet allegari; ut ge-
neralibus omiſſis probat idem *Cortiad.*, ubi
ſupra *n.* 48. *&* 49.

Prout non relevat, quod ex ſententia Vi-
carii Capitularis Barchinonen. in judicatum
10 tranſacta, declaratum fuerit; jus præſentandi
ſpectare ad Thereſiam; ideòque inſecta re-
maneat Felicis præſentatio facta per Iſabel-
lam. Cùm enim Signatura Juſtitiæ, ut in fa-
cto præmiſimus, cauſam noſtro tribunali
11 commiſerit cum clauſula *ex integro*; indè
ſequitur, quod ſententiæ à partibus reporta-
tæ, nullam prorſùs mereantur animadver-
ſionem, perindè ac ſi non emanaſſent; ut la-
tè probat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 734.
n. 35. *verſ. Verùm iſta cum pluribus ſeqq.*,
ibique *Carol. Anton. de Luc. in animadver-
ſion. n.* 8. Potiſſimè dum ex præmiſſis injuſti-
tia dictæ ſententiæ ſatis apertè remanet com-
probata.

Et ita, utraque &c.

LEODIEN. JURISDICTIONIS SUPER ATTENTATIS.

Lunæ 7. *Martii* 1701.

ARGUMENTUM.

Attentatis per deſertionem litis renunciatum,
dicitur. Actus facti poſt præſentatam inhibi-
tionem, ea non reproducta, non ſunt atten-
tati. Neque attentata cadunt, aut ſunt pur-
ganda in eo, qui poſſeſſionem continuat, vel
cùm de non jure petentis conſtat. Sequeſtrum
à Judice appoſitum, revocatur per viam nul-
litatis, & in gradu appellationis, non autem
per viam purgationis attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas, ex actorum revolutio-
ne, reſultat.*

2 *Cauſa dicitur extincta cum deſerta fuit co-
ram*

ram uno Judice, novumque judicium coram alio ex integro incohatum.

3 *Attentatis commiſſis in cauſa deſerta dicitur renunciatum.*

4 *Etiamſi Signatura in commiſſione cauſæ facultatem præſervaverit purgandi attentata.*

5 *Facultas purgandi attentata à Signatura præſervata intelligitur, quatenùs attentata de facto exiſtant, & ſint de jure purganda.*

6 *Actus geſti, pendente recurſu ad Signaturam, & poſt expeditas citationes ſunt attentati.*

7 *Secùs ſi citationes non fuerint reproductæ.*

8 *Citati credulitas, quod ſtante non reproductione citationis ea citans uti nolit, ejus actus à vitio attentatorum excuſat.*

9 *Poſſeſſionis continuatione, nemo per ſolam introductionem litis debet privari.*

10 *Qui continuat non attentat.*

11 *Etiamſi recurſum factum fuerit ad Signaturam: quando tamen ſuper continuatione actus exerciti inhibitio ſpecialiter non emanavit.*

12 *Et etiam ſi lis in Rota fuerit introducta, quando ab illa non emanavit ſpecialis inhibitio.*

14 *Purgatio attentatorum non demandari ſolet cùm conſtat de non jure petentis.*

15 *Decimæ dignitati abbatiali annexæ ſpectant ad Abatiſſam.*

16 *Sequeſtrum expediri non poteſt pro exactione Decimarum ſuper quibus nullum jus competit.*

17 *Sequeſtrum appoſitum à Judice in exercitio ſuæ juriſdictionis non debet revocari per viam attentatorum; ſed per viam injuſtitiæ & in gradu appellationis.*

DECISIO CLXXI.

GEminis hujus noſtri Auditorii judicatis, altero Reverendiſſimi Domini mei Decani prævia *deciſione edita* 11. *Aprilis* 1698., & altero R. P. D. mei Prioli præva pariter *deciſione* 4. *Februarii* 1699., declarantibus in exercitio actuum juriſdictionalium ab Abatiſſa Thoronſi controverſorum, non attentaſſe Archidiaconum Campiniæ, neque Sereniſſimum Ordinarium Leodienſem; adhuc eadem Abbatiſſa non acquieſcens, obtinuit mihi appellationis cauſam committi: ſed cum iſtius proſequutionem negligeret; & è contra Sereniſſimus Ordinarius terminationem exoptaret; idcircò ad hujus inſtantiam propoſui dubium: *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda, & pro confirmatione* prodiit reſolutio.

Suppoſita namque validitate ab actorum
1 revolutione, juſtitiam comprobant præfatæ
deciſiones, quarum fundamenta undequaque
ſubſiſtunt, ac triplicem attentatorum ſpeciem
ab Abbatiſſa prætenſam totaliter excludunt.

Et ſanè quoad primam ſpeciem reſpicientem
actus expletos poſt præſentatam inhibitionem
Reverendiſſimi Nuncii Colonien.;
2 placuit Dominis fundamentum; quod cùm
Abbatiſſa litem coram Nuncio introductam
deſeruerit, novumque judicium in noſtro tribunali
ex integro incohaverit, utique ſicut
3 primæva lis extiocta remanſit; ita cenſetur
attentatis in illa commiſſis renunciatum; juxta
*deciſionem primam de appellat. in novis, &
deciſ. 76. eod tit. in antiq.*, cum aliis in *dicta
deciſ. Rm̃i. D. mei Decani §. Procedendo*,
& *in alia R. P. D. mei Prioli §. Verùm.* Id-
4 que etiamſi à Signatura Juſtitiæ in commiſ-
ſione cauſæ præſervata fuerit facultas pur-
5 gandi attentata; cùm iſta intelligatur, qua-
tenùs attentata de facto exiſtant, ac de jure
veniant purganda; ut in *dicta deciſ. R. P. D.
mei Prioli §. Non obſtante.*

Ita etiam excludi viſa fuit ſecunda ſpecies
attentatorum ex eo deducta, quod pendente
recurſu ad Signaturam, & poſt expeditas lit-
6 teras citatoriales archidiaconus ab exercitio
actuum juriſdictionalium non deſtitiſſet. Cùm
7 enim præfatæ litteræ, tempore debito re-
productæ non fuerint; ſed lapſo jam anno,
utique potuit archidiaconus probabiliter
8 opinari, quod Abbatiſſa illis ampliùs uti nol-
let, & hæc juſta credulitas ſat eſt ad excu-
ſandos actus à vitio attentatorum; ut probat
*Lancellot. de attentat. p. 2. cap. 4. limit. 47.
per tot.*; cum quo pertranſit *dicta deciſ. R.
P. D. mei Prioli §. Minus.* Potiſſimè cùm
actus ab Archidiacono geſti ſecum ferant
9 dumtaxat continuationem poſſeſſionis: qua
nemo debet per ſolam litis introductionem
10 privari; eamque continuando attentare non
dicitur; juxta regulam, de qua *Rot dec. 101.
n. 14. p. 19. rec.* cum aliis *in dicta deciſione R.
P. D. Prioli §. Abſque eo quod.*

Non urgente reſponſione, quod recurſus
ex parte Abbatiſſæ petitus ad Signaturam,
11 explicitè percuteret ipſam poſſeſſionem
exercendi actus juriſdictionales: quia cùm
inhibitio ſpecialiter ſuper illius continuatio-
ne non emanaverit, rectè potuit Archidia-
conus, citra vitium attentatorum, continuare;
ut diſtinguendo comprobat *prima hujus cau-
ſæ deciſio coram Rm̃o D. meo Decano §. Non
relevante.*

Inſubſiſtens denique viſa fuit tertia ſpe-
12 cies attentatorum reſultantium ex actibus
exercitis poſt litem in ſacra Rota introdu-
ctam, vel quia ſuper illis non emanaverat
ſpecialis inhibitio; adeout recurrat mox ad-
13 ducta regula, quod continuatio poſſeſſionis
attentatum excludit; vel quia cùm poſtea
favore Sereniſſimi Ordinarii, & Archidia-
coni conceſſa fuerit manutentio; actus præ-
cedentes, tametſi geſti in ſpretum inhibitio-
14 nis, circumſcribendi non eſſent per viam
attentatorum, cùm iſtorum purgatio quoties
conſtat, ut hic, de non jure petentis paſſim
ſoleat denegari; juxta firmata in *prima deci-
ſione Rm̃i. D. mei Decani §. Ex qua diſtin-
ctione, & in poſtrema R. P. D. mei Prioli
§. Et ex his.*

Et quamvis inter actus ſuper quorum
exercitio conceſſa fuit Sereniſſimo Epiſcopo
manutentio, non recenſeatur jus exigendi
15 decimas ad Abbatiſſam ſpectantes, utpote
dignitati

16 dignitati Abbatiali annexas; itaut iſtarum reſpectu ceſſante fundamento boni juris, in comperto ſit ſequeſtrum minimè decerni po-
17 tuiſſe; non ideò iſte actus revocari debet rigoroſo remedio attentatorum, ſed per viam injuſtitiæ, ac in gradu appellationis; dum in hac parte dici nequit Epiſcopum gerendo munus judicis in exercitio ſuæ ordinariæ juriſdictionis attentaſſe; ut comprobat *dicta deciſio R.P.D. mei Prioli §. finali.*

Et ita, altera &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE GHISLERIIS.

Ven. 15. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Appellatione deſcendentium familiæ, & lineæ, quando veniant maſculi ex fæminis; & quando ex primarum dotatarum excluſione, non dotatarum deſcendentes repulſi à fideicommiſſo non dicantur, & proemialis pars quomodo à diſpoſitiva concilietur, & interpretationem accipiat optimè perpenditur.

SUMMARIUM.

1 *Duæ ſententiæ Bononiæ induceunt rem judicatam.*

2 *Deſcendentium appellatione æque deſcendentes ex maſculis, ac ex fæminis comprehenduntur,* & num. 7.

3 *Fortiùs ſi finita linea, proximiores ſubſtituantur à teſtatore.*

4 *Lineæ appellatione, ſepoſito adjectivo* maſculinæ, *deſcendentes ex fæminis comprehenduntur,* & num. 27.

5 *Deſcendentium appellatione, ex fæminis provenientes excluduntur; quando fuit habita ratio conſervandæ agnationis.*

6 *Agnationis contemplatio excluditur ex contemplatione deſcendentium in infinitum.*

8 *Pars diſpoſitiva cùm eſt clara, genericam rationem appoſitam in proœmiali, declarat, & explicat.*

9 *Pars proœmialis ſe referens ad diſpoſitivam, diſtinctè ab ea non poteſt conſiderari.*

10 *Familiæ nomen æquè verificatur de civili, ac de materiali, maſculos, ac fæminas comprehendente.*

11 *Familiæ nomen aliquam agnationem deſignat: explica, ut* num. 13. & 14.

12 *Proœmialis pars cum, ſub nomine familiæ, eſt dubia, an familiam civilem, vel materialem deſignet; interpretationem recipit, & intelligitur de ea familia, de qua loquitur pars diſpoſitiva,* & n. 16.

13 *Familiæ nomen agnationem ſignificat quando agitur de materia admittente ſolos maſculos, ut feudorum, majoratuum &c.*

14 *Vel quando etiam in materia indifferenti teſtator ad ſolos maſculos de linea maſculina vocationem ſtrictè, & rigoroſè reſtrinxit.*

15 *Dictio* -- ſua -- *adjecta familiæ, eam ad civilem reſtringit.*

16 *Secùs quando eſt adjecta in parte proœmiali, & in parte diſpoſitiva declaratur de familia materiali, quia eam non alterat: ſed juxta diſpoſitivam eſt intelligenda.*

17 *Familia ſua verificari poteſt à familia materiali latè ſumpta pro poſteritate, ad deſcendentia.*

18 *Et tunc pronomen* -- ſua -- *intelligi poteſt appoſitum ad diſtinguendum Columnellum, in quo reperitur teſtator, à quacumque alia familia ejuſdem cognominis.*

19 *Agnationis contemplatio non arguitur ex eo, quod vocaverit teſtator nepotes ex maſculo, neglectis nepotibus ex fæminis ejuſdem gradus.*

20 *Excluſio ſororis nuptæ, & dotatæ non importat excluſionem aliarum fæminarum deſcendentium; quæ talem qualitatem non habent.*

21 *Teſtator, etiam abſque contemplatione agnationis, ex diverſa affectione impelli poteſt erga nepotes ex maſculo, potiùs quàm ex fæmina.*

22 *Patris excluſio filiæ dotatæ cum inſtitutione maſculorum, rationem conſervandæ agnationis non importat: ſed ſolam prædilectionem maſculinitatis in ingreſſu: itaut in progreſſu fæminæ ex maſculis admittantur.*

23 *Fideicommiſſum ordinatum à teſtatore favore nepotum maſculorum, cum præcepto dotandi teſtatoris proprias filias, maſculinum cenſetur, ad excluſionem fæminarum.*

24 *Intellige procedere ſi teſtator vocavit lineam maſculinam ſuorum filiorum.*

25 *Limita tamen, quando poſt primam excluſionem fæminarum, vocavit deſcendentes de ſua linea.*

26 *Nomina* filiorum & deſcendentium *tam maſculos quàm fæminas comprehendunt.*

28 *Diſcretivæ vis eſt, quod id quod ſi voluit expreſſit, id quod non expreſſit noluiſſe cenſeatur,* & n. 31.

29 *Agnationis ratio in linea deſcendentium præcedenter vocata habita fuiſſe, non ex eo videtur, quia ea deficiente agnati ſunt ad fideicommiſſum à teſtatore invitati.*

30 *Agnationis ratio in uno caſu, & ſubſtitutione haberi poteſt, quin ex ea inferatur habitam quoque fuiſſe in alio.*

32 *Fideicommiſſum agnatitium in ſecundo teſtamento non ideò arguitur; quia in præcedenti omninò revocato ita fuerit conditum.*

33 *Teſtatoris mens non arguitur ex prima diſpoſitione ad ſecundam: cùm in iſta prioris revocatoria, eadem fuerit omninò immutata.*

DECISIO CLXXII.

POſt tres conformes ſententias; alteram Vicarii Generalis Bononiæ, alteram R.P.D. Prolegati, de voto Auditoris Generalis, ac Rotæ d. civitatis; alteram noſtri tribunalis coram bo. me. Benincaſa, declarantes, ſucceſſionem in bonis hæreditariis Capitanei Caroli

Digitized by Google

roſſi de Ghiſleriis, per obitum Marchioniſſæ
Lucretiæ, apertam fuiſſe favore Marchionis
Cæſaris, aliorumque fratrum de Tanariis,
illius filiorum; commiſſa per Signaturam Ju-
ſtitiæ ulterioris appellationis cauſa Reve-
rendiſſimo D. meo Decano, cum clauſula
Alteri qui ad legitimam: Senator Franciſcus
Ghiſlerius, contendens, fideicommiſſum,
utpotè agnatitium, ad ſe delatum fuiſſe, cu-
ravit ad cauſam admitti in ſtatu, & terminis.
Sed voti compos factus non fuit; dum diſpu-
tato in audientia diei 17. Junii 1697. dubio:
-- *An eſſet procedendum ad legitimam* -- *affir-
mativa* prodiit reſolutio, tam contra poſſeſ-
ſores locorum montium, contra quos ſenten-
tiæ præcedentes emanaverant; quàm contra
præfatum Senatorem, poſtremò ad cauſam
admiſſum; & ſucceſſivè decretum procedi ad
ulteriora in exequutione trium confor-
mium; à quo provocante dicto Senatore,
dum poſseſſores montium acquieverunt, mi-
hique directâ in devolutivo commiſſione
dubitavi hodie; *An conſtaret de re judica-
ta*. Et Domini *affirmativè* reſponderunt.

Moti ex quo, juxta præmiſſam facti ſeriem,
quatuor emanarunt favore fratrum de Tana-
riis judicata conformia, æquè valida, ac ju-
ſta: cùm tamen ex peculiari Conſtitutione
fa. me. Gregorii XV., ad inducendam rem
1 judicatam, duplex conformis ſententia ſuffi-
ceret; juxta firmata in *deciſ. hujus cauſæ* 2.
Martii 1693. *coram bo. me. Beninaſa*.

Juſtitia verò ſententiarum, cùm circa vali-
ditatem nulla verſetur quæſtio; reſultabat ex
lectura teſtamentariæ diſpoſitionis dicti Ca-
pitanei Caroli. Ille namque ſenio confectus,
prole carens, ac ſummopere diligens filios
Franciſci Mariæ fratris: eos hæredes inſti-
tuit; ac reſpectivè ipſorum deſcendentes;
nulla prorsùs adjecta maſculinitatis nota:
ſed per verba communia, in infinitum,
ſubſtituit. Ideòque, cùm fratres de Ta-
nariis, à Lucretia primi hæredis nepte
deſcendant; nulli dubium eſt quin ſint ad fi-
deicommiſſum vocati; dum appellatione
2 deſcendentium, æquè deſcendentes ex maſ-
culis, ac ex fæminis comprehendi; per *text.
in l. fin. C. de ſuis, & legit. hæred.*, *& in l.
Si ita ſcriptus, ff. de legat.* 2. probat *prima
deciſio* 2. *Martii* 1693. §. 1. *cor. bo. me. Benin-
caſa*; & alia 17. *Junii* 1697. §. 2. *cor. Rmo.
D. meo Decano*.

Fortiùs quia teſtator agnatos etiam proxi-
3 miores ſubſtituit, *finitâ lineâ prædictâ deſ-
cendentium*: (ſunt verba teſtamenti) undè
clariùs explicavit, quod in vocatione deſ-
cendentium, incluſerat etiam deſcendentes
4 ex fæmina; quia citra dubium, appellatione
lineæ comprehenduntur; ut, pluribus relatis
auctoritatibus, animadvertit *dicta deciſio
Rmi D. mei Decani* §. *Ultra diſpoſitivam*.

Certam hanc in jure noſtro theoricam eva-
5 dere putabant defenſores dicti Senatoris;
cum reſponſione, quod ea non procedat, ubi
fuerit habita ratio conſervandi agnationem:
quia tunc fæminæ, illarumque deſcendentes
excludantur: & ſemper in antedictis propoſi-
tionibus adducta viſa fuit ſemper laborare
aſſiſtentia facti: dum ex integro teſtamenti
contextu, nec expreſſa, neque tacita conſer-
vandæ agnationis voluntas reſultabat.

Non quidem expreſſa; quia in parte diſpo-
ſitiva, tale quid non legitur, ſolùmque vo-
cantur deſcendentes primorum hæredum,
6 in infinitum: adeout exindè potiùs excluda-
7 tur agnationis contemplatio: dum, juxta præ-
miſſa, æquè fæminæ, ac maſculi, de jure
admittuntur. Et, quamvis iſte defectus ſup-
pleri contenderetur ex proœmialibus teſta-
menti verbis, ibi " Cupiens ſummoperè di-
" gnitatem, & nobilitatem familiæ ſuæ con-
" ſervari, atque augeri " duplex nihilomi-
nus ſatisfaciebat replicatio; altera, quod
cum pars diſpoſitiva ſit clara pro compre-
henſione fæminarum, ac deſcendentium ab
8 eis; nil urget generica ratio appoſita in par-
te præmiali: quæ, juxta ſpecialem diſpoſi-
tionem, poſtea explicatam, intelligi debet,
ac declarari; *Mangilius de imput. quæſt.* 83.
n. 65., *Theſaurius dec.* 46. *n.* 31., *Rot. cor. Coc-
cino dec.* 1504. *n.* 44., *& dec.* 1680. *n.* 36., *cor.
Dunoz. jun. dec.* 357. *n.* 8., *in rec. dec.* 4. *n.* 2.,
& ſeqq. p. 15., cum aliis relatis in *d. dec. Rmi.
D. mei Decani* §. *Quoniam*. Altera quod im-
mediatè poſt dicta verba, ſubſequuntur alia
" Conſtituit teſtamentum condere &c. ordi-
" ne, modo, & forma infraſcriptis videlicet "
9 Quæ apertè denotant partem proœmialem
conſiderari non poſſe diſtinctam, & ſepara-
tam à diſpoſitiva: ſed ad hujus limites, eſſe
reſtringendam; ut firmat *deciſ. edita* 2. *Mar-
tii* 1693. §. *Quæ fortiùs cor. bo. me. Benincaſa*,
& altera Rmi Decani §. *Signanter*.

Omnemque ſubmovebat difficultatem ani-
madverſio, quod ſuperiùs relata verba proœ-
mialia mentionem non faciunt de agnatione;
ſed de familia; quod nomen optimè verifica-
ri poteſt, tam de familia civiliter ſumpta
10 quàm de familia materiali, comprehenden-
te agnatos, & cognatos, & æquè maſculos,
ac fæminas, ex auctoritatibus cumulatis in
deciſ. Rmi Decani §. *Verùm quatenùs*.

Nil relevante, quod nomen *familiæ* ali-
11 quam etiam agnationem deſignet; juxta
plures auctoritates à ſcribentibus pro Sena-
tore Ghiſlerio allegatas. Tum quia, ſicut
hæc duplex; & poſſibilis interpretatio nobis
oſtendit, agnationis contemplationem non
12 eſſe certam, & indubitatam: ita faciliorem
reddit conciliationem partis proœmialis cum
diſpoſitiva; ut ſcilicet in illa teſtator intelle-
xerit de familia materiali complexiva maſ-
culorum, & fæminarum: dum in iſta loqu-
tus fuit per verba communia & indifferentia.
Tum quia allegatæ auctoritates, vel loquun-
13 tur in caſu, quo agatur de materia admit-
tente ſolos maſculos; qualis eſt illa feudorum,
majoratuum, & ſimilium, de quibus *Mieres
de majorat. q.* 6. *à n.* 411. *cum ſeqq.*, *Caſtillus
contr. jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 17. *n.* 6. Vel quando
14 materia eſt quidem indifferens; ſed teſtator
explicavit votum conſervandæ agnationis;
ſtricto

ſtricto; & rigoroſo modo reſtringendo vocationem ad ſolos maſculos de linea maſculina; in quibus terminis procedunt *Gabriel conſ.132. num.40., & ſeqq. lib.1., Fuſarius de Subſtit. qu.361. num.9., & qu.512. num.1. & ſeqq., Rota dec. 536. num. 207. part.14., dec. 269. num.13., & ſeqq. part. 15. dec.170. num.2., & 3. part 16., & deciſ.909. num.9. cum ſeqq. coram Cerro.*

Prout non urget, quod Teſtator, de familia
15 mentionem faciens, adjecerit pronomen *ſua*, ideoque declaraverit, ſe familiam civilem, non verò materialem conſideraſſe. Recurrit enim ſuperius adducta reſponſio, quòd, cum hæc adjectio reperiatur in parte proœmiali:
16 alterare non valeat diſpoſitivam de per ſe claram: ſed, juxtà limites iſtius, veniat intelligenda; ut animadvertit *dict. Deciſio Reverendiſs. Decani, §. Abſque eo quod, cum*
17 *ſeq.*: Nullamque involuit repugnantiam, quod ſua familia verificetur à familia materiali, latè ſumptâ pro poſteritate, ac deſcendentia; ut notat *Altogradus controv.38.n.11., & 12., Theſaurus quæſt. forenſ. lib.2. qu.12. num.60., & 62., Torr. de Primog. cap.38. num.256., & ſeq.*: dictumque pronomen ap-
18 poſitum fuerit ad diſtinguendum columnellum, in quo reperiebatur teſtator à quocumque alio familiæ de Ghiſlerlis, jam tunc temporis in plures ramos diviſæ; quos ille noluerit ad ſucceſſionem admitti; ut dictum fuit in *Romana Fidecommiſſi Proſperi junioris de Caffarellis, 8. Martii 1694., & 7. Junii ejuſdem Anni coram bo: me: Emerix*.

Excluſâ ex prædictis expreſsâ contemplatione agnationis: inefficaces viſæ fuerunt conjecturæ ad ſuadendam tacitam cumulatæ.

Prima enim, quod teſtator ad ſucceſſionem vo-
19 caverit nepotes ex fratre; nullâ prorſus habitâ ratione nepotis ex ſorore, in eodem gradu exiſtentis: non concludit; nedum quia ex-
20 cluſio ſororis nuptæ, ac dotatæ non importat argumentum excluſivum aliarum fœminarum deſcendentium, in quibus talis qualitas minimè concurrat, ut reſpondit *Rota coram Dunozzet. jun. deciſ. 46. num. 9. & in rec. dec.67. num.15. part.8.* Verùm etiam,
21 quia diverſa concurrere potuit affectio teſtatoris erga nepotes ex fratre, quàm erga nepotem ex ſorore: quę teſtatorem ad ita diſponendum, ſecluſâ etiam contemplatione agnationis, impulerit; ut animadvertit *Deciſio edita 2. Martii 1693. §. Non ſuffragante, coram bo: me: Benincaſa*.

Et ſanè novum non eſt; imò dietim accidit, quod nedum à tranſverſalibus; ſed etiam à parentibus, fœminæ dotentur; ſolumque maſculi univerſales hæredes inſtituantur: &
22 tamen nemò exindè dixerit, agnationem fuiſſe contemplatam: ſed ſolùm prædilectum ſexum maſculinum in ingreſſu; itaut, in progreſſu, fœminæ à maſculis deſcendentes admittantur; juxta diſtinctionem; de qua plenè in *Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Conſimilis; coram R. P. D. meò Muto*.

Minoris ponderis erat ſecunda, ducta ex declaratione teſtatoris, quod, ſi ante obitum, ipſe filias fœminas procreaſſet: illæ dotari deberent, ſubſiſtente fideicommiſſo favore
23 nepotum: Undè inferebatur, quod, ſicut in propriis filiis voluit fideicommiſſum maſculinum; ita etiam voluerit in filiis, ac deſcendentibus nepotum. Urgeret enim ſi Teſtator
24 vocaſſet lineam maſculinam ſuorum filiorum in infinitum: quia tunc fœminæ ſemper à maſculis excluderentur: at ſatis eſt in hypotheſi, quod poſt primam excluſionem propriarum filiarum, & admiſſionem maſculo-
25 rum, vocavit -- *Filiorum filios & deſcendentes quoſcumque de linea ipſius Teſtatoris*.
26 quia, ſicut nomen indefinitum filiorum, & deſcendentium, tàm maſculos, quàm fęminas comprehendit: ità etiam complectitur
27 verbum *linea*; ſepoſito adjectivo maſculinitatis; *Menochius conſ.625. num.9. verſ. Suffragatur, & num.12., Mantica de Conject. ultim. volunt. libr.8. tit.11. nu.9., Faſarius de ſubſtit. quæſt.346. num.22., Rocc. diſput. jur. cap.27. num.14., & 16., Rota coram Bichio dec.661. num.10.* Demandata verò dotatio filiarum primi gradus, cum ſolâ maſculorum admiſſione, tantùm abeſt, ut præſtet argumentum voluntatis perpetuò fęminas excludendi; quin potiùs contrarium demonſtret: dum, eo ipſo, quod teſtator in aliis gradibus fœminas non excluſit, neque de dote providit: dicendum eſt, illas admittere vo-
28 luiſſe; ſumpto argumento à diſcretivo diſponendi modo; de quo in *L. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend., Rota coram Celſo dec.116. num.8., & dec.293. n.5., in rec. dec.620. num.29. part. 18.*

Pari modo animadverſionem non meruit tertia, deſumpta ex ultima ſubſtitutione proximiorum agnatorum, in caſu extinctionis lineæ ſuorum deſcendentium. Siquidem non
29 exindè arguitur contemplatio qualitatis agnatitiæ in præcedenter vocatis, ac in linea deſcendentium: cum non repugnet, quod agnationis reſpectus, habitus fuerit in uno
30 caſu, & ſubſtitutione; ac, vice verſa, non curatus in aliis; *Surdus conſ. 316. num.13., Molina de Primog. Hiſpan lib.1. cap.5. n.57., & lib.3. cap.5. num.50. in fine, Peregrin. de Fideicom. art.25. num.26., Roſa conſult.69. ſub num.23., & 24., Rocc. diſput. jur. cap.3. nu.34., & 36.* Quinimò in hoc etiam recur-
31 rit in oppoſitum argumentum diſcretivæ loquutionis, mox circa ſecundam conjecturam adductum.

Nec demum quarta deducta, ex quo teſtator in alia præcedenti diſpoſitione fideicom-
32 miſſum agnatitium inſtituiſſet: dum eo ipſo, quod præfata diſpoſitio, de medio ſublata
33 fuit per novam teſtatoris voluntatem, non licet ampliùs ex illa mentem omninò mutatam arguere; *Simeon de Pretis de Interpret. ultim. volunt. lib.1. fol.20. num.54. poſt med. verſ. Hanc poſteriorem, Peregrin. de Fideicom. art.25. ſub num.35., Rota coram Buratto dec.689. num.10., & coram Dunozz. jun. dec.17. num.9.*

Et ità,

Et ità, in reliquis, approbando fundamenta præcedentium deciſionum, reſponderunt Domini. Utraque &c.

PISANA BONORUM, SUPER ATTENTATIS.

Ven. 15. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſione quis ex litis inſtauratione non privatur.*

2 *Continuans non attentat.*

3 *Teſtes ſervitio addicti pro Domino fidem non merentur.*

4 *Attentatus non dicitur actus factus ſuper re diverſa ab ea, ſuper qua lis cadebat.*

5 *Teſtibus delicti excluſivis magis creditur, quam illis, qui de delicto, vel attentatis deponunt.*

6 *Ædificium attentatè extructum rigoroſa attentatorum pœna non eſt demoliendum: quando in excuſſione cauſæ de ejus bono jure poteſt conſtare.*

7 *Inhibitio non præſentata attentatorum vitium non inducit.*

8 *Defectus præſentationis inhibitionis ex parte inhibendi procedens, ex quo eum ille eſſet Eccleſiaſticus ad Curiam laicalem recurſum habuit; non impedit incurſum in attentata.*

9 *Notario atteſtanti de re ad ſuum officium non ſpectante, plena fides non datur.*

10 *Citatio ad hoc, ut Monaſterium afficiat, non ſufficit, quod fiat ejus Procuratori; ſed Monaſterio capitaliter eſt preſentanda.*

DECISIO CLXXIII.

JUdicialem controverſiam ad hoc Sac. Auditorium delatam inter Ven. Monaſterium, & Monacos Olivetanos S. Hieronymi Agnani, & D. Ducem Maſſæ, ſuper jure ducendi aquam ad ejus bona: ſub duplici dubio examinandam propoſuit bo:me: R.P.D. Jacomettus, in Audientia diei 18. Junii præcedentis anni; Altero nempè: An, & cui eſſet danda manutentio in poſſeſſione aquarum, earumque aquæductum. Altero -- An, & de cujus bono jure conſtaret quoad decurſum aquarum, earumque aquæductum. Sed neutrò tunc temporis, ob ſuffragiorum ſciſſuram reſoluto; ego deindè in locum defuncti Collegæ ſuffectus, ſubdelegavi Judicem in Civitate Piſarum; ad effectum eligendi peritos hinc-indè. Interim verò, collapſa Piſcina, intrà ſepta Monaſterii exiſtente; illaque per Monachos reſtaurata. Defenſores D. Ducis putantes, reſtaurationem hujuſmodi, ob litis pendentiam, attentatorum vitio infectam fuiſſe; novum à me dubium curarunt hodiè proponi: *An conſtet de attentatis:* Quod fuit *negativè* reſolutum.

Quatenùs enim attentata deſumuntur ex pendentia litis in Rota: &, cum Monachi ſe ſe in aquarum poſſeſſione reperiri contendant; ac in propoſitione cauſæ acritèr ſuſtinuerint; actus reſtaurationis piſcinæ, referri debet ad continuationem poſſeſſionis; qua nemo de-
1 bet per ſolam litis introductionem privari; eamque continuando, attentare non dicitur;
2 ut, pluribus relatis, firmavit *Rota in Leodien. juriſdictionis ſuper attentatis 4. Februarii 1699. §. Abſque eo quod coram R.P.D. meo Priolo, confirmata 7. Martii nupèr elapſi §. Ità etiam coram me*, & in individuo *Coccinus annot.11.num.3.*

Efficaciam hujus fundamenti agnoſcentes defenſores D. Ducis, conabantur illam eludere cum reſponſione, quod Monachi, nedùm piſcinæ ruinam reparaverint; ſed illam in ampliorem ſtructuram auxerint, ut majori aquarum copia irrigaretur. At reſponſio viſa fuit minùs habens in facto; dum Teſtes, ad illius probationem allegati, reperiuntur omnes
3 actuali ſervitio D. Ducis addicti; ut in *Summario Monaſterii num.2.*: ac proindè fidem non merentur; ut reſpondit *Rota coram Celſo dec.150. num.1., & in rec. dec. 375. nu.40. part.16. dec.129. num.16. part. 18.*. Et ulteriùs quæſtio non eſt ſuper majori, vel minori
4 latitudine Piſcinæ; ſed ſuper aquarum decurſu, quem, poſt illius reſtaurationem, à Monachis permiſſum fuiſſe, prout anteà conſueverat; deponunt Teſtes in eorum *Summario nu.1.*. Quorum dictis propterea tanquam
5 delicti excluſivis, potiùs quàm teſtibus, de attentatis deponentibus, venit deferendum; *Rota in Laurien. juris admonendi 1. Junii 1696. §. finali; coram bo: me: Emerix.*

Et tamen, quando etiam per hypotheſim, de ſuppoſitâ Piſcinæ ampliatione conſtaret; non ideo in præſenti locus eſſet illius demolitioni, ex rigoroſa pœna attentatorum. Sicut enim evenire poteſt, quòd in repropoſitione cauſæ, concedatur manutentio favore Monaſterii; eique reſpectivè bonum jus aſſi-
6 ſtere declaretur; ita nulla æquitas patitur, ut deſtruatur opus, quod ſi factum non eſſet, tunc temporis fieri deberet; ut in fortioribus terminis probat *Surdus conſ. 154. num. 20. Carolus Antonius de Luca ad Gratian. diſcept.84. num.14., Card. de Luca de Præemin. diſc.26. num. 8.*

Quatenus verò attentata deducuntur, ex quo ad actum reparationis deventum fuerit poſt obtentam, ex parte Ducis, ſpecialem ſuper illo inhibitionem; ſatisfacit reſponſio, quod
7 cum iſta Monachis præſentata non fuerit, proinde habetur; ac ſi non emanaſſet; *Lancellottus de Attent. cap.4. num.104., & dict. cap.4. limit.27. num.9., Ridolphinus in Praxi part.3. cap.5. num.213.*

Non attenta replicatione, quod præſentationis defectus proceſſerit ab impedimento præſti-
8 to ex parte Monaſterii, mediante recurſu ad Curiam laicalem; quodque in omnem caſum, illa procuratori Monaſterii exhibita doceatur. Suppoſitum enim impedimentum tantùm

tum abeſt, ut probetur ex epiſtola Reverendiſſimi Epiſcopi Piſani; quin potiùs excludatur ab illius lectura; ut in *Summario D.Duris Maſſe num*.4. Præſentatio verò inhibitionis, facta procuratori Monaſterii; ultra quod probatur ſolum ex dicto unius Notarii, ſub-
9 diti euſdem D.Ducis, ac teſtantis de re ad eum non pertinente: adhuc non ſufficit:dum, ut afficeret, fieri debebat capitularitèr; *Vbertus de Citation. cap.7. num.*132., *Rota coram Gregorio Deciſ. ultima num.*2., *ibique Adden. num.*6.

Et ità, Utrâque &c.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI, CENSUS.

Veneris 15. *Aprilis* 1701.

ARGUMENTUM.
Vide in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Legitima, cum cautela Soccini non prohibita, detractio impediri nequit.*

2 *Legitima in ſubſtantia, & corporibus hæreditariis debetur.*

3 *Exequutio à creditoribus ad eam devenientibus ex jure detractionis legitimæ competentis hæredi gravato eorum debitoris, priùs facienda eſt ſuper illius bonis liberis, & poſtea aſſignantur tot bona fideicommiſſaria pro legitimæ rata.*

DECISIO CLXXIV.

IN Deciſione coram me edita 21. Februaris nupèr elapſi, reſponſum fuit, exequeodum eſſe mandatum ab A. C. relaxatum favore Andreæ Angeli, contra bona hæreditaria Joannis Baptiſtæ, ac etiam exequatur contra bona propria Dominici, illius hæredis; eo prò cæteris, fundamento, quòd fideicommiſſum Petri Pauli Sanctolini non obſtaret detra-
1 ctioni legitimæ dicto Joanni Baptiſtæ competentis, utpotè cum cautela Soccini non prohibitæ, ideoq; pro hac ratâ bonorum Dominicus ad redditionem rationis teneretur. Quia verò ad retardandum expeditionem mandati ex parte ipſius Andreæ Angeli, in hodierna Audientia petitam; præter alia, opponebant Fratres de Sanctolinis, quòd cùm mandatum prædictum relaxatum fuerit *ad effectum exequendi, ſubbaſtandi, & deliberandi bona fideicommiſſaria, donèc detrahantur pecuniæ ſufficien. es prò rata legitimæ dicti Joanni Baptiſtæ debitæ*; nimis præjudiciale immineat periculum everſionis fideicommiſſi; quotiès univerſa bona ſub haſta ponantur prò
2 ſolutione legitimæ, alioquin de Jure debitæ in ſubſtantia, & corporibus hæreditariis; per *Text. in l. Scimus §. repletionem C. de inoffic. Teſtam*: Idcircò domini demandarunt mihi, ut mediante hac brevi deciſione, declararem, exequutionem faciendam priùs eſſe ſuper bonis liberis Joannis Baptiſtæ, ac Dominici hæredis: &, quateoùs illa non reperiantur, aſſignanda eſſe Andreæ Angelo, in ſatisfactionem ſui crediti, bona fideicommiſſo ſubjecta, pro rata; quæ legitimæ correſpondeat; ſequendo in hoc diſpoſitionem *Textus in mox citata l.ſcimus*, & in individualibus terminis, firmavit *Rota coram Cerro dec.*69. *à num.*17 *uſque ad finem.*

Et ità, Partibus per memorialia auditis &c.

PISAUREN. HÆREDITATIS, SUPER EXPENSIS.

Lunæ 18. *Aprilis* 1701.

ARGUMENTUM.
Eſt ipſum.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ vivæ ſunt à victo victori reficiendæ, & quæ illæ ſint?*

DECISIO CLXXV.

POſt plura judicata, quorum tria Sacri hujus Auditorii, condemnantia Fratres de Lapis ad reſtitutionem dotis quond. Franciſcæ Lapiæ de Barberiis, favore Hondedei; ac etiam declarantia, præfatæ Franciſcæ debitam eſſe Trebellianicam ex bonis hæreditariis Ludovici Barberii: commiſſâ, in gradu reſtitutionis in integrum, cauſâ R.P.D.meo Pio, reſponſum fuit coram eo; conſtare de re judicata; ideòque deventum ad taxationem expenſarum.
Abſoluto principali judicio, mediante novo Signat. Decreto quę reſcripſit: *Parito judicato*: appellarunt Fratres prædicti ab exceſſiva expenſarum taxatione: cumque appellationem proſequi negligerent: idcircò, ad inſtantiam Hondedei, propoſui dubium – *An conſtet de exceſſiva taxatione expenſarum*; & reſponſum habui *negativum*.
Perlecta enim illarum notulâ; conſtitit, agi ſolum de expenſis, quas vivas dicunt; factis in
1 ſolutione Proceſſus de partibus, extractus actorum in Tribunali A. C., regeſtri Rotalis, ſportularum; ac demùm honariorum, ad rationem ſcutorum decem pro qualibet inſtantia Rotali: adeòut nullus conſiderari valeat exceſſus; prout, examinatis ſimilibus partitis, reſponſum fuit in *Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus, ſuper expenſis* 13. *Januarii* 1698. §. *Conſtitit enim, in Tiraſonen. Prioratus ſuper expenſis* 5 *Martii ejuſdem Anni* §. *Cum enim, in Romana Cambii ſuper expenſis* 23. *Januarii* 1699. § *Quatenùs enim, in Vrgellen. ſervitutum, ſuper expenſis* 22. *Junii ejuſdem anni* §. *finali, & in Barchinonen. exemptionis ſuper expenſis* 15. *Januarii* 1700. §. *Conſiſtunt cum ſeq. coram me.*

Et ità, alterâ &c.

LEODIEN. JURISDICTIONIS, SUPER REMISSORIA, ET COMPULSORIA.

Veneris 22. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Cauſa juriſdictionis tàm plenariæ, quàm in certis, & determinatis operibus inter Epiſcopum, & Abbatiſſam habetur pro profana, & quomodò remiſſoria Abbatiſſæ, ad dictam jurisdictionem, vel plenariam, vel ſaltèm in ſpecie probandam non ſit deneganda: quod etiam diſſeritur de compulſoria concedenda, & de ejus requiſitis.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa profana dicitur, quę, etiamſi ſpiritualis, titulum beneficii non tangit.*

2 *Remiſſoria in cauſa profana, data articulorum revelantia, etiam ſine ſumo admittitur.*

3 *Remiſſoria conceditur in controverſia juriſdictionali, favore Prelati inferioris contra Epiſcopum diecesanum.*

4 *Articuli ſunt relevantes, quoties comprobant competentiam non ſolùm juriſdictionis ornarię in genere; verum etiam competentiam ejuſdem in certis, & determinatis ſpeciebus, de quibus inter Epiſcopum, & Abbatiſſa eſſet controverſia.*

5 *Remiſſoria ſuper articulis puncta cauſę tangentibus conceſſa, facit, ut etiam quoad alios concedatur.*

6 *Juriſdictio plenaria probari nequit ab inferiori prælato per immemorabilem, cum adſunt actus juriſdictionales ab Epiſcopo exerciti, ideoque eſt ſuper ea deneganda remiſſoria: limitatur* num.8.

7 *Immemorabilis probatur cum requiſitis* gloſſæ in cap. 1. verb. memoria de præſcrip. in 6.

8 *Articuli non ſunt denegandi ſuper probatione juriſdictionis: quando ex eis, ſi non dę plenaria juriſdictione, poteſt ſaltem conſtare de juriſdictione in certis, & particularibus ſpeciebus.*

9 *Probationes non ſunt coarctandæ, etiam ſi de illarum relevantia poſſet dubitari.*

10 *Probatio per teſtes non admittitur; quoties illa fieri poteſt per ſcripturas.*

11 *Contrarium verius, quia per teſtes ſcripturæ firmiores reddi poſſunt.*

12 *Compulſoria admittitur, quoties conſtat de exiſtentia, & relevantia jurium compulſandorum, & exulat calumniæ ſuſpicio.*

13 *Exiſtentia ſcripturarum ex illarum copiis probatur.*

14 *Relevantia ſcripturarum probatur, quoties illæ conferunt ad cauſæ victoriam.*

15 *Relevantia ſatis eſt, quod ſit poſſibilis.*

DECISIO CLXXVI.

Commiſsâ mihi per Signaturam Juſtitiæ appellationis cauſâ in devolutivo, à duobus judicatis rotalibus coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & R.P.D. meo Priolo, in quibus decreta fuit manutentio in exercitio ordinariæ juriſdictionis, favore Sereniſs. Epiſcopi Leodien., ejuſque Capituli, & Archidiaconi, utpotè habentium juris aſſiſtentiam contrà Abbatiſſam Theorenſem, quæ omnimodam exemptionem in Eccleſiis Abbatialibus, ſibi pleno jure ſubjectis, competere contendebat: Propoſui ad inſtantiam ejuſdem Sereniſs. Epiſcopi, in Audientia diei 7. Martii nuper elapſi, dubium -- *An, cui, & quæ competat juriſdictio* -- Sed, petente Abbatiſsâ præfatâ illius reſolutionem differri: ac, viceverſa, poſtulante per memoriale, ſibi concedi remiſſoriam, ad effectum teſtes ſuper allegata exemptione, formitèr examinandi; dùm de illis ad perpetuam receptis anno 1605. tanquàm ex hoc capite irrelevantibus, ratio habita non fuerat: ac reſpectivè compulſoriam ſpecialem, ad effectum judicialitèr, & parte citata, extrahendi ex proprio Archivio jura, in anteactis propoſitionibus adducta; & ob hujuſmodi defectum neglecta, prodiit reſcriptum -- *Dilata: & detur dubium ſuper remiſſoria, & compulſoria ſpecialis*. Quod cum hodiè contemporaneè ad aliud ſuper negocio principali propoſuerim: Domini dilata, quad illud reſolutiones *affirmativè* in iſto reſponderunt.

Moti, ex quo verſamur in materia profana;
1 qualis dicitur quæcumque cauſa etiam ſpiritualis, quæ titulum beneficii non tangant; *Rota coram Verallo dec.* 44. *part.* 1., & poſt *Tamburrinum de Jur. Abbat. dec.* 48. *nu.* 1. *tom.* 3., *& in Oveten. Funeralium,* 27. *Junii* 1681. § *Qualitas cauſæ, coram bo.me. Emerix, & in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium* 7. *Maii* 1700 §. *Cui enim coram Reverendiſs. D. meo Decano*; Ideoque, datâ
2 articulorum relevantiâ, etiam ſine ſumo, remiſſoria concedi debet; ut generalitèr dixit *Rota coram Celſo dec.* 32. *num.* 1., *& dec.* 262. *num.* 2. *in rec. dec.* 144., *& dec.* 342. *utrobique num.* 2., *part.* 16., *& in Barchinonen. de Auleſia* 3. *Martii* 1687. §. *Quod autem coram clar. mem. Cardinali Caccia*; & in præciſis
3 terminis controverſiæ juriſdictionalis pro conceſſione remiſſoriæ, favore Prælati inferioris, contra Epiſcopum Diœceſanum, reſpondit *Rota in Calaguritana, ſeu Nullius, juriſdictionis coram Ottembergo impreſſa poſt Tamburrinum de Jur. Abbat. dict. deciſ.* 48. *tom.* 3., *& in Herbipolen. reſciſsionis concordiæ* 22. *Junii* 1695 *coram bo.me. Emerix.*

Relevantia verò articulorum innegabilis videbatur, ex quo inter partes hodiè non ſolùm eſt quæſtio de competentia juriſdictionis ordinarię, in genere ſumptę. Sed etiam de competentia ejuſdem juriſdictionis, in certis, & determinatis ſpeciebus; ut præſefert lectura dubii, non abſre concepti cum verbis -- *An, cui, & quæ competat juriſdictio* -- ac proindè, cum articuli exhibiti, æqualiter tendant ad probandam immomorabilem poſſeſſionem Abbatiſſæ, tàm exercendi genenericè juriſdictionem ordinariam in ſuis Eccleſiis, quàm

in ſpecie, conferendi omnia illarum benefi-
cia cum cura, & ſine, corrigendi capitulares
delinquentes, alioſque clericos in territorio
Abbatiali habitantes, cognoſcendi cauſas ci-
viles, criminales, & mixtas clericorum, &
laicorum privativè quoad ordinarium, appro-
bandi teſtamenta clericorum, & ſimilia ge-
rendi; nulli dubium, quin hæc omnia rele-
vantiam comprobent articulorum, certos
actus jurisdictionales reſpicientium; ad Text.
in cap. Cùm contigit de Offic. Deleg., Rota
coram Bichio dec.270. nu.7., & coram Prio-
lo dec.254. num.1.. Quod ſufficit ad hòc, ut
5 etiam ſuper aliis articulis remiſſoria conce-
datur; Rot. dec.582. num.3. coram Merlino,
dec.124. num.3. coram Gregorio, in Nepeſina
Succeſſionis 27. Junii 1681. § finali coram bo.
me. Emerix, in d. Barchinonen. de Aulesia 3.
Martii 1687. §. In præſenti, coram clar. mem.
Card Caccia, & in dict. Capuana, ſeu Mon-
tis Caſsinen. Parochialium 7. Maii 1700. §.
Quamvis coram Rmo D. meo Decano.

Atque hinc non obſtat, quòd articuli, reſpicien-
tes primam quæſtionem plenariæ jurisdi-
ctionis ſint improbabiles: dum immemora-
6 bili poſſeſſioni per Abbatiſſam articulatæ re-
ſiliunt plures actus jurisdictionales, ab Epi-
ſcopo, ejuſque Archidiacono exerciti, ac in
deciſionibus Reverendiſſimi D. mei Decani,
& R.P D. mei Prioli recenſiti: adeout veri-
ficari nequeant requiſita Gloſſæ in cap.1. verb.
Memoria de Præſcript. in 6.. Cùm enim pro-
batio fieri ſaltem poſſit quoad limitatam ju-
risdictionem in certis, & particularibus ſpe-
8 ciebus; & ſic illius reſpectu, relevantia con-
currat; hoc ſufficit pro conceſſione remiſſo-
riæ; ex auctoritatibus ſuperius allegatis.

Prout non relevat, quòd in præcedentibus cau-
ſæ deciſionibus plures favore Abbatiſſæ re-
ſervatæ fuerint ſpecies controverſæ jurisdi-
ctionis. Unica enim ſpecies, videlicèt corre-
ctionis, in illis legitur reſervata: & tamèn
articulata immemorabilis plures alias com-
plectitur in ſuperiori §. relatas: circa quas
9 proptereà probationes non ſunt denegandæ:
cum, ad hunc effectum, nec ſufficeret, quod
de illarum relevantia poſſet dubitari; ex fir-
matis per Rotam coram Celſo dict. deciſ.262.
num.5., & Carpentoraten. Parochialis de
Mazau. ſuper Remiſſoria 13. Februarii 1699.
§. Quamvis coram R.P.D. meo Anſaldo.

Nec deminum urget, quòd quaſi poſſeſſio Abba-
tiſſæ circa ſpeciales actus jurisdictionales,
probari poſſit per ſcripturas; adeòque admit-
10 tenda non veniat probatio per teſtes. Hæc
11 namque ſola ratio pro denegatione remiſ-
ſoriæ, non relevat: cum ex teſtium depoſi-
tionibus, poſſint documenta in ſcriptis fir-
miora reddi, & explicari Bartol. in l. Teſtium
ſub num.7 verſ. Itèm nota. C. de Teſtibus,
Rota dec.579. num.4 coram Merlino, in rec.
dec.195. num.5. part.15., in d. Barchinonen.
de Aulesia 3. Martii 1687. § Non obſtat co-
ram clar. mem. Card. Caccia, & in dict. Ca-
puana, ſeu Montis Caſsinen. Parochialium,
7 Maii 1700. §. Quin immò; coram Reveren.
Decano.

Hæc quoad remiſſoriam.

Quo verò ad compulſoriam: cum æquè conſtet
de exiſtentia, & relevantia jurium compul-
12 ſandorum; omniſque ceſſet calumniæ ſuſpi-
cio; tritæ ſunt regulæ, pro illius conceſſione
ut teſtatur Veſtrius in Prax lib.6. cap.1 n.2.,
Scaccia de Judic. lib.2. cap 11. num.1., Rot.
in dict. Barchinonen. de Aulesia 3. Martii
1687. §. Quo verò, coràm Card Caccia; & in
Brunduſina Immiſsionis 27. Junii ejuſdem
anni, §. Ratio reſolutionis coràm eodem.

Exiſtentiam ſcripturarum, probant copiæ illa-
13 rum; jam in actis productæ; ut dixit Rot.
coràm Bichio dec.471. num.2., & in rec. de-
ciſ.361. num.1. part.18. Relevantia convin-
citur, ex quo illæ tendunt ad probandam
14 immemorabilem, præcisè quoad ſpecies
particulares jurisdictionis: adeout ſummo-
perè conferant ad cauſæ victoriam; licet ſo-
la poſſibilis relevantia ſufficeret; ex firmatis
per Rotam coràm Bichio dec. 323. num.14.,
& 15., coràm Royas deciſ.270. ſub num.4, &
in rec. dec.323. num.6. part.19. Et ex hac tol-
litur calumniæ ſuſpicio; ut in dicta Brundu-
ſina Immiſſionis 27. Junii 1687. §. Poſita au-
tèm; coràm clar. mem. Card. Caccia.

Et ita, utraque &c.

PERUSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 25. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Immiſſio ad prædium, quæ in deciſionibus de-
creta fuit fideicommiſſario in parte vigore
L. finalis Cod. de ædict Div. Adrian tollen.,
ex eo quod eſſet pro illa fideicommiſſarium,
in alia ex remedio utilis Salviani interdicti
creditori hæredis gravati alienantis, ſi in ſen-
tentia integraliter vigore Leg. fin. conceda-
tur, ea eſt nulla; nec interpretationem reci-
pit à deciſionibus; cum monitorium, & prior
ſententia, quæ confirmatur ab iſta Rotali,
ſunt vigore L. fin., & incidenter quando im-
miſſo ex remedio Salviani fructus reficiendi
ſint, vel à die motæ litis, vel latæ ſententiæ.

In hac cauſa adſunt infra Dec. 197., & 226.

SVMMARIVM.

1 *Immiſsio ad prædium partim liberum, & partim fideicommiſſarium, in vim* legis finalis *conceſſa, illud integrum fideicommiſſarium declarat.*
2 *Sententia à deciſionibus diſcordans eſt nulla.*
3 *Immiſsio ex remedio utilis Salviani prædii dominium non tollit.*
4 *Sed dumtaxat eſt temporalis detentio ſuper conſequutione fructuum, uſque ad crediti ſatisfactionem.*
5 *Salvianiſta non ſibi, ſed Domino poſsidet.*
6 *Immiſsio vigore* legis finalis *abeo, qui immiſsionem patitur, Dominium avocat.*
7 *Remedium Salviani; & immiſsio vigore* l. finalis *ſunt inter ſe omninò contraria.*
8 *Sententia Rotalis concedens indefinitè im-*
miſsio-

miſsionem ad integrum prædium, declaratur juxta deciſiones eamdem præcedentes.

9 *Limita cum monitorium eſt reſtrictam ad immiſsionem ſuper integro prædio, nam ab eo interpretationem ſumit.*

10 *Limita ſecundo cum ſententia Rotalis eſt abſolute confirmatoria alterius, in qua totum prædium fideicommiſſarium judicatum fuit.*

11 *Clauſula* -- In omnibua, & per omnia -- *habet relationem ad univerſa, & nihil excludit.*

12 *Reſtitutio fructuum à die motæ litis convenit ſolùm favore immiſsi in vim dominii.*

13 *Fructuum condemnatio à die latę ſententię procedit in avocatione jure pignoris, &* num. ultimo.

14 *Fructus à die motę litis debentur immiſſo in ſalvianum, quando bona debentur pro reintegratione fideicommiſsi.*

15 *Contrarium potiùs: fructus debentur à die motę litis immiſſo in ſalvianum, quando immiſsio directa foret ad avocandam rem ipſam in ſpecie debitam.*

16 *Secùs quando immiſsio ex remedio utilis Salviani datur contra tertios poſſeſſores vigore hypothecę.*

DECISIO CLXXVII.

SEntentiam in Tribunali A.C. latam favore
Camilli, & aliorum de Valentinis, ſuper
immiſſione in vim *Leg. final. C. de Edict. Div.
Adr. toll.*, ad prædium *del Prepo*, hæminarum
octo cum dimidia, tanquàm ſubjectum
fideicommiſſo Valentini ſenioris; reformandam
cenſuit in gradu appellationis noſtrum
Tribunal, juxta modum expreſſum in geminis
deciſionibus, editis coram R. P.D. meo
Priolo, ſub diebus 27. Januarii 1698., & 24.
Decembris ſequentis anni. Agnito enim,
quòd rata ſolùm illius eſſet ſubjecta fideicommiſſo;
alia verò acquiſita fuerit ab hæredibus
gravatis; reſtricta fuit immiſſio vigore
ſupradictæ *Leg. fin.* ad portionem fideicommiſſariam
tantùm; quo ad aliam verò ratam,
fuit paritèr conceſſa immiſſio, ſed ex alio remedio
utilis Salviani interdicti, ad effectum
reintegrandi fideicommiſſum de bonis, per
eoſdem hæredes alienatis.

Verùm, quia in ſubſecuta ſententia, talis diſtinctio
ſervata non fuit; Sed confirmatum
ſimplicitèr antecedens judicatum A.C idcircò,
in gradu ulterioris appellationis, delegatæ
bo: mei Jacometto, Pars, quæ ſuccubuerat,
præter injuſtitiam, acritèr oppoſuit nullitatem
ſententiæ rotalis: quàm, licèt in *Deciſione
coràm illo edita* 14. *Iunii anni præteriti*,
non ſubſiſtere reſponſum fuerit: tamen
hodiè repropoſitâ causâ coram me, in ejus
locum ſuffecto, Domini, omiſſa pro nunc inſpectione
circa injuſtitiam, ex capite nullitatis:
à præfata deciſione receſſerunt.

Iſta ſiquidem viſa fuit inexcuſabilis. Cum enim
in præfatis deciſionibus firmatum fuerit, controverſum
prædium *del Prepo*, eſſe partim
liberum, ac partim fideicommiſſarium; &
immiſſio ſuper rata libera conceſſa non fuerit
vigore *Legis finalis*; ſed dumtaxat ex remedio
utilis Salviani pro conſequenda reintegratione
fideicommiſſi adversùs Criſpoldos;
utique negari non valet, quod ſententia rotalis,
confirmando in omnibus præcedentem
A. C. nedùm concedere videatur immiſſio-
1 nem in vim *legis finalis* ad totum prædium;
verum etiam hoc modo declaret illud integrè
ſubjectum fideicommiſſo Valentini ſenioris:
& ſic, tanquàm à deciſionibus diſcor-
2 dans, ipſo jure, nulla remaneat; ex notatis
per *Card. de Luca in Relat. Romanæ Curia
diſc.* 32. *num* 5., *& in Miſcel. Eccleſ. diſc.* 38.
num. 6., & pluriès firmavit *Rota dec.* 151. *n.* 1.
& ſeqq. part. 16., *& dec.* 163. *nu.* 2. 3. *par.* 18.
rec.; & noviſſimè *in Toletana Decimarum
de Capilla quoad dignitatem Archiepiſcopalem*
23. *Martii* 1699. §. *& ſanè coram R. P. D.
meo Anſaldo.*

Iſtamque diſcrepantiam, ad oculum demonſtrat
diverſitas naturæ, & qualitatis utriuſque
remedii. Immiſſio enim ex remedio utilis
Salviani in deciſionibus conceſſa ad por-
3 tionem liberam prædii, non tollit dominium
à tertiis poſſeſſoribus; ſed ex ea dumtaxat
4 acquiritur temporanea detentatio ſuper conſequutione
fructuum donèc fideicommiſſum
5 reintegretur; adeout immiſſus, non ſibi, ſed
domino poſſideat; ad tradita per *Rocc. Diſput.
Jur. Select. cap.* 139 *num.* 34., *Thomat.
dec.* 206 *nu.* 79., *Rot. coram Durano dec.* 70.
num. 5., *in rec. dec.* 502. *num.* 1. 2. *part.* 18., *&
in Romana Horti* 2. *Maii* 1692. §. *Neque coram
R. P. D. meo Pio.* Altera verò, vigore
6 *leg final.* contenta in ſententia rotali, avocat
ipſum dominium totius prædii *del Prepo*, mediante
confirmatione ſententiæ præcedentis,
concedentis immiſſionem ad illud, uti hæreditarium
fideicommittentis: adeout hæc duo
remedia non ſolùm diverſa, ſed inter ſe omninò
contraria dignoſcantur; *Rota coram
Durano dec.* 109. *num.* 1. *&* 5., *& in rec. dec.*
256. *num.* 9. *part.* 18.

Non attentâ reſponſione, quòd ſententia rotalis,
tametſi concedens indefinitè immiſſio-
8 nem ſuper toto prædio *del Prepo*, declarari
debeat juxta ipſas deciſiones, ſingula ſingulis
congruè referendo. Hæc enim declarativa
relatio fieri nequit in præſenti: dum mo-
9 nitorium: à quo prima ſententia interpretationem
recepit; eſt reſtrictum ad immiſſionem
ad bona, tamquàm fideicommiſſo ſubje-
10 cta: & ſententia rotalis, aliam A.C., qua totum
prædium, fideicommiſſarium judicatum
fuit, abſolutè confirmat: addita etiam clau-
11 ſula -- *In omnibus, & per omnia* -- quæ habet
relationem ad univerſa, nihilò penitùs
excluſo; ex traditis per *Barboſ. claaſ.* 67.
num. 2., *Rota dec.* 429. *num.* 2., *&* 3. *part.* 12.
recen.

Potiſſimè animadvertendo, quòd Criſpolti condemnati
fuerunt ad reſtitutionem omnium
fructuum à die motæ litis: quæ convenit ſo-
12 lùm immiſſioni conceſſæ jure dominii: cum

13 de cætero, in ſimplici avocatione jure pi-
gnoris, condemnatio, non priuſquam à die
latæ ſententiæ fieri debuiſſet; juxta magiſtra-
lem diſtinctionem, de qua in *Voto bo. mem.
Altoviti impreſſ. poſt Deciſ. Rembold. in or-
dine il 9. per tot.*, *Palma Nepos alleg. 275.
cap. 9 num. 8.*, & ſæpiùs firmavit *Rot.*, *ut in
Romana Aſſociationis 24. Martii* 1681. §.
*Neque tertia, coram bo. mem. Emerix, & in
Urbinaten. Salviani 5. Julii* 1688. *coram
R. P. D. meo Caprara*, & 14. *Martii* 1692.
coram Rm̃o D. meo Decano.

Nec prædicta condemnatio ad reſtitutionem
fructuum à die motæ litis, conciliari valet
cum natura immiſſionis in Salviano, ſub præ-
14 textu, quod bona ipſa, pro reintegratione
fideicommiſſi deberentur: in quibus termi-
nis, creditori bonorum tales fructus reſti-
tuendos eſſe, dixit *Rota dec. 44. nu. 10. part. 1.
diverſ.*

Procederet enim hæc interpretatio, quoties
15 actio ex remedio ſalviani, directa foret ad
avocandam rem ipſam in ſpecie debitam; vel
quia donatam, vel quia legatam; ut eandem
deciſionem explicando, ait *Scappuccius de
Salviano lib. 3. quæſt. 9. num. 2.*, & diſtinguit
etiam *Merlin. de Pignor. lib. 5. tit. 2. qu. 77.
num.* 8.. At ſecùs eſt in hypotheſi, qua bona
16 penès tertios poſſeſſores reperiuntur; ſo-
lùmque ratione hypothecæ competit utile
ſalvianum pro conſequutione fructuum, quos
17 victor in judicio, nonniſi à die obtentæ ſen-
tentiæ lucrari valet, ex ſupra firmatis in
§. *Potiſſimè*.

Et ita, utraque &c.

MELEVITANA, SEU NERITONEN. COMMENDÆ.

Lunæ 25. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Smutitio Commendæ Religionis Hieroſolymi-tanæ facta in titulum cambimenti in eodem actu fieri poteſt in titulum recuperationis, ſine nova, & ſpeciali intimatione: quod procedit etiam in commendis reſignatis ab Equitibus, quia ſtatuta non adverſantur, & obſervantia hoc comprobat.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex appellatione intra legitima tempora non interpoſita.*

2 *Antianus in Religione Hieroſolymitana præfertur unicumque in ſmutitione Commendæ.*

3 *Smutitio antequàm fiat in titulum reintegrationis, ſeù recuperationis, fieri debet in titulum cambimenti.*

4 *Smutitio Commendæ in titulum cambimenti, ſi nemo compareat, qui ex eo titulo illam prætendat, expleri nequit in titulum recuperationis in eodem actu: ſed nova, & ſpecialis intimatio requiritur.*

5 *Contrarium ex ſtatuto religionis reſultat,* & num. 7.

6 *Verbum* -- ſubbito -- *quamcumque moram, & temporis dilationem excludit.*

9 *Obſervantia in quocumque caſu plurimum attenditur.*

10 *Obſervantia plurimum attenditur in collationibus Commendarum Hieroſolymitanæ Religionis, in quibus juxtà ſtylum religionis proceditur, rejectis juris ſubtilitatibus.*

11 *A defectu voluntatis ad illum poteſtatis tanquam inter ſe omnino diverſo, licita non eſt illatio.*

12 *Smutitio titulo recuperationis fit de Commendis, quæ recuperantur à laicis, & aliis alienis à Religione.*

13 *Contrarium quia ſtatutum id non dicit, & ex obſervantia; quia titulo recuperationis ſmutiuntur commendæ &c. reſignatæ ob Equitibus.*

14 *Exſmutitio Commendæ per viam ſmutitionis adverſatur ſtatuto Religionis, ac communi theſauro, & eidem præjudicatur: contrarium* num. 16.

15 *Exceptio de jure tertii allegari nequit.*

17 *Exceptio damni theſauri religionis non eſt ab Equite contra alterum allegabilis: ſi iſte à prioribus theſauri conſenſum reportavit.*

DECISIO CLXXVIII.

COmmenda Neritonenſis, quæ per ſententiam noſtri Tribunalis latam à R. P. D. Pio; & in judicatum tranſactam, adjudicata fuit Equiti Joanni de Quartis; lite pendente, ab Eminentiſſimo Magno Magiſtro Religionis Hieroſolymitanæ collata fuit Equiti Scipioni Caracciolo: ad cujus inſtantiam, commiſsâ mihi per Signaturam Juſtitiæ, appellationis cauſa in gradu reſtitutionis in integrum; dubium propoſui -- *An conſtaret de re judicata*; quod fuit *affirmativè* reſolutum.

Cum enim dictus Eques Caracciolus appella-
tionem à præfata ſententia, intrà legitima
tempora non interpoſuerit; eique validitas
aſſiſtat, ac juſtitia; nulli dubium, quin tran-
1 ſitum fecerit in rem judicatam; *Cap. Quod ad
conſultationem de Re judicata*, *Clemen-
tina ſicut de appellat.*, *Rota coram Cerro de-
ciſ. 226. num. 1.*, & *in rec. deciſ. 608. num. 1.
part 18.*

Validitas inter partes non controvertitur: ju-
ſtitia verò reſultat, ex quo dictus Eques de
Quartis in ſmutitione controverſæ Com-
2 mendæ, privilegio antianitatis fruebatur; at-
que ideò, excluſo quocumque alio, in illius
conceſſione præferendus erat; juxta ſtabili-
menta Sac. Religionis relata in authoritati-
bus cumulatis in deciſione R. P. D. mei Pii;
& firmavit etiam *Rota coram Coccino deciſ.
2210. num. 3.*, & *coram Priolo dec. 69. num. 1.
& 2.*

In nihilo refragante, quod ſmutitio facta in ti-
tulum reintegrationis, ſeu recuperationis,
3 fuerit nulla: ex quo priùs facienda eſſet in
titulum cambimenti; quodque nemine tunc
4 temporis comparente, qui ex eodem titulo
illam expeteret: expleri nequiverit in eo-
dem actu; ſed nova, & ſpecialis intimatio
ne-

neceſſaria foret. Quoniam, cum nullum pro-
5 betur adeſſe particulare ſtatutum Religio-
nis, quo diſponatur ſmutitionem fieri diver-
ſis temporibus, ac ſub diverſis intimationi-
bus; quinimò idem ſtatutum in *Cap.42.tit.14.*
de Commendis, præcipiat, quod ſmutitiones
commendarum illicò fiant, ibi: *Ordiniamo,*
che ſubito doppo, che ſaranno legitimamente
certificati della morte, debbano procedere al-
la ſmutitione -- Indè prorsùs excluditur ne-
ceſſitas faciendi geminas ſmutitiones diverſis
temporibus: ſivè attendamus naturam di-
ctionis -- *ſubito* -- excludentem quamcum-
que moram, ac temporis dilationem; ut ob-
ſervat *Gloſſ.in Cap.Quia propter verbo Mox,*
de Elect., *Paſſerin. eod. tit. cap. 19. quæſt.2.*
num.2., *Garzia de Benefic. part. 2. cap.5.*
num.85., *Rota in Gneſnen. Abbatiæ Lau-*
dienſis 10. *Martii* 1692. §. *Hoc enim coram*
R.P.D.meo Priolo: ſivè meliùs indefinitam
ſtatuti diſpoſitionem, æque verificabilem in
7 ſmutitione titulo cabimenti, ac titulo recu-
perationis, utroque modo quantò citiùs ex-
plenda,

Hinc intelligentiæ conſonat obſervantia,
promanans ex actibus ſimilium ſmutitionum,
relatis per Equitem de Quartis, in ejus *Sum-*
mar. præcedentis propoſitionis coram R.P.D.
meo Priolo num.6.7., & 8.: ex quibus con-
8 ſtat, commendas, eodem tempore, quo ne-
mo inventus fuit receptor ad titulum Cabi-
menti; abſque reiterata ſmutitione, ac inti-
matione, illicò, per viam recuperationis, ad-
judicatas fuiſſe. Quæ obſervantia, ſi genera-
9 litèr, in quocumque caſu, plurimum atten-
ditur, ut benè *Rota coram Royas deciſ.78.*
num 20. majoris ponderis reputanda venit in
10 collationibus Commendarum Sacræ Reli-
gionis Hieroſolymitanæ: circa quas, rejectis
juris ſubtilitatibus, proceditur juxtà ſtylum,
& conſuetudinem Religioſorum; ut adver-
tit *Cardinalis de Luca de Benefic. diſc.121,*
num.7.

Quin urgeat in contrarium, quod anno
1681, occaſione vacationis alterius commen-
dæ, ex quo nullus repertus fuit receptor ad
titulum cabimenti, ad aliud tempus dilata
fuerit ſmutitio, titulo recuperationis facien-
da. Hic enim actus præſeferre quidem po-
teſt, quod venerabilis lingua tunc voluerit
ſmutitionem ad aliud tempus differre, pro-
pter ſuffragiorum difformitatem: non autem
quod ſmutitionem titulo recuperationis fa-
11 cere non poſſet. A defectu enim voluntatis,
ad illum poteſtatis; tamquam inter ſe omni-
nò diverſis, licita non eſt illatio; vulgata
L. Papinianus ff. de Minoribus.

Nec ſubſiſtit, quòd ſmutitio, titulo recu-
12 perationis, fieri ſoleat dumtaxat de illis
Commendis, quæ recuperantur à laicis, aliiſ-
que perſonis, alienis à religione, allegando
Statutum 14. *delle Commende cap.55.* Tum
13 quia dictum ſtatutum non loquitur taxativè
de Commendis recuperatis à manibus laico-
rum. Tum etiam, quia aſſumpto directè ob-
ſiſtit inconcuſſa obſervantia, elicita ex acti-
bus prædictis, datis *dict. Summario num.7.,*
& 8., in quibus, titulo recuperationis ſmu-
titæ fuerunt commendæ, quæ fuerant libe-
rè reſignatæ ab Equitibus, quæque prom-
ptum receptorem non invenerant.

Prout denique non adverſatur ſtatutum
de communi theſauro tit.5.num. 14. diſpo-
14 nens, quod ſi in aliqua lingua non invenia-
tur Eques capax Commendæ vacantis, fru-
ctus ad dictum communem theſaurum per-
tineant; ex hoc inferendo, quod admiſsâ
ſmutitione per viam recuperationis abſque
nova intimatione; grave præjudicium eidem
theſauro inferatur: dum fructus vacantis
Commendæ, interim decurrentes, conſequi
ampliùs non poteſt. Omiſſo enim, quod com-
15 munis theſaurus non eſt in cauſa, taliſque
exceptio tamquam de jure tertii, allegari
non valet à Caracciolo; ad effectum annul-
landi adjudicationem controverſæ commen-
dæ; ut reſpondit *Rota dec.601. num.9. 10.,*
& ſeqq. part.19.rec. occurrit ulteriùs reſpon-
ſio, quòd ſtatutum prædictum non prohibet
ſmutitionem Commendarum vacantium: ſed
tantùm providet, quod illâ non ſequutâ,
fructus earumdem pertineant ad communem
theſaurum; ac propterea, ex præfata diſpo-
ſitione ſtatutaria, deduci nequit nullitas, &
injuſtitia ſmutitionis: dum nec fieri prohibe-
tur; nec facta retractatur. Et, in omnem ca-
ſum, ſat eſt, Equitem de Quartis à procura-
toribus theſauri conſenſum reportaſſe; ut
de tali exceptione nulla ſit ampliùs haben-
da ratio,

Et ita, utraque &c.

DERTHUSEN. BENEFICII.

Ven. 29. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Quænam pactiones, cum quibus perſonis, &
de quo tempore probandæ ſint, ad hoc ut be-
neficium ſimoniacè reſignatum dici debeat,
& ille, qui iſtud, ſub tali narrativa impetra-
vit, conſequi valeat: & quando reſignatarius
poſſidens regulis de annali, & triennali ad-
versùs impetrantem inniti poſſit,

SUMMARIUM.

1 *Beneficium reſignatum purè, ac liberè, abſ-*
que ulla pactione, vel contractu ſimonico,
ſub iſtius prætextu impetrari ab alio ne-
quit.

2 *Litteræ apoſtolicæ non juſtificatæ exequutio-*
nem non merentur.

3 *Simoniæ, ſeu confidentiæ labes non incurri-*
tur ex pactionibus inter reſignantis, & re-
ſignatarii conſanguineos initis; & quan-
do reſignatarii perſonam, reſignationiſque
tempus non percutiunt, & num.17. & 18.

4 *Reſignatarius ad ſe eximendum à vexatio-*
nibus ſibi ſuper beneficio jam poſſeſſo illa-
tas à collitigante, poteſt cum eo certo mo-
do paciſci, certumque pretium perſolvere.

5 *Di-*

5 *Diſtinguitur concluſionem procedere, quando quis habet legitimum titulum, ac ſuper beneficio jus perfectè acquiſivit, poſſe lites, moleſtiaſque redimere; ſecus contra.*

6 *Beneficium debitum certo generi perſonarum, ſi nullus ex vocatis intra legitima tempora compareat; rectè obtinetur ſub narrativa, quod nullus qualificatus aſpirans exiſtat.*

7 *Et tunc proviſio etiam non qualificati eidem jus validum attribuit.*

8 *Oppoſitores in controverſia beneficii non ſufficit, quod compareant coram ordinario, ſi illud vacet ob renunciationem in manibus Papæ.*

9 *Admiſſio renunciationis beneficii à Papa facta, illud reddit affectum.*

10 *Poſſident pacificè beneficium per annum fruitur regula Cancellariæ de annali.*

11 *Impetrantis, qui poſt ſex menſes beneficii poſſeſſorem in judicium non vocavit, impetratio eſt nulla, etiam ſi poſſeſſor abſque titulo, vel cum titulo injuſto poſſideret.*

12 *Per triennalem poſſeſſionem beneficii titulus coloratus acquiritur.*

13 *Poſſeſſionem non interrumpunt moleſtiæ, quæ non ſunt reales in ipſa poſſeſſione bonorum, & fructuum perceptione, niſi reſpectu talem litem promoventium.*

14 *Moleſtiæ illatæ ab eo, qui poſtea liti renunciavit, habetur ac ſi non præceſſiſſent.*

15 *Poſſeſſio triennalis à die ceſſatæ illationis moleſtiarum adversùs impetrantem ſuffragatur.*

16 *Regula Cancellariæ de triennali excipit caſum ſimoniaci ingreſſus in poſſeſſione beneficii.*

19 *Declaratur regulam de triennali excipere caſum ſimoniæ ab ipſo poſſeſſore commiſſæ, non verò illius, quæ ex facto beneficium obtinentis non proceſſit.*

DECISIO CLXXIX.

SImplex beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Roſario, erectum in parochiali loci Quinque Turrium; cum reſervatione paſſivi juriſpatronatus, favore perſonarum de parentela, & cognomine de Guardiola: obtinuit anno 1690. Joſeph Pallares ad ſui favorem à Petro Antonio Guardiola reſignari: expeditiſque litteris apoſtolicis, ſub narrativa, quod nullus de dicto genere ad beneficium aſpirans exiſteret: immediatè poſſeſſionem apprehendit. At comparentibus Petro Guardiola, & Gabriele Antolini, eiſque contendentibus, quod ſubreptitiè in reſignatione prædicta narratus fuiſſet defectus perſonarum, à fundatore vocatarum; quæ ad præfatum beneficium aſpirarent: lis orta fuit coram ordinario Derthuſen., ſuper nullitate reſignationis; quæ ſub certis conventionibus, ac nonnullarum pecuniarum ſolutione, facta per patrem, & patruum reſignatarii, extincta remanſit. Hinc autem Petrus Antolini dicti Gabrielis frater, ſub narrativa, quod Joſeph, pro conſequendo dicto beneficio, ſimoniam realem, & confidentialem, ſeu nonnulla pacta illicita, & ſimoniæ labem redolentia, perpetraſſet; quodque ipſe foret de parentela fundatoris; idem beneficium à Sede Apoſtolica impetravit: productiſque litteris coram ordinario Derthuſen., ſententiam obtinuit, declarantem: Joſephum privandum eſſe beneficio; illudque Petro conferendum. A qua ſententia, commiſſa mihi appellationis cauſa; cum hodie dubitaverim -- *An litteræ apoſtolicæ ſint exequendæ* -- Domini *negativè* reſponderunt.

Cùm enim Joſeph beneficium, de quo agi-
1 tur, purè, ac liberè abſque ulla pactione, vel contractu ſimoniaco, ad ſui favorem reſignari obtinuerit: jam indè conſtat, quod
2 narrata ſimonia, impetrationis fundamentum, non verificatur: ideoque litteræ nullam merentur exequutionem; *Rot. dec.413. nu.19. p.18., & dec.223. n.17., & dec.274. n.3. p.19. rec.*

Et quamvis probatum fuerit, quod ferè poſt annum, à die ſequutæ reſignationis, interceſſerint nonnullæ pactiones inter conſanguineos ejuſdem reſignatarii, & Petrum Guardiolam, qui litem ſuper beneficio ſuſcitaverat; certumque pretium ſolutum fuerit; attamen iſti actus non percutiunt perſonam
3 reſignantis, & reſignatari; minuſque tempus ipſum reſignationis, vel antecedens; prout ad inducendam ſimoniæ, ſeu confidentiæ labem, requiritur; ex firmatis per *Lotterum de re beneſ. lib.3. q.19. n.49., & ſeqq., Rot. cor. Seraphino dec.1029. num.1., cor. Coccino dec.1508. n.15.17.*, & reſolutum fuit *in Jacen. confidentiæ 18. currentis, §. Tum etiam cor. R. P. D. meo dell' Olmo.* Adeout etiam
4 ipſe reſignatarius potuiſſet, ad redimendas vexationes, ſibi ſuper beneficio jam poſſeſſo illatas, certo modo cum collitigante paciſci; certumque pretium perſolvere; ut ex doctrina *D. Thomæ*, tradit *Suarez de relig. tom.1. lib.4. cap.50. n.2.*, & firmavit *Rot. cor. Dunozett. jun. dec.702. n.4., & in rec. dec.187. n.22. p.13.*

Non attentâ reſponſione, quod redemptio
5 litis, & moleſtiarum licita ſit ei, qui legitimum habet titulum; ac ſuper beneficio jus perfectè acquiſivit; ſecùs autem in hypotheſi, qua titulus Joſephi erat infectus, ob falſam narrativam, quod nullus qualificatus exiſteret, quando aderant Petrus Guardiola, & Gabriel Antolini: undè inferebatur, quod jus à Joſepho acquiſitum, ex litis ceſſione ſaperet potiùs emptionem beneficii, quàm redemptionem vexationis; juxta diſtinctionem, de qua *Donatus in prax. regul. de vat. & forma elect. tract. 1. q.23. per tot. p.1. tom. 2., Paſſerinus de elect. cap.7. n.212., & ſeqq., Navarr. conſ. 41. n. 2. de ſimonia lib.5.; Rot. cor. Buratto dec.307. n.5.6., & cor. Bichio dec. 472. n.21. & 22.*

Licèt enim beneficium, ut ſupra reſignatum, debitum eſſet certo generi perſonarum
6 nemine tamen ex eis comparente, Joſeph re-

ctè

ctè narravit, quod nullus qualificatus aſpirans
exiſteret: nec ſummus Pontifex illos per-
quirere, aut expectare tenebatur; ut ait
*Corradus in praxi beneſ. lib.2. cap.12. n.59.
& 68., Rot. dec.383. n.18. p.16. rec.* Et pro-
viſio, quantumvis facta favore non qualifica-
7 ti, legitima fuit: eique jus certum, ac vali-
dum attribuit; *Gonzalez ad regul 8. Cancel-
lariæ gloſſ.56. n.89., Garzias de beneſ. p.7.
cap.15. n.8., Rot. dec.343. n.18. p.16. rec.*
Parùm relevante quod oppoſitores coram
ordinario Dertuſen., pro controverſi bene-
ficii collatione intervenerint; nam, cùm bene-
ficium vacaſſet ex cauſa reſignationis apud
8 Sedem Apoſtolicam: comparere debebant
coram ſummo Pontifice: ad quem, non ve-
9 rò ad ordinarium, illius collatio, & proviſio
ſpectabat: dum per appoſitionem manus in
admiſſione reſignationis, affectum remanſe-
rat; *Pariſius de reſignat. lib.1. q.4. n.63.,
Lotterius de re benefic. lib 2. q.27. n.33.,
Gonzalez ad regul.8. gloſſ 52. n.7. & 16., Rot.
dec.313 n.28. p.11. rec.*

Hæc bonum jus reſignatarii ſatis apertè
demonſtrant. Et tamen ipſe juvatur etiam
10 regulis Cancellariæ *de annali, & trienali*
11 *poſſeſſore*. De annali quidem: quia per an-
num pacificè poſſedit; nec intra ſex menſes
vocatus fuit in judicium ab impetrante: adeò
ut impetratio, nulla, & inexequibilis remanſe-
rit; etiamſi poſſeſſor abſque titulo, vel
cum titulo injuſto poſſideret; *Lotterius de
re benefic. lib.2. q 52. n.40. & ſeqq., Cardina-
lis de Luca de benefic. diſc.47. n.19.*

De triennali etiam: quia Joſeph, benefi-
cii poſſeſſionem adeptus fuit anno 1690. Lit-
teræ verò impetrationis emanarunt anno
1696: quo tempore, cùm ille beneficium
pacificè poſſediſſet per triennium, & ultra:
12 jam titulum coloratum acquiſiverat; ex
quo, ab omni moleſtia immunis reddebatur,
Lotterius ubi ſupra q.53. n.7.

Quin pacificam poſſeſſionem interverte-
rent moleſtiæ; ut ſupra per Gabrielem An-
tolini. & Petrum Guardiola illatæ; tum
13 quia non erant reales in ipſa poſſeſſione bo-
norum, ac fructuum perceptione: ideoque
illa interrumpi non valuit; niſi reſpectu eo-
rum à quibus tunc lis promota fuit; *Lotte-
rius de benefic. q.53. n.72., Rebuffus de paci-
fic. poſſeſſ. n.200., Rot. dec. 39. n.4., & dec.
156. n. 35. & 53. p. 12. rec.; & cor. Royas
dec.294. n.5.* Tum, & fortiùs, quia anno 1691.
moleſtiæ ceſſarunt per renunciationem liti
14 factam ab oppoſitoribus: adeout, vel ha-
beri debeant, ac ſi non præceſſiſſent; vel
cùm ab indè citra, Joſeph, per quadrien-
15 nium, in poſſeſſione continuaverit: nova
exindè triennalis inchoata fuerit: quæ adver-
sùs impetrantem ſuffragatur; *Lotterius,
ubi ſupra n.10., & Rot. cor. Royas d. dec.294.
n.49.*

Replicatio autem quod eadem regula *de
16 Triennali*, apertis verbis excipiat caſum
ſimoniaci ingreſſus in poſſeſſionem beneficii:
17 nil prorsùs urget: dum, ut præmittimus, Jo-
ſeph, ante captam poſſeſſionem, nullum,
cum reſignante pactum inivit. Subſequutæ
18 autem conventiones, cum oppoſitoribus ad
beneficium aſpirantibus, factæ per patrem,
ac reſpectivè patruum ejuſdem Joſephi; ul-
tra quod, juxta ſuperiùs firmata, ſimoniæ
labe non inficiuntur: ſat eſt, quod ab ipſo
19 Joſepho non proceſſerint; ut locum ſibi vin-
dicet regula *de trienniali*: quæ tantùm exci-
pit caſum ſimoniæ, ab ipſo poſſeſſore com-
miſſæ; ut tradunt *Gomes ad regul. de trien-
nali q. 12. n.8., Lotterius de re beneſ. lib.3.
q.29. n.117. & ſeqq., Card. de Luc. de benefic.
diſc.91. n.6., Mantic. dec.211. n.3., Rot. cor.
Penia dec.270. n.5., & dec. 319. n.1. p.2. di-
verſ.*

FIRMANA DOTIS.

Lunæ 2. Maii 1701.

ARGUMENTUM.

Status hæreditarius quomodo per dicta teſtium conſtitui poſſit. Frater qui paternæ hæreditati renunciavit, & ſoror a ſtatuto, ſola ſervata dote, excluſa, nequeunt inoffícioſam accuſare dotem à communi patre alteri ſorori conſtitutam. Conſtituens dotem reſervata facultate ejus ratam cum bonis perſolvere, ſi intra conventa tempora non impleat, vel creditor, poſt mandatum ad factum, obtinuit exequutivum pro pretio, illud ſolvere compellitur. Fructus dotales, a muliere intentata lite ſuper dotis reſtitutione, ejus hæredibus debentur.

Confirmatur infra dec.210.

S V M M A R I V M.

1 *Dotis creditum probatur ex capitulis matrimonialibus.*

2 *Dotis creditum non ſatisfactum ſolvi debet ab hæreditate dotantis pro ſorte & fructibus.*

3 *Valor rerum antiquus non probatur à teſtibus deponentibus de præſenti, cum pretia rerum in dies augeantur, & minuantur.*

4 *Teſtes non deponentes de mobilibus alienatis, non formare poſſunt ſtatum hæreditarium.*

5 *Status hæreditarius, ut probetur, requiritur coarctatio negativæ non exiſtentiæ aliorum bonorum.*

6 *Valoris bonorum per teſtes relati inſubſiſtentia convincitur, ſi creditor longè majori pretio illa emere voluerit.*

7 *Filius renuncians hæreditati paternæ, ſicut ſuper ea legitimam detrahere nequit; ita nec valet excipere de inoffícioſitate dotis, quæ datur pro legitimæ conſequutione.*

8 *Querela inoffícioſæ dotis non propoſita ab eo, cui competebat, non tranſmittitur ad hæredes.*

9 *Jus metiri non poſſumus ab aliquo uti hærede, ſi illam hæreditatem adiviſſe non conſtat.*

10 *Jus adeundi per triginta annos præſcribitur.*

11 *Titulus*

11 *Titulus præſumptus allegari nequit, cum ex poſſidentis declaratione de diverſo vero titulo conſtat.*

12 *Jus dicendi de inofficioſitate dotis non poteſt remanere in hæreditate ſororis, quæ à ſtatuto excluditur ab hæreditate parentum, reſervata ſola dote.*

13 *Statutum Firmanum totaliter filias excludit, & eis ſolam dotem ab hæreditate parentum reſervat, quam nuptiarum tempore conſequi debent.*

14 *Mandatum pro integra quantitate crediti dotis relaxari nequit, quando illius conſtitutor facultatem ſibi reſervavit aſſignandi pro rata tot bona.*

15 *Limitatur quando talis facultas pendet à conditione, quæ poſtea non fuit purificata.*

16 *Limitatur etiam, quando creditor dotis legitimè petiit, & obtinuit coram Judice conſignationem bonorum, aliàs pretium, quod eidem debetur ex vi obligationis cameralis.*

17 *Obligatio cameralis continet obligationem ad intereſſe.*

18 *Jocalia compenſantur cum fructibus dotis.*

19 *Fructus dotis, mortua muliere, ejus hæredibus non debentur.*

20 *Limitatur concluſio; quoties lis ſuper reſtitutione dotis, ipſa muliere vivente, fuit incepta.*

21 *Lis mota vim habet interpellationis.*

22 *Et efficit, quod jus petendi fructus ad hæredes tranſmittatur*

23 *Renunciationis bonorum à muliere permiſſæ non implementum, dotis ſolutionem retardare nequit, cùm ejus debitori nullatenus eſt præjudiciale.*

24 *Cui ſatis eſt conſultum ſi in mandato ſit adjectum* -- facta renunciatione bonis in actu ſtipulationis reſidui dotis.

DECISIO CLXXX.

RElaxato in tribunali A. C uſque de anno 1679. favore fratrum de Garullis, mandato exequutivo in ſumma ſcutorum 1958. pro reſiduo ſortis, ac fructuum debitorum ex cauſa dotis promiſſæ Francinæ de Cacciacontibus, per Comitem Julium patrem, ac reſpectivè Joannem Baptiſtam illius fratrem: factâque ſuper bonis hæreditariis dicti Comitis Julii, exequutione: Signatura Juſtitiæ cauſam commiſit cum clauſula *Alteri qui ad legitimam.* Ad cuius normam, diſputato coram R.P.D. meo Pio, dubio: -- *An eſſet procedendum ad legitimam, & relaxandum novum mandatum pro fructibus poſtea decurſis;* in audientia 17. Junii 1699., *affirmativa* prodiit reſolutio; confirmata 15. Januarii anni præteriti. Iterum autem provocante debitore; denuò fuit per Signaturam ſuſpenſa exequutio, mediante reſcripto *Alteri qui ad ulteriorem legitimam*: mihique directâ commiſſione, dubitavi hodie: *An eſſet procedendum ad ulteriorem legitimam*: & reſponſum habui *affirmativum.*

Validitas enim mandati erat extra controverſiam, & juſtitia reſultabat ex geminis de-
ciſionibus; ut ſupra editis coram R.P.D. meo
1 Pio; firmantibus, quod creditum dotale abunde probatur ex capitulis matrimonialibus, camerali obligatione vallatis: quodque,
2 illo non ſatisfacto, rectè potuit contra hæreditatem dotantis, tam pro reſiduo ſortis, quàm pro fructibus, mandatum relaxari.

Exceptiones autem in præteritis cauſæ diſceptationibus adductæ ad retardandam exequutionem, rurſus agnitæ fuerunt irrelevantes. Illa enim inofficioſitatis dotis, nec ſubſiſtit in facto, nec adverſatur in jure. In facto ſiquidem non verificatur ſuppoſitum, quod patrimonium dotantis conſiſteret in ſolis ſcutis 3000., ex quibus, detracto debito dotis maternæ in ſumma ſcutorum 2000., ſupereſſent duntaxat ſcut. 1000.; non ſufficientia ad ſolutionem præfatæ dotis, ab initio promiſſæ in ſcutis 1500. Teſtes quippe ad hunc effectum adducti, non concludunt; nedum ob plures exceptiones, quas patiuntur; verùm etiam, quia non deponunt de valore
3 bonorum tempore, quo vivebat dotans; ſed de præſenti: & tamen notum eſt, pretia rerum, in dies augeri, vel diminui; ut per *text. in l. pretia rerum 63. §. Nonnulla tamen ff. ad leg. falcid* dixit *Rota in Faventina prædii 24. Januarii correntis anni §. Sanè, cor. R. P. D. meo Pio.* Rurſùs mentionem non faciunt de mobilibus, ac ſemoven-
4 tibus, poſt promiſſam dotem alienatis. Quocirca, ex eorum depoſitionibus dici nequit
5 probatus ſtatus hæreditarius; cùm ad illius perfectam probationem requiratur coarctatio negativæ, circa non exiſtentiam aliorum bonorum; ex firmatis per *Rot. dec. 144. n. 5. p. 15., & dec. 207. n. 15. p. 16. rec.*

Iſtaque probatio ſtatus hæreditarii, eo magis imperfecta cognoſcitur ex oblatione per Gatullos facta, recipiendi pretio ſcutorum 1350. domos poſitas in civitate Firmana,
6 & prædium nuncupatur. *Capo d'arca*: tametſi hæc omnia per teſtes æſtimata fuerint in ſolis ſcutis 700., quod ponderat *d. 2. dec. R. P. D. mei Pii §. Firmata.*

In jure verò talis exceptio non officit; quia cùm Joannes modò ad ſolutionem pulſatus, ac bonorum detentor, paternam hæredita-
7 tem repudiaverit: ſicuti nullam ampliùs habet actionem detrahendi ſuper ea legitimam; quæ solùm titulo hæreditario debetur: ita nec valet excipere de inofficioſitate dotis; quæ datur pro legitimæ conſequutione; ut firmat *prima deciſio R. P. D. mei Pii §. penultimo; & ſecunda in §. Hæc viſa ſunt.*

Non attentâ reſponſione, quod idem Joannes, licèt non hæres patris, fuerit tamen hæres Cacciaguerræ fratris, & Conteſſæ ſororis, qui paternam hæreditatem non repudiaverant; ac propterea, ex illorum perſonis, valeat inofficioſitatem opponere. Tum quia
8 cùm talis querela inofficioſæ dotis propoſita non fuerit per fratrem, ac reſpectivè ſororem, quouſque vixerunt: jus illam proponendi tranſmitti non potuit ad hæredem; ut firmat *ſecunda deciſio cor. R. P. D. meo Pio,*

§. *Aut*

9 §. *Aut verò.* Tum quia non conſtat eundem
Joannem adiviſſe fraternam hæreditatem: &
elapſis jam ab illius obitu annis 35. jus adeun-
10 di præſcriptum remanſit; ut *in d. dec. R.P.
D. mei Pii, dicto §. Aut verò.*
Quin hujuſmodi aditio deduci valeat ex
retenta per Joannem poſſeſſione bonorum;
ſuper quibus dicti Cacciaguerræ debita erat
11 legitima. Cùm enim ipſe judicialiter decla-
raverit, ſe poſſidere bona hæreditaria pa-
tris, pro credito dotali materno: jam indè
conſtat de alio titulo expreſſo; & conſequen-
ter allegari non poteſt præſumptus; ſcilicet
aditionis fraternæ hæreditatis, *Adden. ad
Gregor. dec.95. n.7. litt. A.*
Et hæc, quæ indiſtinctè procedunt, faci-
liùs locum ſibi vindicant reſpectu ſororis di-
12 cti Joannis: in cujus hæreditate hoc jus di-
cendi de inofficioſitate, remanere non po-
13 tuit, ob reſiſtentiam Statuti Civitatis Fir-
manæ, fœminas excludentis ab hæreditate
parentum; reſervatâ ſolâ dote, nuptiarum
tempore conſequenda; & per conſequens,
ad Joannem tranſmitti non potuit; ut firma-
tur *in d.2.dec. R.P.D. mei Pii § finali.*
Sublatâ exceptione inofficioſitatis, non
14 urget altera, quod non potuit relaxari man-
datum pro integra quantitate capitalis; dum
debitor ſibi reſervaverat facultatem aſſignan-
di pro rata tot bona; multòque minùs pro
fructibus, etiam pendente dilatione, decur-
ſis; non bonificata ulterius ſumma ſcutorum
150., habita in tot jocalibus à Nicolao viro.
Quoniam, reſpectu facultatis, ultra quod il-
15 la conceſſa erat ſub conditione, quatenùs
intra quatuor annos non fuiſſet vendita quæ-
dam domus: ceſſat difficultas, ex quo Ga-
rulli creditores. uſque de anno 1678., cita-
to curatore deputato hæreditati debitoris;
16 necnon etiam ipſo Joanne, petierint coram
A.C. ſibi tradi bona promiſſa; aliàs relaxari
mandatum in pecunia, ſeu pretio, contra
bona hæreditaria: & Judex decretum inter-
poſuit; *ſum. fratrum de Garullis n.4.* Ideò-
que, non facta bonorum aſſignatione, potuit
17 in vim obligationis cameralis, continentis
ſtipulationem ad intereſſe; relaxari manda-
tum pro quantitate; quæ loco intereſſe ſuc-
cedit; *Rot. dec.44. num.5. poſt Zacchiam de
oblig. camer.: & in Romana dotis, ſuper an-
terioritate hypothecæ*, 18. *Martii* 1689. §.
Cùm promiſſo, cor. R̃mo Turonen. Reſpe-
ctu verò fructuum, conſtitit ex facto, man-
datum pro illis, tempore dilationis decurſis,
non fuiſſe relaxatum. Et quoad jocalia, il-
18 lorum pretium venit compenſandum cum
aliis fructibus decurſis poſt ſententiam A.C.
Prout nec urget, quod intra ſummam, pro
qua fuit ab A.C. relaxatum mandatum, fue-
rint calculati fructus uſque ad annum 1677.;
19 quando iſti ceſſaverant ab anno 1670., quo
Franciſca obierat. Lis namque pro ſolutione
20 dotis, cepta fuerat ab ipſa muliere uſque
de anno 1661. Cùmque, citra dubium, ea-
21 dem lis æquipolleret interpellationi; ut di-
xit *Rot. in Romana dotis, ſuper integra re-*

ſtitutione 18. *Aprilis* 1690. §. *Etenim cor. d.
22 R̃mo Turonen.*: jus petendi fructus tranſ-
miſſum fuit ad filios hæredes; *Rot. in Ro-
mana immiſſionis* 9. *Januarii* 1699. §. *Nec
motivo, cor. R.P.D. meo Caprara.*
Nec demùm relevat, quod Franciſca hæ-
reditati paternæ minimè renunciaverit; jux-
ta formam promiſſionis factæ à Nicolao patre
23 dd. de Garullis. Tum quia, cùm talis omiſ-
ſio renunciationis, nullum parti præjudicium
inferre valeat: illius exceptio non attendi-
tur ad retardandam dotis ſatis actionem; ut
reſpondit *Rot. in Romana dotis* 5. *Junii*
1693. §. *Ad quam, cor. R. P. D. meo Pio.*
Tum quia mandatum A.C., de cujus exe-
quutione diſputatur: jam continet clauſulam
*Facta renunciatione bonis, in actu ſolutionis
reſidui dotis, d.ſum.n.6.* Et propterea ſatis re-
manet debitori conſultum,
Et ita, altera &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA, SUPER FRUCTIBUS ET EXPENSIS.

Ven. 6. Maii 1701.

ARGUMENTUM.

Præbetur à Summario.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ vivæ debent integraliter à victo vi-
ctori reſtitui.*
2 *Partitæ veriſimiles modicæ penſionum, ex at-
teſtatione inquilinorum liquidantur.*
3 *Liquidatio fructuum leviores probationes re-
quirit.*
4 *Et ſufficit dictum unius teſtis.*

DECISIO CLXXXI.

ABſoluto per rem judicatam judicio ſuper
immiſſione ad bona fideicommiſſaria bo.
me. R. P. D. Hieronymi de Avila: Petrus
Paulus actor petiit, & obtinuit ab hoc ſacro
Auditorio, coram R. P. D. meo Pio, taxari
expenſas, & liquidari fructus, per Vincen-
tium de Cicciaporcis, pendente lite, per-
ceptos; ac reſpectivè reſtituendos. Cùmque
ab hujuſmodi taxatione, ac liquidatione pro-
vocaverit idem Lucas Antonius; mihique
directa commiſſione, dubitaverim hodie;
*An conſtet de exceſſiva taxatione, & liqui-
datione expenſarum, & fructuum*: Domini
reſponderunt: *Non conſtare de exceſſiva
quoad expenſas: fructus verò liquidandos eſſe
in ſumma inferiùs exprimenda.*
Moti reſpectu expenſarum, ex eo, quod
omnes illæ in notula contentæ, ſunt judicia-
les; utpotè conſiſtentes in regeſto, citatio-
nibus, ſportulis, & ſimilibus, quæ vivæ di-
1 cuntur; ideòque nullam patiuntur diminu-
tionem; *Rot. cor. Buratto dec.16. n.1., cor.
Cerro dec.257. n.6.*
Reſpectu autem fructuum, Domini pro-
cedendo cum notula per Petrum Paulum ex-

hibita;

hibita ; & continente quatuordecim partibus, in totum conſtituentes ſummam ſcutorum 434. 71., duabus exceptis : cæteras omnes cenſuerunt eſſe admittendas. Novem enim ex eis juſtificantur mediantibus receptis factis, vel per ipſum Vincentium, vel per ejus procuratorem, mihique originaliter exhibitis ; adeout illæ, nec fuerunt coram me in controverſiam deductæ : aliæ verò tres
2 ex atteſtationibus inquilinorum, quas ſufficere dictum fuit : cùm modicam ſummam ſecumferant : & ſint veriſimiles, & regulare
3 ſit, quod in hac materia liquidationis, le-
4 viores probationes admittantur ; adeout etiam dicto unius teſtis deferatur ; *Baldus in l. Si fundum in fin. Cod. de rei vendic. Rot. cor. Seraphino dec. 1132. per tot., & coram Rembold. dec. 111. n. 4 & 5.*

Geminæ autem partitæ, quas Domini rejecerunt, conſiſtunt prima in ſcutis 15. 75., & ſecunda in ſcutis 5. in totum aſcendentes ad ſcuta 20. 75., quarum reſpectu, nulla prorſus datur probatio ; itaut, illis detractis à præfata notula, pateat calculanti, ſupereſſe ſummam ſcutorum 413. 96., in qua Domini responderunt, *fructus eſſe liquidandos.*

Utraque &c.

RECINATEN. BENEFICII.

Lunæ 9. Maii 1701.

ARGUMENTUM.

Donatio juriſpatronatus ex eo tempore jus hæredibus donantis aufert, quo ordinarii acceſſit aſſenſus. Jus præſentandi ſpectans ad Collegium, ſi illius major pars nolit ad præſentandi electionem devenire, minor pars incaſſum facit ; nam uti ſinguli nominationem explere cenſentur, juxta opinionem *Banormit.*; quæ tamen declaratur procedere, vel quando non legitimè congregatio eſt congregata, vel quia non adſit finis termini ad præſentandum ; in quibus caſibus cùm nulla ſit prima nominatio legitimè ad aliam deveniunt patroni, etiam in jurepatronatu eccleſiaſtico. Et in dictis circumſtantiis procedit opinio *Butrii*, quæ etiam locum habet cùm duæ ex tribus partibus congregatorum ad nominationem devenit ; juxta optimam diſtinctionem *Lotterii.*

SUMMARIUM.

1 *Litteræ apoſtolicæ ſub falſa narrativa obtentæ exequi nequeunt.*
2 *Juſpræſentandi donatum cum aſſenſu ordinaria, in donantis hæredes non tranſit.*
3 *Donatio juris præſentandi non conſideratur, ſi de præſentatione à donatario facta ſacra Rota rationem habere noluerit.*
4 *Præſentatio à donatario facta antequam ordinarii conſenſus intervenerit, jus tribuit præſentato à donante.*
5 *Jus præſentandi à donatario, & ejus hæredibus, non niſi poſt ordinarii confirmationem abdicatur.*
6 *Donatione juris præſentandi confirmata ab ordinario, omne jus à donantis hæredibus abdicat.*
7 *Etiam ſi confirmatio poſt obitum donantis ſuperveniat.*
8 *Confirmatio ordinarii donationis juriſpatronatus quandocumque eveniat, donantis hæredes omni jure privat.*
9 *Ordinarii ſubſequuta confirmatio donationis juris præſentandi, donatario non ſuffragatur, ſi illud retrodonaverit primo donanti.*
10 *Et tunc non poteſt ordinarius talem confirmationem apponere.*
11 *Et ſi facit, non eſt attendenda.*
12 *Donatarii juris præſentandi, ſi ante ſuperventum ordinarii conſenſum præſentent, nulla eſt præſentatio ; ſecùs ſi poſt.*
13 *Litteræ cum derogatione medietatis vocis exequutionem non merentur, niſi illas obtinens à medietate vocum patronorum ſit præſentatus.*
14 *Juſpræſentandi univerſitati competens, non inſtante termino ad præſentandum, ſi minima pars præſentet, alii renuant, in illa conſolidatum non dicitur.*
15 *Sed ut ſinguli ſuffragium tuliſſe cenſentur, & ideò nulliter, juxta* theoricam Panormitani.
16 *Jus præſentandi univerſitati competens, ſi aliqui renuant præſentare, totum in alios conſolidatur ex* ex theorica Butrii.
17 *Limitatur quando convocatio univerſitatis non facta fuit die conſueta.*
18 *Et quando non præceſſit individualis denunciatio negociorum in congregatione examinandorum ; quam illius lex particularis requirit ſub pœna nullitatis.*
19 *Declaratur* dicta theorica Butrii, *tunc locum habere, quando inſtet lapſus termini ad præſentandum, aut eo non inſtante duæ ex tribus partibus univerſitatis conveniant in electione, ſecùs locum habet* dicta theorica Panormitani, *ut diſtinguit* Lotterius.
20 *Univerſitas, ſeu confraternitas poſt primam præſentationem, nullum alium poteſt ritè præſentare.*
21 *Patronus eccleſiaſticus non dicitur variare ; ſi primus actus præſentationis fuerit imperfectus.*

DECISIO CLXXXII.

Sequutâ de anno 1699. vacatione ſimplicis beneficii de jurepatronatus mixto laicorum, & eccleſiaſticorum, ſub invocatione S. Sebaſtiani, intra Collegiatam Eccleſiam Caſtri Novi Civitatis Recinaten. Canonicus Venerius præſentationem reportavit à Reverendiſſimo Epiſcopo dictæ Civitatis, uti ejuſdem Collegiatæ Præpoſito, ac pro tertia parte patrono : necnon etiam à fratribus de Condulmariis, & à Confraternitate B. M. Caſtri Novi. E contra verò Maſluccius præſentatus fuit à Monaſterio S. Thomæ ex perſona ſororis

roris Claræ de Calcionis, in illo monialis, & à nonnullis dictæ Confraternitatis B. Mariæ confratribus, inſimul congregatis. Uterque præſentatus proviſionem apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, impetravit. Et, licèt Venerius in porrigenda ſupplicatione præveniſſet. magis tamen diligens fuit in expeditione litterarum Maſſuccius: qui proindè, obtento decreto pro illarum exequutione à Gubernatore Lauretano in exequutorem deputato, beneficii poſſeſſionem apprehendit. At, provocante Venerio, qui coram præfato exequutore citatus non fuerat: Signatura Juſtitiæ, appellationis cauſam mihi commiſit cum clauſula -- *Parito litteris arbitrio; circumſcripta poſſeſſione, & appoſito ſequeſtro* -- quo adimpleto, dubium hodie propoſui -- *An intret arbitrium pro retardatione exequutionis litterarum Maſſuccii: ſeu litteræ Venerii ſint exequendæ* -- Et quoad utramque partem *affirmativa* prodiit reſolutio.

Fundamentum reſpectu primæ partis, ſteterit in eo, quod litteræ Maſſuccii circa narratam ſui ipſius prætenſionem à medietate patronorum, non ſunt juſtificatæ. Cùm enim in præcedenti hujus beneficii vacatione, diſcuſſo acerrimè jurepatronatus in noſtro tribunali per quinque deciſiones editas coram bo. me. Emerix firmatum fuerit, illud æqualiter ad tres patronos pertinere. Primò nempe ad Reverendiſſimum Epiſcopum uti Propoſitum dictæ Collegiatæ Caſtri Novi. Pro alia rata ad Joſephum, Sebaſtianum, & Marinum de Calcionis; ac demùm tertiò ad Confraternitatem dictæ Collegiatæ: ſutique dum nulla ex hiſce vocibus aſſiſtit Maſſuccio: jam patet, narrativam in facto deficere: ideò-
1 que litteras ſub illa obtentas, exequutionem non mereri; ut dictum fuit in *Derthuſen. beneficii* 29. *Aprilis proximè præteriti* §. *Cùm enim coram me.*

Sanè non aſſiſtit prima: quia dubium non eſt, quod Reverendiſſimus Epiſcopus præſentaverit Venereum; & conſtat ex ejus *ſum. num.* 1.

Minùs ſecunda fratrum de Calcionis: quia iſti, uſque de anno 1660. donarunt eorum vocem Dominico Barono: taliſque donatio de anno 1676. confirmata fuit à clar. mem. Cardinali Creſcentio, tunc temporis Epiſ-
2 copo Recinaten.; ac proindè jus præſentandi tranſire non potuit in Claram filiam Sebaſtiani, unius ex donantibus; nec per conſequens ex ejus perſona in monaſterium S. Thomæ: *Gloſſ. in canon. piæ mentis* 16. *q.*7. *verſ. ſecundò donatione*, *Lambertin. de jurepatr. lib.*1. *p.* 2. *q* 4. *art.*1., *Vivian. eod. tract. lib.*4. *cap.*4. *n.*7., *Rot. dec.* 17. *n.*5. *verſ. Nec obſtat, eod. tit. in antiquis, & in rec. dec.* 372. *n.*26. *p.*11.

Quin relevet objectum, quod Sac. Rota, in ſuperiùs relatis deciſionibus coram bo. me.
3 Emerix, præſentationem Baroni donatarii non admiſerit; ut indè ratio habenda non ſit de donatione. Siquidem eatenus dictam præſentationem rejecit, quatenùs hæredes donantis, jam eo tempore, nondum ſequutâ
4 confirmatione donationis præſentaverant; ac propterea firmavit ſubſequutam confirmationem, re ampliùs non integrâ, ſuffragari non poſſe ad tollendum jus tertiò quæſitum ex præſentatione facta per hæredes donan-
5 tis: à quibus jus præſentandi, non niſi poſt obtentam Epiſcopi confirmationem abdicatur; ut videre eſt in *deciſione* 11. *Januarii*, & 4. *Junii* 1683., *utrobique in fine principii*, & 10. *Martii* 1684. §. *Neque relevare, cor. dicto bo. me. Emerix.*

Ceſſat autem hæc ratio in hodierna vacatione anni 1699, quo tempore donatio, jam
6 longè ante confirmata reperiebatur; adeout omne jus à donante, illiuſque hæredibus ab-
7 dicatum remanſiſſet; etiamſi confirmatio poſt obitum donantis evenerit: cum ea quan-
8 documque accedat, ſatis ſit ad privandum hæredem omni jure antea competenti; juxta magiſtralem *deciſionem* 17. *de jurepatron. in antiq.* quàm, rejectâ opinione Lambertini, paſſim ſequutum fuit noſtrum Auditorium; ut *cor. Duran. dec.* 415. *n.*5., & *dec.* 418. *n.*7. & 8., *cor. Bichio dec.* 277. *n.*8., & *ſeqq.*, *cor. Cerro dec.* 455. *n.*6. & 7., *in rec. dec.* 337. *n.*7. *p.*2., *dec.* 372. *n.*26. *p.*11., & teſtatur *Adden. ad Burattum dec.* 702. *n.*9.

Nec hiſce auctoritatibus contrariantur *deciſiones* a 166. *n.*12. *cor. Coccino*, & 76. *cor.*
9 *Dunozetto jun.* Prima enim, vel intelligenda venit in caſu, quo donatarius retrodonaverit juſpatronatus favore donantis; de quo ibi agebatur; ut videre eſt ſub *n.*10. *verſ. Tertio eſt præſumendum*: in quibus terminis,
10 ob jus, quod donans ex dicta retrodonatione acquiſiverat: non potuit amplius Ordinarius ſuum conſenſum interponere: vel in
11 omnem caſum, utpotè contraria poſteriori ſententiæ, quam Sacra Rota, validioribus innixam fundamentis, agnoſcens, amplexa fuit, nullatenùs eſt attendenda. Altera verò coram Dunozetto loquitur in caſu, quo
12 ante ſuperventam Ordinarii confirmationem, hæredes donantis præſentaverant: & ſic non procedit in præſentatione facta poſt ſequutam confirmationem; ut diſtinguendo probat *dicta dec.* 277. *n.*10. *verſ. Hoc procedit, cor. Bichio, & cor. Cerro dicta dec.* 455. *n.*7.

Conſtito ex prædictis, quod geminæ ex tribus vocibus non aſſiſtant Maſſuccio: jam patet quod etiamſi altera vox eidem adſcri-
13 beretur: verificata non eſt narrativa, quod ipſe fuerit ſaltem præſentatus à medietate patronorum: adeout ejus litteræ nequeant exequutioni demandari. Et tamen neque tertia vox confraternitatis, ad ejus commodum referri poſſe videbatur. Licèt enim congregatis ſub die 27. Decembris dicti anni 1699., confratribus, ipſe à ſex illorum præſentationem reportaverit: alii tamen quindecim reclamarunt. Ideoque, cùm lapſus
19 termini ad præſentandum non inſtaret: dici non poteſt, quod totum jus, conſolidatum

15 fuerit in ſolis præſentantibus : ſed ſuffra-
gium cenſetur ab eis latum, uti ſingulis, &
auctoritate ſingulorum : non univerſitatis;
juxta *theoricam Panormitani. in cap. Cum
nobis 19.n.10. verſ. Si verò receſſerunt duæ
partes de elect., Lambertin. de jurepatr. p.2.
lib.2. q.2. art.19. n.12. fol. mihi 758., Lotter.
de re beneſ. lib.2. q.17. n.7., Paſſerin. de elect.
cap.11. n.107.*

Non attentâ reſponſione, quod ubi Capi-
16 tulum ſit congregatum, ſi aliqui ex capitu-
laribus renuant ſuffragari, tota poteſtas ca-
pitularis tranſeat ad alios; juxta doctrinam
17 *Butrii in d. cap. Cum nobis de elect.* Tum
quia convocatio Confratrum facta fuerat ex-
tra conſuetam diem; primam nempe diem
Dominicam cujuslibet menſis : & ulteriùs
18 non præceſſerat individualis denunciatio
negociorum, in congreſſu examinandorum:
prout fieri debere, ſub pæna nullitatis, an-
tecedenter ſub die 5. Septembris decreve-
rat *Rmus Epiſcopus, ſum. Canonici Venerei
n.6. in fine.* Tum, & fortiùs quia præfata
19 concluſio non procedit indiſtinctè; ſed ſo-
lùm quoties inſtet lapſus termini ad præſen-
tandum; aut, eo non inſtante, duæ ex tribus
partibus capitularium conveniant in electio-
ne; (quæ circumſtantiæ in hypotheſi non
concurrunt) ut, ex theorica Abbatis diſtin-
guendo probat *Lotter. de re beneſ. lib.2. qu.
17. n.7.*, & firmavit *Rot. in Syraguſana Præ-
poſituræ 5. Decembris 1696. §. Præterea, cor.
R.P.D. meo Muto.*

Præmiſſa omnia, quæ juſtitiam compro-
bant reſolutionis circa primam dubii partem:
influunt etiam in ſecundam ſuper executione
litterarum Venerii. Cùm enim iſte præſenta-
tionem habeat de ſe factam à Reverendiſſi-
mo Epiſcopo; ut præmiſimus, pro tertia
parte patrono; nec non à fratribus de Con-
dulmariis, cauſam habentibus à prædictis de
Calcionis pro alia tertia parte Compatronis:
indè ſequitur, verificatam eſſe narrativam
præſentationis factæ à majori parte, vel ſal-
tem medietate patronorum; licèt etiam ip-
ſius favore connumerari poſſet tertia vox
Confraternitatis: dum, ſequuto de mandato
Reverendiſſimi Epiſcopi, novo Confratrum
conſeſſu, ex viginti, qui intervenerunt: de-
cem, & octo, favore dicti Canonici, ſuffra-
gium dedere; ut in ejus *ſum. n.9. litt. A.*:
20 quod, ſtante nullitate prioris electionis, va-
lidè fieri potuiſſe, ſtatuit *text. in cap. Con-
gregato, de elect.: & cap. Conſtitutis de ap-
pellat.*: ac probant *Lambertin. de jurepatr.
p.2. lib.2. q.7. art.3. ante n.1.*; ubi quod pa-
tronus eccleſiaſticus non dicitur variare; quia
non fuit perfectus primus actus; *Vivian.
eod. tract. lib.10. cap.1. n.16., & ſeqq.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CASTRI PORCILIANI SUPER RESERVATIS.

Ven. 13 Maii 1701.

ARGUMENTUM.

Prælationem obtinens in prædio contra illius emptorem à die liberè depoſiti pretii fructus repetit. Extantes verò quomodo, & cum qua ſingulorum diſtinctione veniant inter ipſum, & emptorem dividendi pro rata temporis poſſeſſionis, & quomodo illud computari debeat latè diſtinguitur.

Confirmatur infra deciſ. 201., & adeſt in hac cauſa ſupra dec. 111.

SUMMARIUM.

1 *Prælationem obtinens in omnibus ſubrogatur in locum emptoris.*

2 *Limitatur non obtinere fructus ab initio, niſi pretium effectivè deponat.*

3 *Sed obtinet verè à die depoſiti pretii.*

4 *Oblatio pretii in eo qui ex jure prælotionis ſubingreditur, non ſufficit etiam judicialiter, ſed requiritur reale pecuniarum depoſitum, quas retrocedens pro ſuo arbitrio poſſit accipere.*

5 *Fructus conſiſtentes in lignis ante venditionem fundi inciſis ejuſdem pretium augent, & ſunt in venditione comprehenſi.*

7 *Ideoque ſunt reſtituendi ei, qui vigore prælationis in primi emptoris locum, refuſo pretio ſubingreditur.*

7 *Impenſæ neceſſariæ ad venditionem factæ, ab eo, in cujus locum ſuccedit prælationem intentans, ſunt reficiendæ.*

8 *Fructus recollecti, & a ſolo ſeparati ante factam à prælationem prætendente realem pretii reſtitutionem ſiunt primi emptoris, qui tunc eſt verus Dominus.*

9 *Fructus pendentes de tempore factæ deliberationis, & tempore reſtitutionis fundi, factæ ab emptore prælationem habenti, inter ipſos, pro rata temporis, quo poſſiderunt, ſunt dividendi, &* num.13., *& declaratur* num.12.

10 *Annus in diviſione fructuum ex quo die incipiat?*

11 *Fructus pendentes tempore venditionis ſiunt emptoris.*

12 *Fructus pendentes tempore venditionis, ab emptore reſtitui debent ei, qui prælationem obtinuit.*

14 *Qui ſint fructus pendentes enumerantur, &* num.16.

15 *Lucrum proveniens ex locatione equorum ad tritarandum frumentum, & ſegetes inter fructus enumeratur, & eodem ratione dividitur.*

16 *Penſiones exactæ ex locationibus æſtivarum, & hyemalium herbarum, ex jure piſcandi, & venandi, aliiſque rebus ſingulis annis lucrari ſolitis, fructus civiles reputantur, & pro rata temporis, ut ſupra exiguntur.*

17 *Fructus ex inciſione procedens dividitur habita ratione ad novennium, quod pro uno*

uno anno computatur, & cur?

18 *Deliberatarius fructus percipere incipit à die captæ poſſeſſionis fundi deliberati, non à die deliberationis.*

19 *Fallit favore illius, qui prælationem prætendens poſſeſſionis apprehenſionem impedivit, nàm tunc fructus currunt deliberatario à die deliberationis.*

20 *Fallit etiam, ſi deliberarius, cum habeat præfectam tranſlationem Dominii per deliberationem, pretium quoque perſolvit, ne careat re pretio, & fructibus; ex equitate* L. curabit Cod. de reb. empt.

21 *Deterioratio facta ab emptore res detinendo non ad alium uſum, quam ad præſcriptum, cadit damno illius, qui in eadem re poſtea prælationem obtinuit.*

22 *Deterioratio mobilium temporis injuria facta ab intermedio poſſeſſore, illi non adſcribitur, ſed eidem ſufficit reſtituere talia qualia tempore obtentæ prælationis inveniuntur.*

Detrimentum rerum communiter poſſeſſarum, communi damno cedit.

23 *Expenſæ factæ pro reaptamentis, & melioramentis domorum, niſi probentur, non ex propria voluntate, ſed propter imminentem ruinam ex neceſſitate factæ, non poſſunt repeti.*

24 *Damni ad emendationem nemo valet adſtringi, niſi ex ejus facto, & culpa eveniſſe probetur.*

25 *Prætenſiones creditorum hinc inde ſi ſint turbidæ, illiquidæ, & non juſtificatæ, mutua compenſatione componuntur.*

DECISIO CLXXXIII.

CUM Baro Aloyſius Maria del Nero, per per rem judicatam præferri obtinuiſſet in emptione medietatis Caſtri, & tenutæ Porciliani: quæ undecimo die Januarii 1678., ad inſtantiam creditorum Baronis Caroli Venturæ, aliorumque del Nero, auctorititate Congregationis Baronum, deliberata fuerat favore quond. Baronis Caroli Gavotti ultimi oblatoris, pretio ſcut.71500.; Angelus Gavotti prædicti Caroli hæres, pretio perſoluto, recepto die 6. Julii ſuperioris anni; prædictam tenutæ, ac Caſtri medietatem dimiſit ad commodum Aloyſii Mariæ: ſed, cum in eodem actu dimiſſionis, præter jura in actis ſpecificata, ſibi reſervaſſet actionem repetendi ab Angelo fructus omnes perceptos à die intentati judicii ſuper prælatione; & jus etiam conſequendi pretium deteriorationum Cymbæ, mobilium, ac ædificiorum ejuſdem tenutæ; eaſque omnes prætenſiones impugnaret Angelus; qui è converſo ſe conſtituebat creditorem pro melioramentis, & expenſis factis in tenuta prædicta: nec non pro fructibus, tam recollectis ante diem 6. Julii, quàm pendentibus anni 1700., quos cum tenuta dimiſerat: Hinc, ad effectum dignoſcendi, quænam eſſent inter Partes reſtituenda; quæve bonificanda: aſſumpto coram me ſingularum partitarum examine; in hodierna diſputatione dubium propoſui -- *An, & pro qua ſumma ſit ralaxandum mandatum hinc inde, pro integra reſtitutione bonorum deliberatorum in exequutionem rei judicatæ* -- Et omnium Dominorum ſuffragio reſponſum fuit: mandarum eſſe relaxandum hinc indè; juxta modum inferius exprimendum.

Exordiendo itaque à controverſia, quæ
vertitur ſuper reſtitutione fructuum, per
Aloyſium, à die motæ litis, prætenſa: licèt
verum ſit, quòd prælationem obtinens, in
1 omnibus, & per omnia ſubrogatus cenſetur
in locum emptoris; ex traditis per *Gratian.*
diſcept.876 nu.30., Palm. Nepot. alleg.207.
num 17., Bonden. collect. legal.49.num.287.,
& 393., Rot. coram Dunozett. jun. deciſ.84.
ſub num.3., & in rec. dec.396. nu 4. part.18.
Tamen, quia ſubrogatio prædicta non eſt ta-
lis efficaciæ, ut fructus ab initio ex ea ſol-
vendi ad commodum perſonæ ſubrogandæ,
produci dicantur; niſi etiam intentans bene-
2 ficium prælationis, pretium effectivè depo-
nat; *Antonell. de tempor. legal. lib.1.cap.48.*
num.1., & 2., Rota coram Millino dec.369.
per totam; conſequens eſt, quod, cum non
priùs quam die 6. Julii præcedentis anni
Aloyſius Maria dicta ſcuta 71500. per Caro-
3 lum ſoluta, depoſuerit: ab ea tantùm die,
jus conſequendi fructus deſumere valeat *ex*
allegatis.

Non attentâ reſponſione, quòd oblatio pre-
tii, judicialitèr etiam facta fuerit in actu peti-
4 tæ prælationis. Etenim, ad effectum, de quo
agitur, faciendi fructus ſuos: ſola oblatio
non ſufficit; niſi concomitantèr accedat reale,
pecuniarum depoſitum: quas retrocedens
fundum, ſine ullo impedimento, arbitrio ſuo
poſſit exigere, per ea, quæ tradit *Gratian.*
diſcept.515. num.3., Card. de Luca de Feud.
diſc.99. num.4., & de Cenſibus diſc.26. nu.3.,
Corradin. de Prælat. quæſt.22. num.25., Ma-
gon. deciſ. Lucen. 31. num.19., Rota coram
Priolo dec.242. num. 10., & in rec. dec.350.
num.6. part.2., dec.462. n.10., & ſeqq. part.9.
dec.91. num.5., & 9 part.13., dec.266. num.5.
part.14., dec.72. num.4. par.18.

Tranſeundo ad alteram quæſtionem ſuper
fructibus ſeparatis à ſolo, aliiſque pendenti-
bus, & fundo annexis; tàm de anno 1678.,
quo facta fuit deliberatio; quàm de anno
1700. tempore reſtitutionis, hincindè à Par-
tibus perceptis; Quatenùs attinet ad primam
ſpeciem fructuum; ſi loquimur de illis, qui
anno 1678. deliberati fuerunt inſimul cum
medietate tenutæ, favore Caroli Gavotti,
ſub unico pretio ſcutorum 71500. conſiſten-
tibus in medietate ſalmarum 19500. faſcina-
rum, longè antè deliberationem inciſarum
ab illis del Nero; Domini ſpectare cenſue-
runt ad Aloyſium Mariam. Nàm, ſicuti præ-
fati fructus fundum pretioſiorem reddide-
5 runt; &, ſicut eorum intuitu, tenutæ pre-
tium, per Carolum auctum fuiſſe, fatendum
eſt; *Niger de Except. cap. 8. §. 49. num.20.,*
& ſeqq., Rocc. Diſput. Jur. cap.72. num.7.,

& cap.159.

& cap. 159. *num.*18., *Panimolla dec.*4. *anno-
tat.*2. *num.*26., ità Aloyſius Maria, empto-
6 ris locum ſubingreſſus, integro pretio reſti-
tuto; integrè quoque conſequi debet præfa-
tam quantitatem faſcinarum, vel earum pre-
tium; tanquàm in venditione comprehen-
ſum, ex traditis per *Gomez ad leg. Tauri
leg.*70. *num.*29. *verſ. Sed hic non obſtantibus;
Barboſ. de Diviſione fructuum part.*2. *cap.*6.
*num.*11., *Calvin. de Æquitat lib.*2 *cap.* 163.
*num.*11., *Gall. de Fructibus diſput.* 23. *art.*4.
*num.*21., *Corradin. de Prælat. quæſt.*27. *n.*1.
Cùm hac tamen declaratione, quod ex dicto
pretio detrahantur, nedum ea pecuniarum
quantitas, quam conſtiterit, ex pretio exa-
ctam fuiſſe ab Anſelmo Mancinello, Œco-
nomo dd. del Nero: verum etiam impenſæ
factæ pro traductione lignorum, & faſcina-
rum prædictarum, ab ipſa tenuta ad por-
7 tum nuncupatum *Di mala fede*; quæ, utpo-
te neceſſariæ ad illarum venditionem ſunt
reficiendæ; *Garz. de Expenſ. cap.*1. *num.*14.
circa finem; *Antonell. de Temp. legal. lib.*1.
cap 47 *num.*6., *de Angelis de Imputat.*, *&
meliorat. tract.*2. *num.* 13., *Merlin. dec.*731.
num. 3.

Si autèm ſermo eſt de frumento, aliiſque
ſegetibus, quas Angelus anno 1700. jam
collegerat, & à ſolo ſeparaverat ante diem 6.
Julii; quo facta fuit pretii reſtitutio: & iſti
8 fructus non veniunt reſtituendi: cum, de
ſui naturâ, ſequantur poſſeſſionem fundi; ac
proindè acquiſiti fuerint Angelo; qui, tem-
pore factæ recollectionis, erat verus domi-
nus, & legitimus poſſeſſor medietatis præ-
dictæ tenutæ; *ad Textum in l. Defuncta* 58.
ff de Uſufructu; *Corradin dict. qu.*27. *nu.* 18.,
*Antonell. de Temp. legal. lib.*1. *cap.* 48. *n.*9.,
Tiraquell. de Retract. Convent. §. 5. *gloſ.*5.
in princ.

Quo verò ad fructus pendentes, & inex-
actos utroque anno, & 1678., & 1700. viſum
9 fuit Dominis, diſtribuendos eſſe inter colli-
tigantes pro rata temporis, quo poſſederunt;
ut probant *Tiraquell. de Retract. Convent.*
§.5. *gloſ.*4. *num.*5., *&* 6., *Borgnin. de Uſu-
fructu mulier. relict. num.*244., *& ſeqq.*, *Eſ-
cobar. de Ratiocin. comput.* 26. *num* 8., *Cal-
vin. de Æquitat. lib.*2. *cap.*163. *num.*4., *Fac-
chin. Contr. lib.*2. *cap.*14., *Antonell. de Temp
legal. lib.*1. *cap.*48. *num* 2., *& ſeqq.*, *Peregr.
de Fideic. art.*49. *ſub num* 98., *De Marinis
Var. reſol. cap.*13. *num.*4., *& cap.*154 *nu.*2.,
Cyriacus controv. 78. *num.* 25., *Gobb. con-
ſult.*22. *num.*8., *Gratian. diſcept.*176. *nu.*4.,
& 5., *& diſcept.*471. *num.*1., *& ſeqq.*, *Ma-
ſtrill. dec.*148. *num.*4., *Vivius deciſ.*8. *nu.*13.
*libr.*1.

Quapropter inchoando annum ab una
meſſe ad aliam, poſt ultimam recollectio-
10 nem; & ſic à menſe Octobris; prout in ſub-
jecta materia ſervari, teſtatur *Petrus de Ubal-
dis de duobus Fratribus part.* 11. *nu.*53., *Pe-
regrin. de Fideic. art.* 49. *num.* 102. *in fin.*,
*Barboſ. de Diviſ. fruct. part.*2. *cap.*5. *nu.*12.,
*Card. de Luca de Dote diſc.*160. *num.*41. cum
de menſe Januarii 1678., quo facta fuit de-
liberatio tenutæ, incipiendo à menſe Octo-
bris anni 1677. jam effluxi fuiſſent tres men-
ſes ad commodum deliberatarii: quemad-
11 modum fructus pendentes tempore vendi-
tionis tranſiverunt, in emptorem: ita perti-
12 nere debent ad eum; qui prælationem ob-
tinuit; *Gomez ad leg. Taur. leg.*70. *ſub n.*29.
circa medium verſ. Quia retractus, *Gall. de
Fructibus diſp.*23. *art.*4. *ſub num.*21., *Vivius
dict. deciſ.*8. *num.*22., & per conſequens, in
repartitione fructuum, tres partes erunt
13 Aloyſii Mariæ; novem autèm Angeli: quia
pro totidem menſibus poſſedit. Et è contra,
cum anno 1700. Angelus poſſederit ſpatio
octo menſium, uſque ad diem factæ diviſ-
ſionis; & ab illo per quatuor menſes poſſede-
rit Aloyſius: ad ratam hujus temporis, unuſ-
quiſque colitigans admitti debet ad partici-
pationem omnium, & quorumcumque fru-
14 ctuum pendentium, tàm reſpectu lignorum
inciſorum in ſylvis à menſe Octobris 1677.,
& 1699. ad uſum carbonis, & faſcinarum in
ſalmis 38600., uvarum, & lucrorum prove-
15 nientium ex locatione Equarum pro fru-
mento, & ſegetibus triturandis: quæ emo-
lumenta, intèr fructus connumerari; habe-
tur ex diſpoſitione *text. in l. Mercedes* 29.
ff. de Petit. hæred., *leg. ſi novus* 62. *ff. de Rei
vindicat.*, *Laguuez de Fructibus par.*1. *cap.*3.
*num.*11., *& ſeqq.*, *& cap.*20. *num* 19.

Quàm etiam reſpectu penſionum; quæ
fuerint perceptæ ex locationibus herbarum
16 æſtivarum, & hyemalium; juris piſcandi; &
venandi ex affictibus cauponarum, paſſus
Decimæ, & Porciliani, Orti Decimæ, aliiſ-
que rebus, ſingulis annis lucrari ſolitis: quæ
cum intèr fructus civiles reputentur; & die-
tim maturare dicantur: pro rata temporis
exiguntur: tametſi dies, eorum ſolutioni
præfixa, non advenerit, *Spada conſ.*33. *n.*2.,
Card. de Luca de Benefic. diſc. 84. *num.* 4.,
Corradin. in ſæpedicta quæſt. 27. *num.*12.,
*Rota coram Durano dec.*20. *num.*3., *& ſeqq.*

Eâdem ſervatâ temporum diſtributione
procedendum eſt ad diviſionem, & reſtitu-
tionem pretii, per Aloyſium Mariam del
Nero percepti ex inciſione quarti ſylva-
rum, nuncupat. *del Piſciarello, e Carpin-
taccio, e della Caſa Romagnola* ſequutam in
menſe Novembris 1700., habitâ tamen ratio-
17 ne, non quidem ſolius ultimi anni; ſed to-
tius novennii: quia, cum in ſylvis ceduis in-
tèr quas eſt controverſa, locari ſolitis ad
novennium: earum fructus non ſingulis an-
nis: ſed unoquoque novennio percipitur; in-
tegrum novennium, pro uno reputatur, *Pe-
trus de Ubaldis de Duob Fratr. part. prin-
cip.*11. *num.*6., *Cardinal. de Luca de Alien.
diſc.*1. *nu.*34., *Corradin. dict. quæſt.*27. *n.*15.,
*Borgnin. de Uſufruct. mulier. num.*247., *Ro-
ta dec.*219. *num.*7. *part.*10. *rec.*

Nec obſtat, quòd diſtributio fructuum
pendentium anni 1678. fieri nequeat pro no-
vem portionibus ad favorem Angeli; inci-
piendo illorum computationem à die 11. Ja-

nua-

marii; qua facta fuit deliberatio; quando
18 ſeptem tantùm partes ſpectarent ad deli-
beratarium; quia tenutæ poſſeſſionem appræ-
hendit ſolum die 26. Martii: à quo dumta-
xat fructus conſequi poteſt. Duplex enim
occurrit reſponſio, quarum prima eſt, quòd
talis dilatio, utpote proveniens ex culpa
19 Aloyſii Mariæ; qui omne impedimentum
curavit apponere, ne deliberatarius poſſeſ-
ſionem apprehenderet: in illius commodum
hodiè converti non debet; ut dixit *Rota in
Romana Pecuniaria* 26. *Junii* 1697. §. *Non
obſtat coram R.P.D. meo Caprara.*

Altera, quòd cum fructus veniant in ſe-
quelam dominii, quod translatum fuit in de-
liberatarium ab ipſo actu perfectæ delibera-
20 tionis ad illius ſavorem ſequutæ die 11. Ja-
nuarii 1678. cum effectiva pretii ſolutione:
eo ipſo quod in actu licitationis, eidem tam-
quam ultimo, & majori oblatori, tenuta fuit
adjudicata; exiodè promanat, quòd à dicta
die, qua translatum fuit dominium, fructus
eidem debeantur: ne carere cogatur re, pre-
tio, & fructibus; contra litteram *Text. in
l. curabit C. de act. empt.*

His itaque firmatis quoad fructus: Domi-
ni, aſſumendo examen circà reintegratio-
nem, ſeù potiùs reaptationem cujuſdam cym-
bæ, ac mobilium, exiſtentium in palatio,
& domibus tenutæ prædictæ, ab Aloyſio
prætenſa ſub ſundamento, quod illa per An-
gelum, longo uſu, deteriorata fuerint effe-
cta: cenſuerunt, eam non deberi. Cum enim
21 doctum non fuerit, quòd Angelus cymbam
retinuerit ad alium uſum, præter illi præ-
ſcriptum: deterioratio cedere debet damno
prælationem petentis: non autèm emptoris;
ut ait *Tiraquell. de Retract. convent. ad fi-
nem tituli nu* 85., *Carpanus ad Statut. Me-
diolani part.* 1. *cap* 423. *num.*7. Mobilia vero,
ſi temporis injuriâ, conſumpta fuerunt: in-
22 termedii poſſeſſoris culpæ nequit adſcribi;
ſed illi ſufficit mobilia reſtituiſſe talia, qua-
lia reperta fuerunt tempore obtentæ præla-
tionis, *Urceol. conſult.* 19 *num.*29., *Bonden.
collect. legal.* 20. *num.*56. *tom.*2., *Rot. coram
Bichio dec.*58 *num.*21., *& ſeqq.*, *& in Ro-
mana Hæreditatis de Vellis* 1. *Julii* 1582.
§. *Et Proinde, coram bo. mem. Paulucci*o
Quinimmò, dum uterque collitigans, pro
23 indiviſo tenutam poſſedit: quidquid detri-
menti evenit cymbæ, & mobilibus in com-
muni retentis, commune eſſe oportet, *leg.
actione* 66. §. *primo in fine ff. Pro ſocio, Rota
dec.*93. *num.*19. *part* 19 *rec.*

Cætera verò, quæ deducta fuerunt, tàm
ex parte Angeli; qui petebat, Aloyſium
condemnari ad reſtitutionem ſcutor. 1368.;
quæ fuerunt per Carolum erogata in ingreſ-
ſu ſuæ poſſeſſionis, pro nonnullis meliora-
mentis, & expenſis; quas ſubire coactus fue-
rat in reparationem Eccleſiæ, palatii, cau-
ponæ, aliarumque domorum, ne ruinam pa-
terentur; quam ex parte Aloyſii, qui inſta-
bat pro relaxatione mandati contra Ange-
lum, ut pro ſua rata contribueret ad repa-
rationem ædificiorum dictæ tenutæ; quæ
propiér incuriam Angeli, tempore dimiſſæ
ab eo poſſeſſionis, reperta fuerunt diruta,
23 & devaſtata: nullius relevantiæ viſa fue-
runt, ſive quia deficit Angelus in probatio-
ne, quòd prædicta melioramenta fecerit,
non ex propria voluntate, ſed propter rui-
nam imminentem; & ita, exigente neceſſi-
tate; ut ad effectum repetitionis hujusmodi
expenſarum, & melioramentorum, neceſ-
ſarium eſſe tradit *Amat. Reſol* 3. *num.* 56.,
*Gratian. diſcept.*977. *num.*34., *Cenc. de Cen-
ſibus quæſt.*66. *num.*85., *Garzias de Expenſ.
cap* 14. *num.*28., *Seraphin. dec.*898. *num.*3.,
ſivè quia per Aloyſium juſtificatum non fuit,
24 deteriorationem eveniſſe ex facto, & culpa
Angeli; ſine cujus concurſu ad emendatio-
nem, & reparationem damni nemò valeat
adſtringi; *Buratt. conſ* 345. *num.*56., *Gobb.
conſult.* 104. *nu.*30., *Rota coram Priolo de-
ciſ.*79. *num.*13. Ac propterea prætenſiones,
25 & credita prædicta, utpotè turbida, illi-
quida, nec adhuc juſtificata: mutua com-
penſatione ſunt invicem componenda.

Et ità, pro nunc, relaxando mandatum
hinc inde in genere, juxtà modum prædi-
ctum; reſervatâ liquidatione, ac repartitio-
ne fructuum reſpectivè, & bonorum omnium
ad ratam temporum facienda per peritum,
à partibus eligendum, reſponſum fuit, Utrâ-
que &c.

GERUNDEN. FUNDATIONUM.

Ven. 3. *Iunii* 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori Deciſione 166., cujus hæc
eſt confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Dignitates non poſſunt acceptare fundatio-
nes Miſſarum, & anniverſariorum, niſi
una cum aſſenſu Epiſcopi interveniat illud
Capituli*, & num.4.

2 *Eccleſiam Cathedralem Epiſcopus una cum
Capitulo repræſentat.*

*Ideoque illius regimen, & adminiſtratio ad
utrumque de jure pertinet.*

3 *Et multo magis ſi ex conſuetudine confirma-
tum dignoſcatur.*

5 *Acceptatio fundationis miſſarum, & anni-
verſariorum tangunt Eccleſiæ regimen, &
adminiſtrationem.*

6 *Et ex his acceptationibus prejudicium Eccle-
ſiæ aliquando irrogatur propter onera re-
gulariter fundationibus connexa.*

7 *Et propterea à capitulo, univerſale dominium
habente, debent recognoſci.*

8 *Epiſcopi ſola approbatio conſenſum capituli
non ſupplet in dictis fundationibus.*

9 *Epiſcopus in concernentibus adminiſtratio-
nem Eccleſiæ, quidquam nequit ſeorſim a
capitulo determinare.*

10 *Et habetur tanquam unus de capitulo.*

11 *In Eccleſia regulari delata ad Cathedralitatem in Abbatis juribus ſuccedit Epiſcopus*, & num. 13.

12 *Canonicis ſufficit habere regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ, ne ipſis diſsentientibus nova ſervitus imponatur*

14 *In Eccleſia regulari ad Cathedralem translata regimen, & adminiſtratio reſidet penès Epiſcopum, & Capitulum.*

15 *Eccleſiæ regularis adminiſtratio, & gubernium non eſt apud ſolum Abbatem, ſed apud integrum religioſorum Monaſterium*

16 *Statutum conditum ab Epiſcopo cum expreſſione* -- de conſilio, & conſenſu Capituli -- *non ab eo ſolo factum dicitur, illiuſque privativam Eccleſiæ adminiſtrationem, quoad Capitulum. excludit.*

17 *Geſta de conſilio, & aſſenſu alicujus, ab eodem conſenſiente geſta dicuntur.*

18 *Teſtes examinati ſuper privativa juriſdictione, ſi cumulativam non excludunt, remanent equivoci.*

19 *Teſtes habentes præſumptionem juris ſunt præferendi.*

20 *Licentia ab Epiſcopo conceſſa præbendatis ſe congregandi, ſi ſit per modum confirmationis licentiæ à capitulo eiſdem conceſſæ, potiùs excludit, quàm concludat Epiſcopi privativam Eccleſiæ Cathedralis adminiſtrationem.*

21 *Præcipuè ſi eiſdem congregatis locum, mutare volentibus, non ſatis fuit Epiſcopi licentia: ſed illa quoque Capituli reluctantis interceſſit.*

DECISIO CLXXXIV.

REvocatis ad examen fundamentis deciſionis editæ coram me 24. *Januarii præteriti* Dominis meis in *deciſis*; iterùm pu-
1 tantes, non poſſe à dignitatibus acceptari
fundationes Miſſarum, & Anniverſariorum;
niſi unà cum Epiſcopi aſſenſu; ille quoque
Capituli accedat.

Cum enim Eccleſia Cathedralis repræſentetur ab Epiſcopo inſimùl cum Capitulo: ad *Text. in cap. Relatum il 2. de Teſtib., Gratian Diſcept. forenſ. cap* 111. *num* 10, *Card. de Luca de Præeminent. diſc. 27. nu. 6*, *Rota coram Cæſare de Graſſis dec. 4. num. 9.*, *coram Buratto dec. 903. num. 15.*, & *coram Corcin. dec. 1747. num. 2*, conſequens eſt, quòd il-
2 lius dominium, regimen, & adminiſtratio,
ex diſpoſitione juris, ad utrumque pertineat;
ut ex *cap. Quanto, de His, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*, probant *Barboſa de Jur. Eccleſ. cap. 32. num. 15*, & *74*, & *de Canonic*, & *dignit. cap. 42. num 15. lib. 2. cap. 15. num. 118.*, & *Rota dec. 221. num. 2.*, & *7. part. 6.*, *dec. 32. num. 9.*, *dec. 76. num. 1. part. 7.*, & *dec. 214. num. 1. part. 17. rec.*

Legalem hanc diſpoſitionem comprobavit obſervantia ſubſequuta: dum conſtitit,
3 Eccleſiam Cathedralem, in omnibus his, quæ
reſpiciunt illius gubernium, & neceſſitatem,
etiam circa reparationem Eccleſiæ, reaptationem campanarum, earumque numeri augmentum, & diminutionem; ſemper, ab immemorabili, adminiſtratam fuiſſe per Epiſcopum, ſimultaneè cum Capitulo; ut in *Summario* præteritæ propoſitionis *Num. 5.*, & præſentis *num. unico*. Ac magis liquet ex deciſionibus editis in *Gerunden. Anniverſariorum 29 Novembris 1683. coram bo: me: Urſino*; & *ſuper diſpenſatione pactorum 25. Maii 1699. coram R. P. D. meo Priolo.*

Stabilito autem penès Capitulum condominio, & ſimultaneo Eccleſiæ gubernio: de
plano ſequitur, miſſarum, & anniverſario-
4 rum fundationes in eadem Cathedrali Ge-
runden., non poſſe, illo irrequiſito, & in-
conſulto, à dignitatibus acceptari: cum per
5 hujuſmodi acceptationem expleatur actus,
tangens Eccleſiæ regimen, & adminiſtratio-
6 nem: quo mediante, illi etiam præjudicium
irrogari poteſt, propter ſervitutes, & onera regulariter eiſdem fundationibus annexa:
quæ propterea, æquum eſt, ac rationabile,
7 quod etiam à Capitulo, univerſale dominium, & adminiſtrationem habente, recognoſcantur; ut probat *deciſio, quæ revidetur, §. Quoniam.*

Neque Capituli conſenſum, ex præmiſſis,
8 neceſſariò requiſitum, ſupplere valet ſola
Epiſcopi approbatio; cum ille nequeat ſeor-
9 ſim à Capitulo quidquam determinare in
concernentibus adminiſtrationem Eccleſiæ:
10 dum reputatur tanquam unus de Capitulo,
per *Text. in cap. Novit*, & *cap. 4. de His, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, Paſqualig. de Sacrific. Miſſæ quæſt. 1088. num. 8. 9.*, *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap 16*, *Rota coram Cæſare de Graſſis dict. deciſ. 4. num. 4. 5.*, & in ſæpedicta *Gerunden. Anniverſariorum 29. Novembris 1683. coram bo: mem: Urſino.*

Atque hinc nil urget objectum, quod cum
Cathedralis Eccleſia, retroactis temporibus, eſſet regularis privativum jus circa illam
11 delatum fuerit ad Epiſcopum, in Abbatis loco ſubrogatum: & de facto, Capitulum, & Eccleſia regatur cum ſtatutis ab illo conditis; ejuſque Vicarius præſit gubernio Chori, demandando pulſationem campanarum, & præſcribendo tempus, quo fieri debeat horarum Canonicarum intimatio; neque Capitulum convocetur, niſi expreſſa ipſius Epiſcopi licentia præceſſerit.

Quoniam, quidquid ſit de juriſdictione
Epiſcopali, & ordinaria; quam non prætendunt Canonici; quibus ſufficit habere domi-
12 nium, regimen, & adminiſtrationem Eccle-
ſiæ; ne, ipſis diſſentientibus, nova ſervitus
imponatur: præcedens ſtatus regularitatis in
13 Eccleſia Cathedrali poſſet quidem operari,
quòd Epiſcopus ſucceſſerit in juriſdictione
14 Abbatis; hodiè non controverſa; non autem
in adminiſtratione, & gubernio Eccleſiæ:
quod sicùt in ſtatu regulari, non erat penès
15 ſolum Abbatem, ſed apud integrum Mona-
ſterium Religioſorum; ità, ſublato ſtatu re-
gularitatis, remanſit penès Epiſcopum, &
Capitulum, ex allegatis in *Tarraconen. Ca-*

pet

pellaniarum 28. *Februarii* 1636. *coram Pirovano*, *confirmata in dec.* 728. *num.* 10. *coram Merlino*, & *in Tarraconen. juriſdictionis ſuper edictis* 28. *Junii* 1700. §. *Nec præſenti*; *coram R.P.D. meo dell'Olmo*.

Actus verò mox recenſiti non concludunt
in Epiſcopo privativam adminiſtrationem:
quin immò illam excludunt: dum, ſi loquimur de ſtatutis, quibus Eccleſia regitur; &
16 tantùm abeſt, quòd ea fuerunt à ſolo Epiſcopo condita, ut potiùs ex eorum lectura
contrarium reſultet; ſtante litterali expreſſione -- *de conſilio*, & *conſenſu Capituli* --
& dictum fuit in *Gerunden. Anniverſariorum ſuper diſpenſatione pactorum* 25. *Martii*
1699., & 20. *Januarii* 1700. *coram R.P.D. meo Priolo*; & 9. *Junii ejuſdem anni coram*
me: adeout ſemper magis probatum remaneat ſimultaneum jus Capituli cum Epiſco-
17 po, dum geſta de conſilio, & conſenſu alicujus, ab eodem conſentiente geſta dicuntur; *Bartol. in l. cum pater* §. *libertis ff de Legatis* 2., *Alexander conſ.* 184. *in princip. lib.* 1., *Gratian. diſcept.* 147. *num.* 47.

Si verò loquimur de neceſſaria Epiſcopi
licentia pro congregando Capitulo; ac de
aliis actibus, quos à Vicario, ut ſupra, expleri contenditur; & iſtorum probatio elicita ex
teſtibus pro Dignitatibus examinatis rema-
18 net æquivoca: dum illi non excludunt cumulativam Capituli facultatem; ac reſpectivè approbationem: eiſque propterea præfe-
19 rendi ſunt alii pro Capitulo examinati; utpotè habentes juris aſſiſtentiam; ex pluribus
judicatis Sac. Rotæ.

Et, licèt Epiſcopus Beneficiatis licentiam
ſemel conceſſerit, ſe congregandi: tamen ex
20 ea potiùs probatur cumulativa, quàm privativa: dum fuit confirmata facultas ſe congregandi in loco ſolito; in quo illi permittente Capitulo, conveniebant. Et, quando
21 iidem Beneficiati voluerunt à loco præſcripto recedere, ſatis non fuit licentia Epiſcopi: ex quo idem Capitulum reluctabatur; ut reſponſum fuit in *Gerunden Collegii* 12. *Maii* 1670. *coram bo: me: Albergato*.

Et ita, utraque &c.

ROMANA VINEÆ.

Lunæ 16. *Junii* 1701.

ARGUMENTUM.

In deliberatione facta ſecundo, & majori oblatori, citatio eſt facienda precedenti oblatori ſub pœna nullitatis ex *Conſtitutione Pauli V. la* 71, quod non procedit ſi ille prior, vel ſcientiam deliberationis habuit, vel deliberatio facta ſit in depoſitaria Urbana, vel quando non eſt facta in continuationem eorumdem edictorum, & mandati; ſed vigore aliorum edictorum; & mandatorum poſtmodum obtentorum. Obtinens bonorum debitoris ſubhaſtationem, & deliberationem, ea ſequuta totum jus, & hypothecas à quocumque ejus credito provenientes ſuper eo fundo remiſiſſe cenſetur. Immiſſio non debetur vigore cenſus, cujus creditum dubitari poteſt an fuerit extinctum.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio fundi validè in deliberatarium transfertur, cui propterea debetur manutentio.*

2 *Deliberatio facta ſecundo majori oblatori eſt nulla, non citato primo oblatore, ex con*ſtitutione Pauli V.

3 *Notificatio primo oblatori facienda eſt, ut ſecundi oblationem poſſit excedere.*

4 *Notificatio, ſeu interpellatio primo oblatori non eſt neceſſaria, quando eum de ſuperventa majori oblatione ſcientiam aliundè habuiſſe conſtat*, & num. 6.

5 *Primus oblator non uti talis, ſed alio titulo citatus in deliberatione fundi, non poteſt allegare ignorantiam, & deliberationem, & ideò favore ſecundi, & majoris oblatoris factam, nullam prætendere.*

7 *Pauli V. conſtitutio ſuper notificatione facienda primo oblatori, in caſu quo deliberatio fieri velit ſecundo. & majori, locum non habet, quando deliberatio non ſit vigore eorumdem edictorum, ſed novorum, in quibus primus oblator non fuit licitatus.*

8 *Et quando ea ſit publicè in depoſitaria Urbana, ubi omnes dicuntur adeſſe.*

9 *Subhaſtationem petens, poſt eam obtentam, hypothecam ſuper fundo ſubhaſtato remiſiſſe cenſetur, remanente ſolum eidem jure ſuper pretio, quod ab eodem fundo fuit retractum; ſi illud ad alium, eo negligente pervenerit.*

10 *Cenſus aſſignatus in dotem debitori ejuſdem cenſus videtur extinctus.*

11 *Aſſociatio dari non poteſt pro cenſu, qui dubitatur extinctus.*

12 *Hæres gravatus non poteſt in everſionem fideicommiſſi aſſignare dotem majorem, ea quæ fuerat à fideicommittente aſſignata.*

13 *Aſſociatio non conceditur cum de realitate crediti dubitatur, ſed reſervantur jura experienda in alio judicio ordinario.*

DECISIO CLXXXV.

IN ſubhaſtatione vineæ Nicolai Mazziotti, ſub exequutione poſitę ad inſtantiam illius creditorum: Joſeph Blancus ad cauſam admiſſus pro credito cenſus, obtulit in actis ſcut. 500., mandatumque de deliberando anno 1683. etiam proprio nomine, reportavit. Cum autem, defuncto debitore, idem Joſeph, tamquam proximior in hæreditate, ſucceſſiſſet: creditores contra eum tam hæreditario nomine, quam pro omni ejus jure, ac intereſſe citatum, poſt lapſum duodecim annorum; & ſic tertia die Decembris anni 1695., obtinuerunt procedi ad ulteriora in deliberatione, proindeque novis edictis publicatis; alioque mandato de deliberando, ex-

expedito: facta fuit deliberatio ad favorem
Joannis Franciſci Juliani: qui præcedenter in
actis obtulerat ſcut.670.

Adverſus deliberatarium prædictum, pe-
tiit Joſeph coram A. C. manutentionem, ſub
prætextu nullitatis deliberationis, & aſſo-
ciationem reſpectivè ex cauſa alterius cen-
ſus ſcutorum 1000. per Hieronymum Maz-
ziottum impoſiti favore Defendentis de
Blanchis, Avi ejuſdem Joſephi. Sed fuit re-
jectus, conceſsâ deliberatario manutentio-
ne, cum ſubſequutâ ſententiâ abſolutoriâ; à
qua, commiſsâ appellationis cauſâ R.P.D.
meo Priolo; licèt prima vice coram eo reſo-
lutum fuiſſet, quòd procederetur ad novam
deliberationem: attamen repropoſitâ cau-
sâ, per geminas deciſiones conceſſum fuit
Juliano mandatum de manutenendo, cum
ſententia confirmatoria præcedentis A. C.,
quàm hodie, in ulteriori inſtantia coram me:
Domini, ſub conſueto dubio conſulti reſpon-
derunt: *eſſe confirmandam: & non eſſe dan-
dam aſſociationem*.

Moti ex illius validitate, ac juſtitia lucu-
lentèr comprobata in geminis *deciſionibus*;
ut ſupra, editis *coram R. P. D. meo Priolo*
14. *Januarii*, & 17 *Junii* 1699. in quibus
firmatum fuit, poſſeſſionem controverſæ vi-
1 neæ, mediante deliberatione, validè trans-
latam fuiſſe in Julianum ultimum, ac majo-
rem oblatorem; eique propterea dandam
eſſe manutentionem, quod etiam dixit *Ro-
ta coram Cavalerio dec.* 337. *num.*1., *coram
Durano dec.*454. *num.*4., *& in rec. dec.*270.
*num.*1. *part.*14. & paſſim in aliis.

Non obſtat aliàs rejecta nullitas delibera-
tionis, deducta ex eo, quod ſupervenientis no-
vis oblationibus, citatus non fuerit Joſeph
2 præcedens Oblator; prout fieri debebat, ex
præſcripto Conſtitutionis fa: me: Pauli V. *la*
71. editæ *ſuper reformatione Tribunalium,
ſub tit. de Baroncellis, & Exequutoribus*,
§. *Ad hæc*. Quoniam, cum talis notificatio,
dumtaxàt requiratur, ut primus licitator, cer-
tus ſit de nova oblatione; ac poſſit illam ſu-
perare, majorem ſummam offerendo: neceſ-
3 ſaria non erat in hypotheſi; qua certò con-
ſtat, ſupervenientem oblationem innotuiſſe Jo-
ſepho; vel ex citatione contra ipſum exequu-
ta pro ulteriori proceſſu, in ſubhaſtatione;
vel ex intereſſentia illius procuratoris in
4 actu deliberationis; cum tamen ſcientia quæ-
libet, aliundè habita, ſufficiens ſit ad effe-
ctum excuſandi ab onere faciendæ dictæ in-
terpellationis; *Ridolphin. in Praxi part.*1.
*cap.*15. *num.*18., *Rota poſt Poſtb. de ſubhaſt.
dec.*183. *num.*8., *& coram Dunozzett. Jun.
dec.*808. *num.*12., & plenè in *deciſione hujus
cauſæ edita die* 19. *Januarii* 1699. §. *Ve-
rùm ultrà*.

Nec juvare viſa fuit reſponſio, quòd ſu-
pradicta citatio; ex qua depromitur notitia
oblationis factæ per Iulinum, prodeſſe non
poſſit: eo quia in ea citatus fuit Joſeph tam-
quam hæres; non autèm tamquam primus
oblator, & creditor. Siquidèm, cum effe-
ctus interpellationis, alius eſſe non debeat,
quàm quòd ſubſequuta oblatio, & futurus
actus deliberationis, ad notitiam primi ob-
5 latoris deducatur, & perſona Joſephi, ſit in-
dividua; quocumque modo, ſive ex perſona
propria uti oblator; ſivè hæres, de ſupradi-
6 ctis ſcientiam habuerit: hoc ſatis eſt ad evi-
tandam neceſſitatem interpellandi; ut, oc-
currendo huic objecto, reſpondit *deciſio edi-
ta* 17. *Junii* 1699. §. *citrà*, *coram R.P.D.
meo Priolo*.

At, quatenùs etiam citatus non fuiſſet
Joſeph: adhuc deliberatio, ex iſto capite,
nullitatis vitio non laboraret; ſive quia facta
non fuit in continuationem antiquorum edi-
7 ctorum, & mandati de deliberando; quo ca-
ſu, locum habere poſſet conſtitutio reforma-
toria Pauli V., ſed vigore aliorum edicto-
rum, poſt lapſum duodecim annorum; &
cum novis mandatis de ſubhaſtando, & deli-
berando: in quibus terminis non erant à Ju-
liano, & creditoribus reſpectivè, perquiren-
dæ oblationes, præcedentèr factæ: ſed tan-
tùm illæ ſubſequutæ poſt nuperrimam edi-
ctorum publicationem: intèr quas, oblatio
Joſephi minimè reperiebatur; ut animadver-
tit dicta deciſio edita 19. *Januarii* 1699.
§. *Sed hæc nullitas*; & altera 17. *Iunii ejuſ-
dem anni* §. *Quandoquidem coram R.P.D.
meo Priolo*.

Sivè quia cum dicta deliberatio facta fue-
8 rit publicè in Depoſitaria Urbana; ubi om-
nes dicuntur adeſſe, & quicumque vult, po-
teſt ultimam oblationem ſuperare: neceſſa-
ria non erat prioris licitatoris intimatio; ut,
declarando ſupradictam Conſtitutionem
Pauli V., probat *Ridolphin. in Praxi part.*1.
*cap.*15. *num.*126., *Rota apud Poſtbium de
ſubhaſt. deciſ.*183. *num* 8., & meliùs coràm
Dunozzett. jun. dict. dec. 808. *num.*12.

Quo verò ad alteram dubii partem, reſpi-
cientem aſſociationem petitam in cauſa cen-
ſus ſcut. 1000. Domini denegandam eſſe cen-
ſuerunt. Tum, ex quo Joſeph petendo con-
troverſæ vineæ ſubhaſtationem, & delibera-
tionem; quæ de facto ſequuta fuit etiam vi-
9 gore decreti, per ipſum obtenti; totum jus
ſuum, omnemque hypothecam, ex quocum-
que credito ſibi competentem ſuper eodem
fundo, remiſiſſe cenſetur: remanente ſolùm
jure contra pretium ex vinea retractum; ad
tradita per *Neguſan. de Pignor. quæſt.* 6.
*membr.*3. *num.*3. 12., *&* 32., *Poſtb. de Sub-
baſt. inſpect.*54. *num.* 23. *cum ſeqq.*, *Mangil.
eodem tract. quæſt.* 103. *num.* 9. *cum ſeqq.*,
*Merlin. de Pignor. lib.*5. *tit.*1. *quæſt.*37., *Se-
raphin. deciſ.*1333. *num.*3., *Rota coram Bi-
chio dec.*124. *num.*20., *& coram Cavalerio
dec.*528. *nu.*3.. Tum quia, cum dubitari poſ-
ſit, quòd cenſus, pro quo petitur aſſociatio,
extinctus remanſerit per aſſignationem de
10 illo factam, in dotem Hieronymo viro Lau-
ræ, ac reſpectivè debitori ejuſdem cenſus:
11 admitti nequit intentatum remedium aſſo-
ciationis; ut in his terminis reſpondit *Rota
dec.*551. *num.*3. *coram Bichio*.

Et,

Et, licèt ad evitandam hujuſmodi extinctionem, replicaretur à Joſepho, quòd aſſignatio prædicta, nullitèr facta fuerit; ex quo fratres Lauræ, ultra dotem ſcutor. 4000. à patre in teſtamento relictam, non potuerint addere alia ſcut. 2500. in everſionem fideicom-
13 miſſi, per illum ordinati: Attamèn. cum hæc omnia dubietatem involvant: eò magis viſum fuit, denegandam eſse aſsociationem; reſervatâ creditori actione, jura ſua in alio judicio ordinario deducendi.

Et ita, altera &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI, PROSPERI SENIORIS DE CAFFARELLIS.

Ven. 10. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 89. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Duæ ſententiæ validæ, & juſtæ conformes, ex ſtatuto urbis habent vim trium.*

2 *Poſſeſſio fideicommittentis probari debet ad effectum obtinendi immiſſionem in vim* l. finalis C. de edict. Div. Adr. tollend.

3 *Et poſſeſſio debet eſſe de tempore obitus fideicommittentis.*

4 *Poſſeſſio auctoris in hærede abſque apprehenſione continuat ex beneficio ſtatuti Urbis.*

5 *Limitatur quando ab authore non liberè, ſed temporaneè, nec de tempore mortis fuit retenta.*

6 *Pactum redimendi benè remittitur vigore alicujus receptæ compenſationis.*

7 *Jus quæſitum pupillo à tutore remitti nequit.*

8 *Inſtrumentum ſubſequens ſuper quantitate pretii fundi non derogat pacto redimendi antea reſervato, niſi de eodem mentionem faciat.*

9 *Pretii augumentum damno emptoris ſucceſſivè factum in prædio cum pacto redimendi empto, demonſtrat per antecedentia à pacto redimendi jam prius non fuiſſe receſſum.*

10 *Nemo ſupponitur jactare ſuum.*

11 *Poſſeſſio continuata per ſexaginta annos non dici debet ſpoliativa, ſed referri debet ad poſſeſſionem recuperatam in vim pacti redimendi, quod extabat, ſi conſtet à taliter vendente fuiſſe ejus vigore petita, pretiique depoſitum factum.*

12 *Etiam ſi depoſitum integrum non factum fuiſſe probetur, quando conſtat redimentem depoſuiſſe ſummam, quam debere certo ſciebat, & aliam interpellavit, promptum eſſe deponere, & emptor non oppoſuit.*

13 *Præſertim ſi juſtam cauſam reliquum ſummæ non deponendi habuerit, quia pretii augumentum à tutore factum, quod in difficiliorem prædii venditi recuperationem vertitz fieri nequiverit ſine cauſa, in pupilli præjudicium.*

14 *Et ſi augumentum pretii eſſet incertum an deberetur, quod penderet ab alia inſpectione: tunc potuit quoad hoc Judicis declarationem reſervare.*

15 *Fideicommittentis ſpoliati ad bona retinentis civilem animo poſſeſſionem, naturali poſtmodum etiam per illius hæredes recuperata, competit immiſſio quibuſcumque in fideicommiſſo ſucceſſoribus.*

16 *Fallit quando ſpolium excluſum eſt, quia tunc civilis poſſeſſio non remanet.*

17 *Præſumptio juris admittens continuationem poſſeſſionis civilis teſtatoris in hæredem decennio labefactatur.*

18 *Immò decennium non requiritur, cum poſſeſsio capta fuit à tertio vivo, ſciente, & non diſſentiente teſtatore.*

19 *Civilis poſſeſsio triginta annorum ſpatio eſt pluſquam amiſſa.*

20 *Actio ſpolii triginta annorum ſpatio præſcribitur.*

21 *Recuperans prædium vigore pacti redimendi, non à die, quo illud locaſſe conſtat, ſed à die petitæ redemptionis cum pretii depoſito recuperaſſe cenſetur.*

22 *Civilis poſſeſsio prædii à teſtatore retenta fortiſsimo argumento negatur, cum ille in accurata deſcriptione omnium bonorum in teſtamento facta, de illo, vel de jure, quod ſuper illo habet mentionem non fecit.*

23 *Quamvis hæredes inſtituat in omnibus juribus, quia vis ſtat in diſcretiva.*

24 *Et quamvis deſcriptio illius fundi facta fuit ante teſtamentum Fratris, qui omnia ſua bona, iſto excepto, accuratè deſcripſit; ab alio fratre indiviſim cum illo poſſidente.*

25 *Et quamvis hæredes Teſtatoris continuatos actus ob poſſeſsionem Prædii fecerunt: cum illi ſunt emiſsi longe poſt ejus obitum.*

26 *Et quamvis Sacra Rota illius fundi, cujus teſtator animo poſſeſsionem civilem non retinuit; jus recuperandi reſervaverit.*

27 *Jus reſervatum favore alicujus non importat ejus approbationem, & experiendam eſt in judicio ordinario.*

28 *Poſsidentes prædium tanquam liberum à fideicommittente, à quo cauſam non habent, ſunt legitimi contradictores petentibus ex jure fideicommiſsi ad illud immiſſionem.*

29 *Prædium ex multis ex eadem cauſa provenientibus ſi ſit liberum, libera quoque cætera cenſentur.*

30 *Res una, & eadem diverſo jure cenſeri nequit.*

Acquirens quamvis ſe hæredem declaret, eo nomine acquiſiviſſe non dicitur; ſi ex toto tenore liqueat pro ſe ipſo acquirere voluiſſe, & qualitas hæredis tunc ſtat demonſtrativè.

31 *Ex tranſactione facta ad majorem cautelam, & jura juribus addendo, liberè tranſigenti, & non fideicommiſſo acquiſita dicitur res, ſuper qua tranſigitur, ſi in ea cautum ſit, quod acquirentes, ut directi, & legitimi*

Domini, & poſſeſſores diſponere poſſint.

32 *Pretium antiquum tenutæ ex moderna venditione non probatur.*

33 *Præſertim ſi ex bonificamentis, & ædificiis auctum demonſtretur.*

34 *Acquiſitionem nomine proprio, non hæreditorio factam demonſtrat acquirentium, & ejus hæredum obſervantia.*

35 *Tranſactio ex facto, & confeſsionibus ſucceſſorum declaratur.*

36 *Confeſsiones ſolemnes Auctorum, ab eis cauſam habentes, nequeunt impugnare.*

37 *Nec hæredes aſſerere poſſunt ab auctoribus confeſsiones libertatis bonorum factas ad alliciendos emptores.*

38 *Præſertim ſi ſint factæ tempore non ſuſpecto, & ab iis, qui libera opulenta patrimonia poſsidebant.*

39 *Præſervatio fideicommiſsi in diviſione facta reducitur, ut illa intelligatur de bonis verè fideicommiſſariis, non verò de iis, quæ liberè fuerunt à dividentibus acquiſita.*

DECISIO CLXXXVI.

AUditis iterùm DD. Fratribus de Caffarellis adversùs deciſionem editam coram me 1. Junii 1699 confirmatoriam alterius bo: me: Rondanini 39. Aprilis 1688., qua declaratum fuerat, geminas ſententias, iiſ-
1 dem fratribus immiſſionem denegantes ad medietatem Caſalium S. Laurentiæ, utpotè fulcitas validitate, ac juſtitiâ, ex diſpoſitione noſtri ſtatuti, vim rei judicatæ obtinuiſse: Domini rurſus cenſuerunt, ſtandum eſse in *deciſis*.

Adhùc enim deficere viſa fuit probatio poſseſſionis Proſperi fideicommittentis, ad
2 obtinendam immiſſionem in judicio *legis finalis*, requiſita; eamque inutilitèr deduci ex actibus, & circumſtantiis, in mea præcedenti deciſione confutatis; & hodiè in ſubſtan-
3 tia repetitis: cùm, non ſolùm iſti non percuterent tempus obitùs fideicommittentis: quinimmò è converſo conſtaret, controverſa caſalia, per ipſum unquàm non fuiſse poſſeſsa.

Quatenùs enim, ad effectum probandæ poſseſſionis, repetebatur, dictam caſalium portionem jampridèm ab Antonio Proſperi patre acquiſitam; ac reſpectivè poſseſsam, ad eumdem Proſperum fuiſse delatam, ex be-
4 neficio ſtatuti, poſseſſionem continuantis in hæredem, abſque alia apprehenſione: recurrebat reſponſio, quòd poſseſſio tenutæ, ab initio tranſlata non fuit in Antonium libe-
5 rè, ac ſine ullo vinculo: ſed temporaneè; quouſque ſcilicèt Jacobus Columna, in vim facultatis ſibi reſervatæ, illam redimiſset, quodque idem Antonius ante obitum amiſit eandem poſseſſionem à Colomnenſibus recuperatam; quæ proindè non potuit à filio continuari; ut obſervat mea præcedens deciſio in §. *Excluſa ex his*.

Nec urget, quòd poſseſſio Columnenſium fuerit ſpoliativa; nec recuperari potuerit ex
6 facultate redimendi, per Jacobum Columnam ab initio reſervata in illius teſtamento, condito anno 1459.: cum iſta, ex poſt, de medio ſublata fuiſſet, ob remiſſionem à tutoribus filiarum dicti Jacobi factam, intuitu aucti pretii à florenis 5000. ad florenos 10. m., ad ducatos auri 225. mediante inſtrumento ſtipulato de menſe Martio anni 1461. *hodierno Summario Fratrum de Caffarellis nu.*2.. Quidquid enim ſit de hujuſmodi remiſſionis validitate: Satis erat reſponſio, quod idem Antonius de Caffarellis ſucceſſivè, de menſe Junio ejuſdem anni 1461., mediante publico inſtrumento, promiſit, ſe, illa non obſtante, quandocumque retrovenditurum controverſam tenutam favore Pupillarum *Summario Marchionis Minutilli, dato in præterita propoſitione Num.*4., à qua promiſſione receſſum non fuit per aliud inſtrumentum factum ſub die 20. Octobris dicti anni, quia continet ratificationem à R. P. D. Cæſarino contutore emiſſam, de primo inſtrumento ſtipulato per Cardinalem Columnam in dicto menſe Martio: neque recedi poterat abſque ullâ causâ, & utilitate pupillarum: qui-
7 bus ex dicta promiſſione jus quæſitum fuerat; ut firmat mea præcedens deciſio in dicto §. *Quamobrèm*. Minuſque receſſum fuit per aliud, ſtipulatum ſucceſſivè de menſe Januario 1462., dum in eo dumtaxat legitur iterùm auctum pretium à florenis 10. m. ad totidem aureos, & à ducatis 225. ad 339.: ſed
8 in neutro ex hiſce inſtrumentis ulla fit mentio de intermedia promiſſione retrovendendi, per Antonium facta: quæ proindè in ſuo eſſe remanſit.

Quòdque de facto per dictum inſtrumentum ratificationis noluerint Partes recedere ab intermedia promiſſione retrovendendi, per Antonium emiſſâ: maniſeſtè demonſtrat augmentum pretii, ſucceſſivè factum dicto anno 1462.. Si enim hoc tempore Antonius non fuiſſet obligatus ad retrovendendum:
9 utique non permiſiſſet in ſatisfactione ſuorum creditorum, ad notabilem ſummam aſcendentium, ſibi augeri pretium tenuta-
10 rum, jam liberè poſſeſſarum; ità jactando ſuum; contrà præſumptionem juris; de qua in *l. cum indebito ff. de probat.*, & in proximis terminis, dixit *Rota deciſ.* 231. *num.* 14. *part.* 19. *rec.*

Hinc autèm poſito, quòd facultas redimendi per Jacobum in datione in ſolutum, reſervata ſemper viguerit: conſequens eſt, quòd ſucceſſiva, & per ſpatium 60., & ultrà annorum continuata Columnenſium poſſeſſio, injuſtè notetur de ſpolio, & occupatione:
11 dum potiùs referri debet ad juſtum titulum, ex pacto redimendi reſultantem: talique titulo dici debet recuperata; eo ipſo, quod conſtat retrovenditionem fuiſſe à Joanna Jacobi filia, judicialiter petitam; & citato pluriès eodem Antonio factum depoſitum; de quo in hodierno *Summario dd. Fratrum de Caffarellis num.*6.

Non attentâ replicatione, quòd depoſitum non fuerit integrum; utpotè factum de

ſolis

ſolis florenis 10. m., & ducatis auri 225.,
quando, juxtà poſtremum inſtrumentum
anni 1462. pretium tenutæ auctum fuerit ad
10. m. aureos, ac ducatos 399. ut in dicto ho-
dierno *Summario de Caſſarellis num.*5. Cum
enim, antè actuale depoſitum, citatus fuerit
Antonius, ad videndum illud fieri, nedùm de
florenis 5000. *pro pretio medietatis Caſtri
Ardeæ, ſecundùm tenorem Teſtamenti Do-
mini Iacobi de Columna*: (ſunt verba cita-
tionis relatæ in dicto *Summario num.*5.) *ve-
rùm etiam de aliis florenis* 5000., *& de omni
pretio pluris; caſu quo ipſe oſtenderet, quòd
ſibi deberentur ultrà dictos primos florenos*
12 5000. *& plus, vel minùs* — debebat ipſe in
judicio reſpondere, ac opponere deficien-
tiam uſque ad complementum ſummæ, ab eo
prætenſæ: cum cæteroquin ſatis fuerit debi-
tori deponere quantitatem; ad quam ſe cer-
tò teneri ſupponebat; oblata ſolutione quo-
ad aliam incertam; quotieſcumque tamèn
conſtitiſſet illam deberi; ut per *Text. in leg.
Quidam* 21. *ff. ſi cert. petat.*, firmavit *Rota
dec.*258. *num.*21., *& ſeqq. part.*13. *rec.*

Et non abſque ratione, Ioanna hæres Iaco-
13 bi, detrectavit ſolutionem 10. m. aureorum;
ſolùmque illam obtulit in totidem florenis,
& ducatis auri 225. ad formam prioris inſtru-
menti, per tutores, ut ſupra, ſtipulati anno
1461., quia, forſan uſque ad hanc ſummam,
agnovit pecunias in ejus utilitatem ceſſiſſe:
quod ſecùs eſſe comperiit in augumento pre-
tii tenutarum, à florenis ad ſcuta aurea, quod
ſicuti difficiliorem reddebat earumdem te-
nutarum recuperationem: ita, ſine cauſa, in
præjudicium pupillarum, fieri non poterat;
juxta firmata in *dicta mea præcedenti deciſio-
ne §. Quamobrem.* Vel, cùm faltem negari
14 nequeat; dubium fuiſſe, an præfatum aug-
mentum à pupillis deberetur. Pendebat enim
à cognitione, an credita Antonii de Caſſa-
rellis, in inſtrumento ſuppoſita, reverâ ſub-
ſiſterent, benè potuit, reſervata quoad hoc
Judicis declaratione, deponi quantitas cer-
ta; & per mulierem approbata; ut in *d. dec*
258. *n.*22. *p.*13. *rec.*

Atque hinc ceſſat aſſumptum, quod Proſ-
per fideicommittens, ſi naturalem non ha-
buit poſſeſſionem: habuerit ſaltem civilem,
15 animo retentam: cujus vigore, deindè re-
cuperatâ etiam naturali per illius hæredes:
ritè competat immiſſio quibuſcumque ad fi-
deicommiſſum vocatis: dum enim, ex præ-
16 miſſis, poſſeſſio Columnenſium, oppoſito
ſpolii vitio nullatenùs infecta; ſed imò legi-
timo titulo ſuffulta dignoſcitur: dici nequit,
apud hæredes Antonii, civilem poſſeſſionem
remanſiſſe.

Et ſanè iſta inutiliter allegatur: dum nulla
concurrit Proſperi expreſſa declaratio; iſtâ-
17 que deducta ex præſumptione juris, admit-
tentè continuationem poſſeſſionis civilis per
decennium labefactatur. Tum, ex quo poſ-
ſeſſio per Columnenſes apprehenſa fuerat
18 ſciente, ac nullatenùs reclamante d. Proſ-
pero quoad vixit. In quibus terminis, ad di-
mittendam civilem poſſeſſionem, decennium
non requiritur; ut eſt communis opinio no-
ſtri tribunalis; de qua in *dec.*323. *n.*4. *apud
Poſth. de manut.*, *cor. Coccino dec.*714. *eod.
num.*, *& dec.*1410. *n.*5, *cor. Royas dec.* 456.
*n.*6., *cor. Cavaler. dec.*655. *n.*12., *cor. Bichio
dec.*49. *n.*4. *&* 5., *in rec. dec.*454 *ſub n.*2. *p.*1.,
*& dec.*226. *n.*4. *p.*6. *rec.*, cum aliis in *dec. hu-
jus cauſæ* 30. *Aprilis* 1688. §. *Cæterum cor.
bo. me. Rondinino*, & priùs in *dec.*72. *n.*18. *in
fin. apud Vrceolum de tranſact.*

Tum quia ſuperiùs enarrata facti ſeries
oſtendit, poſſeſſionem fuiſſe à Columnenſi-
bus recuperatam per triginta, & ultra annos
ante obitum Proſperi fideicommittentis;
nempè à dicto anno 1467., quo ipſi Antonio
Proſperi patre interpellato, vigore dictæ fa-
cultatis redimendi: pretium ſolutum depo-
19 ſuerunt: adeout plus quàm tempus habile
ad amittendam civilem poſſeſſionem effluxe-
20 rit: quinimò præſcripta remanſerit actio
excipiendi de ſpolio: ex firmatis per *Rotam
dec.*229. *n.*28. *p.* 14. *recent.*: nec ſubſequuta
locatio, facta per eoſdem Columnenſes anno
1498. concludit, eo ſolùm anno recuperatam
ab eis fuiſſe poſſeſſionem: ſed benè quidem
21 illam probat in præteritum: eaque referri
debet ad tempus petitæ retrovenditionis, ac
judicialiter facti depoſiti; *Menoch. de præ-
ſumpt. lib.*2. *præſumpt.*65. *n.*4., & dixit *Rot.
in d. dec. hujus cauſæ* 72. *à n.*15. *& ſeqq.*, &
ſignanter *ſub n.*17. *poſt Vrceol. de tranſact.*

Tum demùm, quia contraria urget demon-
ſtratio, excludens animum Proſperi, reti-
nendi civilem poſſeſſionem, hodie ſuppoſi-
22 tam: eaque reſultat ex accurata, & diſtin-
cta deſcriptione ſingulorum bonorum, & ju-
rium per eum facta in teſtamento: abſque eo
quod ullam, vel minimam fecerit mentio-
nem de controverſis caſalibus; nec de jure
illa recuperandi. Quod argumentum, vali-
diſſimum appellant omnes præcedentes hu-
jus cauſæ deciſiones; præſertim *cor. Priolo
dec.*429. *n.*12., *& dec.*457. *n.*4., & in aliis *cor.
Bourlemont. impreſſ. apud Vrceol. de tran-
ſact. dec.*73. *ſub n.*6. §. *Quinimò in fine*; &
*dec.*74. *n.* 11. §. *Attenta*, *& cor. bo. me. Ron-
dinino* 30. *Aprilis* 1688. *ſub* §. *Verum ceſ-
ſare*; & animadvertit etiam *poſtrema deciſio
cor. me* §. *Excluſa.*

Quin ad evitandum hoc argumentum ſuf-
fragaretur duplex reſponſio. Altera, quod
Proſper in ejus teſtamento hæredes inſtitue-
rit, nedum in bonis; verùm etiam in omni-
bus juribus eidem competentibus. Quorum
appellatione comprehendi potuit jus caſalia
recuperandi: Altera, quod talis diſpoſitio
comprehendat ſolùm bona libera; non au-
tem ea, quæ pro indiviſo cum aliis, ab eo-
dem Proſpero poſſidebantur; & cujus erant
naturæ controverſa caſalia. Quo enim ad pri-
23 mam: vis argumenti non ſtat in majori, vel
minori amplitudine verborum, ſub quibus
facta fuerit hæredis inſtitutio: ſed in diſcre-
tiva; quod nempe teſtator, qui omnia ſua
bona, & jura in ſuo teſtamento deſcribere
profeſſus

proteſſus fuit: de controverſis caſalibus, neque meminerit; ut ita indicaret ſe, quoad ea, omni jure deſtitutum agnoſcere: dum cæteroquin, ſicuti quoad alia, non contentus generica bonorum expreſſione, voluit ea ſingillatim adnotare: ita & adnotaſſet caſalia S. Laurentiæ, vel jus illa recuperandi; quatenus aliquod jus in eis ſibi competere cenſuiſſet. Quo verò ad ſecundam, factum non aſſiſtit: dum, ex lectura teſtamenti habetur, Proſperum, de bonis etiam communibus, quamvis minimis, diſpoſuiſſe; ſignanter legando vineam communem cum Nicolao, prælegando filiis Nicolai reſponſionem (ſunt verba teſtamenti) " Unius Salmæ muſti, communem inter nos ſuper terris intra portam Caſtelli. Item Jacobellæ annuam reſponſionem unius ſalmæ vini, communem inter nos in terris S. Juliani. ,, & latiùs in dicto teſtamento; de quo in *Summ. Marchionis Minutilli num.*17 Quapropter argumentum diſcretivum undequaque ſubſillat.

Excluſo autem animo Proſperi, retinendi civilem poſſeſſionem: fruſtra hæc deſumebatur ex facto hæredum Nicolai, illius fratris: qui in inventario bonorum, exarato, anno 1498. tenutam deſcripſerunt, cum expreſſione, quod ea præcedenter poſſideretur pro indiviſo cum Proſpero; & tunc temporis occuparetur à Columnenſibus. Exindè namque probatur quidem, quod occupatio Columnenſium, fuit anterior dictæ deſcriptioni:
24 ſed nullatenùs concluditur civilis poſſeſſio retenta in animo Proſperi: cujus in hoc, nullum factum interceſſit; præſertim dum ſucceſſivè, poſt duos annos, idem Proſper, omittendo, ut mox diximus, deſcriptionem hujuſce juris: in teſtamento contrarium animum declaravit. Prout nil urgent cæteri actus,
25 geſti ab hæredibus Proſperi, ex longa ſerie, per defenſores fratrum de Caffarellis recenſiti: quia illi, tanquam emiſſi longè poſt obitum ejuſdem Proſperi: ejus animum probare non poſſunt.

Nec demùm relevat, quod Sacra Rota. in præteritis deciſionibus præſervaverit ad fa-
26 vorem hæreditatis Proſperi jus recuperandi controverſam tenutam. Talis enim præſervativa juris. (qualecumque illud ſit) non
27 importat approbationem poſſeſſionis; & per conſequens non juvat in hoc judicio; in quo verſamur: ſed ſolùm operatur, quod Caffarelli valeant in alio judicio ordinario, ſua jura, ſi quæ habent, experiri, ut reſpondet *deciſio bo. me. Rondinini § finali.*

Firmato ex prædictis, quod tenuta, de qua agitur, non fuerit poſſeſſa per Proſperum: hoc ſufficeret Marchioni Minutillo reo, & poſſeſſori, ad repellendos fratres de Caffarellis, agentes pro immiſſione: & tamen ipſe docuit, tenutam, mediante concordià initâ cum Columnenſibus de anno 1566., & mediante ſolutione ſcutor. 16.m. acquiſitam fuiſſe per Aſcanium Proſperum juniorem, & Marium de Caffarellis; uti liberam à fideicōmiſſo; ac pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; illamque deindè per innumeros actus ab ipſis, eorumque ſucceſſoribus geſtos: retinuiſſe ſemper eumdem ſtatum libertatis; ut illis ſingulariter relatis, & expenſis, probat *deciſio hujus cauſæ cor. Bourlemont, apud Vrceolum deciſ.73. ſub n.8. §. Ab eventu; & deciſ.74. ſub n.14. cum duobus ſeqq.*; & reaſſumit etiam *mea præcedens deciſio §. Et hæc uſque ad fin.* Adeout hodierni
28 poſſeſſores, qui cauſam à fideicommittente non habent, nec ab ejus hæredibus; ſed à novis acquirentibus ex cauſa dictæ tranſactionis: dicuntur legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem petitam ex fideicommiſſo Proſperi: cujus titulo non poſſident; *Rot. poſt Merlin. de pignor. dec. 58. n.4., cor. Dunozetto jun. dec. 550. n.1., cor. Celſo dec.343. eod. num.,* & in hac cauſa dictum fuit *in dec.72. n.23., & dec.74. n.12. poſt Vrceolum de tranſact., & coram Priolo dec 429. n.6., & dec.457. pariter n.6. cum ſeqq.*

Potiſſimè animadvertendo, quod ſolutio ſcutor. 16.mil. in tranſactione promiſſorum, facta non fuit cum pecuniis hæreditariis; ut ſupponunt ſcribentes pro Caffarellis: dum conſtat, Marium, unum ex tranſigentibus, nedùm pro ſolvenda rata ſcutorum 8000. ſibi tangente, verùm etiam pro extinguendis quampluribus debitis, à ſe ipſo, proprio nomine contractis, vendidiſſe Caſale *Solzare*, mediante dicta tranſactione acquiſitum: promittendo illud ad ſe liberè ſpectare, nec eſſe alicui fideicommiſſo purificato, vel in futurum forſan purificando, ſubjectum: & inſuper obligando ad favorem emptoris omnia jura, ſibi quomodolibet competentia, contra Marcum Antonium de Columna in eventum, in quem contraveniatur dictæ tranſactioni. Indè autem emergit, quod ſicut præfatum Caſale *Salzare*, liberum erat; ac tanquam tale, fuit alienatum: ita ejuſdem naturæ fuerint alia Sanctæ Laurentiæ cum omnia ex uno eademque fonte tranſactionis de-
30 rivarent; ne aliàs una, eademque res, diverſo jure cenſeatur; contra regulam *textus in l.Eum qui ædes ff. de Vſucapion, & in cap. Cùm in tua 30. de decim.*

Nec hujuſce fundamenti efficaciam elidebant argumenta, & conjecturæ; ex quibus demonſtrari ſupponebatur, tranſactionem à Columnenſibus non jure proprio, ac independenti, ſed hæreditario, fuiſſe ſtipulatam. Non quidem primum, quod tranſigentes
31 enunciaverunt ſe hæredes: ideòque hoc titulo cenſeantur acquiſiviſſe: quia, cùm ex toto tenore concordiæ pateat, eos voluiſſe pro ſe ipſis acquirere; qualitas hæreditaria cenſetur adjecta demonſtrativè, non taxativè; ut probat *mea præcedens deciſio §. Quamvis autem.*

Non ſecundum quod tranſactio, per Caffarellos facta fuerit ad majorem cautelam, & jura juribus addendo; ſed non fuerint, ea mediante, acquiſita Caſalia. Illa enim expreſſio verificari ad ſummum poteſt quoad jus pro recuperatione; ad quam faciliùs obtinendam

tinendam, fieri valuit tranſactio : ſed exindè inferri nequit ad acquiſitiooem pro fideicommiſſo : dum ſucceſſivè in eodem inſtrumento dicitur " Ita quod ipſi DD. Caſſarelli, „ eorumque hæredes, & ſucceſſores, dictis „ juribus, & actionibus ceſſis in judicio, & „ extra, ad majorem cautelam ; ut ſupra ; „ uti, agere, excipere, experiri, ac ſe juvaro, & defendere poſſint : & de eis, ut „ veri, directi, & legitimi Domini, & poſ- „ ſeſſores, diſponere valeant. „ Per quæ verba, nimis ad evidentiam convincitur, tranſigentes voluiſſe ſibi, non autem fideicommiſſo, acquirere.

Minùs tertium, quod ſolutio ſcutor. 16. m. fuerit ab eis promiſſa nomine ejus authorum: quia hoc, in facto non ſubſiſtit : dum verba *Quibus ſupra nominibus*, referuntur ad nomen proprium Fauſti : pro quo etiam contraxerunt promittentes de rato : & Marius contraxit uti donatarius Bernardini ; ut legitur in inſtrumento tranſactionis *litt. M. & N.*

Neque demùm quartum, quod ſumma ſcutor. 16. m, non eſſet correſpondens pretio tenutæ. Huic enim objecto ſatisfacit præcedens *deciſio in §. Quod ex apertè* : quin animadverſionem mereantur alienationes nuper adductæ, ac factæ de aliquibus tenutis, in
32 majori pretio : quia iſtæ, tanquam ſecutæ
in ſæculo currenti : non concludunt valorem
de tempore tranſactioois : tantò magis, quia
33 illarum augmentum proceſſit à reductione
plurium terrarum ſterilium ad culturam ; &
ab ædificiis poſtea conſtructis ; ut in *præterito ſumm. n. 36. & 37.*

Fortiùs, quia in contrarium ſtat obſervantia, tam ipſorum tranſigentium ; & quidem immediatè poſt concordiam : dum non adhuc elapſa, à die ſtipulationis illius, bimeſtri, Marius, præmiſſa narrativa præfatæ tranſactionis, cum aſſenſu aliorum tranſigentium, præfatum Caſale *Salvaræ*, unum ex corporibus, in tranſactione acquiſitis ; tanquam liberum, & à quocumque fideicommiſſo exemptum, alienavit, *d. ſum. n. 19.* Quàm etiam, & fortiùs hæredum : dum Maximilianus, Marii filius, ut propria debita extingueret, anno 1575. vendidit favore aliorum fratrum de Caſſarellis medietatem nonæ partis controverſorum Caſalium : eamque promiſit liberam à quocumque fideicommiſſo : ac, uti talem, aſſeruit poſſeſſam fuiſſe ab ejus anteceſſoribus ; ibi " Liberum prout hodie poſſide- „ tur ; & eo modo quo poſſederunt anteceſ- „ ſores dicti Maximiliani ; & prout alii con- „ ſortes alias partes poſſederunt, & poſſi- „ dent. „ Quænam enim dari poteſt major
34 probatio voluntatis tranſigentium, circa
acquiſitiooem, quàm declaratio ipſorum, &
hæredum, quod eorum authores tenutas,
uti liberas poſſederint ; *Rota in Auguſtana*
juriſpatronatus, ſuper negocio principali,
17. *Februarii* 1698. §. *Quod & clariùs, cor.*
R. P. D. meo del Olmo.

Quibus non contradicit inſtrumentum emptionis partis Caſalis Vallis Latæ, ab eodem Maximiliano deindè factum anno 1577. adjecta declaratione, quod firma remanerent omnia, & ſingula fideicommiſſa purificata, & porificanda : quia in eo, nec verbum quidem de fideicommiſſo Proſperi, ut videre eſt in *hodierno ſum. fratrum de Caſſarellis n. 22.* : & pariformiter omnes alii ſucceſſores per ſæculum, & ultra, de controverſis tenutis, tanquam liberis, diſpoſuerunt ; ut obſervat mea præcedens *deciſ. §. Succeſſivè.*
35 Ex quorum confeſſionibus, ſi quæ adeſſet
dubietas circa interpretationem tranſactionis, omninò ſublata remanet : adeout fratres
de Caſſarellis ; qui ab eis cauſam habent, allegare nequant, acquiſitionem fuiſſe factam
36 favore fideicommiſſi : cùm reſiſtant ſolemnes, ac iuratæ confeſſiones circa libertatem
caſalium, ab eorum auctoritatibus emiſſæ :
quas ipſis impugnare non licet ; benè *Rota*
dec. 65. n. 8. p. 9. rec.

Nil relevante replicatione, quod enunciativa libertatis, in inſtrumentis venditionum,
ac impoſitionum cenſuum, emiſſa fuerit ad
alliciendum emptores. Etenim, ultra quod
37 iſta non procedit reſpectu auctorum ; quorum confeſſionem impugnare non licet fratribus de Caſſarellis illius hæredibus ; ut mox
38 diximus : nec etiam videbatur admittenda
reſpectu aliorum ; qui tales enunciativas emiſerunt tempore non ſuſpecto ; novaque inſtituerunt fideicommiſſa, relictis opulentis hæreditatibus ; adeout ad fraudandum creditores, factæ dici non poſſunt ; ut reſponſum fuit in *dec. 72. n. 24. dec. 73. in fine, dec. 74.*
n. 16 poſt Urceolum de tranſact.

Prout oon adverſatur, quod occaſione diviſionis bonorum, ab ipſis tranſigentibus Initæ, præſervatum fuerit, fideicommiſſum Proſperi. Quippè, cùm diviſio complecteretur tam bona fideicommiſſaria, quàm libera ;
39 & jure proprio à dividentibus poſſeſſa : præſervatio fideicommiſſi verificatur ſuper bonis, ab ipſo Proſpero provenientibus : ſed
non indè inferri valet, quod caſalia, de quibus agitur, eſſent illius fideicommiſſo ſubjecta ; ut in hac cauſa reſpondit *Rot. cor. Priolo*
dec. 429. n. 4.

Et ita, ſuffragantibus omnibus Dominis, reſponſum fuit, partibus hincindè acerrimè informantibus &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI PROSPERI SENIORIS DE CAFFARELLIS, SUPER CAUTELA ANGELI.

Veneris 10. *Junii* 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 90., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Proceſſus ad ulteriora in deliberatione retardari non poteſt à cautela Angeli allegata vigore fideicommiſſi, quod ſuper prædio exequu-*

exequutato locum non habet

2 *Nec ſufficit dubietas fideicommiſſi, ſed concludenter eſt probanda, præſertim cum cautela Angeli poſt factam exequutionem allegetur.*

DECISIO CLXXXVII.

REaſſumptâ hodie inter Marchionem Minutillum, & DD. fratres de Caffarellis diſputatione circa fideicommiſſum Proſperi ſenioris: cujus titulo iidem fratres vindicare intendebant medietatem tenimenti Ardeæ, à dicto Marchione poſſeſſam: iterùm cenſuit noſtrum Auditorium, immiſſionem, in præcedentibus inſtantiis, ritè fuiſſe denegatam: approbando deciſionem editam coram me 1. Junii 1699. In cujus reſolutionis ſequelam, quoad hoc etiam dubium inter dictos fratres de Caffarellis, eorumque creditores diſceptatum, reſpondit: *Standum eſſe in deciſis.*

Eo enim ipſo, quod non conſtat, præfatum tenimentum cadere ſub fideicommiſſo Proſperi; ut latè comprobat hodierna deciſio, ſuper iſto edita; conſequens eſt, quod poſt factam jam diù ad inſtantiam creditorum, exequutionem ſuper medietate, à dictis
1 fratribus de Caffarellis poſſeſſa: nequeat ampliùs ſub prætextu fideicommiſſi, retardari proceſſus ad ulteriora in deliberatione: cum cautela tradita per Angelum in *L. A. Divo Pio §. Si ſuper rebus ff. de re judicat.* locum non habet; *Rot cor. Cerro dec. 97. n. 13.*, cum aliis relatis in mea *præcedenti deciſione § Præmiſſa enim.* Non attentâ replicatione, quod licèt prætenſio fideicommiſſi per modum actionis per Caffarellos contra Marchionem Minutillum, legitimo titulo poſſidentem, ſatis non fuerit ad obtinendam immiſſionem; ſuffragari tamen valeat per modum exceptionis ad repellendum creditores, agentes ad ratam tenutarum, poſſeſſam per dictos Caffarellos: quaſi in hoc ju-
2 dicio ipſa dubietas fideicommiſſi ſufficiat. Tum quia, dum fideicommiſſum fuit allegatum, & quidem poſt factam exequutionem in actis productum: neceſſe eſt, ad impediendum iſtius effectum, docere concludenter, quod bona fuerint poſſeſſa per Proſperum, ejuſque fideicommiſſo ſubjecta; *Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 9. n. 28.* Tum quia ceſſat quælibet difficultas: dum conſtat, caſalia per tranſactionem fuiſſe liberè acquiſita hæredibus, non autem fideicommiſſo; ex firmatis in dicta deciſione, ſuper eodem fideicommiſſo edita.

Et ita, ſuffragantibus omnibus Dominis, reſponſum fuit; utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SENIORIS DE CAFFARELLIS.

Lunæ 13. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Ineſt ſupra deciſ. 91., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio in vim* L. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. *retardari nequit conflito de fideicommiſſo, & poſſeſſione bonorum à teſtatore tempore obitus.*

2 *In judicio immiſſionis in vim* l. fin. *non admittuntur exceptiones altioris indaginis.*

3 *Actus reſpicientes probationem poſſeſſionis bonorum teſtatoris non probant continuationem poſſeſſionis uſque ad obitum, neceſſariam ad effectum immiſſionis favore fideicommiſſarii.*

4 *Præſertim ſi actus iſti reſpiciant poſſeſſionem, vivente teſtatore, quæ ex aliis circumſtantiis vitioſa, ſpoliativa, & legitimo titulo deſtituta videtur.*

5 *Immiſſionem petens vigore fideicommiſſi contra bona poſſeſſa à tertio, qui à fideicommittente cauſam non habet, debet ejuſdem fideicommittentis poſſeſſionem, & etiam dominium probare.*

6 *Civilis poſſeſſio non retinetur in prædiis, quæ ab eo, qui habuit ſui favore pactum redimendi, redempta fuiſſe convincitur.*

7 *Spolium excluſum remanet, cum ejus judicio relicto, tranſitur ad petitorium.*

8 *Secùs quando ſimpliciter judicium ſpolii ſuſpenditur.*

9 *Relatio operatur, ut relatum in referente dicatur appoſitum.*

10 *Spolium adfuiſſe cenſetur, cùm ſpolians ſolvit.*

11 *Jactare ſuum nemo dicitur.*

12 *Spolium adfuiſſe probatur ex ejuſdem narrativa in inſtrumentis emiſſa.*

13 *Stipulatio inita pro ſe*, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *non poteſt reſtringi ad ſucceſſores in fideicommiſſo, ſed alios hæredes, & ſucceſſores comprehendit.*

14 *Acquiſitio facta cum facultate libera, uti legitimi Domini diſponendi, non pro fideicommiſſo facta cenſetur.*

15 *Acquiſitio ſupponitur liberè, & non pro fideicommiſſo facta ex iteratis ſimilibus enunciativis acquirentium, & hæredum.*

16 *Et quæ impugnari uti talis non poteſt ab eis, qui à dictis acquirentibus, cauſam habent.*

17 *Immiſſio vigore fideicommiſſi turbidi non poteſt concedi contra poſſidentem ex titulo certo, & claro.*

18 *Poſſeſſio rei continuata non præſumitur uſque ad obitum; ſi poſſidens eandem rem donaverit.*

19 *Inſtrumentum vi fluminis deperditum, ex ſubſe-*

ſubſequentibus inſtrumentis probatur adfuiſſe.

20 *Venditio herbarum à filiofamilias vivente patre facta, quæ cæteroquin fieri nequit, probat patrem mediante donatione in eum dominium transtuliſſe.*

21 *Donationem univerſalem patrem feciſſe arguitur, ſi eo vivente filii pulſentur tanquam illius donatarii ad ſolutionem debitorum ejuſdem.*

22 *Filii obligatio unà cum patre, & ſpecialis hypotheca ab illis impoſita ſuper prædio favore ſororis demonſtrant, ſuper eodem, patris donationem eorum favore præceſſiſſe.*

23 *Hypothecatio bonorum patris à filio eo vivente fieri non poteſt, niſi illi fuerint ab eodem patre donata.*

24 *Filiis competit libera retentio in bonis à patre fideicommiſſo ſubjectis pro rata debitorum ipſius, ab ipſis de proprio ſolutis.*

DECISIO CLXXXVIII.

AD obtinendum receſſum à deciſione coram me edita ſub die 5. Junii 1699., qua confirmatæ fuerunt aliæ tres præcedentes deciſiones, denegantes petitam immiſſionem ad medietatem Caſalium in tenimento Ardeæ ex fideicommiſſo Joannis Petri ſenioris: DD. fratres de Caſſarellis iterum repetebant, quod, poſitâ exiſtentiâ fideicommiſſi ejuſdem Joannis Petri; & conſtito, abſque difficultate, quod ille caſalia prædicta, pro
1 ſua rata poſſederit: retardari ampliùs non poterat immiſſio in hoc privilegiato judicio, in vim *l. finalis C. de edict. Div. Adr. tollen.*
2 in quo non admittuntur exceptiones altiorem requirentes indaginem: maximè, quia ſupponebant, etiam poſſeſſionem fuiſſe undique juſtam, & per ſententiam latam in Curia Capitolina approbatam: ex tranſactione verò fuiſſe confirmatam eandem poſſeſſionem favore fideicommiſſi; juxta plura fundamenta; quibus, ad evertendas deciſiones, utebantur. Verùm, iis non obſtantibus, Domini, præfatas deciſiones approbantes: pro quinta vice; etiam hodie *Steterunt in deciſis.*

Et ſanè, licèt poſſeſſio Joannis Petri fideicommittentis; ad quem controverſa caſalia, ſive fuiſſent in hæreditate Proſperi, ſive Ludovicæ Columnæ, jure ſucceſſionis pertinuiſſent: probata ſupponeretur, tum ex ſententia, ejus favore, lata contra Univerſitatem Ardeæ; tum ex venditione herbarum; & ex ipſius caſalis locatione, ac tandem ex quo illa fuit præſuppoſita in *dec. 205. p. 7. recen.* Attamen, quidquid ſit de hujuſmodi probationibus; cùm iſti actus reſpicerent poſſeſſionem vivente Joanne Petro; nec ex eis reſultaret continuatio uſque ad obitum; quinimò contra illam ſtet præſumptio, elicita ex donatione, per eumdem Joannem Petrum facta,
3 dum viveret; de qua infra: deficiebat proindè alterum ex extremis ad obtinendam immiſſionem requiſitis: cujus probatio eò magis neceſſaria erat in præſenti; quo ex pluribus facti circumſtantiis, poſſeſſio per dictum
4 Joannem Petrum retenta, vitioſa, & ſpoliativa, omnique legitimo titulo deſtituta videbatur; ut obſervat *Rot. dec. 317. n. 2. cor. Dunozetto ſen. dec. 930. n. 1. cor. Cardinali Cerro; & in Fanen. immiſſionis 27. Junii 1695. §. Deficit, cum ſeqq. cor. R. P. D. meo Pio.* Ac etiam, ex quo agitur contra tertium
5 independenter à fideicommittente, poſſidentem: quo caſu, debet actor, ultra poſſeſſionem ſui auctoris, etiam dominium probare; *Bald. conſ. 40. n. 1. lib. 4., Magon. dec. Florent. 37. n. 2., Manſius conſult. 223. n. 27., Rot. cor. Cerro dec. 836. n. 3.. & in d. Fanen. immiſſionis §. Eaque, cor. R. P. D. meo Pio.*

Vitioſam autem fuiſſe poſſeſſionem Joannis Petri, demonſtrat facti ſeries, abundè relata in alia deciſione ſuper fideicommiſſo Proſperi ſenioris, edita in præcedenti Rota: ex qua conſtat, quod tenutæ fuerunt per Jacobum Columnam relictæ Caſſarellis, cum pacto retrovendendi; quod fuit deindè ab Antonio Caſſarello, mediante publico inſtrumento, confirmatum, quodque vigore hujus pacti fuerunt à Columnenſibus recuperatæ, uſque de anno 1467., mediante depoſito ſcutorum 10000., & ducatorum 225., & abindè citra ſpatio 60. circiter annorum, & ſic uſque ad annum 1536. ab illis poſſeſſæ; ut doctum fuit ex pluribus locationibus, per ipſos factis, diverſis temporibus; & ex aliis actibus relatis in *ſum. Marchionis Minutilli, dato ſuper fideicommiſſo Proſperi, 1. Junii 1699. n. 9. & ſeqq.*; ac ponderat *præcedens deciſio §. Attamen in fine.*

Et ex his ceſſat repetitum objectum, quod
6 Caſſarelli, ſaltem civiliter, eorum poſſeſſionem continuaverint: contrarium enim convincitur ex ipſa facultate redimendi, per Jacobum ab initio reſervata; &, mediante nova promiſſione, per Antonium confirmata: ex qua proptereà dubitari nequit, potuiſſe tenutam à Columnenſibus legitimè recuperari, ac poſſideri. Et, licèt poſtea obtinuerint Caſſarelli ſententiam à Judice maleficiorum in Curia Capitolina anno 1472.: ea tamen non obſtante, Columnenſes, eorum poſſeſſionem diù poſtea continuarunt: & ſucceſſivè, commiſſionem noſtro tribunali directam impetrarunt ſuper hujuſmodi ſpolii purgatione: quo judicio pendente, devenerunt ad tranſactionem cum Caſſarellis, in qua pariter dictum ſpolium fuit enunciatum.

Nec ſubſiſtit, quod in eadem tranſactione dictum fuerit, quod partes ſuſcepiſſent pe-
7 titorium: undè inferebatur, nullum adfuiſſe ſpolium: nam aliàs non fuiſſet, relicto judicio ſpolii privilegiato, deventum ad diſcuſſionem petitorii. Etenim tranſigentes, in hac parte, ſe præcisè retulerunt ad acta ibi: „Pro parte ipſius Illuſtriſſimi Domini Mar„ci Antonii petitorium ſuſceptum fuerit; „prout ex actis D. Nicolai Naretti, Rotæ, „& Cauſæ hujuſmodi Notarii: ad quæ par„tes ipſæ ſe retulerunt; latiùs conſtare di„xerunt.„ Quamobrem, cùm ex actis con

ſtet de commiſſione ſuper cognitione ſpolii,
ibi -- *in judicio ſpolii conventi &c.*, & infra
-- *indebitè, & injuſtè ſpoliarunt* -- indè be-
8 nè convincitur, quod enunciativa tranſa-
ctionis fuit, quod petitorium eſſet ſuſpen-
ſum: per errorem verò appoſitum fuerit ver-
bum *ſuſceptum*; dum in actis, quidquam
circa illud, non legitur: & relatio ad ea
9 operatur, ut ipſe tenor actorum dicatur in
hac tranſactione repetitus; *L. Aſſe toto ff.
de hæred. inſtit., Rot. dec. 536. n. 89. p. 14., &
dec. 191. n. 12. p. 19. rec.*

Quodque reverâ de purgatione ſpolii
actum fuiſſet: oſtendunt ad evidentiam con-
ditiones appoſitæ in tranſactione, in qua
10 Caffarelli exburſarunt de proprio ſcuta
16000.: & condonarunt Columnenſibus fru-
ctus ab ipſis perceptos: quos in ſumma ſcu-
torum 40000. liquidarunt: quod utique non
feciſſent, niſi propriam poſſeſſionem, nul-
lam, & ſpoliativam agnoviſſent: ne abſurdum
11 dicamus, voluiſſe jactare ſuum; quod de
jure non præſumitur; ut ex *text. in l. Cùm
de indebito ff. de probat.*: dictum fuit in alia
*deciſ. ſuper fideicommiſſo Proſperi ſenioris,
in proximè præterita Rota §. Quodque de fa-
cto in fine.*

Et comprobatur etiam ex ſubſequuto in-
ſtrumento venditionis caſalis Salzaræ, per
Marium factæ 12. Auguſti 1566. In eo ſiqui-
dem narratur præcedens lis inter Caffarel-
lios, & Marcum Antonium Columnam agi-
12 tata; nullo prorſùs facto verbo de petito-
rio: imò, è converſo, cum expreſſa mentio-
ne ſpolii; quodque illa fuiſſet per tranſactio-
nem extincta, *ſum. Marchionis Minutilli
dato ſuper fideicommiſſo Proſperi 13. Junii
1699. n. 19.*

Minùs relevat, quod per hanc tranſactio-
nem, tenutæ fuerint recuperatæ ad commo-
dum fideicommiſſi. Contrarium quippè ſua-
dent tot, ac tantæ circumſtantiæ, pondera-
tæ in præcedentibus *deciſionibus*; & reaſſum-
ptæ *in altera, edita in præterita Rota ſuper
fideicommiſſo Proſperi*; & ſignanter clara,
13 & litteralis expreſſio tranſigentium: quod
*pro ſe ipſis, eorumque hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus quibuſcumque*, acceptare, & ſtipu-
lari voluerunt ceſſionem jurium, ſibi factam
in tranſactione à Columnenſibus. Quæ ver-
ba non poſſunt reſtringi ad hæredes, & ſuc-
ceſſores in fideicommiſſo, attento verbo
Quibuſcumque; ut, relatis præcedentibus
*deciſionibus editis ſuper fideicommiſſo Proſ-
peri ſenioris*, firmatum fuit in *dec. 74. n. 15.
poſt Urceol. de tranſact.*

Junctis etiam ſubſequentibus verbis: " Ita
" quod ipſi Domini de Caffarellis eorumque
" hæredes, & ſucceſſores, dictis juribus, &
" actionibus ceſſis in judicio, & extra, ad ma-
" jorem cautelam, ut ſupra; uti, agere, ex-
" cipere, experiri, ac ſeſe juvare, & defen-
" dere poſſint: & de eis, ut veri directi, &
" legitimi Domini, & poſſeſſores diſponere
14 " valeant." Quæ ſuppoſitam acquiſitionem
pro fideicommiſſo totaliter excludunt: ma-
15 ximè, cùm in idem concordent plures, ac
reiteratæ confeſſiones circa libertatem tenu-
tarum, emiſſæ per auctores dictorum fra-
16 trum de Caffarellis: qui propterea illas im-
pugnare non poſſunt; ut latiùs in *deciſione
ſuper fideicommiſſo Proſperi, in proximè
præterita Rota §. Fortiùs.* Vel cùm ſaltem
negari non poſſit, allegatam Joannis Petri
poſſeſſionem, ex præmiſſis reddi admodum
17 dubiam: hoc ſufficit, ne immiſſio, ex illius
fideicommiſſo petita, concedi valeat contra
Marchionem Minutillum, ex novo titulo
tranſactionis; undique certo, & claro poſſi-
dentem

Præmiſſa comprobant poſseſſionem, à Jo-
anne Petro retentam, fuiſse ſpoliativam;
vel ſaltem dubiam: tranſeundo autem
ad probationem continuationis illius, uſq;
ad obitum, diximus eam deficere: quinimò
18 contrariam præſumptionem elici ex dona-
tione inter vivos, per eumdem Joannem Pe-
trum facta favore filiorum, & deſcenden-
tium. Et, licèt hujuſce donationis tenor non
habeatur, ob deperditum, ex nota Tyberis
inundatione de anno 1598., protocollum in-
19 ſtrumentorum anni 1560. Attamen effecti-
vam donationem præceſſiſſe demonſtrant
ſubſequuta inſtrumenta; in quibus illius men-
tio habetur; & ſignanter venditio herbarum
20 tenimenti Ardeæ, per filios dicti Joannis
Petri, nomine proprio facta, vivente patre;
quæ certè fieri non poterat; niſi ille bono-
rum dominium à ſe, mediante donatione,
præcedenter abdicaſſet; ut obſervat *mea præ-
cedens deciſio in §. finali.*

Iſte actus ſufficeret ad effectum, de quo
agitur: cùm quæſtio verſetur ſolùm circa te-
nimentum Ardeæ: citra neceſſitatem inda-
gandi, an dicta donatio fuerit univerſalis. Et
tamen, talem fuiſse, conſtat ex quo dicti
21 filii, tamquam donatarii patris, pulſati fue-
runt ad ſolutionem debitorum illius, adhuc
viventis: quod, reciſo titulo donationis uni-
verſalis, fieri non poterat; ex traditis per
Rot. dec. 14. n. 15. p. 14. rec.

Nec adverſatur, quod anno 1562., occa-
ſione dotis, favore Druſillæ filiæ Joannis Pe-
tri, ſeſe obligaverint unà cum patre; cùm
22 potiùs demonſtret, donationem præceſſiſſe
filiorum obligatio, & ſpecialis hypothecatio
tenutarum S. Laurentiæ; de qua in *hodierno
ſumm. fratrum de Caffarellis n. 5.*: & quæ à
23 dictis filiis fieri non poterat; niſi, mediante
donatione, dominium tenutarum ad eos
translatum fuiſset. Quibus omnibus addela-
24 tur, quod in omnem caſum, competiiſset fi-
liis Joannis Petri retentio prædictorum ca-
ſalium, propter debita illius, à præfatis filiis
in notabili quantitate perſoluta; ut in *ſum.
præteritæ propoſitionis n. 2.*

Et, in reliquis approbando fundamenta
præcedentis deciſionis, ſuffragantibus omni-
bus Dominis, reſponſum fuit. Utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SENIORIS DE CAFFARELLIS, SUPER CAUTELA ANGELI.

Lunæ 13. Junii 1701.

ARGUMENTUM.
Datur à Summario.

SUMMARIUM.

1 *Cautela Angeli eſt inefficax cum rejectum eſt fideicommiſſum, cujus vigore allegatur.*

DECISIO CLXXXIX.

SIcut in alio dubio circa comprehenſionem tenimenti Ardeæ ſub fideicommiſſo Joannis Petri Senioris, contemporaneè ad iſtud, etiam hodie propoſito, Domini ſteterunt in deciſis: iterùm putantes præfatum tenimentum non eſſe fideicommiſſariæ diſpoſitioni obnoxium; & propterea DD. fratribus de Caffarellis concedi non poſſe immiſſionem ad illius medietatem, à Marchione Minutillo poſſeſſam: ita inefficax cenſuerunt remedium Cautelæ Angeli per dictos fratres allegatæ, ad evitandam deliberationem, à creditoribus petitam alterius medietatis, per eos retentæ ſub clypeo fideicommiſſi, de quo non conſtat; ex deductis in alia deciſione, hac eadem die, ſuper dicto fideicommiſſo edita. Quin urgeret reſponſio, quod etiam denegatâ immiſſione, ob aliqualem fideicommiſſi dubietatem: adhuc valeat concedi retentio Caffarellis, reſpectu medietatis ab eis poſſeſſæ: cùm jura magis faveant poſſeſſori, ad effectum retentionis. Satisfacit enim replicatio adducta in alia deciſione ſimilis Cautelæ Angeli, ſuper fideicommiſſo Proſperi: ad quam fuit habita relatio.
(margin: 1 at "dium Cautelæ Angeli")

Et ita, ſuffragantibus omnibus Dominis; utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Veneris 17. Junii 1701.

ARGUMENTUM.
Habes ſuperiori deciſione 17.

1 *Aſſignatio pro extinctione crediti dotalis cum ineffectuata remanſit ob anteriores hypothecas, mulier redit ad primæva jura.*
2 *Hypotheca dotalis ſuper fundo non extinguitur per dationem in ſolutum alterius, quando neque primum, neque ſecundum ſatisfuerunt, pro integrè dimittendo debito dotis.*
3 *Pretium retractum ex venditione facta cum facultate congregationis Baronum mulier pro ſua dote tenetur recipere cum vinculis reſtituendi prioribus, & potioribus, abſque eo quod ex eo pretium minoretur.*
4 *Fallit quando mulier vult dimiſſis iſtis bonis agere contra hæredes viri, qui pecunias liberas ei tradere tenentur.*

5 *Et tunc poteſt recipere pretium proveniens ex venditione facta cum facultatibus congregationis Baronum, habita ratione pro diminutione ob dicta vincula.*
6 *Vincula valorem rei minuunt.*
7 *Mulier poteſt eo caſu recipere diminutionem pretii ob vincula, etiam in præjudicium aliorum creditorum.*
8 *Mulier omiſſa re in ſolutum pro ſua dote data anterioribus vinculis, & hypothecis obnoxia poteſt primæva ſua jura experiri.*
9 *Et poteſt eandem rem prioribus vinculis, & hypothecis obnoxiam denuò in ſolutum accipere pro minori pretio ex cauſa eorundem vinculorum.*
10 *Et indè nullum dicitur aliis creditoribus irrogatum præjudicium.*
11 *Quænam detractio pretii ex cauſa vinculorum ſit rationabilis?*
12 *Pecuniæ exactæ cum obligatione de reſtituendo prioribus & potioribus nunquam in exigentis liberum, & abſolutum dominium tranſeunt, ſed habentur, ac ſi extarent ſub Judicis dominio.*
13 *Pecuniæ exactæ cum obligatione reſtituendi prioribus, & potioribus quamvis liberè ab exigente poſſint impendi, ſemper tamen dicitur adeſſe periculum reſtituendi.*
14 *Illa quæ ad judicium, de quo agitur non ſpectant, à Rota non examinantur.*

DECISIO CXC.

EX iiſdem fundamentis, quibus in audientia diei 26. Junii 1697. reſponſum fuit, Marchioni Sacchetto non eſſe dandam immiſſionem ad domum, tunc temporis, à Julia Faraglia de Vecchiis poſſeſſam; & modò ad Joſephum illius ſucceſſorem delatam: cenſuerunt hodie Domini, *Standum eſſe in deciſis.*

Exceptio namque retentionis, uſque tunc oppoſitæ, ac innixæ credito dotali ejuſdem Julii: non elidebatur ex ſuppoſito, quod ipſa de anno 1699. dicti crediti ſatisfactionem aſſequuta fuiſſet; exigendo ex pretio retracto à venditione palatii, ad DD. de Urſinis ſpectantis, tam ſortem, quàm fructus cenſus, jampridem in ſolutum aſſignati. Talis enim exactio facta non fuit in vim primæ aſſignationis extinctæ crediti dotalis: dum illa ineffectuata remanſit ob anteriores hypothecas; quibus gravatus erat fundus cenſitus; ex quibus ſtantibus, potuiſſe mulierem, ad primæva jura redire: firmat mea *præterita deciſio in §. Abſque eo quod.* Sed benè quidem ex novo contractu, per eandem Juliam inito de anno 1698. cum Jacobo, & Abbate Franciſco de Vecchiis: qui, ut evaderent moleſtias, quas à dicta muliere pati poterant: eidem ad computum crediti dotalis, in ſolutum dederunt controverſam domum: & pro reſiduali ſumma denuò ceſſerunt præfatum cenſum, ab Urſinis debitum unà cum fructibus; minuendo tamen de valore vincula, & pericula, quibus illa ſe ſubjicere debebat: exigendo pecunias cum duplici obligatione
(margin: 1 at "tionis extinctæ crediti dotalis")

tuendi ; altera nempè ad favorem emptoris
palatii , in caſu evictionis ; & altera favore
creditorum priorum & potiorum ; quotieſ-
cumque iſti comparuiſſent: & propterea exa-
ctio cenſus non potuit extinguere creditum
dotale ; taliter , ut domus exempta reman-
ſerat ab hypotheca , pro illo competenti :
2 dum juxta novum contractum & domus , &
cenſus ceſſerunt in cauſam dotis : & adhuc in-
ſufficientes fuerunt , ad integram illius ſatis-
factionem ; ex quo Julia declarata fuit credi-
trix in aliis ſcutis 12. 40. *Summ. reſponſionis*
*Joſephi de Vecchiis n.*1.

Nec relevat , quod venditio dicti palatii ;
3 ex cujus pretio proveniunt pecuniæ tali vin-
culo ſuppoſitæ : facta fuerit cum facultatibus
Congregationis Baronum ; & conſequenter
dicta Julia teneretur illas cum ſuo vinculo
recipere. Objectum enim urgeret , quoties
dicta mulier , vigore primæ ceſſionis, vel da-
tionis in ſolutum, exegiſſet : ſecùs autem eſt,
4 quando voluit ad primæva jura redire con-
tra hæredes viri cedentes : quia tunc , ſicut
hoc non obſtante , poterat ab illis conſequi
ſatisfactionem in pecuniis liberis : ita paciſci
5 potuit novam dicti cenſus ceſſionem ; habita
tamen ratione ad vincula ; cum quibus tene-
batur à debitoribus pecunias recipere : ſe-
6 quendo in hoc diſpoſitionem juris ; juxta
quam , vincula ſemper valorem rei dimi-
nuunt; *Gratian. diſcept. forenſ.cap* 723. *num.*
17., *Cyriacus controv.*222. *n.*69. *& ſequent.*,
*Rot. dec.*128. *n.*4. *&* 5. *p.* 12. , *& in Romana*
Cenſuum , *ſuper reſervatis*, 7. *Decembris*
1699. §. *finali* , *cor. Rm̃o D.meo Decano.*

Atque hinc ceſſat objectum , quod ſecun-
7 da ceſſio cum diminutione pretii ob vincula ,
fieri non potuerit in præjudicium credito-
rum : ſuppoſito namque , prout certum eſt ,
ac probat mea præcedens deciſio ; quod mu-
lier , tam vigore pacti in inſtrumento primæ
dationis in ſolutum , appoſiti , quàm ex diſ-
8 poſitione juris, potuerit ,omiſsâ re in ſolutum
data; utpotè anterioribus hypothecis, ac vin-
culis prædictis obnoxia ; primæva jura expe-
9 riri : conſequens eſt , quod potuerit eandem
rem denuò in ſolutum accipere pro minori
pretio; quo ſolùm illa , ſtantibus vinculis ,
vendita fuiſſet : adeout hæredibus debitoris,
10 eorumque creditoribus nullum fuerit irro-
gatum præjudicium ; ex notatis per *Card. de*
*Luc. de regal.diſc.*30 *n.*11. *& ſeq.*, *& diſc.*31.
*n.*16., *Rot. dec.*126.*n.*41. *& ſeq. p* 14 *rec.*,cum
aliis in *d. Romana Cenſuum ſuper reſervatis*,
7. *Decembris* 1699. §. *Præmiſſa,cor.Rm̃o D.*
meo Decano.

Præſertim quia diminutio prætii non fuit
exceſſiva , ſed juſta & rationabilis : dum fue-
11 runt detracta ſolùm ſcuta 30. pro quolibet
centenario : tameſi pecuniæ ab effectibus
Dominorum de Urſinis recuperandæ obno-
xiæ forent ; ut ſupra diximus , duplici vincu-
lo reſtitutionis : ac pro illis exigendis , præ-
ſtanda eſſet à muliere cautio de reſtituendo:
12 cujus vigore , pretium nunquam tranſit in
abſolutum , ac liberum dominium credito-
ris: ſed habetur, ac ſi extaret ſub Judicis do-
minio ; ut comprobat *præcedens dec ſio* §. *Id-*
que ſumma. Ex qua ratione ſubmovetur etiam
13 ratiocinium , quod pari modo expendi va-
leat pecunia exacta cum obligatione reſti-
tuendi ; ac alia liberè per debitorem recepta:
dum vis non ſtat in facultate impendendi; ſed
in periculo illam reſtituendi : quod , ſtante
obligatione , ſemper dicitur imminere ; ex
allegatis.

Cæteri contractus , inter dictos hæredes ,
& Juliam celebrati , non erant præſentis in-
ſpectionis ; cùm non percuterent creditum
dotale, de quo agitur : ſed alia jura mulieris,
ex cauſa plurium fidejuſſionum , ab ea facta-
rum pro dictis hæredibus : & pro quarum va-
liditate reſpondit noſtrum tribunal *in Roma-*
na Cenſus 5. *Decembris* 1695. *cor. R. P. D.*
14 *meo Scotto*:& ex hac ratione , in præceden-
ti deciſione §. *finali* , reſponſum fuit ; collu-
ſionem adversùs dictos contractus oppoſi-
tam , non ſpectare ad judicium, in quo verſa-
mur ; maximè attentâ præexiſtentia veri cre-
diti dotalis.

Et ita , utraque &c.

REATINA JURISDICTIONIS.

Lunæ 20. *Junii* 1701.

ARGUMENTUM.

Venditio caſtri cum juriſdictione quomodo per actus juriſdictionales factos ab emptore probatur ; adeout excludant alios clam factos à vendente, & translationem juriſdictionis ab eodem in aliud prætenſam, ad effectum, ut emptori manutentio concedatur ; & quando beneplacitum Apoſtolicum interveniſſe in tali venditione neceſſe ſit probare.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ duæ conformes inter cives & incolas , habent vim trium ex ſtatuto urbis.*

2 *Reſtitutioni in integrum non eſt locus ceſſante injuſtitia.*

3 *Caſtrum cum juriſdictione apud eum eſt, cui taliter fuit venditum.*

4 *Juriſdictionis quaſi poſſeſſio in caſtro probatur; ſi illud emens , illiuſque ſucceſſores elegerint Prætorem , promulgaverint edicta &c.*

5 *Præſertim ſi iſti actus facti fuerint ſciente , & approbante venditore , qui poſtea juriſdictionem contendit.*

6 *Juriſdictionem approbare videtur vendens in emptore caſtri , ſi coram Prætore ab emente deputato in judicio ſtetit.*

7 *Et tali modo fatenti venditori juriſdictionem in emptore non concedi poteſt in juriſdictionis quaſi poſſeſſione manutentio.*

8 *Teſtibus pauperibus , & vaſſallis favore domicellorum fides non adhibetur.*

9 *Juriſdictionis quaſi poſſeſſio non acquiritur ex actibus, qui cum ſcientia , & patientia Domini facti non probantur.*

10 *Actus*

Aitur juriſdictio. is ſuffulti legitimo titulo prævalent aliis ad obtinendam manutentionem.
11 *Juriſdictio in uno caſtro conſiſtens, in altero propter primi ruinam conſolidata non dicitur, ſi primum in ſolutum datum ſit.*
12 *Et ſi cum beneplacito apoſtolico fuerit venditum.*
13 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in venditione portionis caſtri, niſi illi annexa ſit juriſdictio.*
14 *Juriſdictionis conſolidatio caſtri diruti in aliud excluditur, ſi illa jam in alios fuerit tranſlata.*
15 *Et niſi accedat beneplacitum ſupremi Principis, cujus eſt caſtra infeudare, territoria unire, & unita dividere.*
16 *Exceptio quod in antiqua datione in ſolutum caſtri non intervenerit beneplacitum apoſtolicum, cùm requirat altiorem indaginem, remittitur ad petitorium, nec in poſſeſſorio attenditur.*
17 *Beneplacitum apoſtolicum non eſt neceſſarium in alienatione feudi facta favore ſubditi S. Sedis, & condomini in inveſtitura comprehenſi.*

DECISIO CXCI.

A Duobus judicatis, quorum primum prodiit à me, dum fungebar munere Locumtenentis A. C., poſtremum verò ab hoc ſacro Auditorio coram R.P.D. meo Priolo; concedentibus favore Petri, aliorumque de Gambaris, fratris, ac reſpectivè nepotum Joannis Gambari de Lancellotis, manutentionem in quaſi poſſeſſione exercendi juriſdictionem in octo partibus cum dimidia, caſtri diruti Burgarettæ; per Thomam Marerium, in ſatisfactionem dotis Lauræ ſororis, traditi Angelo Marerio viro; & ab iſtius ſucceſſoribus, cum beneplacito apoſtolico, pro dictis portionibus, venditi præfato Jo. Gambaro de Lancellotis: provocarunt Comites de Mareriis, commiſſaque mihi apppellationis cauſa ex reſcripto Signaturæ, cum clauſula, *Sine præjudicio*: dubitavi hodie -- *An conſtet de re judicata; ſeu potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum*.: & Domini *affirmativè quoad primam: negativè quoad ſecundam partem* reſponderunt.

Cùm enim verſemur inter cives & incolas,
1 geminæ ſententiæ conformes æquè validæ,
ac juſtæ vim habent rei judicatæ; ex ſtatuaria Urbis diſpoſitione *lib.* 1. *cap.* 180.: adeout,
2 ceſſante injuſtitia, petitæ in integrum reſtitutioni locus eſſe non poſſit; ad *text. in l. Quod ſi minor* 25. §. 1. *ff. de minoribus.*

Validitas admittitur inter partes; juſtitia verò manifeſtè reſultat ex eo, quod tam prima venditio partis dicti caſtri, cui antiquitus dominium vaſſallorum cum omnimoda juriſdictione annexum fuiſſe, dixit noſtrum tribunal in *deciſione* 398. *cor. Celſo*, & *dec.* 249. *p.* 17. *rec.*: facta fuit à Thoma favore An-
3 geli Marerii -- *Cum omnibus, & ſingulis juribus, & juriſdictionibus* -- *Summ. dato cor. R.P.D. Priolo n.* 1.: quam ſucceſſivè cæterarum portionum alienationes uſque ad uncias octo cum dimidia, per hæredes prædicti Angeli fuerunt pariter factæ -- *cum dominiis & juriſdictionibus*, favore Joannis Gambari de Lancellottis; *d. ſum. n.* 2.: iſteque juriſdictionem in ipſum tranſlatam exercuit; eli-
4 gendo Prætorem, ut jus diceret; demandando promulgationem edictorum, ac bannimentorum; deputando cuſtodes, qui damnis per animalia inferri ſolitis, occurrerent; illaque damnificantia pignorarent; *d. ſumm. n* 3. & 5. Et hujuſce juriſdictionis exercitium, defuncto Joanne, continuarunt Petrus, aliique de Gambaris moderni poſseſſores; *eod. ſumm. n.* 7. Quibus ſtantibus, quaſi poſseſſio juriſdictionis redditur incontrovertibilis: *Aſtolinus reſolut.* 32. *n.* 24., *Rot. apud Poſth. de manut. dec.* 422. *n.* 2., *cor. Cavaler. dec.* 161. *n.* 4., & *cor. Bich. dec.* 299. *n.* 29.

Potiſſimè dum omnes actus geſti fuerunt
5 cum ſcientia, & approbatione Comitum de Mareriis. Iſti enim per Procuratorem com-
6 paruerunt coram Prætore à Gambaris electo, petendo reſtitutionem nonnullorum animalium, quæ fuerant executata ex cauſa damni dati, & obtinuerunt; præſtita cautione de ſolvendo damnum; *d. ſumm. n.* 6. Ideòque, cùm judicialiter faſſi fuerint, juriſdi-
7 ctionem à ſeipſis fuiſſe abdicatam: dubium non eſt, quin contra eos concedenda veniat manutentio; ex animadverſis per *Rotam dec.* 421. *n.* 2. *Poſth. de manut.*

Quibus contraponi non merentur actus juriſdictionales, in territorio Burgarettæ exerciti à Mareriis Dominis Caſtri Aſtreæ; nimirum proceſsus fabricati ſuper delationibus armorum, recognitiones cadaverum, condemnationes pro damnis datis, & cognitiones cauſarum civilium, de rebus ad Burgarettam ſpectantibus. Tum quia iſtorum probatio aliundè non eruitur, quàm ex informi depoſitione nonnullorum teſtium; qui ſunt perſonæ miſerabiles, ac eorumdem de Ma-
8 reriis vaſsalli; adeout eis fides præſtanda non videatur; *Rot. dec.* 24. *n.* 7., & *dec.* 528. *n.* 13. *cor. Bichio.* Tum quia non probantur
9 geſti cum ſcientia, & patientia dominorum Caſtri Burgarettæ: quâ deficiente, quaſi poſseſſio, in materia juriſdictionali, nullatenùs acquiritur: ex firmatis per *Rotam penès Poſth. de manut. dec.* 78. *num.* 8., & *dec.* 166.
10 *n.* 31., & *dec.* 184. *n.* 2. Tum demùm quia, cùm actus expleti per Gambaros; fulciantur legitimo titulo, ex venditionibus reſultante: prævalere debeut ad obtinendam manutentionem; *Rot. dec.* 457. *n.* 4., & *dec* 513. *n.* 9. *apud Poſth. de manut.*; & dictum fuit in *deciſione hujus cauſæ* 5. *Februarii* 1700. §. *Nec pro effectu, cor. R.P.D. meo Priolo.*

Neque dici valet, hujuſmodi juriſdictionem, propter ruinam Caſtri Burgarettæ, & deperditam vaſsallorum obedientiam, amiſſam, vel ſaltem conſolidatam fuiſse cum Caſtro Aſtreæ: cujus dominium extat apud dictos de Mareriis: quia, poſitâ in dicto feudo

ab

11 ab initio qualitate juriſdictionali: excluditur illius amiſſio, tam ex datione in ſolutum, de eadem ſpecificè facta ad favorem Angeli anno 1680., quam ex venditione ſe-
12 quuta in perſonam Joannis Gambari anno 1691. cum beneplacito apoſtolico: quod nul-
13 latenùs requiſitum fuiſſet, niſi dictis portionibus Caſtri annexa fuiſſet juriſdictio. Atque indè pariter excluditur conſolidatio dictæ juriſdictionis cum Caſtro Aſtreæ: dum
14 illi reſiſtit factum venditorum; qui juriſdictionem in emptores prædictos tranſtulerunt. Quinimò, etiamſi Marcrii transferre voluiſſent juriſdictionem Burgarettæ in Caſtrum Aſtreæ: hoc facere non potuiſſent, ſi-
15 ne expreſſa ſupremi Principis licentia: cujus eſt caſtra infeudare, territoria unire, ac unita dividere, *Cardinalis de Luca de juriſd. diſc. 1. n. 11. & ſeqq., Capiblanc. de Baron. & eorum offic. pragm. 1. n. 27.*

Prout non relevat, quod in prima datione
16 in ſolutum, ut ſupra, facta favore Angeli, beneplacitum apoſtolicum non interveniſſet. Ultra quod enim huiuſmodi exceptio, utpotè reſpiciens altiorem indaginem, ab hoc poſſeſſorio judicio ad petitoriũ eſt rejicienda: ac omiſſo etiam, quod in ſubſequuta venditione favore Gambari, Principis aſſenſus interceſſit; ſatisfacit nihilominùs reſponſio, quod prædicta datio in ſolutum, declarata fuit valida ab hoc ſac. Tribunali in *deciſionibus editis in Reatina fideicommiſſi 11. Februarii, & 27. Junii 1689. cor. bo. me. Emerix.*: quòdque dictum beneplacitum, neceſſarium non erat in alienatione facta favore ſubditi S. Sedis, & condomini; ac in inveſtitura comprehenſi qualis erat Angelus: ad differentiam alienationis factæ in extraneos; ut explicat *Bulla ſa. mem. Urbani VIII.* ſ. 151. 3. & ponderat *Cardinalis de Luca de feud. diſc. 67. n. 8., & Rot. dec. 167. n. 20., & ſeqq. p. 5. rec.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA LITTERARUM CAMBII.

Lunæ 20. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Literis Cambii acceptatis cum clauſula -- *S. P.* ideſt -- *ſopra proteſta* --, nequit acceptans agere contra girantem, ſed ſolum ſcribentem pro ſatisfactione; quamvis poſtea acceptationem qualificet cum hoc, quod ſolvat in honorem girantis; quia hoc facere nequit. Et quando, & quæ atteſtationes mercatorum ſuper tali conſuetudine admittantur nec ne?

SUMMARIUM.

1 *Litteræ* -- S. P. -- *in litteris cambii appoſitæ ſignificant* -- ſopra preteſto.
2 *Acceptans litteras cambii illas ſolvens propriè ſatisfacit obligationi, nec jus acquirit contra eum, cui ſunt ſolvibiles, & in cujus girantis honorem ſolvit.*
3 *Sed ſolum reintegrationem petere poteſt à trahente.*
4 *Quod conplicatùr etiam ſi appoſita ſit in acceptatione clauſula* -- S. P.
5 *Clauſula* -- S. P. -- *adjecta in acceptatione litterarum cambii non tribuit acceptanti regreſſum adversùs girantem, vel giratarium, ſed ſolummodò illius jus præſervat contra ſcribentem.*
6 *Acceptans liberè non poteſt in actu ſolutionis proteſtari, acceptationem facere in honorem giratæ, non autem ſcribentis.*
7 *Acceptans in actu acceptationis fit verus, & liquidus debitor giratarii.*
8 *Acceptans liberè, poſtea nequit acceptationem retractare, aut qualificare in præjudicium girantis, ſine ejus conſenſu.*
9 *Etiamſi giratarius talem qualificationem acceptet.*
10 *Giratarius eſt tamquam ſimplex mandatarius ad exigendum; qui, extra limites mandati, neque tacitè, neque expreſſè poteſt mandanti præjudicare.*
11 *Atteſtationes Mercatorum diverſæ ad invicem colliduntur.*
12 *Atteſtationes Mercatorum in aliarum concurſu præferuntur, quæ ſunt magis conformes diſpoſitioni juris: quando quæſtio potius reducitur ad articulum, quam ſtylum.*
13 *Atteſtationes Mercatorum, ut probent conſuetudinem in platea vigentem circa eiũm acceptationem litterarum cambii, debent cum neceſſariis requiſitis deponere, & ſignanter, quod fuerit approbata in contradictorio judicio.*
14 *Solutio litterarum cambii ſub fide ſcribentis, non autem girantis, in cujus honorem facta fuiſſe prætenditur, probatur ex ſubſequuta obſervantia ponendi ab acceptante partitam ad debitum ſcribentis, non verò girantis.*

DECISIO CXCII.

Andreas Laurenzinus, olim in Urbe Mercator, ſub die 16. Auguſti 1692. traxit Julio Guidetto, Mercatori Civitatis Mediolani litteras cambii ſcutorum mille mercarum, ſolubiles Gregorio Morganti, pro totidem, ab ipſo habitis; eiſque ſucceſſivè ab eodem Morgante giratis Franciſco Caſtellio paritèr Mercatori Mediolanenſi, curavit iſte, die 25. præfati menſis, illas à Guidetto acceptari; prout obtinuit; appoſitis ta-
1 mèn litteris S. P. ſignificantibus, *ſopra Proteſto*: & cedente die, Guidettus ſolutionem explevit, cum proteſtatione, quòd id gerebat in honorem Morgantis; à quo litteræ favore Caſtellii giratæ fuerant: non autem Laurenzini ſcribentis. Ex hujuſmodi autem declaratione, ſupponentes tàm hæredes Guidetti, quàm Corſanegus, & Granellus illius creditores, actionem fuiſſe quæſitam contra Morgantem: judicialiter petierunt reſtitutionem dd. ſcut. 1000 auri coram A.C., à quo rejecti per ſententiam provocarunt ad noſtrum Tribunal. Quo circà, directâ mihi commiſſione, dubium propoſui -- *An conſtet de credito* -- Quod fuit *negativè* reſolutum.

Cum

Cum enim controverſæ litteræ cambii ſcri-
ptæ fuerint à Laurenzino ad commodum
Morgantis ; & Guidetti, quibus illæ directæ
fuerant in exequutionem præcedentis acce-
2 ptationis, perſolverint Caſtellio Morgantis
giratario ; ſatisfeciſſe dicuntur propriæ obli-
gationi ; adeòut nullum creditum, nullam-
que actionem contra Morgantem acquirere
3 potuerint : ſed ſolùm reintegrationem pete-
re valeant adversùs Laurenzinum ſcriben-
tem ; ut de communi Doctorum ſententia,
teſtatur *Manſ. conſult.* 179. *ſub num.* 40., *Ro-
ta Januen. deciſ.* 168. *num.* 2., & firmavit *Ro-
ta noſtra coram ſa. mem. Alexandro VIII.
dec.* 118. *num.* 5.

Non obſtat, quòd acceptatio litterarum
4 cambii, per Guidettos, ab initio facta non
fuerit ſimpliciter, & abſolutè : ſed cum clau-
ſula -- *S. P.* -- hoc eſt -- *Sopra proteſto* --
cujus vigore orta fuerit actio repetendi ſum-
mam ſolutam contra Morgantem girantem.
5 Clauſula enim prædicta, adjecta in accepta-
tione litterarum, non tribuit ſolventi regreſ-
ſum adversùs Girantem, vel Giratarium: ſed
dumtaxàt præſervat jus acceptantis contra
ſcribentem; ad tradita per *Scacciam de Camb.*
§. 2. *gloſ.* 5. *num.* 458., *& gloſ.* 9. *num.* 5., *Sam-
miniat. controv. forenſ* 27. *num.* 25., *&* 44.,
Torr. de Camb. diſput. 2. *quæſt.* 13. *num.* 52.,
& ſeqq., *& ſub num* 67., *Rocca Select. jur.
diſput. cap.* 94. *num.* 1., *& ſeqq. tom.* 2, *Rota
Januen. dec.* 6 *num.* 7., *&* 8., *& dec.* 19. *n.* 3.,
& dec. 23. *n.* 17., *& dec.* 30. *in principio; Ro-
ta coram Ottbobono dec.* 118. *n* 7., *& ſeq.*, *&
apud Oleam de Ceſſ. jur. dec.* 1. *n.* 23., *& dec.* 2.
n. 4., *& in rec. dec.* 26. *n.* 2. *part.* 5., *& dec.* 195.
n. 1. *part.* 15.

Minùs relevat, quòd in actu ſolutionis,
Guidetti proteſtati fuerint ſolvere in hono-
rem giratæ Morgantis, non autem Lauren-
6 zini ſcribentis : quia cum longè ante ſolutio-
nem præceſſerit acceptatio litterarum cam-
bii, abſque ulla præſervativa contra giran-
7 tem ; &, ex tunc, Guidetti, effecti fuerint
liquidi, ac veri debitores Giratarii ; nec po-
tuerunt præcedentem acceptationem liberè
8 factam retractare, aut qualificare in præju-
dicium girantis, abſque ejus conſenſu ; ut
egregiè tradit *Rota apud Oleam de Ceſſ. jur.
dict. dec.* 2. *à n.* 4. *ad finem*, *& coram Rem-
bold. deciſ.* 56. *n.* 5., *& deciſ.* 679. *n.* 4. *part.* 1.
recent., & Caſtellius ſi paſſus fuit dictam de-
9 clarationem fieri per Guidettos in actu ſolu-
tionis per ipſum receptæ ; tamquam ſimplex
mandatarius ad exigendum, non potuit ex-
10 tra limites ſui mandati, neque tacitè, nec
expreſsè, mandanti præjudicare ; ad notata
per *Capyc. Latr. conſult.* 21. *n.* 1., *& Rota
dec.* 297. *n.* 3. *part.* 12. *recent.*

Atque hinc nulla fuit habita ratio de at-
teſtationibus Mercatorum diverſarum pla-
11 tearum, hincindè à partibus exhibitis: cum
illæ ad invicem collidantur ; &, in omnem
caſum, cum præſens quæſtio potius reduca-
12 tur ad articulum juris, quam ad ſtylum : in
concurſu, præferendæ videntur atteſtatio-
nes exhibitæ per Morgantem : cum ſint ma-
gis diſpoſitioni juris conſentaneæ ; juxta fir-
mata in *Veneta, ſeu Anconitana Pecunia-
ria* 18. *Junii* 1700. §. *Hiſque circumſtantiis
coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Neque vim facit ſpecialis atteſtatio Mer-
catorum Mediolanenſium, aſſerentium ex
conſuetudine, in hujuſmodi acceptationibus
litterarum cambii, factis cum prædicta clau-
ſula *S. P*, girantem remanere obligatum ad
favorem ſolventis. Quoniam, ultrà reſpon-
ſionem mox adductam, urget etiam animad-
verſio, quòd ut probarent conſuetudinem in
13 Civitate Mediolani vigentem, deberent
cum omnibus neceſſariis requiſitis deponere;
& ſignantèr, quod illa fuerit approbata in
contradictorio judicio ; ut, in terminis litte-
rarum cambii, *Manſ. conſult.* 127. *n.* 31., *&
ſeqq. tom.* 2., *Rota coram Buratto deciſ.* 497.
n. 2., *&* 9., ibique *adden. n.* 11.

Legalem hanc intelligentiam comproba-
vit obſervantia ſubſequuta : dùm Guidetti
hanc partitam ducatorum mille auri, ſolu-
tam Morgantiæ Giratario, deſcripſerunt in
14 eorum libris ad debitum Laurenzini ſcri-
bentis. Sicùt igitur ſi litteras, ut ſup. oount,
acceptaſſent, ac ſolviſſent in honorem Gi-
rantis ; non potuiſſent in libris debitorem
conſtituere ſcribentem : ità, ex ipſius deſcri-
ptione, manifeſtum fit, ſolutionem reverà
ſub ſola illius fide factam fuiſſe ; ut, in termi-
nis acceptationis litterarum ſub Protextu,
probat *Racca Select. jur. diſput. cap.* 94 *n.* 28.,
& dixit *Rota dec.* 26. *n.* 4. *part.* 5. *recent.*, ac
meliùs in *Romana Litterarum Cambii* 7. *A-
prilis* 1641. §. *Quia ut aliàs*, *coram Meltio.*

Et ita, utraque &c.

COLONIEN. DOMUS.

Mercurii 22. *Junii* 1701.

ARGUMENTUM.

Poſt reſignationem canonicatus, in alterum re-
ſignans transferre non poteſt ipſius canonica-
tus jura, quæ ſtatim in reſignatarium tranſ-
eunt. Canonicatus quando dicatur vacans
nec ne, quando reſignans inveniat alterum
canonicatum ſibi reſignatum eſſe litigioſum,
ideoque ad primum regredi mavult?

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex non tranſportatione
actorum intra biennium, ac non petita pro-
rogatione fatalium, quando ſententia
valida eſt, & juſta.*
2 *Validitas ſententiæ reſultat ex actis.*
3 *Transferri in alium nequit, quod jam trans-
ferentis eſſe deſiderat ex lege ſtatutaria.*
4 *Statuta Eccleſiæ, quæ pro ejus recto regimine
ſunt condita religioſè ſunt ſervanda.*
5 *Canonicatus in Collegiata vacat ipſo jure
per aſſequutionem alterius in cathedrali.*
6 *In Reſignatario tranſeunt omnia jura cano-
nicatui annexa, ſtante reſignatione.*

7 *Jus*

Digitized by Google

7 *Jus in alium transferri nequit, quod amplius non habetur.*

8 *Canonicatus licèt reſignatus non dicitur vacaſſe, cum reſignans ad illum habere poſſit regreſſum.*

9 *Regreſſus haberi poteſt ad Canonicatum reſignatum; ſi alterum eidem reſignatario reſignatum, affectum ſit vitio litigioſi.*

10 *Declaratur regreſſum haberi poſſe in ſimplici dimiſſione canonicatus, non autem quando reſignatio voluntariè facta fuit favore certæ perſonæ.*

DECISIO CXCIII.

RESignavit Antonius Wormbs die 28. Maii 1697. Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis Colonien. in manibus Sanctiſſimi ad favorem Matthiæ Weipeler, Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Severini: qui eadem die proprium Canonicatum, tanquam incompatibilem cum illo ſibi reſignato ad favorem Hermanni Weipeler fratris, pari modo reſignavit: ac ſucceſſivè, die 4 Octobris ejuſdem anni, domum Canonicatui annexam, ad commodum Theodori Dorhorſt, ejuſdem Collegiatæ Canonici, tranſtulit: idemque tranſactioni aſſenſum præſtitit Capitulum, uſque tunc reſignationis ignarum; cum clauſula *tamèn, ſalvis Eccleſiæ juribus, conſuetudinibus, aliiſque antiquis ſtatutis.*

Sciens autèm Theodorus hujuſmodi domus tranſlationem fieri minimè potuiſſe, ob reſiſtentiam legis ſtatutariæ ejuſdem Collegiatæ: qua ſancitum eſt -- *quod quandocumque aliquis Canonicorum habens domum capitularem deſinit eſſe Canonicus per mortem, aut liberam, ſeù ex cauſa permutationis, reſignationem, vel ingreſſum Religionis, aut alio quovis modo; illa Domus ſtatim cedat Capitulo* -- Idcircò ad ſe confovendum in poſſeſſione contra Capitulum Eccleſiæ collegiatæ S. Severini, præſentari curavit monitorium ſuper manutentione: (quod in partibus mandatum de manutenendo nuncupatur) illoque per Judicem revocato cum ſubſequuta ſententia lata favore Capituli; qua eidem adjudicata fuit domus canonicalis: Theodorus ſub die 9. Decembris 1698. appellationem interpoſuit; mihique illius cauſam committi obtinuit. Sed exindè biennii ſpatio nil egit: ſolùmque, poſt lapſos jam terminos, ad inſtantiam Capituli præfixos, acta tranſportavit. Quo circa eodem Capitulo urgente, quæſivi à Dominis: *An conſtet de re judicata, ſeù potiùs de cauſa reſtitutionis in integrum* -- Et *affirmativè, quoad primam partem; negativè quoad ſecundam*, prodiit reſolutio.

Cùm enim per biennium à die latæ ſententiæ, Pars, quæ provocaverat appellationem
1 proſequi neglexerit; neque prorogationem fatalium obtinuerit: conſequens eſt, quòd præfata ſententia, cæteroquin valida, & ex infrà dicendis juſta: vires aſſumpſerit rei judicatæ: cauſaque deſerta remanſerit; *Authent. Ei qui, Cod. de tempor. appellat., cap. Cum ſit Romana extrà de Appellat., Rota coram Bichio dec 345. num. 1., & 2., & coram Cerro dec. 226. num. 1.*

Validitas, ab Actorum revolutione reſul-
2 tat, juſtitia verò, ex quo cum juxta capitulare ſtatutum, eadem die qua Mathias, ob reſignationem à ſe factam, deſiit eſſe Canonicus; Domus canonicalis ad Capitulum fuit
3 devoluta: ideòque non potuit deindè à reſignatario in alium transferri; contra formam
4 ſtatuti, quòd, tanquam pro recto Eccleſiæ regimine conditum; religioſè venit ſervandum; ad *Text. in l. Conſtitutionibus ff. ad Municipal., Barboſa de Offic., & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 93. num. 30., & Rota in Leodien., ſeu Aquiſgranen. Decanatus 20. Martii 1699. §. Tantò magis, coràm R. P. D. meo Caprara.* Quinimmò, ſecluſâ etiam ſtatutaria diſpoſitione, præfata domus tranſlatio per Mathiam fieri non potuit: ſive quia
5 per aſſequutionem canonicatus in Cathedrali vacaverat, ipſo jure, alter in Collegiata, domum habens annexam; per *Text. in cap. Litteris de Præbend., Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloſ. 15. §. 1. num. 4., Rota in Mediolanen. Optionis, 3. Martii 1694. coram bo. mem. Urſino*: Sive quia, mediante reſi-
6 gnatione, omnia jura canonicatui annexa transfierant in reſignatarium; *Fariſius de Reſignat. libr. 1. quæſt. 6. per tot., & quæſt. 13. num. 30., Rota coram Celſo dec. 172. num. 6., & ſeqq., & coram Cerro dec. 261. n. 2., & 3.* Ideoque non poterat idem Mathias in alium
7 transferre jus, quod amplius non habebat, *dict. dec. 172. num. 18., & dec. 191. num. 15., coràm Celſo.*

Nec juvat reſponſio, quod Canonicatus
8 S. Severini, adhuc non diceretur vacans; cum Mathias ad illum habere poſſet regreſſum:
9 eo quod alter ab Antonio ſibi reſignatus in Eccleſia Cathedrali eſſet affectus vitio litigioſi; ad *Text. in cap. ſi Beneficia de Præbend. in 6., Rota coram Cerro dec. 585. per tot.*. Quoniam regreſſus prædictus, dumtaxat locum ſibi vindicat in ſimplici dimiſſione canonicatus; non autem, quando reſignatio voluntariè facta fuit ad favorem certæ perſonæ; prout Mathias proprium canonicatum reſignaverat ad commodum Hermanni fratris; ut, explicando *Text.* prædictum, firmant *Rebuffus de Pacific. poſſeſſ. nu. 147. & 150., Tondut. Reſol. Benefic. cap. 64. num. 6. cum ſeqq. lib. 1.*

Et ità, Capitulo ſolùm informante: Theodoro autèm, licèt pluriès citato, non comparente, reſolutum fuit &c.

ROMANA CAMBII.

Mercurii 22. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Creditores fratris priuſquam ille alterius fratris debitis gravati hæreditatem adiverit, poſſunt pro ſuis creditis accipere loca mon-

tium

tium primi, quæ fuerant vinculata pro cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, abſque eo quod prætendi poſſit retentiu ab eo, qui ſecundi fratris debita dimiſit, licet in tempore priùs contracta: nam illa, reſpectu bonorum fratris, qui hæres alterius fratris fuit; anterioritatem metiuntur ſolum à die illius aditionis.

S V M M A R I V M.

1 *Vinculum appoſitum in patentibus locorum montium reſtituendi prioribus, & potioribus non ſuffragatur poſterioribus creditoribus, quando retinentur ab anteriore.*

2 *Retentio in bonis unius fratris non datur pro credito, quod habetur cum altero fratre,* & num. 5.

3 *Pretium locorum montium habentium vinculum, quod ſtare debeant loco cautionis de reſtituendo prioribus &c. habetur ac ſi in æde ſacra depoſitum extaret.*

4 *Fructus cenſus extincti prætendi non poſſunt ab extinguente, niſi translationem reportaverit.*

6 *Frater adeundo fraternam hæreditatem tenetur ex quaſi contractu dimittere de proprio fratris creditores, qui in ejus bonis anterioritatem aſſumunt à die aditæ hæreditatis.*

7 *Retentio allegari non poteſt ex juribus creditorum poſteriorum dimiſſorum contra anteriores.*

8 *Error à perito factus in imputando alicui debita alterius, cujus fuit hæres, non nocet hæredis creditoribus, qui tales erant ante aditionem hæreditatis.*

DECISIO CXCIV.

Placuerunt Dominis in hac Cauſa, fundamenta *deciſionis* primo loco editæ *coram bo. me. Urſino ſub die prima Julii* 1695., qua firmatum fuit, cautelam Angeli allegatam à Margherita ſuper locis Montium hæreditariis Gargilaſchi, non eſſe ſervandam, ad effectum impediendi exequutionem ſuper eis petitam a fratribus de Philippis: Ideoque, non attentâ contrariâ, edita 4. Julii 1698. redierunt *ad primo loco deciſa*.

Cum enim de credito fratrum de Philippis non dubitaretur: tota difficultas redacta fuit ad objectum, quod Margherita retineat præfata loca montium pro ſuis creditis anterioribus, liquidatis à perito judicialiter electo in ſcut. 7763., longè abſorbentibus illorum valorem: itaut ſuffragari non poſſit aliis creditoribus vinculum appoſitum in litteris paten-
1 tibus; quòd ſtare deberent loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus; ex quo nihil remaneat. Quòd tamèn compertum fuit in facto non ſubſiſtere.

Siquidem præfata quantitas, conflata erat ex creditis, quæ dicta Mulier conſequi debebat; non tam ex hæreditate dicti Gargilaſchi communis debitoris; quàm etiàm ex hæreditate Caroli Franciſci illius fratris.
8 Ideòq; non cōpetit pro eis omnibus retentio bonorum Gargilaſchi: ſed ſolùm pro rata debitorum, ad illum ſpectantium: quæ reſtringitur ad ſola ſcuta 2673. Cumque valor locorum montium, aſcendat ad ſcuta 4190. utique calculanti patet, quòd. detractis dictis creditis, ſupereſt quantitas; ex qua fratres de Philippis ſatisfactionem eorum crediti ſcutor. 910. conſequi valent: & quam ideò
3 licitè petunt ſuper dictis locis montium: quorum pretium, ſtante dicta clauſula, & vinculo reſtituendi prioribus, & potioribus; habetur ac ſi in æde ſacra depoſitum extaret; *Rota deciſ.* 28. *num.* 20. *poſt Rodiq. de conſecut. credit., deciſ.* 50. *num.* 63. *poſt Merlin. de Pignor., in rec. dec.* 130. *num.* 4. *par.* 16.. *& in Romana Immiſſionis* 26. *Junii* 1697. §. *Idque, in fine, confirmata* 17. *currentis coram me.*

Neque ſubſiſtit, quòd ad debitum Gargilaſchi ponenda ſit par. ita ſcut 759. pro fructibus cenſus in ſorte ſcut. 1000. per illum impoſiti favore Abbatis Benedelli; & ab eadem Clara Margarita extincti ſub die 28. Novembris 1669. Cum enim inſtrumentum contineat extinctionem, non autèm transla-
4 tivam jurium ceſſionem; fructus, ab ea die, ampliùs currere non potuerunt: & propterea nequit præfata mulier ſe illorum creditricem conſtituere; ut, diſtinguendo, firmavit *Rota coram Carill. deciſ.* 275. *à num.* 8. *ad* 12., *in rec. deciſ.* 34. *n.* 3. *part.* 17., *& dec.* 196. *num* 18. *part.* 18.

Pari modo calculanda non eſt ad debitum Gargilaſchi partita ſcut. 660. 60. ſolutorum Cinthiæ Vagniæ pro ſorte, ac fructibus cambii, per dictum Carolum Franciſcum contra-
5 cti; dùm in illo Gargilaſcus nullam emiſit obligationem. Et, licèt ex poſt adeundo fra-
6 ternam hæreditatem, quaſi contraxerit cum illius creditoribus: attamen, cum aditio facta fuerit poſt contractum debitum, de quo diſputatur: conſequens eſt, quod Clara Margarita dimiſerit creditores poſteriores: &
7 ideò nequeat ex illius juribus retentionem allegare adversùs anteriorem; *Rota coràm Durano dec.* 412. *num.* 1., *in recen. deciſ.* 40. *num.* 45., *&* 46. *part.* 9., *& deciſ.* 411. *num.* 8. *part.* 16.

Atque hinc patet reſponſio ad objectum, quòd peritus declaraverit præfatum Gargilaſcum debitorem in ſumma ſcut. 7663. 47. Id enim proceſſit, ex quo debita Caroli Franciſci fratris conſideravit tanquam propria dicti Gargilaſchi; utpotè hæredis: cum tamèn hæc qualitas nil operetur reſpectu creditorum; quorum favore antè aditionem contracta fuerat hypotheca: quales, ut præmiſimus, ſunt fratres de Philippis.

Et ita, utraque &c.

SPOLETANA DOTIS.

Lunæ 27. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur, habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, qui à tergo mandati adnotavit exequutionem fieri pro minori ſumma, creditum poſtea augere nequit.*

2 *Reſervans jura in ſpecificatione ſummæ pro obtinendo mandato, poſtea comperto majori credito, illud integraliter conſequi valet.*

3 *Præſervatio generalis in quibuſcumque caſibus de ſtylo, & praxi apponi ſolet.*

4 *Reſervatio generalis non prodeſt, quando à tergo mandati creditor adnotavit exequi deberi pro minori ſumma.*

5 *Potiſſimè quando creditorem conſtat habuiſſe ab eodem debitore aliquas ſummas.*

6 *Cenſus poſtquam fuit nullus declaratus reducitur ad purum creditum pecuniarium.*

7 *Inter debitum, & creditum pecuniarium inducitur ipſo jure compenſatio.*

8 *Creditum pecuniarium alias excomputatum induci non poteſt ad compenſationem.*

9 *Creditum alias excomputatum non eſt, cum de ejus ſolutione non conſtat, nec in redditione rationis fuit acceptolatum.*

10 *Datio in ſolutum pro credito merè pecuniario fieri debet pro minori quantitate, habito reſpectu alterius ſimilis crediti, quod dans contra accipientem habet de eo tempore.*

11 *Datio in ſolutum acceptari non poteſt pro credito, pro quo creditoris procurator tantundem exegit, & ad ejus commodum retinet.*

12 *Culpa propria ſibi, & non alteri nocere debet.*

14 *Mandatum cujus juſtitia non reſultat ex actis de tempore expeditionis revocandum eſt.*

15 *Creditum augeri nequit ob ſolutionem, de qua poſtea ſolvens fuit reintegratus.*

16 *Creditum pecuniarium, deficientibus requiſitis Caſtrens* L. 3. ff. de eo quod cert. loco *fructus non parit.*

17 *Fructus loco damnorum cenſentur remiſſi, ex quo in novo contractu ſuper eadem re non fuit facta mentio.*

18 *Datio in ſolutum corruit, ſi facta ſit pro creditis non ſubſiſtentibus.*

19 *Fructus cenſus non currunt poſt obtentum aſſociationem ad fundum cenſitum.*

20 *Fallit quando fundum ſuper quo cenſus fuit impoſitus eſt pro longe majori quantitate, quam fundum ad quod fuit obtenta aſſociatio, ideoque de fructibus aſſociatus ſe minimè ſatisfactum probat.*

21 *Notula jurata perceptionis fructuum tanto magis eſt attendenda cum concordat cum depoſitionibus colonorum.*

22 *Fructus cenſus debent ſolvi à cedente ad rationem, pro qua fuerunt ab initio conventi.*

23 *Etiam ſi debitrix cenſus eſſet originariè communitas ex cujus pragmatica redacti fuerint ad minus, cum tamen ad eam priorem rationem poſtea ſolviſſe conſtet.*

24 *Et cum cedens ad talem priorem rationem manutenere promiſit.*

DECISIO CXCV.

EX quinque cenſibus per Paulum Frenſnellum aſſignatis in dotem Liviæ ſorori, nuptæ Salvatori Franceſchino: contendente iſte, duos à Communitate Civitatis Regalis debitos; (quorum alter in ſumma ſcutorum ſex centum; & alter ſcutorum mille) necnon alium ſimilis ſummæ ſcutorum mille debitum à fratribus de Sanctis, effectos fuiſſe inexegibiles: obtinuit mandata pro reintegratione, ac damnis, contra bona hæreditaria Pauli: ad quorum deliberationem evitandam, Tutrix Cherubini filii ejuſdem Pauli, factis calculis, & reſpectivè conſtituto credito Salvatoris in ſcut. 2900., ei pro rata ſcutorum 2000., in ſolutum dedit prædium in vocabulo *Munito*, ò *Padulo*; reſervato jure pro reſidualibus ſcut. 900.; quorum ſolutione, ſtatutis temporibus non facta, deventum fuit ad aliorum bonorum ſubhaſtationem. Cum autèm à præfatis omnibus mandatis provocando Cherubinus, jam effectus adultus, obtinuiſſet, appellationis cauſam committi bo: me: Urſino noſtro olim Auditorii Decano: fuit proindè, ſub die 4. Julii 1698. diſputatum propoſitum dubium „ An, pro qua ſumma, & ſuper quibus bonis ſint exequenda mandata; „ ſeu potiùs revocanda cum omnibus indè ſequutis; & danda manutentio ſuper bonis „ in ſolutum traditis, & reſpectivè ſubhaſtatis „ Cujus reſolutione dilatâ: ego ſuffectus in locum defuncti Collegæ, ſub die 6. Aprilis 1699. idem dubium repropoſui. Sed eâdem pariter ſorte, ob involutam facti ſeriem, nullâ captâ reſolutione, prodiit reſcriptum, pro electione periti, ad effectum recognoſcendi, & calculandi debita, & credita; Quo peracto, editâque in actis, periti relatione: iterum aſſumptâ diſputatione, in hodierna audientia reſponſum fuit: *Mandata eſſe exequenda, & reſpectivè revocanda; & dandam eſſe manutentionem juxtà modum.*

Pro faciliori autèm reſolutionis methodo, animadvertebant Domini controverſiam cadere ſuper ſex partitis: quarum creditorem ſe conſtituit Salvator: & pro quibus mandata, & reſpectivè dationem in ſolutum reportavit: adeòut, ex illarum admiſſione, vel rejectione, penderet modus, & ratio reſolutionis.

Illas itàque ſingillatim examinando: quantum attinet ad primam ſcut. 860. cenſuerunt, eam à Salvatoris credito delendam; & per conſequens, non potuiſſe illius causâ reportari mandatum; ac ſucceſſivè dationem in ſolutum. Cum enim idem Salvator, quando egit contra Communitatem Civitatis Regalis pro ſolutione fructuum cenſuum, in dotem aſſignatorum, ſe conſtituerit creditorem in ſola ſumma ſcut. 500. adnotando à tergo
1 mandati, quòd pro iſta dumtaxat executioni demandaretur: non poterat deindè ſuum creditum ad majorem quantitatem augere.

Quin

Quin ſatis eſſet reſponſio, quòd Salvator,
2 in ſpecificatione ſummæ, tacitè contra præ-
fatam Communitatem, ſua jura præſervaſ-
ſet: Ideoque nullum intercederet obſtacu-
lum, quo minùs poſteà, comperto maiori
credito, illud integralitèr conſequi valeret.
3 Siquidem, cum talis præſervatio generali-
tèr in quibuſcumque caſibus, de ſtylo, & pra-
xi, apponi ſoleat: excludere nequit in hypo-
4 theſi, quod pro maiori ſumma, ultrà ſpeci-
ficatam, ſatisfactus remanſiſſet. Potiſſimè;
5 dum in Epiſtola ad Paulum ſcripta, faſſus
fuit, ſe à prædicta Communitate Montis
Regalis exegiſſe ſcut.80.

Minùs viſa fuit admittenda ſecunda parti-
ta ſcut.1600. pro capitalibus dictorum duo-
rum cenſuum, à præfata Communitate debi-
torum; & in dotem aſſignatorum; ac pro qui-
bus etiàm facta fuit datio in ſolutum; ob de-
claratam in Tribunali A.C. eorum nullita-
6 tem. Siquidèm, cum poſt hujuſmodi ſenten-
tiam, cenſus redacti eſſent ad purum credi-
tum pecuniarium: & Paulus illorum debitor
ex cauſa aſſignationis, eſſet viceverſa creditor
Salvatoris in ſumma ſcut. 486. pro totidem
7 illi mutuatis: inducta fuit ipſo jure compen-
ſatio; & per conſequens creditum Salvatoris
remanſit ſolùm in quantitate ſcut.1114.; *Ro-
ta coram Cerro dec.32. num.*11.

Non attentâ replicatione, quòd hujuſmo-
8 di creditum Pauli, ex diverſis apocis reſul-
tans, excomputatum fuerit in alio judicio
ſuper redditione rationis; & propterea de
illo curandum non ſit in præſenti. Hoc nam-
que ſuppoſitum, in facto non juſtificatur:
9 dum non conſtat de ſolutione præfatæ ſum-
mæ ſcut.486. nec quod in redditione rationis
ea fuerit accepto lata: ideòque, cum tale cre-
ditum vigeret de tempore, quo cenſus decla-
rati fuerunt nulli; & adhùc etiam vigeret de
tempore factæ dationis in ſolutum: utique
10 iſta, pro minori ſumma fieri debebat; facta
ſcilicèt proportionalitèr ejuſdem crediti
compenſatione; *Ceucius de Cenſ. quæſt.*109.
*num.*26., *Rota coram Cerro dec* 32. *nu.*11.,
& ſeq.

Ejuſdem naturæ apparuit altera ſcut.1623.,
pro quibus paritèr dictus Salvator mandata,
& dationem in ſolutum reportavit: dum tem-
pore, quo iſta emanavit, jam fuerant à procu-
ratore, de conſenſu Partium conſtituto, exa-
11 cti fructus locorum montium, ad præfatam
ſummam aſcendentes: quos, tametſi de tem-
pore dationis in ſolutum, Salvator integrè
non recepiſſet: poterat tamèn ad ſui libitum
recuperare; utpotè ad ejus commodum re-
12 tentos à procuratore. Ideoque, ſi ex culpa
ſua, in exactione defecit: æquum non eſt,
quòd hæreditas Pauli damnum ſentiat ab ex-
peditione mandatarum; ſuiſque bonis expo-
13 lietur; contra regulam, *Textus in l. ſanci-
mus C. de pœnis*.

Atque hinc non relevat, quòd adhuc poſt
ſequutam integralem dictorum fructuum ex-
actionem; coactus fuerit idem Salvator ad
reſtituendum Ritæ Frenſanellæ ſummam
ſcutor.798. 13. cujus propterea debitor con-
ſiderari ampliùs non poſſit. Etenim, cùm
de tempore obtenti mandati, ac reportatæ
dationis in ſolutum, reſtitutio ſecuta non
fuiſſet: jam indè conſtat, quòd hæreditas Pau-
li, non erat debitrix in quantitate per Sal-
14 vatorem ſuppoſita. Quod ſufficit ad revo-
cationem mandati; cujus juſtitia reſultare
debet ex actis, de tempore illius expeditio-
nis; *Rota apud Pacificum de Salvian. dec.*64.
*num.*1., *&* 2., *in rec. dec.*193. *num.*8. *p.*15.

Fortiùs, quia idem Salvator, poſt factam
15 reſtitutionem ſupradictam, reintegratus
fuit de ſumma reſtituta; itaut nullum pror-
ſùs damnum de illa ſenſerit: Ideoque tantò
minùs poterat ſub hoc prætextu ſuum credi-
tum augere.

Pari modò cenſuerunt Domini, non po-
tuiſſe ad creditum Salvatoris calculari dam-
na, quæ ille ſupponebat, ſe paſſum fuiſſe,
ob non traditam commoditatem apparta-
menti, in inſtrumento dotali promiſſam. Ab
hac enim promiſſione receſſum fuit, permu-
tando hujuſmodi commoditatem in credi-
tum pecuniarium ſcut.300., quæ per eundem
Salvatorem exacta fuiſſe, refert peritus: &
proindè, ſi loquimur de tempore poſt ſequu-
tam permutationem, & nulla prorsùs com-
petit actio pro damnis; etiamſi pecuniarum
ſolutio facta non fuerit tempore convento:
16 dùm notum eſt, quòd pecunia, deficienti-
bus requiſitis Caſtrenſis in *l.* 3. *ff. de eo, quod
certo loco*, fructus parere non potuit. Si ve-
rò loquimur de tempore intermedio, quod
effluxit à die promiſſionis dotis uſque ad no-
vam conventionem tradendi pecunias loco
appartamenti; & neque pro illo debentur
fructus loco prætenſorum damnorum; cum
17 cenſeantur remiſſi; ex quo de illis mentio
facta non fuit in novo contractu, ex notatis
per *Manticam de Tacit. lib.*16. *tit.*6. *nu.*19.,
& 20., *Gratian. diſcept. forenſ.* 400. *num.*28.

Hæc ſunt credita, pro quibus putarunt
Domini, non potuiſſe per Salvatorem expe-
diri mandata; & reſpectivè reportari datio-
nem in ſolutum; Ideòque ſuper his cadit pri-
ma pars reſcripti, continens revocationem
mandatorum; & reſpectivè manutentionem
favore Cherubini, ſuper bonis hæreditariis
Pauli, pro rata partitarum; de quibus fuit ſu-
pra facta mentio. Eo enim ipſo, quod ſuppo-
ſita credita non ſubſiſtunt: conſequens eſt,
18 ut datio in ſolutum, illorum prætextu fa-
cta, corruere debeat, eaque non obſtante,
antiquo poſſeſſori manutentio concedatur.

Vice autèm verſa, tranſeundo ad examen
aliarum duarum partitarum; ſuper quibus
paritèr cadebat controverſia: viſum fuit Do-
minis, potuiſſe à Salvatore obtineri manda-
tum pro omnibus fructibus cenſus in ſorte
ſcut.1000. debitis à fratribus de Sanctis; &
aſcendentibus ad ſcut.1370.: non attentâ ex-
ceptione, quòd poſt obtentam aſſociationem
19 ad fundum cenſitum, fructus ampliùs cur-
rere non potuerint. Siquidem cenſus impoſi-
20 tus legitur ſuper prædio rubrorum quinde-

cim : è contrà verò aſſociario fuit obtenta
ſolùm ad undecim modiolos, conſtituentes
tubra duo cum dimidio; Idque apertè con-
vincitur, tùm ex partita cataſtri, præſeſe-
rentis, Salvatorem poſſediſſe dumtaxat præ-
fatos undecim modiolos; ut in ejus *hodierno*
Summario Num.4.. Tum ex fide Agrimen-
ſorum, *eodem Summario Num*. 5. Tum ex
notula jurata, per eumdem Salvatorem ex-
21 hibita; & continente diſtinctam adnotatio-
nem fructuum, ſingulis annis perceptorum:
Tum demùm ex atteſtatione colonorum, ad
unguem concordante cum dicta notula jura-
ta. Quæ propterea tantò magis venit atten-
denda; *Rota coram bo: me: Alexandr.VIII.*
dec.226. *num*.15., *in rec. dec*. 161. *num*. 29.
part 6., & *dec*.138. *num*.2 *part*. 18.

Ità etiam calcularunt ad creditum Salva-
toris alteram partitam pro fructibus cenſuum
debitorum à Communitate Civitatis Regalis,
ad rationem ſcut.8.;pro centſcum ad hanc ra-
22 tionē fuiſſent ab initio impoſiti Quin adver-
ſaretur pragmaticaRegia, reductiva fructuum
à Communitatibus ſolvendorum, ad rationem
quinque pro centenario: nedum quia, ea non
23 obſtante, ab anno 1650., quo emanaverat,
uſque ad annum 1662., quo cenſus fuerunt in
dotem aſſignati; adhuc ſemper Communitas
in ſolutione continuavevat ad rationem ſcu-
tor 8.: Verum etiam, quia Paulus, in illo-
rum aſſignatione, poſt narratos fructus in di-
cta ſumma ſcut 8. pro centenario; promiſit
24 eoſdem cenſus manutenere, tam in ſorte,
quàm in fructibus; *Summario Cherubini da-*
to 6. *Aprilis* 1699. *Num*.1.

Et juxtà hunc modum reſponſum fuit, utra-
que &c.

ROMANA, SEU NEPESINA AFFICTUS.

Lunæ 27. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Primus affictus initus cum pacto, quod finito
triennio, niſi præmiſſa fuerit renovatio, cen-
ſeatur continuatus, quemodo extinctus non
cenſeatur, ſi fuerit alteri à Domino, fini-
to triennio, locatus, cui fuit data facultas in-
cipiendi longè poſt, & ea ipſe uſus fuerit: &
tunc primus conductor penſionem uſque quo
novus affictuarius affictum non inceperit, ſol-
vere tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur ſtantibus*
validitate, & juſtitia rei judicatæ.
2 *Locatio, non facta conventa disdicta tempo-*
re congruo, renovata cenſetur.
3 *Et uſque ad finem hujus ſecundi termini*
penſiones debentur.
4 *Fallit quando affictus in inſtrumento cum lo-*
cantibus inito declaratum ſit haberi pro
diſdicto.
5 *Affictur non habetur pro diſdicto,ſi novo con-*
ductori Dominus facultatem dederit in-
choandi, vel tempore anteriori, vel poſte-
riori, à quo tempore, & non ante primus
conductor eſt à locatione ſolutus.
6 *Actus præſumere facientes diſdictam ceſſant,*
ſi præceſſerunt inſtrumentum, in quo de-
claratum fuit locationem continuare.
7 *Aſſecuratio penſionum à Judice conceſſa per*
modum pravifionis, & cum clauſulis præ-
ſervativis, novationem non importat.
8 *Affictus non habetur pro completo ſi condu-*
ctores in eo exercent actus, quos aliòs exer-
cere non potuiſſent.

DECISIO CXCVI.

DOmini reſponderunt conſtare de re judi-
cata; attentâ validitate, ac juſtitia præ-
cedentium ſententiarum: quibus concurren-
1 tibus, in integrum reſtitutioni locus eſſe non
poteſt; ad *Text. in l. Quod ſi minor* 25. §. 1.
ff. de Minor., *Rota dec*.324. *num*.5.6., *coràm*
Buratto. & *in rec. dec*.207. *n*.2., & *dec*.227.
num.7, *part*.17., & *deciſ*.194. *num*.1., & 2.
part.19.

De validitate conſtat ex actis: Juſtitia ve-
rò reſultare viſa fuit ex lectura inſtrumenti
affictus, celebrati anno 1685.: in quo Mona-
nachi Ciſtercienſes trium fontium, locarunt
Fulviis tenutam Ronciliani, de triennio in
triennium incipiente die 29. Septembris e-
juſdem anni; & finiente, cum diſdicta facien-
da per ſex menſes ante terminationem trien-
2 nii. Ideo, cum diſdicta facta non fuerit à
Fulviis; neque receſſus à locatione probe-
tur, niſi die 29. Septembris 1695. controver-
ti non potest, illam continuaſſe uſque ad di-
ctam diem 29. Septembris: & per conſequens,
3 penſiones uſque ad hoc tempus deberi; ad
Text. in l. Conductores C. Locati; cum aliis
adductis in *decione edita coram R. P. D. meo*
Pio 5. *Maii* 1698. §. *Ratio reſolutionis*; &
19. *Januarii* 1699. §. *Primò laudata*.

Quin urgeat reſponſio, quòd, cum in in-
ſtrumento ſtipulato die 7. Martii dicti anni
1695. PP. Ciſtercienſes declaraverint, affi-
4 ctum haberi pro diſdicto, & terminato, pen-
ſiones ultra tempus prædictum non debean-
tur. Etenim contrarium reſultat ex conte-
xtu ipſius inſtrumenti: dum in eo PP. num-
quam conſenſerunt terminationi affictus: ſed
5 dumtaxàt remiſerunt arbitrio ſucceſſoris in
affictu, locationem inchoare, vel in die 7.
Martii; qua celebratum fuit dictum inſtru-
mentum; vel in die 29. Septembris ſubſe-
quentis. Quamobrem, cum novus conductor
initium affictus differre voluerit ad finem
menſis Septembris: ab ea tantùm die, & non
anteà, Fulvii fuerunt à locatione ſoluti; ut
firmatur in *dicta deciſione diei* 5. *Maii* 1698.
§. *In nihilum*; & 19. *Januarii* 1699. §. *Hoc*
ſubſiſtente, *coram R.P.D. meo Pio*.

Neque continuationem locationis exclu-
6 dunt actus, per Monachos geſti. Nam, ſi præ-
ceſſerunt inſtrumentum ſtipulatum dicta die
7. Martii; cum in eo declaratum fuerit, af-
fictum adhuc durare: nullatenus obeſſe poſ-
ſunt.

ſunt. Si verò ſubſequuti fuerunt: & iſti vel reſtringuntur ad recognitionem ſyivæ cedutæ: quæ fieri debebat quocumque tempore novus conductor aſſumeret affictum: vel re-
7 ſpiciunt aſſecurationem penſionum, à Monachis petitam: cumque iſta fuerit à Judice conceſſa per modum proviſionis, & cum clauſulis præſervativis: novationem non importat: nec locationis continuationem excludit; *Rot. in Romana Cambii* 1. *Julii* 1695. §. *Non obſtat*, & 27. *Januarii* 1696. §. *Neque obſtat*; *coram bo: me: Emerix*.

Concurrente præſertim obſervantiâ deſumptâ ex actibus geſtis à Fulviis: qui, ſicuti tenutam retinuerunt, & coluerunt, fructus recolligendo, ac paſcua vendendo uſque ad finem menſis Septembris; ità manifeſtè declararunt, mentem contrahentium non fuiſſe, quòd affictus haberetur pro completo: dùm aliàs hujuſmodi actus exercere non potuiſſent; ſi revera eorum jus expiraſſet de menſe Martio; ut latè reſpondit deciſio 5. Martii 1697. §. *Actus verò*; & 19. *Januarii* 1699. §. *Nec quidquam*.

Et ita, utraque &c.

PERUSINA FIDEICOMMISSI.

Ven. 1 *Iulii* 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſion. 197., quæ confirmatur, & in hac quoque additur immiſſio in Salviano ob alienationes fideicommiſſi, non obſtantibus prætenſis detractionibus. Adeſt infra dec. 226. in qua partim ſuſpenditur.

SUMMARIUM.

1 *Sententia diſcordans à deciſionibus eſt nulla.*

2 *Sententia concedens immiſſionem ad bona vigore* L. fin. *quando altera eorum pars à fideicommittente ante ſui obitum fuerat diſtracta, eſt injuſta.*

3 *Bona à fideicommitente vivente diſtracta, obnoxia non remanent fideicommiſſo ab eo poſtea ordinato.*

4 *Neque ad illa uti fideicommiſſaria immiſſio concedi poteſt.*

5 *Prædium, de quo in diviſione mentio facta non fuit, in hæreditate non extitiſſe cenſetur.*

6 *Teſtatoris juſſum imputandi quidquid fuerat ab eo datum creditori reſtitutionis dotis in ejus reſtitutionem, non adverſatur. ſed comprobat præcedentem aſſignationem in eam cauſam factam.*

7 *Verba Teſtatoris recipiunt intelligentiam ab eis, quæ in anteriori teſtamento dixit.*

8 *Verba Teſtatoris referri debent ad cauſam precedentem ex identitate cauſæ expreſſæ.*

9 *A teſtamento carente die, menſe, & anno fieri non poteſt interpretatio, de illis, quæ in valido teſtamento diſpoſuit, cum de ejus tempore non conſtet.*

10 *Dos in pecunia conſiſtens, nulla accedente mulieris utilitate, in fundum commutari nequit.*

11 *Quod procedit ſi opponatur à muliere, ejuſque hæredibus, non tamen à Tertio.*

12 *Utilitas in commutatione dotis de quantitativa in quotitativam præſumitur, ſi à ſæculo mulier, ejuſque hæredes non reclamarunt.*

13 *Præſertim ſi contractus permutationis initus ſit præſente viro, & authorizante Judice.*

14 *Et ſi fundum ſubſtitutum loco dotis in pecunia, ſit propè alia bona mulieris, quæ proindè tali unione pretioſiora ſunt effecta.*

15 *Scientiam fideicommiſſi habere dicitur, qui de illo meminit in publicis actibus.*

16 *Fideicommiſſum reintegrari debet ſuper bonis liberis alienantis.*

17 *Detractiones ex cauſa legitimæ, & Trebellianicæ præſumuntur conſumptæ à magnis alienationibus factis ab hærede gravato, qui Inventarii confectionem omiſit.*

18 *Inventarii confectio ſuppleri non poteſt ex diviſione defectuoſa, & non continente omnia bona hæreditaria.*

19 *Fortius ſi pinguem hæreditatem in mobilibus, ſemoventibus &c. reliquit Teſtator.*

20 *Detractiones fieri debent ex fideicommiſſo generali, non autem particulari.*

DECISIO CXCVII.

PUgnantibus inter ſe geminis hujus cauſæ deciſionibus: in quarum prima, edicta coram bo: mem: Jacometto, reſponſum fuerat, ſententiam ab hoc Sacro Auditorio latam favore fratrum de Valentinis, eſſe confirmandam. In ſecunda verò coram me, in defuncti collegæ locum ſuffecto: receſſum fuit à deciſis, ex capite nullitatis præfatæ ſententiæ: placuit Dominis, eoſdem fratres de Valentinis, ad novam audientiam admittere, demandando, quòd dubio -- An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis juxtà morem reproponendo, adderetur alia pars -- Vel potiùs, pro qua rata ſit danda immiſſio -- Quo propterea hodiè propoſito: Domini, reſpectu primæ partis, ſteterunt in ſecundo loco deciſis: & quoad ſecundam, cenſuerunt, dandam eſſe immiſſionem in Salviano, pro rata hæminarum octo cum dimidia; ut in prima.

Reſolutionis ratio ſtetit in eo, quòd ſententia Rotalis, nedum fuerit nulla: verum etiam injuſta. Nulla, inquam, quia ſimplicitèr, & abſolutè confirmat aliam A C., quâ immiſſio dictis Valentinis ad prædium *del Prepo*, à Chriſpoldis poſſeſſum pro ratâ hæminarum octo cum dimidia, conceditur in vim *Leg. final.*, quando ex geminis deciſionibus; quæ illam præceſſerant dicta immiſſio conceſſa fuit, partim ex remedio *Leg. final.* pro rata; quæ judicabatur fideicommiſſaria Valentini ſenioris; & partim in vim Salviani interdicti, ſuper portionibus liberis, pro reintegratione fideicommiſſi, & alienationum factarum ab hæredibus gravatis; Undè cum
1 dicta ſententia à deciſionibus diſcordet: ſal-
2 vari nequit à vitio nullitatis; ex firmatis in mea præcedenti deciſione §. *Iſta ſiquidem*.

Injuſta: ex quo, confirmando præcedentem

Digitized by Google

tem ab A. C. latam: approbavit immiſſionem
præfatis Camillo, & aliis de Valentinis con-
2 ceſſam vigore *legis finalis* ad Prædium *del
Prepo*; cum ſuppoſito, quòd eſſet fideicom-
miſſo ſubjectum: cum tamen conſtet, illud
pro rata, per fideicommittentem acquiſita,
fuiſſe ab eodem alienatum longè antè obi-
tum; datumque in ſolutum anno 1564. Auræ,
ipſius Nurui, pro reſtitutione dotis: adeout
3 nequiverit fideicommiſſo, per eum ſucceſſivè
ordinato, obnoxium remanere: neque, per-
4 conſequens, ad illud, uti fideicommiſſarium,
immiſſio concedi; *Rota coram ſa: mem: Ale-
xandro VIII. dec.95. num.11., & 12., & in
rec. dec.147. num 5., & 6. part.17.*

Quin urgeret objectum, quod præfata da-
tio in ſolutum ineffectuata remanſerit: vel
quia Aura nunquam fuerit in poſſeſſione con-
troverſi prædii: ſed imò Valentinus, poſt di-
ctam dationem in ſolutum, illam continua-
verit: vel quia in diviſione, inter gravatos
facta de anno 1575. maritus Auræ, declaratus
fuerit creditor fideicommittentis, in florenis
100.; cum tamèn, ſi aſſignatio prædii, valoris
florenorum 770. effectum ſortita fuiſſet; re-
manſiſſet potiùs Aurea debitrix in florenis
170. dùm fidaicommittens, ex cauſa dotis,
exegerat ſolùm florenos 600.: vel tandèm
quia Valentinus fruſtrà demandaſſet in teſta-
mento per eum condito, quòd quidquid ab
eo conſignatum fuerat Vincentio viro Auræ,
imputaretur in reſtitutione dotis; ſi verè præ-
cedentèr illam reſtituiſſet, mediante conſi-
gnatione controverſi prædii.

Quantum enim attinet ad primum argu-
mentum; ſi continuatio poſſeſſionis Valenti-
ni depromitur ex antiquo cataſtro anni 1562.
& in eo nulla legitur facta deſcriptio bono-
rum in contrada *del Prepo*: nec fieri poterat
de controverſo prædio hæminarum octo
cum dimidia, quod, biennio poſt, nempè an-
no 1564. pretio florenorum 770. acquiſivit,
facto concordato num 9. Si verò deſumitur ex
partita alterius cataſtri anni 1605, quæ de-
ſcripta fuit in faciem Camilli nepotis fidei-
committentis; & in ea nulla vis fieri poteſt:
quia ibi non legitur, Valentinum ſeniorem,
dictum prædium præcedentèr poſſediſſe.
Quinimò contrarium reſultat ex eo, quòd
omnes filii dicti Valentini, de anno 1575. in
præfata diviſione bonorum, ab illo prove-
nientium, nullam prorsùs fecerunt mentio-
nem de controverſo prædio: quod ſi revera
5 extitiſſet in hæreditate, non fuiſſet à divi-
dentibus omiſſum; ut animadvertit *Rota de-
ciſ.89. num.5. part. 7. recent.*

Quo verò ad ſecundum non ſubſiſtit, fidei-
committentem ex cauſa dotis, non fuiſſe de-
bitorem ultra flor.600.: dum ab eo, in pluri-
bus vicibus, exacti fuerant floreni 750; *facto
concordato num. 5.*, & ulteriùs, pro aliis flo-
renis 100., quantumvis à ſe ipſo non exactis,
ſe obligaverat ad reſtitutionem; *dicto facto
concordato num.*18. adeout, ex cauſa dictæ
dotis, eſſet debitor in totum flor.850.. Si au-
tèm ab hac ſumma demantur flor. 600., qui in
cauſam dotis reſtituti fuerunt, mediante da-
tione in ſolutum; ac ulteriùs demantur alii
170. quorum debitrix ex alia cauſa declara-
ta fuit eadem Aura in præfato inſtrumento
aſſignationis: jam patet, quòd fideicommit-
tens, ex cauſa dotis, remanebat debitor;
prout narratum fuit, in inſtrumento diviſio-
nis.

Tertium denique deſumptum ex teſtamen-
to Valentini: in quo imputatur Vincentio --
*Omne id, & totum, quod per teſtatorem fuit
datum, & conſignatum pro reſtitutione dotis
6 Auræ* -- non adverſatur: ſed mirificè con-
fert ad probandum effectuationem præce-
dentis aſſignationis dicti prædii *in Contrada
del Prepo*: dum illud, ex præfata cauſa do-
tis Auræ, præcedentèr traditum fuerat. Non
7 attentâ reſponſione, quòd illa verba per te-
ſtatorem prolata, referenda ſint ad jocalia,
& alias res, de quibus dicitur, teſtatorem ſer-
monem habuiſſe in alio antecedenti teſta-
mento. Tùm quia, cum ex dicto informi te-
ſtamento, nihil dicatur de jocalibus, titulo
reſtitutionis dotis per dictam Auram rece-
ptis: ſed ſolùm in hujuſmodi cauſam, explici-
tè conſtet, fuiſſe aſſignatum prædium *del
8 Prepo*: ad hoc propterea teſtatoris verba
neceſſariò referri debent; ex identitate cau-
ſæ, ibidem expreſſæ; *Rota dec* 218. *num.*18.
penès *Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & coram
Priolo dec.*439. *num.*14., *& in rec. dec.*536.
*num.*81. *part.*14., *dec.*736. *num.*8. *part.*18.

Tùm quia, cum dictum teſtamentum ca-
reat menſe, die, & anno; incertum eſt, an il-
9 lud exaratum fuerit ante, vel poſt dationem
in ſolutum: eaque temporis incertitudo ope-
ratur, quòd quæcumque illatio ex illo dedu-
cta, nullatenùs veniat attendenda.

Sublatâ exceptione allegatæ ineffectua-
tionis: minoris relevantiæ viſa fuit altera
nullitatis dationis in ſolutum; ex eo deſum-
10 ptæ, quòd dos Auræ in pecunia conſiſtent,
nullâ accedente mulieris utilitate, fuerit in
fundum permutata. Omiſſo enim, quòd ex-
ceptio hujuſmodi nullitatis, proponi ſolùm
poſſet ab Aura, ejuſque hæredibus; non au-
tem à Valentinis; quibus, tanquàm tertiis,
tale jus non competit; ut, pluribus adductis,
firmavit *Rota dec.*248. *n.*11., *& ſeq part.*18.,
& in Aſculana dotis, & legitimæ 16. *Janua-
rii* 1699. §. *finali coram me*.

In hypotheſi, utilitas præſumenda venit:
dùm, neque ipſa mulier, neque ejus hæredes,
12 ſpatio ferè unius ſæculi cum dimio, unquàm
reclamarunt; *Card. de Luca de Alienat. pro-
hibit, diſc.* 14. *num.* 4., *Manſ. conſult.* 504.
*ſub num.*45.; potiſſimè animadvertendo quòd
contractus, initus fuit præſente, & conſen-
13 tiente Vincentio viro prædictæ. Auræ; ac
Judice authorizante, ut notat *Cenſal. deciſ.
Lucen.*7. *num.*6., & firmavit *Rota deciſ.*287.
*ſub num.*5. *part.*3. *recen.*, quodque Aura, de
tempore dationis in ſolutum, poſſidebat in
eadem contrada *del Prepo*; & cohærenter
ad prædium, de quo agitur, duas hæminas
terræ; ut probatur ex *dicto facto concordato
num.*3.

*num.*3..6. 10., *&* 33., ac propterea eidem
14 admodum expediebat dictum prędium uni-
re: ut inde pretioſiùs efficeretur; *Card. de
Luca de Empt.*, *& vendit. diſc.* 23. *num.*6.,
*Merlin. deciſ.*459. *num.*13.

Abſoluto examine primæ partis dubii: Do-
mini, tranſeundo ad ſecundam, agnoverunt
Valentinis hæredibus fideicommiſſariis, im-
miſſionem ex remedio utilis Salviani inter-
dicti, denegari non poſſe. Siquidem, cum ex
facto concordato à *num.*47., *uſque ad n.*68.
juſtificatum fuerit, Camillum, alioſque
hæredes gravatos, habuiſſe ſcientiam fidei-
commiſſi particularis ordinati ſuper ſtabili-
15 bus; tùm ex quod de illo meminerunt in di-
viſione anni 1576. *facto concordato num.*44.
tùm ex illius ſubſequutâ ratificatione; & ni-
hilominùs bona ſtabilia diſtraxerint, uſque ad
ſummam ſcut. 9156., & ultra; ut firmat *de-
ciſio R. P. D. meiPrioli*, *edita* 14 *Decem-
bris* 1699. §. *Et demùm*: conſequens eſt, quod
16 hæredes fideicommiſſarii, ex cauſa prædi-
ctarum alienationum, reintegrationem con-
ſequi debeant ſuper illorum bonis liberis: in-
ter quæ prædium *del Prepo*, ex juribus Au-
ræ matris delatum ad Camillum alienantem,
ut in *deciſ. bo: mem: Jacometti* §. *Quo verò.*

Abſque eo quòd ſuffragari poſſet repetita
exceptio detractionum, primis hæredibus
17 competentium pro legitima, aliiſque credi-
tis: cum illæ præſumantur conſumptæ ab alie-
nationibus in magna quantitate per eos, ut
18 ſupra, factis, cum omiſſione inventarii: cu-
jus vices ſupplere non valet diviſio inita an-
no 1577., tamquam defectuoſa; nec conti-
nens integram deſcriptionem bonorum hæ-
reditariorum; ut fuit animadverſum in *deci-
ſione bon: mem: Jacometti* § *finali*.

Fortiùs quia teſtator pinguem hæredi-
tatem reliquit: nedùm in ſtabilibus; verùm
19 etiam mobilibus, ſemoventibus, ac aliis di-
verſarum mercium negociis: & ex his om-
nibus ſtabilia dumtaxàt particulari fidei-
commiſſo ſuppoſuit; ordinato univerſali quo-
ad reliqua. Quocirca, dùm hæredes gra-
vati, bona utriuſque fideicommiſſi diſtraxe-
rint: jam patet, Valentinos, quoad bona fi-
deicommiſſi particularis, reintegrandos eſſe
20 ſuper bonis liberis gravatorum: dùm, è con-
tra, reliqua bona, ex fideicommiſſo univer-
ſali diſtracta, ſunt imputanda in detractio-
nes: quæ ex fideicommiſſo particulari non
deducuntur, *Fuſar. de Subſtitut. quæſt.*543.
*num.*9., *Rota dec.* 441. *num.*2. *part.*14., *de-
ciſ* 603. *nu.*34, *& ſeq. part.*18., *dec.*79. *n* 14.
*part.*19. *rec.*, *& in Aſculana Fideicommiſſi,
ſeu Domus*, 13. *Iunii* 1698. §. *Finali coram
R.P.D. meo Pio*,

Quia verò immiſſio in vim *legis finalis*, in
præcedentibus judicatis conceſſa, tamquam
ad rem fideicommiſſariam, repugnat liber-
tati deſuper probatæ controverſi prædii; id-
circò Domini, exercendo facultates in com-
miſſione huic Sac. Tribunali communicatas:
eam, prout in prima conceſſerunt ex reme-
dio utilis Salviani interdicti, pro dicta rata
hæminarum octo cum dimidia, quas ſolùm
conſtitit, ab hæredibus gravatis in Criſpol-
tos poſſeſſores fuiſſe translatas.

Et ità, alterâ &c.

SENOGALLIEN. CENSUS.

Ven. 1. *Julii* 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Hæredis bona, ut ſalventur ab executione mandati pro debitis auctoris, requiritur copulativè confectio inventarii, & actualis bonorum deſcriptorum redditio rationis.*

2 *In inventarii confectione neceſſariò requiritur citatio creditorum certorum.*

3 *Inventarium non integrum, illud conficienti non prodeſt.*

4 *Hæres non poteſt prætendere medietatem dotis maternæ; cùm mater pro ea ſe obligavit.*

5 *Obligatio mulieris non ſuſtinetur ſi medietatem dotis excedat.*

6 *Limitatur cùm detractio medietatis dotis prætenditur non à muliere, ſed ab hærede, cui tale privilegium non competit, niſi à muliere vivente fuerit allegatum.*

7 *Detractiones legitimæ, & lucri dotalis non debentur, niſi prius ſolutis debitis hæreditariis.*

8 *Dimittens debita poſteriora ſi ſcientiam habet anteriorum, non poteſt illorum vigore ſe tueri.*

DECISIO CXCVIII.

MAndata, quæ pluriès pro fructibus cenſus ſcut. 300. in ſorte, anno 1653. per Livium Pallarum impoſiti, cum fidejuſſione Judittæ uxoris; relaxata fuerant ad inſtantiam Societatis Sanctorum Rochi, & Sebaſtiani Senogalliæ, contra eorumdem debitorum bona: exequi juſſit A. C. Thomatus contra Eleonoram Cimarellam, Judittæ ex primo matrimonio filiam, & hæredem: quæ ad evitandam exequutionem in bonis propriis, admiſſa priùs ad beneficium redditionis rationis; firmatoque ſtatu hæreditario per peritum, ad hunc effectum electum: ſententiam favorabilem à Judice prædicto reportavit: eaque declaratum extitit, benè fuiſſe firmatum ſtatum hæreditarium Judittæ in ſcutis 4104.; benèque redditam rationem: & propterea detractionem eidem competere ſuper bonis prædictis, tam legitimæ, quàm medietatis dotis maternæ, & lucri dotalis. Cùmque ad provocationem Societatis à præfata ſententia, commiſſà mihi appellationis cauſa; quæſitum hodie fuerit -- *An conſtet de ſufficienti redditione rationis, ad effectum impediendi exequutionem pro fructibus cenſus, de quo agitur* -- Pro Societate dumtaxat informante, *negativè* reſponſum fuit.

Etenim ad præſervanda bona hæredis ab
1 exe-

1 exequutionibus ereditorum deſunctæ, præter legitimum inventarium, debet copulativè concurrere actualis bonorum deſcriptorum rationis redditio: & tamen utrumque in præ-
2 ſenti deficere viſum fuit. Inventarium namque multiplici vitio laborat; tum quia in illius confectione citati non fuerunt creditores certi; ut de neceſſitate requiritur; *Andr. controv.122. per tot. de Marinis lib.2. reſol.111. à n.1., Rot.cor. Cerro dec.779.n.2., & cor. Danozetto jun. dec.721., & dec.998., utrobique n.2., & dec.233. n 4.p.18.rec.* tum etiam, ex quo non eſt integrum; & in illo deſcriptus
3 non fuit cenſus hæreditarius: ideò ne Eleonóra, ex hujuſmodi etiam defectu, nequit illius beneficio invari; *Facchin. contr. jur. lib. 4. cap 77., Calvin. de æquit. cap.182. pe tot; Cancer. Var. reſol. p.3.cap.2. a n.51., Phanucc. de invent. cap.4. q.240. nu.52., Mauſ. conſult.1. n 12.,* cum aliis adductis per *Surd. dec.222 n 9*

Præter nullitatem inventarii, deficit etiam redditio rationis. Quidquid enim ſit, an ſtatus hæreditarius Juditæ, fuerit benè firmatus in ſentis 598., ſive potiùs aſcendat ad ſeuta 4104., quemadmodum per ſententiam A. C. fuit declaratum: adhuc de præfata minori ſumma non redditur ratio; niſi eum ſuppoſito, quod competant detractiones. Quod tamen non ſubliſtit.

Et ſanè medietas dotis maternæ detrahi non poteſt, attentâ clarâ obligatione illius, favore Societatis, & aliorum creditorum.
5 Q in obſtet replicatio, quod obligatio prædicta non ſuſtineatur, tamquam excedens medietate dotis: quoniam, cùm hujuſmodi
6 exceptio, ex peculiari privilegio, competat ipſi mulieri ne fuit ab Eleonora hærede allegari: dum ab illa, cùm viveret, deducta non fuit; *Card. de Luc de dot. diſc 20 n.10., diſc. 95. n.11., diſc.96.n.5., Cirocc. diſcept.51. nu. 66., Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ 3. p.6.n.46., Merlin de pignor.lib.3.tit.1.cap.15. n.116., Urſillus ad Affiict. dec.154. n 1., Rota dec.590.n.20. p.4.tom.3., & in Spoletana bonorum 29. Januarii 1683. §. Pariter, coram clar.mem. Card. Matthæio; & in Lauretana dotis, 28. Januarii 1697. §. Prædictis, coram Rm̃o D.meo Decano.*

Minùs obſtare poteſt detractio legitimæ,
7 ac lucri dotalis Eleonoræ: cùm iſta non debeatur, niſi priùs dimittantur illius debita; inter quæ reperitur cenſus, de quo agitur, ut de legitima diſponit *text. in l. Papinianus §. Quarta ff. de inofficioſo teſtamento, Conciol. de hæred. art.1.n 31., Merlin. de legit. lib.1.tit.1. q.2.n.2., Rot.cor. ſa me. Alaxand. VIII. dec.199. n.15., & in rec.dec.230. n.10. p.10., & dec.415.n.12. p.13., & dec.198. n.5. p.15.* & de lucris dotalibus probant *Caſtrenſ. conſ.441.n.5., Cravetta de antiq. temp. p.4. n.141. & 142., Marta de ſucceſſ. legal. par.2. q.3. art.12. n.26., Rota cor. Bichio dec.469. n.10., & ſeqq., dec.39.n.7., & dec.521.num.12. p.14.; in Tudertina Cenſus 6. Martii 1693. §. Et ſanè, cor. bo.me. Urſino, & in Romana Cenſus 3. Junii 1697. § Addebant, cor. R.P. D meo Anſaldo.*

Tandem pro diminutione aſſis hæreditarii, computari non non poſſunt debita Juditæ, per Eleonoram ſoluta. Siquidem, excepto debito ſcut.900. favore Borgogelli: re-
8 liqua ſunt poſteriora credito, de quo agitur; & ſic bonificari non debent: dum cæteroquin conſtat, Eleonoram habuiſſe ſcientiam, quod alii creditores anteriores exiſterent; *de Marinis lib.2. reſol.105.n.9., Rot.cor.Bichio dec.469.n.10., & ſeqq., in rec.dec.39.n.7., & dec.521.n.12.p.14., in Tudertina Cenſus 6. Martii 1693. §. Et ſanè, cor.bo.me. Urſino, & in Romana Cenſus 3. Junii 1697. §. Addebant, cor. R.P.D.meo Anſaldo.*

Et ità, Utrâque &c.

ROMANA ASSOGIATIONIS, SEU CENSUS.

Veneris 1. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Cenſus impoſitus ſuper bonis alienari prohibitis abſque licentia Principis ſuſtinetur, ſi ſint elapſi ſeptuaginta anni, in quibus cenſus fuit obſervatus, nec à Principe intentata caducitas. Et ſuſtinetur etiam ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quando creatus fuit ab habente facultatem alienandi pro dimittendis debitis fideicommiſſi. Retentio allegari non valet pro ſolutione, in qua recipiens proteſtatus fuit, uti non poſſe juribus ceſſis contra ipſum neque in concurſu, neque ex credito poſteriori, neque pro melioramentis non liquidatis.

Hæc deciſio confirmatur infra dec. 203.

SUMMARIUM.

1 *Tres ſententiæ de jure conſtituunt rem judicatam.*

2 *Res judicata oritur ex negligentia in proſequendo appellationem intra biennium.*

3 *Biennio elapſo abſque proſequutione appellationis, etiam unica ſententia tranſit in judicatum.*

4 *Fortiùs ſi ſententiæ validitas juſtitiaque concurrat.*

5 *Aſſociatio denegari nequit ei, qui habet inſtrumentum cum clauſula conſtituti, & facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

6 *Cenſus conſtitutio nulla dici nequit ex eo quod ſtatutum ſine Principis aſſenſu, bonorum, quæ pro fundo ſunt conſtituta, alienationem prohibeat, cùm ſunt elapſi ab ejus conſtitutione ſeptuaginta anni.*

7 *Principis, ſeu Domini directi aſſenſus præſumitur interveniſſe in conſtitutione cenſus ſuper fundo ſine ejus licentia alienari prohibito per lapſum 70. annorum, & ex obſervantia cenſus, nec intentata à Principe caducitate.*

8 *Hæres habens à fideicommittente facultatem*

bona

Google

*bona alienandi pro extinctione æris alieni
pinguius conſulit fideicommiſſo, ſi cenſus
imponat ad eundem effectum.*
9 *Cenſus impoſitio eſt minor alienatio, quàm
bonorum venditio.*
10 *Retentio allegari non poteſt ex ſolutis ab eo,
cum quo recipiens proteſtatus fuit, non poſ-
ſe contra ipſum uti juribus ceſſis, neque in
concurſu.*
11 *Retentio allegari non poteſt pro totidem ſo-
lutis in dimiſſione legatorum adverſus cen-
ſum impoſitum pro dimiſſione debitorum
ejuſdem teſtatoris.*
12 *Creditores legatariis præferri debent.*
13 *Melioramentorum credito non liquidato
ſatis conſultum eſt cum reſervativa ju-
rium, poſtquam fuerint liquidata.*

DECISIO CXCIX.

PRo fructibus cenſus in ſorte ſcut. 600. per
Silvium Sambarucum, uſque ab anno 1615.
impoſiti ſuper domo in civitate Albani, fa-
vore Vincentii Martinioni : venerabilis lo-
cus Pius S. Euphemiæ, illius hæres obtinuit
anno 1685. à bo.me. R.P.D. Zaccaria, tunc
temporis d. Loci Pii Judice deputato, man-
datum de aſſociando ad poſſeſſionem præ-
fatæ domus fundi cenſiti : quod ſequenti an-
no 1686. in gradu appellationis exequi juſſit
R.P.D. Paraccianus : ac demùm, etiam in
tertia inſtantia, R.P.D. Vincentius, cum
clauſula tamen " Non amoto Domino Duce
„ Strozzio ceſſionario Dominici Sbordoni,
„ à poſſeſſione domus, pro rata ſcutorum
„ 130. ſolutorum venerabili Eccleſiæ San-
„ cti Marcelli ; & aliorum ſcutorum 240. ſo-
„ lutorum quondam Petro, ſive Vincentio
„ Paſquali. „ Ac reſervato poſſeſſoribus di-
ctæ domus jure conſequendi melioramenta
in eadem domo facta ; prout de jure liqui-
danda.

Rursùs autem provocantibus iiſdem poſ-
ſeſſoribus, cauſaque appellationis ad noſtrum
Auditorium delata : nil exindè bienni ſpatio
actum fuit. Quocirca, impetrata commiſſio-
ne exequutoriali præfixionis termini ad tran-
ſportandum acta, & poſt illius lapſum, ſe-
quuta tranſportatione : dubitavi hodie -- *An
conſtaret de tribus conformibus ; ſeu potiùs,
de re judicata.* -- Et pro Loco Pio informan-
te, reſponſum habui : *conſtare de re judicata.*

Iſta enim reſultat nedùm ex numero ſen-
1 tentiarum : quæ cùm ſint tres ex diſpoſitione
juris, rem judicatam conſtituunt ; *cap. Tua
nobis 65. de appellat., Clem. Ut calumniis, de
2 ſent., & re judic.* Verum etiam ex negligen-
tia in proſequendo appellationem intra bien-
3 nium : ex cujus lapſu, etiam unica ſententia
tranſit in judicatum ; per *Text. in cap. Ei qui
de temp. appellat., Rot. dec. 156. num. 1. p. 2., &
dec. 219. eod. n. p. 11. rec.*

Fortiùs concurrente validitate, & juſtitia
4 ſententiarum : quarum prima reſultat ex actis ;
& ſecunda promanat ab inſtrumento impoſi-
5 tionis cenſus continente clauſulam *Conſtitu-
ti*, ac facultatem capiendi poſſeſſionem pro-
pria auctoritate : quibus ſtantibus, aſſocia-
tionem deberi, nota ſunt jura ; & probat *Sa-
luſtius Tyber. in formular. inſtr. lib. 3. fol.
296. in princ.* ; & dixit *Rot. dec. 149., & dec.
150. utrobique n. 1. apud Cencium de cenſib.*

Quin ad illam retardandam attendi me-
reantur exceptiones, in præcedentibus in-
ſtantiis oppoſitæ : quod nempè, vel cenſus,
de quo agitur, ab initio fuerit nullus ; utpotè
impoſitus ſuper domo ſubjecta, nedum dire-
cto dominio Principis Albani, ejuſque ſtatu-
to, alienationem prohibenti ſub pæna cadu-
citatis : verùm etiam fideicommiſſo Franciſci
Sambaruci, ſimilem alienandi prohibitionem
præſeferenti ; vel quia, in omnem caſum,
poſſeſſoribus præfatæ domus competeret,
pro creditis anterioribus, retentio. Neutra
enim ex hujuſmodi exceptionibus ſubſiſtit.

Non quidem prima ſuppoſitæ nullitatis ;
quia, vel iſta deſumitur ex diſpoſitione Sta-
tuti : & in hoc non legitur abſolutè, ac ſim-
pliciter prohibita bonorum alienatio, ſed ſub
conditione, quod ſcilicet interveniat Princi-
6 pis aſſenſus : ideòque, cùm à die impoſitio-
nis, ut ſupra, ſequutæ anno 1615. uſque ad
7 tèmpus motæ litis, effluxerint anni 70, quo-
rum decurſu cenſus nunquam fuit ex hoc ti-
tulo impugnatus ; nec à Principe intentata
caducitas : jam patet, concurrere cum tem-
poris lapſu, obſervantiam pluſquam ſufficien-
tem ad præſumendum Domini directi con-
ſenſum ; ut in ſpecie probat *Alexander conſ.
113. ſub n. 9., & ſeqq. lib. 4., Corbul. de cauſ.
privat. ob alienat. limit. 31., Gabriel. de præ-
ſumpt. concl. 1. n. 2, Fulgin. de jur. emphit. tit.
de alienat. q. 1. n. 192., Rot. dec. 232. n. 7. part. 9.
rec.*

Vel nullitas deducitur, ex quo fundus cen-
ſitus, eſſet ſubjectus fideicommiſſo Franciſci
8 Sambaruchi : & minùs urget. Cùm enim te-
ſtator, pro ſolutione æris alieni, ab ipſo con-
tracti, facultatem conceſſiſſet hæredi alienan-
di bona fideicommiſſaria : utique potuit idem
hæres, vigore talis facultatis, cenſum impo-
9 nere : per quem, minorem alienationem feciſ-
ſe dicitur : ideòque teſtatoris voluntatem
pinguius adimpleviſſe ; ex firmatis per *Rot.
in Romana Cambii, 19. Januarii 1688. §.
Quod verò cor. clar. mem. Card. Caccia.*

Minùs ſubſiſtit exceptio retentionis ex tri-
plici credito allegatæ. Quatenùs enim perti-
net ad primum ſcut. 150. pro totidem Loco
Pio actori ſolutis per Horatium Speculum,
emptorem partis controverſæ domus in cau-
ſam fructuum cenſus, de quo agitur : ſatisfa-
cit animadverſio, quod Locus Pius, in actu
ſolutionis ſibi factæ ab eodem Horatio, tan-
10 quam tertio, nec approbato tanquam emp-
tore, præſervavit omnia jura ; & expreſsè
proteſtatus fuit, quod ſolvens, non poſſet con-
tra ipſum uti juribus ceſſis, neque in concur-
ſu : ac proindè, ſub prætextu præfatæ ſolu-
tionis, retardari nequit ſatisfactio crediti,
ab eodem fonte procedentis ; ut firmavit *Ro-
ta dec. 61. ſub n. 2. verſ. Quamvis, & ſeqq. p. 18.
rec.*

Si verò loquimur de ſecundo ſcut.300. ſo-
lutorum venerabili Eccleſiæ Beatæ Mariæ
11 Gratiarum Civitatis Albani, in ſatisfactio-
nem legati, à dicto Franciſco fideicommit-
tente relicti: & hoc eſt poſteriùs controver-
ſo cenſu, tamquam creato pro dimittendis
12 creditoribus ejuſdem fideicommittentis: qui
citra dubium, præferendi erant illius legata-
riis; ad *text. in l. ſucceſſores* 16. *C. Ad leg. falcid. l. ſi univerſæ C. de legat. Camercl. hoc tract. libr.6.cap.5.n.4, & ſeq.*

Si denùm ſermo eſt de credito melliora-
mentorum; quæ in controverſa domo ſacta
ſupponuntur: & cùm illa probata non fuerint,
13 nec in genere, nec in ſpecie: ſatis conſul-
tum fuit ex præſervativa jurium; poſtquam
illa fuerint liquidata; ut in *ſumm. informationis n.8.*; & dixit *Rot apud Merlin. de pignor.dec.81.n.23.cor.Cavaler dec.54.ſub.n.1., in rec.dec.48.num.16 p.7., & dec.109.num.20. part.13.*

Et ita, altera &c.

VICEN. SCRIBANIARUM, SUPER DECLARATORIA.

Luna 4. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Declaratoriæ non eſt locus, ubi non conſtat de poſitiva contumacia.*

2 *Contumacia excluditur ex eo quod adactur judicialiter proteſtatur, ſe mandatis rotalibus parere eſſe promptum.*

3 *Prætenſio adhuc non diſcuſſa à Rota prævia brevi deciſione reſervatur examinanda.*

DECISIO CC.

PEtente Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Vi-
cen. relaxari declaratoriam, ac reſpectivè
interdictum contra Notarium Vicariatus, ac
Reverendiſſimum Epiſcopum ejuſdem Ec-
cleſiæ; ſub prætextu quod uterque renuiſſet
parere litteris exequutorialibus noſtri tribu-
nalis: negativa prodiit reſolutio in Audien-
tia diei 21.Januarii currentis anni; ex eo ſi-
gnanter fundamento, quod non conſtaret de-
1 poſitivo ſpretu, & contumacia: quinimò con-
2 trarium præſeferret explicita, & judicialis
illorum declaratio, quod prompti eſſent Ro-
talium mandatorum paritioni; ut in *deciſione dicta die edita §. Cui enim.*

Quia verò in eadem deciſione fuit etiam
firmatum, quod Notarius Vicariatus, reci-
piendo inſtrumenta extra Civitatem, non
contravenerat mandatis Rotalibus; adeoque
pœnam declaratoriæ mereretur; &, vice
verſâ, Capitulum contendebat, id actum
fuiſſe, ac in poſterum etiam futurum fore; ut
fiat ad fraudandam rem judicatam: idcircò
3 Domini, in hodierna cauſarum relatione,
demandarunt mihi; ut, antequàm ſententiam
ferrem ſuper denegatione declaratoriæ, me-
di ante brevi deciſione, patefacerem, eorum
intentionis non eſſe præcludendi Capitulo
aditum, quominus valeat in ſuo congruo ju-
dicio articulum hunc examinandum propo-
nere: quinimò illius jura quæcumque ad hu-
juſmodi effectum præſervarem.

Et ita, partibus per memorialia auditis &c.

ROMANA CASTRI PORCILIANI, SUPER RESERVATIS.

Veneris 10. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſionem 183., quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus prædii debentur prælationem ad illud obtinenti tanquam adjudicatario contra emptorem à die facti depoſiti.*

2 *Fructus ſequuntur dominium bonorum.*

3 *Dominium à die adjudicationis tranſit in adjudicatarium.*

4 *Fructus debentur adjudicatario etiamſi retrahens pretium obtinuit.*

5 *Sola pretii oblatio non ſufficit in retrahente ad effectum faciendi fructus ſuos, niſi reale depoſitum ſubſequatur.*

6 *Fructus pendentes reddunt fundum pretioſiorem, & tanquam illius pars ſunt: ideoque prælationem obtinenti debentur.*

7 *Declaratur prælationem obtinenti deberi vel fructus à ſolo ſeparatos, vel maturatos, & de proximo colligendos.*

8 *Secùs alios præſertim civiles toto in decurſu maturandos.*

9 *Fructus civiles toto anni decurſu maturandi debentur deliberatario, qui pretium effectivè depoſuit, non verò retrahenti, qui pecuniam adhuc non ſolvit, juxta æquitatem* L. Curabit C de act. empt.

10 *Retrahenti debentur faſcinæ, quæ ante emtionem deliberatarii fuerant inciſæ, refectis tamen expenſis.*

11 *Tenuis ſubminiſtratio ſummæ facta ante deliberationem inciſoribus non concludit inciſionem ſequutum ante deliberationem, & quare?*

12 *Mentio facta in inſtrumento de aliqua re, reducitur ad illam, quæ de tempore illius ſtipulationis aderat, non ad aliam poſtea ſequutam.*

13 *Fructus pendentes tempore deliberationis dividendi ſunt inter deliberatarium, & illum qui poſtea retractum obtinuit*

14 *Temporis repartitio ad effectum conſequendi fructus, favore deliberatarii facienda eſt à die ſtipulati inſtrumenti deliberationis.*

15 *Declaratur procedere cùm ſtipulatio inſtrumenti protracta ſit ex culpa deliberatarii.*

16 *Limitatur ſi ex culpa alterius, qui prælationem prætendebat, quia in diviſione fructuum cum ipſo, favore deliberatarii incobarí*

Google

choari debet à die decretæ deliberationis.

17 *Inſtrumentum habetur pro ſtipulato, quando agitur in odium ejus, qui ſtipulationi impedimentum præſtitit.*

18 *Deliberatararius, extra ſuam culpam, depoſita pecunia, carere non debet fructibus rei deliberatæ.*

19 *Fructus à deliberatario percepti uſque ad diem, quo quis prælationem mediante pretii refuſione obtinuit, deliberatarii fiunt.*

20 *Et eos ratione dominii ſuos facit.*

21 *Fructus à deliberatario percepti ultimo anno, quo prædium reſtitui debet, ſunt dividendi pro rata temporis, qua quiſque poſſidet.*

22 *Declaratur procedere in fructibus pendentibus, non autem exactis.*

23 *Et auctoritates loquentes hanc diviſionem fieri etiam deberi de fructibus perceptis, tanquam contra communem non ſunt attendendæ.*

24 *Fructus pendentes de tempore reſtitutionis pro rata temporis, quo quiſque poſſedit, ſunt dividendi.*

25 *Fructus ſylvæ ceduæ regulandi ſunt ad proportionem anni legalis, quo cecidit inciſio, ut de aliis fructibus.*

26 *In ſylvis, quæ ſingulo novennio inciduntur hoc tempus pro uno anno habetur.*

27 *Sed locum habet in ſylvis, in quibus inciſiones ad ſingulos anno. diſtribuuntur, quia tunc illius ſylvæ fructus annales dicuntur, & prout cæteri annales dividuntur.*

28 *Utens bona fide, & abſque dolo mobilibus, & aliis rebus, quæ jure prælationis ab eo per tertium fuerunt retractæ, non tenetur ad compenſationem conſumptionis, quæ ex natura rei provenit.*

29 *Quam ſententiam non reprobare declaratur Emum D. Card.* Corradinum de Prælat. quæſt.27.

DECISIO CCI.

Diviſionem fructuum pendentium in tenuta Porciliani, de menſe Januario anni 1678., quo illius medietas adjudicata fuit Baroni Gavotto; faciendam eſſe pro rata temporis, inter ſucceſſorem adjudicatarii, & Baronem Aloyſium Mariam del Nero ad prælationem admiſſum, reſpondit noſtrum Auditorium in Audientia diei 13. Maii labentis anni. Huic autem reſolutioni non acquieſcente præſato Barone del Nero; deciſionis fundamenta, novo examini propoſui. Et reſponſum habui *in deciſis.*

Sane quod attinet ad primam deciſionis
partem, firmantem, fructus tenutæ, à die
ſequutæ adjudicationis, favore Baronis Ga-
votti uſque ad diem facti per Baronem del
1 Nero depoſiti; ad illum uti adjudicatarium
pertinuiſſe, nulla cadebat difficultas, dum
2 notæ ſunt juris regulæ, quod fructus ſequun-
tur dominium bonorum: quodque iſtud, à
3 die factæ adjudicationis, tranſit in adjudica-
tarium; ex notatis per *Salutium Tiberium
in prax.lib.7. cap.44. n.3., Poſth. de ſubhaſt.
Tom. I. inſpece.19. n.83., & ſeqq., & in Apend. ad inſpect.52. n.4., Rota apud eumdem dec.69. n.16.,* & probat *dec., quæ confirmatur §. Sin autem.*

Quin urgeret repetita exceptio, quod pre-
4 tium tenutæ, in actu petitæ prælationis, fue-
rit à Barone del Nero judicialiter oblatum:
ideoque adjudicatarius poſtea fructus ſuos
5 facere nequiverit: ſiquidem ſola oblatio non
ſufficit ad lucrandos fructus; niſi reale pecu-
niarum depoſitum ſubſequatur; juxta *deciſio-
nem 242. n.10. cor. Priolo*; aliaſque relatas in
præcedenti deciſione §. Non attenta.

Hinc tranſeundo ad ſecundam partem,
æque complectentem fructus a ſolo ſeparatos,
ac alios pendentes, & fundo annexos; & qui-
dem, tam anno 1678., quo fuit facta delibe-
ratio, quam de anno 1700., quo Baro del
Nero, vigore judicialiter obtentæ prælatio-
nis, poſſeſſionem tenutæ recuperavit; licèt
6 defenſores ejuſdem Baronis, reſpectu fru-
ctuum pendentium dicto anno 1678. in ho-
dierna quoque propoſitione repeterent, illos
reddidiſſe fundum pretioſiorem; ac tam-
quam in pretio tenutæ comprehenſos, ipſos
eſſe integraliter reſtituendos, ex pluribus
auctoritatibus ad id allegatis: placuit nihilo-
7 minus reſponſio, quod hujuſmodi propoſitio
locum ſibi vindicat, vel in fructibus à ſolo
ſeparatis; vel in aliis jam maturatis, ac de
proximo recolligendis; & in his terminis lo-
quuntur *Gomez ad leg. Taur. leg 70. nu. 29.
verſ. Sed his non obſtantibus, Barbat. de di-
viſ fruct. p.2.cap.6., n.1., Calvin. de æquitat.
lib.2. cap.163. n.11, Cal. de fruct. diſput.23.
8 art.4.n.21.* Secus autem in aliis, præſertim ci-
vilibus, toto anni decurſu maturandis: qui-
9 bus nimis incongruum, & irrationabile foret
privare, deliberatarium, qui pretium bono-
rum effectivè depoſuit; eoſque attribuere
ad commodum retrahentis; qui pecuniam
adhuc non ſolvit; contra æquitatem *text. in
l.curabit Cod. de act. empt.*, & animadvertit
præcedens *deciſ. §. Si autem, uſque ad §. Nec
obſtat in fine.*

Quo poſito, ſatis cenſuerunt Domini, ju-
ſtitiam miniſtraſſe Baroni del Nero, de man-
dando, ipſius favore reſtitutionem pretii me-
dietatis ſalmarum 19500: faſcinarum, ſive
10 forent veteres, ſive novæ; quas ante vendi-
tionem tenutæ, inciſas fuiſſe conſtiterat;
deductis tamen expenſis, à Barone Gavotto
factis pro illarum inciſione; ut firmat *ead. dec.
in §. Tranſeundo.* Abſque eo quod hujuſmodi
partitæ augenda foret medietas aliarum ſal-
marum 38600, ſub prætextu, qood hæc etiam
quantitas, de tempore deliberationis, inciſa
fuiſſet. Ex computo namque Bartholomæi
Gregorii inciſoris, conſtat inciſionem factam
fuiſſe de anno 1678., dum ibi dicitur -- *Con-
to del Caporal Bartolomeo Gregorii taglia-
tor della faſcina di Porcigliano &c. l. anno*
1678. Et quamvis æconomus, tunc temporis
11 deputatus à Congregatione Baronum pro
hac inciſione, ſolviſſet ante deliberationem
tenuem ſummam ſcut. 170. Non indè ſequi-

tur, quod eadem inciſio, poſt deliberationem
facta non fuerit: cùm novum non ſit, quod
hiſce laboratoribus, aliquali anticipata ſolu-
tione ſuccurratur, præſertim tenui; qualis
fuit illa ſcuta 170. habito reſpectu ad ſcuta
1290. 68., quæ exindè poſt adjudicationem
exegit inciſor.

Neque contrarium probant inſtrumenta
adjudicationis, & reſpectivè poſſeſſionis ap-
12 prehenſæ per Carolum deliberatarium, in
quibus fit mentio de faſcinis inciſis: dum
hæc generica expreſſio benè refertur ad
quantitatem 1900. ſalmarum; quæ tunc tem-
poris inciſæ reperiebantur; & quarum me-
dietatem Baroni del Nero; ut præmiſimus,
reſtituendam eſſe, dictum fuit. Sed intelli-
gendum non eſt de alia quantitate faſcina-
rum, quarum inciſionem, poſt deliberationem
ſequutam fuiſſe probatur.

Stabilita quantitate fructuum à ſolo ſepa-
ratorum de tempore deliberationis: ſucce-
debat examen aliorum eodem tempore
pendentium, & illorum reſpectu, rursùs cen-
ſuerunt Domini faciendam eſſe diviſionem
13 inter colligantes, pro rata temporis, quo
poſſederunt: cùm hæc ſit propoſitio jure ex-
ploſa; ex pluribus auctoritatibus relatis in
præterita deciſione §. *Quo vero.*

Non attenta replicatione, quod in omnem
caſum, repartitio temporis, favore Baronis
Gavotti, regulanda foret a die ſtipulati in-
14 ſtrumenti deliberationis; & ſic à men-
ſe Martio; non antè, à die decretæ deli-
berationis, de menſe Januario; ut firmat
15 eadem *deciſio* §. *Nec obſtat.* Objectum enim
vigeret, ſi à die decreti protracta fuiſſet in-
ſtrumenti ſtipulatio, ex culpa deliberatarii:
nec iſte in ea die pretium depoſuiſſet. At,
16 cùm pretium uſque ab initio depoſuerit; &
mora in ſtipulatione proceſſerit ex culpa, &
recurſibus Baronis del Nero: conſequens eſt,
17 quod inſtrumentum, reſpectu deliberatarii,
habendum ſit pro ſtipulato, in odium ejus, qui
præſtitit impedimentum; *Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 789. n. 51. & 52., Mangil. de ſub-
haſt q. 101. n. 12., Poſtb. eod. tract. inſpect. 17.
n. 96. & 97.*; & ponderat præcedens *deciſio*
§. *Nec obſtat.* Aliàs enim deliberatarius, qui
18 de ullo defectu notari non poteſt, amiſiſſet
fructus, pecuniæ jam depoſitæ, & contra
omnem æquitatem careret fructibus rei deli-
beratæ; ut animadvertit *Barbat. de diviſ.
fruct. p. 2. cap. 6. n. 4. cum ſeq.*; & *Modernus
Setinus de Prælat. q. 23. num. 9., & quæſt. 26.
num. 6.*

A fructibus, tam à ſolo ſeparatis, quàm
pendentibus dicto anno 1678., deſcendendo
ad alios anni 1700., quatenùs pertinet ad illos
à Barone Gavotto perceptos uſque ad diem
6. Julii, quo tenutam reſtituit Baroni del Ne-
ro, ad prælationem admiſſo, mediante pre-
19 tii reſtitutione: placuerunt Dominis funda-
menta deciſionis: quod Baro Gavottus ad re-
ſtitutionem non teneatur, cum eos ratione
20 Dominii, ſuos fecerit: ut, præter adductos
in *eadem deciſione* §. *Si autem in ſpecie*; no-
tat *Gall. de fruct. diſputat. 23. art. 4. n. 21.*

Non ſuffragante replicatione, quod hoc
intelligatur de fructibus annorum præceden-
tium; non autem ultimi anni, quo diviſio fru-
ctuum omnium, tam perceptorum, quàm
pendentium, fieri debet pro rata temporis;
juxta auctoritates *Scoppæ ad Gratian. deciſ.
166. n. 1., Gob. conſult. dec. 22. n. 1., Calvini de
æquit. c. 163 n. 10. & 11.* Ex lectura enim au-
22 ctoritatum, conſtitit, eas loqui dumtaxat
de fructibus pendentibus, ac non exactis: &
23 quatenùs id firmaſſent etiam quoad fructus
perceptos: attendendæ non eſſent, tamquam
loquentes contra communem, ac magis ve-
ram opinionem; de qua teſtantur auctorita-
tes relatæ in *præcedenti deciſione dicto* §. *Si
autem &c., Gall. de fructibus loco mox alle-
gato.*

Quatenùs verò ſpectat ad alios, reſtitutio-
nis tempore pendentes: militabat eadem ra-
tio habita reſpectu anni 1678.; ut ſcilicet il-
24 lorum diviſio facienda ſit inter collitigan-
tes pro rata temporis, quo poſſederunt; ex
auctoritatibus lato calamo congeſtis in *præ-
terita deciſione* §. *Quo verò ad fructus pen-
dentes, &* § *ſequen.*

Hoc addito ad ejuſdem deciſionis declara-
tionem in §. *eadem*, reſpiciente partitam in-
ciſionis ſylvarum, factæ à Barone del Nero,
poſt recuperatam tenutæ poſſeſſionem; ut ſci-
25 licet illius pretium regulandum ſit ad pro-
portionem anni legalis, quo cecidit inciſio,
eo modo, quo ſtatuta fuit diviſio circa reli-
quos fructus. Quamvis enim in præfata deci-
ſione dictum fuerit, habendam non eſſe ra-
26 tionem ſolius ultimi anni, ſed integri noven-
nii; eo quia in ſylvis ceduis (qualis eſt illa
Porcilliani) ad novennium locari ſolitis: hoc
tempus pro uno anno reputetur; ex pluribus
auctoritatibus ibidem congeſtis in *d.* §. *Ea-
dem.* Attamen, quia conſtitit hodie, inciſio-
27 nes in controverſa tenuta diſtributas fuiſſe
in ſingulos annos; ut in *ſumm. Baronis del
Nero dato in præterita propoſitione num. 15.*:
conſequens eſt, quod earum fructus repu-
tandi ſint annuales; ac de iſtis, prout de cæ-
teris, veniat judicandum.

Quod demùm attinet ad reaptationem
cymbæ, ac reintegrationem mobilium, à
Barone del Nero petitam: ex quo illarum
deterioratio, ab uſu Baronis Gavotti proceſ-
ſit: tranſierunt Domini pro negativa reſolu-
tione, cum eiſdem fundamentis præteritæ
deciſionis; quod nempe, cùm dictus Baro
28 Gavottus illis uſus fuerit ad uſum deſtina-
tum bona fide, & abſque dolo: conſumptio
proveniens ex natura rei, non debet eidem
imputari; ex *Tiraquello*, & aliis in deciſio-
ne relatis §. *His ita*; quibus non adverſatur
29 *modernus Setinus de prælation. q. 27. n. 40.*:
quia, licèt iſte, contrarias rationes ponderet:
in fine tamen ait, quod non audet recedere
ab opinione *Tiraquelli.*

Et ita, in reliquis approbando deducta in
præfata deciſione, reſponſum fuit, omnium
Dominorum ſuffragio, utraque &c.

PERU-

PERUSINA PECUNIARIA.

Lunæ 5. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Muller major neceſſe non habet ſolemnitates adhibere de jure in contractibus, ubi ſtatutum contrarium non diſponit, præſertim neceſſariis. In donatione juramento munita, aut non verè tali non ſunt ſervandæ ſolemnitates, *L. Donatio 25. C. de donat.* Numeri in libris ex quibus ratio reddita fuit, immutati non cenſentur ab eo, qui potuit ad libitum partitas non deſcribere antea, vel poſt redditam rationem apud ſe non habuit, præſertim ſi ultimus numerus productus integer, & non corruptus appareat.

SUMMARIUM.

1 *Exequutio inſtrumenti claram præſeferentis obligationem denegari non poteſt.*
2 *Mulier major opus non habet adhibere ſolemnitates in ſuis contractibus.*
3 *Quod procedit de jure communi, ubi à jure municipali aliquid in contrarium non decernitur; ut eſt Peruſiæ.*
4 *Solemnitates in contractu cum muliere poſſunt omitti, quando agitur de actu neceſſario, prout eſt in diſſolutione ſocietatis.*
5 *Ad donationis validitatem ſervanda eſt forma* Text. in L. Donatio 25. C. de donat., *ideſt donatarii, & teſtium ſubſcriptio &c.*
6 *Limitatur quando donationis inſtrumentum juramento munitur.*
7 *Potiſſimè ſi donatio non eſt omninò gratuita, ſed remuneratoria.*
8 *In donatione non verè tali non requiruntur ſolemnitates,* L. Donatio 25. Cod. de donation.
9 *Nomina debitorum præſumuntur exigibilia, cùm nulla detur probatio inſufficientiæ, juxta praxim relatam ex* Olea de ceſſ. jur. tit. 7. q. 3. n. 374.
10 *Alteratio librorum, ut novæ recognitionè demandata ſit, poſt ſemel redditam rationem probanda eſt proveniens ex parte illius contra quem nova computorum ſolidatio requiritur.*
11 *Partitas alteraſſe non præſumitur ille in cujus facultate erat quas vellet non aduotare.*
12 *Libri alterati præſumuntur ab eo, apud quem exiſtunt.*
13 *In computatione, cùm numerus finalis, ſeu productus non eſt immutatus, eo minùs reliqui marginales, ſeu producentes dicuntur immutati.*

DECISIO CCII.

Diſſolutâ per obitum Cæſaris anno 1697. ſocietate, ſuper negocio fundacali contracta cum Conſtantio Mariottino: Julia defuncti ſoror, & hæres, prævio bilancio, cum peritorum interventu exarato, faſſa fuit, mediante publico inſtrumento, nedum redditam fuiſſe à Conſtantio rationem: verùm iſti, pro tertia parte utilium, debita eſſe ſcuta 1734. 55., quorum ſolutionem, unà cum aliis ſcutis 365. 44. donationis titulo ſuperadditis, in termino trium annorum, ſub Camerali obligatione promiſit: pacto adjecto, quod reſervati cenſeretur errores hincindè reperiendi in libris; *intra terminum tamen unius anni, & non plus ultra* (ſunt verba inſtrumenti) *quia ſic &c., & non aliàs &c. ſumm. Conſtantii n. 2.*

Labente jam primo anno, Catharina hæres teſtamentaria dictæ Juliæ, interim defunctæ, genericè interpellavit, quod in ſolidatione computorum, errores irrepſerant: nullâ tamen factâ illorum individuali expreſſione: ac deindè per aliud ferè biennium, ſilvit, uſquequo promiſſæ ſolutionis dies imminebat; utque illam evaderet, prævenit in judicio, petendo redditionem rationis coram A. C. Sed producto per Conſtantium bilancio cum ſubſequnto inſtrumento, ad probandum rationem jampridem fuiſſe redditam: nil ultra egit: ſolùmque deindè ad ſolutionem pulſata, petiit electionem periti, quam licèt obtinuiſſet ad effectum recognoſcendi, & referendi ſuper aſſertis erroribus: attamen, exhibitâ per peritum relatione prætenſorum errorum excluſiva: condemnata fuit hæreditas dictæ Juliæ ad ſolutionem in inſtrumento promiſſam. Cùmque ad provocationem factam à Catharina Signatura Juſtitiæ cauſam mihi commiſerit cum clauſula *Si quid exequendum*: idcircò, ad iſtius normam, dubicavi hodie: *An mandatum A. C. ſit exequendum*; & *affirmativa* prodiit reſolutio.

Suppoſitâ namque mandati validitate; utpotè ab actis reſultante, juſtitiam ſuadebat publicum inſtrumentum ſolidationis computorum; ut ſupra ritè, ac rectè ſtipulatum; cla-
1 ram præſeferens obligationem Juliæ: adeout exequutio denegari non poſſet; per *tex. in l. 2. C. de exequut. rei judicat.*, *Rota dec. 65. n. 18. part. 10., dec. 757. n. 1. part. 18., dec. 182. pariter n. 1., & dec. 369. n. 4. part. 19. rec.*

Quin urgeret exceptio nullitatis obligationis aliàs propoſita: & ex eo deſumpta, quod in præfato inſtrumento, nullæ ſervatæ fuerint ſolemnitates. Cùm enim ageretur de mu-
2 liere majori; neceſſaria non erat in illius contractu ſolemnitas aliqua, ſive attendatur jus commune; ut notat *Cardinalis de Luca de donat. diſc. 28. n. 6.*, & firmavit *Rota dec. 238. n. 13. p. 6., & dec. 321. n. 5. p. 14. rec.*. Sive jus
3 municipale; dum Statutum Peruſiæ, hujuſmodi mulieribus nullas præſcribit ſolemnitates; ut dixit *Rota dec. 54. n. 12. poſt Gilian. ad Statut Peruſ.* Et tamen, quando etiam aliquo jure fuiſſent requiſitæ: omitti nihilo-
4 minus poterant in hypotheſi, qua agebatur de diſſolutione ſocietatis; & ſic de actu neceſſario, *Jaſ. in l. Si unus §. Pactus n. 29. ff. de pact. Roman. conſ. 394. ſub n. 3. & 4., Tiraquell. de Leg. connub. gloſ. 8. ſub n. 187., Rota coram Cerro dec. 600. n. 3. & 4.*

Prout non relevat, quod in eodem inſtrumento,

mento, ultra diviſionem utilium, cohærentem actui neceſſario diſſolutionis ſocietatis; contineatur etiam donatio ſcutorum 365.44.;
5 ad cujus validitatem ſervanda eſſet forma tradita per *text. in L. Donatio la 25. C. de donat.*; quod actum non fuit, dum in illo, tam donatricis, quàm teſtium ſubſcriptio de-
6 ſideratur. Hujus namque ſolemnitatis omiſſio nullitatem operari nequit in præſenti, quo inſtrumentum juramento munitum reperitur; ex notatis per *Card. de Luca de donat.*
7 *diſc.40. ſub n.8.* Potiſſimè, cùm agatur de promiſſione non omninò gratuita; ſed facta in remunerationem fideliter geſtæ adminiſtrationis; adeout dici poſſit non vera donatio: & per conſequens hujuſmodi ſolemnitatibus
8 minimè ſubjiciatur; *Feuzonius ad Statut. Urb. cap.149. n.15.*, *Rota dec.488. n.7. p.t. diverſ.*; ubi quod donatio remuneratoria eſt potiùs permutatio quædam, ac titulus oneroſus.

Minoris erat relevantiæ objectum, quod inter effectus negocii, à Conſtantio dimiſſos, adeſſent plura nomina debitorum, decoctioni proxima; quæ hodie reddantur inexigibilia. Siquidem ultra quod Conſtantius ad illorum exigibilitatem ſe non adſtrinxit; novumque non eſt, quod in negociis mercantibus remaneant debitores intricati, & non ſolvendo; potuerintque iſti, tamquam tales, in ſolidatione computorum conſiderari: ſatis erat, ad eliminationem objecti, reſponſio,
9 quod, cùm nulla detur probatio inſufficientiæ, per diligentias factas contra debitores; juxta praxim relatam per *Olea de ceſſ. jur. tit 7. q 3. n.37* urget in contrarium præſumptio pro exigibilitate; *Cencius de cenſ. q.72. verſ. prima eſt*, *Rota apud eumdem dec.476. per tot*, & *dec.477. n.2.*

Sicut autem præmiſſa, inepta videbantur ad retardandam exequutionem mandati: ita nec ad protrahendam cauſæ reſolutionem, viſa fuit admittenda nova electio peritisquam defenſores Catharinæ poſtulabant; ſub prætextu, quod libri mercantiles alterati fuerint; ac immutatæ partitæ in illis appoſitæ; præſertim in numeris marginalibus; undè emergat error in quantitate ſcutorum 900.,
10 & ultra Ut enim ſuppoſita librorum alteratio profutura foret; probari deberet illam, ex parte Conſtantii, ſequutam fuiſſe. Quod tamen redditur inveriſimile, ac impoſſibile. Si enim loquimur de tempore ante diſſolutionem ſocietatis: & neceſſe non habuit Conſtantius alterare libros ad fraudendum conſo-
11 cium: dum exercendo liberam, ac independentem negocii adminiſtrationem, poterat in eis partitas ad ſui debitum non adnotare. Si verò reſpicimus tempus poſt diſſolutam ſocietatem anno 1697. Et, cùm in ipſo inſtanti diſſolutionis, hujuſmodi libri reſtituti fuerint Juliæ; apud quam & Catharinam ejus
12 hæredem ſemper deindè remanſerunt; ſi quæ concurrit alteratio, præſumptio eſt contra eum, qui libros retinuit. Animadvertendo ſignanter, quod ipſamet Catharina fatetur, numerum finalem computativum præcedentium ſummarum, non eſſe immutatum: ideòque tantò minùs dici valet, antecedenter partitas fuiſſe à Conſtantio alteratas.

Et ita, partibus auditis, reſponſum fuit &c.

·%b.

ROMANA ASSOCIATIONIS, SEU CENSUS,

Lunæ 12. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſionem 199., quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Aſſociatio creditoribus anterioribus retardari non poteſt ex juribus creditorum poſteriorum.*

2 *Retentio in bonis fideicommiſſi fieri nequit ob extinctionem debitorum contractorum ab hærede gravato.*

3 *Obligatio patris an cenſeatur interveniſſe in ſocietatibus à filio contractis, in quibus non reperitur expreſſa?*

4 *Filius ſub patria poteſtate conſtitutus validè contrahere nequit*, ex Sat. Urb. lib.3. cap. 1.2

5 *Retentio in bonis fideicommiſſi fieri poteſt, cauſa extinctorum debitorum hæredis gravati, ex juribus illius legitimæ.*

6 *Legitima detrahi debet ante omnia legata.*

7 *Nec ex juribus legatorum poteſt opponi retentio adversùs habentes jura legitimæ.*

8 *Legitimæ detractio non competit, ob non confectum inventarium, ex cujus defectu omittitur potioritas ex jure legitimæ.*

9 *Declaratur concluſionem non procedere, niſi copulativè cum omiſſione confectionis inventarii concurrant alienationes tales, quæ conſumptionis præſumptionem inducant.*

10 *Habens jura dotalia mulieris anterioris venit præferendus legatariis.*

11 *Mulier hæres uſufructuaria inſtituta, ſi inventarium non confecit, de ſuo credito dotali ſatisfacta præſumitur.*

12 *Uſusfructus relictus mulieri per exiſtentiam filii hæredis inſtituti, ceſſantibus conjecturis, reſolvitur in purum legatum alimentorum, ex conſuetudine Bulgari communiter recepta.*

13 *Mulier relicta alimentaria non tenetur ad confectionem inventarii, nec ex ejus omiſſione de ſuo credito dotali ſatisfacta præſumitur.*

14 *Melioramentorum prætenſioni, cum pro illis non eſt juſtificatum quid, & quantum impenſum, ut refici poſſit quid minus; ſatis cautum dicitur mediante præſervatione jurium.*

15 *Impenſæ propter reparationes non ſunt reficiendæ, nam illorum onus ad poſſeſſorem pertinet.*

DECISIO CCIII.

Funda-

FUndamentum deciſionis editæ coram me
die 1 Julii labentis anni, qua favore vene-
rabilis Loci pii S. Euphemiæ, tunc ſolimi in-
formantis, reſolutum fuit, conſtare de re ju-
dicata pro exequutione mandati de aſſocian-
do ad poſseſſionem domus controverſæ: Do-
mini hodie auditis etiam fratribus de Euge-
niis, poſseſsoris jura tuentibus adhuc ſubſi-
ſtere agnoſcentes, reſponderunt, *Standum
eſſe in deciſis.*

Reperita enim exceptio retentionis ex cre-
ditis anterioribus, iterùm viſa fuit non rele-
vare: dum, ſi loquimur de ſcutis 130 ſolutis
venerabili Eccleſiæ S. Marcelli de Urbe;
aliiſque ſcutis 240. exburſatis Vincentio
Paſquali: jam pro iſtis ſententia R.P.D.Vin-
centini retentionem admiſit; demandando
exequutionem præcedentium ſententiarum,
cum clauſula -- *Non amoto poſſeſſore* -- pro
dicta ſumma ſcutorum 370., ut habetur in
principio præteritæ deciſionis. Si verò ſermo
eſt de ſcutis 200. ſolutis Reverendæ Fabri-
cæ; ac etiam de ſcutis 300. Eccleſiæ B. Mariæ
Gratiarum, pro legato facto per Franciſcum
Sammaruccum fideicommittentem; & cùm
iſta ſint poſteriora creditoribus dimiſſis cum
1 pretio cenſus; de quo agitur: retardari non
poteſt petita aſſociatio; ad *text. in L. Credi
tor 22. ff. Qui potior, in pignor. hab.*, & dixit
*Rota dec. 343. n 8. p. 6., & dec. 243. n. 18. p. 11.
rec.* & alibi paſſim.

Non attentâ reſponſione, quod non pro-
2 betur, pecunias ad cenſum, ut ſupra, ſuſcep-
tas, ceſſiſſe in extinctionem debitorum fidei-
committentis. Quinimò conſtet de contrario;
dum ſocietates officiorum, cum pecuniis cen-
ſualibus extinctæ, duabus exceptis, contra-
ctæ fuerant à Silvio filio, non autem à Fran-
3 ciſco fideicommittente. Siquidem, quidquid
ſit, an obligatio patris præſumatur interve-
niſse etiam in aliis ſocietatibus; in quibus
non reperitur expreſsa; ex quo Silvius, tunc
4 temporis, reperiebatur ſub patria poteſtate:
nec ei alloquin validè contrahere permitte-
batur; juxta diſpoſitionem Statuti Urbis *lib.
1. cap. 152.*, & in ſpecie dixit *Rota dec. 106.
per tot. cor. Pentingerio.* Satis erat ad elimi-
5 nationem objecti animadverſio, quod Silvio
dicti cenſus impoſitori competebat in bonis
6 Franciſci ejus patris legitima: quæ detrahi
debet ante omnia legata, etiam pia; per *text.
in l. Scimus §. Repletionem C. de inoffic. te-
ſtam., & in l. Papinianus §. Quarta ff. eodem,
Alexander conſ. 41. n. 11. lib. 1, Peregrinus
conſ. 95. n. 2., verſic. Et quia lib. 4., Merlin.
de legitim lib. 2. tit. 1. qu. 19 n. 2., Torres de
pact. futur. ſucceſ lib. 1. cap. 8 n. 26., Rot dec.
539. n. 6, cor Gregorio, dec 420. n. 1. in med.
p. 4. tom 1., & dec. 263. n. 2. p. 11. rec.* Ideòque
non poſſunt fratres de Eugeniis, propter le-
7 gata, ut ſupra, ſoluta, retentionem oppone-
re adverſùs Locum pium S. Euphemiæ, ſuc-
ceſsorem in dicto cenſu: cui, ex juribus di-
ctæ legitimæ, potioritas juris aſſiſtit.

Quin urgeat replicatio, quod ſtante omiſ-
8 ſione inventarii, non competeret Silvio de-
tractio legitimæ; ac propterea eeſset privile-
gium potioritatis, ab illa deſumptum. Regu-
9 la enim eſt, quod ſolus inventarii defectus,
detractionem legitimæ non impedit; niſi co-
pulativè concurrant alenationes, quæ hic
non probantur, & quæ conſumptionis præ-
ſumptionem inducunt; ut, de veriori opi-
nione, teſtantur *Bartol. in auth. Sed cum te-
ſtator n. 11 C. Ad leg. falcidiam, Caſtr. in l.
Ab omnibus 107. § fin. n. 2. ff. de legat. primo,
Rota dec. 235. n. 30. cor. Alexandro VIII.,
dec. 192. n. 2. cor. Cavaler. dec. 32 n. 7. & 8.,
cor. Bichio, dec. 835. n. 10. cor. Emerix, in Ca-
merinen. Cenſuum 20. Martii 1699. §. Eoque
magis; & 2. Decembr. eod. anno §. Nec peri-
tia in fine cor. R.P.D. meo Pio, & in nullius,
ſeu Terræ Pontiani cenſus 21. Februarii pro-
ximè præteriti §. Firmata, cor. me.*

Præter hoc potioritatis fundamentum, fa-
vet loco Pio etiam aliud anterioritatis, de-
ſumptæ ab obligatione Portiæ uxoris fidei-
committentis, inſolidum obligatæ in contro-
10 verſo cenſu. Cumque illius jura dotalia, ci-
tra dubium, ſint anteriora ſupradictis lega-
tis: veniunt illis præferenda; ad *text. in Cap.
Qui prior 54. de regul. jur. in 6.*

Non relevante, quòd ipſa fuerit inſtituta
11 hæres uſufructuaria; & inventarium non
confecerit; ideòque de ſuo credito ſatisfacta
præſumatur. Cum enim per exiſtentiam filii
12 hæredis, in proprietate inſtituti, uſusfru-
ctus ceſſantibus conjecturis, reſolutus fuerit
in purum legatum alimentorum; juxtà con-
ſuetudinem Bulgari communiter receptam;
& per hoc Sacrum Tribunal ſæpiùs appro-
batam; de qua *Bartol. in l. Sicut in annos
num. 1. ff. Quibus mod. uſufruct. amit., Cy-
riac controverſ 242. num. 3., Theſaur. q. 54.
num. 1. lib. 1., Surdus de Aliment. tit. 2. qu. 8.
num 1., Mantica de Conject ultim. voluntat.
lib. 9. tit. 7. num. 1. cum ſeqq., Rota dec. 460.
num. 7., & 17. coram Gregorio, & deciſ. 145.
num. 20., & 21. coram Alexandro VIII.* In-
13 de ſequitur, quòd, tamquam alimentaria,
non tenebatur ad conficiendum inventarium:
& per conſequens deficit etiam ratio præ-
ſumptæ ſatisfactionis; ut notat *Soccin. Jun.
conſ. 99. n. 15., & 16., Raynald. Jun. conſ. 322.
num. 12. vol. 3.*

His autem poſitis, iterùm ineſſicax appa-
ruit præſidium allegatæ retentionis ex cauſa
alimentorum: quorum probatio numquàm
facta fuit etiamſi coram bo. me. R.P.D Zac-
charia Judice delegato primæ inſtantiæ præ-
fixus fuerit terminus ad illa liquidanda; Ideò-
14 que, cum non conſtet, quid, & quantum
fuerit impenſum; ut refici poſſit quid minus;
ad *Text. in l. In fundo*, ubi *Bartol. ff. de Rei
Vindicat.*, & firmavit *Rot. dec. 387. num. 4.
coram Emerix*: ſatis pro illis cautum fuit me-
diante præſervatione jurium, contenta in di-
cta ſententia R. P. D. Vicentini; *Rot. coram
Cavalerio deciſ. 304. num. 16, & 17., dec. 48.
num. 16. part. 7., dec. 109. num. 20. part. 13. re-
cent.. In Avenionen. Primogeniture, 18. No-
vembris 1701. §. Ex his coram R.P.D. de la
Tremoille*

Tremoille; *& in Romana Fideicommiſſi*, 22. *Junii* 1693., *& 29 Martii* 1694., *utrobique §. Finali, coram Rm̃o D. meo Decano.* Tantò magis quia informes probationes ad hunc effectum adductæ, potiùs concludunt fuiſſe reaptationes, quàm melioramenta: quæ
15 ideò non veniunt reficiendæ; cùm illarum onus ad poſſeſſorem pertineret; juxta *Text. in l Ex duobus Fratribus ff. de Negoc. geſt.*, *Rot. deciſ.* 834. *num* 12. *coram Buratto*, *& deciſ.* 237. *num.* 2. *part.* 16. *rec.*

Et ità, prætermiſſis aliis, quibus ſatisfacit præcedens deciſio; reſponſum fuit, Utrâque &c.

ROMANA VINEÆ, SEU HORTI.

Ven. 13. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra dec. 77., & 134., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum conſtitutum in credito quantitativo non impedit diſtractionem bonorum.*

2 *Prædium præſumitur liberum, quod in inventario tanquam tale fuit deſcriptum*

3 *Satisfactus de quantitate in fideicommiſſo quantitativo prædium exigere non poteſt.*

4 *Bona donata contemplatione matrimonii ſpecialiter affecta, & hypothecata remanent pro dote.*

5 *Mulier de ſua dote ſatisfacta ſuum creditum dotale non poteſt ampliùs allegare.*

6 *Satisfactio dotis ſequuta, poſtquam jura dotalia in alium tranſlata fuerunt, tranſlatario nocere non poteſt.*

7 *Permutatio bonorum fideicommiſſo utilis fieri poteſt.*

8 *Utilitas permutationis dignoſcitur vel à receſſu à lite ſuper re permutata, vel à malo ejus ſtatu, & meliori valore rei, cum qua ſit permutatio.*

9 *Permutatio per plures actus judiciales à fideicommiſſario conſcio fideicommiſſi, qui inſuper poſſedit rem in permutationem acceptam; expreſsè approbata cenſetur.*

10 *Qualitas hæreditaria efficit actus à defuncto geſtos ab hærede impugnari non poſſe.*

DECISIO CCIV.

TAmetſi fratres de Caetanis, in relatione cauſarum, habitâ 5. Julii 1700. obtinuiſſent audiri adversùs *deciſionem* editam 5. *Martii* 1700.; qua firmatum fuerat, retentionem controverſæ vineæ, ab ipſis allegatam, ex titulo donationis à Lavinia factæ favore Scipionis, admitti non poſſe. Attamen uſque ad hodiernam Audientiam expectati; & priùs aſſiduis intimationibus laceſſiti, neglexerunt ſua Jura deducere. Ideòque Domini reſponderunt: Standum eſſe *in ultimo loco deciſis*.

Iterùm namque cenſuerunt, in donatione, ut ſuprà, facta per Laviniam, contineri ſolùm quantitatem ſcut. 10. m. poſt ejus obitum ſolvendorum filiis naſcituris ex matrimonio inito per Scipionem cum Iſabella de Maximis. Ideòque vineam rectè potuiſſe à Mutio hærede Laviniæ, uti liberam, permutari: cùm
1 fideicommiſſum, in donatione conſtitutum, caderet ſolùm in credito quantitativo: itàut bonorum diſtractionem non impediret; ut firmat præcedens deciſio §. *Tum etiam*.

Quodque de facto eadem vinea ſemper
2 fuerit reputata libera ab ipſomet Mutio, demonſtrat inventarium bonorum Scipionis; in quo ea, tanquam hæreditaria iſtius, deſcripta legitur; & ſucceſſivè adnotatum creditum fructuum de Caetanis, in ſumma ſcutor. 10. m. *Summario dato pro Maximis in præterita propoſitione Num.* 10.. Hanc autèm ſummam, dum poſteà exegerunt ex bo-
3 nis liberis Mutii, ad eos, tamquàm deſcendentes, delatis; ac ſe ſe ſatisfactos de donatione vocarunt; ut in mox citato *Summario Num.* 5.; non eſt cur vineam petant ejuſdem donationis prætextu; ut firmat eadem *deciſio in §. Tum ètiam*.

Et tamèn, etiamſi per hypotheſim, vinea fuiſſet fideicommiſſo ſubjecta: nihilominùs, cum permutationi acceſſerit Iſabella Mutii mater, & ſuæ dotis creditrix in ſumma ſcu-
4 tor. 12. m. benè potuit de illa, tamquam libera, diſponi: dum, vigore præcedentis donationis, factæ contemplatione certi matrimonii; dubium non eſt, quòd pro dote, ſpecialiter affecta, & hypothecata remanſerat; *Cardin. de Luca de Donat diſc.* 6. *num.* 7., *Rota dec.* 271. *num* 2. *part* 15. *rec.*, cum aliis relatis in *deciſione, quæ confirmatur § Verum*.

Non ſubſiſtente reſponſione data in memoriali pro nova audientia, quòd Iſabella fuerit de ſua dote ſatisfacta: ideòque illius
5 creditum nequeat ampliùs allegari. Tùm, quia de ſuppoſita ſatisfactione, in actis non conſtat; ut reſponſum fuit in *præcedenti deciſione*, §. *Neque, in fine, & §. ſequen.* Tùm,
6 quia, in omnem caſum, jura ad hunc effectum indicata concluderent ſolùm, illam ſequutam fuiſſe anno 1622., & ſic poſtquam jura dotalia tranſlata fuerant in actores Monaſterii, ex præfata permutatione, inita de anno 1621. dicto *Summario num.* 3. adeòut factum ſubſequutum ei nocere non potuerit.

Quæ facilliùs procedere videbantur, pon-
7 derando, permutationem fuiſſe, in omnem caſum, fideicommiſſo proficuam: dum vinea, de tempore permutationis, devaſtata reperiebatur ab effoſſionibus factis per Fontanam; cui locata fuerat à Lavinia: & jam vigebat lis cum ipſo conductore ſuper reductione in priſtinum: cujus eventus pendebat ab intelligentia inſtrumenti locationis; factæ ad præciſum effectum effodiendi lapides, *dict. Sum-*
8 *mario num.* 2.. Ideòque, ſivè conſideretur receſſus à lite, ſivè certiùs, malus ejuſdem vineæ ſtatus; ferè nullos ampliùs reddentis fructus; & major, viceverſâ, valor domus, in permutationem traditæ annui redditus ſcut.

ſcutor.52.jamindè aſſequimur,utilitatem permutationis negari non poſſe ; ut firmat præcedens deciſio §. *Hiſce utilitatis*, cum tribus *ſeqq.*

Ac demùm animadvertendo , eoſdem fratres de Caetanis , quantùmvis non ignaros fideicommiſſi , per plures actus judiciales controverſam permutationem approbaſſe : quin immò domum , in permutatione receptam , poſſediſſe . Undè , vel poſſeſſio refer-
9 tur ad titulum fideicommiſſi ; & ecce approbatio expreſſa ; & ex facto proprio fideicommiſſariorum reſultans : vel ad titulum hæreditarium Iſabellæ , ac Mutii permutantium (cum ad alium referri non poſſit:dum ex bonis liberis dicti Mutii patris, faſſi fuerunt habuiſſe ſcut.14.m.) & hujuſmodi qualitas hæ-
10 reditaria obicem præſtat impugnationi actus , à defuncto geſti ; ut notat præfata deciſio § *Finali*.

Et ita , altera &c.

TIRASONEN. PRIORATUS SUPER DECLARATORIA.

Veneris 13. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Sententia ſuper incurſu cenſurarum ferenda eſt in contumacem, & in obedientiam mandatis rotalibus, in quibus expreſſa legitur cenſurarum comminatio , cum illæ perſonaliter ad notitiam fuerint deductæ , & ſervatis omnibus terminis de ſtylo ſervandis parere recuſet .*

DECISIO CCV.

LAtis ab hoc Sacro Auditorio tribus ſententiis adjudicantibus favore Joannis Magnas , prioratum eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ Civitatis Burgiæ: ac, in gradu reſtitutionis in integrum , taxatis à bo. me. Urſino expenſis in cauſa factis : & ſucceſſivè decretâ coram me exequutione mandari pro illis, adversùs Antonium collitigantem relaxati:expeditę,juxtà morem,fuerunt litterę exequutoriales : quarum vigore , citato priùs domi, & per edicta , inter Miſſarum ſolemnia, & per loca publica civitatis , eodem Antonio, tunc temporis latitante ; ipſoque deindè reperto , perſonalitèr etiam citato ad docendum ſe paruiſſe: cùm , uſque adhùc, de paritione doctum non fuerit : Domini hodiè, ſub conſueto dubio conſulti , reſponderunt: *concedendam eſſe declaratoriam , præfixo novo termino unius menſis .*

Cùm enim in mandato Rotali expreſſè le-
1 gatur cenſurarum comminatio : illique perſonalitèr ad notitiam deducto : lapſis jam omnibus terminis , de ſtylo ſervatis , Antonius minimè paruerit: conſequens eſt; ut contra eum , utpotè contumacem, & inobedientem , ferenda ſit ſententia ſuper incurſu cenſurarum ; ad hoc , ut parendo reſipiſcat ; *Veſtrius in Prax. libr.8. cap. final. nu.19., Rota deciſ.254. ſub num. 3 part. 6., deciſ.137. num.3., & ſeq. part.19. recent., in Urgellen. ſervitutum , ſuper declaratoria , 12. Januarii 1699. §. Relaxationi coràm me, & in Leodien. Canonicatus , ſuper declaratoria 11. Martii 1701. §. Non enim coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Et ità , Joanne ſolùm audito , Antonio verò non comparente ; reſolutum fuit &c.

LYCIEN. CAPPELLANIÆ.

Lunæ 16. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.
Habens idem cognomen non ideo venit ſub nomine conſanguineorum fundatoris, quibus juspatronatus paſſivum ad Capellaniam fuerat relictum , cui quamvis Sacerdoti præfertur Clericus de conſanguinitate . Nec ab excluſione conſanguinitatis in jurepatronatus activo inferri poteſt ad paſſivum , uti ſatis clarè, & nonniſi cum inſtantanea correctione eadem voluta eſt.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium , ſeu Capellania adjudicanda eſt ei, in quem qualitates à Fundatore requiſitæ concurrunt , non verò cui iſtis non pollet .*

2 *Deſcendentia plenè probatur per teſtes de ea per gradus diſtinctos deponentes .*

3 *Aptior ad Capellaniam cenſetur , qui ab ordinario talis ex examine renunciatur.*

4 *Sacerdos de eadem familia vocatus ad Capellaniam eſt ſimplici clerico præferendus, declaratur* num 9.

5 *De conſanguineitate , & attinentia Teſtatoris , ut quis dicatur, non ſufficit , quod ſit de eadem denominatione , ſeu cognomine.*

6 *Idem cognomen cum fundatore habentes, non indè conſanguinei dicuntur, nec admittendi ad Capellaniam pro conſanguineis relicta ,* & num. ſequenti .

8 *In Capellania illis de familia relicta , vocatio illorum de familia non eſt adeò amplè intelligenda, ut ſub ea comprehendi valeant remotiores , in excluſionem proximiorum.*

9 *Qualitas ſacerdotalis in concurſu ad Capellaniam cum Clerico dat prælationem inter eos , qui ſunt æqualiter vocati : utpotè æqualitèr conjuncti ſanguini teſtatoris , non verò ad excluſionem ſimplicis Clerici conſanguinei , favore Sacerdotis extranei .*

10 *Fundator vocans Sacerdotem, vel Clericum de conſanguineitate, ſi adſit ſolus clericus, non indè jus tribuitur prælativè ad illum Sacerdoti extraneo .*

11 *Inter Clericos præfertur dignior .*

12 *Conſanguinitas non contemplata in jure patronatus activo , non facit , quod in paſſivo dica-*

*dicatur pariter non contemplata, ſi ſatis
clarè favore conſanguineorum ſit diſpo-
ſitum.*
13 *Correctio inſtantanea ſemper etiam cum
verborum impropriatione vitanda eſt.*

DECISIO CCVI.

ASpirantibus Joſepho, & Pompejo ad Ca-
pellaniam erectam à Thoma de Martino,
favore Conſanguineorum ejuſdem familiæ,
Ordinarius Lycien. illam Joſepho adjudica-
vit per ſententiam, confirmatam in gradu ap-
pellationis ab A. C.. Quapropter devolutâ
causâ ad noſtrum Tribunal, mihique directa
commiſſione dubitavi -- *An, & cui ſit ad-
judicanda Capellania*: & favore Joſephi in-
formantis, reſponderunt.

Ex lege namque fundationis, vocatur ad
eamdem Capellaniam Sacerdos, ſeu Cleri-
cus, qui ſit de familia Martina; & qui aptior
fuerit ab Ordinario reputatus. Quamobrem,
cum prædictæ qualitates concurrant in Joſe-
1 pho: ipſi Capellania adjudicanda eſt: non ve-
rò Pompejo, eiſdem qualitatibus deſtituto;
ad tradita per *Garzium de Beneſ. q.7.cap.15.
num 6*, *Baratt. dec.680. ſub num.1.*, *& Ro-
ta in rec. dec.197. num 1. part.11.*

Quod autèm Joſeph deſcendat ex familia
Martina, & à ſtipite per Fundatorem volito:
reſultat ex teſtibus, in ejus *Summario* relatis
*Num.*3. qui, cum deponant de illius de-
2 ſcendentia per gradus, plenam conſtituunt
probationem; ut in his terminis firmavit *Ro-
ta dec.3. num.1. coram Priol, in rec.dec.806.
num.4., & in Barchinonen. Beneficii*, 14.
*April.*1698 *§. Neque minores coram R. P. D.
meo Anſaldo* Et, quòd aptior reputatus fue-
3 rit ab Ordinario, conſtat ab examine ipſius,
de quo in dicto *Summario nu.*8., ubi dignior
renunciatur pro conſequutione Capellaniæ;
magiſque aptus, quàm Pompejus.

Nec obſtat, quòd etiam ille ſit de eadem
4 familia; & inſuper ſit Sacerdos; ideòque ve-
niat Joſepho, ſimpliciter Clerico, præferen-
dus. Quoniam, licèt Pompejus habeat eam-
5 dem denominationem de Martinis; non ta-
mèn eſt de conſanguinitate, & attinentia
6 fundatoria. Ideoque talis denominatio nul-
lum jus eidem tribuere valet in aſſecutione
Capellaniæ, per teſtatorem reſervatæ fa-
vore illorum de conſanguinitate: cum benè
conveniat, plures habere idem cognomen,
& è contrà inter ipſos nullum adeſſe vincu-
lum conſanguinitatis; ut ponderat *Signirol.
conſ.*81. *ſub num.*5., ubi inquit, multotiès
7 contingit, quòd plures habent idem cogno-
men; & tamen non ſunt parentes; *Menoch.
conſ.*321. *num.*14., *& ſeqq.*, *Riminald. jun.
conſ.*258. *nu.*17., *Cyriac. controv.*281. *n.*29.,
& ſeqq., *Rota deciſ.* 111. *num.*10., *&* 11. *co-
ram Alexandro VIII.*, *& deciſ.*15. *num.*32.
part.7. recen., & tamen ſat eſſet, quòd prædi-
8 cta vocatio illorum de familia, non veniat
adeò amplè intelligenda, ut ſub ea compre-
hendi valeant remotiores in præjudicium, &
excluſionem proximiorum, *Lambertinus de
Jurepatr. lib.2. part.3. quæſt. 5. art.4. n.12*,
Garzius de Beneſic. part.7. cap. 15. num. 17.,
Rota deciſ.52. num.3. coràm Priolo.

Et hinc nullatenùs eſt conſiderabilis in
9 Pompejo qualitas ſacerdotalis, nam iſta ſo-
lum præponderare debet intèr concurrentes,
qui ſint æqualitèr devincti ſanguine Funda-
toris: non verò in extraneo ad excluſionem
ſimplicis Clerici conſanguinei; cujus reſpe-
ctu Fundator contentus fuit -- *Che foſſe Sa-
cerdote, ò Chierico* -- Adeout poſitâ quali-
10 tate conſanguinitatis: non ſit habenda ulla
ratio de alio extraneo, aut magis remoto;
11 etiam dignitate ſacerdotali inſignito: cum
ſatis ſit intèr Clericos conſanguineos præter-
ri digniorem, & magis idoneum ab Ordina-
rio eligendum; cujus judicio teſtator voluit
deferri; ut ad rem ponderavit *Rota in Mel-
phiten. Capellaniæ* 14. *Maii* 1698. *coram
R. P. D. meo Muto.*

Propterea non obſtat, quòd in ea parte te-
ſtamenti, fuerit demandatum, quòd qualitas
12 conſanguinitatis, & attinentiæ, attendenda
non eſſet. Id enim fuit diſpoſitum, ad tol-
lendum jus activum: non verò paſſivum; cu-
jus reſpectu, in ſubſequentibus verbis, ſatis
clarè teſtator diſpoſuit favore conſanguineo-
rum; demandando, quòd electio cadere de-
beret in eo, qui foret -- *Lo più atto, & ido-
neo, che ſia della detta famiglia de Martini:
e non vi eſſendo Sacerdote, ò Chierico &c.* Et,
13 admiſſo contrario intellectu, daretur in-
ſtantanea correctio, evitanda ſemper, etiam
cum verborum impropriatione, ad *Text. in
l. Non ab ea, ibique gloſ. ff. de Condit.*, *&
demonſtrat.*, *Cravett. conſ.*70. *num* 5., *Sur-
dus conſ.*294. *num.*1., *& conſ.*313 *num.*107.,
*Rota dec.*2238. *num.*5., *&* 6. *coram Coccino,
dec.*889. *num* 14., *& dec.*1042. *num.*3. *coram
Emerix Jun. dec.*176. *num.* 94 *p.*14., *& de-
ciſ.*303. *num.*13. *part.*19. *rec.*

Et ita, utraque &c.

MACERATEN. CONTRIBUTIONIS.

Lunæ 20. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Obligatio dotandi fœminas inita in dotatione
cum obligatione Camerali extenſa tam ad
bona donata in primogenituræ cauſam, quàm
cætera donantis poſtea fideicommiſſo ſuppo-
ſita, facit, quòd primogenitura, & fideicom-
miſſum teneantur, & in dotandis puellis nu-
bentibus, & alendis innuptis, etiam ſi fidei-
commiſſum everteretur; nam ex Camerali
obligatione puellæ jus anterius fideicom-
miſſo habetur.

Confirmatur infrà dec.228.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata naſcitur ſi intra biennium acta
non fuerint traſportata, & ſententia æquè
valida ſit, & juſta.*
2 *Determinatio reſpiciens plura determinabi-
lia, eadem pariformiter determinat.*

3 *Con-*

3 *Contractus, Camerali obligatione vallatus includit ſtipulationem pro omnibus quorum intereſt, aut intereſſe poteſt.*

4 *Pactum dotandi fœminas ex bonis donatis, & cæteris donantis initum in donatione, jus tribuit puellis anterius fideicommiſſo poſt donationem ab eodem donante condito.*

5 *Dotes ex fideicommiſſo aſcendentali detrahendæ ſunt, etiamſi illud everteretur.*

6 *Obſervantia hæredis declarat, an ex primogenitura, vel fideicommiſſo dotes ſint detrahendæ.*

7 *Obſervantia in diſpoſitione de per ſe clara non attenditur.*

8 *Obſervantia Tutricis ignorantis pacta inita, Pupillo non præjudicat.*

9 *Obſervantia Tutricis dotandi de bonis primogenituræ, non autem fideicommiſſi excluditur, ſi habita notitia pactorum, proteſtata fuit repetere velle dotes.*

10 *Tutrix de bonis pupilli dotare non præſumitur abſque ſpe repetendi ab obligatis.*

11 *Mater dotans filias de bonis fideicommiſſi aſcendentalis dotandas, præſumitur dediſſe animo repetendi.*

12 *Alimentorum innuptis, & dotium nubentibus idem eſt privilegium: & qui dotare tenetur, etiam alere debet.*

13 *Alimenta regulantur ab eis, quæ uſque adhuc in eadem cauſam ſunt ſoluta.*

DECISIO CCVII.

APertâ per obitum Antonii Franciſci de Conventatis, anno 1693. favore Dominici Mariæ, duplici Primogeniturâ per Julium Cæſarem, ejuſdem cognominis, mediante contractu donationis irrevocabilis, inſtitutâ uſque ab annis 1630., ac reſpectivè 1642., Flaminiâ, & Artimidorâ, filiæ Julii Cæſaris junioris, & à fideicommittente deſcendentes, nixæ præcepto dotandi fœminas ex fructibus, in eiſdem primogenituris appoſito; petierunt à præfato Dominico Mariâ ſibi dotes conſtitui: &, prima Monaſterium ingreſſa, dotem obtinuit; ſecunda verò recepit uſque adhuc alimenta: nec uſquam deſtitit urgere pro dotis conſtitutione. Cum autem dotatio fœminarum in primogenituris demandata, legatur nedùm ex fructibus bonorum primogenialium; verùm etiam *De aliis bonis per ipſum Julium Cæſarem, poſt ejus mortem, relinquendis*: Idcircò dictus Dominicus Maria, qui ſolùm bona primogenialia poſſidet; in judicium vocavit Joſephum, alioſque fratres de Conventatis, poſſeſſores cæterorum bonorum indifferentium, à fideicommittente relictorum; ad hoc, ut hujuſmodi dotationi contribuerent: ac ſententiam ab A. C. reportavit, declarantem, eos teneri ad contribuendum. A quâ, interpoſitâ appellatione; mihique uſque ab anno 1698. commiſsâ: cum nil exindè actum fuerit: dubium propoſui in præterita Audientia -- *An conſtet de re judicata; ſeu potiùs ſit locus contributioni dotium* -- Verùm, quia idem Dominicus Maria nedùm petebat contributionem dotium: verùm etiam alimentorum; ſub fundamento, quòd is, qui tenetur ad dotes, teneatur etiam ad alimenta; & vice versâ; huic ſecundæ parti, utpotè in dubio non compræhenſæ dubitarunt Domini, quòd poſſet reſponderi. Idcircò, dilatâ reſolutione ad hodiernam Audientiam; demandarunt, quòd præfato dubio adderetur alia pars. *Et An ſit relaxandum mandatum pro alimentis*. Quo adimpleto, reſponderunt -- *Conſtare de re judicata, & eſſe relaxandum mandatum pro alimentis*.

Moti reſpectu primæ partis, ex eo, quòd provocantes intra biennium cauſam proſequuti non fuerunt: ſolùmque illo jam elapſo, tranſportarunt acta: ideòque, cum ſententia æquè valida foret, ac juſta: dubium non eſt, quin rei judicatæ vires aſſumpſerit; ut, omiſſis generalibus; in ſpecie, inter eaſdem partes, reſponſum fuit in altera causâ *Maceraten. Fideicommiſſi 17. Junii 1699. §. Illa, & ſeq. coram me*.

Juſtitiam verò (cum validitas, tamquàm ab actis reſultans, ſupponenda foret) ſuadebant verba utriuſque donationis, ac inſtitutionis primogenituræ. In illis namque legitur, quòd teſtator "Voluit, & expreſsè mandavit, quod filiæ fœminæ pro dicto Marco „ Antonio, & aliis, ad hanc donationem, & „ primogenituram vacatis, naſcituræ, con„ decentèr dotentur de fructibus dictorum „ bonorum donatorum &c. ac etiam de aliis „ bonis, per ipſum, poſt ejus mortem, relin„ quendis „ Quo circa, cum tàm fructus utriuſque primogenituræ, quam reliqua bona, per eumdem teſtatorem, exinde generali fideicommiſſo ſuppoſita, æquè regantur à verbis *mandavit*, ac *dotentur*: apprimè con2 gruit ſatis nota, & æquè certa concluſio, quòd una determinatio reſpiciens plura determinabilia: eadem pariformitèr determinare debet; per *Text. in l. Nam hoc Jure, & in l. Julianus ff. de Vulgar., & pupillar. ſubſtit.* „*Rota coram Cerro deciſ.363. num.19., & 20.*, & in proximis terminis, *coram Celſo deciſ.282. num.12.*

Quin urgeret objectum, quòd admiſsâ tali contributione; fideicommiſſum univerſale, tractu temporis, everteretur; contrà mentem teſtatoris: qui perpetuam bonorum conſervationem demandavit. Satisfacit enim reſponſio, quòd præceptum dotandi fœminas, injunctum à Julio Cæſare in contractu donationis, Camerali obligatione vallato; & per
3 conſequens includente ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt, aut intereſſe poterit; ex notatis per *Zacchium de Oblig. Camer. quæſt.5. num. 8., & ſeq.* Jus tribuit fa4 vore puellarum anterius fideicommiſſo condito in teſtamento; *Rota dec.199. num.1., & ſeq. part.8., dec.508. num.1., & dec.710. n.3., & ſeqq. part.18., & dec.243. nu.1. cum ſeqq. part.19. rec.*. Ac propterea dotes, ex aſcen5 dentali fideicommiſſo detrahendæ ſunt, etiamſi illud totalitèr evertendum foret; ut in durioribus terminis dotationis ſubſidiariæ, vigore

gore *Auth. Res, quæ.* prc bant *Fuſar. de Subſtit. quæſt.531. num.52., Cardin. de Luca de Dot. diſc.145. num.34., Rota coram Mantica dec.152. num.3.. coràm Royas deciſ.117. num 26., & coram Bichio dec.18. num.18.*

Prout non releyat, quòd mater Dominici Mariæ; ſucceſſoris in utraque primogenitura, dotem ſolverit uni ex dictis filiabus, & utrique alimenta præſtiterit, undè oriatur obſervantia declaratoria, quòd tale onus ad ſolam primogenituram pertineat. Quoniam,
7 ultrà quòd obſervantia non attenditur in diſpoſitione de per ſe clara; *Rot coram Bichio dec.396. num.25. in rec. dec.223. num. 8., & 9. part.19.*, neque mulier tutrix potuit ſibi,
8 & pupillo præjudicare, ignorando pacta donationum; ac putando, quòd onus dotationis unicè ſpectaret ad poſſeſſorem majora-
9 tuum; prout de facto, poſt habitam illorum ſcientiam, ſolemnitèr proteſtata fuit de animo repetendi: ceſſat difficultas, ex quo ea-
10 dem tutrix non præſumitur de bonis pupilli dotare voluiſſe, abſque ſpe repetendi ab
11 obligatis; ut in fortioribus de matre dotante filias, dotandas ex fideicommiſſo aſcendentali, quòd præſumatur dediſſe animo repetendi, reſpondit *Rot. in Narnien. Fideicommiſſi de Capitonibus 16. Junii 1687. §.. Tertiò quia; confirmata 14. Maii 1688. coram bon. mem. Urſino.*

Hæc, quæ juſtitiam comprobant, ſententiæ, demandantis contributionem reſpectu dotium, influunt etiam ad affirmativam reſolutionem ſecundæ partis dubii, reſpicientis alimenta Artemidoræ, nondùm nuptæ: cum
12 idem ſit privilegium alimentorum, ac dotium: & obligatus ad dotes, teneatur etiam ad alimenta; *Card. de Luca de Feud. diſc.79. num.5., Rota coram Manzaned. deciſ.319. nu.16., coram Dunozett. jun. dec.449. n 58., in rec. deciſ.30. per tot. part.17., & in Romana Dotis, ſuper Alimentis, 19. Aprilis 1697. §. Sanè coram me.*

Reſpectu verò quantitatis alimentorum; ad quam poſſeſſores bonorum fideicommiſſariorum contribuere teneantur: Domini cenſueverunt regulandam ab ea, quam primogenitus ſolvit uſque adhuc; & in futurum ſolvet pro alimentis, & aliis ſimilibus, ad ſubſtentationem vitæ neceſſariis.

Et ita, utraque &c.

ROMANA PRÆTENSÆ REINTEGRATIONIS.

Lunæ 23. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Propoſitum Eccleſiam ampliandi narratum Papæ ab Univerſitate ad effectum aliquam Eccleſiam obtinendi, non inducit ejus obligationem, ſi ſtet per modum ſimplicis deſiderii in narrativa, etſi inter onera à Papa impoſita in enunciativa non legatur. Rectoris non Univerſitatis damno cedit diminutio redditῦum ab initio eidem aſſignatorum (dummodò ab initio talia fuerint, quæ fuerant expreſſa, ne gratia ſit inefficax) quando Pontifex bona Eccleſiæ ad Univerſitatem liberè voluit devenire, cui libertati hoc onus adverſeretur.

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio Pontificia executioni demandata, & per ſæculum pacificè continuata, præſumitur valida, nec eſt impugnabilis.*

2 *Obſervantia injuſtæ, vel invalidæ conceſſionis non ſuffragatur ad impediendam reintegrationem.*

3 *Reintegratio, ut obtineatur contra conceſſionem obſervatam, nullitas, vel injuſtitia debet eſſe undique clara.*

4 *Conceſſio Pontificia Eccleſiæ eſt nulla, ſi ad eam obtinendam expoſitum ſit propoſitum eam ampliandi, quod poſt eam obtentam non fuit adimpletum.*

5 *Secùs eſt ſi propoſitum Eccleſiam ampliandi ſit expoſitum in narrativa per modum deſiderii, & intentionis, non autem determinatæ voluntatis.*

6 *Et cum in diſpoſitiva gratiæ, inter onera injuncta. hoc non nominetur, quia tam cenſetur Pontificem noluiſſe impetrantem ad hoc teneri.*

7 *Impetrantis obligatio quænam ſit, ex verbis diſpoſitivis gratiæ diſcernitur.*

8 *Impetrans Eccleſiam ſibi tradi, ſi in diſpoſitiva brevis eidem onus contribuendi certam ſummam Eccleſiæ Parocho non demandetur, redditibus diminutis ſupplere non tenetur.*

9 *Quamvis in narrativa enunciatum fuerit ad talem ſummam redditus Parochi aſcendiſſe, quia tunc ſat eſt, quod de tempore gratiæ ad talem ſummam aſcenderint.*

10 *Gratiæ verificatio præſumitur coram exequutore facta ob ſubſecutam executionem, & longævam obſervantiam.*

11 *Redditῦum Rectori aſſignatorum diminutio ex temporis injuria, illius damno cedit, non univerſitatis, quæ Eccleſiam obtinuit.*

12 *Redditῦum Rectori aſſignatorum ejus periculo diminutio relicta videtur à Papa, qui eandem Eccleſiam aſſignando Univerſitati, juſſit contribui certam ſummam pro eo quod ejus hortus &c. redderet Rectori præſenti: & poſt ejus mortem omnia bona Eccleſiæ ad univerſitatem liberè ſpectare.*

13 *In Bonis liberè aſſignatis, ut libera ſint, cujuſcumque oneris rejectio importatur.*

DECISIO CCVIII.

UNiverſitas Propolarum Urbis, (quos vulgus appellat *Regattieri*) ut exercitium piorum operum, quod in Eccleſia S. Andreæ de Portugallia nuncupata, conſentiente illius Rectore, inceperat: poſſet, etiam futuris temporibus, abſque contradictione, legitimo ſuffulta titulo, continuare; preces porrexit fa: me: Paulo V., in quibus, expoſito ejuſdem eccleſiæ materialis ruinoſo ſtatu, depau-

pauperatione ſacrarum ſuppellectilium, ac
tali divini cultus diminutione, ut in illa unum
tantummodò Sacrum in anno celebraretur:
&, vice verſâ, reparatione fabricæ, à ſe fa-
cta; ſubminiſtratione ſuppellectilium; & in-
cepta ſacrorum Officiorum recitatione cum
rectoris conſenſu: petiit ſibi eamdem eccle-
ſiam, ac domum, aream, & hortum, illi co-
hærentes, concedı: & ſub ulteriori narrativa,
quòd ex aliis dictæ eccleſiæ redditibus re-
ctori, ejuſque ſucceſſoribus, triginta ducati
auri de Camera annui remanerent; Breve
Pontificium impetravit pro executione, dire-
ctum Cardinali Urbis Vicario: ſub hac ta-
men conditione, quòd eadem univerſitas ſin-
gulis anni diebus feſtivis de præcepto Eccle-
ſiæ, teneretur in illa unum Sacrum perpetuò
celebrari facere; ac inſupèr ſolveret rectori,
tunc temporis exiſtenti, durante illius vita
naturali dumtaxàt, annua ſcuta viginti qua-
tuor. Additâ demùm declaratione, quòd ti-
tulus eccleſiæ, apud præfatum rectorem,
ejuſque pro tempore ſucceſſores, remaneret,
ut latiùs in *Summario utriuſque partis nu.* 1.

Hujuſmodi gratiâ exequutioni demanda-
tâ, Univerſitas, ferè per ſæculum, eccleſiam,
& alia pacificè poſſedit; donec vocata nuper
in judicium à moderno beneficii rectore, tàm
ſuper reintegratione ad poſſeſſionem eccle-
ſiæ, aliorumque bonorum, ex dicto Brevi
conceſſorum; quàm ſuper reſtitutione fru-
ctuum, ex bonis aſſignatis medio tempore
perceptorum; pro quibus Univerſitas ſen-
tentiam abſolutoriam à Theſaurario repor-
tavit: licèt, reſpectu reintegrationis, abſolu-
ta fuerit ab A. C. per ſententiam: attamèn
cnndemnata fuit ad ſupplendum Rectori to-
tum id, quod deficit ad conflandam annua-
tim ſummam 30. ducatorum auri de Camera.
Quo circà, interpoſitâ ex parte Univerſita-
tis appellatione; mihique commiſſâ: dubium
propoſui -- *An, & ad quid danda ſit rein-
tegratio* -- & Domini, *Nullam reintegra-
tionem eſſe debitam*, reſponderunt.

Reſolutionis ratio in eo, quod reſpicit re-
integrationem ad Eccleſiam, & bona cohæ-
rentia, ſtetit in Brevi Pontificio: cujus vi-
gore, illa ſeparata fuerunt à patrimonio re-
ctoris; & in dominium Univerſitatis transla-
ta. Cumque Breve præfatum exequutionem
1 ſortitum fuerit; & abindè citrà, Univerſitas,
ferè per ſæculum, pacificè poſſederit; omnia
præſumptio eſt pro validitate conceſſionis;
adeòut illam impugnare non liceat; *Rota de-
ciſ.*842. *nu.*4. *coram Buratto*, *deciſ.*601. *n.*1.
coram Dunozzet. jun., *deciſ.*396. *num.*2. *co-
ram Celſo*, *deciſ.*6¦4. *num.*2., *& deciſ.* 711.
*num.*7. *coram Cerro*, *deciſ.*298. *num.*6. *coram
Emerix jun.*, *deciſ.* 536. *num.* 148. *part.*14.,
*& deciſ.*53. *num.*11. *part.* 19. *recent.*

Et licèt, ſtante injuſtitiâ, vel nullitate con-
2 ceſſionis, obſervantia non ſuffragetur ad im-
pediendam reintegrationem: nihilominùs ad
3 hoc, ut illa competere valeat; nullitas, vel
injuſtitia debet eſſe undique clara, & evidens;
Gratianus Diſcept forenſ. cap. 502. *num.*13.,
*Rota deciſ.*7. *n.*16. *coram Buratto*, *dec.*283.
*num.*6. *part.*15. *recent.*, *& in Romana Ma-
nutentionis*, 15. *Martii* 1694. §. *Non obſtan-
te, coram R. P. D. meo Caprara*.

Tales autèm probationes, in hypotheſi,
deſiderabantur. Non enim ſubſiſtit, gratiam
fuiſſe nullam, vel ſaltèm reſolutam; ex quo
Univerſitas, ad illam obtinendam, expoſue-
rit propoſitum eccleſiam ampliandi: quod
4 tamen unquam noo adimplevit; adeòut gra-
tia inefficax remanſerit; juxtà *deciſ.* 518. *nu.*3.
coram Buratto, *deciſ.*133. *n.* 1., *& dec.*187.
*num.*1. *coram Cerro.* Siquidem expreſſio am-
pliationis eccleſiæ, legitur tantummodò fa-
cta in narrativa Brevis; & quidem per mo-
5 dum deſiderii, ac intentionis: non autem
determinatæ voluntatis, & obligationis; ut
ſonant illa verba -- Majoremque ſummam
„ pro ampliatione dictæ Eccleſiæ &c. expo-
„ nere intendant „ In diſpoſitiva verò, licèt
6 Pontifex alia plura idem Univerſitati onera
injunxerint: hanc tamen ampliationem, in-
tèr illa non connumeravit; Quinimò nec me-
minit. Undè validiſſimum emergit argumen-
tum, quòd noluerit Univerſitatem ad illam
7 teneri: cum ex verbis diſpoſitivis gratiæ, di-
ſcernatur qualis ſit impetrantis obligatio:
non autem ex narrativis; *Spada conſ.*183. *n.*2.,
& 3. *lib.*1., *Lotter. de Re beneſ. lib.* 1. *qu.*40.
num. 138., *Rota dec.* 703. *num.*10. *coram Cer-
ro*, *deciſ.*83. *num* 7. *part.*17., *& dec.*469. *n.*5.,
& 6. *part.*18. *rec.*

Hæc eadem ratio ſuadet, Univerſitatem
non teneri erga Rectorem ad ſupplementum
reddituum, uſque ad ſummam 30. ducato-
8 rum auri de Camera annuorum. Quia ſcili-
cèt in diſpoſitiva Brevis, tale onus eidem
Univerſitati non legitur injunctum. Et, quam-
vis in narrativa legatur expoſitum, quòd re-
9 ctori, ejuſque ſucceſſoribus remanerent red-
ditus in præfata quantitate: non exindè orta
fuit univerſitatis obligatio pro perpetua, &
uniformi eorumdem reddituum conſerva-
tione: Sed ad firmitatem gratiæ, ſatis fuit
verificare, quòd juxtà eccleſiæ ſtatum, tunc
temporis vigentem, annuus redditus in ſum-
ma narrata ſuperextaret, prout coram exe-
10 quutore verificatum præſumitur, ob ſubſe-
quutam exequutioni Brevis longævam ob-
ſervantiam; ut dixit *Rota deciſ.* 536. *num.* 148.
*part.*14., *& deciſ.* 53. *nu.*11. *part.* 19. *recent.*
11 Quòd ſi deindè redditus, ex temporum in-
juriam, diminuti fuerunt: non eſt, cur hæc
diminutio ad Univerſitatis præjudicium de-
torqueri valeat: ſed ea Rectorum damno ce-
dere debet; *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 2. *q.*4.
*num.*12., *Rota deciſ.*283. *num.*24. *part* 7., *&
deciſ.*62. *num.*8., *&* 9. *part.*11. *recent.*

Idque certiùs ex peculiari facti circum-
ſtantia, quòd nempè, juxtà præmiſſa, Sum-
mus Pontifex animadvertens, Rectorem, de
tempore gratiæ viventem, ex locatione præ-
fatæ domus, areæ, & horti, exigere conſue-
viſſe annua ſcuta 24.; Univerſitatem adſtrin-
xit ad hujuſce ſummæ ſolutionem; durante
tamèn illius Rectoris vita naturali; & non ul-
trà.

tià. *Quo vita functo*, (ſunt verba Brevis) *ab ulteriori ſolutione dictorum 24. ſcutorum, occaſione locationis prædictæ, ipſius Chriſtophori ſucceſſoribus prædictis facienda, liberi, & exempti remaneant &c. & liberè applicata, & appropriata cenſeantur* — Si enim, poſt mortem antiqui Rectoris, ceſſare debebat obligatio præſtandi annua ſcuta 24., & bona cenſenda erant liberè applicata Eccle-
12 ſiæ: utique dici non poterit, Papam voluiſſe, intuitu bonorum, Univerſitatem obligare favore Rectoris, ad conſervationem annui redditus ducatorum 30. conſtantium ſcuta 51. monetæ: ad quam ſummam componendam, deficerent in præſenti annua ſcuta 33. (dum, juxta dictum moderni Rectoris Beneficium, reddit ſolum annua ſcuta 18.) Nàm alias non verificaretur libertas bonorum aſſignatorum: quæ de ſui natura, cujuſcumque oneris rejectionem importat; *Menochius conſ. 640. num. 4., Card. de Luca de Servit. diſcurſ. 60. num. 5., & de Fideicom. diſc. 36. num. 4.*

Et ita, utraque &c.

SENOGALLIEN. DOTIS.

Lunæ 23. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Dat ſuperior Deciſio 161. hic confirmata.

SUMMARIUM.

1 *Onere celebrationis miſſarum alicui demandato, negari non poteſt à demandantis hæredibus ſatisfactionis pretium, ſed ſolùm petere poſſunt, ut de ſatisfactione doceatur.*
2 *Patrui obligatio in dotatione neptis una cum illius patre reſolvitur in ſimplicem fidejuſſionem pro cautela viri, nec tollit quin totum onus ad patrem ſpectet.*
3 *Et in caſu reſtitutionis dotis ſolus pater conſideratur unicus, & principalis creditor.*
4 *Mora reſtitutionis dotis, ob quam à ſtatuto denegatur lucrum dotale, ſi patri, qui una cum patruo dotavit fuerit remiſſa, patruo quoque remiſſa cenſetur; non ſolùm tanquam fidejuſſor tali caſu tenetur.*
5 *Lucrum dotale debetur ex dote promiſſa, non ſolum quando ſtatutum loquitur tam de data, quam de promiſſa, ſed etiam cum loquitur ſimpliciter, & indefinitè de dote.*
6 *Dos promiſſa ad certum, vel incertum tempus, verè, & realiter eſt dos.*
7 *Et illius naturam aſſumit, quoad omnes effectus.*
8 *Et præſertim quoad detractionem ex ea lucri dotalis.*
9 *Lucrum dotale non poteſt ſtatim poſt mortem uxoris exigi à marito pro ea rata dotis, contra quam actionem exercere nequit, ſtante dilatione, ſed adveniente die lucrum petere valet, etiam pro rata iſta dotis ad tempus promiſſa.*
10 *Lucrum datur à ſtatutis viro in recompenſationem onerum matrimonialium.*
11 *Lucrum habere debet fortiùs vir, qui matrimonii onera ſuſtinuit, dote non integrè exacta.*
12 *Præſertim ſi tempus ſolutioni dotis adjectum ſit ad differendam executionem obligationis jam perfectæ in ſubſtantia, non autem pendentis à futuro eventu præmorientiæ dotantis.*
13 *Dotis purè ab initio promiſſa, ſi ſolutionis tempus adjectum eſt per viam modi, dicitur ſtat adjecta executioni, non ſubſtantiæ promiſſionis.*
14 *Dicto:* cioè *indicat modum.*
15 *Dos purè ab initio promiſſa, & cujus dies ſolutionis ſtat per viam modi; pura, & ſimplex ab initio remanet, quoad omnes juris effectus.*
16 *Et ſignanter quoad lucrum à tota dote detrahendum.*

DECISIO CCIX.

ADverſùs deciſionem editam *coràm me 14. Februarii præcedentis anni*, confirmatoriam alterius *die 27. Junii 1687.* editæ *coram bo: me: Emerix*; in qua recedendo à deciſis firmatum fuerat, Franciſcum, per obitum uxoris, fuiſſe ſuperlucratum tertiam partem dotis; ex diſpoſitione ſtatuti Matelicæ: obtinuit Cæcilia uſque de menſe Aprilis ſubſequentis, ex benignitate potiùs, quàm ex relevantia fundamentorum, iterum audiri; Sed expectatâ uſque ad hodiernam audientiam; adhùc informare neglexit. Ideòque Domini reſponderunt, *ſtandum eſſe in deciſis.*

Examinando enim tres exceptiones, ad obtinendam novam audientiam propoſitas; nullam ex eis relevare agnoverunt. Non quidem primam, quod in præſenti non conſtet de vera quantitate dotis, à Franciſco reſtitutæ. Quinimmò adhuc debitor ex tali cauſa remaneat. Ex facto namque inter defenſores utriuſque collitigantis concordato, contrarium evincitur: dum, calculatis omnibus partitis, hincindè admiſſis: controverſia ſolùm reducitur ad ſcuta centum; quæ Franciſcus aſſerit ſolviſſe pro celebratione Miſſarum, per Margaritam uxorem demandata: E' contrà verò Cæcilia ſolutionem impugnat; eò quia receptæ non exhibeantur; & in hac diſcordia, potiora videntur jura Franciſci; dùm, poſito uxoris præcepto ſuper celebra-
1 tione Miſſarum, directo in Virum: negari exinde non valet, quòd ſocer, Cæciliæ auctor, jus non haberet pro repetitione hujuſce ſummæ; ſed unicè poſſet Franciſcus cogere ad docendum de illius erogatione in cauſam ſibi præſcriptam; &, cujus executio, ex diſpoſitione teſtatricis, ad ipſum dumtaxat pertinebat; juxtà *Gloſſ. in Cap. Religioſus, verb. Mortua de Teſtam. in 6., Carp. de Execut. teſtam. lib. 3. cap. 8. num. 14., Card. de Luca de Legat. diſc. 25. num. 2. per tot., Rota deciſ. 294. nu. 5. part. 9. rec., & in Dertbuſen. Fundationis Beneficiorum, 23. Ja-*

nuar.

nuarii 1697. ℣. *Attamen coràm R. P. D. Pio*.
Minùs ſecundam; quòd mora per Franci-
ſcum incurſa in reſtituendis infra annum, ad
formam ſtatuti, duabus ex tribus partibus di-
ctæ dotis, remiſſa fuerit ſolùm à Joanne Ba-
ptiſta uxoris patre; non autem à Canonico
Alexandro patruo, & æqualiter condotante;
ideòque reſpectu portionis à Canonico pro-
venientis, lucrum dotale acquiri non potue-
rit. Licet enim dos in ſumma ſcut. 2000. in
capitulis matrimonialibus promiſſa, legatur
à Joanne Baptiſta patre, inſimùl cum d. Ale-
xandro patruo: attamen, cum onus dotandi
principalitèr, ac unicè ſpectaret ad patrem:
2 obligatio patrui reſolvebatur in ſimplicem fi-
dejuſſorem, pro cautela viri: neque tollebat,
quin totum negocium ad ipſum patrem per-
tinere diceretur; ut communitèr tradunt
*Corneus conſ 316. nu. 3., & 4. lib. 4., Surdus
de Aliment. tit. 6. quæſt. 17. num. 16., Boſſius
de Dot. cap 9. num. 111., Card. de Luca eo-
dem tract. diſc. 142. num. 29., Rota dec. 436.
num. 8. part. 13. rec.*, & per conſequens, ſicut
3 in caſu reſtitutionis dotis, ſolus pater conſi-
derandus erat, tamquam unicus, & principa-
lis creditor; nullâ prorsùs habitâ ratione de
patruo; cujus intereſſe ceſſaverat eo ipſo,
quòd ſolutiones à patre fuerant integralitèr
4 expletæ: ità ſatis fuit, moram ab iſto remit-
ti; ut probat mea præcedens deciſio §. *Moti*.
Neque demùm tertiam, quòd lucrum do-
tale debeatur ſolùm de ſcutis 1000., vivente
ſocero perſolutis; ſecus verò de aliis mille;
quorum ſolutio, utpotè poſt illius obitum
facienda, evanuit per prædeceſſum uxoris
abſque liberis, & antè obitum promiſſoris.
Præmiſſa namque communitèr recepta theo-
rica, quòd lucrum dotale debeatur ex dote
5 promiſſa; non ſolùm quando ſtatutum præci-
sè loquitur de dote, tàm data, quàm promiſ-
ſa; prout indiſtinctè loquitur ſtatutum Mate-
licæ. Sed etiam, quando ſimplicitèr, ac in-
definitè de dote mentionem facit; ex quo dos
6 promiſſa ad certum, vel incertum tempus
7 verè, ac realitèr ſit dos; & illius naturam aſ-
8 ſumit quoad omnes affectus; & ſpecialitèr
quoad lucrum dotis; ut, relatis concordan-
tibus tradunt *Phanuc de Lucr. Dot. verb. Re-
ſtituenda num. 21., Conciol. ad Statut. Eucu-
biu. rubr. 46. num. 6., Boſſius in tract. de Dot.
cap. 2. num. 42., & 43.*, ubi de veriori, & ma-
gis communi; *Gratian. deciſ. March. 235. n. 5.
Adden. ad Buratt. deciſ. 432. num. 11., Rota
coràm Seraphin. deciſ. 248. num. 1., & coram
Pomphilio dec. 93. num. 2., & 3.*, ibique *Ad-
den. nu. 6., & 7.*. Indè ſequitur, quòd etiam
ſi maritus, durante dilatione, actionem exer-
9 cere non poſſit, pro conſecutione ratæ dota-
lis ſibi promiſſæ; prout neque poſſit, in caſu
præmorientiæ uxoris, illicò exigere lucrum
dotale; ſed expectare teneatur obitum pro-
mittentis: Nihilominùs, hac die adveniente,
lucrum petere valeat; etiam pro rata dotis,
ad tempus promiſſæ; ut in terminis probant
*Caſtrenſ. in l. ſi Donatarius, §. ſi quis debi-
tum num. 3. ff. de Condict. cauſ. dat., Ciroc-
cus diſcept. 48. num. 30., Boſſius de Dot cap. 2.
§. 1. num. 58., & ſeq.*, ubi concordantes; *Mi-
chalor. de Fratr. part. 2. cap. 23. ſub num. 17.,
Guidopap. quæſt. 56. è num. 3., Mantica de
Tacit lib. 20. tit. 5. num. 23., & ſeq., Rot. de-
ciſ. 43. num. 6., & ſeqq., & num. 31. cum ſequ.
part. 10.*, confirmata *deciſ. 426. num. 1., & per
tot. part. 13. rec.*
Eâ quidem præcæteris ratione, quòd, cùm
10 lucrum à ſtatuentibus detur marito in re-
compenſationem onerum matrimoniallum:
omnis æquitas ſuadet; ut, ſicut iſtam perci-
pit, qui dotem integram exegit: ità paritèr,
11 & fortiùs, eodem commodo fruatur is, qui
onera ſuſtinuit, dote adhuc integrè non exa-
cta; ut advertit *Boſſius de Dote dict. cap. 2.
§. 1. num. 59., & Rota deciſ. 72. ſub num. 1.,
apud Fenzon. ad Statut. Urbis.*
Ponderando præſertim in hypotheſi, quòd,
reſpectu ratæ dotis dictorum ſcutorum 1000.
tempus adjectum fuerat ſolùm ad differen-
dam executionem obligationis, iam ſui ſub-
ſtantia perfectæ: non autem ad illam red-
dendam conditionalem, ac dependentem à
futuro eventu præmorientiæ dotantis: dùm
in capitulis matrimonialibus dicitur, ibi --
*Per dote, e nome di dote il Signor Gio:
Battiſta Mangini, & il Signore Canonico
Mangini promettono, e ſi obbligano pagare
al Signor Francesco Santucci ſpoſo di det-
ta Sign. Margarita, ſcudi* 2000., *cioè ſcudi*
1000 *in paghe &c., e per altri ſcudi* 1000. *&c.
dopo la morte del medeſimo Sig. Gio: Battiſta
Mangini* -- Adeòut, uſque ab initio, perfe-
cta fuerit obligatio quoad totam ſummam
13 dotalem; & ſolutio adjecta fuerit non con-
ditionalitèr; ſed per viam modi, ac execu-
14 tionis; ut ſonat illa dictio, *cioè*: & per con-
ſequens dies incerta dicatur adjecta execu-
tioni donationis; non autem ſubſtantiæ pro-
15 miſſionis; quæ ab initio pura, & ſimplex re-
16 manſit, quoad omnes juris effectus; & ſignan-
ter quoad lucrum, ex tota dote detrahen-
dum; ut, examinato articulo, firmavit *Rota
dict. deciſ. 43. num. 6., & ſeqq. part. 10., &
deciſ. 426 num. 1., & per tot. part. 13. recent.*
Et ita, utraque &c.

FIRMANA DOTIS.
Ven. 27. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.
Habes ſupra dec. 180. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.
1 *Pro evitando exceſſu mandati poteſt illud ſu-
ſtineri, imputando in exceſſu aliam rem
debitam, quando plenariam executionem
non habuit.*
2 *Mandatum pro dotis reſtitutione relaxari po-
teſt in quantitate vigore obligationis Ca-
meralis; etiam ſi debita ſit in ſtabilibus:
quando intra tempus à Judice præfinitum
illa non fuerint conſignata.*

3 *Pro-*

3 *Proteſtatio verbalis, cui cum facto contravenitur non attenditur.*

4 *Fructus dotis, mortua uxore, etiamſi ſuperſint filii, non debentur quando defuit interpellatio cum notis requiſitis Caſtrenſis.*

5 *Declaratur procedere poſſe quando agitur de conſequenda dote ab hæreditate patris, qui eam filiæ promiſit.*

6 *Secùs quando agitur de repetenda dote ab hæreditate viri poſt obitum uxoris.*

7 *Dotis tradendæ in bonis ſtabilibus, ſi reſtitutio differatur, fructus debentur vigore* L. Curabit C. de action. empt.

8 *Mora incurſa à debitoribus dotis favore matris ſuffragatur pro fructuum conſequutione etiam ejus filiis, & deſcendentibus uſque ad dotis reſtitutionem.*

9 *Fructus dotis debentur etiam ſi ſola dotis reſtitutio fuerit petita, quia petitio dotis de ſui natura fructus includit.*

10 *Fructus dotis debitæ in ſtabilibus taxantur loco fructuum ſtabilium, non verò uti ſtatutum de fructibus dotalibus diſponit.*

11 *In Judiciis attenditur quid conceſſum, non quid petitum.*

12 *Dotis inofficioſitas non eſt probata, ſi teſtes non coarctant negativam non exiſtentię aliorum bonorum patris.*

13 *Dos inofficioſa dici non poteſt, ſi remaneat legitima fratribus.*

14 *Dos inofficioſa non dicitur, ſi bona à fratibus longè minori pretio retineri pretenduntur, quando invenitur qui pro eis pretium longè majus offerat, adeout legitima superſit.*

15 *A valore prædii in præteritum, non valet, poſt longum tempus in præſens inferri.*

16 *Inofficioſitas dotis ſororis à patre aſſignatæ allegari non poteſt à filio, qui paternæ hęreditate renunciavit.*

17 *Filius renuncians paternę hęreditati amittit jus legitimę.*

18 *Inofficioſitas dotis, ſororis allegari poteſt à filio, qui paternę hęreditati renunciavit, ſi ſit donatarius patris.*

19 *Secùs quando hanc donationem non acceptavit.*

20 *Soror ſtatuto excluſa ab hęreditate parentum reſervata ſolùm dote de tempore nuptiarum dicere non poteſt de inofficioſo doti alteri ſorori à patre promiſſę.*

21 *De inofficioſo dici non poteſt doti à patre filię aſſignatę ex juribus fratris dotatę, qui patri ſupervixit, & hanc actionem non intentavit.*

22 *Jus adeundi hęreditatem 30. annis pręſcribitur.*

23 *Fructus ſtabilium ab anno 1679. à Rota calculantur ad rationem quatuor pro centenario, & anno.*

DECISIO CCX.

AD trutinam revocatis fundamentis deciſionis editæ coram me, 2. Maii præcedentis anni; qua reſpoſum fuit, procedendum eſſe ad ulteriorem legitimam exequutionem ſecundi mandati, ab A. C. relaxati favore fratrum de Garullis, in ſumma ſcutorum 1958. pro reſiduo ſortis, ac fructuum, uſque ad annum 1679. debitorum ex cauſa dotis, promiſſæ Franciſcæ ipſorum matri; quod in gradu appellationis exequi juſſerat noſtrum Auditorium; *pręviis duabus deciſionibus editis 17. Junii 1699, & 15. Januarii 1700. cor. R. P. D. meo Pio*; nec non alterius mandati pro fructibus, poſt dictum annum 1679. decurſis; ab eodem R. P. D. meo Pio de novo relaxati: Joannes Gualbertus reus conventus plura opponebat in hodierna Audientia: quæ tamen ſatis non fuerat ad retrahendum Dominos à ſenſu præteritæ deciſionis. Idcòque reſponſum fuit: *Standum eſſe in deciſis.*

Incipiendo enim ab exceſſu, quo dictum mandatum A. C. laborare, ajebant defenſores Joannis; ſupponentes, quod reſidualis quantitas dotis, calculata in ſcutis 800., non eſſet ultra ſcuta 650., eò quia alia ſcuta 150. tradita fuerant in jocalibus, & auro; ut conſtat ex quietantia, relata in *Summ. ejuſdem Joannis n. 4.*, ſatis conſultum videbatur, imputando nedum dicta ſcuta 150; verùm etiam illius fructus, pro toto tempore, quo ad ejus debitum calculati fuerunt; in diminutionem aliorum fructuum poſt relaxationem dicti mandati decurſorum; juxta calculum, relatum in hodierno *ſumm. fratrum de Garullis n. 1. lit. C. & D.* Qua ſtante imputatione nullum prorsùs damnum debitor patiebatur: dum exequutio adhuc plenarium effectum non habuit; ut advertitur in præcedenti *deciſione ſub §. Sublata, in fine.* Quatenùs verò deducebatur, ex quo ad promiſſoris debitum calculati fuerint etiam fructus decurſi pendente dilatione: ceſſabat objectum ex facto: cùm conſtet, calculum, reſpectu fructuum, initium ſumere poſt elapſos jam quatuor, ac reſpectivè decem annos, à die promiſſionis; dicto præſenti *ſummar. de Garullis num. 1.*

Tranſeundo ad alterum objectum, quod A.C. non potuerit pro dicto reſiduo dotis relaxare mandatum in quantitate; quando promiſſa fuerat ſatisfactio in ſtabilibus: placuit Dominis reſponſio, quod, facta de anno 1678. judiciali requiſitione ſuper traditionem ſtabi-
2 lium; aſſignatoque per Judicem termino: cùm debitor eandem traditionem non expleverit, rectè potuit contra ipſum relaxari mandatum pro quantitate, in vim obligationis cameralis, continentis ſtipulationem ad intereſſe: ex auctoritatibus relatis in mea præcedenti *deciſione §. Sublata*; quibus addi poteſt *Rota cor. Coccino dec. 1331. n. 56., & dec. 63, & dec 287. p. 13., & dec. 425. n. 12. p. 18. rec.; & in Romana dotis 10. Maii 1688. §. Verùm, cor. Rm̃o Turonen.* Non relevante proteſtatione, per Joannem præcedenter facta ſub die 5. Junii 1677., quod non eſſet locus expeditioni mandati in pecunia; ſed ad ſpeciem, ſeu ſtabilia, per peritum æſtimanda; ut in ejus *ſumm. n. 5.* Quia, cùm poſtea idem Joannes, repudiatâ paternâ hæredita-

ro,

te, ſolemniter declaraverit, ſe velle illius
bona retinere pro dote materna: & ſucceſſi-
3 vè tam ipſe, quàm curator, hæreditati jacen-
ti deputatus, interpellati ad tradendum bo-
na; illa non exhibuerint: meritò Judex rela-
xavit mandatum in pecunia; ex auctoritati-
bus mox allegatis,

Pari modo inefficax apparuit altera excep-
tio, quod diſſoluto de anno 1670: matrimo-
4 nio per obitum Franciſcæ: fructus abinde
citra, debiti non fuerint; etiamſi ſuperſtite-
rint filii: cùm deficeret interpellatio facta
cum notoriis requiſitis *Caſtrenſis in l 3. ff. de
eo, quod certo loco.* Quidquid enim ſit, an
5 quoties agitur de conſequenda dote ab hæ-
reditate patris, qui eam filiæ promiſit, de-
beantur filiis, & hæredibus matris præde-
functæ fructus, loco alimentorum, ad diffe-
6 rentiam alterius caſus, quo ageretur de re-
petenda dote ab hæreditate viri, poſt obi-
tum uxoris: in qua quæſtione affirmativam
tuetur, *Ridolphin. in prax. p.3. cap. 5. n.454.
cum ſeqq. uſque ad finem*; & tenuit *Rot. dec.*
81. & 84. *per tot. apud Fenzonium ad Statut.
Urbis.* Hoc unum certum eſt, in hypotheſi,
7 quod cùm dos tradenda eſſet in bonis ſtabili-
bus: utique, non ſequuta traditione orta fuit
actio ad fructus; ex diſpoſitione *text. in l.
Curabit C. de action. empt.*; & dixit *Rota
dec.171. n.2. p.15., & dec.65. pariter nu.2. p.
16 rec., & in Piſauren. dotis* 16. *Mai:* 1692.
§. *Conſideratum, cor. R. D meo Priolo.*

Fortiùs quia ipſamet mulier uſque ab an-
no 1661. unà cum viro judicium introduxe-
rat ſuper traditione ſtabilium, in dotem pro-
8 miſſorum. Ideòque mora ex lite incurſa
favore matris, ſuffragatur etiam filiis, & deſ-
cendentibus, quouſque ſequatur dotis ſatis-
factio; *Rot. dec.5. n.6 p.19. rec., & in Roma-
na immiſſionis* 9 *Januarii* 1699. §. *Nec mo-
tum, cor. R. P.D. meo Caprara.* Non attento,
9 quod lis mota fuerit pro ſolutione dotis; non
autem pro conſequutione fructuum dota-
lium; quia ipſa petitio dotis, de ſui natura,
etiam fructus includit; *Cardinalis de Luca
de dot. diſc.161. n.82., Rot. dec.184. n.10. &
11. p.10., & dec.192. n.3. & 4. p.12. recent.*

Prout non obſtat, quod fratres de Garul-
lis coram A.C. petierint fructus dotales ad
rationem ſeptem pro centenario; productâ
ad hunc effectum particulâ Statuti Firmani,
10 eos ad hanc ratam taxantis. Cùm enim A.
C. mandatum relaxaverit ad rationem quin-
que, correſpondentem eo tempore fructibus
ſtabilium; ut in *ſumm eorumd. de Garullis,
d.n.1.*: tales fructus conceſſi cenſentur loco
fructuum ſtabilium: qui re vera ex æquitate
legis debebantur: & notæ ſunt regulæ, quod
11 in judiciis attenditur quid conceſſum, non
verò quid petitum; *Rot. cor. Cerro dec.459.
n.8., & in Romana dotis ſuper reſtitutione
quoad reſervata*, 14. *Martii* 1695. §. *Duciſ-
ſæ voluntas, cor. R. P.D. meo Muto.*

Repetita demùm exceptio inofficioſitatis
dotis: rurſùs agnita fuit minùs habens in fa-
cto: quia, ut advertit præterita deciſio, pro-
12 bata non eſt quantitas patrimonii per dotan-
tem poſſeſſi: dum teſtes non coarctant nega-
tivam circa non exiſtentiam aliorum bono-
rum: imò, ex calculo aliàs dato ex parte di-
cti de Garullis; repetito in præſenti *ſumm.
n.2.*, ac approbato in 2. *deciſ. R.P.D. mei Pii
§. Ex his*: conſtat, patrimonium Julii excede-
re ſcuta 5000., & remanſiſſe Joanni, aliiſque
13 fratribus prædefunctis, pluſquam portio-
nem correſpondentem legitimæ; quatenùs ea
deberetur: imò etiam hodie ſupereſſet ma-
14 jor pars hæreditatis paternæ, ſi aſſignaren-
tur domus in Civitate Firmi, & prædium
nuncupatum *Capodarca*, pro ſcutis 1300. per
Garullos oblatis: licèt idem Joannes ea reti-
nere contendat pro ſcutis 750. quanti aſſerit,
ab ejus peritis æſtimata fuiſſe: quam oblatio-
nem, ad effectum augendi valorem aſſis hæ-
reditarii, ponderavit *dicta ſecunda deciſio R.
P.D. mei Pii §. Firmata.*

Nil relevantibus, ad comprobationem va-
loris, per peritos relati, inſtrumentis acqui-
ſitionum factarum reſpectu domus, pro ſcu-
tis 250., & reſpectu prædii pro ſcutis 400.
Siquidem, cùm Julius, poſt factas acquiſitio-
nes de anno 1626, poſſederit ferè per annos
15 30, quo tempore potuerunt bona per ipſos
meliorari: non rectè infertur à præterito ad
præſens; ut firmat mea præterita *deciſio ſub
§. Exceptiones autem.*

Potiſſimè animadvertendo, quod ipſe Joan-
nes uſque de anno 1666. ratam dictæ domus
vendidit Victorio, pretio florenorum 529.
conſtituentia ſcuta 232., quanti peritus ejuſ-
dem Joannis æſtimavit aliam domus partem;
hodie ab iſto poſſeſſam; nec non cum aliis
ſcutis 499., ad quæ peritus utriuſque partis,
retulit aſcendere valorem prædii *capo d. Ar-
ca, ſumm. dictorum fratrum de Garullis n.2.
3. & 4.* conflatur ſumma ſcutorum 996. 60. Et
ſic patet, hujuſmodi bona retineri non poſſe
pro dicta ſumma ſcutorum 750.

Et tamen, quando etiam per hypotheſim,
17 dotis conſtitutio fuiſſet inofficioſa: talis ex-
ceptio proponi non poſſet à Joanne; qui, re-
pudiatâ hæreditate paternâ, jus amiſit con-
17 ſequendi legitimam: & conſequenter jus
dicendi de inofficioſitate; ut probant omnes
hujus cauſæ deciſiones, relatæ in mea præ-
cedenti *deciſione §. In jure verò.* Cujus fun-
damenti efficacia non elidebatur ex reſpon-
18 ſione, quod, etſi Joannes non fuerit hæres
Julii patris: haberet tamen ad ſui, & fratrum
favorem, donationem omnium bonorum:
19 quia talis donatio reſoluta remanſerat; uti
à filiis non acceptata, neque adimpleta: &
de facto Julius illam, ex hoc capite, poſtea
revocavit: ac de bonis donatis in teſtamento
diſpoſuit; adeout nullum prorsùs in ea conſti-
tui valeat fundamentum; ut benè animadver-
tit *ſecunda deciſ. R.P.D. mei Pii §. Etenim.*

Hoc autem jus, quod Joanni non competit
ex propria perſona, minùs allegari valet ab
eo, tamquam hærede Cacciaguerræ fratris,
29 & Conteſſæ ſororis. Quo enim ad iſtam, ſat
eſt reſpoſio, quod cùm à Statuto Firmano

excluſa foret ab hæreditate parentum, reſervata ſolùm dote de tempore nuptiarum; ſicut ipſa de inofficioſitate controverſiæ dotis, dicere non poterat: ita nec valeat ejus hæres; ut in *dicta ſecunda deciſione R. P. D. mei*
21 *Pii §. finali*. Quo verò ad fratrem, dum ille patri ſupervixit, nec querelam inofficioſæ dotis propoſuit. Imò (& quod plus eſt) à die obitus dicti Cacciaguerriæ, effluxerunt anni 35., nec unquam Joannes, hæreditario illius titulo, paternam hæreditatem acceptavit: utique jus adeundi præſcriptum remanſit; *Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 14. art. 1. n. 19. & ſeqq., Rot. dec. 232. n. 17. p. 13. rec., & in Albanen. bonorum 25. Junii 1685. §. E contrario autem, cor. Rmo Hervault.*

Hæc quæ juſtitiam ſuadent primi mandati reſpicientis reſiduum dotis, ac fructuum decurſorum uſque ad annum 1679., influunt etiam in ſecundum, à ſac. Rota relaxatum pro fructibus, ex poſt decurſis: utpotè ab eadem cauſa originem ducentibus: qui tamen calculandi erunt ad rationem ſcutorum qua-
23 tuor pro centenario: cùm ab eo tempore, S. Rota, ob magnam pecuniarum affluentiam, & reſpectivè fructuum diminutionem, ab antiqua taxa receſſerit; ac fructus ad dictam rationem quatuor pro centenario reduxerit; *in Faven. fructuum 8. Maii 1679. §. Attamen, cor. bo. me. Paulutio*; ut pluribus relatis concordantibus habetur in *Piſauren. ſucceſſionis 1. Junii 1699. §. finali cor. R. P. D. meo del Olmo*.. Factoque ad hanc rationem calculo, detrahenda erunt ex quantitate iſtorum fructuum ſcuta 150.; ut ſupra, per auctorem fratrum de Gavillis, recepta in auro, & jocalibus; nec non fructus eorumdem ſcutorum 150. ad ipſorum fructuum creditum calculati; & reſpectivè in dicto mandato anni 1679. comprehenſi.

Et ita, omiſſis aliis levioris ponderis; quibus plenè ſatisfaciunt præcedentes deciſiones, reſolutum fuit, utraque &c.

ROMANA CAMBIORUM.

Lunæ 30. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Credita, & debita poſt ſententiam contracta, in qua compenſatio hincindè facta dicitur; in illa non comprehenduntur. Creditor ex bonorum in adminiſtrationem ſibi aſſignatorum fructibus ſatisfactus non præſumitur; cum in adminiſtratione unà cum alio electus, alius, & non iſte in eadem ſe ingeſſit.

Confirmatur infra dec. 233.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumenta Camerali obligatione vallata celerem requirunt executionem.*
2 *Sententia declarans credita, & debita inter exactorem & illum cujus eſt exactor fuiſſe pro exactionis tempore invicem compenſata non comprehendit illa, quæ vel per ceſſionem poſt ſententiam fuere acquiſita, vel creata*, & n. 3.
4 *Credita non fuiſſe compenſata ex declaratione inter creditorem, & debitorem cognoſcitur.*
5 *Declaratio ad declarantis commodum non probat.*
6 *Declaratio adversùs debitorem facta, & judicialiter contra eum producta, judicialiter approbata cenſetur.*
7 *Et vim habet concordiæ inter partes.*
8 *Et cuicumque contrariæ interpretationi prævalet.*
9 *Adminiſtrator, qui de bonis adminiſtratis rationem non reddidit, cenſetur de ſuo credito ſatisfactus.*
10 *Exceptio à tertio data non admiſſo ad cauſam, non attenditur.*
11 *Adminiſtratio non præſumitur facta ab una ex duobus electis, ſi alterum ſolum adminiſtraſſe, & in judicium, ut rationem redderet vocatum fuiſſe conſtet.*
12 *Non adminiſtrans, nec rationem reddere debet.*
13 *Nec habet undè de ſuo credito in adminiſtratione ſatisfactus præſumi poſſit.*
14 *Exceptio contra debitorem ad retardandam executionem mandati non admittitur, quod ille ſatisfactus præſumatur.*

DECISIO CCXI.

Ad protrahendam deliberationem domus, per Philippum Viganorum poſſeſſæ in Civitate Albani; ac ſub executione captæ, vigore mandati A. C., quod Sacra Rota prævia deciſione edita 17. Junii 1695. coram R. P. D. meo Priolo exequi mandaverat ad inſtantiam hæredum quondam Chriſtophori Ubaldini, creditoris Mariæ Felicis Gubernatæ; ac dicti Viganori ejus filii ex cauſa duplicis cambii, alterius nempe in ſorte ſcutorum 350. impoſiti de anno 1679., & alterius in ſorte ſcutorum 650. ſubſequenti ann. 1689. contracti: idem Viganorus poſſeſſor, ſolutis utriuſque fructibus decurſis, & antiquioris cambii ſorte reſtituta ex pretio nonnullorum bonorum, ſubhaſta venditorum: obtinuit ſignari commiſſionem mihi directam cum clauſula -- *Alteri qui ad legitimam* -- Ad cujus tenorem, hodie diſputato coram me dubio -- *An eſſet procedendum ad legitimam exequutionem* -- *Affirmativa* prodiit reſolutio.

Suppoſitâ enim validitate mandati, quæ non controvertitur, juſtitia reſultat ex publicis inſtrumentis, Camerali obligatione vallatis: quæ ideò celerem requirunt exequutionem; ex firmatis per *Rotam apud Zacchiam de oblig. Camer. dec. 166. n. 2, & dec. 169., & dec. 241. utrobique num. 1., & in rec. dec. 8. n. 10. part. 17., & deciſ. 601. num. 18. part. 18.*

Abſque eo quod illius exequutio retardari poſſet, ex quo clar. mem. Cardinalis Thauruſius, dum eſſet A. C. Locumtenens, declaraverit per ſententiam, quod omnia credita,

1 dita, & reſpectivè debita, inter Viganorum, & Ubaldinum contracta, tempore quo idem Ubaldinus expleverat munus exactionis nominum debitorum, à ſe aſſumptum; illudque uſque ad menſem Majum anni 1679. continuaverat, cenſenda forent hincindè ſoluta, & extincta. Hujuſmodi namque ſententia com-
2 prehendere non valet controverſa cambia; dum illorum primum, licèt præexiſteret judicato: attamen tunc temporis ſpectabat ad Monteiaticum, non autem ad Ubaldinum, à quo per ceſſionem fuit acquiſitum de anno 1681. Secundum verò eo tempore non aderat
3 utpotè creatum de ann. 1670. Ideòq; neutrum cadit ſub dicta ſententia; quæ Viganorum dumtaxat abſolvit *à creditis acquiſitis ab Ubaldino ante memoratas exactiones* ſunt verba ſententiæ relatæ in *ſumm. hered. num.* 9. Idque in aperto ponitur ex ſolidatione com-
4 putorum, poſt dictam ſententiam facta inter Ubaldinum, & Viganorum, de anno 1680., in qua litteraliter declaratum legitur, quod Ubaldinus remaneat creditor utriuſque cambii de quo in præſenti agitur; *dict ſummar. hæ-*
5 *redum n.* 11. Quamvis autem hæc declaratio tanquam à ſolo Ubaldino conſcripta, regulariter ad ejus commodum nequiret proba-
6 tionem conſtituere: cùm tamen fuerit ab ipſo Viganoro adverſùs eoſdem hæredes Ubaldini, pro aliis creditis agentes, producta; negari non poteſt, quin fuerit judicialiter approbata; & vim habeat concordiæ inter
7 partes: adeout cuicumque contrariæ inter-
8 pretationi prævalere debeat; ut reſpondit *deciſio præcedentis inſtantiæ* 17. *Junii* 1695. *§. Sed tale, cum ſequent., cor. R. P. D. meo Priolo.*

Quibus ita firmatis, Domini cenſuerunt, annuendum non eſſe dilationi, petitæ nomine nonnullorum creditorum; exponentium, quod Ubaldinus olim adminiſtrationem vinearum communis debitoris habuerit; nullaque per eum facta redditione rationis vini in
9 ultimis vindemiis recollecti, cenſeri debeat de ſuis creditis ſatisfactus. Omiſſo enim quod adhuc non conſtabat de intereſſe credito-
10 rum comparentium; dum ad cauſam admiſſi non fuerunt: ſuppoſita Ubaldini adminiſtratio non regit in facto; dum, licèt in Congregatione habita inter creditores, electi fuiſſent in capita eorumdem creditorum Ubaldinus, & Venturinus: attamen adminiſtrationem aſſumpſit ſolus Venturinus, ipſe-
11 que ſolus propterea per Viganorum, ejuſque creditores, vocatus fuit in judicium coram A. C, ut rationem redderet omnium expenſarum factarum in vineis; & reſpectivè fructuum ex ea perceptorum, *ſumm. reſponſionis hæredum n.* 2. Quo circa, ſi Ubaldinus
12 non adminiſtravit: non eſt, de quo rationem
13 reddat: nec de quo ſibi ſatisfacere potuerit.

Et in omnem caſum, hujuſmodi exceptio
14 proponi poterit tempore conſignationis pecuniarum, ex domo retrahendarum: abſque eo quod interim retardetur illius deliberatio; ut aliàs reſponſum fuit à *Sac. Rota in* *Rom. I.*

Romana fideicommiſſi de Pinis, ſuper admiſſione ad cauſam, 2. *Julii* 1700. *§. finali*, *coram me.*

Et ita, Viganoro pluries citationibus laceſſito, & hæredibus Ubaldini dumtaxat informantibus, reſolutum fuit &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Lunæ 30. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Loca montium fideicommiſſaria, quæ cum inſertione ejuſdem vinculi, & minori pretio vendita ſunt à gravato, pro ejus tantùm jure vitalitio ceſſa videntur: cui contractui quamvis acceſſerit hæres gravatus de evictione ſe quoque obligans; quomodo iſta ſint intelligenda optime agitur.

Confirmatur infra dec. 242.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ immiſſionis juſtitia probatur ex vocatione immiſſi, & identitate bonorum.*
2 *Reſtitutio in integrum non conceditur, niſi conſtet de læſione ab injuſtitia reſultante.*
3 *Clauſulæ* - ad habendum &c., ponens &c., conſtituens &c., -- *ſunt tranſlativæ dominii.*
4 *Datio in ſolutum cum his clauſulis facta, indicat veram datæ rei diſtractionem, & effectivam ſeparationem.*
5 *Hæres auctoris factum impugnare nequit.*
6 *Reſignatio locorum montium facta cum vinculo fideicommiſſi in patentibus appoſito, non eſt reſeribilis, præter quam ad merum jus temporale heredis gravati reſignantis.*
7 *Et ceteri fideicommiſſarii accedentes tali reſignationi præſumuntur pro jure in ſpe in eorum perſona de futuro verificali; non autem pro jure ulterioribus heredibus competente.*
8 *Voluntatem contrahentium à poteſtate metimur.*
9 *Donatarius habens ſolùm jus vitalitium ſuper re donata, ſi de illa diſponat, de ſolo jure vitalitio diſpoſuiſſe dicetur.*
10 *Donans de re donata ampliùs diſponere nequit in donatariorum præjudicium.*
11 *Nemo dicitur facere ultra id, quod facere poteſt.*
12 *Vendens cenſetur vendere jus tantùm, quod habet in re.*
13 *Emens loca montium cum vinculis fideicommiſſi, quibus ſunt obnoxia, cenſetur ſolùm in contractum deduxiſſe jus vitalitium hæredum gravatorum vendentium.*
14 *Fortiùs ſi loca montium multò ante vinculo fideicommiſſi erant obnoxia.*
16 *Creditor ſatis acquirit, ſi vitalitium plurium fideicommiſſariorum reportat.*
17 *Venditum quid fuerit, à quantitate pretii validè arguitur.*
18 *Emptio rerum vinculatarum ſupponitur facta cum onere fideicommiſſi, ſi ejus reſiduum pretii, non ſubſtantiæ rei, ſed juri vitalitio*

talitio congruent liberè conſignetur gravato; quia tunc vitalitium emptum cenſetur.

19 *Ab evictione promiſſa in venditione vitalitii hæres gravatus non afficitur, ſi veniant vocati ad rem eandem poſt ejus obitum vendicandam.*

20 *Sed intelligitur vel in caſu, in quo talia bona hæredis gravati non fuiſſent.*

21 *Vel ex alia cauſa diverſa à fideicommiſſo.*

22 *Evictionis actio emptori contra venditorem non competit, ſi cauſam ob quam illa prætenditur tempore emptionis nota erat emptori.*

23 *Limitatur quoties emptor de evictione cavit.*

24 *Limitationem intellige quoties promiſſa evictionis facta fuit in ſpecie ſuper illo vinculo proveniente ex natura & qualitate rei, & in contractu litteraliter expreſſo.*

25 *Auctoris factum eſt ſervandum.*

26 *De evictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

27 *Obligatio hæredum in clauſulis generalibus appoſita, contractus ſubſtantiam non alterat.*

28 *Obligatio inita ad majorem firmitatem contractus, illum ultra conventos obligationis fines non prorogat.*

29 *Hæres fideicommiſſarius poteſt agere ex propria perſona contra eum, cui jus vitalitium ab hærede gravato ſuo pariter auctore fuit venditum, quia cum gravati vita emptoris jus eſt reſolutum.*

30 *Hæres fideicommiſſarius aſſentiens gravato alienanti loca montium in ejus jure vitalitio, & ſimul præſervans ſibi jus ſuper aliis gravati bonis, non dicitur capitalis alienationi conſenſiſſe, ſed hanc præſervativam facere aſſequendi gratia ex ejus capitali fructus, quos ejus cauſa amiſerit.*

31 *Præſervativa in inſtrumento facta, cum ejus diſpoſitiva eſt conciliánda.*

32 *Contrarietas debet conciliari.*

DECISIO CCXII.

POſſidentibus pro indiviſo Alphonſo, & Martio fratribus de Columna, Caſtrum Rubiani, ſitum in Latii partibus: Alphonſus anno 1598., portionem ad ſe ſpectantem, reſervato ſibi uſufructu, & juriſdictione, donavit Mario fratri compoſſeſſori, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, cum ordine perpetuæ promigenituræ. Sed vendito poſtea per eoſdem fratres de anno 1625. integro Caſtro, favore clar. me. Principis Caroli Barberini: pretium inveſtitum fuit in Locis Montium, duplici adjecto vinculo; altero ſcilicet evictionis dicti Caſtri, & altero fideicommiſſi, quoad portionem tantùm Alphonſi, ejuſdem inſtitutòris.

Nonnulla ex hiſce Locis Montium vendidit poſtea ipſemet Alphonſus, cum vinculis proximè recenſitis: (Et hæc poſt ſententiam A.C., & geminas Rotales deciſiones, vocatis ad dictam primogenituram, reſtituta fuerunt à venerabili Eccleſia SS. Ambroſii, & Caroli de Urbe) alia verò, nempè loca octo cum centeſimis 75.50. cum eiſd. vinculis in ſolutum dedit Juniperæ de Palagio, in ſatisfactionem fructuum, & ſortis cambii, uſque ab anno 1627. per Mutium ex Mario fratre nepotem, ſub ipſius Alphonſi obligatione contracti, ſtatuto eorumdem locorum pretio in ſcutis 50. pro quolibet; ſibique reſervata facultate illa redimendi ad ſexennium; inſerendo etiam ad cautelam in inſtrumento dationis in ſolutum, tenorem litterarum patentium, cum promiſſione evictionis; eidemque contractui accedentes Fabius, & Franciſcus nepotes, pro eorum intereſſe, ratione fideicommiſſi, in ipſorum perſonis purificandi reſervarunt ſibi jura ſuper aliis bonis ejuſdem Alphonſi, vigore fideicommiſſi, quomodolibet ipſis competentia: & pro obſervantia contractus, ſeſe, ac hæredes obligarunt.

Delato fideicommiſſo ad favorem Antonii Columnæ Branci fortis, moderni primogenituræ poſſeſſoris: Iſte, introducto judicio pro recuperatione dictorum locorum octo cum centeſimis 75., adversùs Lapum Bonaccurſium, illorum detentorem, ſententiam immiſſionis ab A. C. reportavit: quàm, cùm poſtea R.P.D. Lonius confirmaverit: ab ejus judicato, appellationis cauſa mihi commiſſa in gradu reſtitutionis in integrum: contigit hodie diſputari dubium -- *An conſtet de conſtitutionis reſtitutionis in integrum, ſeu potiùs de re judicata.* -- Illudque à Dominis, *quoad primam partem, negativè, quo verò ad ſecundam affirmativè* reſolutum fuit.

Cùm enim, ſuppoſita ſententiarum validitate à partibus non controverſa, juſtitiam comprobaret litteralis vocatio actoris ad pri-
1 mogenituram: &, probata identitas locorum montium, abundè juſtificata in *deciſionibus* 43. & 171. *part.* 11. *rec.* editis adverſùs venerabilem Eccleſiam SS. Ambroſii, & Caroli: conſequens erat; ut admitti non poſſet in in-
2 tegrum reſtitutio: cui dumtaxat viam aperit læſio, ab injuſtitia reſultans; ex firmatis per *Rot. cor. Merlino dec.* 644. *n.*1., *cor Cerro dec.* 80. *eod. n.*1., & *in rec. dec.*352. *n.*2. *p.*14.

Quin, ad ſuadendam injuſtitiam, urgeret objectum, quod Alphonſus, per dictam da-
3 tionem in ſolutum cum clauſulis -- *ad habendum &c., Ponens &c., Conſtituens &c.,* -- tranſlativis dominii, proprietatem locorum
4 montium diſtraxerit, & effectivè ſeparaverit à fideicommiſſo; itaut nec poſſit actor ex jure primogenituræ, cui ampliùs non ſubſunt illa, è manibus Lapi poſſeſſoris evincere; præſertim, quia ei, tamquam hæredi Fabii fide-
5 juſſoris, & coobligati: præfatum contractum impugnare non liceat; ad *text. in l. cum à matre C. de rei vindicat.*, & *l. vindicantem ff. de evict.*

Siquidem reſignatio locorum montium, utpotè facta cum eiſdem vinculis, & conditionibus, in litteris patentibus expreſſis, in-
6 ſerto inſuper earumdem tenore; ad aliud referri non poteſt, quàm ad merum jus temporale

porale ; quod Alphonſus in illis habebat :
proindeque cæteri coobligati, præſumuntur
7 acceſſiſſe pro jure in ſpe, ac de futuro, in eo-
rum perſonis purificabili : non autem pro ju-
re, ulterioribus hæredibus competente; ut di-
ſtinguendo advertit *Card. de Luca de regal.
diſc.30. n.14.*

Et ſanè metiendo contrahentium volunta-
8 tem à poteſtate : ſicut iſta in Alphonſo reſtri-
9 cta erat ad ſolùm jus vitalitium; cùm de pro-
10 prietate jam donata diſponere non poſſet in
præjudicium vocatorum ; ad notata per *Ro-
tam in Romana vineæ, ſeu horti 15. Martii
1700. §. Non relevante, coram me* : ita nec
11 dicendum eſt, diſtrahere voluiſſe ultra id,
quod ei permiſſum erat; ex regula, quod ven-
12 dens cenſetur vendere jus tantùm, quod
habet in re ; ad *text. in l. Qui tabernas 32. ff.
de contrahen. empt.* Et pari modo, Junipera
recipiendo loca montium cum vinculis, qui-
13 bus erant obnoxia : cenſetur ſolùm in con-
tractum deduxiſſe vitam obligatorum, & Al-
phonſi ; ac illis deficientibus, amiſſioni loco-
rum montium voluntariè acquieviſſe ; ut fuit
dictum in *Romana locorum montium 25. Ju-
nii 1695. §. Cumque, cor. R.P.D. meo Tre-
moille* ; & in proximis terminis *in Firmana
manutentionis, & legitimæ 5. Decembr. 1701.
cor. R.P.D. meo Priolo.*

Iſtaque partium voluntas, clarior fieri vi-
debatur ex duplici animadverſione ; altera,
14 quod cambium favore Juniperæ contractum
fuerat per Mutium, cum obligatione Alphon-
ſi, multò poſt erectionem primogenituræ :
ideòque, cùm nullatenus haberet obligata
15 hujuſmodi loca montium : ſatis acquiſiviſſe
putavit, ad aſſequendum ſui crediti ſatisfa-
ctionem : reportare ceſſionem commodi vita-
litii à pluribus perſonis, ad primogenituram
ſucceſſivo tempore vocatis ; altera quod pre-
tium eorumdem locorum montium, ſtatu-
tum fuit in ſolis ſcutis 50. pro quolibet loco :
quod utique, habito reſpectu . . floridam
ætatem obligatorum ; à qua maior fructuum
quantitas Juniperæ expromittebatur : erat un-
dequaque juſtum, ac juri vendito correſpon-
dens : quod ſecùs eſſet ſi diceremus, in da-
tione in ſolutum, comprehenſam eorumdem
locorum proprietatem ; etiam pro jure ulte-
rioribus vocatis competente. A quantitate
17 autem pretii, validum emergere argumen-
tum, quidnam fuerit in venditione compræ-
henſum ; firmavit *Rot. cor. Dunozzetto ſen.
dec.283. n.26.* cum aliis relatis in *Bononien.
prædii 23. Januarii 1699. §. Quintò prævali-
dè, cor. R.P.D. Anſaldo.*

Maximè quia cùm pretium conventum,
excederet in valore creditum Juniperæ in
ſcutis 36. 15. iſta fuerunt liberè conſignata
18 Alphonſo. Quod utique factum non fuiſſet
niſi venditio fuiſſet facta cum onere fidei-
commiſſi : nam aliàs dicta reſidualis ſumma
debuiſſet pro fideicommiſſo inveſtiri ; *Poſth.
de ſubhaſt. inſpect. 18. n.21. & ſeqq., Rot. in
Romana cenſuum ſuper reſervatis 7. Decem-
bris 1699. §. Clariùs, cor. Rmo D. meo De-
cano.*

Non attenta reſponſione, quod, cùm Al-
phonſus, ejuſque nepotes, in datione in ſo-
lutum promiſerint de evictione locorum
19 montium, teneantur propterea, favore poſ-
ſeſſoris, etiam in caſu, quo illa ex jure præ-
fati fideicommiſſi, per vocatos evinceren-
tur. Siquidem, retento themate, quod ceſ-
ſio, vel in ſolutum datio, facta fuerit cum
iiſdem vinculis, quæ in litteris patentibus
continebantur ; inter quæ illud fideicommiſ-
ſi legebatur : ſubſequens promiſſio evictionis,
vel referri debet ad caſum, quo conſtitiſſet,
20 loca montium non pertinuiſſe ad Alphon-
ſum ; ut innuere videntur ibi " Promittens
" dictus Alphonſus dicta loca novem cum
" dimidio dicti montis, ut ſupra in ſolutum
" data eſſe ſua, & ad ipſum ſpectare, & per-
" tinere aliàs de evictione. " Vel ad alium
21 provenientem ex diverſa cauſa, præter
quam ejuſdem fideicommiſſi, expreſsè in con-
tractum deducti ; *Pariſ. conſ.70. n.2. lib.1.,
Peregrin. de fideicomm. art.52. n.69., Mi-
chalor. de fratrib. p.2. cap.39. n.19., Rot. cor.
Royas dec.339. n.14. verſ. Itaut, & cor. Cel-
ſo dec.59. n.1., & in rec. dec. 118. n.2. p.5.,
dec.299. n.19. & 20. p.11., dec. 135. à n.6. &
per tot. p.18.*

Et ſemper obſtat Juniperæ ſcientia quali-
22 tatis fideicommiſſariæ, aliorumque one-
rum, quibus ſubjecta erant loca montium :
qua ſtante, non competit emptori actio pro
evictione contra venditorem ; ad vulgarem
textum in l. Si fundum ſciens C. de eviction.,
quæ ſequuntur *Amatus Var. reſolut.88. nu.
15., Rocc. diſput. jur. cap.91. n.18., & ſeqq.,
Arias de Meſa Var. reſol. lib.1. cap.27. ſub
n.11.*, & communiter omnes.

Et quamvis, etiam data ſcientia fideicom-
23 miſſ., quoties emptor ſibi cavit de evictio-
ne, venditor ad illam teneatur ; ut limitan-
do diſpoſitionem præfati *textus*, tradit *Gloſ-
ſa in eadem lege, Si fundum ſciens*, verbo
*Convenit C. de eviction., Guzman. de evict.
q.46. n.12. cum ſeqq., Mangil. eod. tit. q.30.
n.21., Card. de Luca de feud. diſc 44 n.14., de
dote diſc.89. n.5., de empt. diſc.14. n.9., Ma-
gon. deciſ. Florent.48. n.13, & Rot. dec.337.
n.25. p.5., & dec. 163. n.36 p.19. rec.* Atta-
24 men, ut hujuſmodi limitatio locum habe-
ret, neceſsarium foret, quod promiſſio evi-
ctionis, non in genere, ſed ſpecificè, ac in-
dividualiter facta fuiſset ſuper illo vinculo,
proveniente ex natura, & qualitate rei ; &
in contractu litteraliter expreſso ; ut ex alia
notabili *Gloſſa in l. Si familiæ Cod. famil.
Herciſcundæ*, firmavit *Rot. in rec. deciſ.141.
n.7. p.13., & dec.40. n.7.8. p.17. rec., in Bo-
nonien. prætenſæ evictionis 1. Junii 1696. §.
Quæ concluſio, cor. Rmo D. meo Decano* ; &
*in Spoletana bonorum, 4. Julii 1698. §. Haud
refragante, cor. R.P.D meo del Olmo.*

Minus obſtat, quod Fabius expreſsè obli-
gaverit perſonam hæredis : qui proindè ne-
25 queat vindicare loca montium, ſive quia
ſui auctoris factum ſervare teneatur, ſive
etiam, ex quo, ipſo agente in vim fideicom-
miſſi

miſſi, ſemper evictio ſequi dicatur ex facto
Fabii contrahentis, vel ejus hæredis per ip-
26 ſum obligati: cui reſiſtit regula, quod,
quem de evictione tenet actio, eundem agen-
tem repellit exceptio.

Etenim, omiſſo, quod talis hæredum
27 obligatio, tanquam adjecta in clauſulis ge-
neralibus, ſubſtantiam contractus alterare
non valet; quodque conſenſus Fabii, & Fran-
28 ciſci appoſitus fuit ad effectum addendi
majorem firmitatem contractui; non autem
extendendi ultra fines, intra quos ex volun-
tate contrahentium, & ex qualitate rerum,
reſtricta fuerat obligatio: tollitur objectum,
animadvertendo, quod, ſicut datio in ſolu-
tum egredi non poterat ex natura ſtipulatio-
nis, perſonas Alphonſi, ejuſque nepotum:
ita quoties Junipera, durante iſtorum vita,
fructus omnes locorum montium exegit: jam
fuit aſſecuta totum id, quod ei fuerat pro-
miſſum; & exequutionem habuit ſtipulatio
29 Fabii; ad cujus obſervantiam, hæres tene-
batur. Si autem iſte, reſoluta promiſſione,
ob lapſum temporis deſignati; experitur ho-
die, ex propria perſona, jura fideicommiſſi,
pro recuperatione locorum montium; quæ
ad idem fideicommiſſum redierunt: conque-
ri nequit poſſeſſor; cujus jura, per obitum
venditorum, expirarunt; ad *text. in l. Lex
vectigali ff. de pignor.*, *Cencius de cenſ. quæſt.
116. n.20.*, *Rot. poſt eundem deciſ. 15. n.10.*

Tandem non relevat, quod nepotes Al-
phonſi, in approbatione contractus præſer-
vaverint ſibi jura ſuper aliis illius bonis; unde
videantur ſuppoſuiſſe, loca montium in pro-
prietate diſtracta; & hac de cauſa illorum
pretium, ſuper aliis bonis recuperare voluiſ-
30 ſe. Cùm enim fructus locorum montium,
poſt obitum Alphonſi, ſecluſa nepotum obli-
gatione, ad ipſos jure proprio pertinuiſſent;
jam indè aſſequimur, cauſam, ſuper qua
cadit præſervatio; ut ſcilicet Alphonſi hære-
ditas teneretur ſavore nepotum, ad reinte-
grationem fructuum, quos ipſi, ejus intuitu
31 dimiſerant: & ita conciliatur præſervativa,
cum parte diſpoſitiva, jus vitalitium dumta-
xat comprehendente: ac evitatur contrarie-
tas, quæ alioquin ex hujuſmodi argumento
32 reſultaret; prout fieri debere, monet *text.
in l. Ubi repugnantia 149. ff. de regul. jur.*,
Rot. dec. 145. n.16. p.19. rec.

Et ita, utraque &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Veneris 3. Februarii 1702.

ARGUMENTUM.

Mulier etiam extranea major ſine ſolemnitati-
bus Statuti Urbis poteſt pro patrimonio ſa-
cro donare, ſicut pro dote profana, & iſta
propter ejus excellentiam cauſa finalis dici-
tur, licèt enumerentur donatarii merita. Pro-
curatori, & Medico: quando donatio facta
non valeat; etſi donantis inopia inſit; hæc
non ſatis eſt donationem reſcindere; ſed
tribuit ſolùm actionem pro alimentorum con-
ſecutione.

SUMMARIUM.

1 *Judicium poſſeſſorium intentare non poteſt,
qui huic renunciavit, & in aliam vigore
clauſulæ conſtituti tranſtulit.*
2 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in
donatione mulieris pro conſtituendo pa-
trimonio ſacro pro filio.*
3 *Neque pro conſtituenda dote profana.*
4 *Amplia etiam in muliere extranea, neque
ad conſtitutionem patrimonii ſacri, aut
dotis profanæ obligata.*
5 *Declara ſi mulier ſit major: quia tunc nulla
inter extraneum, & non extraneam inter-
cedit diſtinctio.*
6 *Cauſa Sacerdotii cum non eſt finalis, ſed im-
pulſiva non valet donatio pro patrimonii
ſacri conſtitutione à muliere ſine ſtatuta-
tariis ſolemnitatibus facta.*
7 *Cauſa Sacerdotii tanquam dignior cenſetur
finalis, etiam ſi enuncientur benemerita
donatarii.*
8 *Donatio à cliente Procuratori facta non va-
let ex* L. quiſquis C. de Poſtul.
9 *Declaratur eam donationem non valere, quæ
percutit rem in litem de tempore donatio-
nis deductam, ſecùs in cæteris, quæ in liti-
bus non veniunt.*
10 *Medicus ab Infirmo eodem modo donationem
reportare prohibetur* L. Medicus ff. de var.
& exord. cognit. & n. ſeq.
12 *Fructus calculantur ad rationem ſcut. 4. pro
centenario, & anno.*
13 *Donationis invaliditas inſpicitur de tem-
pore contractus, neque ob exceſſum corruit:
ſi illius valor ex donatarii ſolertia pro-
venit.*
14 *Inopia excluditur, ſi de poſſeſſione bonorum
conſtet.*
15 *Inopia mulieris donantis donatio valida non
reſcinditur, ſed eidem datur actio pro ali-
mentorum conſecutione.*
16 *Mater hæres filii donationi in ejus favo-
rem, dum ille viveret principaliter geſta
contravenire non poteſt.*

DECISIO CCXIII.

POſtquàm Dominica Laurenzina, Caroli Ac-
cichæ mater, ratam habens donationem
vineæ extra portam Sancti Pauli, à præfato
Carolo filio, de anno 1685 factam favore
Joannis Baptiſtæ Bavæ, ad hoc, ut eâ me-
diante, poſſet ad Sacros Ordines, ad titu-
lum patrimonii promoveri; expreſſè cui-
cumque juri uſusfructus, & hypothecæ, ſibi
quomodolibet ſuper dicta vinea competen-
ti, renunciaverat: ac, poſtquàm donatarius,
quindecim annorum ſpatio, illam pacificè
poſſederat: eadem Dominica, defuncto Ca-
rolo, pro conſequendis fructibus nonnullo-
rum cenſuum, ab iſto ſuper dicta vinea im-
poſitorum favore Marci Antonii Joannini:
ſibique ceſſorum uſque ab anno 1680., Judi-
cium

cium

cium aſſociationis inſtituit coram A.C., à quo
rejectâ per ſententiam; cum mihi appellatio-
nis cauſam committi curaverit: dubium ho-
die propoſui: *An eſſet danda aſſociatio*. Quod
fuit *negativè* reſolutum.

Licèt enim Domini ultrò admitterent,
controverſam vineam, ab initio, favore Au-
ctoris Dominicæ, fuiſſe hypothecatam cum
clauſula conſtituti: quia tamen exinde ipſa
mulier omnibus hypothecis ſibi compe-
tentibus renunciaverat favore præfati Joan-
nis Baptiſtæ Donatarii; & ſic, poſſeſſionem
1 in illam tranſtulerat: nequibat modò judi-
cium aſſociationis, aut aliud remedium poſ-
ſeſſorium intentare; argumento *Text. in l.* 1.
§. ſi vir uxori ff. de Acquirend. poſſeſſion.,
Rota coràm Cavalerio deciſ. 473. *nu*. 4., *&* 5.,
in rec. dec. 244. *num*. 6., *&* 7. *part*. 10., *& de-
ciſ*. 483. *num*. 9. *part*. 13.

Non ſubſiſtente oppoſitâ nullitate renun-
ciationis, ex quo ſervatæ non fuerint ſolem-
nitates à noſtro ſtatuto, in contractibus mu-
lierum, requiſitæ in *cap*. 151. cum enim do-
natio, & reſpectivè illius ratificatio, emana-
naverint pro conſtitutione ſacri patrimonii,
ad cujus titulum, ut præfertur, Joannes Ba-
2 ptiſta promotus fuit ad ſacerdotium: neceſ-
ſariæ proinde non fuerunt ſolemnitates; pro-
3 ut neque in conſtitutione dotis profanæ re-
quiſitæ fuiſſent; ex notatis per *Card de Luca
de dote diſc*. 16. *num*. 5., *& de Donat. diſc*. 32.
num. 0., & in ſpecie *Gratian. diſcept. forenſ.
cap*. 750. *num*. 28., etiamſi ageretur de mu-
4 liere prorsùs extranea; nec ad actum quem
geſſit obligata: quia, cum eſſet major, nulla
5 intercedebat diſtinctio inter extraneam, &
aliam; quæ de jure non teneatur; juxtà ma-
gis communem Doctorum opinionem; de
qua teſtatur *Card. de Luca dict. diſc* 16. *n*. 3.
de Dot., & firmavit *Rota coràm Peutinge-
rio deciſ*. 226. *num*. 3., *&* 6., *& deciſ*. 247. *n*. 8.,
& 9., *in rec. deciſ*. 24. *à num*. 7. *uſque ad* 17.
part. 7., & in *Albanen. Donationis*, 15. *Ja-
nuaris* 1700. §. *Finali coràm R. P. D. meo
Scotto*.

Abſque eo quòd hujuſce reſponſionis effi-
6 caciam elideret replicatio, quòd conſtitutio
ſacri patrimonii non fuerit cauſa finalis do-
nationis: ſed ſolùm impulſiva; eo quia in in-
ſtrumentis donationis, ac reſpective ratifica-
tionis, exprimantur ſervitia præſtita donan-
tibus. Ex illorum enim lecturâ, ceſſat diffi-
cultas; dùm in utroque, principaliter appo-
ſita leguntur verba -- *Ad effectum, ut Joannes
Boptiſta ordinari poſſit ad Sacerdotium* --
7 Unde, licèt enuncientur etiam benemerita
donatarii; attamen cauſa Sacerdotii, tam-
quàm dignior, cenſanda eſt finalis; ut in ſpe-
cie notat *Bonden. Collect. legal*. 25. *num*. 14.,
& ſeqq., *Rota coràm Coccino deciſ*. 990. *n*. 1.

Minùs relevat altera nullitas deducta, ex
8 quo donatarius eſſet procurator donantium;
& ſic donationi ejus favore obſtaret diſpoſi-
tio *Text. in l. Quiſquis C. de Poſtulan.*. Quo-
niam, ultrà quòd non probatur, donatarium
fuiſſe procuratorem generalitèr ad omnes li-
tes; ſed ſolùm ad exigendum penſiones: & ad
hunc tantum effectum, in judicio comparuiſ-
ſe in Curia capitolina: occurrit reſponſio, quòd
9 eatenùs contractus inter clientem, & procu-
ratorem improbatur à jure; quatenùs percutit
rem, in litem deductam: quod in vinea con-
troversâ non verificatur: dum ſuper eâ, nul-
la vigebat lis de tempore donationis: nec il-
lius cauſâ quidquam unquam à donatario ge-
ſtum fuiſſe probatur; ut, explicando textum
in mox citata *l. Quiſquis*, probant *Siclard. in
l. Creditor* 5. *num*. 4. *C. de Pact.*, *Carpan. ad
Statut. Mediolan. cap*. 429. *num*. 1., quem re-
fert *Tondut. Reſol. Civ l. cap*. 68. *à num*. 9.,
Gratian. deciſ. Marcb. 218. *num*. 2., *Guido-
pap. deciſ*. 102., *ibique Adden.*, & in ſimili-
10 bus terminis de Medico, qui donationem
ab infirmo reportare prohibetur; ex *Text. in
l. Medicus ff. de Var., & extraord. cognit.*,
quod, ſecluſo ſtatu infirmitatis, poſſit ejus fa-
11 vore donari; firmavit *Rota dec*. 194. *nu*. 18.,
& ſeqq. part. 19. *recent.*, *& in Romana teſta-
menti* 7. *Decembris* 1699. §. *Et quidem co-
ràm R. P. D. meo dell'Olmo*.

Excluſis nullitatibus: levioris ponderis
viſum fuit objectum exceſſivitatis; de qua re-
darguebatur donatio, cum ſuppoſito, quod
vinea, fructus redderet lõgè ſuperantes quan-
titatem pro conſtitutione patrimonii neceſ-
ſariam. Huic namque ſuppoſito deficiebant
probationes facti: dùm, admiſſo etiam illius
valore in ſcut. 1150., quanti empta fuerat an-
no 1677., ut in *Summario Joannis Baptiſtæ
num*. 6. (licet de tempore donationis anno
1685. eam ad peſſimum ſtatum redactam fuiſ-
ſe, deponant teſtes, relati in eodem *Sum-
mario num*. 7.) calculatiſque fructibus ad ra-
12 tionem ſcutorum quatuor pro centenario,
uſque ab eo tempore currentem; ut in *Au-
ſculana dotis* 12. *Februarii* 1682., *&* 6. *Mar-
tii* 1684., *coràm clar. mem. Card. Matthejo*;
incomperto eſt, fructus non exceſſiſſe annua
ſcuta 46., à quibus detracto canone annuo-
rum ſcut. 23., Totidem remanebant pro pa-
trimonio: quæ, juxtà notorias conſtitutio-
nes, erant prorsùs inſufficientia. Si autem
poſtea fructus, ex donatarii ſolertia, & im-
penſis, aucti fuerunt; ut deponunt teſtes di-
cto *Summario num*. 7., allegari nequit hoc
13 augumentum ad infringendam donationem:
ad cujus validitatem unicè inſpiciendum eſt
tempus contractus; ex firmatis in *Romana
Vineæ, ſeu Horti*, 15. *Martii* 1700. confir-
mata 13. *Januari proximi præteriti coràm
me*.

Atque hinc nil urget, quòd Dominica non
14 habeat undè vivere poſſit. Tum quia hæc
inopia non probatur: immò excluditur; ex
quo ipſa poſſidet fenile in regione Tranſty-
berina annui redditus ſcut. 110., præter alia
bona hæreditaria Caroli filii; & alia poſita in
territorio Nurſiæ; ſuæque neceſſitati conſu-
lere poteſt, vendendo proprietatem dictæ
vineæ pretio ſcut. 1000., quot ei de præſenti
oblata reperiuntur. Tum quia illa per hypo-
15 theſim admiſſa, daretur ſolum actio dona-
trici

trici pro conſequutione alimentorum. Sed non exindè liceret impugnare contractum, alioquin validum, ac legitimè geſtum. Tum demùm, & fortiùs: quia, cum eadem mulier, filii hæres extiterit; ut conſtat ex dict. *Summario num.*10., 11., 17., *&* 18., & dixit *Rota in Romana Reſciſſionis Contractus* 18. *Aprilis* 1701. §. *Cui itaque*, *&* §. *finali*, *coram Rm̃o D. meo Decano*: Donationi per filium
16 principaliter geſtæ, contravenire non poteſt; vulgarâ *l.Cum à matre C.de Rei vindic.*, *Rota deciſ.*371. *num.*11. *part.*13. *recent.*, & *in dicta Romana Vineæ, ſeù Horti*, 15. *Martii* 1700. §. *Finali coràm me*.

Et ita, utraque &c.

SPOLETANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 6. *Februarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Deſcendentia ad effectum filiationis, & ſucceſſionis quo modo ex fidibus baptiſmatis, depoſitionibus teſtium, & Teſtamento ſatis betur, & quomodo identitas in antiquis. Legitimæ detractio non debetur cum eſt ſervata cautela Soccini Jun., vel omiſſa fuit inventarii confectio, & copulativè concurrunt aliæ rationes.

Confirmatur infra dec. 229.

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentia ad obtinendam immiſſionem ad fideicommiſſum ſatis probatur ex ſimul ſumptis teſtamentis, fidibus baptiſmatis depoſitionibus Teſtium, ſingulos gradus enumerantium.*

2 *Fides baptiſmatis probat tantummodò ætatem, non filiationem.*

3 *Depoſitiones teſtium informes non probant ſucceſſionem ad effectum ſuccedendi in bonis per tertios poſſeſſis.*

4 *Fides baptiſmatis, & depoſitiones teſtium informes unitim perfectè probant deſcendentiam ad effectum ſuccedendi.*

5 *Perſonarum identitas ad effectum filiationis, & ſucceſſionis reſultat, licet unum tantum nomen perſonæ exprimatur, quæ duplici in fide baptiſmatis nuncupatur*, & num.7.

6 *Limita ſi probetur in familia duos adfuiſſe, quibus duplici illo nomine unus appellaretur, alius unico.*

8 *Filiationis probatio ſatis reſultat à Teſtamento, in quo filii nominatim deſcribuntur.*

9 *Identitas bonorum in antiquis ſatis probatur ex generica demonſtratione vocabuli, & altera ſpeciali confinis.*

10 *Legitimæ detractio non debetur cum eſt ſervata cautela* Soccini jun. conſ. 122. num.9. lib. 1.

11 *Legitimæ detractioni locus non eſt deficiente in inventario, & copulativè concurrentibus alienationibus.*

12 *Sententia vim non habet contra eos, qui à litigantibus cauſam non habent, neque fuerunt citati.*

13 *Immiſſio vigore fideicommiſſi concedi non poteſt contra bona à gravatis acquiſita, & quæ ideò fideicommiſſo non ſunt ſubjecta.*

DECISIO CCXIV.

A Rotali ſententia lata per R. P. D. meum Priolum, concedente Joſepho, aliiſque
1 fratribus de Venantiis immiſſionem ad bona ſubjecta fideicommiſſo Bartholomæi eorum aſcendentis; & à diverſis poſſeſſoribus occupata: provocarunt ſolum Joſeph Poreta, & Comes Plancianus: ad quorum inſtantiam, commiſſâ mihi appellationis causâ; propoſitoque in hodierna audientia dubio, *An præfata ſententia* eſſet confirmanda: reſponſum fuit, *confirmandum eſſe juxtà modum*; ut ſcilicet ab immiſſione, indefinitè conceſſâ, excipiantur ſtadia ſeptuaginta quinque terreni, per dictum Joſephum Poretam poſſeſſa in pertinentiis Villę Sancti Jacobi, vocabulo *La Cerqua*: & ulteriùs, reſpectu ejuſdem Poretæ, immiſſio, pro nunc, ſuſpenſa remaneat quoad Domum, columbarium, tugurium, aream, & terram eis contiguam, ſitam in agro nuncupato Sancti Jacobi in Poreta, dicto vocabulo *La Cerqua*: quæ, licèt fideicommiſſaria, tamen de anno 1645., fuerunt à Joanne Baptiſta, teſtatoris filio, in dotem aſſignata Veronicæ filiæ, ac mediatæ auctrici dicti Joſephi Poretæ, hodierni poſſeſſoris. Prout è contra, reſpectu Comitis Planciani, remaneat paritèr ſuſpenſa immiſſio, quoad pretium terræ in vocabulo *La Vetrara*, in dicta Villa S. Jacobi; alterum in territorio vocabulo *Ruggiano*; alterum nuncupatum *Vailo*; alterum *Colle di Belitirno*; ac demùm alterum in vocabulo *S. Martino*: quę ſimili dotis titulo, de anno 1639 delata fuerunt ad Urſulam, Hieronymi Venantii filiam; & reſpectivè mediatam dicti Comitis auctricem. Cùm enim, quoad has dotes, diſcors fuerit Dominorum ſententia: idcircò fuit alteri propoſitioni reſervata cognitio.

His autèm ſepoſitis: quantùm attinet ad cætera bona: immiſſio rite conceſſa videbatur: dùm poſita, prout erat extrà controverſiam, exiſtentia, & duratione fideicommiſſi: ſuo marte ruebant exceptiones non probatæ deſcendentiæ, ac bonorum identitatis. Et ſane quoad actorum deſcendentiam à fideicommittente; illam plenarie compro-
1 barunt ipſum Bartholomæi teſtamentum, fides Baptiſmatum, ac teſtium depoſitiones, ſingulos gradus enumerantium: quæ omnia ſimul juncta, ſat eſſe ad obtinendam immiſſionem dixit *Rota deciſ.*254. *num.*14. *part.*11., *dec.*14 *num.*10. *part.*17., *&* *deciſ.*399. *nu.*7., *&* 8. *part.*18. *rec.*

Non attentâ reſponſione, quòd fides Ba-
2 ptiſmatis, tantummodò probet ætatem: non verò filiationem; ad tradita per *Rotam deciſ.*388. *num.*13., *& ſeq. part.*13., *& dec.*779. *num.*1. *part.*18. *rec.*, ex depoſitionibus au-
3 tem teſtium informium, elici nequeat filia-

tio-

tionis probatio ſufficiens ad effectum ſucce-
dendi in bonis, per tertios poſſeſſis; juxtà
deciſ. Carilli 136. *num.*3.

Siquidem aliud eſt, quòd fides Baptiſma-
tis ex ſe ſolâ, non probet, niſi ætatem: & in-
formes teſtium depoſitiones non concludant
filiationem ad effectum ſuccedendi juxta ter-
minos laudatarum deciſionum: & aliud, quòd
4 concurrentibus unitim fide Baptiſmatis, ac
depoſitionibus teſtium, licet informibus, di-
catur exinde reſultare perfecta probatio ad
effectum ſuccedendi; prout eam, in his ter-
minis ſufficere, firmant deciſiones ſuperiùs
relatæ: quibus addi poteſt *deciſ.*398. *num.*1.
*part.*19. *rec.*

Prout non relevat, quòd Carolus, alter ex
actoribus, aſſerat ſe filium Franciſci, deſcen-
dentis à Joanne Baptiſta nepote ex filio Bar-
tholomæi fideicommittentis: & tamen fides
Baptiſmatis nominet Franciſcum Nicolaum,
non autem Franciſcum. Etenim, ultrà quòd
ex communi uſu edocemur, homines plura
in ſacro fonte ſuſcipere nomina: & tamen
5 unico ſe ſubſcribere, & appellari: & nihilo-
minùs probatio identitatis perſonæ reſultat;
licet unum tantùm nomen ejus perſonæ ex-
primatur; ad notata per *Rotam deciſ.* 1591.
num. 16. *coram Coccino*: objectum urgeret ſi
6 demonſtretur, duos adfuiſſe in tali familia
deſcendentes; ex quibus unus duplici hoc
nomine appellaretur; alius verò unico dum-
taxat: quia tunc probandum foret, à quonàm
actor originem duxerit. At, quoties non do-
7 cetur de hac diverſitate perſonarum, & aliun-
de conſtat Carolum fuiſſe filium illius Fran-
ciſci deſcendentis à teſtatore: ſatis videtur
probata qualitas filiationis, & deſcendentiæ,
requiſitæ ad effectum ſucceſſionis; *Geminian.
conſ.*26. *per tot.*, *Card. de Luca de Fideicom.
diſc.* 193. *num.* 12., *Rota deciſ.* 681. *in fine
part.*3. *recen.*, *& deciſ.*212. *num.*12, *part.*19.
recen.

Minùs adverſatur, quòd ex quinque teſti-
bus à Venantiis, ad probationem deſcenden-
tiæ, inductis, tres exinde per ſeparatam de-
poſitionem declaraverint, ſe ſe nec teſtato-
rem, nec illius filios noviſſe. Hæc namque
circumſtantia nihil detrahit probationi de-
ſcendentiæ. Tum quia firma in omnibus re-
manet prima depoſitio ab aliis duobus emiſ-
ſa. Tum quia, cum omnes in reliquis con-
ſtantes ſint circa depoſitionem deſcenden-
tiæ actorum à nepotibus ejuſdem teſtatoris:
hoc ſufficit: dum, reſpectu filiorum illius,
8 probatio ſuperlativa reſultat ex ipſo teſta-
mento: in quo nominatim deſcripti legun-
tur; *de Angelis de Confeſſ. libr.* 2. *quæſt.*7.,
*Rota deciſ.*375. *num.*3., *& dec.* 334. *num.*6.,
& 9. coram Emerix Jun.

Quo verò ad identitatem bonorum, ad quæ
conceſſa fuit immiſſio ex Rotali ſententia: Do-
mini cenſuerunt, illam ſatis probatam ex cir-
cumſtantiis, accuratè, ac diſtinctè examina-
tis, in deciſionibus hujus cauſæ 13. *Februarii*
1699., *&* 13. *Januarii* 1700. *coram R.P.D.*
9 *meo Priolo*: ad quas placuit relativè ſe habe-
re; ſignanter animadvertendo, quòd in om-
nibus verificatur faltem generica demonſtra-
tio vocabuli; & altera ſpecialis confinis, quod
ſufficit ad probandum identitatem in anti-
quis; ut firmat *dicta prima deciſio* §. *Quo ve-
rò*, *& ſecunda* §. *In ſeptimo*: & dictum fuit
in Firmana Prædii della Parapina 6. *Junii*
1698. §. *In ipſum coràm me*.

Stabilitâ ex præmiſſis Actorum deſcenden-
tiâ & bonorum identitate: fruſtrà videbatur
à Comite Planciano allegari retentio ex cau-
ſa detractionis legitimæ, Auguſtino debitæ
in bonis præfati Bartholomæi ejus patris, ac
reſpectivè fideicommittentis. Illa enim ex-
10 preſsè prohibita legitur in teſtamento; &
quidem, ſervatâ cautelâ traditâ per *Socci-
num Jun. conſ.* 122. *num.*9. *lib.*1., adeò ut, ejus
prætextu, bona minimè alienari potuerint;
*Rota coràm Carillo deciſ.*223. *num.*2, *& in
rec. dec.*202. *num.*3. *part.*14.

Potiſſimè quia, ubi etiam talis prohibitio
11 non adeſſet: adhuc deficiente inventario,
per hæredes omiſſo, & pluribus viceverſa
concurrentibus alienationibus, huic detra-
ctioni locus eſſe non poteſt; ut firmat *ſecunda
deciſio* in hac cauſa *edita* 15. *Januarii* 1700.
§. *Minùs denique coram R.P.D. meo Priolo*.

Nil relevante repetitâ exceptione, quòd,
uſque ab anno 1609. per ſententiam Vicarii
Spoletani, conceſſa fuerit favore filiorum
Antonii, unius ex filiis teſtatoris, retentio,
ex causâ legitimæ; eidem Antonio debitæ;
dictaque ſententia in judicatum tranſierit.
12 Cùm enim Venantii nullam habeant cauſam
à filiis Antonii; conſequens eſt, quòd ſenten-
tia lata ipſis non citatis, eos afficere non va-
leat; ut reſpondet prima *deciſio edita* 13. *Fe-
bruarii* 1699. §. *Quo etiam coràm R. P. D.
meo Priolo*.

Hæc quoad reſoluta favore fratrum de Ve-
nantiis Quo, verò ad ſtadia 75. prædii in vo-
cabulo *Cerqua*, poſſeſſi per Poretam: eatenus
immiſſio fuit abſolutè denegata, quatenus con-
ſtitit, hanc terreni quantitatem, fuiſſe acqui-
ſitam à Joanne Baptiſta, teſtatoris nepote; ut,
ex duobus inſtrumentis relatis in hodierno
13 *Summario* ejuſdem Poretæ *num.*1, *&* 2., ad
quam proindè, utpotè ſub fideicommiſſo non
comprehenſam, decerni non potuit immiſ-
ſio, ut reſponſum fuit in dicta *Firmana Præ-
dii della Parapina* 22. *Junii* 1699. *coram me*.

Et juxtà hunc modum, reſponſum fuit pro
confirmatione ſententiæ rotalis, Partibus in-
formantibus &c.

PACEN. DECIMARUM.

Veneris 10. *Februarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Latè agitur quando monialibus competat ex-
emptio à Decimis vigore Brevis Gregorii
XIII., & quando laicæ, & novitiæ non compu-
tentur cùm liquidantur introitus Monaſterii, ad
effectum inſpiciendi, an excedant congruam

ſcut.25. auri pro qualibet, & quomodo hæc liquidatio facienda, & appretiandum ſcutum auri, & an ad hujuſmodi effectum debeant numerari eleæmoſynæ, & quæ non computentur?

Confirmatur infra juxta modum deciſ.231.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ per lapſum fatalium, actis non tranſportatis, in judicatum tranſeunt.*

2 *Moniales excedentes congruam ducatorum 25. de Camera pro qualibet, ex Brevi Gregorii XIII., ſunt obnoxiæ ſolutioni decimarum.*

3 *Reſtitutionis in integrum remedio locus non eſt, ceſſante injuſtitia ſententiarum, in rem judicatam prolapſarum.*

4 *Sententiarum injuſtitia circa liquidationem congruæ à Gregorio XIII. pro monialibus ſtabilitæ, deſumi non valet à numero majori earum, tempore diverſo à dicta ſententia.*

5 *Laicæ non faciunt numerum pro liquidatione congruæ monialibus taxatæ in præjudicium parocorum exigere debentium decimas.*

6 *Decimæ debentur Parochis de jure divino.*

7 *Privilegium Gregorii XIII. exemptionem monialibus concedens non habentibus congruam, eſt ſtrictè intelligendum, adeout laicas in numero non comprehendat.*

8 *Novitiæ non profeſſæ, ideoque non conſtitutivæ corporis Monaſterii numerandæ non ſunt, ad effectum privilegii Gregoriani.*

9 *Novitiæ in materia exorbitanti appellatione Monialium non comprehenduntur.*

10 *Exemptio à decimis eſt materia exorbitans.*

11 *Redditus Monaſterii commenſurantur, habita tantum ratione de profeſſis ad effectum indulti Gregoriani.*

12 *Et non habetur ratio de novitiis, & quare?*

13 *Diſpoſitionis ratio ubi ceſſat, deficit ipſa diſpoſitio.*

14 *Taxa regia, ſeu pragmatica eſt inepta ad effectum commenſurandi fructus ad regulandas decimas, utpotè commenſurandas à pretio ſingulis annis à fructibus retracto.*

15 *Proventus Principis, vel Communitatis regulantur habita ratione de integro decennio, computato anno fertili cum ſterili.*

16 *Amplia computationem hanc valere etiam ſi frumentum aliquando non vendatur ad pretium taxæ; ſed attenditur computatio decennii.*

17 *Valutatio ducatorum auri facta à perito, & admiſſa à parte, vel ejus Adminiſtratore juſta præſumitur.*

18 *Fides mercatorum de valore ſuperiori ducatorum auri non infringit æſtimationem illorum factam à peritis in partibus: quando non aſſeritur, ducatum in illis partibus, juxta illum ſuperiorem valorem, regulari.*

19 *Valor monetæ eſt regulandus juxtà æſtimationem currentem de tempore gratiæ; quando agitur de gratia, ſivè mandato Principis.*

20 *Res datæ titulo eleæmoſynæ decimabiles non ſunt.*

21 *Declaratur procedere in terminis ſimplicis eleæmoſynæ incertæ, non autem ejus, quæ eſt certa, & pro qua certum extat aſſignamentum.*

22 *Eleæmoſyna certa, & pro qua certum extat aſſignamentum, numeratur inter proventus, & imputatur etiam in congrua alimentorum debita Rectori Eccleſiæ.*

23 *Et hac eleæmoſyna ceſſante locus eſt novæ liquidationi pro congrua monialibus debita, ad effectum Indulti Gregoriani.*

DECISIO CCXV.

RECuſantibus Monialibus S. Claræ de Zafra, ſolvere Decimas Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Pacenſis, ſub prætextu, quòd ipſarum redditus non excederent quantitatem ducatorum vigintiquinque de Camera pro unaquaque Moniali à ſa: mem: Gregorio XIII. præfinitam: delatâque ad judicium controverſiâ, Reverendiſſimus Epiſcopus Pacenſis pronunciavit, eveniſſe caſum ceſſationis privilegii ab anno 1689., ac proindè, ab eo tempore, Moniales teneri ad ſolutionem decimarum: quâ ſententiâ confirmatâ in gradu appellationis per Delegatum Apoſtolicum de anno 1697., cum ab indè citrà, præfatæ Moniales, quantumvis denuò provocaſſent, nihil egerint; & proceſſum actorum, intrà terminos vigore commiſſionis præfixos, ac ſubindè pluriès prorogatos, minimè tranſportaverint: idcircò dedi dubium: *An conſtet de re judicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum*. Et Domini *affirmativè* quoad primam dubii partem, reſponderunt.

Moti nedùm ex negligentia monialium
1 appellantium in tranſportandis actis; adeò ut propter lapſum fatalium, ſententiæ dicatur in judicatum tranſiiſſe; *Cap Cum ſit Romana, de Appellat.*, & plenè *Rot. in Calaguritana Pontificalium* 16. *Novembr.* 1666. *§. Res quidem Judicata, & in Corduben. Pecuniaria* 13. *Januarii* 1698. *Suboriebatur coràm bo: me: Urſino*: Verùm etiam ex illarum validitate, ab actis reſultante, ac juſtitiâ, ductâ ex aſſiſtentiâ juris, quàm habent
2 Parochi exigendi decimas, etiam à monialibus S. Claræ; quotiès illarum redditus excedant congruam, à Brevi Gregoriano taxatam; prout longè excedere patet ex liquidatione facta per Ordinarium: cui, quoad hoc, omnimoda facultas conceſſa fuit ex alio Brevi ſa: me: Alexandro VII., *Summorio*
3 *Capituli num.*3., ceſſante autem injuſtitiâ ſententiarum, locus eſſe non poteſt remedio reſtitutionis in integrum: ut per notum *Text. in l. 4. §. Condemnatum ff. de Re Judicat.*, paſſim dixit Rota, & ſignantèr *coràm Buratto deciſ.*323. *num.*4., & 5., *coràm Emerix Jun. deciſ.*1365. *num.*12.

Nec injuſtitia deſumi poterat, ex quo Epiſcopus, in liquidatione congruæ ad terminos Indulti Gregoriani, rationem ſolùm habuerit de 35. Monialibus; licèt illæ forent

*num.*47.

*num.*47.. Siquidèm in ſecunda liquidatione
formitèr facta; de qua in dicto *Summario
Capituli num.*12. *litt. C.* numeratæ fuerunt
38 Moniales; quot re verâ erant; compre-
henſis etiam tribus Novitiis; & major nume-
rus 47. monialium relatus in earum *Summa-
rio num.*4., ultrà quod non percutit tempus
anni 1689., à quo anno pronunciatum fuit
per Ordinarium, & Delegatum Apoſtoli-
4 cum, ſolvendas eſſe decimas; ſed annum
1691.; à quo propterea deduci nequit inju-
ſtitia ſententiarum, reſpicientium tempus
præcedens, ex firmatis per *Rotam dec.*408.
*num.*3. *cum ſeqq. part.*9., *& deciſ*375.*nu.*17.
*part.*17. *rec.*; conſlatur ex augumento alia-
rum novem; quas non conſtat eſſe profeſſas:
5 dùm in relatione, de qua dicto *Summario
n.*4., enunciantur ſimplices laicæ: ac proindè
6 recenſeri non valent in numero Monialium, in
præjudicium parochorum; quibus decima de
7 jure divino debetur. Ideòque privilegium
venit ſtrictiſſimè interpretandum; ut laicas
non comprehendat, ex firmatis per *Rotam
coràm Seraphino dec.*977. *num* 1., & in ter-
minis Privilegii Gregoriani, *coràm Bichio
deciſ*570 *num.*2., *&* 3.

Quinimmò tantùm abeſt, quòd in hac
parte irrogatum fuerit præjudicium mona-
ſterio; ut potius Ordinarius nimiâ indulgen-
8 tiâ proceſſerit, numerando tres Novitias;
quæ, utpotè adhuc non profeſſæ; neque per
conſequens conſtitutivæ univerſalis Corpo-
ris Monaſterii, numerandæ non erant. Tum
9 quia cum littera Brevis, reſtricta ſit ad Mo-
niales: non poſſunt illarum appellatione, in
10 materia exorbitanti, qualis eſt exemptio à
Decimis, Novitiæ comprahendi; ad *Text.
in Auth. Ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ.*,
& in Cap. Religioſo §. 1. *de Sent. excommu-
nic. in* 6., *Rodericus Quæſt. regular.tom.*3.
*quæſt.*15. *art. ultimo*, *Partel. in Dubiis Re-
gularium verb. Novitii annus n* 53., *Murg.
Diſquiſit. moral. tract.*7. *diſquiſit.*7. *nu.*13.,
*Donat. Rer. Regular. tract.*6.*quæſt.*17. *n.*1.,
& eſt de mente Sac. Rotæ in *citat. dec.* 570.
*num.*4. *coràm Bichio*: in qua, commenſuran-
11 do redditus Monaſterii, in indulto com-
prehenſos, habetur ſolùm ratio de Moniali-
bus profeſſis; ut in *dicto num* 4. *verſ. Appa-
ret*. Tum etiam quia ſumma ducatorum 25.
præſcripta fuit à Summis Pontificibus in cau-
ſam alimentorum: quæ monaſterium, de
propriis redditibus, cuilibet Profeſſæ cogi-
tur ſubminiſtrare. Ideòque, cum talis cau-
12 ſa non congruat Noviiiis, quæ durante an-
no probationis, alimenta non capiunt ex aſ-
ſe monaſterii; ſed de proprio perſolvunt:
ſubintrat regula, quòd, ubi ceſſat ratio diſ-
13 poſitionis; locum habere nequit ipſa diſpo-
ſitio; ex firmatis per *Rotam coràm Emerix
Jun. dec.*602. *num.*3.

Sicùt autèm liquidatio gravamen minimè
continet circà minorem numerationem per-
ſonarum: ità neque continet in valutatione
frumenti, & hordei, facta juxta taxam re-
14 giam: quæ dicitur exorbitans, & inepta ad
regulandam decimam; utpotè commenſu-
randâ à pretio, ſingulis annis retracto ex fru-
ctibus; ad *Text. in Extravag. unic. de De-
cim inter Commun.*. Etenim, ſivè attenda-
tur liquidatio anni 1689. facta per Epiſco-
pum; ſivè aliæ duplicis quinquennii, exple-
tæ per Judicem delegatum in ſecunda inſtan-
tia; nullus verificatur exceſſus: dum Ordi-
narius, licèt in liquidatione frumenti, pro-
ceſſiſſet ad normam pragmaticæ: tamen illud
æſtimavit etiam, juxtà prætenſionem mo-
nialium; *Summario Capituli num.*12 *litt.I.
verſ. Et quamvis*: & nihilominùs, factis cal-
culis, redditus reperti fuerunt longè ſupe-
rantes taxam Gregorianam; ut in eodem
*num.*12. *litt.K.* Delegatus verò in ſecunda
inſtantia rationem habuit de integro decen-
15 nio; compenſato anno fertili cum ſterili,
prout fit ad regulandos proventus Principis,
vel Communitatis; ex notat. per *Pax Jor-
dan. Variar. lucubr. tom.* 3. *num.* 14. *tit.*17.
*num.*597., & dixit *Rot. coràm Cavalerio de-
ciſ* 361., *&* 370., *utrobique nu.*3., *& in rec.
dec.*703. *num.*108., *& ſeqq. part.*18. talemque
normam ſequutæ fuerunt etiam ipſæ monia-
les, ſolvendo juxtà illam, ſubſidium, & ex-
cuſatum.

Atque hinc non adverſatur authoritas
Fermoſin. in rubr. de Conſtitut. cap. 1. *qu.*6.
16 *nu.*6. aſſerentis, frumentum aliquando non
vendi ad pretium taxæ: quià non indè ceſſat
præſumptio illius juſtitiæ; nec ſufficit proba-
tio minoris valoris, uno, vel altero anno: ſed
requiritur computatio decennii; ut firmavit
Rota coràm Emerix Iun. deciſ. 1001. *nu.* 3.,
*& deciſ.*1315. *num.*6., *&* 7.

Pari modo non ſubſiſtit alterum gravamen,
elicitum, ex quo ducati 25. aurei de Came-
ra, calculati fuerint in realibus 600., quando
illa conſtituunt realia 760. Quippè valutatio
17 facta fuit à peritis, juxta æſtimationem
communem, & valorem currentem: illaque
admiſſa per adminiſtratorem monialium:
adeout omnis aſſiſtat juſtitiæ præſumptio:
18 abſque eò quòd in contrarium urgeat atte-
ſtatio mercatoris Urbis, pendente lite pro-
curata, circa majorem ducati valorem: dùm
in ea non dicitur, ducatum ità regulari in
illis partibus, ubi fuit facta liquidatio; prout
neceſſarium foret ad convincendam de erro-
re, peritorum relationem: & ulteriùs, cùm
verſemur in gratia, ſivè mandato Principis;
19 monetæ valor erat regulandus juxtà æſti-
mationem currentem de tempore gratiæ: non
autem de præſenti; ad notata per *Abbatem
in Cap. Quanto ſub num.*14. *verſ. Quid au-
tèm*; ibique *Butrius ſub num.* 11. *de Iur. iu-
rand.*, *Surdus conſ.*454. *num.*22., *cum ſeqq.*,
*Menoch. conſ.*606. *num.*23., & aliis relatis,
*Gob. de Monet. q.*4. *num.*24. *cum ſeqq.*

Nec tandèm alterum, ex quo inter mona-
ſterii redditus calculata fuerit annua penſio
à Regibus Catholicis præſtari ſolita: cum ta-
20 men iſta detur titulo eleemoſynæ; & ſic
decimabilis dici non poſſit; ex *Text. in* §. *De
eleemoſynis verò, & oblationibus*; *in d. Ex-*

travag. unic. de Decim. inter commun; aliiſque Auctoritatibus ad id cumulatis. Omnes namque auctoritates loquuntur in terminis
21 ſimplicis eleæmoſynæ incertæ: qualis non eſt illa, de qua diſputatur in præſenti: cùm quolibet anno ſolvi conſueverit; certaque habeat aſſignamenta: quæ ideò connumerari
22 debet inter proventus: & imputatur etiam in congruam alimentariam, debitam Rectori Eccleſiæ; ut ex doctrina *Felini in cap. Ad aures ſub n.14. de Reſcript.*; notat *Rebuff. de Congrua n.87.*, & firmavit *Rota coràm Bichio dec.255. num. 14., & 16.*, & *coràm Emerix Jun. dec. 318. n. 11. & 12.*

Et, quatenus hujuſmodi penſio ceſſaret; aliique redditus diminuerentur: tunc peti poterit nova liquidatio ad formam reſervationis, contentæ in ſententia Ordinarii: qua mediante, conſultum remanet quibuſcumque præjudiciis quæ tamquàm de futuro poſſibilia per moniales allegantur.

Et ità Utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEMPITERNIS SUPER FRUCTIBUS.

Veneris 17. Februarii 1702.

ARGUMENTUM.

Fructus percepti ab injuſto occupatore rerũ fideicommiſſariarum à die motæ litis defuncto pendente lite hærede gravato actore, an ejus hæredibus, vel ulteriori vocato debeantur, vel ille retinere poſſit ex juribus reintegrationum debitarum à dicto gravato. Defectus Inventarii, & alienationes eumdem de ſuo credito ſatisfactum præſumere faciunt.

Adeſt infrà dec 227.

SUMMARIUM.

1 *Periti relationi de conſenſu partium electi ſtandum eſt, niſi de errore doceatur, & n.6.*
2 *Confeſſio partis omne genus probationum ſuperat.*
3 *Taxa legalis eſt ſcut. 4. pro centenario, & anno.*
4 *Perjurii nota quacumque veroſimili, ac probabili interpretatione vitatur.*
5 *Pactum redimendi minuit pretium.*
7 *Error in relatione Periti excluditur ex circumſtantiis relationem comprobantibus.*
8 *In liquidatione fructuum præſumptiones, & conjecturæ admittuntur.*
9 *Fideicommiſſarii petere poſſunt fructus à die motæ litis: etiam ſi antecedens gravatus eam moverit, quando nec ille, nec ejus hæredes fructus petunt.*
10 *Fructus pendentes, & à gravato inexacti, accreſcunt fideicommiſſario.*
11 *Fideicommiſſarius fructus debitos gravato poteſt petere pro reintegratione rerum fideicommiſſi à gravato alienatarum.*
12 *Fructuum reſtitutio demandari nequit, quando bonorum retentio demandata fuit, ex quo detractio alicujus quartæ competens ex fructuum perceptione reddita fuit illiquida.*
13 *Limitatur quando ratio denegationis retentionis fierit non in perceptione fructuum, ſed in defectu inventarii, & ſubſequutis alienationibus.*
14 *Etiam ſi ex abundanti addita fuerit etiam fructuum perceptio.*
15 *Dislocationes, & reaptationes Domorum detrahunt quinque pro centenario penſionum.*

DECISIO CCXVI.

Abſoluto judicio ſuper immiſſione ad bona, ſubjecta fideicommiſſo Cherubini ſenioris de Sempiternis, mediantibus tribus conformibus ſententiis, latis favore Vincentii, & Leandri; ac reſpectivè, illis defunctis, favore Joſephi, & Antonii, ad idem fideicommiſſum vocatorum; appræhenſaque vigore mandati, & exequatur Rotalis, dd. bonorum poſſeſſione: obtinuerunt ſucceſſivè fideicommiſſarii à R. P. D. meo Priolo, prævia deciſione edita 18. Aprilis proximè elapſi, mandatum pro reſtitutione fructuum liquidatorum in ſumma *ſcut.* 1248.: à quo, interpoſitâ per Paulum Coronam appellatione, mihique, ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ, commiſſa, dubium hodiè propoſui -- *An mandatum Rotale, eſſet exequendum* -- & *affirmativa* prodiit reſolutio; *juxtà modum* tamèn inferius exprimendum.

Decidendi ratio pro exequutione mandati ſtetit in illius validitate, inter Partes non controverſa; & juſtitia, deſumptâ reſpectu prædiorum ruſticorum, ex relatione
1 periti judicialitèr, ac de conſenſu partium electi: cui ſtandum eſſe; niſi de errore doceatur, ſtatuit *Text.in l.Si unus § final ff.de recept.Arbit.*, & dixit *Rota coram Gregorio dec. 220. n.4.*, *coram Cavalerio dec.484. n.2.* cum ſimilibus: reſpectu verò ſtabilium urbanorum, ex depoſitionibus inquilinorum, &
2 ex confeſſione ipſiuſmet Pauli: quæ ſuperat omne genus probationis; vulgata *l. cum te C. de Tranſact.*

Et ſanè, quod attinet ad relationem Periti, animadvertebant Domini, eum non proceſſiſſe oſcitanter; ſed ſerio, ac re maturè penſatâ: dùm, recognito priùs prædiorum valore; auditis Partibus; necnon etiàm aliquibus illorum colonis: retulit, fructùs ad rationem ſcutorum trium, & obulorum 45. pro quolibet centenario, & anno: adeò ut inveriſimile ſit, eum exceſſiſſe in taxatione: quæ minor eſt quantitate hodiernis temporibus communiter admiſſa, ex taxa legali,
3 in ſcutis quatuor prò centenario; juxtà *deciſ. 580.num.7. coràm Bichio*, 236. *num. 9.* coràm Celſ. *in rec. dec.249. num.16. part.17.*, *& in Romana Aſſociationis*, 3. *currentis §. Excluſis*, *coràm me*.

Quin illius fidei quidquam detraheret exceptio, quod ipſe, in relatione, medio juramento exhibita, aſſerverit, ſe alloquutum fuiſſe laboratores terrarum, ut certior fieret de

de fructibus à poſſeſſore perceptis: & tamèn ipſi laboratores, ad perpetuam examinati, deponant ſe ſe numquàm cum perito ſermonem habuiſſe. Cùm enim Peritus non expreſſerit perſonas certas: ſed ſolum in genere dixerit ſaudiviſſe colonos; qui potuerunt in longo temporis decurſu eſſe plures, ac diverſi ab illis ad perpetuam examinatis: hoc ſufficit,
4 ne irrogetur periurii notà, quàcunque veriſimili, ac probabili interpretatione vitandà; ut reſpondit *Rota coràm Buratto deciſ.544. num.14., & 15., & in rec. dec.167. num.53. part.1., & dec.376. num.12. part.19.*

Nèc allegatus exceſſus reſpectu prædii in contrada Montis Gambari, deſumi valet ex eo, quòd peritus eſtimaverit in ſcut.50. prò qualibet juncta: quando, juxtà depoſitiones nonnullorum teſtium, valor cujuslibet Junctæ, non excedit ſcut. 20.: & de facto ſex terreni Junctæ, cum medietate domus ruralis, in eadem contrada, venditæ ſolùm fuerint pretio ſcut. 145., juxtà inſtrumentum, relatum in *Summ. Pauli num.* 3. Quantum enim attinet ad teſtes: iſti depoſuerunt de valore prædii fideicommiſſarii, in eo ſtatu deteriori, quo reperiebatur anno 1700., & eorum dicta dederunt cauſam electioni periti; qui retulit de tempore motæ litis, ante quàm eveniret bonorum deterioratio. Quo verò ad inſtrumentum: in eo non legitur, cujus eſſet qualitatis terrenum, ibi enunciatum; & ulterius ex lectura convincitur,
5 prædiolum fuiſſe datum in ſolutum cum facultate redimendi; quæ valorem minuit. &
6 proptereà cùm dici nequeat ex his probatus error relationis: non liceat ab iſta reſilire; ex traditis per *Cancerium Var. reſol. part.3. cap.15. num.305., Poſthium reſolut.51. n.3., & in rec. dec. 318. num. 33. part. 9.*, & fuit dictum in *deciſione edita 10. Aprilis proxime præteriti §. Hac enim coràm R. P. D. meo Priolo.*

Accedentibus potiſſimè in ejuſdem relationis comprobationem, pluribus circumſtantiis; altera nempè, quòd ea uniformis eſt aliis duorum peritorum, præcedenter electorum; altera quod Cherubino Juniori fuerunt oblata ſcut.700. prò pretio dicti prædii; & ſic ſcut.100. ultrà quantitatem à perito relatam *Summ. fratrum de Sempiternis. num.2.*; Ac demùm, quòd bona ſimilis qualitatis, in eadem contrada fuerunt vendita pretio ſcut. 60. prò qualibet Juncta; dicto *Summ. num.2. in fine*; adeoùt eo magis inea-
7 leſcat præſumptio erroris excluſiva; præſer-
8 tim in materia liquidationis fructuum; in qua præſumptiones, & conjecturæ admittuntur; *Baldus conſ.323. num.50. lib.2., Rota coram Cavalerio deciſ.361. num. 2., & in Recent. dec.131. num.3. part. 4., & dec. 223. num.5. part.11.*

Vindicatà liquidatione ab exceſſu, nullius ponderis videbatur obiectum, quod fructuum reſtitutio demandata fuerit favore Actorum, uſque ab initio motæ litis: cùm tamen fidei-commiſſum ipſorum favore purificatum ſolùm fuerit ab anno 1699., nec probetur, eos fuiſſe hæredes Vincentii, & Leandri; à quibus judicium ſuper immiſſione, fuit primi-
9 tus inſtauratum. Tùm quià, cum nullus compareat illorum particularis hæres; rectè poſſint fideicommiſſarii vindicare fructus ad commodum fideicommiſſi: cui fructus pen-
10 dentes, & à gravato inexactos, accreſcere probat *Vincentius de Franchis deciſ. 13. num.5.* Tùm quia cum iidem Vincentius, &
11 Leander plura diſtraxerint bona fideicommiſſaria; licitum eſt prò reintegratione Fideicommiſſi, fructus, ad illos ſpectantes, recuperare; per *Text. in l. ſi mulier 22. §. Sed enim ff. ad Treb.*

Prout non refragatur, quod cum ſacra Rota, in diſputatione dubii ſuper immiſſione, denegaverit retentionem allegatam titulo detractionum competentium hæredibus gra-
12 vatis; eo quia illæ à fructibus, pendente lite perceptis, redditæ fuiſſent illiquidæ, nequeant hodiè ad reſtitutionem fructuum condemnari; ne aliàs iterata ejuſdem debiti ſolutio demandetur. Objectum namque urgeret, ſi ratio denegandi retentionem ex cauſa detractionum, ſtetiſſet in perceptione fructuum. At, cum principalitèr ſteterit in
13 defectu inventarii, & ſubſequutis alienationibus; ut videre eſt, tam in deciſionibus editis coràm clar. mem. Cardinali Matthæio; quàm in poſtrema, 5. *Maii* 1700. *cor. R. P. D.*
14 *meo Pio*, licet ex abundanti addita fuerit etiàm fructuum perceptio, non indè ſequitur, iſtos fuiſſe reſtitutos; vel cum detractionibus compenſatos.

Hæc quoad mandati exequutionem in genere: quia vero, reſpectu prædiorum urbanorum, à fructibus nihil fuit detractum prò diſlocationibus, ac reſpectivè reaptationi-
15 bus, citrà dubium neceſſariis, ex quorum cauſa detrahenda eſſe ſcuta quinque pro centenario penſionum, reſponſum fuit in *Romana Fideicommiſſi de Pinis, 12. Decembris 1698. coràm me.* Et inſuper calculatæ fuerunt penſiones horrei, ad rationem ſcutorum trium, quolibet anno; cum tamen, ex depoſitione conductoris, conſtet, ab anno 1678. uſque ad 1685. ſoluta fuiſſe duntaxat annua ſcuta 2: 40. Ideò, modum reſolutioni adhibendo, cenſuerunt, à ſumma in mandato contenta demenda eſſe ſcut. 4: 20. in cauſam penſionum horrei calculata ultrà ſummam verè perceptam: necnon alia ſcut. 17: 50. pro diſlocationibus, ac reaptationibus; ut ſuprà regulandis.

Et ità, rejectà inſtantià prò electione alterius periti, ac prò conceſſione remiſſoriæ, ad effectum examinandi teſtes ſuper valore bonorum, ex rationibus ſuper adductis, reſponſum fuit, utraque &c.

LAURETANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 6. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio ordinata in caſu obitus utriuſque hæredis ſine filiis expirat, ſi alter filios habeat ad *conſ.* 21. *Oldradi*, & contrariæ conjecturæ, præſertim non extante conſideratione agnationis, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, rejiciuntur.

Confirmatur infra dec. 243.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio ordinata in caſu obitus utriuſque hæredis abſque filiis evaneſcit, ſi alter filios habeat ad* conſ. 21. Oldradi.

2 *Filii in conditione poſiti cenſentur diſpoſitivè vocati ex* cap. 142 lib. 1. Statut. Urb.

3 *Non autem hæreditatem reſtituere tenentur.*

4 *Ex vocatione activa nunquam infertur ad paſſivam.*

5 *Diſpoſitioni factæ ad conſilium ſapientis poteſt addi quidquid requiritur ad validitatem illius, non autem extendi ſubſtantia ejuſdem ultra, vel extra caſus à teſtatore expreſſos.*

6 *Sapiens extendit ſecundùm quod à teſtatore eſt ordinatum, ſed non poteſt de ſuo addere quidquam.*

7 *Et ſi addat ejus ſenſus, non eſt attendendus.*

8 *Fideicommiſſi prorogatio volita in uno caſu, non prorogat fideicommiſſum in alio caſu, in quo locum habere non potuit ob non purificatam conditionem, à qua pendebat.*

9 *Conjecturæ ad ſuadendam prorogationem fideicommiſſi debent eſſe efficaces, & neceſſariò concludentes.*

10 *Fideicommiſſi prorogationem non ſuadet prohibitio alienationis perpetuitatis nota deſtituta, & reſtricta ad primos hæredes.*

11 *Reciproca ordinata inter primos inſtitutos inter ulteriores in conditione poſitos vocationem non importat.*

12 *In fideicommiſſis non admittitur ratio, cur teſtator potiùs in uno, quàm in altero caſu ita diſpoſuit.*

13 *Fideicommiſſi gravamen proximiori adjectum, & in remotiori bona libera remanere non eſt incongruum.*

14 *Aliæ conjecturæ pro extinctione fideicommiſſi minùs admittuntur deficientibus duabus capitalibus.*

15 *Conjecturæ capitales pro extenſione fideicommiſſi ſunt agnationis contemplatio, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.*

16 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum non ineſſe dicitur, quando omnes ab unica conditione dependent.*

DECISIO CCXVII.

GAſpar Landus, inſtitutis hæredibus Donato, & Coſmo filiis, eiſque in caſum obitus abſque filiis, reciprocè ſubſtitutis: prævidens etiam alterum, quo ambo ſine prole deceſſiſſent: ſubſtituit Martiam, Appolloniam, & Claram, ipſius filias; additâ declaratione, quod fideicommiſſum durare deberet uſque ad tertiam generationem; ut in *ſumm. utriuſque collitigantis n.* 1., Coſmo ſine filiis defuncto, ſuperſtes fuit Donatus, qui filiam reliquit in ſæculo Catharinam, & poſtea Monialem in Monaſterio S. Thomæ Terræ Montis Sancti, cum nomine Sororis Joannæ Baptiſtæ; cujus hæres extitit idem Monaſterium, ex teſtamento de anno 1634. antè profeſſionem condito: & hujus vigore, illa defuncta de anno 1689. manutentionem à Judice reportavit. Cùm autem Clara, & Ludovica de Bartolis, à Martia teſtatoris filia deſcendentes, per medium Franciſci Mariæ ipſarum patris, præſuppoſita dicti fideicommiſſi purificatione, ad ipſarum favorem immiſſionem ad bona, ut ſupra, per Monaſterium poſſeſſa, petierint coram Ordinario Lauretano; fuerintque rejectæ per ſententiam, confirmatam in gradu appellationis ab A. C.: Hinc, ad earum inſtantiam, commiſſâ mihi ulterioris appellationis causâ, dedi dubium - *An eſſet danda immiſſio*: - quod fuit *negativè* reſolutum. Cùm enim ſubſtitutio fæminarum, à teſtatore ordinata fuerit in caſu obitus utriuſque hæredis abſque filiis legitimis, & naturalibus: eo ipſo, quod Do-
1 natus reliquit poſt ſe Catharinam filiam: evanuit ſubſtitutio per vulgarem concepta; juxta celebre *Oldradi conſilium* 21., de quo etiam *Puriſ. conſ.* 14. *n.* 10. *lib.* 2, *Giovagnol. conſ.* 39. *n.* 3. *lib.* 1., *Caren. reſol.* 29. *n.* 1., *Capyc. Latro dec.* 127. *n.* 2., *Rot. cor. Cavalerio dec.* 454. *n.* 1., & *cor. ſa.me. Alexand. VIII*, *dec.* 28. *n.* 12., *in rec. dec.* 174. *n.* 14 *p.* 11., & *dec.* 258. *n.* 11., & *ſeq. p.* 15., & *in Maceraten. fideicommiſſi* 10. *Decembris* 1685. §. *Ratio reſolutionis, cor. bo.me. Benincaſa.*

Abſque eo quod extenſio fideicommiſſi deſumi poſſet, ex quo in ſubſequenti peryodo teſtator adjecerit, velle, ut illud cenſeretur conditum "Con tutte le clauſole ſolite, e "neceſſarie apponerſi in ſimili fideicommiſ-„ſi; da ſtenderſi, quando ſia di biſogno; ſe-„condo lo ſtile della Corte Romana; al ſen-„no del Savio.„ Vel enim, conſtituitur fundamentum in ſtylo Romanæ Curiæ: & ad hunc effectum recurritur ad noſtrum Statu-
2 tum *cap.* 142. *lib.* 1., quo ſancitur, filios in conditione poſitos, cenſendos eſſe diſpoſitivè vocatos. Et hoc quidem operari poterit,
3 quod Catharina, Monaſterii auctrix, præſumi debeat diſpoſitivè vocata: non autem quod fuerit gravata ulteriùs reſtituere; cùm
4 ex vocatione activa, numquam ad paſſivam inferatur; ut in terminis hujuſce Statuti, notat *Fenzon. ad idem cap.* 142. *num.* 19., *Rocca diſput. jur. cap.* 17. *n.* 3. & 4., *Rot. cor. Cerro*, *dec.* 516. *n.* 2. & 3., *in rec. dec.* 258. *n.* 9. & 10. *p.* 15. *rec.* Vel recurritur ad conſilium ſapientis; juxta quod voluit teſtator fideicommiſſum extendi: & debilius eſt fundamentum;
5 quia ex conſilio ſapientis, poterit quidem addi quidquid requiritur ad validandam diſpoſitionem jam factam: non autem extendi voluntas

luntas & ſubſtantia diſpoſitionis, ultra vel
extra caſus, per teſtatorem expreſſos; ex
*theorica Bartoli in L. Illa inſtitutio 32. n.1.
& 2. ff. de hæred. inſtit., Soccin. jun. conſ.
184. n.30. lib.1.*, ubi, quod ſapiens extendit
6 ſecundum quod à teſtatore ordinatum eſt:
ſed non poteſt addere de ſuo quidquid teſta-
tor omiſit: & ſi excedat, ejus ſenſus non ſit
7 attendendus; *Neviſan. conſ.64 n.48., Fu-
ſar. conſ.169. n.103., Monet. de commut. ul-
tim. volunt. cap.5. n.62., Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib.3.tit.1. n.19., Rot. dec.128.
n.16. & 17.p.18 rec.*

Nec obſtat, quod teſtator dixerit -- *Che il
preſente fideicommiſſo debba durare fino in
tertia generatione* --; quod utique verifice-
tur in actricibus à Martia teſtatoris filia deſ-
cendentibus per medium Franciſci Mariæ
patris. Hæc namque voluntas prorogationis
fideicommiſſi, non eſt indefinita: ſed in ſolo
caſu, quo factus fuiſſet locus ſucceſſioni filia-
rum; quas teſtator in defectum utriuſque fi-
lii hæredis inſtituti, abſque filiis, proprio, &
appellativo nomine ſubſtituerat. At, cùm al-
ter ex filiis, nempè Donatus, deceſſerit re-
lictâ Catharinâ filiâ, auctrice monaſterii;
expiravit illicò ſubſtitutio favore filiarum:
8 & per conſequens, duratio fideicommiſſi, in
caſu, volitâ uſque ad tertiam generationem
initium habere non potuit, ob non purifica-
tam conditionem à qua dependebat: *Gabriel.
conſ.117. n.1., & ſeqq. lib.1., Altograd. conſ.
46. n.7., & ſeqq. pariter lib.1; Peregrin. de
fideicomm. art.12. num.19., Fuſar. de ſubſtit.
q.33. n.6., Rodulphin. alleg.90. n.2. & 3., Ro-
ta dec.513. n.3. & 4. cor. Cavalor., & coram
Celſo dec.145. n.30. & 31.*

Suppoſitâ expiratione fideicommiſſi, du-
cta ex verbis teſtamenti, minoris ponderis
videbantur conjecturæ ad aliam ſuadendam
9 cumulatæ. Procedendo enim cum regula,
quod ad hunc effectum requirantur conje-
cturæ admodùm efficaces, & neceſſariò con-
cludentes; ex traditis per *Caren. reſolut.29.
n.5., Rodulphin. alleg.161. n.2., Rot. coram
Cavalerio jun. dec.454. n 5., cor. Emerix jun.
dec.56. n.17., & in Romana fideicommiſſi 25.
Junii 1694. §. Tantò certiùs, cor. Rmo D.
meo Decano*: utique talis non erat illa, du-
10 cta ex prohibitione alienationis; quia non
eſt generaliter concepta cum aliqua nota per-
petuitatis; ſed præcisè reſtricta legitur ad
primos hæredes: ac proindè fideicommiſſum
non ampliat, nec extra ſuos caſus extendit;
*Giovagnon. conſ.39. n.18. lib.1., Redenaſch.
conſ.30. n 84., Rot. cor. Buratto dec.387. n.9.
& 10. in rec dec.316. num.6.p.1., & dec.255.
n.4. & 5. p.15., & dec.807. n.9. p.18.*

Prout nec alia elicita ex reciproca ordina-
11 ta inter primos inſtitutos; quia iſta non im-
portat vocationem inter ulteriores tantùm in
conditione poſitos: quod ad alios gradus non
protenditur; *Rot. cor. Pentingerio dec. 258.
n.12. & 13.* Quinimò retorquetur ex argu-
mento diſcretivæ: quia ſcilicet, in aliis ap-
poſita non fuit; *Rooc. Epiſcopus Iſclan. cap.
17. n.2., Roſ. conſult.41. n.1.*

Minùs tertia, quod nulla ſit aſſignabilis ra-
tio cur teſtator voluerit proprias filias ſub-
ſtituere in defectum filiorum abſque filiis;
eaſdem verò excludere filiis hæredum ex-
tantibus; etiamſi poſtea defeciſſent. Tum
12 quia, in fideicommiſſis non admittitur ra-
tio, quare potiùs in uno, quàm in altero ca-
ſu, teſtator ita diſpoſuerit; ut ait *Rot. dec.
638. n.5. p.18. rec.* Tum quia novum non eſt,
13 quod fideicommiſſi gravamen, in uno caſu
adjectum ſit proximioribus; & in alio bona
remaneant libera in remotioribus; ut notat
*Ganaver. conſ.1. n.63., Rodulphin. Alleg.4.
n.8., & alleg.5. n.3.*

Tantò magis quia deficiunt capitales con-
14 jecturæ, pro extenſione fideicommiſſi con-
15 ſiderari ſolitæ; videlicet agnationis contem-
platio, & digreſſus ad plures gradus ſubſti-
tutionum: dum prima ex nulla teſtamenti
parte reſultat: ſecundus autem verificari non
poteſt; quia tota diſpoſitio pendet ab ea uni-
ca conditione, ſi ambo filii hæredes inſtituti
16 deceſſerint ſine filiis: & ſic pluralitas ſub-
ſtitutionum verificata non dicitur, ſi omnes
ab una dependeant; ut pluribus cumulatis,
probat *Caſtald. reſ.34. n.21.*, & firmavit *Rot.
cor. Celſo dec.145. n 17. & ſeqq.*

Et ità, Utrâque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER NEGOCIO PRINCIPALI.

Ven. 10. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Receditur à ſuperius deciſis in deciſione 152. circa viſitationem Epiſcopo competentem Hoſpitalis Religioſorum curæ commiſſi, ſub motivo, quod ibidem non degerent duodecim Religioſi, juxta conſtitutiones apoſtolicas. Et hæc non exiſtentia duodecim Religioſorum comprobatur ſimul conſiderando teſtium depoſitiones, redditus, & amplitudinem conventus, & ſtatum antiquum, & numerus quamvis accidentaliter poſtea fuerit accitus ad colludendum Epiſcopo nihil prodeſt ſine licentia ſacræ Congregationis Epiſcoporum. Minorum Conventualium verò conventus ab Epiſcopi viſitatione ſunt exempti, ſi ibidem ſex Religioſi commorentur.,

SUMMARIUM.

1 *Conventus, ſeu Hoſpitalia, in quibus duodecim Religioſi non extant, poteſt Epiſcopo viſitare una cum Provinciali, vel alio regulari ſuperiore.*

2 *Dicta plurium teſtium de facto proprio deponentium plenam faciunt probationem.*

3 *Teſtes non dicuntur ſingulares, quando omnes in ſubſtantia concordant, & licèt in accidentalibus diſcordent, plenam tamen conſtituunt probationem.*

4 *Dicta teſtis de auditu coadjuvantur à teſtibus de viſu.*

5 Partita

5 *Partitæ extractæ ex libris conventus comprobant negativam quoad non exiſtentiam numeri duodenarii Religioſorum.*

6 *Partitæ extractæ à libris conventus, ab ejus Religioſis non poſſunt impugnari.*

7 *Religioſorum numerus, qui unquam adfuiſſe in conventu pro præterito conſtat ſi in uno actu accitus ad duodenarium inveniatur, ad præjudicium Epiſcopi, ut allegari poſſet factum præſumitur.*

8 *Familiæ Religioſorum numerus qualis fuit à longiſſimo ſeptuaginta annorum ſpatio talis firmiter determinatus dicitur.*

9 *Nec poteſt præſumi accitus, niſi doceatur de licentia ſacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium*, ex Conſtit. Urbani VIII. la 45.

10 *Religioſorum duodenarii numeri temporanea convocatio, imminente Epiſcopi viſitatione, non eludere poteſt Urbani VIII. conſtitutionem, ſed talis numerus debet eſſe invariabilis, & in ſingulis Congregationibus provincialibus deſtinatus.*

11 *Actus lite pendente facti in adverſarii præjudicium facti præſumuntur.*

12 *Probatio elicita ex libris, qui plures patiuntur exceptiones eſt ineſſicax.*

13 *Numerus Religioſorum quantus fuerit ab anguſtia conventus, vel ab ejus redditibus deprehenditur.*

14 *Totidem ad ſummum Religioſi quot ſunt cellæ morari poſſunt in conventu.*

15 *Ex redditibus proportionabiliter numerus Religioſorum major non fuiſſe præſumitur, ſi de illis annis, in quibus conſtat, fuiſſe minorem exitus redditum ſuperarunt.*

16 *Minorum conventualium conventus à ſan. mem. Innocentii X. ſuppreſſi, & poſtea reſtituti regulari diſciplinæ ab ordinariorum juriſdictione ſunt immunes, quoties ibidem ſex Religioſi alantur.*

17 *Et iſte numerus ſex Religioſorum non reddit immunem conventum, ſeu hoſpitale, juxta conſtitutiones Urbani VIII., & Alexandri VII. duodenarium numerum requirentes.*

DECISIO CCXVIII.

ADverſùs geminas deciſiones, in hac cauſa editas, alteram 17. Maii 1697. coram bo. me Urſino, in qua reſponſum fuit: Reverendiſſimo Epiſcopo Palentino competere jus viſitandi Eccleſiam S. Spiritus, & S. Annæ, Civitatis Medinæ, ſubjectas curæ, ac regimini PP. S. Joannis Dei: non verò illorum hoſpitale; nec jus exigendi rationes; alteram 25. Junii 1700. coram me; qua, recedendo in prima parte à deciſis; denegata fuit etiam viſitatio Eccleſiæ, conceſſa eidem Epiſcopo novâ audientiâ; & unà ſimul remiſſoria, per ipſum petita, ad probandum, quod in conventu, ſeu hoſpitali moram non traheret duodenarius numerus religioſorum: compilatus fuit proceſſus remiſſorialis; nec non vigore compulſoriæ, per dictos patres expeditæ, plures à libris conventus fuerunt extractæ partitæ; quorum omnium examine in hodierna repropoſitione aſſumpto, Dominos conſului — *An eſſet ſtandum in primo, vel ultimo loco deciſis.* Cùmque Reverendiſſimus Epiſcopus, hodie, prætermiſſo examine circa viſitationem Eccleſiæ; attentâ reſolutione edita per ſacram Congregationem Concilii *in Bononien. Viſitationis* 10. *Maii* 1698. relatâ in mea præcedenti *Deciſione* §. *Hujuſmodi autem*; unicè inſiſteret ſuper viſitatione hoſpitalis, ad formam brevis ſa. me. Urbani VIII.; Ideircò reſponſum fuit, *recedendum eſſe ab ultimo loco deciſis, juxta modum*; ut nempè licita ſit Epiſcopo viſitatio hoſpitalis; ad unicum tantùm effectum rationes adminiſtrationis exigendi.

Retento namque themate, per viam regulæ præſcripto in Brevibus ſan. mem. Urbani VIII., & Alexandri VII.; ut ſcilicet in con-
1 ventibus, ſeu hoſpitalibus, in quibus non extant duodecim religioſi, liceat Epiſcopis, unà cum Provinciali, vel alio regulari Superiore, ad reviſionem computorum adminiſtrationis eorumdem hoſpitalium procedere; totum cauſæ momentum pendebat a probatione, an talis numerus degeret in hoſpitali controverſo.

Negativam autem ſuadebat lectura depoſitionum emiſſarum per teſtes, in vim remiſſorialium examinatos; aſſerentes, non ſolùm de viſu, ſed etiam de auditu ab eorum parentibus; quod à triginta & quadraginta ab hinc annis, & ultra, commorati ſolùm fuerint in conventu, de quo agitur, quinque, vel ſex religioſi de familia: quodque talis numerus auctus fuit ad ſeptem, vel octo poſt delatam favore hoſpitalis hæreditatem Joſephi Fernandez *ſumm. Epiſcopi n.* 1 Hæc autem dicta
2 teſtium numero plurium, ac de facto proprio deponentium, plenam conſtituere probationem, dixit *Adden ad Gregor. dec.* 327. *n.*27., *Rot. cor. Merlino dec.* 98 *nu.*2., *in rec. dec.*342. *n.*12. *p.*14., & paſſim alibi.

Non atteutâ reſponſione, quod iidem teſtes ſint ſingulares, & eorum aliqui deponant
3 ſolùm de auditu. Cùm enim in ſubſtantia omnes concordent; hoc ſufficit, ne dicantur ſingulares: ſed immò plenam conſtituant probationem; licèt diſcordent, in accidentalibus; *Rot. dec.*126. *n.*8., & *dec.*347. *num.* 21. *p.*19. *rec.* Illi verò, qui de auditu deponunt,
4 coadjuvantur à pluribus aliis deponentibus etiam de viſu, ac de re ipſis abundè nota; ut dixit *Rot dec.*242. *n* 12 *p* 14.*rec.*

Idque comprobarunt partitæ, vigore compulſorialium, extractæ à libris conventus; ex quibus conſtat, quod ab anno 1621. uſque ad moderna tempora, in dicto conventu morati fuerint dumtaxat quinque, vel ſex, aut ad ſummum octo Religioſi, *dicto ſumm. à n.*
5 2. *ad* 4. Ex quibus partitis comprobata remanet negativa quoad exiſtentiam majoris numeri; juxta doctrinam *Ripæ in cap. Cùm Eccleſia Sutrina n.*82. *de cauſ poſſeſſ.*, & *propriet.*, *Rocca diſput. jur. cap.* 68. *nn.*3. & 4., *Rot. cor. Durano dec.*1368. *n.*18., & *ſeq.*, *cor.* *ſa. me.*

*ſa.me. Alexandro VIII. dec.*114. *n.*4., *& in*
6 *rec. dec.*496. *n.*2. *p.*9. Nec illæ poſſunt, quoad
hoc factum, ex libris conventus reſultans,
à Religioſis impugnari; ut in ſimilibus ter-
minis firmavit *Rot. cor. Bichio dec.*213 *n.*11.,
*& in rec. dec.*298. *n.*10. *p.*12., *& dec.*266. *n.*3.
part 17.

Atque hinc corruit fundamentum poſtre-
mæ deciſionis in §. *finali*, ductum ab inſtru-
mento ſtipulato de anno 1699. cum interven-
tu duodecim Religioſorum, quos tunc tem-
7 poris, in Conventu reſediſſe, teſtatus fuerat
Notarius. Cùm enim eo tempore lis vigeret,
præſumendum eſt, Religioſos ad eum actum,
datâ operâ, fuiſſe accerſitos ex vicinis Con-
ventibus; ut ille poſtea in præjudicium Epiſ-
copi, allegaretur. Dum cæteroquin conſtat,
familiam Religioſorum, retroactis tempori-
bus, numquam talem numerum attigiſſe. Et
tamen, quatenùs etiam hujuſmodi actus om-
nimoda ſuſpicione careret: adhuc dum ex
novis probationibus apertè reſultet, quod
8 per ſpatium ſeptuaginta, & ultra annorum,
familia Religioſorum non exceſſit numerum
ſeptem, vel octo; utique dici debet, iſtum
fuiſſe firmiter determinatum; nec præſumi
9 valet illius augumentum, niſi doceatur de li-
centia S, Congregationis Epiſcoporum, &
Regularium, requiſita ex Conſtitutione Ur-
bani VIII. la 45.; quam in propſito refert
*Marg. de ſepultur. tract. de iis, qui ſepult.
in jur. privant. diſquiſ.*6. *dub.*23. *n* 19. *&* 37.
Et, in omnem caſum, relinqui non debet in
10 libera facultate Religioſorum, eludere
Pontificiam Conſtitutionem, mediante tem-
poranea convocatione aliorum, ad integran-
dum numerum duodenarium, quoties immi-
neat viſitatio; cùm talis numerus eſſe debeat
invariabilis, ac in ſingulis congregationibus
provincialibus deſtinatus; ex auctoritatibus
mox allegatis.

Abſque eo quod contraria probatio circa
reſidentiam numeri duodenarii deduci poſ-
ſet ex actibus capitularibus, qui cum totidem
Religioſorum interventu geſti ſupponeban-
tur. Vel enim loquimur de illis geſtis anno
præterito relatis in *Summ. PP.* à *n.*4. *ad* 9.,
11 & recurrit eadem reſponſio, quod facti
præſumuntur ad præjudicium Epiſcopi, cum
quo lis actualiter vigebat. Aut loquimur de
aliis ante motam litem, ab anno ſcilicet 1679.
uſque ad 1695. *dicto ſumm. PP.* à *n.* 11. *ad*
12 14., & iſtorum probatio ineſſicax viſa fuit,
tanquam elicita ex libris, quos Judex ſubde-
legatus, ac periti ab eo electi retulerunt,
plures pati exceptiones; ut videre eſt in *ſum.
Epiſcopi n.*5.6. *&* 7.

Quodque reverâ numerus Religioſorum
13 excedere non potuerit ſeptem, vel octo;
ſuadebant anguſtia conventus, ac illius red-
dituum tenuitas. Anguſtia inquam conven-
tus; quia ex confeſſione ab eiſdem Religio-
ſis judicialiter emiſſa, in eo novem dumta-
xat cellæ reperiuntur; *ſumm. Epiſcopi n.*10.:
14 undè novem, ad ſummum Religioſi potuiſ-
ſent ibidem commorari; juxta declarationem

Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Re-
gularium relatam per *Tamburin. de jur. Ab-
bat. diſput.*5. *p.*1. *n.fin.*, & probat *Murg. ubi
ſupra n.*11. Tenuitas etiam reddituum, quia
ex partitis introitus, & exitus, judicialiter
extractis patet, introitum aſcendere ad an-
nua ſcuta 843., exitum verò pro adimplen-
dis oneribus certis ad ſcuta 322.: adeout red-
ditus annuus remaneat in ſcutis 320 *d.ſumm.
n.*9. Ex his autem ſi detrahantur expenſæ
neceſſariæ pro ſubſtentatione infirmorum, ac
aromatariæ, ictu oculi patet, non ſupereſſe
quantitatem neceſſariam pro alendis duode-
cim Religioſis, & demonſtravit experientia
15 dum de anno 1700., licèt non conſtet in con-
ventu hunc numerum reſediſſe; adhuc im-
penſæ ſuperarunt redditus in ſcutis 952. *dicto
ſumm. n.*9. *litt. A.*: & hac de cauſa non reſe-
diſſe unquam in conventu, de quo agitur, ul-
tra ſeptem, vel octo Religioſos deponunt
primus, quartus, & decimus teſtis, etiam de
auditu ab eiſdem Religioſis; ut in *eod. ſumm.
num* 8.

His ita firmatis non obſtat reſolutio Sac.
Congregationis Epiſcoporum, & Regula-
rium in una *Anagnina* 9. *Septembris proxi-
mè præteriti*, qua prohibetur Epiſcopo ejuſ-
dem Civitatis viſitatio Conventus S. Franciſci
Ordinis Minorum Conventualium, quamdiù
in eo maneant ſex Religioſi; *hodierno ſumm.*
16 *Patrum num.*10. In illa enim cauſa quæſtio
verſabatur ſuper conſtitutione ſa. me. Inno-
centii X., qui Conventus dictæ Religionis
per ipſum antea ſuppreſſos, & ordinariæ ju-
riſdictioni ſuppoſitos reſtituerat poſtea regu-
lari diſciplinæ, ac reſpectivè à juriſdictione
Ordinarii exemerat, quoties ibidem ſex Re-
ligioſi alerentur; ut patet ex ſecunda conſti-
tutione relata per *Panimoll. dec.* 84. *annot.*2.
*n.*15. Quamobrem talis reſolutio nil commu-
17 ne habet cum hypotheſi, in qua ſpeciales vi-
gent Conſtitutiones ſa. me. Urbani VIII., &
Alexandri VII., certum numerum duode-
cim Religioſorum determinantes, ne valeat
Epiſcopus viſitare; & quas unicè attendas eſ-
ſe notat *Pignattell. conſult. canonic.*35. *n.*23.
*tom.*4., & dixit *Rot. in Gerunden. Ferialis*
25. *Junii* 1700. §. *Nec relevat cor. me.*

Et juxta modum, de quo ſupra, reſponſum
fuit pro receſſu à deciſis, utraque &c.

PALENTINA JURIS VISITANDI SUPER MANUTENTIONE.

Veneris 10. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

Receditur in parte à ſuperiùs deciſis dec. 153.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio, cùm poſſeſſorium una cum pe-
titorio examinatur à ſubſiſtentia boni ju-
ris regulatur.*

2 *Potiſſimè cùm actus poſſeſſorii pro eo cui bo-
num jus favet non deſunt.*

Xx 3 *Et*

3 *Et alii actus poſſeſſorii alterius partis ineſſicaces redduntur ex decreto irritanti in Apoſtolicis conſtitutionibus appoſito.*

DECISIO CCXIX.

SIcut hodie Domini, reſpondendo ad dubium ſuper negocio principali contemporaneè propoſitum, cenſuerunt Reverendiſſimo Epiſcopo Palentino competere jus viſitandi hoſpitale PP. S. Joannis Dei, ad effectum exigendi rationes adminiſtrationis: ideoque in hac parte, ipſis viſum fuit recedendum eſſe ab ultimo loco deciſis coram me: ita, ſuper hoc dubio manutentionis, pari modo, *pro receſſu*, *reſponderunt*.

Cùm enim in hypotheſi, poſſeſſorium, non ſuſpenſo petitorio, ſed immò unà ſimul cum
1 illo diſputetur; conſequens eſt, quod manutentio à ſubſiſtentia boni juris veniat regulanda; ut, præter allegatos in mea præcedenti *deciſione* §. 1., firmavit *Rot. cor. Dunozett. jun. dec.*519. *n.*5., *& cor.bo. me. Emerix jun. dec.*1296. *n.*25.

Potiſſimè animadvertendo, quod non dee-
2 rat ex parte Epiſcopi probatio actualis poſſeſſionis in exercitio actuum juriſdictionalium; ut in *ſumm. dato cor.bo.me. Urſino* 17. *Maii* 1697. *n.*9. *&* 10.; quodque contraria Religioſorum quaſi poſſeſſio circa exemptionem, ſi quæ probaretur; ineſſicax fieret, ex decreto irritanti appoſito in Brevibus ſa. me. Urbani VIII., & Alexandri VII.; *Poſth. de manut. obſervat.*46. *n.*15., cum aliis relatis in *dec.*1296. *n.*26. *coram bo. mem. Emerix juniore.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CENSUUM, ET CAMBIORUM.

Ven. 17. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſionem 93., quæ hìc confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Reo ad effectum cautelæ angeli irrelevantia titulorum non probata prodeſt.*

2 *Limitatur quando allegatio cautelæ Angeli eſt directa ad retardandam ulteriorem executionem mandatorum, quia tunc requiritur probatio tituli clara, & concludens ab allegante, &* n.5.

3 *Potiſſimùm limitatio procedit, ſi cautela Angeli non à poſſidentibus res, ſuper quibus ea allegatur, ſed ab aliis tanquam jus habentibus ſuccedendi in fideicommiſſo opponitur.*

4 *Retentionis privilegiatum remedium non admittitur deficiente poſſeſſione.*

6 *Deciſiones ſuper eodem articulo inter eaſdem partes præſupponendæ ſunt in ſucceſſivis vocationibus, nec incidenter revocantur, &* n.28.

7 *Deſcriptio bonorum teſtatoris facta in inventario ab hærede, eorum poſſeſſionem penès teſtatorem fuiſſe non probat, quando illa fuit erronea; ex cauſa ſcilicet præcedentis occupationis ab eo factæ.*

8 *Condemnatio unius afficit alterum in bonis, & juribus indiviſis.*

9 *Deſcriptio in inventario facta à Procuratore ignaro non poteſt præjudicare hæredibus, qui ſuper bonis deſcriptis jus habent independenter à teſtatore.*

10 *Præſertim ſi in inventario addita ſit ſalutaris clauſula*, quod non deſcripta pro non deſcriptis habeantur; *quia tunc agnita bonorum qualitate, deſcriptio corrigi poteſt.*

11 *Deſcriptionem inventarii corregiſſe præſumitur ille, qui bona in eo tanquam fideicommiſſaria deſcripta jure proprio pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus acquirit.*

12 *Locatio unica nec dominium, nec poſſeſſionem probat.*

13 *Poſſeſſionis actus, & aſſertiones antecedentes, quando poſſeſſio poſtea fuit pro ſpoliativa recognita non probant poſſeſſionem legitimam, ſed ad illam ſpoliativam referuntur.*

14 *Acquirens bona cum notobili pretio* pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, *ratione fideicommiſſi, ſuper eadem bona omni jure deſtitutus demonſtratur.*

15 *Acquiſitio facta pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ab aliquo cum expreſſione qualitatis hæreditariæ à fideicommittente, liberè facta cenſetur.*

16 *Et expreſſio qualitatis hæreditariæ ſtat demonſtrativè, & non taxativè, &* numer. ſequent.

17 *Qualitas ad majorem corroborationem à Rota tantùm recenſita, non eſt conſideranda, nec firmata dicitur.*

18 *Circumſtantiæ ex abundanti à Rota ſuperadditæ non tollunt principale fundamentum, quod eſt attendendum, & in ſubſequentibus cauſis ſupponendum.*

19 *Actus tranſactioni proximi magni ponderis ſunt pro ejuſdem declaratione.*

20 *Auctoris factum impugnari nequit à ſucceſſore.*

21 *Confeſſio libertatis bonorum facta præſumi poteſt ad alliciendos emptores tertios: ſecùs cum illis, qui ad idem fideicommiſſum eſſent vocati, & qui pro eorum emptione, ſub tali libertatis enunciativa, magnam ſummam erogarunt.*

22 *Nemo magnas pecunias projicere velle cenſetur.*

23 *Creditores, qui ſub bona fide libertatis bonorum pluries ab ipſis, qui ad fideicommiſſum eſſent vocati pandita, pecunias crediderunt, decipi nequeunt ſub ſpecie fideicommiſſi.*

24 *Præſervativa fideicommiſſorum, & generica expreſſio qualitatis hæreditariæ facta in diviſione multorum bonorum fideicommiſſariorum, & liberorum, ſtant demonſtrativè, ac diſtributivè ad bona, quæ verè cadunt*

dunt ſub hæreditatibus, & fideicommiſſis, & n.29.

25 *Hæreditariam qualitatem non concludunt ea quæ alio etiam titulo fieri poſſunt.*

26 *Concordia ſuper jure paſcendi bona fide inita cum præcedenti poſſeſſore, debet à ſingulari ſucceſſore obſervari*

27 *Interpretatio in dubio ſumenda eſt pro excluſione fideicommiſſi, tanquam in jure odioſi.*

30 *Donans evitare nequit donationis adimplementum.*

31 *Fideicommiſſum non adfuiſſe probatur, ſi ſuper bonis prætenſis poſtea fideicommiſſariis in judicium vocati, alias exceptiones, & non eas fideicommiſſi oppoſuerint: quando idem fideicommiſſum ſuper reliquis bonis reverá fideicommiſſariis oppoſuerunt.*

32 *In quietantia affictuum, expreſſio qualitatis hæreditariæ, quando hæc in locatione non exprimitur; præſumitur facta à notario continuativè ad alia, quibus erroneè appoſita apparet.*

33 *Narrativa proveniens à primodiali cauſa erronea nihil ponit in eſſe.*

34 *Narrativa, quæ contrariatur ſolemni tranſactioni dicitur ſtare demonſtrativè nec obeſt.*

35 *Bona in ſatisfactione creditorum retinere velle, & fideicommiſſo ſupponere repugnat.*

36 *Creditum turbidum, & illiquidum admitti nequit in judicio executivo ad retardandam bonorum deliberationem.*

37 *Alienationes ab auctoribus factæ nequeunt impugnari à ſucceſſoribus.*

38 *Allegans præventivè titulum fideicommiſſi, præventiva exceptione quoque repelli poteſt.*

39 *Creditor non poteſt illiquida exceptione ſubbaſtationem retardare, cùm poſtea poſſit ex ejuſdem depoſito pretio ſatisfieri.*

40 *Aſſignari non poſſunt bona pro fideicommiſſo, quando creditum reſpectu ſubſtantiæ, & quantitatis eſt incertum.*

41 *Credita confunduntur à qualitate hæreditaria.*

42 *Creditori incerto ſatis eſt conſultum in ſubbaſtatione cum præcepto ejuſdem pretium deponendi.*

43 *Donatarius bona ſua fideicommiſſo ſubjicere non poteſt in præjudicium creditorum, qui hypothecam ſuper illis jam acquiſivarunt* & n. ſeq

45 *Communio excluſa remanet cum quilibet ſuam recipit portionem.*

46 *Et ex eo quod propria res alterius deſignatur.*

47 *Et ex diviſione ſequuta.*

48 *Extinctio cenſuum communis hæreditatis facta ab altero compenſata præſumitur in ſubſequuta diviſione, vel ſi poſtea facta ſit accollatatio, aſſumpti dici debent ab extinguente.*

49 *Potiſſimè ſi extinguens in teſtamento de omnibus aliis rebus ad eandem hæreditatem pertinentibus mentionem fecerit, nihil dicens de iſta extinctione.*

DECISIO CCXX.

SUbjectis novo examini fundamentis deciſionis editæ ſuper hoc articulo 12. Junii 1699., licèt in audientia diei 17. ejuſdem menſis, anni nuper elapſi nulla prodierit reſolutio; prodiit tamen hodie præcedentis confirmatoria, ſub reſcripto: *Standum eſſe in deciſis.*

Quamvis enim DD. fratres de Caffarellis,
præter tripliceo titulum, in præterita diſputatione propoſitum, ad fundandam cautelam
Angeli per ipſos allegatam, ſuperadderent
hodie, ſibi ipſis ſuffragari qualitatem judicii, in quo reorum partes ſuſtinent, excipiendo de retentione: inferendo ex hoc,
quod onus concludentis probationis, circa
irrelevantiam titulorum, quibus innixa eſt
1 cautela Angeli, ſpectaret ad creditores; nihilominùs hæc circumſtantia viſa non fuit,
guidquam roboris addere præfatis titulis; ut
infra inſubſiſtentibus: cum viceverſâ ipſamet
2 natura judicii, ex remedio cautelæ Angeli,
directa ad retardandam ulteriorem exequutionem jam factam ſuper caſalibus tenimenti
Ardeæ, ac reſpectivè ſuper aliis bonis faciendam; requirat probationem tituli adeo claram, & concludentem; ut abſit quæcumque
dubitationis occaſio; prout ultra allegatos in deciſionibus editis *ſuper cautela Angeli die 1. Junii* 1699. §. *Præmiſſa enim, & 5. Junii ejuſdem anni* §. *Cùm enim, ac in deciſione, quæ revidetur* §.1., & *ſeqq.*: notat *Ridolph. in praxi part.1. cap.9. n.28.*, & dixerat *Rot. cor. Cerro dec.95. n.3., & dec. 97. n. 3., cor. Pentinger. dec.147. n.7., & ſeqq., cor. Priolo dec.464. n.1., cor. Ubago dec 51. n. 18., in rec. dec.201. n 3. p.17., & dec 397. n.19. p.18.*

Potiſſimè animadvertendo, quod DD. fratres de Caffarellis, quorum nomine allegata
fuit cautela Angeli, non poſſident contro-
3 verſas tenutas: ſed ſolùm tamquam jus habentes ſuccedendi in prætenſis fideicommiſſis,
oppoſuerunt de conſervatione, ac retentione bonorum; ut patet ex eorum *ſumm. ſuper cautela Angeli dato in relatione cauſarum 16. Decembris proximè præteriti n.1.* Quocir-
4 ca, ſicuti deficiente poſſeſſione admitti nequit privilegiatum remedium retentionis, &
cautela directa noſcitur ad retardandam ulteriorem exequutionem mandatorum, à creditoribus obtentorum contra bona per majores poſſeſſa; contra quod exclamat *Card. de Luca de judic. diſc.40. n.19. ad med.*: ita au-
5 getur onus probandi titulum undique validum, ac certum, ex auctoritatibus proximè
relatis.

Tales profecto probationes in hypotheſi deſiderantur. Quantùm enim attinet ad primum titulum deſumptum ex fideicommiſſo Joannis Andreæ, non ſolùm deficit probatio, quod præſatum tenimentum eidem fideicommiſſo ſubjaceat; ſed immò contrarium reſultat ex tranſactione uſque de anno 1566.

per Proſperum juniorem, Fauſtum, & Aſca-
nium filios Joannis Petri ſenioris inita cum
Columnenſibus: ex qua tranſactione præſa-
tum tenimentum acquiſitum fuiſſe liberum,
& exemptum à vinculis fideicommiſſorum
Proſperi, & Joannis Petri ſeniorum de Caſ-
farellis firmavit noſtrum Auditorium in *de-
cem & tribus deciſionibus* editis ſuper mox
relatis fideicommiſſis *cor. bo. mem. Emerix*,
Bourlemont. Priolo ſeniore, *Rondinino*, &
ultimo loco *cor. me.* Si autem iſtæ deciſiones
in conſimili cauſa editæ ſuper eodem articu-
6 lo tranſactionis contra eaſdem partes præſup-
ponendæ ſunt in ſucceſſivis diſputationibus;
nec incidenter poſſunt revocari; ut millies
proteſtata eſt ipſamet *Sac. Rot. cor. Coccino
deciſ.2049. n.4., & dec.2335 n.3., cor. Cerro
dec.309. n.5, & in rec. dec.743. n.11. p.18.*,
& in ſpecie contra ipſoſmet DD. de Caſſarel-
lis *in Romana fideicommiſſi Joannis Petri
ſenioris* 23 *Februarii* 1685. §. *Aſſiſtere cor.
bo.mem. Albergato*, conſequens eſt, quod fi-
deicommiſſum Joannis Andreæ inſtitutum
anno 1557. cadere non potuit ſuper contro-
verſo tenimento, tamquam ex poſt, nempe
dicto anno 1566. per filios Joannis Petri ad
proprium commodum acquiſito, *ut firmant
omnes prærecenſitæ deciſiones*.

Atque hinc nil relevat, quod probetur
poſſeſſionem tenutarum extitiſſe penes Joan-
nem Andream de tempore conditi fideicom-
miſſi: tum ex illarum deſcriptione in inven-
tario bonorum hæreditariorum facto de an-
no 1558. per ejus nepotes, ac reſpectivè hæ-
7 redes: tum etiam ex ſubſequuta illarum lo-
catione de anno 1559. Quo enim ad deſcrip-
tionem in inventario, ſatiſfacit reſponſio *præ-
cedentis deciſionis*, quod ſcilicet ea fuerit er-
ronea; utpote procedens ex cauſa præambu-
læ occupationis factæ per Joannem Petrum,
& Proſperum ſeniores; quam fuiſſe nullam
attentatam, & ſpoliativam firmarunt *omnes
deciſiones*, & præ cæteris geminæ *cor. me edi-
tæ 5. Junii* 1669., & 13. *Junii* 1701. Et hanc
re vera fuiſſe cauſam deſcriptionis indicant
verba, quibus illa concepta legitur -- *Un
quarto delle tenute di Ardea, giunte pro in-
diviſo con Meſſer Gio Pietro Caſſarelli* --
*Summario præteritæ propoſitionis DD. de
Caſſarellis num.2.* Ly enim *giunte pro indi-
viſo*, ſicut refertur ad poſſeſſionem commu-
nem cum Joanne Petro, ita explicat illam de-
rivare ab eodem fonte; ideòque eo modo,
quo talis occupatio inefficax reputata fuit ad
inducendam tenutarum ſuppoſitionem fidei-
commiſſo Joannis Petri, pari ratione admitti
non poteſt reſpectu Joannis Andreæ, cum in
8 bonis, vel juribus indiviſis inter plures con-
demnatio unius afficiat etiam alterum; per
*text. in can. Quis objecerit 7., cap. ſi quis
præbendas 15. quæſt. 3., Jaſon. in l. 2. C. de
Judic., Scacc. de ſentent. & de re judicat.
gloſſ.14 q.12. n.110., Peregrin. de fideicom.
art.53. num.4. & ſeqq.*

Idque fortiùs ponderando, quod inventa-
rium continens hujuſmodi erroneam deſcrip-
tionem factum non fuit ab ipſiſmet nepoti-
bus, & hæredibus dicti Joannis Andreæ, ſed
ab eorum procuratore ignaro præcedentis
9 ſtatus bonorum, ac injuſtæ cauſæ poſſeſſionis;
qui proindè præjudicare non potuit legitimis
poſſeſſoribus, multòque minùs hæredibus,
qui ſucceſſivè, mediante dicta tranſactione,
proprio nomine, ac propriis pecuniis, jura
tam proprietatis, quàm legitimæ poſſeſſio-
nis à Columnenſibus acquiſiverunt; *Cyrioc.
controv.27. n.7., Rot. coram Priolo dec.376.
num.17. & 18., & dec.429. n.11. & ſeqq.*, &
cor. Cerro dec.930. pariter num.11. cum ſeqq.
Quodque ulterius in eodem inventario ad-
jecta legitur ſalutaris clauſula; quod *ſi quæ
deſcripta forent, quæ deſcribi non debuiſſent,
habeantur pro non appoſitis, & non deſcrip-
10 tis*; qua ſtante proteſtatione, ſicuti poterant
hæredes, agnita vera qualitate bonorum ſeſe
corrigere, ut dixit *Rot. cor. Merlino dec.853.
n.1., cor. Priolo dec.376. n.19., in rec. dec 287.
n.6. p.5., & dec.142. n 2. p 13.* Ita ſe correxiſſe
dicuntur, eo ipſo, quod in ſubſecuta tranſa-
ctione anni 1566., tenutas liberè acquiſive-
runt ex nova cauſa, & novis juribus eorum-
dem Columnenſium, ſibi nomine, ac jure
11 proprio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſori-
bus quibuſcumque comparatis; ut omiſſis ge-
neralibus in ſpecie contra dictos DD. de Caſ-
farellis firmatum fuit *in deciſ 72. ſub n.13. &
n.20., & in dec.74. ſub n.5. verſ. nec non etiam
apud Urceol. de tranſact., & cor. bo. me. Eme-
rix iun. dec.822 ſub n.13. §. Poſſeſſio autem
& in dicta Romana fideicommiſſi Joannis Pe-
tri 1. Aprilis* 1656. §. *Veritati, cor. bon mem.
Albergato.*

Quo verò ad ſucceſſivam locationem anni
1559. ultra quod iſta tamquam unica proba-
re non valet, nec dominium, nec poſſeſſionem
12 bonorum locatorum; ex traditis per *Poſth.
de manut. obſervat. 24. n.9, Rot. in recent.
dec.190. n.11. p.3., & dec.115. n 2. cor. Eme-
rix iuniore.* Attamen quando etiam poſſeſſio-
nem probaret, referenda eſſet ad præambu-
lam cauſam ſpoliativæ occupationis à dicto
Joanne Andrea, unà cum aliis ejus fratribus,
ut ſupra factæ, ac nulliter continuatæ uſque
ad tranſactionem initam cum Columnenſibus
dicto anno 1566.: quæ demonſtravit agnitum
13 fuiſſe ab hæredibus vitium ſpolii, cum quo
uſque tunc poſſederant; adeout veritati po-
tiùs ab ipſis ex poſt agnitæ, quàm erroneis aſ-
ſertionibus præcedenter emiſſis veniat defe-
rendum; *Rot. cor. Royas dec.484. n.5., & co-
ram Dunoz. jun. dec.891. n.11.*

Hæc ſufficerent ad excluſionem primi ti-
tuli reſultantis ex fideicommiſſo Joannis An-
dreæ: & tamen clariora redduntur, nedum
ex præfata tranſactione per ipſos hæredes
Joannis Andreæ ſtipulata cum Columnenſi-
bus; verùm etiam ex ſubſequuta obſervantia.
Ex tranſactione, inquam, dum ea mediante,
tenutas recuperarunt, ſoluto notabili pretio
ſcutorum 16000.; & acquiſiverunt *pro ſe,
ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
cumque; ita quod* (ſunt verba tranſactionis)
ipſi,

*ipſi, eorumque hæredes, & ſucceſſores dictis
juribus, & rationibus ceſſis in judicio, &
extra ad majorem cautelam, ut ſupra, uti,
agere, excipere, experiri, & ſe juvare, &
defendere poſſint, & de iis uti veri, & legiti-
mi Domini, & poſſeſſores diſponere valeant* --
14 adeout nimis ad evidentiam falſi fuerint ſe-
ſe, ratione fideicommiſſi, omni jure deſtitu-
tos; juxta pleuè firmata *in deciſ. 72. & 74.
apud Urceol. de tranſact.*, & *dec. 832. coram
bo.mem. Emerix, ac in tot aliis editis ſuper
fideicommiſſis Joannis Petri, & Proſperi ſe-
niorum.*

Quin ad evitandum obſtaculum hujuſce
tranſactionis, ac fundamentorum, quæ ab ea
deducuntur in tot deciſionibus illã examinan-
tibus, quidquam urgerent plures diverſitatis
rationes, quæ intercedere ſupponebantur à
fideicommiſſis Proſperi, & Joannis Petri ſe-
niorum, ad illud Joannis Andreæ, de quo
in præſenti diſceptatur; & ſignanter, quod
illius reſpectu, non militet nova cauſa acqui-
ſitionis ex tranſactione deducta; dum in hac
legitur expreſſa qualitas hæreditaria dicti
Joannis Andreæ, quæ viceverſa deficit reſ-
pectu Joannis Petri ſenioris patris tranſigen-
tium; quinimmò in una ex præfatis deciſio-
nibus edita ſuper dicto fideicommiſſo Joan-
nis Petri *coram bo.mem Emerix 30. Aprilis
1688. inter ejus impreſſas la 832. à n. 2. cum
ſeqq.* dictum fuerit qualitatem hæreditariam
in concordia expreſſam referendam eſſe ad
Joannem Andream patruum, non verò ad
Joannem Petrum patrem. Si enim ex hac diſ-
15 cretiva expreſſione qualitatis hæreditariæ,
reſpectu Joannis Andreæ, deduci contendi-
tur, quod tranſigentes voluerint acquirere
illius hæreditati, ac reſpectivè fideicommiſ-
ſo; litteraliter obſtat pars diſpoſitiva tran-
ſactionis, qua legitur acquiſitionem fieri à
tranſigentibus pro ſe, ſuiſque hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuſcumque, adeout perne-
ceſſe talis qualitatis expreſſio dici debeat ad-
jecta demonſtrativè, non autem taxativè,
nec ad effectum, ut bona per ipſos acquiſita
caderent ſub fideicommiſſo; prout in termi-
nis alterius inſtrumenti diviſionis initæ inter
hæredes Proſperi cum ſimili expreſſione
qualitatis hæreditariæ, quod adhuc bona di-
viſa ſub fideicommiſſo non caderent, firma-
vit *Rot. cor. Priolo dec. 420. ſub n. 6. & 7.*, &
in ſpecie, loquendo de hac tranſactione, fir-
mat *deciſio bo.mem. Emerix*: ubi quod ſtanti-
16 bus effrenatis verbis mox recenſitis, quali-
tas hæreditaria dici debet adiecta ad ſignifi-
candum, quod acquirentes erant illorum
hæredes; non autem quod volebant acquire-
re eorum hæreditatibus, ut videre eſt in
num. 8. & 9.

Ex qua reſponſione diluitur obiectum, quod
in dicta deciſione coram Emerix fuerit fir-
matum, tranſigentes acquiſiviſſe tanquam
hæredes Joannis Andreæ. Siquidem licèt in
ea, ad majorem corroborationem exemptio-
17 nis tenutarum à fideicommiſſo Joannis Pe-
tri, dictum fuerit, expreſſionem qualitatis
hæreditariæ ad illum non referri; ſed potius
ad Joannem Andream: tamen ſuper hoc Sa-
cra Rota pedes non fixit: immò ulterius pro-
grediendo, ſuppoſita etiam tali qualitate
coæqualiter ad utrumque referibili, ait, eam
non operari acquiſitionem pro hæreditatibus
ſtantibus præfatis verbis -- *pro ſe, hæredibus,
& ſucceſſoribus quibuſcumque*, ut videre eſt
in §. *Tum etiam quia*: quodque plus eſt, in
ſubſequutis deciſionibus nulla prorsùs habita
ratione dictæ qualitatis potiùs reſpectu unius
quàm alterius ex fideicommittentibus, indi-
ſtinctè firmavit, tranſactionem ſecum ferre
acquiſitionem tenutarum jure proprio ad
commodum ipſorum tranſigentium, & in-
dependenter à quibuſcumque fideicommiſ-
ſis; ut patet ex *deciſione coram me edita in
Romana fideicommiſſi Proſperi ſenioris pri-
ma Junii* 1699. §. *Quamvis*, & §. *Atque
ex his, & ſub die decima Junii* 1701. §. *Nec
hujuſce, & in altera ſuper fideicommiſſo
Joannis Petri 5. Junii* 1699. §. *Siquidem.*

Indèque nil relevat altera diverſitatis ra-
tio, quod tranſigentes eatenùs non expreſſe-
rint qualitatem hæreditariam reſpectu Joan-
nis Petri, quatenùs ille pluribus debitis erat
involutus; & è contra ipſi vigore donationis
præcedenter factæ poterant tenuras ab omni
ære alieno fideicommittentis exemptas recu-
perare: quod non ita erat reſpectu Joannis
Andreæ, cujus hæreditatem acceptare, illi-
que acquirere ipſis expediebat. Quas circum-
ſtantias ad excludendam acquiſitionem pon-
deraverit etiam Rota in pluribus deciſioni-
bus editis ſuper fideicommiſſo Joannis Petri
quamvis enim tales circumſtantiæ adductæ
legantur in deciſionibus ad comprobandam
magis veriſimilem voluntatem tranſigentium
acquirendi ad commodum proprium, non
autem fideicommiſſi Joannis Petri, cujus hæ-
reditas ab alieno ære abſorpta remanſiſſet;
nihilominùs potiſſima, & primaria decidendi
ratio innixa fuit ſtipulationi factæ *pro ſe, hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ac
facultati per tranſactionem acquiſitæ -- *uten-
di, agendi, excipiendi, experiendi, & ſe ju-
vandi juribus ſibi per Columnenſes ceſſis, ac
de eis uti veri, directi, & legitimi Domini
& poſſeſſores diſponendi*: (ſunt verba tranſa-
ctionis): ac demùm ſolutioni conſiderabilis
ſummæ ſcutorum 16000.; ut declaratum le-
gitur in *deciſione cor. me edito 5. Junii* 1699.
§. *Et hæc*, quæ ſuperabundare videntur.
18 Quamobrem hæc diverſitatis ratio deſump-
ta ex circumſtantiis ex abundanti ſuperaddi-
tis, non tollit principale fundamentum huic
etiam fideicommiſſo Joannis Andreæ conve-
niens, & conſequenter in hac diſputatione
ſupponendum, *in puncto Rot. dec. 150. n. 3.
p. 16. recent.*, & *in Reatina fideicommiſſi de
Sempiternis ſuper fructibus 17. Februarii pro-
ximè præteriti* §. *Prout non refragatur co-
ram me.*

Et in ſpecie, quod hæc tranſactio tamquam
de per ſe clara, quoad excluſionem omnium
fideicommiſſorum, non admittat conjecturas,
&

& argumenta deducta ex diverſis circum-
ſtantiis extrinſecis, potiùs in uno quàm in al-
tero concurrentibus, firmarunt *geminæ deci-
ſiones editæ ſuper fideicommiſſo Joannis Pe-
tri 23. Februarii 1685. §. Cui ſatè in fine, &
1. Aprilis 1686. §. Minùs refragante cor. bon.
mem. Albergato.*

Adſtipulatur etiam obſervantia ſubſequu-
ta poſt hujuſmodi tranſactionem, dum ab in-
dè citrà omnes de Familia Caſſarella diſpo-
ſuerunt de controverſis tenutis, tamquam li-
beris, ac nulli ſubjectis fideicommiſſo non
ſolùm per ultimas voluntates, verùm etiam
per contractus. Et prætermiſſo teſtamento
Proſperi junioris, qui ſpecificè de rata teni-
menti per ipſum poſſeſſa diſpoſuit tamquam
de libera, & ad ipſum pleno jure ſpectante,
illamque novo fideicommiſſo favore Curtii,
& Alexandri filiorum ſuppoſuit, ſubſtituendo
alias perſonas in antiquis fideicommiſſis mi-
nimè comprehenſas; ut in *ſummario credito-
rum dato 2. Julii 1699. num. 21.*, ac etiam
prætermiſſis pluribus inſtrumentis impoſitio-
num cenſuum paulò poſt tranſactionem, nem-
pè ab anno 1570. ad 1580. ſtipulatis per ipſoſ-
met Aſcanium, & Proſperum tranſigentes
cum jurata expreſſione, quod caſalia eſſent
libera ab omni fideicommiſſo; ut legitur in
hodierno ſummario creditorum num 2. Quos
19 tamen actus utpotè tranſactioni proximos
magni ponderis exiſtimavit *deciſio edita ſu-
per fideicommiſſo Joannis Petri 23. Februa-
rii 1685. §. Adnectitur cor. bo. me. Alberga-
to*: in præſenti omnem dubitationis anſam
removebat teſtamentum Equitis Baltaſſaris,
qui ratam Caſalazaræ (quæ cæteroquin, ſe-
cluſa tranſactione, poſt ipſius obitum, vigo-
re antiquiorum fideicommiſſorum ſpectare
debuiſſet ad Ducem Gaſparem ejus fratrem
majorem,) ſubjecit vinculo perpetuæ pri-
mogenituræ, favore Ducis Joannis Petri ju-
nioris, & ab eo deſcendentium; illiuſque
primogenituræ prætextu DD de Caſſarellis
actores evitare contendunt exequutionem
mandatorum ſuper ipſo tenimento, de quo
principaliter inter has partes diſceptatur. Si
ergo ad ſenſum DD. de Caſſarellis, teſtamen-
tum Baltaſſaris ab ipſis productum, & fidei-
commiſſum in illo contentum comprehende-
re poterat ratam tenutarum, de quibus eſt
quæſtio; jam indè aſſequimur, claram dicti
Baltaſſaris confeſſionem, quod eædem tenu-
tæ alteri fideicommiſſo Joannis Andreæ ſub-
jectæ non eſſent: quam proindè non licet
eiſdem DD. de Caſſarellis hæreditario illius
20 titulo in hoc judicio agentibus impugnare;
ut firmavit *Rota in deciſionibus editis ſuper
fideicommiſſo Proſperi ſen. cor. Bourlemont
impreſſ. apud Urceol. de tranſact. deciſ. 72.
n. 24., & dec. 74. ſub n. 16.*, ac in aliis, & nu-
per *in Romana, ſeu Balneoregien. fideicom-
miſſi 8. Martii 1700. §. Nulla enim in fine
cor. R. P. D. meo Muto.*

Et tamen præter hanc tacitam Baltaſſaris
confeſſionem, ab ejus teſtamento reſultan-
tem, plures concurrunt expreſſæ, & qui-
dem literales. Incipiendo enim ab anno
1638., & proſequendo uſque ad annum 1662.
quinque legimus inſtrumenta cenſuum ab eo-
dem Baltaſſare unacum Duce Gaſpare illius
Fratre impoſitorum ſuper controverſis tenu-
tis, in ſumma valdè notabili ſcutorum 18125;
cùm uniformi ſemper expreſſione, quod ca-
ſalia in fundum cenſitum aſſignata nulli fo-
rent ſubjecta Fideicommiſſo, purificato,
ſeù purificando. Et rursùs reaſſumendo ab
anno 1662 uſque ad annum 1669. ipſe Bal-
taſſar per plura inſtrumenta, tradendo pe-
cunias ad cenſum præfato Duci Gaſpari, in
conſiderabili ſumma ſcur. 13543. paſſus fuit,
cenſus imponi ſuper eiſdem Tenutis cum ſi-
mili expreſſione libertatis à quocumque fi-
deicommiſſo purificato, ſeù purificando;
ut videre eſt in *hodierno Summ. creditorum
num. 4.* Huic autem activæ, & paſſivæ liber-
tatis expreſſioni non convenit conſueta re-
ſponſio; quod tales enunciativæ factæ cen-
ſeantur ad alliciendos emptores: quia, ſi hoc
fortè procederet in contractibus initis cum
21 tertiis, certè locum habere non poteſt inter
ipſoſmet Fratres: & ſicut imperceptibile red-
ditur, quod ſi Baltaſſar agnoviſſet Tenutas
antiquioribus Fideicommiſſis obnoxias, ſu-
22 bire voluiſſet periculum amiſſionis ſummæ
adeò notabilis, à ſe ipſo ad cenſum traditæ:
ità, & fortius, in aperto ponitur veritas
enunciatæ libertatis, nullo modo impugna-
23 bilis à Baltaſſaris hæredibus ad irrogandum
præjudicium creditoribus: qui, ſub bona
fide libertatis, pluries inter ipſoſmet fratres,
ac publicè cum aliis expreſſæ contraxerunt,
ut advertit *Rota in Veneta, ſeù Anconita-
na Pecuniaria 18. Junii 1700. §. Altera,
& in Romana Pecuniaria ſeù Tranſactionis
27. Junii 1701. ſub §. Eoque lubentiùs, con-
firmata 20. Januarii proxime preteriti cor.
R. P. D. meo Anſaldo.*

Nec hujuſmodi obſervantiam reſultantem
ex tot actibus geſtis per Auctores DD. de
Caſſarellis enervare poterant nonnulli alii ad
contrariæ obſervantiæ probationem adducti.
Non quidem diviſio Tenutarum, aliorum-
que bonorum communium facta de anno
1577. inter Proſperum, & Joannem Petrum
Filium Aſcanii, ejuſdemque Proſperi reſpe-
ctivè Nepotem hæreditario titulo, tàm Joan-
nis Petri Senioris, quàm Joannis Andreæ,
de cujus fideicommiſſo modò res eſt, cum ge-
nerali præſervativa quorumcumque Fidei-
commiſſorum. Cùm enim diviſio præter
Tenutas complecteretur etiam alia plura
bona intèr dividentes communia, generi-
ca expreſſio qualitatis hæreditariæ, ac ſub-
ſecuta præſervatio quorumcumque Fidei-
commiſſorum ſtat demonſtrativè, ac diſtri-
24 butivè ad illa bona, quæ verè cadebant ſub
hæreditatibus, & Fideicommiſſis Auctorum
ſuperiùs enunciatorum, non autem importat
Fideicommiſſum ſuper controverſis Tenu-
tis, aliiſque bonis ad dividentes Jure pro-
prio ſpectantibus, ut alias examinata rele-
vantia hujuſce diviſionis reſpectu fideicom-
miſſi

miſſi Proſperi ſenioris firmatum fuit in *De-
ciſ.429. num.7. cum ſeq. coràm Priolo*, & in
alia ſuper eodem Fideicommiſſo edita *coram
me* 10. *Junii* 1701. *§. finali*.

Prout nec relevat altera diviſio Caſalium
16 Caroccetti, Caſalazaræ, Campolaſico, To-
feliis & Valis late facta pariter poſt d. Tranſa-
ctionem intèr Filios Aſcani, & Maximilianum
de Caffarellis, cum expreſſione, quod alte-
rum ex dd. Caſalibus gravatum foret onere
Juriſpaſcendi favore Communitatis Ardeæ
in vim concordiæ initæ per Jo: Andream
cum hominibus dictæ Communitatis uſque
de anno 1547. undè infertur, quod Dividen-
tes agnoverint idem caſale ſubjectum Fidei-
commiſſo Jo: Andreę, utpotè ab ipſo validè
hoc onere gravatum. Hæc namque illatio eſt
nimis remota, & non concludit, dum ap-
probatio concordiæ ſuper Jure paſcendi, ſe-
25 cluſa qualitate fideicommiſſaria, ſeù hære-
ditaria d. Joannis Andreæ, fieri potuit à di-
videntibus, tamquam ſingularibus ſucceſſo-
ribus in dd. tenutis obligatis nihilominùs ad
26 obſervantiam concordiæ: utpotè initæ bona
fide cum præcedentibus illarum poſſeſſori-
bus; ad *Text. in l. cui hæreditas* 36. *ff. ad
Trebell. Rot. coram Celſo deciſ.* 101. *num.*3.,
*in recent. deciſ.*67. *nu.*3. *part.*11., *& dec.*367.
*num.*4. *part* 19. Et de facto hujuſmodi quali-
tas fideicommiſſaria, nedum expreſſa non
fuit in diviſione; ſed imò potiùs tacitè reje-
cta; eo ipſo, quod in illa fuit ſolùm enuncia-
tus titulus hæreditarius Aſcanii unius ex tran-
ſigentibus: & in omnem caſum ſat eſt argu-
mentum reddi æquivocum, & dubium, ut
27 ſumenda ſit interpretatio pro excluſione
qualitatis fideicommiſſeriæ, tamquam in
Jure odioſæ; per *Text. in l. ſi fuerit ff. de
reb. dub.*, *Rot. coram Bich. dec.* 342. *n.* 17.,
coram Arguel. dec. 72. *num.* 14., *& coram
bo. me. Emerix Jun. dec.* 628. *num* 3.

Tanto magis, quia dicta concordia anni
1547. cum Hominibus Communitatis Ardeæ
ſuper dicto jure paſcendi, non ſolum inita
fuerat cum Joanne Andrea; ſed etiam cum
Joanne Petro ſen.; ut in *hodierno Summario
fratrum de Caffarellis num.* 6. Et tamen, ea
non obſtante, in omnibus deciſionibus noſtri
Tribunalis excluſum fuit à dd. tenutis fidei-
commiſſum præfati Ioannis Petri ſen.: ideoque
pari ratione excludi debet aliud Jo. Andreæ,
28 ex prænotata regula, quod deciſiones quoad
omnia in his firmata ſunt hic ſupponendæ.

Neque plus operatur generalis, & vaga
præſervativa in eadem diviſione adjecta, ibi
-- *firmis tamen remanentibus omnibus, &
ſingulis fideicommiſſis purificatis, & purifi-
candis, quibus propter præmiſſa non cenſea-
tur in aliquo præjudicatum* --; ut in *Summa-
rio dd. fratrum præcedentis propoſitionis n.*8.
Cum enim in illa non legatur bona diviſa ſub-
29 jecta eſſe fideicommiſſis anteceſſorum; ge-
neralis, & indeterminata illorum præſerva-
tio reſpicit ea bona, quæ verè à fideicom-
mittentibus provenirent: ſed nova fideicom-
miſſa, ubi non adſunt inducere non valet;
ut præter auctoritates mox relatas, firmavit
Rota dec. 228. *num.* 19. *& ſeq. part.*15. *rec*,
*& in Romana, ſeù Reatina fideicommiſſo-
rum de Vincentinis* 14. *Martii* 1701. *§. Et
demum coram R. P. D. meo Scotto*.

Minus urget, quod *in deciſione edita* 13.
Martii 1637. *coram Buccabella, impreſſ.
part.*7. *rec. dec.*205. & in altera edita 14. *Fe-
bruarii* 1642. *coram Dunoz. Iun. inter ejus
impreſſ. la* 630. reſponſum fuerit; quod in
executionem donationis per Bernardinum
ex altera linea de Caffarellis factæ Mario ne-
poti, uſque ab anno 1560., tradenda forent
filiis Herſiliæ, & Philippæ illius ſororibus
ſcut.4000. pro qualibet, quæ donans illarum
favore ſuper caſalibus Ardeæ præſtari juſſe-
rat in defectu deſcendentium maſculorum
donatarii: undè infertur, eadem caſalia lon-
gè poſt tranſactionem habita fuiſſe pro fidei-
commiſſariis, & quidem contra hæreditatem
Marii, licèt iſte una cum aliis, mediante
præfata tranſactionem Tenutas *pro ſe, ſuiſque
hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*
acquiſiviſſet: Huic namque argumento pecu-
liaris occurrit facti circumſtantia, quo ſcili-
cè pro d. donationis obſervantia nedum ſe
obligaverat donans, verùm etiam donata-
rius; ut claris verbis legitur *in dec.*189. *in
princ. apud Zacch. de oblig. Cameral.* Ideo-
que, ſive caſalia conſiderarentur provenien-
tia à Bernardino, ſivè, ut veriùs eſt, libe-
ra Marii, ut potè per ſæpedictam tranſactio-
30 nem acquiſita, non poterat illius hæreditas
evitare ſolutionem ſummæ, ad quam ipſe
Marius in donatione ſibi facta ſe obligaverat.

Iſtaque intelligentia clarior fit animadver-
tendo, quod facta poſt tranſactionem divi-
ſione, ac obventa in partem Proſperi, &
Joannis Petri tenuta Caſalazaræ; ut refertur
*in dicta dec.*205. *par.*7. *recent.* iſtorum hære-
des pulſati in Judicio Salviani à ſucceſſoribus
dd. fœminarum ſuper uno ex Caſalibus Ar-
deæ, non oppoſuerunt aliquod fideicom-
miſſum, licèt alias diverſas exceptiones alle-
gaverint; ut videre eſt *in d. dec.*205. *part.*7.:
& è converſo ſimiles paſſi moleſtias pro eo-
dem credito ſuper domibus, quæ in tranſa-
ctione comprehenſæ non fuerant, fideicom-
miſſum oppoſuerunt; ut patet ex *d dec.*189.
poſt Zacch. de oblig Cameral., ità compro-
bantes, caſale, utpotè in tranſactione com-
prehenſum, ad differentiam domorum, non
31 eſſe fideicommiſſarium; prout hanc circum-
ſtantiam ad hujuſmodi effectum comproban-
di libertatem Tenutarum ponderavit *Rota in
dec.*72. *num.*23. *apud Vrceol. de tranſact.*

Levioris denique momenti eſt quietantia
de affictibus dd. caſalium per Aſcanium, &
Proſperum, qui tranſactionem ſtipulati fue-
rant facta de anno 1569., cum expreſſione
qualitatis hæreditariæ, tam reſpectu Ioan-
nis Petri ſen., quam Ioannis Andreæ. Cum
enim in quietantia non enuncientur bona lo-
cata tamquam hæreditaria dd. Ioannis Petri,
32 & Ioannis Andreæ; narrativa qualitatis hæ-
reditariæ, vel præſumitur à Notario appo-
ſita

ſita de ſtylo, continuativè ad allud inſtru-
mentum locationis, quod ipſemet ſtipulatus
fuerat anno 1559., quo nondum evenerat
tranſactio; ut in individuo de conſimilibus
affictibus advertit *Rota in Romana Commu-
nantiarum*, *& Fontanilis* 20. *Jannarii nu-
per elapſi* §.34. *coram R.P.D. meo Anſaldo*,
33 & ſic tanquam proveniens à primordiali
cauſa erronea, nihil ponit in eſſe; ex nota-
tis per *Card. de Luca de alienat.diſc.*69.*n.*10.
*Rota cor. Peutinger.dec.*21.*n.*36. *& dec.*153.
*num.*13.*part.*7.*rec. & in mox citata Roma-
na Communantiarum*, *& Fontanilis ſub d.*
§.34: vel ſtare dicitur demonſtrativè, non
34 autem taxativè; itaut contraponi non va-
leat ſolemni tranſactioni apertè jus, & poſ-
ſeſſionem omnium fideicommittentium ex-
cludenti; *ex authoritatibus ſuperiùs alle-
gatis*.

Hos igitur actus, quos tranſactioni contra-
rios eſſe, ac fideicommiſſariam tenutarum
qualitatem ſecumferre ſupponitur, jam con-
ſtat ex præmiſſis non ſubſiſtere, ac tale quid
non operari. Et in omnem caſum innegabi-
le redditur, quod numero, ac pondere præ-
valeant alii tot, in ejuſdem tranſactionis exe-
cutionem ſecuti, quorum duo præ cæteris
admodum ſemper urgebant ad oſtendendam
tenutarum libertatem. Primo nempe Inſtru-
mentum cenſus in ſorte ſcutorum 4000., de
anno 1665. impoſiti à Duce Gaſpare ſuper
caſali S. Laurentiæ, cum individuali expreſ-
ſione, quod illud, vigore ſæpedictæ tranſa-
ctionis anni 1566., ad ipſum libere pertineret;
& hoc Inſtrumentum ratum etiam habuerunt
omnes d. Gaſparis filii adhuc viventes, ut
legitur in *bodierno Summario Creditorum
num.* 3.: quam circumſtantiam potiſſimè ani-
madvertit *deciſio edita ſuper fideicommiſſo
Ioannis Petri* 23. *Febr.* 1685. §. *Et in idem
coram bo. me. Albergato*. Secundò, & for-
tius judicialis confeſſio dd. fratrum de Caffa-
rellis in hoc Iudicio Actorum, qui ſpecificè
productis inſtrumentis cenſuum à Duce Ga-
ſpare cum præfata expreſſione libertatis im-
poſitorum favore Baltaſſaris allegarunt, ſeſe,
tamquam iſtius hæredes, velle dd. credita
conſequi ſuper bonis d. Gaſparis, & ad hunc
effectum tenutas, & alia retinere; *Summa-
rio dato pro creditoribus ſuper fideicommiſſis
Proſperi, & Io. Petri ſen. ſuper Cautela An-
geli in Congregatione Rotali* 16. *Decembris*
1701. *num.* 1, *&* 2. Nimis autem apertè pu-
35 gnant inter ſe, velle retinere bona in ſati-
sfactionem creditorum, & è contra eadem
bona fideicommiſſis, & conſequenter incapa-
cia cujuſcumque hypothecæ, ſupponere; ut
de ſe patet.

Abſoluto examine primi tituli, nempe fi-
deicommiſſi Ioannis Andreæ, minoris rele-
vantiæ viſus fuit ſecundus innixus credito
reintegrationis à fratribus de Caffarellis præ-
tenſæ, ob plures alienationes factas per hæ-
redes Proſperi ſen. de bonis iſtius fideicom-
36 miſſo ſuppoſitis. Tum quia hujuſmodi cre-
ditum tanquam turbidum, & illiquidum ad-
mitti non poteſt in præſenti judicio exequu-
tivo ad retardandam imminentem bonorum
deliberationem: ut advertit *Card. de Luca
de judic. diſc.*40. *ſub nu.*19. *verſ. regula ita-
que*, & firmatum fuit *in deciſ. coram me edi-
ta ſuper fideicommiſſo Ioannis Petri ſen.* 13.
Iunii 1701. §. *Et omnis*. Tum & fortiùs quia
alienationes, ex quibus aſſertum creditum
deſumitur, factæ fuerunt à Joanne Petro, &
Joanne Andrea; ut in *Summario dd. fratrum
de Caffarellis Num.*10. *&* 12.: proindeque
eo ipſo quod iidem fratres ſeſe profitentur
hæredes, vel ſucceſſores univerſales alienan-
37 tium, allegando ſucceſſorio illorum nomine
cautelam Angeli; conſequens eſt, ut aliena-
tiones ab illorum auctoribus factas nequeant
impugnare; ſeque hac de cauſa creditores
conſtituere; ut firmat *deciſio, quæ revidetur*
§. *Siquidem*.

Abſque eo quod hujuſce reſponſionis effi-
cacia eluitaretur ex replicatione; quod DD.
Michael Angelus, & Baltaſſar, ad quorum
inſtantiam allegata fuit Angeli cautela, non
ſint adhuc hæredes alienantium; ſed ſolum
habeant jus ſuccedendi defuncto ipſorum pa-
tre; quodque per conſequens eorum Jura
nondum confuſa dicantur. Siquidem Jus præ-
tenſæ reintegrationis ex fideicommiſſo Proſ-
peri pendet à ſimili expectativa, cum neque
illius reſpectu adhuc aperta fuit illorum fa-
vore ſucceſſio: & conſequenter, ſicut ipſi præ-
ventivè deducunt creditum reintegrationis
38 fideicommiſſi Proſperi, ità licitum eſt cre-
ditoribus eos repellere præventiva exceptio-
ne qualitatis hæreditariæ alienantium per ip-
ſoſmet fratres judicialitèr allegatæ; ut patet
ad ſenſum.

Et in omnem caſum, quando etiam hujuſ-
modi creditum eſſet certum, & liquidum
poterunt iidem fratres jura ſua experiri ſu-
39 per pretio retrahendo ex bonis ſubhaſtan-
dis, quod A.C. provide juſſit deponi ad ef-
fectum conſignandi cui de jure; ut reſponſum
fuit *in Romana Cenſus* 4. *Iulii* 1687. §. *Si-
quidem coram Reveverendiſſimo D. meo De-
cano, in Baren. moderationis Monitorii* 6. *Fe-
bruarii* 1697. §. *Neque coram R.P.D. meo
Scotto*, *& in Carpentoraten. ſeù Vaſionen.
Primogeniture* 13. *Decembris* 1700 §. *Fru-
ſtrà verò coram R. P. D. meo de la Tre-
moille*.

His autem ſtantibus, admitti non potuit
æquitativum temperamentum, ad effectum
evitandi expenſas deliberationis, aliaſque ſi-
miles à defenſoribus DD. de Caffarellis pro-
poſitum: ut ſcilicet pro reintegratione dicti
fideicommiſſi Proſperi ſenioris aſſignarentur
tot bona, & ſignanter portiones caſalium ſpe-
ctantes ad dd. Petrum, & Joannem Andream
reintegrationis debitores. Hoc namque ſup-
ponit certitudinem crediti, tam reſpectu ſub-
40 ſtantiæ, quàm reſpectu quantitatis: & ta-
men eorum jus eſt incertum, utpotè depen-
dens à futura ſucceſſione in fideicommiſſo
Proſperi, & incertum etiam eſt quid, & quan-
tum debeatur ab alienantibus. Ac demùm
actio

actio pro reintegratione prætenſa ob aliena-
tiones bonorum, quæ fideicommiſſo ſubjecta
41 ſupponuntur; confuſa remanſit ex hæredita-
ria ipſorum Actorum qualitate, reſpectu
42 alienantium; undè ſatis conſultum videtur
ex legali, & quotidiana praxi, approbato
temperamento deponendi pretium, cui de
jure poſteà conſignandum; *ex auctoritatibus
ſuprà relatis in §. Et in omnem caſum*.

Succedit tertius, & ultimus titulus deſum-
ptus ex teſtamento Equitis Baltaſſaris, quod à
Marchione Joanne Petro acceptatū fuiſſe ſu-
ponitur: At nec iſte titulus obſtare poterat
executioni mandatorum. Quidquid enim
ſit reſpectu Creditorum, qui cum Ioanne Pe-
tro contraxerunt poſt acceptatum ab eo fi-
deicommiſſum à Bataſſare ordinatum; hoc
unum certum eſt quod, reſpectu aliorum, qui
medio tempore ante acceptationem contra-
xerant, & quorum exiſtentia reſultat ex
hodierno Summario Creditorum num. 5., vi-
gent Iura donationis à d. Baltaſſare præce-
43 denter factæ in ſumma ſcutorum 600. annuo-
rum; quæ ideò ceciderunt ſub hypotheca
favore ipſorum creditorum, nec iſtis dein-
dè potuit donatarius præjudicium irrogare,
ut firmat *dec ſio, quæ revidetur §. final.* &
dixit etiam *Rota coram Cavaler decif.* 132.
num. 12.

Nec obſtat, quod hujuſmodi creditum an-
nuæ præſtationis conſumptum fuerit per plu-
res alienationes factas à Joanne Petro de bo-
nis equitis Baltaſſaris, & ſucceſſivè à Duce
Gaſpare de aliis cum d. Equite communibus.
Quantùm enim ſpectat ad bona, quæ per di-
ctum Joannem Petrum aſſerebantur data in
ſolutum d. ejus uxori, nec verbum quidem
in inſtrumento, nec alibi, quod probet illa
pertinuiſſe ad hæreditatem Baltaſſaris: &
44 nihilominùs, quandò etiam hujuſmodi qua-
litas probaretur; agendum de ea foret cum
aliis creditoribus poſterioribus dationibus
in ſolutum, factis de annis 1673. & 1677.
Quod autem reſpicit alienationes factas à
Duce Gaſpare de Bonis communibus cum
Baltaſſare, unde infertur iſtius hæreditatem,
pro medietate alienata, eſſe creditricem:
tollitur eadem reſponſione: quod ſcilicèt
hæc facti circumſtantia non probetur: Prima
enim alienatio domuncularum pro ſcutis
2400. facta fuit præſente, & conſentiente
Baltaſſare, cum expreſſione, quod Dux
Gaſpar illarum pretium recipiebat in portio-
nem ſuam ex bonis paternis. Quamobrem
45 ex ipſa lectura venditionis excluſa remanet
aſſ. communio, & quidem de conſenſu ejuſ-
dem Baltaſſaris, qui potuit, & voluit alio
medio indemnitati ſuæ conſulere, recipien-
do tantundem in aliis bonis paternis; ſecun-
da alterius domus pretio ſcutorum 1000. ex-
46 preſsè dicit *unam ipſius D. Ducis domum*,
& ſic excludit prætenſam communionem
cum Baltaſſare: quā certò certiùs excludit ter-
tia ſimilis domus, facta favore ipſius Baltaſſa-
ris ab eodem Duce Gaſpare pretio ſcutorum
33600., in cujus venditionis inſtrumento ul-
terius enunciatur eam domum obveniſſe Du-
47 ci Gaſpari in diviſione per apocam facta de
annis 1646. & 1652; *hodierno Summario Cre-
ditorum num.* 6., & de hac diviſione memi-
nit etiam Baltaſſar in Teſtamento; *Summ. præ-
cedentis propoſitionis dd. de Caſſarellis ſub
num.* 14.

Nullius denique ponderis eſt, quod præ-
fatus Baltaſſar extinxerit plures cenſus, &
quidem notabilis ſummæ debitos à Duce Ga-
ſpare, cujus ideò creditor evaſerit; Quo-
niam poſita diviſione, ut ſuprà, inter Ga-
ſparem, & Baltaſſarem ſecuta, indè oritur
48 inevitabile dilemma; quod vel cenſus ex-
tincti fuerant de tempore diviſionis, & illo-
rum pretium præſumitur in iſta Baltaſſari bo-
nificatum; vel fuerunt extincti ex poſt, &
cum apoca diviſionis non exhibeatur; præ-
ſumendum eſt Baltaſſarem, pro æquandis
portionibus, aſſumpſiſſe in ſe ratam cenſuum
à fratre debitorum: dum de hujuſmodi cre-
dito mentionem non fecit in teſtamento; li-
cet meminerit remanſiſſe in manibus D. Du-
cis argenta, & ſupellectilem, & quod plus
eſt, enumeraverit propria debita innuens illa
notabilem ſummam conſtituere.

Et ità neglecto examine fideicommiſſi Lu-
dovicæ Clementinæ, circa quod, etiamſi in
Cautela Angeli cumulatum à dictis Fratri-
bus de Caſſarellis, nil in hodierna diſputa-
tione deducebatur, poſt ſecundam Cauſæ
propoſitionem, ſuffragantibus omnibus DD.
reſponſum fuit, utraque Parte acerrimè infor-
mante.

MELEVITANA COMMENDE.

Veneris 17. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Aſſumptus ad Epiſcopatum commendas Sacræ Religionis Meliten. retinere nequit, & ex natura earumdem commendarum, quæ dantur revera in titulum, & quomodò eveniat declaratur, & ex Sacri Concilii Tridentini, & ex conſtitutione Gregorii XIII. Contraria obſervantia ex impetratione Apoſtolicorum indultorum eliditur.

SUMMARIUM.

1 *Promotio ad Epiſcopatum inducit vacationem beneficiorum quorumcumque à promoto poſſeſſorum.*
2 *Commendæ Sacræ Religionis Hjeroſolymitanæ tanquam beneficia regularia ſunt manualia, & amovibilia, ſed in earum natura ſunt perpetua.*
3 *Et conferuntur in titulum.*
4 *Et ſine juſta cauſa commendatarius amoveri non poteſt.*
5 *Poſſeſſio commendæ Equitum melitenſium*

eoſdem operatur effectus, quos veri tituli.

6 *Neque tunc currit regula, quod unum beneficium in titulum, & aliud in commendam poſſit retineri.*

7 *Quod procedit inſuper ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini.*

8 *Quæ locum habet in commendis Sacræ religionis.*

9 *Commendatarii, ſac. Religionis tenentur quinquennio reſidere in commendis, & facere meliorationes.*

10 *Et remanent ſubditi juriſdictioni Prioris, & Sacræ religionis.*

11 *Ad Epiſcopatum aſſumptus, religioni amplius ſubjacere non poteſt.*

12 *Et ideò retinere non poteſt ſacræ religionis commendas.*

13 *Ut definivit Gregorius XIII.*

14 *Determinatio Pontificia prævia cauſæ cognitione nihil amplius in tali puncto dubitandum relinquit.*

15 *Obſervantia juri contraria probanda eſt cum omnibus requiſitis obſervantiæ præſcriptivæ.*

16 *Obſervantia retinendi beneficia incompatibelia, eſt juri contraria.*

17 *Obſervantia retinendi commendam religionis poſt aſſumptum Epiſcopatum, excluditur, ex quo adfuit diſpenſatio Apoſtolica.*

18 *Petitio, & impetratio diſpenſationis obſervantiam in eadem re excludunt, & defectum præſupponunt.*

20 *Ex diſpenſatione Apoſtolica cenſentur retentæ commendæ religionis poſt aſſumptum Epiſcopatum, ſi pleroſque eam impetraſſe conſtet.*

21 *Quod præſumitur quoad negativa diſpenſationis non probetur.*

DECISIO CCXXI.

PRomoto ad Epiſcopatum Melitenſem Reverendiſſimo Palmerio, uſque ab anno 1692., plures ex Equitibus magis antianis prætendentes, commendam nuncupatam *de Caſeo*, & penſiones ab eodem Epiſcopo præcedenter poſſeſſas, vacaſſe per illius promotionem; petierunt in Conſilio ordinario vacationem hujuſmodi per ſententiam declarari; cumque ſuccubuerint, ex quo idem Conſilium pronunciavit: licitam eſſe Commendæ retentionem: idcircò reaſſumpto ad inſtantiam aliorum Equitum judicio in Conſilio completo, prodiit ſententia revocatoria antecedentis, & declarans, præfatam commendam ab Epiſcopo retentam, debere ſmutiri: à quo poſteriori judicato provocante Reverendiſſimo Epiſcopo, delataque ad noſtrum Tribunal appellatione; hodie frater Nicolaus Calvarius, tanquam magis antianus, prætermiſſo examine præcedentium judicatorum, propoſuit tanquam in prima diſputandum dubium -- *An commenda ſit vacans, eique ſit adjudicanda: & affirmativa*, eo ſolum informante, prodiit reſolutio.

Aſſiſtit enim regula, quod per promotio-
1 nem ad epiſcopatum inducitur vacatio quorumcumque beneficiorum; per *Text. in cap. cum in cunctis §. Cum verò de Electione*, ac probant *Paris de Reſignat. benefic. lib.3. queſt. 1. num. 75., & ſeqq.. Garz. de Benefic. part. 11. cap. 6. num. 1., & ſeqq.. Rota coram Cerro deciſ. 797. num. 1., & in rec. dec. 379. num. 24. part. 18., & in Firmana Penſionis 25. Junii 1685. in princ. coram bo. me. Albergato.*

Prævidens hujuſmodi obſtaculum Reverendiſſimus Epiſcopus oppoſuit in anteactis judiciis; quod commendæ ſacræ religionis Hieroſolymitanæ non ſint perpetuæ, ſed manuales: ac proindè ab illarum retentione non oriatur incompatibilitas: quodque de facto plures Epiſcopi Melevitani, aliarumque diæceſum ſimiles commendas longo temporis curſu retinere conſueverint. At neutra excuſatio ad intentum ſuffragari videbatur.
2 Non quidem prima. Quia licet hujuſmodi commendæ, tamquam beneficia regularia, ratione inſitæ obedientiæ, dicantur manualia, & amovibilia: nihilominus ex earum
3 naturà, & aptitudinaliter ſunt beneficia per-
4 petua, & conferuntur in titulum, ac ſine juxta cauſa commendatarii amoneri non poſſunt; ut in his terminis notat *Card. de Luca de Benefic. diſc. 97. num. 22.*, & dixit *Rot.*
5 *dec. 473. num. 8. par. 5. rec.*, ideòque illarum poſſeſſio eoſdem operatur effectus, quos veri tituli; ut firmavit *Rot. coram Puteo dicta Dec. 22. num. 4. lib. 2.* Adeò ut earum reſpe-
6 ctu procedere non valeat regula, quod licitum ſit unum beneficium retinere in titulum, & aliud in commendam; *Azor. Juſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 10 §. Sunt qui, & ſeqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 8. num. 20., & ſub num. 75., Garz. dicta par. 4. Cap. 4. num. 34., 38., & 41., Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. queſt. 1. n. 110, Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſcop. allegat. 59. n. 4.*

Quæ ſi procedunt inſpecta juris communis diſpoſitione, fortius locum ſibi vindicant, attenta ſanctione ſacri Concilii Tridentini,
7 expreſſe talem retentionem etiam Commendarum interdicentis; ut obſervat *Fagnan. in Cap. bonæ memoriæ num. 29. de Poſtulat. Prælat., & Cap. Dubium il 2. num. 43. de Election., Gonzal. & Azor, ubi proxime*;
8 dictaque Conciliaris diſpoſitio recipienda venit etiam in commendis ſacræ religionis, quæ ad inſtar beneficiorum regulantur; *Rebuff. in prox. benef. tit. de Commend. num. 41. Card. de Luc. de Benef. dicto Diſc. 47. n. 22., Rot. dicta dec. 473. num. 9. & 10. par. 5. rec.*

Potiſſimè animadvertendo, quod ex diſpoſitione ſtatutorum Sacræ Religionis te-
9 nentur commendatarii reſidere ſaltem per quinquennium in Commendis, ac in eis facere meliorationes; ut firmavit *Rota dec. 7. part. 19. rec.*, & paſſim in aliis; remanentque
10 ſubditi juriſdictioni Prioris, & Sacræ Religionis, ut habetur in conſtitutione ſa. me. Pii Quarti la 9. §. 65., & notat *Io Franc. à*

Pon-

*Ponte conſ.14. num.*18. *cum ſeqq.*. Quamo
11 brem cum aſſumptus ad Epiſcopatum, Re-
ligioni ampliùs ſubjacere non poſſit, nec ab
ea compelli ad faciendas meliorationes à ſta-
tuto demandatas, neceſſariò ſequi videtur,
12 ut ex promotione inducta ſit commendæ
vacatio.

Omnemque ſubſtulit difficultatem ſpecia-
13 lis declaratio facta de anno 1582. per ſa. me.
Gregorium XIII., occaſione ſimilis contro-
verſiæ intèr Epiſcopum Melevitanum, &
proviſum de beneficio, tamquam vacante
per promotionem ad Epiſcopatum. Cum
enim A.C. de voto noſtri Auditorii pronun-
ciaſſet favore Proviſi, ſummus ille Pontifex
hujuſmodi ſententiam confirmavit; ut videre
eſt in ejus *conſtitutione* 82., quam refert
Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. allegat. 57.
*num.*72.. Hæc autem Pontificia determina-
14 tio, prævia cauſæ diſcuſſione edita, nul-
lum ampliùs relinquit dubitationi locum; ut
reſponſum fuit *in Hiſpalen. Proceſſionum
ſuper* 2. *dubio* 28. *Iunii* 1700. §. *At non mi-
nus coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Minùs relevat 2. excepsio ducta ex obſer-
vantia, & conſuetudine retinendi commen-
das etiam poſt promotionem ad Epiſcopatum;
15 Ultra quod enim illa tamquam Juris diſpoſi-
tioni contraria probanda foret cum omnibus
requiſitis obſervantiæ præſcriptivæ; ut omiſ-
16 ſis generalibus, in terminis conſuetudinis
retinendi beneficia incompatibilia, reſpon-
dit *Rota in Moguntina Canonicatus* 6. *Apri-
lis* 1696. §. *Nec ad evitandam coram bo. me.*
17 *Urſino*, ceſſat quælibet hæſitatio, ex
quo, ut plurimum ab Epiſcopis Melevita-
nis, qui beneficia retinuerunt, obtenta fuit
diſpenſatio Apoſtolica, ut videre eſt in
*Summ. à num.*3. *ad* 11.. Talemque neceſſi-
tatem indulti Apoſtolici agnoſcens ipſemet
modernus Epiſcopus, preces porrexit ad
illud obtinendum, licet non obtinuerint, *di-
cto Summ num.* 12. Quocirca obſervantia
potiùs eſt in contrarium: dùm petitio, &
18 impetratio diſpenſationis per neceſſarium
antecedens preſupponunt defectum faculta-
tis retinendi; optime *Rota in Dertbuſen.
Jurisdictionis ſuper bono Iure* 26. *Aprilis*
1694. §. *Et his accedit coram R. P. D. meo
Caprara*.

Et quamvis quoad aliquos Epiſcopus igno-
tum ſit, An Commendæ retentæ fuerint cum
diſpenſatione, vel ſinè: attamen ſufficit,
eam ab aliis pluribus fuiſſe impetratam; ut
inde dicatur agnita illius neceſſitas, & actus
eam comprobantes prævalere debeant aliis
illam excludentibus; ut in proximis termi-
nis reſpondit *Rota in Romana Officii* 26.
Marti 1694. §. *ſed dato coram R. P. D. meo
Caprara*: Vel niſi poſitivè probetur negativa
diſpenſationis, præſumptio eſt, quod illa
intervenerit; ut tradit *Anchar. conſ.*11.*n.*3.
*Hoied. de incompatibil. Benefic. cap.*10.*n.*11.
& ſeqq., *Rot. dec.* 298. *num.*11. *par.*14. *rec.*
Et ità, altera &c.

FULGINATEN. DIVISIONIS.

Lunæ 20. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſum in caſu, quo expiratum voluit teſtator, non poteſt prorogari per contemplationem agnationis, prohibitionem alienationis, & verba perpetuitatem indicantia, quado iſta non ſtant indefinitè, aut in ſeparata oratione, ſed reſtrictivè; neque ex ſubintelligentia conditionis *ſi ſine filiis* in alia oratione, & caſu à tranſverſali appoſita: & demum non ideò non expiravit, quod poſſidens de prætenſis bonis fideicommiſſariis per Teſtamentum non diſpoſuerit.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum conceptum ſub duplici conſideratione caſuum, quorum altero eveniente Teſtator voluit bona remanere libera; ſi iſte adveniat expirat.*

2 *Fideicommiſſi onus remiſſum cenſetur in eo caſu, in quo alienationis prohibitionem non currere fuit declaratum.*

3 *Fideicommiſſum inter certas perſonas, vel gradus reſtrictum, purificata Teſtatoris voluntate in primis inſtitutis, non debet ulterius progredi abſque conjecturis.*

4 *Conjecturæ pro progreſſivitate fideicommiſſi, quod verificatum fuit in perſonis à teſtatore volitis, debent eſſe tales, ut eam per neceſſè concludant.*

5 *Perpetuitatem fideicommiſſi non inducunt contemplatio agnationis alienationis prohibitio, & perpetuitatis clauſula, quando iſta non ſtans indefinitè.*

6 *Pars proæmialis ampliare non poteſt fideicommiſſum ultra caſus in diſpoſitiva præſcriptos.*

7 *Contemplatio agnationis cum non eſt in ſeparata oratione, vel per modum regulæ generalis non valet illud ad alios caſus extendere.*

8 *Potiſſimùm ſi eidem contemplationi alienationis adiiciuntur Clauſulæ* -- tunc, & eo caſu -- *quæ eam ad caſum, cui eſt adjecta, reſtringunt.*

9 *Probibitio alienationis cum expreſſione conſervandi bona in agnatione reſpiciens ſolum primos hæredes, fideicommiſſum ultra illos non extendit.*

10 *Verba* -- nullo unquam tempore -- *cum prohibitione alienationis regulariter tractum ſucceſſivum important.*

11 *Limitatur quando probibitio alienationis cum iſtis verbis eſt certis perſonis reſtricta.*

12 *Probibitio alienationis ad primos tantùm hæredes directa, excludit vocationem aliorum, quos Teſtator gravare non omiſiſſet.*

13 *Conjecturæ perpetuitatis fideicommiſſi non attenduntur, quando teſtator peculiariter providit de illius expiratione.*

14 *Conditio ſubintellecta* -- ſi ſine filius -- *libertatem diſponendi tunc exercibilem tribuit, quoties liberi non fuerunt ſuſcepti: ſecùs è contra.*

15 *Conditio* -- ſi ſine filius -- *ſubaudita non intelligitur, quoties adeſt diverſitas orationis.*

16 *Conditiones appoſitæ in una ſubſtitutione repetitæ non cenſentur in altera ordinata per orationem ſeparatam.*

17 *Conjecturæ pietatis ad effectum ſubintelligendi conditionem* - ſi ſine filius - *deſumptæ* ex L. eum Avus, & L. cum acutiſſimi *locum non habent in diſpoſitio transverſalis.*

18 *In quo caſu lex non ſupplet huic conditioni* -- ſi ſine filius -- *à teſtatore omiſſæ.*

19 *Argumentum à diſcretiva operatur in teſtamento tranſverſalis, qui in uno caſu poſuit heredum filios in conditione, & in alio non.*

20 *Facultas diſponendi, quæ remaneret ſuperflua debet interpretari, ita ut aliquid operetur,* & num.22.

21 *Fideicommiſſum ceſſat in ultimo vacato, cui non eſt datus ſubſtitutus.*

23 *Diſponendi facultatem habens à Teſtatore ſi inteſtatus deceſſit, cenſetur diſpoſuiſſe favore legitimorum hæredum.*

24 *Potiſſimè dum non eſt datus ſubſtitutus in caſu, quo non diſpoſuerit.*

25 *Et cum bona iſta tanquam libera talis heres agnovit.*

26 *Et cum de illis tanquam liberis, etiam cum conſenſu aliorum, qui libertatem bonorum poſtea impugnant, diſpoſuerit.*

27 *Obſervantiæ diſponendi de bonis tanquam liberis deferendum eſt, ad excludendum fideicommiſſum.*

DECISIO CCXXII.

Diſputato in Audientia diei 17. Januarii 1701. dubio: an eſſet deveniendum ad novam diviſionem: & quatenus affirmativè: An in ea comprehendenda forent bona Canonici Joannis Baptiſtæ, licèt affirmativa quoad primam partem prodierit reſolutio, nulla tamen prodiit quoad ſecundam; circà quam demandatum fuit, ut cauſa iterùm proponeretur: prout actum fuit in audientia 27. Junii ſubſequentis. At cum neque in hac ſecunda propoſitione potuiſſent Domini inter ſe convenire; idcircò reſcriptum fuit, ut viderent quintus, & ſextus: quorum hodiè accedente ſuffragio, reſponſum fuit: *bona hæreditaria Canonici Ioannis Baptiſtæ eſſe comprehendenda in diviſione.*

Licèt namque idem Joannes Baptiſta fideicommiſſum inſtituerit favore fratrum, ac maſculorum ab eis deſcendentium; quo ſtante videretur, illius bona cadere non poſſe ſub diviſione, coæqualitèr, etiam cum fæminis, facienda; attamen Domini animadvertebant: eumdem teſtatorem poſt ſcriptos univerſales hæredes Petrum, Tarquinium, & Michaelem Angelum ipſius fratres, diſpoſuiſſe, quod
„ In omnem eventum, quod dicta ſua hære-
„ ditas devolveretur ad unum ſupradicto-
„ rum heredum inſtitutorum, ob aliorum
„ mortem, ſeù defectum; tunc, & eo caſu
„ liceat ei ad libitum diſponere, etiam de
„ bonis fideicommiſſo ſubjectis „ Quamo-
1 brem cum ille ſecundus caſus evenerit; eo
quia, prædefunctis Petro, & Tarquinio,
totum Fideicommiſſum conſolidatum fuit, in
Michaele Angelo: conſequens eſt, quod in
ipſo bona effecta fuerint libera, ſublato vin-
culo, & onere reſtitutionis; *Card. de Luc.
de fideicom. diſc* 109. *num.*9., *Poſth. deciſ.
Bononien.* 35. *num.* 5., *Rot. coram Priolo
dec.*71. *num.* 9., & *dec.*142. *num.* 10., & *in
Lucana Fideicommiſſi* 22. *Martii* 1697. §. *Prædefuncta*, & §. *Minus obſtat*, & 21. *Aprilis* 1698. §. *Adhuc*, & §. *Sublatis cor. R. P. D.
meo Priolo.*

Certiùs quia, non contentus teſtator de
aperitione propriæ voluntatis in parte diſpo-
ſitiva, illam repetiit in alia parte; qua pro-
hibitionem alienationis ſtrictiſſimè injunxit
ibi „ dictis ſuis hæredibus ſic inſtitutis, nul-
„ lo umquàm tempore &c., liceat vende-
„ re &c., niſi in caſu, quo devolveretur hu-
„ juſmodi ſua hæreditas ad unum ſupradicto-
„ rum inſtitutorum, ob aliorum mortem,
„ ſeù defectum: cui liceat diſponere etiam de
„ bonis Fideicommiſſi, & alienari prohibi-
„ tis &c., & infra -- Sit nullum, & invalidum
„ nulliuſque roboris, & momenti, & pro
„ non facto cenſeatur: niſi in caſu devolu-
„ tionis prædictæ „ Ex qua reiterata de-
2 claratione, circa facultatem libere diſponen-
di, remiſſum dici debet omne gravamen fi-
deicommiſſi, quod libertati directè repugnet;
ex traditis per *Rot. dec.*390 *num.*7. *par.*16. *rec.*

Stante autem hac literali voluntatis decla-
ratione, circa libertatem bonorum, in ca-
ſu, quo illa ad unicum dumtaxat hæredem
devolverentur; fruſtraneum videbatur,
pro inducenda prepetuitate Fideicommiſſi
recurrere ad conjecturas: dum, verificata
3 teſtatoris intentione in primis inſtitutis, fi-
deicommiſſum, intrà certas perſonas, vel
gradus reſtrictum, non debet ulterius pro-
gredi; ut ex *Theoric. Aretin. in l. Gallus
§. Et quod ſi tantum ff. de liber.*, & *poſthum*
firmatum fuit in dicta *Lucana Fideicommiſſi*
22. *Martii* 1697. §. *Verum coram R. P. D.
meo Priolo.* Vel, in omnem caſum, conje-
4 cturæ tales eſſe debent; ut ex eiſdem perne-
ceſſe Fideicommiſſi prorogatio reſultet; *Ri-
dolphin. allegat.*127. *num.*10., & *allegat.*161.
*num.*2., *Rot. apud Fenzon. ad ſtatut Urbis
dec.* 95. §. *Nec ad Jura*, & *coram Cerro
dec* 712. *num.*8.

Hujus profectò generis non fuere illæ de-
ſumptæ à verbis denotantibus perpetuitatem
Fideicommiſſi, contemplationem agnatio-
5 nis, & alienationis prohibitionem: dum Te-
ſtator hæc omnia noluit indefinitè: neque
verba, & clauſulas adjecit, quodcunque
tempus, omneſque perſonas comprehenden-
tia; prout requiritur, ad hoc, ut Fideicom-
miſſum extendi poſſit ad caſus, in quibus
te-

teſtator illud expreſſe non ordinavit; *Caren. reſol.25. num.7.*, *Palm. alleg. 83. num. 19.*, *alleg. 85. num. 12.*, *alleg. 90. num. 39.*, *& ſeq.*, *Panimoll. dec 43. adnot.3. num.24.*, *& ſeqq.*, *Rota apud Celſ. deciſ. 335. num. 18.*, *Cerr. dec. 712. num. 6.*, *& 7.* cum aliis apud *Rub. in adnot. ad deciſ. 632. num. 7.*, *& ſeq. part 4. tomo 3. rec.*

Et ſanè ſi perpetuitas deſumitur ex proœmio, in quo teſtator dixit " Velle providere, ne poſt ſuum obitum ſuper bonis ſuis „ inter poſteros ſuos aliqua ſcandali, ſeu litium materia valeat exoriri:„ occurrit reſponſio, ex verbis immediatè adjectis: ibi -- *In hunc qui ſequitur modum* --: adeout pars
6 iſta proœmialis ampliare non valeat fideicommiſſum, ultra caſus infra in diſpoſitiva præſcriptos; *Rot. dec.663. n.19. p.1. rec.*, *in Romanæ, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Neque vis, & in Vercellen. pretenſę immiſſion. 17. Februarii 1698. §. In hypotheſi cor. R.P.D. meo Muto.*

Contemplatio agnationis non legitur in
7 oratione ſeparata: minùſque per modum regulæ, aut rationis, quæ ſit generalior; ſed tamquam acceſſoria cohæret fideicommiſſo, in prima diſpoſitionis parte, ordinato: quod proindè non valet ad alios caſus extendere; *Redenaſc. conſ 30 n.98. & 126.*, latè *Altograd. conſ.29. n.7.*, *cum ſeq. lib. 2. Panimoll. dec.43. adnot.3. n.24.*, *& Rot. cor. Seraphin.*
8 *dec 883. n.5.* Potiſſimè ſtantibus dictionibus limitativis *Tunc, & eo caſu*; quæ agnationis contemplationem referunt ad caſum, cui ſunt adjectæ; *Cyriac. controv.281. n 57.*, *& ſeqq*, *Caren. reſolut.29. n.8.*, *Rot. cor Dunozetto jun. dec.74. n. 5.*, *& coram Celſ. dec. 335. n.14.*, *& 18.*, *& in dicta Lucana fideicommiſſi 21. Aprilis 1698. §. Nam pretermiſſo cor. R.P.D. meo Priolo.*

Prohibitio alienationis, cum repetita expreſſione; ut bona conſerventur in agnatione; reſpicit ſolùm primos hæredes: ibi -- *Di-*
9 *ctis ſuis heredibus, ſic inſtitutis &c. nullo unquam tempore &c. liceat vendere* --: & conſequenter fideicommiſſum ampliare nequit favore aliarum perſonarum: illudque ad alios caſus extendere; *Spad. conſ.327. ſub num.8. lib.2.*, *Rot. cor. Celſ. dec.228. n.5.*, *in rec. dec. 181. n.12.*, *& ſeqq. p.11.*, cum aliis concordantibus *in dicta Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 14 Junii 1697 §. Hujuſmodi generis, & 18. Aprilis 1698. §. Quia hec perpetuitas cor. R.P.D. meo Muto, & 12. Junii 1699. §. Ejuſdem irrelevantię, & 14. Martii proximè pręteriti cor. R.P.D. meo Scotto.* Nec quicquam roboris addunt dicta verba: *nullo unquam tempore*, regula-
10 riter tractum ſucceſſivum importantia: quia
11 operantur perpetuitatem fideicommiſſi, durante vita hæredum, quibus facta fuit hujuſmodi prohibitio; *Rot. cor. Merlin. dec. 669. n.15.*, *cor. Cerro dec. 945. n.3.* Quinimmò ex
12 hac prohibitione, ad primos tantùm hæredes directa, excludi vocationem aliorum, quos teſtator, etiam gravare non omiſiſſet; firmavit *Rot. d. dec.181. n.12. cum ſeqq. p.11.*, *cor. Cerro dec.516. n.11.*, *& ſeq.*, *& in d. Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Secunda cor. R.P.D. meo Muto.*

Exploſis hujuſmodi conjecturis, aliiſque
13 ſimilibus, ad ſuadendam fideicommiſſi perpetuitatem inutiliter cumulatis in præſenti caſu, quo teſtator peculiariter providit de illius expiratione; ut reſponſum fuit in *dicta Lucana fideicommiſſi 21 Aprilis 1698. §. Non obſtante cor. R.P.D. meo Priolo*, faciliùs la-
14 bi videbatur alterum fundamentum poſitum in ſubintellecta repetitione conditionis, *Si ſine filiis*, reſpectu ultimi ſuperſtitis: quaſi libertas diſponendi huic expreſsè attributa, poſſet ſolùm ad exercitium deduci, quoties ipſe liberos non ſuſcepiſſet: ſecùs verò iis ex-
15 tantibus. Etenim ultra quod hujuſmodi conditionis ſubauditam repetitionem excludit diverſitas orationis: ex qua fit, ut conditio-
16 nes appoſitæ uni ſubſtitutioni, repetitæ non cenſeantur in altera, ordinata per orationem ſeparatam, & à prima omninò independentem; *Altograd. conſ.54. n.28. lib.1.*, *Card. de Luc. de fideicom. diſc.43 n.5.*, *Rot. dec. 172. n.5. p.14*, *dec.67. n.9*, *& dec.274. n 21. p.18. rec.*, *cor. bo. me. Emerix jun. dec. 1115. n.3.*,
17 tollitur difficultas, animadvertendo, quod, cùm verſemur in diſpoſitione tranſverſalis, in qua locum non habet conjectura pietatis deſumpta ex *L. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.*, *& l. cum acutiſſimi C. de fideicom.*:
18 & per conſequens lex non ſupplet hujuſmodi conditionem *Si ſine filiis* à teſtatore omiſſam; ex latè deductis in *deciſ.633.*; *& 684. p.18. rec.* Eo ipſo, quod in primo caſu exiſtentiæ omnium hæredum, poſuit illorum filios in conditione, ſed expreſsè vocavit, & è contra in conditione non poſuit in ſecundo, quo bona, ad unicum ſuperſtitem delata fuiſſent;
19 indè oritur argumentum diſcretivæ diſpoſitionis: taliſque conditio conſultò cenſetur omiſſa; ut nimis dubia redderetur facultas alienandi, quàm ampliſſimis verbis, ultimo ex ejus hæredibus conceſſerat; *Rota coram Priol. dec.110. n.11.*, *in rec. dec.114. num.18. p.13*, *dec.170. n.5. p.17.*, *dec.633. n.5.*, *& deciſ.684. n.7. p.18.*, *in Romana fideicommiſſi de Alberinis 10. Martii 1698. §. Quamvis coram me, & in Fulginaten. fideicommiſſi 14. Aprilis ejuſdem anni §. Quoniam cor. Rmo D. meo Decano.*

Quinimò ſi facultas diſponendi ultimo ſu-
20 perſtiti litteraliter attributa, & pluries repetita intelligenda foret in ſolo caſu non exiſtentiæ filiorum; remanſiſſet omninò ſuperflua, & verificaretur in caſu non dubitabili. Cùm enim ultimo hæredum, abſque filiis mo-
21 rienti, datus non eſſet ſubſtitutus extraneus; conſequens eſt, quod in illo ceſſare debuiſſet fideicommiſſum, ex defectu ſubſti-
22 tutorum: atque proindè talis facultas aliquid operetur neceſſariò admittenda venit, in caſu, quo ultimus ex hæredibus prolem relinqueret; prout in propoſito firmavit *Rot. dec.*

Digitized by Google

dec 243. n. 13. p. 19. rec

Stabilita ex præmiſſis libertate diſponendi in Michaele Angelo tamquam ultimo ſuperſtite parum relevat, quod ipſe hac facultate
23 uſus non fuerit, dum inteſtatus deceſſit. Tum quia ex hoc ipſo, quod obiit inteſtatus cenſetur diſpoſuiſſe favore legitimorum hæredum; ut per *text. in l. conſi intur ff. de jur. codicil.*, probant *Cancer. var. reſolut. cap.2. nu. 112. p.1.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.50. n.18.*, *Peregrin. de fideicom. art.40. n.59.*, *& ſeqq.*, *Franch. dec.45. n.2.*, *& ſeqq.*, *Seſſ. dec. Aragon.48. n.6.*, *Monach. dec. Bonon.71. n 8.*, *& ſeq.*, *Surd. dec. 272. n.13.*, *& ſeqq.*, & firmavit etiam *Rot. cor. Duran. dec. 40. n.37.*, & *in rec. dec. 137. num 2. & 3 p.11.* Potiſſimè dum teſtator ulteriorem ſubſtitu-
24 tum non dedit, in caſu, quo ultimus ſuperſtes, de ipſius hæreditate, non diſponeret; ut optimè diſtinguendo notat *Cyriac. controv. forenſ.73. n.28.*, *& ſeqq*, quem refert, & ſequitur *Card. de Luc. de fideicom. diſc.58. ſub n.7*, *& Modern. Lucen. conſult.753. nu* 10. Tum quia conſtat in facto, eundem Michaelem Angelum tali facultate uſum fuiſſe, ac
25 bona à præfato Canonico provenientia agnoviſſe, tamquam libera, dum plurima ex eis alienavit,ut in *ſumm. dato 17. Januarii 1701. n.19. & 20.* Et ulterius cum conſenſu Adria-
26 ni filii (qui hodie unà cum alio fratre bonorum libertatem impugnat) cenſum impoſuit, in ſorte ſcutorum 600. ſuper domo, & fornacibus hæreditariis dicti Canonici; aſſerendo, medio juramento, illas eſſe liberas à quocumque fideicommiſſo, *dicto preterito ſumm.*
27 *n.21.* Huic autem obſervantiæ ad effectum excludendi fideicommiſſum deferendum eſſe firmavit *Rot. dec.489. n. 19. p 18. rec.*, *& in Ravennaten. evictionis 4 Julii 1696. §. Quoniam cor. Rmo D. meo Decano*, & in ſpecie, ſuper conſimili actu impoſitionis cenſus, *Rot. dec.228. num.11. verſ. Cæterum p.10. rec.*,& *apud Urceol. de tranſact. dec.72. n.24.*, & *dec. 74. num.16.*, & latè in *Romana cenſuum*, *& cambiorum in proxima præterita Rota §. Preter hanc cor. me.*

Et ita,utraque &c.

PERUSINA PECUNIARIA.

Veneris 24. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Multa tractantur ſuper redditione rationis inter conſocios, & de legalitate librorum ad eundem effectum, & quando aſſignatio nominum debitorum propter eorum inexigibilitatem ſit læſiva, & quomodo, & à quo inexigilitas probetur.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec.202.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator rationem non reddens, creditor dici non poteſt.*

2 *Redditio rationis ſemel ritè facta, ampliùs peti nequit.*

3 *Redditio rationis facta abſque verificatione ſingularum partitarum, non eſt adeò exacta, quod iterum fieri non mereatur.*

4 *Redditio rationum exacta videtur ſi ante ſtipulationem præceſſerit bilancium extractum à libris ſocialibus, in quibus integer negocii ſtatus adnotatur.*

5 *Redditionis rationis error non deſumitur, ex quo aliquæ partitæ adnotatæ non fuerunt in libro* di Caſſa, *quando in aliis ſunt deſcriptæ, ex quibus omnibus bilancium factum fuit.*

6 *Ad redditionem iteratam rationis quis non poteſt compelli ab eo, qui poſt primam, multo tempore, omnes libros apud ſe retinuit.*

7 *Reviſio computorum concludenter accurata deſumitur à confeſſione in inſtrumento ſolidationis emiſſo.*

8 *Et ex eo quod pro ea periti adhibiti fuerunt, qui minutatim, & cum diſtinctione omnia æſtimarunt.*

9 *Et ex minuta, & accurata etiam minimorum partitione.*

10 *Solidatio omnium computorum ſolemnis, & rigoroſo præſumitur ex reſtitutione librorum, licèt aliundè non probetur.*

11 *Redditio rationis accurata præſumitur, ſi ille, qui libros recepit, ut revideret, poſtea moriens nullam deſuper declarationem emiſit.*

12 *Bilancium alioquin informe ſuſtinetur ob ſucceſſivam peritiam illud comprobantem.*

13 *Peritia facto per viam contrapoſitionis partitorum, ſupplendo ex una libro, quod in alio deficit, non ſuſtinetur.*

14 *Limita quando libri non ſunt erronei, ſed confuſi: quia tunc omnibus combinatis veritas eluceſſit.*

15 *Libri mercatorum non publici, non legaliter tenti probationem non faciunt.*

16 *Diſtingue concluſionem procedere vertente lite cum creditore, & debitore negocii, ſecùs tamen inter conſocios, qui eos adhibuerunt.*

17 *Libri quos poſt ſolidationem ſibi reſtitui fuit curatum, videntur, ut legales fuiſſe judicati.*

18 *Læſiva eſt aſſignatio nominum debitorum ulteri à ſocio facta, cum promiſſione ab eodem recipiendi propriam portionem in numerata pecunia, quando ex dictis nominibus multa ſunt inexigibilia.*

19 *Inexigibilitas nominum debitorum non probatur, quando non ſunt factæ diligentiæ pro eorum exactione tempore habili.*

20 *Inexigibilitati debitorum juris præſumptio reſiſtit.*

21 *Et quæ magis aggravatur etiam ex fide extrajudiciali ſuper exigibilitate, & tunc major probatio inexigibilitatis requiritur.*

22 *Inexigibilitas ab allegante eſt probanda.*

23 *Tenuis quantitas inexigibilis non reddit læſivam aſſignationem nominum debitorum, ad effectum reſciſionis contractus.*

24 *Præſertim concurrente ex parte aſſignatarii dilatione pro ſolutione.*

25 *Utilia*

25 *Utilia ſocietatis debentur conſocio in ipſo inſtanti diſſolutionis ipſius.*

DECISIO CCXXIII.

Domini ſteterunt in deciſis : iterùm putantes exequutionem mandati, ab A.C. relaxa i, ex publico inſtrumento camerali obligatione munito, retardari non poſſe per exceptiones à Catharina propoſitas utpotè inſubſiſtentes, vel in alio judicio examinandas.

Et ſanè irrelevans videbatur exceptio,
1 quod Conſtantius rationem non reddidiſſet de adminiſtratione per ipſum exercita, proindèque creditor dici non poſſet. Siquidem, ex lectura inſtrumenti, conſtat, fuiſse præcedenter exaratum bilancium, diſpunctas partitas crediti, & debiti, factaque illarum contrapoſitione, reſultaſse creditum Conſtantii in ſcutis 1734. 55. - pro tertia parte utilium, quæ in totum reperta, & calculata fuerant in ſcutis 5202. 66., *ſumm. ejuſdem Conſtantii dato in præterita propoſitione n.2.*
2 Quamobrem non eſt cur, facta ſemel redditione rationis, iſta denuò petatur; *contra text in l. ſemel C. de apoc. public. lib.* 10., *Parif. conſ.*89. *n.* 1. *lib.*1., *Rot. cor. ſa. me. Alexandro VIII dec.*5. *n* 1., *in rec. dec.*256. *n.*4. *part.*4., *& in Romana Falcidiæ* 8. *Februarii* 1653. §.1. *in fine cor. bo.me. Rondinino*, & in ſimilibus terminis reſponſum fuit nuper in *Romana diviſionis* 10. *Junii* 1701. §.2. *coram R.P.D meo Priolo.*

Parum refragante, quod non conſtet in confectione bilancii, verificatas fuiſse ſingulas partitas ad creditum adminiſtratoris relatas:
3 ideoque redditio rationis non ſit adeò exacta, quod iterum fieri non mereatur. Satisfacit namque reſponſio, quod, cùm inſtru-
4 menti ſtipulationem præceſſerit bilancium, extractum à libris ſocialibus; ac in eo integer negocii ſtatus deſcriptus reperiatur; negari non poteſt, quod omnia fuerint præ oculis habita inter ſocios, & ratio verè, ac legaliter, ut par erat, reddita; ut per hæc verba reſpondit *Rota in dicta Romana diviſionis* §. *Nec redditio rationis coram R. P. D. meo Priolo.*

Nec hujuſmodi bilancium de errore notari valet, cum ſuppoſito, quod 291. partitæ exactionum conſlantes ſummam ſcutorum 962. 53., poſitæ non fuerint ad debitum Conſtantii, quia relatæ non fuerunt ad librum nuncupatum *di Caſſa*. Ut enim ait peritus ab A.C.
5 in prima inſtantia electus; licèt illæ partitæ adnotatæ non fuerint in libro capſæ, fuerunt nihilominùs deſcriptæ in libris di *ſquarcio, lavoranti, e ricordo.* Similiter ad exitum capſæ non reportatis; ut in præterito *ſumm. actoris num.*4. Et in omnem caſum, cum Julia factis calculis, & bilancio, ac dicta pro-
6 miſſione, receperit quoſcumque libros, & ſcripturas negocii, eaſque deinde ſpatio quatuor annorum retinuerit Catharina hæres, æquum non eſt, quod Conſtantius hodie ad novam redditionem rationis prætextu erroris compellatur; ut optimè advertit *R. P. D. meus Anſaldus in tract. de commerc., & mercatur. diſc.*52. *n.*31., & 32.

Et re vera, quod in reviſione computorum accuratè, ac feriò, non autem in folle proceſsum fuerit, ultra confeſſionem Juliæ au-
7 ctricis Catharinæ, reſultautem ab inſtrumento ſolidationis, & ex qua concludentem oriri hujuſce veritatis probationem, dixit *Rota in Ceſenaten. redditionis rationis* 6. *Aprilis* 1696. *ſub* §. *Quod autem coram R. P. D. meo Priolo*, plures comprobant facti circumſtantiæ; & ſignanter, quod ad effectum æſtiman-
8 di omnes merces apothecæ, ut illarum pretium referri poſset in bilancio, adhibiti fuerunt duo mercatores, qui de minuta, & diſtincta æſtimatione deponunt; *præterito ſum. Conſtantii num.*1. Quam circumſtantiam, licèt elicitam ex dicto unius teſtis, in reviſione computorum adhibiti, ponderavit *Rota in dicta Ceſenaten. redditionis rationis* 6 *Aprilis* 1696., & 20. *Junii* 1698., *utrobique* §.1. *cum ſeqq. cor. R.P.D. meo Priolo.*

Prout etiam in eodem inſtrumento ſolidationis, poſt relatam antiquam conventionem de admittendo Conſtantium ad tertiam partem lucrorum: iſta portio determinatur in
9 ſcutis 1734. 55. -; quæ minuta calculatio, ac repartitio etiam obulorum fieri non poterat, niſi rigoroſa, & minuta omnium partitarum, tam reſpectu capitalis, quàm lucrorum diſpunctio præceſſiſset; ut advertitur in *dictis Ceſenaten.*, & *in Eugubina tutelæ* 11. *Martii* 1699. §. *Sed realitat cor. R.P.D. meo Priolo.* Ac demùm, quod in actu ſtipulationis inſtrumenti, Conſtantius conſignavit Juliæ libros omnes, & Scripturas negocii, reſervata ſibi ſolùm facultate illas revidendi per annum &
10 non ultra; ex hac enim reſtitutione librorum ſolemnis, & rigoroſa præſumitur omnium computorum ſolidatio, licèt aliundè illius probatio non appareat; *Rota in dict Ceſenaten. redditionis rationis* 6. *Aprilis* 1696. § *Verùm cor. R.P.D. Priolo.*

Hiſce autem circumſtantiis inſtrumentum præcedentibus, & concomitantibus jungendæ ſunt geminæ aliæ ſubſequentes. Altera quod Julia poſt receptos libros, eoſque novis ſociis conſignatos, licèt pluribus menſibus vixerit, ac breve tempus unius anni ad proponendum errores in inſtrumento ſibi præſcriptum non
11 ignoraret, nil adverſus dictam ſolidationem oppoſuit, nullamque moriens declarationem emiſit, circa voluntatem illam impugnandi; ex qua taciturnitate, ac ſubſequuta morte fortiorem dictæ redditionis rationis præſumptionem emergere, dixit *Rot. in dicta Ceſenaten. redditionis rationis* 6. *Aprilis* 1696. §. *Verùm cor. R.P.D. meo Priolo* Altera, quod peritus mercator, ab A.C., ut ſupra electus, poſt accuratam recognitionem omnium librorum negocii, factam etiam cum aſſiſtentia utriuſque partis, retulit legalitatem librorum, ac fidelem adminiſtrationem Conſtantii, cum diſtincta redditione rationis ſuper omnibus partitis; ut patet ex ejus *ſumm. præteri-*
tæ

*tæ informationis dicto num.*4. Quam ſucceſſi-
12 vam peritiam ad comprobationem bilancio
alioquin infirmis, pro concludenda finali
redditione rationis, conſideravit *Rota in di-
cta Engubina tutela* 11. *Martii* 1699. §. *Et
demùm cum ſeqq. cor. R.P.D.Priolo, confir-
mata* 10. *Maii* 1700. §. *finali cor.me*,

Abſque eo quod iſta periti relatio impu-
13 gnari poſſet, ex quo proceſſerit per viam
contrapoſitionis partitarum de uno libro ad
alium, ſupplendo ex uno, quod in alio defe-
14 ciſſe repeterat. Siquidem peritus, attentè ri-
matis omnibus partitis dictorum librorum,
ac deſumpto ab eis credito, & reſpectivè de-
bito adminiſtratoris; concluſit, quod illi non
eſſent erronei, ſed confuſi: ita tamen, ut om-
nibus inſimul combinatis, veritas, & ſtatus
negocii, tam & ſi cum aliquo labore, deſumi
potuerit. Hic autem modus per peritum
adhibitus non improbatur à jure; ſed immò
admiſſus fuit per noſtrum Auditorium in *Ro-
mana multiplicorum* 4. *Julii* 1698. §. *Simili-
ter nec relevat, confirmata* 3. *Aprilis* 1699.,
& 25. *Junii* 1700. *coram Rm̃o. D. meo De-
cano.*

Non attenta replicatione, quod aliqui ex
libris, à quibus peritus deſumpſit plures par-
titas deſcriptas ad creditum Conſtantii, non
15 ſint publici, neque legaliter tenti; adeout
ex eis probatio deſumi non valeat. Si enim
16 iis ageretur cum tertio creditore, vel de-
bitore negocii, utique procederet objectum;
at cùm verſemur inter conſocios, à quibus li-
bri hoc modo durante negocio adhibiti fue-
runt, omnis ratio poſtulat; ut, illo termi-
nato, fides eiſdem libris præſtanda veniat:
*Felic. de ſociet. cap.*38. *n.*15., *Genua de ſcript.
privat. lib.*4. *tit. de lib.ration. alicujus ſocie-
tatis num.*1., *& per tot.*, *Munoz. de ratiocin.
cap.*12. *n.*1., *Rot. cor. bo.me Emerix jun. dec.*
907. *n.*1.

Et de facto libros hujuſmodi, quos tan-
quam privatos de illegalitate redarguit Ca-
tharina, legales, & ad negotium pertinentes
agnovit Julia illius auctrix; dum poſt factum
17 bilancium, ac ſolidata computa, eos quoque
ſibi reſtitui curavit; ita indicando, quod
etiam de illis in ſolidatione fuerit habita ra-
tio; ad *text. in l. Si quæ ſunt cautiones, & l.
ſequen. ff. famil. ercisc.*, *Felic. de ſociet. cap.*
40. *n.*53.

Stabilita ex præmiſſis legali redditione ra-
tionis, & conſequenter portione utilium
Conſtantio debita, juxta calculum in inſtru-
mento ſolidationis relatum, fruſtra, ad evi-
tandam ejuſdem inſtrumenti exequutionem,
18 allegabatur læſio, reſpectu Juliæ, deſump-
ta ex eo, quod omnia nomina debitorum
calculata fuerint pro exigibilibus; eaque ſub
hoc ſuppoſito exigibilitatis aſſignata mulieri;
& viceverſa Conſtantius ad ſui favorem re-
portaverit promiſſionem ſolutionis in pecu-
nia numerata per ipſam mulierem faciendæ;
cum tamen magna debitorum pars inexigibi-
lis aſſeratur. Ultra quod enim ſufficeret re-
ſponſio adducta in *mea præcedenti deciſione* §.
Minoris erat relevantiæ: ut ſcilicet non fa-
19 ctis diligentiis pro illorum exactione, &
quidem tempore congruo, probata non ſit
20 aſſerta inexigibilitas, cui juris præſumptio
reſiſtit: ceſſabat in præſenti omnis difficultas
animadvertendo, quod ex ſumma ſcutorum
7294., ad quam de tempore ſolidationis aſ-
cendebant nomina debitorum, exegit Catha-
rina ultra ſcuta 5000.; juxta confeſſionem
emiſſam ab ejus ſociis; ut in *hodierno ſumm.
Conſtantii n.*2. *&* 3.: remanentia verò ſcuto-
rum 2000., & ultra de facili exigi poſſe à de-
bitoribus, deponunt duo publici mercatores
eorum notitiam habentes; *dicto ſumm. Con-*
21 *ſtantii n.*4. *&* 5. Quorum atteſtationi licèt
extrajudiciali deferendum eſt, ſi non ad con-
ſtituendam plenam probationem, ſaltem ad
aggravandum onus probationis allegatæ in-
22 exigibilitatis de jure incumbens Catharinæ;
*Surd. conſ.*505. *ſub n.*6., *Rot. dec.* 228. *n* 34.
*p.*6. *rec.*

Si quæ autem tenuis quantitas re vera fo-
23 ret inexigibilis, non indè reſultare poſſet
læſio ſufficiens ad reſciſſionem contractus:
24 potiſſimè dum ſolutio utilium Conſtantio
debitorum dilata fuit ad triennium; quando
25 ex natura ſocietatis fieri debuiſſet in ipſo in-
ſtanti diſſolutionis; ex notatis per *R. P. D.
meum Anſaldum in tract. de commerc., &
mercatur. diſc* 53. *n.*3., & dixit *Rota coram
Emerix jun. dec.* 133. *n.*3.

Et ita, prætermiſſis aliis levioris ponderis,
utpotè, vel ab hypotheſi prorsùs extraneis,
vel minùs in facto ſubſiſtentibus, vel confu-
tatis in præcedenti deciſione, reſponſum fuit,
utraque &c.

MELEVITANA SUCCESSIONIS.

Lunæ 27. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Promiſſio à viro facta, quod mulier correſpe-
ctivè ad dotem ſuo patri dotanti renunciatio-
nem eſſet emiſſura, ipſi mulieri abſenti non
obeſt, & etiam ſi illa verè renunciaſſet, dum-
modò abſque juramento id fecerit, poteſt ad
patris renunciatari bona unà cum fratribus,
collata tamen dote, ſuccedere. Nullatenùs at-
tento quod dos legitimæ congrueret. Cui ju-
ris regulæ non contrariatur conſtitutio Sici-
liæ, & ſimiles, cùm agitur de ſucceſſione in
hæreditate Clerici.

SUMMARIUM.

1 *Mater ſuccedit pro æquali cum filia, filio ab
inteſtato decedenti.*
2 *Promiſſio viri, quod uxor renunciabit ſuc-
ceſſioni reſpectivè ad dotem, mulieri abſenti
non præjudicat.*
3 *Filia renuncians favore patris ei inteſtato de-
cedenti poteſt æqualiter cum ſororibus, &
fratribus ſuccedere, collata dote.*
4 *Limitatur ſi pactum de non ſuccedendo ſit ju-
ramento*

ramento munitum, & n.16.

5 *Limitatio intelligitur quando juramentum ſpecificè cadàt ſuper ipſa renunciatione, non ſuper alia re.*

6 *Juramentum aſſumit naturam rei, ſuper qua cadit, nec ultra illam extenditur.*

7 *Filia, quę dotem legitimę congruam recepit, eadem collata non excluditur à ſucceſſione patris ab inteſtato, cui ipſa renunciaverat*, & n.18.

8 *Vinculum fideicommiſſi bonorum valorem notabiliter minuit.*

9 *Dos ſorori aſſignata, legitimæ valorem non adęquare ex eo colligitur; quia fratres mulierem ſecum ad inteſtatam patris ſucceſſionem admittere recuſant*, & n.17.

10 *Conſtitutiones Regni Siciliæ locum non habent, cùm agitur de ſucceſſione ad bona Clerici*, & n.12., *ubi hoc procedere citra difficultatem.*

11 *Quod procedit in omnibus ſimilibus laicalibus conſtitutionibus.*

13 *Retentio non datur vigore creditorum jam ſatisfactorum.*

14 *Remiſſoria juſtè denegatur cum articuli ſunt irrelevantes.*

15 *Scientia mulieris renunciationis à viro ejus abſentis nomine factæ, eidem non præjudicat, quin patri renunciatario, collata dote cum fratribus, ab inteſtato conſuccedere poſſit.*

DECISIO CCXXIV.

SUcceſſionem in bonis hæreditariis Federici Falſoni, quam Clarix ipſius filia pro quarta parte ſibi debita contendens, in judicio manutentionis, judicialiter poſtulaverat coram Reverendiſſimo Inquiſitore Meliten; licèt ab illo per contrariam ſententiam rejecta, obtinuit tamen in gradu appellationis ſibi decerni ex remedio immiſſionis à R.P.D. Nuptio, tunc emerito Sanctiſſimæ Inquiſitionis Aſſeſſore: à cujus judicato commiſſa cauſa Reverendiſſimo D. meo Decano, tamquam ejuſdem Sacri Tribunalis Conſultori, de voto noſtri Auditorii, prodiit votum Rotale, ac ſententia confirmatoria præcedentis: à qua provocantibus iterum fratribus de Falſonis, delegataque appellationis cauſa R.P.D. Bottinio, ſimiliter de voto noſtri Tribunalis, exquiſivi hodie à Dominis -- *An ſententia lata de voto S. Rotæ ſit confirmanda* --; & *affirmativam* habui reſolutionem.

Suppoſito enim, prout erat extra controverſiam, quod præfatus Federicus ab inteſtato deceſſerit, quodque Clarix ejus filia
1 ſuperſtes fuerit; conſequens eſt, ut ei unà cum fratribus, & altera ſorore coæqualis debeatur ſucceſſio, juxta notiſſimam juris diſpoſitionem in *L. maximum vitium C. de lib. præterit.* §.1. *Auth. de hæred. ab inteſt. venien.*, cum aliis relatis in *prima deciſione R̃mi Decani edita 27. Junii 1701.* §.2. *in fine*, & *in ſecunda edita 18. Novembris ejuſdem anni ſub* §.1.

Non relevante objecto aliàs promoto, quod nupta eadem Clarice Baltaſſari Bonicio, ille in tabulis nuptialibus promiſerit, eam renunciaturam hæreditatibus, nedum paternæ, ac maternæ, ſed aliorum quorumcumque aſcendentium, & collateralium; cum pacto de nil, ultra dotem ſibi promiſſam, petendo. Plures namque occurrunt æquè validæ reſponſiones. Altera quod hujuſmodi pro-
2 miſſio tamquam facta per virum non potuit uxori abſenti à ſtipulatione inſtrumenti prejudicium irrogare; ut præter auctoritates cumulatas *in dicta prima deciſione R̃mi Decani* §. *Quoniam*, firmavit *Rot. dec.77. nu.1. p.18. rec.*, & *cor. Emerix jun. dec* 868. *num.7.* Altera quod etiamſi mulier actu expleviſſet renunciationem à viro promiſſam favore pa-
3 tris, non indè ſequeretur, quod eo ab inteſtato defuncto nequeat illa cum aliis fratribus, & ſororibus ad ſucceſſionem admitti, collata tamen dote ſibi conſtituta; ad litteram *textus in l. pactum dotali 3. C. de collation.* ibi "Pactum dotali inſtrumento comprehenſum, ut contenta dote, quæ in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regreſſum haberet juris auctoritate improbatur: nec inteſtato patri ſuccedere filia ea ratione prohibetur. Dotem ſanè quam accepit fratribus, qui in poteſtate manſerunt conferre debet." Et comprobat *prima deciſio R̃mi Decani*, §. *Secunda reſponſio*, & *ſecunda* §. *Siquidem.*

Cujus textus diſpoſitio fruſtra evitari ſupponebatur ex reſponſione, quod Clarix in inſtrumento quietantiæ nonnullorum mobilium, quæ promiſſa fuerant in dictis capitulis, continentibus pactum de non ſuccedendo; expreſsè juramentum interpoſuerit: quo
4 ſtante hujuſmodi pacta ſuſtineantur, ex diſpoſitione juris canonici *in cap. quamvis pa-*
6 *ctum de pact. in* 6. Urgeret namque reſponſio, quoties mulieris juramentum ſpecificè caderet ſuper ipſa renunciatione per virum promiſſa: ſecùs autem dum reſpicit confeſſio-
6 nem receptionis mobilium: cujus ideò naturam unicè aſſumit: nec ultra illum actum valet extendi; *Seraphin. de privil. juram. privil.74. n.8.*, *Torr. de pact. futur ſucceſ. lib.2. cap.3 n.19.*, cum aliis relatis in *prima deciſione R̃mi Decani* §. *Sed quatenùs*, & *in ſecunda* §. *Hinc nullius.*

Minoris momenti erat alterum objectum, quod quantitas dotis Clarici conſtitutæ per patrem, fuerit adeò congrua, ut æquipolleat legitimæ ipſi alioquin de jure debitæ: ideòque tametſi ejus conſucceſſioni cum fratribus non obſtaret promiſſa renunciatio, adverſe-
7 tur tamen præventiva debitæ portionis aſſignatio. Tum quia data etiam ſuppoſita congruitate, non ideò filia excluditur à paterna ſucceſſione; quoties eligit dotem conferre; ut in utraque *deciſione R̃mi Decani* ſupra relata *in* §. *Non relevante*, & præter ibi adductos probant *Craſſ. in* §. *Legitima qu.13.*, *Michalor. de fratrib. p.1. cap.33. n 69.*, *Peregrin. de fideicom. art.36. n.17.*, *Fachin. controv.*

trov. jur. lib 4. cap 27. per tot, cum aliis apud
Mauz. de teſtam. q. 16. n. 17. Tum quia in fa-
cto non ſubſiſtit, quod dos correſpondeat le-
gitimæ, multòque minùs portioni Clarici de-
bitæ ab inteſtato. Quinimmò liquet potiùs de
oppoſito, ponderando, quod quantitas in do-
tem aſſignata pro duabus ex tribus partibus
conſtatur à bonis maternis; quæ ipſi, deſun-
cta matre, debebantur. Reliqua verò tertia
pars, licet proveniens à ſubſtantia paterna,
gravata fuit perpetuo onere fideicommiſſi,
nedum favore filiorum, & deſcendentium
ex dicta Clarice; ſed etiam, illis deficienti-
bus, favore ſucceſſorum ipſius Federici pa-
8 tris; quod quidem fideicommiſſi vinculum
notabiliter minuit ipſius portionis valorem;
ut notat *Card. de Luc. de regalib. diſc. 30. n. 8.*
9 Et revera ſi portio in dotem aſſignata æqua-
ret ratam debitam ab inteſtato: utique rei
conventi non detrectarent ſororem admitte-
re ad æqualem ſucceſſionem: dum facta dotis
collatione nullum eis præjudicium irrogare-
tur. Nec hujuſmodi litem adeò acriter, & non
ſine diſpendio ſuſtinuiſſent; modo proponen-
do renunciationis obſtaculum, & modò Con-
ſtitutionem Regni Siciliæ fœminarum exclu-
ſivam; ut advertit *prima deciſio Rm̃i Deca-
ni §. Prout nullius in fine, & ſecunda in §.
Etenim hujuſmodi objectum.*

Iſta verò Conſtitutio Regni Siciliæ aliàs
oppoſita in excluſionem Claricis, nec hodie
animadverſionem meruit; eò potiſſimè fun-
10 damento, quod Federicus pater, de cujus
hæreditate agitur; tanquam Clericus illa mi-
nimè ligabatur; ex firmatis *in prima deciſio-
ne Rm̃i Decani § Ea demùm*: & loquendo de
hujuſmodi conſtitutionibus dixit *Rot. in Bo-
nonien., ſeu Imolen. bonorum ſuper portione
ſororis Mariæ Cæleſtis* 28. *Aprilis* 1698. §.
*Approbantes cum ſeq. cor. Illm̃o D. Moderno
magno Cancellario Mediolanen.*

Citra difficultatem, quia in dicta Conſtitu-
12 tione nulla prorsùs fit mentio Clericorum:
ideòque defectui poteſtatis jungitur etiam
illæ voluntatis; *Card. de Luc. de dot. diſc. 22
n. 2., Rot. dec. 58. n. 25. p. 6. rec.*, cum aliis re-
latis in *dicta Bononien. ſeu Imolen. bonorum
§. Nihilominùs.*

Prout denique nullius momenti viſa fuit
prætenſio retentionis bonorum, de quibus
agitur, aliàs deducta per Lucretiam eorum-
dem de Falſonis matrem, ex titulo plurium
13 creditorum, quæ habere ſupponebat. Fa
enim omnia plenariam ſatisfactionem ſorti-
tam fuiſſe comprobant *dictæ deciſiones Rm̃i
D. mei Decani, prima* nempè in §. *Perpenſis,
& ſecunda in §. finali*

Quibus ſtantibus juſtè videbatur denega-
tam fuiſſe remiſſoriam ex parte dictorum
fratrum de Falſonis, contemporaneè ad diſ-
putationem dubii ſuper immiſſione, petitam
in antecedenti inſtantia coram Reverendiſſi-
mo Decano: cùm omnes articuli uſque tunc
exhibiti, & ſub particulari dubio examinati
per geminas deciſiones agniti fuerint irrele-
vantes: utpotè in ſubſtantia tendentes, vel
ad probandam ſcientiam Claricis circa renun-
15 ciationem ab ejus viro promiſſam: quæ, ta-
metſi probata, inutilis reddebatur: dum via
16 non ſtat in ſcientia; quinimmò nec in poſiti-
va mulieris renunciatione, niſi juramento
munita reperiatur; juxta prælistum *tex. in
cap. Quamvis pactum de pact. in 6.*: vel ad
probandam congruitatem dotis à patre con-
ſtitutæ, tam inſpecto numero filiorum dotan-
tis, quàm conſuetudine vigente in inſula Me-
levitana: quæ tamen probatio, ultra maxi-
17 mam inveriſimilitudinem reſultantem ab
hac ipſa lite directa in excluſionem ſororis
quantumvis paratæ ad conferendam dotem;
ut advertitur in ſuperiori §. *Minoris momen-
ti* in fine; adhuc facta non prodeſset: quia
18 dotis congruitas non operatur, ut filia ex-
cludi valeat ab inteſtata patris ſucceſſione;
juxta plures auctoritates ſupra relatas in eo-
dem §. *Minoris momenti*, in principio.

Et ita, altera &c.

ILLERDEN. DISTRIBUTIONUM. SUPER REDDITIONE RATIONIS.

Ven. 31. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Capitulum adminiſtrans maſſam ipſi commu-
nem, de qua etiam participant Beneficiati,
eiſdem, præter redditionem rationis, quam
ex præſcripto Sac. Concilii Tridentini Epiſco-
po facit, independenter aliam quoque facere
tenentur, abſque eo quod præſcriptio ſuffra-
getur.

SUMMARIUM.

1 *Redditionem rationum intereſſe habentes ab
adminiſtrantibus exigere jure poſſunt.*
2 *Redditionem rationis Beneficiati participan-
tes de eadem communi maſſa à Canonicis
adminiſtrantibus poſſunt petere.*
3 *Et etiam independenter ab illa, quam Epiſ-
copo, ex præſcripto Sacri Concilii Tridenti-
ni, faciunt.*
4 *Quin ea præſcribi poſſit, nam cum ſit actio fa-
cultativa, requirit Capituli contradictio-
nem cum Beneficiatorum acquieſcentia.*
5 *Præſcriptio etiam immemorabilis admitti
non poteſt ad liberandum conſocium à red-
ditione rationis.*

DECISIO CCXXV.

Renuente Capitulo Cathedralis Eccleſiæ
Illerden. rationem reddere Beneficiatis,
tam de redditibus provenientibus ex com-
muni maſſa anniverſariorum, quàm de di-
ſtributionibus quotidianis; petierunt illi à
me ſubſcribi dubium -- *An Capitulum tenea-
tur reddere rationem Portionariis, Benefi-
ciatis, & Capellanis* -- ad quod hodie propo-
ſitum *affirmativè* reſponderunt.

Cùm enim Beneficiati participes citra du-
bium ſint hujuſmodi fructuum, ut ex eorum
lectura;

Digitized by Google

lectura; *ſumm. num. unico* 1 & fuit etiam de-
ciſum in alia *Illerden. admiſſionis ad diſtribu-
tiones 20 Februarii proximè præteriti coram
R. P. D. del Olmo, nunc magno Mediolani
Cancellario*: Conſequens eſt, quod à Capi-
1 tulo adminiſtrante rationem exigere valeant,
ratione intereſſe, quod habent in re admini-
ſtrata; ad *text. in L. prima §. Ex officio ff. de
tutel., & ration. diſtrah., l.2. §. Et ſanè ff.
de negot. geſt., Bero conſ.191. n.3., Palm. nep.
allegat.18. n.3, Gratian. diſcept. 760. nu.2.,
Rot. dec.311. n.3. cor. Emerix jun., dec.455.
n.8. p.14., dec.32. n.4. p.19 rec., & in Roma-
na redditionis rationis 9. Junii* 1700. *§. Vin-
dicata cor. R.P.D. meo Priolo.* Et in puncto
2 quod Beneficiati, ſeu Portionarii petere va-
leant redditionem rationis à Capitulo admi-
niſtrante maſſam communem Eccleſiæ, fir-
mavit *Rot. cor. Coccino dec. 2059. nu 19. &
20., & in rec. dec.214. n.1. p.17., & in Urgel-
len. redditionis rationis 11. Decembris* 1699.
cor. R.P.D. meo Priolo.

Nec relevat, quod Capitulum rationem
reddat Epiſcopo, ad formam diſpoſitionis
Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.22. cap.9. de re-
3 format.* Hoc namque non tollit, quod etiam
Beneficiatis, cæteriſque intereſſe habentibus
in adminiſtratione maſſæ communis, ac di-
ſtributionum quotidianarum competat actio
petendæ rationis independenter ab illa Epiſ-
copi; ut in ſpecie reſpondit *Rot. d. dec. 214.
n.8. p.17. rec.*

Minoris momenti erat alterum objectum
præſcriptionis ex eo deſumptæ, quod Be-
neficiati numquam redditionem rationis à
Capitulo poſtulaverint. Duplex enim occur-
4 rit reſponſio, altera quod cùm actio petendæ
redditionis rationis ſit facultativa, præſcribi
non poteſt, niſi præcedente contradictione
Capituli, unà cum acquieſcentia, ipſorum
Beneficiatorum; *L.2. §. Deinde Marcellus,
& L. Si eo fundo ff. de Aqu. pluv. arcend.,
Theſaur. dec.10 n.3., Rot. dec.43. n.7. coram
Buratt., in Urgellen. redditionis rationis* 11.
Decembris 1699. *§. finali cor. R. P. D. meo
Priolo, & in Calaguritana decimarum de
Haro 1. Julii ejuſdem anni §. Præterea cor.
R.P.D. meo Mulines Decano.* Altera quod
cùm inter Capitulum, & Beneficiatos inter-
cedat communio, quoad emolumenta con-
troverſa nulla poteſt admitti præſcriptio;
etiamſi foret immemorabilis, ad liberandum
ſocium à redditione rationis favore conſocii;
ut tradit *Jaſ. in §. Quædam nu.32. inſtit. de
action., Corn. conſil.24. n.5. propè fin. verſ.
Quantùm autem lib.1., Larr. allegat.28. nu.
5. & 6., Felic. de ſociet. cap.31. n.75., Rot. in
Calaguritana decimarum de Enriſo 23. Junii*
1698. *§. Et probata cor. R.P.D. meo Pio, &
in alia Calaguritana decimarum 8. Martii*
1700. *§. Atque idcircò cor. R.P.D. meo An-
ſoldo.*

Deniquè non ſubſiſtit, quod Beneficiati
nullum habeant intereſſe in hujuſmodi admi-
niſtratione; eò quia diſtributiones percipiant
per modum certi ſalarii, fixas, & invariabi-
les, quæ nullam diminutionem, vel augu-
mentum patiantur ex majori, vel minori fru-
ctuum quantitate. Hæc enim facti circumſtan-
tia non probatur à Capitulo: immò eſt prorſùs inveriſimilis; dum, ſi portio Beneficiatorum eſſet invariabilis, inutiliter ipſi contenderent ſuper facultate deputandi unà cum Capitulo miniſtros ſubalternos, de qua in alio dubio diſputatur.

Et ita, Beneficiatis dumtaxat ſuper hoc dubio informantibus, Capitulo verò, quantumvis diù expectato, dilationem petente, reſolutum fuit &c.

PERUSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 3. Aprilis 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ. 177. quæ in parte reſpiciente immiſſionem in vim *L. fin.* confirmatur: in altera circa immiſſionem vim utilis ſalviani interdicti ſuſpenditur.

SUMMARIUM.

1 *Dominii avocatio præſervatur ex interdicto ſalviani.*

2 *In quo differt ſalvianum ab immiſſione in vim* L. final.

3 *Fructuum reſtitutio in judicio immiſſionis in vim* L. fin. *debetur à die motæ litis.*

4 *Fructuum reſtitutio in judicio ſalviani debetur à die captæ poſſeſſionis.*

5 *Sententia Rotalis lata contra formam deciſionum eſt nulla.*

6 *Nulla eſt ſententia Rotalis confirmans aliam ſententiam, in qua immiſſio ad integrum prædium conceditur in vim* L. fin., *quando in deciſionibus declaratum fuit, non totum illud prædium fuiſſe fideicommiſſarium.*

7 *Immiſſio in ſpecie concedi non poteſt ad bona, quæ uſque ad obitum à fideicommittente poſſeſſa fuiſſe non probatur.*

8 *Negativa poſſeſſionis bonorum fideicommittentis uſque ad obitum probatur, ſi eadem in ſolutum ab eo data fuerint.*

9 *Limitatur ſi datio in ſolutum non fuerit effectum ſortita.*

10 *Datio in ſolutum vigore dotis effectum non ſortita conjicitur, ſi poſtea alia ſumma fuerit in ejuſdem cauſam ſoluta, &* n.12. *limitatur.*

11 *Datio in ſolutum excluſa conjicitur, ſi eadem bona tamquam fideicommiſſaria aſſignantis poſtea in cataſtro fuerint deſcripta, &* n.14. *limitatur ubi verba cataſtri ſunt generalia.*

13 *Ineffectuatio inſtrumenti à ſola poſſibilitate excluditur.*

15 *Aſſignatio in cataſtro aliquando quomodo poſſit ſolam qualitatem civicam indicare?*

16 *Effectuatio inſtrumenti de jure præſumitur.*

17 *Datio in ſolutum à fideicommittente facta probatur, ſi eadem in teſtamento repetatur.*

18 *Verba teſtamenti ſunt referenda ad id, cui congruunt, non verò ad id, cui non aptantur.*

19 *Relatio fieri debet ad ea, in quibus verba poſſunt verificari, & n. 24.*

20 *Error teſtatoris in ſumma non vitiat ſubſtantiam diſpoſitionis.*

21 *Datio in ſolutum à teſtatore prædii facta deprehenditur, ſi hæredes in diviſione nullam de eo rationem habuerunt.*

22 *Primi hæredes dividentes, quibus recens eſt memoria bonorum fideicommittentis, eorum omnium mentionem facere ſupponuntur.*

23 *Datio in ſolutum certi prædii facta ſupponitur à teſtatore, ſi hæredes de datione in ſolutum in genere mentionem faciant relativè ad inſtrumentum deſignati notarii, & nulla alia datio in ejus actis reperitur.*

25 *Cartula, & ſcartafacium ſimplex in manibus producentis exiſtens, non eſt attendendum.*

26 *Fideicommiſſum non arguitur ex multiplico, non ex fideicommiſſi cauſa, ſed pro evictione facto.*

27 *Utilitas acceptationis mulieris fundi pro ſua dote deducitur ex longæva obſervantia.*

28 *Utilitas mulieris in acceptatione prædii pro ſua dote ex eo arguitur, ſi mulier alia bona ipſi cohærentia habebat.*

29 *Aſſignatio dotis in fundo facta ſuſtinetur, ſi ab illa mulier poſitivè damnificata non fuit.*

30 *Mulieris damnum conſiderari non poteſt ad effectum non ſuſtinendi aſſignationem fundi factam pro dote, in qua aſſignans obligavit ſe de evictione pro facto, & dato ſuo tantùm: quando ille reportavit obligationem de evictione in emptione ejuſdem fundi aſſignati antecedenter facta.*

31 *Et tunc mulier pro facto alieno eadem obligatione ab aſſignante reportata juvatur.*

32 *Mulier ex privilegio dotis in caſu evictionis fundi in dotem aſſignati, primævam actionem reaſſumere poteſt.*

33 *Immiſſio in vim utilis ſalviani interdicti pro reintegratione fideicommiſſi pro certa ſumma concedi non poteſt; cùm difficultas cadit ſuper alienationibus, earumque liquidatione.*

DECISIO CCXXVI.

CONfirmarunt DD. reſolutionem captam coram me ſub die 1. Julii proximè præteriti, quoad infirmationem ſententiæ Rotalis, tam propter nullitatem provenientem ab inexcuſabili diſcrepantia, quæ intercedit cum deciſionibus, quàm ob injuſtitiam reſultantem ex incompetentia immiſſionis conceſſæ in vim *Legis finalis* ad prædium del Prepo, utpotè nulli fideicommiſſo ſubjectum. Quia verò præfata die decreta fuerat immiſſio ad idem prædium, ex remedio utilis Salviani, hodie ſuſpenſa quoad hanc partem reſolutione ob illiquiditatem crediti, ut infra demandarunt electionem periti.

Fundamentum reſolutionis ſtetit in eo,
quod ſententia Rotalis confirmat in omnibus,
& per omnia alteram præcedentem A. C.,
qua conceſſa fuit immiſſio in vim *Leg. final.*
ad totum prædium del Prepo hæminarum
octo cum dimidia, uti fideicommiſſarium: &
tamen deciſiones declarant dictum prædium
partim liberum, & partim fideicommiſſa-
rium; & hac de cauſa immiſſionem ad illud
decernunt tam vigore *Leg. final.*, quam reſ-
pectivè in vim interdicti utilis Salviani: pro-
indèque cum, ob diverſitatem utriuſque re-
medii, ſententia non benè compatiatur cum
1 deciſionibus, tum ratione avocationis domi-
nii, quod ex Interdicto Salviani præſerva-
2 tur, ad differentiam alterius Immiſſionis, tum
3 ratione reſtitutionis fructuum, qui in judicio
4 *Leg. fin.* à die motæ litis, in altero verò Sal-
viani à die captæ poſſeſſionis debentur; in-
5 trat de plano Conſtitutionum Apoſtolicarum
diſpoſitio; quibus ſententia Rotalis lata con-
tra formam contentorum in deciſionibus nul-
litatis vitio infecta declaratur; ex notatis per
*Rot. dec. 151. n. 2. p. 16., dec. 163. n. 2. part. 18.
rec., & in Romana teſtamenti* 14. *Martii*
1698. §. *Et ſanè coram R. P. D. meo An-
ſaldo.*

Reſponſio autèm, quod immiſſio per ſen-
tentiam Rotalem conceſſa vigore *leg. final.*
reſtricta fuerint ad ſolas hæminas octo cum
dimidia; tanquam Fideicommiſſarias; reli-
quas verò portiones liberas non comprehen-
dat, urgeret ſi revera deciſiones dictam
quantitatem prædii fideicommiſſariam decla-
raſſent: At cùm in illis reſolutum fuerit ca-
rum nonnullas emptas per Valentinum fidei-
committentem ſolùm obnoxias remanſiſſe
fideicommiſſo; aliàs verò provenientes ab
hæreditate Fabritii Galeræ Patris Auræ,
cæteraſque acquiſitas per Vincentium hære-
dem gravatum, tàm nomine proprio, quam
dictæ Auræ ejus uxoris; eodem facto con-
cordato *num.* 28. 29. 31., & 32., eſſe libe-
6 tas; ut Rotalis Sententia à nullitatis vitio
ſalvari poſſet, non debuiſſet indiſtinctè con-
firmari Sententia A. C., quæ Immiſſionem
vigore *leg. final.* ad integras hæminas octo
cum dimidio concedit; ſed reſtringi immiſ-
ſio ad d. portionem revera per Valentinum
acquiſitam.

Nullitati ſuccedit injuſtitia. Licèt enim
negari non poſſit Jacobum, & Camillum fra-
tres de Valentinis vocatos fuiſſe ad fideicom-
miſſum ordinatum per Valentinum ſeniorem,
eorum favore jam purificatum: dictamque
ratam prædii à fideicommittente acquiſitam
fuiſſe; *facto concordato dicto num.* 9.; quia
7 tamen probatum non fuit, fideicommittentem
uſque ad obitum in poſſeſſione prædii conti-
nuaſſe, petita immiſſio concedi non potuit;
Rota dec. 180. *num.* 10. *part.* 15. *rec.*, & *in
Urbevetana, ſeù Montis Faliſci Immiſſio-
nis* 14. *Decembris* 1699. §. *Porro, & ſeqq. cor.
Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Civitatis
Mediolanen.* Præſertim quia, ex effectiva
8 diſtractione, ac in ſolutum datione facta per
fidei-

fideicommittentem favore Auræ nurus in re-
ſtitutionem dotis per ipſum exactæ , proba-
tio negativa poſſeſſionis aperiè reſultat ; ut
ad rem dictum fuit *in Romana Fideicommiſſi*
Proſperi ſenioris de Caffarellis 1.*Iunii* 1699.
§. *Hinc Domini coràm mè*.

Quin adversùs hanc in ſolutum dationem
9 allegari mereretur, exceptio ineffectuatio-
nis ex eo deſumpta, quod ſi dos vere per
10 fideicommittentè Auræ nurui reſtituta fuiſ-
ſet ; eadem Aura patris hæres perſolvi non
feciſſet Vincentio Viro ſcut. 205. ad compu-
tum propriæ dotis ; nec in diviſione ſubſecu-
ta inter gravatos, maritus Auræ declaratus
fuiſſet creditor fideicommiſſi in ſumma flore-
norum centum, ex cauſa reſtitutionis dotis ;
11 nequè demùm Camilius Vincentii filius,
in confectione novi cataſtri anno 1605., faſ-
ſus fuiſſet : controverſum prædium proveni-
re à Valentino Fideicommittente ; ſi revera
mediante datione in ſolutum exiviſſet à Fi-
deicommiſſo.

Quo enim ad ſolutionem ſcut. 205. , &
confeſſionem emiſſam in diviſione ſatisfacit
reſponſio ; quod cum Valentinus ſenior fi-
deicommittens, in actu aſſignationis prædii
non exegiſſet integram dotem Auræ flor. mil-
12 le, ſed tantummodo aſſignaverit Auræ præ-
dium del Præpo in reſtitutionem florenorum
600. dotalium ; ſtat benè ſimul, quod da-
tio in ſolutum fuerit effectum ſortita, & ni-
hilominùs adhùc non facta per patrem inte-
gra ſolutione dotis Vincentio, Aura Uxor
uti patris hæres aſſentiretur, quod, pro re-
ſiduo dotis, conſignarentur ejus Viro ſcut-
ta 205. : & hac de cauſa idem Vincentius, in
diviſione facta per fratres Auræ, declaratus
fuerit Creditor in flor. 100., quæ ſola poſſi-
bilitas ſufficit ad excludendũ oppoſitam inef-
fectuationem inſtrumenti : dùm ad hunc ef-
fectum requiruntur conjecturæ, ac argumen-
ta omninò neceſſaria, & concludentis ; *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 2. *præſ.* 44. *Gratian.*
diſcept. for. cap. 936. *num.* 10., *Rota dec.* 518.
num. 11. *part.* 18. *rec.*

Deſcriptio verò in novo cataſtro per Ca-
milium facta ſub his verbis -- *Camillus olim*
in veteri cataſtro allibratus ſub nomine Va-
lentini -- nihil concludit : quia dicta verba
14 generalia non probant reſpectu iſtius prædii
poſſeſsionem fideicommittentis ; quem ex
veteri cataſtro compertum fuit numquam
poſsediſse in contrada del prepo; *facto con-*
cordato num. 19. : Signanter quia immediate
ſubditur ibi -- *aſſignat tenere poſſidere infra-*
15 *ſcripta bona libera* -- quæ ſubſequuta liber-
tatis expreſsio manifeſtè demonſtrat, præ-
cedentia verba minimè trahi poſse ad proba-
tionem qualitatis fideicommiſſariæ : ſed re-
ferenda eſse ad qualitatem Civicam, quæ in
dicto Valentino inerat, quæve conſideratur
in efformando cataſtro ; ut adverrit *Gilian.*
ad Statut. Peruſ. verbo Cataſtrum Cap. 6.

Eò autem minùs urgent argumenta mox
recenſita, ſi è converſo ponderentur alia ,
16 ex quibus effectuatio inſtrumenti de jure
præſumpta comprobata dignoſcitur. Et ſanè
17 primum reſultat ex ſolemni teſtamento per
Valentinum Fideicommittentem condito, in
quo jure legati reliquit Vincentio, & Auræ
conjugibus (ſunt verba preciſa) „ omne, &
„ totum id, quod per ipſum teſtatorem fuit
„ eiſdem, ſivè eorum alteri datum, & con-
„ ſignatum, pro reſtitutione quingentorum
„ florenorum ad manus ipſius teſtatoris per-
„ ventorum de dote Auræ „ . Sicùt enim hu-
10 juſmodi legatum intelligi non valet de aſſer-
tis jocalibus, & expenſis factis occaſione
matrimoni ; quæ non fuerunt explicitè tradi-
tæ pro dictæ dotis reſtitutione ; ità ex eo da-
tur intelligi teſtatorem perdicta verba lo-
cutum fuiſſe de ea reſtitutione, quam fecerat
per medium dationis in ſolutum : dum nihil
aliud in cauſam præciſam dotis conſignatum
fuiſſe probatur ; præter ratam prædii contro-
19 verſi : & relatio fieri debet ad ea, in qui-
bus verba poſſunt verificari ; *Bartholom.*
Soccin. conſ. 129. *num.* 4 *lib.* 4., *Pariſ. conſ.* 3.
num. 3. *lib.* 1., *Rot. coram Penia deciſ.* 776.
num. 3., *&* *in rec. dec.* 74. *num* 20. *par.* 10.

Nou attento, quod Teſtator mentionem
tantum fecerit de florenis 500., & tamen datio
in ſolutum facta fuerit pro majori ſumma. Si-
quidem error teſtatoris circà ſummam eſt
evidens, ac palpabilis : dùm, præſcindendo
etiam à dicto inſtrumento aſſignationis, aliun-
dè conſtat, quod floren. 750. ex dote Auræ
pervenerunt ad ejus manus ; ut *facto concor-*
20 *dato num.* 5. ideòque talis error in expreſ-
ſione ſummæ vitiare non poteſt ſubſtantiam
teſtamentariæ diſpoſitionis ; ex firmatis per
Rot. coram Cavaler. dec. 145. *n.* 5, *cor. Duran.*
dec. 377. *n.* 10., *coram ſa. me. Alexandro VIII.*
dec. 29. *num.* 21, , *&* *ſeq.*, *&* *in Cracovien.*
Scholaſteriæ ſuper ſequeſtro 16. *Junii* 1698.
§. *Abſque eo quod cor. R. P. D. meo An-*
ſaldo.

Secundum argumentum promanat ex eo ;
21 quod filii Valentini, tàm in diviſione pa-
ternæ hæreditatis, à Rota Peruſina per ſen-
tentiam approbata, quam etiam in recogni-
tione ſtatus hæreditarii fideicommittentis per
ſucceſſivam bonorum æſtimationem ; *facto*
concordato num. 26. , *&* 34. *cum ſeq.*, re-
cenſentes omnia bona ſtabilia per patrem re-
licta, numquam mentionem fecerunt de
controverſo prædio, nihilque in dd. actibus
ab eis vel diviſum, vel deſcriptum legitur,
quod exiſteret in contrada del Prepo : & ta-
men, ſi revera dictum prædium in hæredita-
22 te fideicommittentis extitiſſet ; fratres con-
dividentes, quibus eo tempore recens erat
memoria rerum in hæreditate repertarum,
utique de illo rationem habere non omiſiſ-
ſent. Tantò magis dùm in inſtrumento divi-
23 ſionis explicitè meminerunt de hac datione
in ſolutum, aſſerendo ſatisfactionem dotis ſe-
quutam fuiſſe per inſtrumentum rogatum à
Joanne Andrea, in cujus rogitibus alius non
habetur actus ad ſatisfactionem dotis condu-
cens, quam dicta datio in ſolutum : & per
24 conſequentes relatio de iſta debet neceſſa-
rió

rio verificari ; ex auctoritatibus ſuperius al-
legatis *in §. Eò autem* .
Quibus non adverſatur, quod Cammillus hæres
gravatus, quandò vendidit controverſum præ-
dium preces porrexerit Summo Pontifici pro
derogatione fideicommiſſi: quodue prò illius
reintegratione Dionyſius Criſpoltus emptor ,
exquiſito omnium vocatorum conſenſu, con-
ſuluerit illorum indemnitati mediante multi-
plico. Quoniàm uſque adhùc numquàm do -
ctum fuit apud Pontificem hujuſmodi inſtan-
tiam factam fuiſſe , & folium , quod modò
25 exhibetur ſcriptum ab ipſo Camillo , con-
tinet dumtaxat informem atteſtationem cre-
ditorum , cum ſimplici aſſertiva ; quod fuiſſet
Santiſſimo ſupplicatum : & tanquam ſimplex
ſcartafaccium , & cartula exiliens in manibus
eorumdem fratrum de Valentinis , nullam
meretur animadverſionem : ut in ſimilibus
reſponſum fuit *in Gerunden. Parocchialis ,
ſeu Rectoriæ De Vilob* 6. *Februarii* 1699.
§. *quin ad illam coram me* .
Multiplicum verò conventum fuit inter
26 contrahentes , pro evictione perpetua eiuſ-
dem fundi venditi ; non autem fideicommiſſi
reintegratione . Quin immò quia Criſpoi-
tus emptor ex poſt conſenſerat ; quod fru-
ctus multiplicandi , prò ſui ſecuritate, conſi-
gnarentur Valentinis ; iſti è contra ſe obli-
garunt de evictione favore emptoris ; non ut
remitterent , tanquam vocati , jura fideicom-
miſſi ſuper dicto prædio ; ſed ut loco fru-
ctuum multiplicandorum æquivalenti reme-
dio conſulerent emptoris indemnitati .
Atque hinc nil relevat extranea exceptio ,
quod non conſtet , præfatam dationem in ſo-
lutum fuiſse utilem mulieri . Omiſſo enim
27 quod utilitas præſumitur ſtante longæva
obſervantia unius ſæculi , & ultra : dum ta-
lis contractus initus cum omnibus ſolemnita-
tibus præſente Vincentio viro , & Judicis
accedente decreto , à nemine unquam fuit ,
28 impugnatus . Poſitiva mulieris utilitas re-
ſultabat ex poſſeſſione aliorum bonorum co-
hærentium prædio , de quo agitur , per cu-
jus unionem pretioſiora effecta fuerunt ; ut
ponderat *deciſio , quæ revidetur edita coram
me die* 1. *Julii* 1701. §. *in hypotheſi* . Et ta-
29 men ad ſuſtinendam aſſignationem prædi-
ctam, ſat eſt mulierem ex illa poſitivè dam-
nificatam non fuiſſe ; *ad Tex. in l. cum Ma-
ritus* 29. *ff. de pact. dotal.* , *& tradunt Simon
de Præt. conſ.* 49. *num.* 5. , *Rot. deciſ.* 287.
num. 5. *part.* 3. *rec.*
Non attenta replicatione , quod mulier
damnum ſentire potuerit ex promiſſione evi-
ctionis reſtricta ad datum , & factum ſuum
tantùm : adeòut ſi evictio contigiſſet ex facto
alieno ipſa ſubiiſſet periculum amittendi do-
30 tem , & prædium in ſolutum datum . Siqui-
dem cum in inſtrumento venditionis ad ſui
favorem factæ Valentinus fideicommittens
reportaſſet indefinitam obligationem de evi-
ctione à filiabus Ludovici Benedicti vendi-
tricibus ; per illam nedùm Valentino conſul-
tum remanebat , ſed etiam Auræ , quæ ea-
dem obligatione prò facto alieno iuvabatur :
31 & in omnem caſum mulier ſemper erat tu-
ta , quin in eventum cujuſcumque evictionis ,
ex notiſſimo privilegio dotis , primævam
actionem ſibi competentem reaſſumere , ac
experiri potuiſſet, *ad Text. in l. ſi Rerum* 98.
ff. de pignorat. act. , *Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.* 5. *gloſ.* 8 *part.* 14. *num.* 9. , *Capyc. Ga-
leott. lib.* 1. *controv.* 32. *num.* 16. , *Merlin.
de pignor quæſt.* 150. *num.* 42. , *Rota apud
eundem dec.* 143. *num* 8. cum aliis plenè rela-
tis *in Romana Immiſſionis* 26. *Junii* 1697.
§. *Idque coram me* .
Hæc quoad reſoluta circa immiſſionem ex
remedio legis finalis . Quò verò ad aliam
partem reſpicientem interdictum utilis ſal-
viani ; licet , ex defectu inventarii , & con-
curſu plurium alienationum, in audientia ha-
bita die prima Julii proximi præteriti con-
ceſſa fuiſſe Valentinis immiſsio ad prædium,
de quo agitur, prò reintegratione fideicom-
miſsi ; non attenta exceptione detractionum
per gravatos deducta . Quia tamen in hodie-
na cauſæ repropoſitione , difficultas , non
modica verſabatur ſuper quantitate aliena-
33 tionum, earumque liquidatione; ſine qua im-
miſsio prò certa ſumma concedi non poterat.
Et inſuper animadverſum fuit , quod , ratio-
ne temporis , quamplures , & diverſæ cade-
bant inſpectiones ſuper alienationibus factis
poſt annum 1620. , quarum reſpectu judi-
cium erat diverſum , ab illis ab anno 1591. ,
uſque ad dictum annum 1620. : Propterea
demandarunt DD. electionem periti curia-
lis ; ut per eum facta diſtinctionem tempo-
rum , & perſonarum , à quibus bona fidei-
commiſſaria diſtracta fuerunt; ponatur in cla-
ris quantitas liquida alienationum exiſtiman-
tes , ità meliorem præſcribere methodum
prò recta , & faciliori cauſæ deciſione .
Et ità , utraque Parte informante , re-
ſponſum fuit &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEMPITERNIS SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 15. *Maii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori Deciſ. 26. Quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus non civiles , ſed induſtriales ab oc-
cupante rem fideicommiſſariam recollecti
exacti , & conſumpti , non fideicommiſſa-
rio , ſed gravati hæredibus debentur .*
2 *Fructus induſtriales conſumpti vivente gra-
vato ab illegitimo occupatore bonorum fi-
deicommiſſariorum , omninò à die motæ
litis refici debent illi , qui eſt ſimul hæres
fideicommiſſarius , & hæres liber grava-
torum , & num.* 5.
3 *Qualitas hæreditaria ab allegante , qui eſt
in gradu ſucceſſibili , nullis proximioribus
contradicentibus , dicitur probata .*
4 *Præ-*

4 *Præſertim ſi allegantes hanc qualitatem hæreditariam in actis poſitivè acceptaverint.*

6 *Retentio ex cau a evictionis allegari non poteſt contra illum, qui venditoris non eſt hæres.*

DECISIO CCXXVII.

Acquieſcente Paulo Corona deciſioni editæ coràm me decima ſeptima die Februarii proximi præteriti in ea parte, qua actum fuit de liquidatione fructuum ab eo perceptorum; unicè in præſenti Audientia conabatur evertere fundamenta illius, quoad alteram partem, qua demandata fuit reſtitutio eorumdem fructuum, favore fratrum de Sempiternis ab initio motæ litis; Iterum repetendo objectum, quod cum hic non agatur
1 de fructibus civilibus inexactis; ſed de aliis debitis ab eo, qui rem fideicommiſſariam occupando, illos recollegit, exegit, & conſumpſit; iidem non fideicommiſſo, ſed gravatorum hæredibus acquiri debeant, tamquam acquiſiti ex illorum facto, & induſtria.

Verum, præter alias reſponſiones adductas in mea præterita deciſione, omnem ſuſtulit difficultatem animadverſio, quod fra-
2 tres de Sempiternis non ſolum agunt tamquam vocati, ad fideicommiſſum; ſed ulteriùs comparent uti hæredes liberi Vincentii, & Leandri gravatorum. Quamobrem ſivè fructus veniant illis reſtituendi, ſivè fideicommiſſariis; quocumque modo reſtitui debent fratribus de Sempiternis: qui utramque figuram gerunt, & duplicem perſonam repræſentant.

Quod autem actores ſint hæredes dictorum Leandri, & Vincentii, probatum extitit
3 ex eo, quod ipſi ſunt, & in gradu ſucceſſibili, immò proximiores: cumque nullus alius legitimus hæres compareat ipſis, de jure hæreditas delata cenſetur; per *Text. in Auth. poſt Fratres 2. Cod. de ſuis*, & *legit. §. nullum in Authent. de hæredib. ab inteſt.*, *l'Avunculo Cod. de Succeſſ.*, *Rotam coram Coccino dec.250. num.4.*, & *dec.1538. nu.2.*, & *coram Cerra dec.944. num.1.*, & ipſi hoc expreſſè in actis declararunt, dum eorumdem
4 hæreditates in actis poſitivè acceptarunt: itaut quando etiam, ad ſenſum Pauli, fructus, de quibus agitur, ſpectare non poſſent ad dd. Fratres de Sempiternis uti hæredes fideicommiſſarios, jure poſſunt ab eis prætendi
5 tanquam hæredibus liberis, ut probant *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626 num. 28.*, *Peregrin. de Fideicom. art. 49. num. 66.*, *Girz. obſervat. ad deciſ. 62. Capyc. latr. à num. 1. ad 7. Card. de Luc. de fideicom. art 177. num. 15.*, *Rota coram Vbaldo dec. 784. num. 3.* & *ſeqq.*

Nec, ſub prætextu crediti, quod Paulus habet contra Joſephum, & Vincentium ſeniores de Sempiternis, ex cauſa evictionis, quam paſſus fuit in prædio Montis Gambari, ab illis eidem vendito, allegari valet reten-
6 tio dd. fructuum. Illa ſiquidem prodeſſe non poteſt; niſi contra eorumdem venditorum hæredes, quales profectò non fuerunt Leander, & Vincentius junior, à quibus cauſam habent Fratres de Sempiternis ipſorum authores: qui jure proprio, & independenter immiſſionem ad bona fideicommiſſaria fuerunt conſequuti. Et propterea ad evictionem ab illis promiſſam non tenentur; *Peregrin. conſ. 138. n. 16. lib. 2.*, & *in tractat. de Fideicom. art. 52. num. 95.*, *Rota cor. Zarat. dec. 73. num. 9.*, *in rec. dec. 202. num. 5. ear. 11.*, & *in Romana Vineæ, ſeù Horti 11. Martii 1699. §. Quo enim coram me.*

Et ita, utraque &c.

MACERATEN. CONTRIBUTIONIS.

Mercurii 14. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Accipe à ſuperiori deciſ. 207., quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Dos conſtitui debet feminæ deſcendenti à primogenito æqualiter à primogenitura, & fideicommiſſo à Teſtatore ordinatis, cum idem utrumque gravare voluit, deficientibus fructibus.*

2 *Limitatur quando bona fideicommiſſi ab hoc onere exempta teſtator voluit.*

3 *Verba, quæ ab unico verbo reguntur conſtituunt unicam orationem complexivam.*

4 *Et quomodo accipienda ſunt alia verba, quæ per modum parentheſis eam intermediant?*

5 *Verbum* -- ac autem -- *eſt augmentativum.*

6 *Verba, quæ ſunt appoſita ad augendum, non debent diminutionem operari.*

7 *Fideicommiſſum ab eodem Teſtatore conditore primogenituræ ordinatum, quando teneatur contribuere pro dotatione filiarum primogeniti?* & num. 10.

8 *Pro dotis conſtitutione fideicommiſſi proprietas diſtrahitur cum fructus non ſufficiunt, vigore* auth. res quæ.

9 *Etiam ſi integrum fideicommiſſum abſorbeatur.*

11 *Teſtator poteſt adicere legem ſibi beneviſam, quæ ad unguem eſt ſervanda.*

12 *Diſpoſitio in teſtamento non obeſt obligationi antecedenter ſub camerali obligatione perfectè contractæ.*

13 *Obligatio Cameralis continet ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt.*

14 *Feminæ pro dotis conſtitutione eſt jus perfertè quæſitum à die, quo quis ſub obligatione camerali ſe obligavit dotare, nec in earum prejudicium poteſt poſtea diſponere.*

15 *Fideicommiſſum non dicitur everti, cum ejus bona alienantur ratione obligationis à Teſtatore, dum viveret, initæ.*

10 *Et tunc non dicitur alienari bona fideicommiſſi, ſed libera.*

17 *Bona à teſtatore vivente obligata non dicuntur eſſe in fideicommiſſo ab ipſo condito.*

18 *Proteſtationes in ſingulis actibus contextu-* ali-

aliter emiſſę efficiunt ex illis deduci non
poſſe obſervantiam.
19 *Diſpoſitio ſatis clara infringi non poteſt*
obſervantia contraria ſucceſſorum.

DECISIO CCXXVIII.

INtroducto judicio per Artemidoram ſu-
per conſtitutione dotis ſibi debitæ contra
Dominicum Mariam poſſeſſorem bonorum
primogenituræ conditæ à Julio Cæſare ſenio.
re de Conventatis; ut idem Dominicus ſe
ab integra expetitę dotis ſolutione liberaret;
vocatis ad cauſam Joſepho, aliiſque fratri-
bus poſſeſſoribus aliorum bonorum ab eodem
Julio Cæſare fideicommiſſo ſubjectorum,
non ſolum ab A.C., verum etiam ab hoc ſa-
cro Tribunali, ſub die 16. Januarii proximi
præteriti, illos ad contributdm obtinuit con-
demnari. Conceſſà verò nova Audientia
adverſùs hanc reſolutionem, DD. in præ-
ſenti novo examine, ex eiſdem rationibus,
in deciſis perſiſtendum eſſe reſponderunt.

Subſiſtit enim potiſſimum fundamentum
præcedentis deciſionis; quod cum Julius Cæ-
ſar, nedum voluerit in contractu donationis
1 per eum factæ gravare, ad conſtitutionem
2 Dotis, fructus primogenituræ; ſed etiam
cætera bona fideicommiſſo univerſali ſubje-
cta; indè ſequitur; quod ubi fructus non ſuf-
ficiunt, debeat etiam proprietas aliorum
bonorum gravari: itaut utriuſque generis
poſſeſſores, juxta caſuum contingentias,
teneantur; ad tradita *per Rocc. diſput. Jur.*
Cap.6. num.5., Card. de Luc. de fæud. Diſc.
89., Rota coram Cerr. dec. 818., *&* 852.,
& coram Emerix jun.dec. 1145. *&* 1270.

Nec contrarium viſum fuit deduci poſſe
ex toto contextu verborum donationis, ibi --
„ *quod filiæ* fœminæ, ex dicto Marco Anto-
„ nio, & aliis ad hanc donationem, & pri-
„ mogenituram vocatis, naſcituræ conde-
„ center dotentur de fructibus dd. bonorum
„ donatorum; non autem de illorum pro-
„ prietate, ac etiam de aliis bonis, per ip-
„ ſum poſt ejus mortem relinquendis -- quaſi
donator, ità excludendo proprietatem bo-
norum primogenialium ab obligatione con-
ſtituendi dotis; voluerit quoque copulativè
excludere alia bona per ipſum relinquenda.

Hujuſmodi enim interpretationi repugnat,
quamvis integer diſpoſitionis contextus, quam
ram integer diſpoſitionis contextus, quam
voluntas ipſius primogenituræ conditoris. Et
ſane repugnat littera diſpoſitionis, quia ver-
ba -- *ac etiam de aliis bonis*, non junguntur
illis immediate præcedentibus -- *non autem*
de illorum proprietate; ſed ſtant unita fructi-
bus *bonorum donatorum*: cùm regantur ab
unico verbo dotentur; ibi -- *Dotentur de*
fructibus &c. ac etiam de aliis bonis; itaùt
3 conſtituant unicam orationem complexivam
habentem ſuum principium, & finem, ſub
unius verbi determinatione; ad tradita per
Bartol. in L. Prætor §. Eritque differentia
num.1. ff. ut de Bonorum rapt. cum aliis *in*
deciſ. 2283. *num.* 1., *& deciſ.* 2305. *num.* 5.
coram Coccin., & licet intermedientur ab
illis verbis, -- *non autem de illorum proprie-*
4 *tate* -- hæc cenſeri debent tanquam per pa-
renthesim appoſita, & proinde ſtant ſe jun-
cta, ac contradiſtincta ab aliis præcedenti-
bus, & ſubſequentibus, quæ proindè inte-
gram peryodum de per ſe, remotis verbis
intermediis conſtituunt; ut in ſimili *Alto-*
grad. Conſ. 79. *num.* 7. *lib.* 2. *Everardus in*
*topica loco ab exceptione ad regulam num.*9.
verſ. ſic quod intelligendum, *& num.*11.,
Rota coram Celſo dec. 341. *num.*4., idque
etiam ſuadet ratio recti ſermonis: dum, poſt
demandatam conſtitutionem dotis cum fru-
5 ctibus bonorum primogenialium, per verba
augumentativa *ac etiam*, fuérunt gravata
alia bona fideicommiſſo univerſali ſuppoſita;
6 Quamobrem ſi aliter diceretur, illa, quæ
ſunt poſita ad augumentum operarentur di-
minutionem; contra regulam *Textus in l.*
legata inutiliter ff. de legatis primo, *l. cum*
tale 27. *§. Vltimo ff. de condit., & demon-*
ſtrat., *l. legata* 14. *de adimendis legatis*,
*Rot. dec.*906. *num.*9. *coram Card. Cerro.*

Repugnat itidem voluntas Julii Cæſaris;
nam cum ipſe enixe exoptaverit conſervari
proprietatem bonorum primogenialium, præ-
7 videns fortaſſe plures poſſe tractu tēporis da-
ri caſus; in quibus fructus illorum non ſufficé-
rent ad conſtitutionem dotium; & conſequen-
ter dubitans poſſe diſtrahi proprietatem; ad
evitandum hoc præjudicium, voluit, quod
alia bona, quæ fideicommiſſo univerſali ſu-
bjecit, eſſent dotationibus obnoxia; ut ita,
quæ primogenituræ aſſignavit libera prorſùs
à tali onere remanerent: ità ſe conformando
magis, quam poſſet juris diſpoſitioni, quæ
permittit diſtractionem proprietatis; quan-
8 dò fructus non ſufficiunt; *ad Text. in Auth.*
res quæ C. Communia de Legatis, *Peregrin.*
de Fideicom. art. 4. *num.* 54. *Fuſar. de ſub-*
ſtit. queſt. 531. *num.* 52., & plene *Rota in*
Romana Fideicomm. de Goggis 4. *Februarii*
1699. *§. Fundamentum cor. R.P.D. meo Pio.*

Non obſtante, quod, juxta hunc ſenſum,
ipſum fideicommiſſum in totum poſſet, ratio-
ne iſtus contributionis, everti; quoniam
omiſſo, quod hæc ratio nullo modo eſt at-
9 tendenda; quia, hoc non obſtante, nemo
umquam dubitavit, quod fœminis poſſint
conſtitui dotis, etiamſi bona eiſdem aſſigna-
ta integrum fideicommiſſum abſorbeant;
Bald. in auth. res quę num. 4. *C. comm. de*
legat., *Peregrin. de fideicom. articul.* 42.
numer. 26., *Fuſar. de ſubſtit. queſt.* 531.
num. 54., *Vrceol. Conſult.*6. *num.* 10., *Rot.*
*deciſ.*131. *num.*14. *part.*4. *diverſ.*, *& in rec.*
dec. 88. *num.* 10. *part.* 5.; Ceſſat difficultas
10 ex eo, quod poſito, quod, alienatio pro-
prietatis eſſe poſſet aliquo tempore neceſſa-
ria, voluit Iulius Cæſar, quod in concurſu
potiùs alienaretur proprietas bonorum fidei-
commiſſariorum, quam primogenialium.
11 Quod utique facere potuit, adiciendo le-
gem ſibi beneviſam in ſua diſpoſitione; quæ
ideò debet ad unguem ſervari; *ad Text. in*
§. Diſponat auth. de nuptiis, l. in Conditioni-
bus

bus ff. de condit., *& demonſtr.*, *l. cum quæ-
ſtio in fin. C. de legatis*, *Rot. coram Emerix
deciſ 927.*, *& deciſ.* 1042 *utrobique num.*1..
Immò cum præfata obligatio aliorum bono-
rum præceſſerit per contractum perfectum,
& Camerali obligatione vallatum, antequam
in teſtamento fideicommiſſum conſtituere-
tur; conſequens eſt, ut quidquid diſpoſitum
12 dici poſſet in teſtamento contrà hanc bo-
norùm libertatem, non eſſet attendendum
13 in præjudicium fæminarum, quibus, atten-
ta obligatione Camerali, quæ continet ſtipu-
lationem pro omnibus, quorum intereſt,
14 aut intereſſe poterit; erat uſque à princi-
pio Jus perfectè quæſitum; *Rocc. diſput. Iur.
cap.* 14. *num.*9., *Molin. de Primog. lib.* 4.
cap. 2. *num.* 74., *Torr. de pact. futur. Suc-
ceſſ. lib.*3. *cap.*2. *num.*82., *Rot. coram Dunozz.
jun. dec.*915. *num.*4., *& coram Celſo dec.*36.
*num.*12.. Nec debet attendi ratio everſio-
15 nis fideicommiſſi, dum illius bona alienan-
tur ratione obligationis à teſtatore, dùm
16 viveret, contractæ: tunc enim non dicun-
tur alienari bona fideicommiſſaria, ſed li-
17 bera: quià tantò minùs dicitur eſſe in fidei-
commiſſo; *Bald. in l. final. C. de adverſ.
condit. pign.*, *& in l. filius familias §. divi
ff de legatis* 1. *Rot. deciſ.*51. *num.*2. *part.* 3.
rec., *& deciſ.*1274. *num.* 5. *coram Emerix*.
Quibus non refragatur objectum ductum
ab obſervantia: nam illi fuit plenè ſatisfactum
in mea præterita deciſione. Cum enim ite-
rum deſumatur, ex quo alias fuerint ex bo-
nis primogenialibus conſtitutæ dotes, &
præſtita alimenta, ceſſare viſa fuit difficul-
tas ex facto: dum eodem contextu fuerunt
18 factæ proteſtationes, omnia repetendi,
contra quos de jure: ex quibus ſicuti reſul-
tat expreſſa declaratio primogenitorum
præſervandi jura ſua à quocumque præjudi-
cio: ità excluſa potiùs, quàm inducta rema-
net ſuppoſita obſervantia; ad tradita *coram
Emerix junior. dec.*1031. *num.*6., cum aliis
allegatis in *mea præterita deciſione* §. *Prout
in fine*. Ultra quod, in omnem caſum ſat
19 eſſet reſpondere, quod, cum verſemur in
diſpoſitione ſatis clara; infringi non poteſt
ex contraria obſervantia, aut ex actibus,
à quibuſcumque ſucceſſoribus, in ejus præ-
judicium, geſtis; ut proſequitur *eadem De-
ciſio*, *quæ revidetur* §. *Proùt*: ad quam
etiam, reſpectu alimentorum, DD. remiſſi-
vè ſe habuerunt.

Et ità &c.

SPOLETANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 19. *Iunii* 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ.214., quæ hic confirmatur: Addito ulteris, quod conſtitutioni aſſignanti certam quantitatem dotis fæminis deſcendentibus, cui teſtator ſe confirmare voluit, non præſumitur per lapſum temporis derogatum: præſertim ſi idem teſtator dotem minorem propriis filiabus aſſignavit. Nec eſſe inobſervatam, niſi contrarium legitimè probetur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio vigore fideicommiſſi concedi non poteſt ad bona, quæ à fideicommittente non fuerunt poſſeſſa.*

2 *Identitas in antiquis ſatis probatur ex verificatione contradæ, & unius confinis.*

3 *Immiſſio debetur, cùm nec ſuper identitate, neque aliis extremis difficultas cadit.*

4 *Immiſſio non debetur non legitimatis perſonis.*

5 *Immiſſio non debetur ad bona fidicommittentis in cauſam legitimæ à gravato alienata.*

6 *Legitimatio perſonarum ad effectum obtinendi immiſſionem ſatis probatur ex fidibus baptiſmatis, & teſtibus, per gradus ſeparatos.*

7 *Legitimæ detractio fieri non poteſt à deſcendentibus, quando eam teſtator probibuit cum cautela Soccini, & ejus beredes acceptarunt.*

8 *Dos deſcendentibus à fideicommittente ex ejuſdem bonis debetur.*

9 *Dos mulieris in ſuburbiis moram trabentis, ibique nuptæ, juxta progmaticam Spoleti eſt ſcut.*100., & num. ſeq.

11 *Præſertim ſi accedat præceptum teſtatoris dotandi fæminas juxtà loci conſuetudinem.*

12 *Et etiam ſi teſtator propriis filiabus minorem dotem conſtituit.*

13 *Pragmatica loci cenſetur in obſervantia, ſi in inſtrumento facta fuerit reſervatio ſuper obtinenda illius derogatione.*

14 *Et niſi probetur contra eam conſuetudo præſcripta, & in contradictorio judicio approbata,*

15 *Proibitio legis in donationis quantitate, cui eſt adjuncta probibitio hominis, non admittit præſumptam derogationem ex lapſu temporis, ſive plura ſpecialia præſumantur.*

16 *Præſumptio derogationis pragmaticæ, ſuper quantitate dotis, minus locum babet, cum teſtator ſe eidem conformando longè minoris proprias filias dotavit.*

17 *Præſumptio derogationis pragmaticæ non admittitur, cùm adeſt veriſimilitudo in contrarium.*

DECISIO CCXXIX.

Diſputato coràm me die 6. Februarii nuper elapſi dubio -- An eſſet confirmanda ſententia Rotalis lata per R. P. D. meum Priolum, immiſſionem concedens fratribus de Venatiis ad bona fideicommiſſaria Bartholomæi eorum aſcendentis, & reſpectivè poſſeſſa per Joſephum Poretam, & Comitem Plancianum, prodiit reſolutio pro confirmatione, ſub certo tamen modo; ut nempe, quoad Poretam, immiſſio non caderet ſuper ſtariis 75. terreni per ipſum poſſeſſis in Villa S. Jacobi, vocabulo *la cerqua*, eaque pariter, uſque ad iteratam cauſæ diſputationem,

 ſu-

ſuſpenſa foret, quoad domum, columba-
rium, tugurium, aream, & terram conti-
guam ſitam in agro nuncupato S.Jacobi dicto
vocabulo *la Cerqua*: utpotè quia hæc omnia
de anno 1646. tradita fuiſſent in dotem Ve-
ronicæ teſtatoris nepti. Quo verò ad Comi-
tem Plancianum intelligeretur quoque ſu-
ſpenſa immiſſio quoad nonnulla bona, uſque
de anno 1639., ſimilis dotis titulo aſſignata
Urſulæ à teſtatore deſcendenti, & dicti Co-
mitis auctrici, Hodiè autem reaſſumpto exa-
mine, tàm quoad reſoluta, quam quoad re-
ſervata, Domini conſulti ſub dubio: *An eſſet
ſtandum, vel recedendum à deciſis, & reſpecti-
vè an ſententia Rotalis eſſet confirmanda,
vel infirmanda*: quoad bona reſervata reſpon-
derunt pro perſiſtentia in deciſis; & reſpe-
ctivè prò confirmatione juxtà modum infe-
rius exprimendum,

Quantum enim pertinet ad reſoluta quoad
Joſephum Poreta, cujus reſpectu dumtaxàt
novus modus adjectus fuit, in hodierna reſo-
lutione, licèt DD. in deciſione, quæ revi-
detur, immiſſionem conceſſerint ad prædium
della Cerqua, exceptis ſtariis 75. terreni,
utpotè acquiſitis per Joannem Baptiſtam Ve-
nantium teſtatoris nepotem; hodiè cenſue-
runt, excipienda etiam eſſe alia ſtaria 110.
per eumdem Joannem Baptiſtam empta de
anno 1563. in dictis pertinentiis, & contra-
da *della Cerqua*; ut in *Summ. Additionali
dicti Poretæ num.* 1. Cum enim iſta non eſſent
ſub Fideicommiſſo comprehenſa, tamquam
1 à Teſtatore minimè poſſeſſa, non poterat ſu-
per illis immiſſio decerni; ex firmatis *in præ-
cedenti deciſione §. finali*.

Non ſubſiſtente reſponſione, quod confi-
nes expreſſi in Inſtrumentis emptionum non
correſpondeant illis enunciatis in inſtrumen-
to venditionis ſucceſſivè factæ favore Joannis
Poretæ: ſiquidem dd. bona in tribus vicibus
empta per Joannem Baptiſtam, nempè annis
1693. 1594., & 1596. erant inter ſe contigua;
ut legitur in tertio inſtrumento anni 1596.;
in quo pro confinibus aſſignantur bona Joan-
nis Baptiſtæ, & Venantii Emptorum, à qui-
bus antecedenter alia bona de annis 1593., &
1504. fuerant acquiſita; *Summ præcedentis
propoſitionis num.* 3. Quamobrem dubitari
non poteſt de identitate confinium expreſſo-
rum in inſtrumento venditionis, de omnibus
dictis bonis factæ Joanni Poretæ; minuſquè
de identitate ipſorum bonorum, quia con-
currit contrada *la Cerqua*, prout etiam con-
finis bonorum propriorum inter ipſa bona
confuſus, & concurrit confinis illorum de
Corvis; *dicto præterito Summ. num* 3. ibi --
„ terram cultivam ſitant in agro S. Jacobi
„ vocabulo la Cerqua juxtà bona Hippo-
„ lyti &c. & à latere Hyacinthi Corvi de
„ Spoleto --: Cùm enim agatur de acquiſi-
2 tionibus antiquiſſimis factis à ſæculo, & ultrà,
ſat eſt ad probationem identitatis ſola verifi-
catio contradæ, ac unius tantum confinis;
Rot. deciſ. 87. *num.* 10. *part.* 5., & *deciſ.* 811.
num. 14. *part.* 18. *rec.*, *coram Emerix jun.
dec.* 117. *num.* 1., & *dec.* 737., *num.* 8., &
probat etiam *deciſio in hac cauſa edita* 13.
Februarii 1699. §. *Incboando coram R.P.D.
meo Priolo*,

Cæterum quoad alia bona, tam à dicto
Poreta, quam à Comite Planciano poſſeſſa,
& ſuper quibus in præcedenti Propoſitione
firmatum fuit, rectè fuiſſe conceſſam im-
miſſione, Domini abſolute ſteterunt in de-
3 ciſis; cum circa ea nulla caderet difficultas
ſuper identitate, nèc ſuper aliis ad hujuſmo-
di effectum requiſitis,

Quin attendi mererentur exceptiones, ex
4 parte Comites Planciani repetitæ, quod nem-
pe non fuerint ſuffienter legitimatæ perſonæ
actorum: quodque, in omnem caſum, non-
nulla ex bonis ab eodem Comite poſſeſſis,
non ſint amplius ſubjecta fideicommiſſo Bar-
5 tholomæi; utpote de anno 1637. per Hiero-
nymum filium Auguſtini unius ex filiis teſta-
toris alienata in cauſam legitimæ ſibi debitæ,
ac ab iſto ſucceſſivè delata ad Urſulam dicti
Comitis Auctricem. Quo enim ad primam
ſatisfacit accurata graduum dinumeratio
cum ſuis probationibus in *Summ. dato* 13.
Februarii 1699. *coram R.P.D. meo Priolo*.
Ex eo namque reſultat, unum ex filiis Bar-
tholomæi teſtatoris fuiſſe Marium, ab illo
ortum habuiſſe Joannem Baptiſtam, qui ge-
nuit Lucam, ex Luca natus Nicolaus Fran-
ciſcus, à quo tandem ortum duxere Carolus,
6 aliique hodierni Actores, ut videre eſt ex
fidibus baptiſmatum, ac Teſtibus, ex qui-
bus probari filiationem, ad effectum obti-
nendi immiſſionem vigore fideicommiſſi,
firmat *præcedens deciſio §. Siquidem*.

Quo verò ad ſecundam occurrit reſponſio;
7 quod legitima prohibita fuit à teſtatore cum
Cautela Soccini, & hæredes teſtamentum
acceptarunt; ut *in Summ. dato pro Venan-
tiis* 17. *Februarii* 1698. *num.* 1., & *ſeqq. cor.
dicto R. P. D. meo Priolo*; Ideoque non
potuerunt poſteà deſcendentes legitimæ de-
tractionem prætendere; *Rota coram Caril-
lo dec.* 223. *n.* 2., & *in rec. dec.* 202. *n.* 3. *part.* 14.

Ex his, quæ concernunt reſoluta in præ-
cedenti propoſitione, Domini tranſeundo
ad bona iterato examini reſervata, cenſue-
verunt etiam quoad ea, juſte conceſſam
fuiſſe immiſſionem, dempta ſolum, reſpectu
Poretæ, rata ſcutorum centum, ad formam
ſententiæ R.P.D. mei Prioli, quam ideò con-
firmandam eſſe reſponderunt. Ea enim om-
nia, videlicèt tam illa poſſeſſa per Poretam,
quam alia poſſeſſa per Comitem Plancianum
8 alienata fuerunt in cauſam dotium, Vero-
nicæ auctricis Poretæ, & Urſulæ Auctricis
d. Comitis, quarum utraque à fideicommit-
tente deſcendit; Reſpectu primæ ſatis con-
ſultum fuit concedendo Poretæ retentionem
9 pro rata ſcutorum 100., quot juxta Pragma-
ticam Spoleti aſſignari poterant in dotem
mulieri in Suburbiis moram trahenti; ut fir-
matum fuit in brevi *deciſione edita in Rota
Memorialium* 5. *Julii* 1700. *coram R.P.D.
meo Priolo*; Reſpectu ſecundæ addiderunt
hodiè

Digitized by Google

hodiè modum, ut ſcilicèt dicto Comiti, pa-
ri ratione, concedatur retentio pro ſimili
ſumma ſcutorum 100., ex cauſa dotis Urſu-
læ, innixi eidem pragmaticæ, quam in utra-
10 que ex dd. mulieribus locum habuiſſe non
dubitatur: cum ambæ extrà Civitatem Spo-
letanam ortum habuerint, & reſpectivè nup-
11 tias contraxerint. Tantò magis concurren-
te voluntate teſtatoris, maudantis fœminas
dotari juxtà loci conſuetudinem: ac, inſuper
animadvertendo, quod ipſe teſtator propriis
12 filiabus minorem dotem aſſignaverat, illam
conſtituendo in ſolis florenis 150.; ut notatur
in dicta brevi Deciſione R. P. D. Prioli
§. Hanc autem.

Abſque eo quod, ad evitandam diſpoſi-
tionem dictæ pragmaticæ, allegari valeat
illius non uſus: Contrarium enim demonſtrat
13 ſpecialis reſervatio facta in inſtrumento do-
tali Veronicæ, ſuper obtinenda derogatio-
ne; ut in *Summ. num.* 1.. Et in omnem ca-
ſum, cùm præſumptio ſtet pro illius obſer-
14 vantia, opus eſſet probare conſuetudinem
præſcriptam, & in contradictorio judicio
approbatam; *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 694.
num. ultimo, *Rota in Salisburgen. Canoni-
catus* 8. *Februarii* 1694. *§. His ità coràm
R. P. D. meo Priolo*, *&* *in Piſana Paro-
chialis* 15. *Januarii* 1700. *§. Abſque eo quod
coram me*.

Prout non relevat exceptio præſumptæ
derogationis ductæ ex lapſu temporis 60. an-
norum. Siquidem cum verſemur non tantum
15 in prohibitione legis; verùm etiam in pro-
hibitione hominis, dum & ipſe teſtator fœ-
minas dotari juſſit juxtà conſuetudinem loci.
Hæc duplex prohibitio non admittit præ-
ſumptam derogationem, ne plura ſpecialia
præſumantur: ex traditis per *Ber. conſ.* 160.
num. 15. *lib.* 2., *Ciarlin. controv. forenſ* 293.
ſub num. 96., *Rota apud Zacch. de oblig.
Camer. dec.* 124. *num.* 9.. Fortiùs juncta in-
veriſimilitudine, quod Summus Pontifex,
mediante derogatione, admittere voluiſſet
16 aſſignationem tot bonorum in cauſam do-
tium: quando teſtator proprias filias in mo-
dica quantitate dotaverat, cum aperta faci-
li via ſimilibus derogationibus, non longo tem-
pore fideicommiſſum remanſiſſet everſum:
17 qua ſtante inveriſimilitudine præſumpta de-
rogatio tantò minùs admitti poteſt, ut pon-
derat *Card. de Luca de Juriſd. Diſc.* 7., *&*
diſc. 24. *utrobique num.* 13.

Et ità, juxtà modum ſuperius expreſſum,
reſponſum fuit, utraque &c.

PAMPILONEN. MATRIMONII.

Veneris 23. Junii 1702.

A R G U M E N T U M.

Sponſalia de futuro, ſponſo promittente ſe non accepturum aliam in uxorem, & mutua datione manuum, & anuli ſponſa tacitè conſenſum demonſtrante, quæ poſtea corrumpi eſt paſſa, ſunt ſatis probata, ad hoc ut ad matrimonium ratum ſit deveniendum, nec ſufficiat oblatio dotis.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſalia contracta dicuntur, quoties futuri matrimonii promiſſio intercedat.*

2 *Ad ſponſalia ſufficit promiſſio ab altero verbis expreſſis facta, altero tacitè alio modo conſenſum demonſtrante.*

3 *Sponſalia etiam tacitè contrahuntur.*

4 *Verba ſe non cogniturum aliam fœminam, ſponſalia de futuro ſuadent contracta, ſecundùm* Sanchez num. 26, *ſecùs aliis circumſtantiis concurrentibus, quæ enarrantur.*

5 *Sponſalia de futuro contrahuntur per traditionem manuum.*

8 *Verba non ducturum aliquam in uxorem, quibus concurrentibus ſuadeant ſponſalia de futuro?*

9 *Et præſertim accedente copula.*

10 *Virgo boneſta non præſumitur pati deflorationem, niſi ſponſalia præceſſerint.*

11 *Teſtes etiam aliquam patientes exceptionem admittuntur pro cauſa matrimonii.*

12 *Deflorationem ipſius defloratæ juramentum junctum cum aliis adminiculis probat.*

13 *Juramentum mulieris defloratæ adminiculis innixum in concurſu cum contrario viri deflorantis non adminiculato, vel cui contrarietur præcedens extrajudicialis confeſſio, eidem præfertur.*

14 *Conſenſus mulieris ad ſponſalia probatur, ſi ad hoc porrigenti manus, eadem manus porrexit, & copulam poſtmodum ſit paſſa.*

15 *Stupratam ducere in uxorem tenetur, qui eam ſub ſpe futuri matrimonii corrupit.*

16 *Nec liberatur per oblationem præſtandi dotem.*

D E C I S I O C C X X X.

Poſtquam Michael ab anno 1691. pluries, atque pluries nuptiarum fidem dederat Oroſiæ, ſub illa ferè per ſexennium liberè verſatus fuerat inter domeſticos futuræ ſponſæ Lares, eamque anno 1694. in menſe Martio repetierat per manus porrectionem, ac promiſſionem de non cognoſcendo aliam mulierem; & ſucceſſivè de menſe Auguſti 1696. Oroſiam traxerat ad copulam; ſtudebat nihilominùs tot iteratis promiſſionibus deficere differendo matrimonii contractum in faciem Eccleſiæ: quocirca vocatus extitit à muliere in judicium coram Ordinario Pampilonem; & reſpectivè condemnatus per ſententiam declarantem; ipſum teneri ad contrahendum matrimonium; qua confirmata per Metropolitanum Burgheoſem; denuò provocavit, delataque ad noſtrum Tribunal appellationis cauſa, mihique commiſſa; dubium hodie propoſui -- *An conſtet de ſponſalibus ad effectum cogendi ad matrimonium, vel dotandum*: & Domini reſponderunt *conſtare de ſponſalibus ad effectum cogendi ad matrimonium.*

Cùm

Cùm enim ſponſalia contracta dicantur
1 quoties mutuus conſenſus, & mutua futuri
matrimonii promiſſio intercedat; ad *text. in
l. 1. ff. de ſponſalib.*, cum aliis cumulatis per
*Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 5. n. 1., Bo-
naccin. eod. tract. q. 1. punct. 7. num. 11. & 12.*
2 Quinimmò promiſſio mediantibus verbis ex-
preſſis ſufficiat in altero ex contrahentibus;
quoties alter, quantumvis tacens, alio me-
dio tacitum conſenſum demonſtret: quia
3 ſponſalia etiam tacitè contrahuntur; *Faguan.
in cap. Si inter virum n. 8. & 9. de ſponſali-
bus, Sanchez ubi ſupra n. 2.*, & dixit *Rot. de-
ciſ. 772. n. 7. p. 2. rec.* Utique in præſenti de
mutuo conſenſu dubitari non poſſe videba-
tur. Quantùm enim pertinet ad Michaelem,
illius conſenſum probant duo teſtes deponen-
tes, ipſum ſeriò dixiſſe, non cogniturum aliam
fœminam præter Oroſiam, & inſtetiſſe, ut ſi-
bi manum porrigeret, eaque recepta intraſſe
unà ſimul in quandam manſionem; *ſumma-
rio Oroſiæ à n. 2. cum ſeqq.* Hic autem actus,
tam in verbis, quàm in mutua traditione ma-
nuum apertè ſuadet ſponſalia de futuro; ut
4 de conſimilibus verbis notat *Panimoll. deciſ.
5 23. adnot. 1. num. ultimo*, & de manus tradi-
tione, *Treviſan. de ſponſal. privil. 6. à n. 4.
ad 12., Bonaccin. de matrim. qu. 1. punct 1.
num. 12.*

Et quamvis dicta verba *Non cognoſcam
aliam fœminam*, tamquam æquivoca, & alio
6 referibilia de per ſe ſola, & generaliter ſum-
pta non concludunt pernecesſe ſponſalia, ex
traditis per *Sanchez lib. 1. diſput. 19. per tot.*;
7 in hypotheſi tamen maximi ponderis redde-
bantur, animadvertendo, quod prolata fue-
rant à Michaele ad effectum divertendi ma-
trimonium ejuſdem Oroſiæ cum Franciſco
de Sbarra, cujus tractatus jam pridem aſſum-
ptus, & adhuc incognitus Michaeli perfe-
ctioni proximus reperiebatur; ut deponit
idem Franciſcus *dicta ſumm. n. 2. litt. G.*, ubi
quod auditis hiſce verbis tendentibus ad ve-
rum matrimonii contractum, hiſce diſceſſit à
propoſito ducendi Oroſiam in uxorem. Rur-
ſùs quod ſequenti die à prolatione dictorum
verborum, & reciproca porrectione ma-
nuum, ipſe Michael dedit in mandatis Mar-
tino uni ex dictis teſtibus formiter examina-
tis; ut conſcriberet denunciationes in Eccle-
ſia promulgandas pro ineundo matrimonio;
dicto ſumm. n. 2. litt. D. Qui actus apprimè
congruit ad declarandum qua mente prolata
fuerint antecedenti die præfata verba, & in
aperto ponunt, ea fuiſſe ad verum matrimo-
nium directa.

Inſuper quod poſt prolata coram teſtibus
dicta verba, porrectamque manum, Mi-
chael quotidiè publicè, & palam ingreſſus
fuit domum Oroſiæ; *dicta ſumm. n. 2. litt. T.*
Immò monitus ab uno ex teſtibus, ut abſti-
neret à matrimonio, utpotè infenſo illius pa-
rentibus, reſpondit, quod non obſtante diſ-
plicentia parentum ſervare volebat promiſ-
ſionem; *dicto ſumm. n. 3. litt. B.*, & concor-
dat alter teſtis *eod. ſumm. n. 4.* pariter *litt. B.*

Juncto autem libero ingreſſu Michaelis cum
8 iteratis declarationibus datæ fidei, nemo di-
xerit, præfata verba fuiſſe fraudolenter pro-
lata ad decipiendam virginem: ſed immo ſe-
riò promiſſum matrimonii contractum; ex
traditis per *Dec. conſ. 163. n. 2., Ferret. conſ.
168. n. 16. lib. 1., Panimoll. dicta dec. 23. ad-
not. 1. n. 13. cum duobus ſeqq.*

Tantò magis ſi omnibus hiſce circumſtan-
9 tiis addatur poſtrema ſubſequutæ copulæ,
10 cui credibile non eſt, quod Oroſia virgo ad-
modum honeſta; ut uno ore aſſerunt teſtes
dicto ſumm. n. 2. 3. 4. & 7., ubique *litt. A* aſ-
ſentiri voluiſſet: niſi ſponſalia præceſſiſſent;
ut dixit *Rota in Avenionen. dotationis 19.
Junii 1686. §. Nec obeſſe cor. bo. me. Alber-
gato, & in alia Avenionen. dotationis 3.
Martii 1692. §. Quoad factum cor. R. P. D.
meo Caprara.*

Quod verò copula, ſeu defloratio com-
miſſa fuerit ex parte Michaelis probant duo
teſtes; *dicto ſumm. nu. 3. litt. B. & C* depo-
nentes, etiam audiviſſe ab ipſo Michaele,
copulam habitam cum Oroſia ſub verbo ma-
trimonii: & hac de cauſa ipſum non poſſe de
alio matrimonio ſermonem habere; *eodem
ſumm. n. 3. litt. B.* Quæ facti circumſtantiæ
11 quamtumvis elicitæ à dicto teſtium non om-
ni exceptione majorum, ſufficiunt in hac ma-
teria difficilis probationis; *Farinacc. conſ. 31.
n. 7., Rot. cor. Cæſar. de Graſſ. dec. 3. n. 8. de
ſponſalib., cor. Coccin. dec. 715. n. 15., & dec.
2242. n. 18., cor. Argnell. dec. 8. n. 35., coram
ſa. me. Alexandro VIII. dec. 272. n. 9., & in
Colonien. nullitatis matrimonii 1. Julii 1693.
§. Copula in fine cor. Rm̃o D. meo Decano.*

Accedente præſertim juramento mulieris,
12 quod junctum cum aliis adminiculis confert
ad probationem deflorationis; *Salicet. in l.
fin. circa finem verſ. Sed eo reſpondeo C. de
accuſat., Clar. in prax. crimin. § final. qu. 21.
verſ. Sed quid in criminibus, & ibi Bajard.
n. 32., Farinacc. q. 23. n. 99., Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 1311. n. 53. volum. 3.* Quin aliqua
vis fieri valeat in contrario juramento Mi-
chaelis, dum tendit ad ſui exonerationem,
deſtitutum eſt alia probatione, ac urget con-
tra ipſum præcedens confeſſio extrajudicia-
13 lis; de qua *dicto ſumm. n. 4.* Ideòque in con-
curſu præferri debet illud mulieris aliis ad-
miniculis, & probationibus ſuffultum; *Bold.
conſ. 123. lib. 2. in fine, Sperell. deciſ. 75. nu-
mer. 59.*

Hæc, quæ conſenſum probant Michaelis
ſimilem ſecumferunt probationem quoad il-
lum Oroſiæ; dum & ipſa manum porrexit,
14 fidem repromittendo, & ſucceſſivè copulam
paſſa fuit; quam evidentiſſimum eſſe repro-
miſſionis ſignum ait *Ciarlin. controv. 184. n.
66. ſub §. Sed prædictis, Sanchez de matrim.
lib. 1. diſput. 22. ſub n. 6.*

Firmatis ſponſalibus, ac ſubſequuto ſtu-
15 pro ſub fide futuri matrimonii, planum eſt
16 teneri Michaelem ad ducendam ſtupratam
in uxorem, nec liberari ex oblatione dotem
præſtandi; ut per *text. in cap. 1. & 2. de adul-
ter.*

ter. probat *Clar. in §.Stuprum n.3. verſ.Quæro*, & firmavit *Rot.cor. Buratt. dec.498. n.7., in recent. dec. 163. n.1. cum ſeqq. p.9., & in Avenion. dotationis 2.Maii 1687. §. In hodierna cor.bo.me. Beninccaſa, & 16. Januarii 1693. §.Et profectò cor. Rm̃o D. meo Decano.*

PACEN. DECIMARUM.

Lunæ 26. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſ.215., quæ confirmatur: revocatur autem in ea parte, in qua dixerat moniales laicas non eſſe reputandas uti veras religioſas, ad effectum fruendi aſſignatione viginti quinque aureorum pro qualibet ab omni onere liberorum ex Gregoriana Conſtitutione; ubi declaratur eſſe verè moniales illas laicas dictas, quæ tribus votis, & clauſtrali reſidentiæ ſe coarctarunt; valoremque ducatorum, recedendo in hac quoque parte a deciſis, firmat eſſe valutandum de tempore ſolutionis, non autem conſtitutionis, & hujus rei motiva expendit.

SUMMARIUM.

1 *Quænam moniales laicæ dicendæ ſint veræ religioſæ?*

2 *Monialibus ſingulis ex Gregoriana Conſtitutione 25. ducatorum quantitas pro alimentis, onerum expers, ſtatuitur.*

3 *Moniales laicæ cenſentur verè religioſæ, ſi ſeculare nomen reliquentes, religioſum agnomen aſſumant.*

4 Moniales laicæ *ſunt inferioribus miniſteriis adductæ.*

5 *Moniales laicæ cum tria ſubſtantialia vota emittunt, ſunt verè religioſæ.*

6 *Privilegium exemptivum à ſolutione decimarum ſtrictiſſimè eſt intelligendum.*

7 *Privilegium Gregorianum exemptivum à collectis pro rata ſcut.25. auri pro qualibet moniali, non eſt extendendum ad famulos, famulaſque ſæculares: ſecùs ad laicas religioſas: & quæ tales ſint?*

8 *Privilegium Gregorianum loquitur de monialibus, & ſororibus.*

9 *Sororum appellatione in regula S. Claræ veniunt converſæ, ſive laicæ.*

10 *Moniales converſæ in monaſteriis ſac. monialium indifferenter moniales reputantur.*

11 *Valor frumenti calculatur ad formam taxæ regiæ, à qua communiter pretia rerum regulantur.*

12 *Introitus calculantur, habita ratione decennii, compenſato anno fertili cum ſterili.*

13 *Valor monetæ regulandus eſt juxta æſtimationem de tempore gratiæ ex opinione Oltradi: ſed melius.*

14 *Valor monetæ regulandus eſt juxta æſtimationem de tempore numerationis ex Conſtitutione Pontificia procedentis.*

15 *Et quando mutatio valoris monetæ non eſt intrinſeca, ſed extrinſeca.*

16 *Et quando monetæ aſſignatæ ſunt pro victu, & veſtituto &c., undè ſi victualium valor crevit, creſcere debet in utilitatem privilegiati monetæ augumentum.*

17 *Scuta 27. annua ad ſubſtentationem monialis non ſufficiunt.*

18 *Religioſis pro victu, & veſtitu Sacra Rota aſſignavit ſcuta 40. Romana pro quolibet.*

19 *Penſio, quæ in certa ſumma quot annis ſolet titulo eleemoſynæ monialium monaſteria diſtribui, numeratur pro 25.ducatis auri, quæ à Gregoriana Conſtitutione cuilibet moniali ab oneribus exempta, ſunt aſſignata.*

20 *Et reſervatur nova liquidatio in caſu illius deficientiæ.*

DECISIO CCXXXI.

REvocatis ad examen fundamentis deciſionis editæ 10.Februarii currentis anni, qua reſponſum fuit, conſtare de re judicata, ex duabus ſententiis condemnantibus Moniales S.Claræ de Zafra ad ſolutionem decimarum, favore Capituli Cathedralis Eccleſiæ Pacenſis; DD. cenſuerunt, *Standum eſſe in deciſis juxta modum* infra exprimendum.

Quatenùs enim pertinet ad primam deci-
1 ſionis partem firmantem, quod in calculando
numerum monialium, quarum ſingulis, ex
Conſtitutione ſa.me. Gregorii XIII., ſtatui-
tur annua quantitatis ducatorum 25. auri de
Camera; haberi non debeat ratio de novem
ſororibus ſervientibus cum ſuppoſito, quod
illæ ſint ſimplices laicæ; viſum fuit, factum
non aſſiſtere. Perlecta enim relatione facta
per Delegatum à Reverendiſſimo Epiſcopo;
cui datum fuerat in mandatis; ut recognoſce-
ret, ac numeraret omnes Religioſas dicti
monaſterii, tam velatas, quàm novitias, &
2 laicas; conſtat eum inter Religioſas connu-
meraſſe dictas ſorores ſervientes, *ſumm. monialium præteritæ propoſitionis n.4.*, ubi in fi-
ne concludit ibi: -- *Et juxta hanc formam*
alias ulterius non adeſſe moniales in dicto con-
ventu. -- Quamobrem nil refert, quod illæ
novem enuncientur cum adjecto laicalitatis;
dum in principio catalogi deſcribuntur laicæ
religioſæ, & in illius fine referuntur omnes
generaliter moniales. Quod etiam compro-
3 bat animadverſio, quod illæ derelicto pro-
prio ſæculari cognomine nuncupantur ſub
cognomine religioſo, videlicet -- *Catharina*
à S.Clara, Joanna à S.Jacynto, & hujuſmo-
di, quæ circumſtantia excludit ſæcularita-
tem, & demonſtrat expreſſionem laicalita-
tis ſtare ad diſtinguendas velatas à converſis:
4 quæ in ſubſtantia, licèt miniſteriis inferiori-
5 bus adjectæ, cum tria vota ſubſtantialia emit-
tant veræ moniales reputantur; *Rodrig.queſt.*
Canon. tom.1.q.44.art.4. §. Secunda aſſer-
tio, Mend. de ordin. militar. diſquiſ.1. q.1.
ſub n.4., Mirand. manual. Prælat. tit. de
ſtat. monial. q.1. in fine. Et de facto eas tam-
quam religioſas agnovit Epiſcopus; dum eiſ-
dem quoque congruam aſſignavit, licèt pro
ſuo

ſuo arbitrio ad medietatem reduxerit.

His autem ſtantibus, non procedunt firma-
6 ta in deciſione, quæ revidetur: quod, cum
agatur de privilegio exemptivo a ſolutione
decimarum, fieri debeat ſtrictiſſima inter-
prætatio; juxta *deciſ 570. n.2.& 3. cor. Bichio.*
7 Illa enim loquitur de laicis laicalitate ſæcula-
ri, nempè de Medico, Chirurgo, famulis, &
famulabus ſæcularibus: non autem de hujuſ-
modi mulieribus tria vota religioſa profiten-
tibus, & clauſtrali reſidentia perpetuò aſtri-
8 ctis. Citra difficultatem quia privilegium lo-
quitur de monialibus, & ſororibus, quarum
9 appellatione in regula S. Claræ veniunt con-
verſæ, ſeu laicæ: ut notat *Miraud. in ma-
nual. prælat. tit. de ſac. monial. qu. 1. art. 6.
concluſ 2. in fine., Rodrig. ubi ſupra ſub dicto
§. Secunda aſſertio.* Quodque moniales con-
10 verſæ in monaſteriis ſacr. monialium ſint
veræ moniales, ut de illarum numero, nulla
facta diſtinctione, reputentur, declaravit ſac.
Congregatio Epiſcoporum, & Regularium,
teſte *Gavant. in prax. Epiſcopali verb. mo-
nialium n. 2. fol. mihi* 174.

Tranſeundo ad ſecundam deciſionis par-
tem reſpicientem valutationem frumenti, &
hordei, agnoverunt DD., Rm̃um Epiſcopum
nullatenus in hoc exceſſiſſe quia calculato,
11 prout fieri debet, illorum valore ad formam
taxæ regiæ, cum qua communiter pretia re-
rum regulantur; redditus excedunt taxam
Gregorianam: & tamen tam Ordinarius,
quàm delegatus in æſtimatione mitiùs pro-
ceſſerunt: dum primus proceſſit juxta placi-
tum monialium: ſecundus verò habita ratio-
12 ne integri decennii, & compenſato anno fer-
tili cum ſterili; ut advertitur in *præcedenti
deciſione §. Sicut autem.*

Quoad tertiam partem deciſionis, qua
firmatum fuit ducatos 25. auri de Camera
rectè calculatos fuiſſe in realibus 600., eò
13 quia valor monetæ regulandus foret juxta
æſtimationem currentem de tempore gra-
tiæ, non placuit DD. reſolutio. Ideoque in
hac parte modum dederunt; ut ſcilicet in re-
gulando valorem ducati haberi debeat reſ-
14 pectus ad tempus præſens; tum quia talis
pecunia debetur ex Conſtitutione Pontifi-
cia, ideòque ſolvenda eſt juxta valorem de
tempore numerationis, ut reprobato *Oltrad.*,
conſuluit *Roman conſ. 123., Surd. conſ. 335.
n.16.*, & probat *Gratian. diſcept. 51. n 6. 7.
& 9., Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 197. n. 203,
& ſeqq., & 229.* Tum etiam quia diverſitas
valoris moderni ab antiquo non proceſſit ex
15 mutatione intrinſeca, ſed extrinſeca, quo
caſu non habetur reſpectus ad tempus diſpo-
ſitionis, ſed ſolutionis; ex doctrina *Bartol.
in l. Paulus 99. n.3., & ſeqq. ff. de ſolution.,
Fagnan. in cap. olim n.4., & 22. de cenſib.,
Surd. d. conſ. 335. n.8., & ſeqq., Adden. ad
Grcuor. dec. 42. n.7., Rot. cor. Priol. dec. 261.
n.6.*, & plenè diſcuſſa materia in *Vercellen.
annuæ præſtationis 22. Junii 1701.*, & priùs
in *Vercellen. cenſus 10. Januarii ejuſdem an-
ni §. Ex his coram R. P. D. meo de la Tre-*
16 *moilie.* Tum demùm quia ducati 25. aſſigna-
ti fuerunt pro victu, veſtitu, aliiſque neceſ-
ſariis monialium indigentiis; undè ſicut à
tempore aſſignationis factæ in Gregoriana
Conſtitutione, ad tempus præſens crevit va-
lor victualium; ita æquum eſt, ut creſcat va-
lor monetæ in cauſam alimentorum deſtina-
tæ; nam aliàs calculando ducatum ad ratio-
nem juliorum undecim, prout erat valor tem-
17 pore dictæ Conſtitutionis; unicuique mo-
niali aſſignarentur ſolùm annua ſcuta 27.; quæ
ad ſuſtentationem non ſufficere firmavit *Ro-
ta cor. Mantic. dec. 269. n.4. & 5.* Et de facto
18 pro victu, & veſtitu Religioſis Hiſpanis, ad
effectum evitandi taxam decimarum papa-
lium, Sac. Rota præfinivit quantitatem ſcu-
torum 40. monetæ Romanæ in *Toletana ju-
riſpatronatus ſuper præſtationibus decurſis 5.
Junii 1695. §. Quin aſſumpti cor. Illm̃o D.
Magno Cancellario Mediolanen.*

Quantum reſpicit annuam penſionem ti-
tulo eleemoſynæ præſtari ſolitam à Regibus
Catholicis, & quæ in poſtrema deciſionis
parte connumeratur inter proventus mona-
19 ſterii; placuit DD. abſolutè reſolutio: ite-
rum animadvertendo, quod ea conſuevit ſin-
gulis annis perſolvi; quodque ulteriùs in
20 ſententia Reverendiſſimi Ordinarii ſatis
conſultum fuit mediante præſervativa novæ
liquidationis, in caſu quo tam dicta penſio,
quam cæteri redditus diminuerentur.

Et juxta hunc modum reſponſum fuit *Stan-
dum eſſe in deciſis*, utraque &c.

SORANA DIVISIONIS.

Lunæ 26. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo bona inter fratres ſint dividenda explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio inter fratres volentes eſt facienda.*
2 *In communione nemo invitus ſtare cogitur.*
3 *Diviſio inter fratres eſt facienda, quod ma-
jor dividat, minores portiones eligant, &
hic modus legalis eſt, & tutus* n.5., *& jux-
ta opinionem canoniſtarum* n.6.
4 *In diviſione inter fratres ſemper eſt habenda
æquitas.*
7 *Conſuetudo vigens in aliquo loco in diviſione
inter fratres, majorem natu partes facere,
minorem ſuas portiones præeligere, eſt qui-
buſcumque opinionibus præferenda, ſer-
vandaque.*
8 *Bona hæreditaria, quæ pro virili ad fratres
in communione degentes ſunt delata, vel
communiter poſſeſſa, æqualiter ſunt divi-
denda.*
9 *Et ita quoque ſunt æqualiter dividenda bona
communiter à fratribus acquiſita.*
10 *Rota non reſpondet his, quæ ſub dubio non
cadunt.*

DECI-

DECISIO CCXXXII.

Defuncto, de anno 1670. Marco Antonio Tutio, quinque illius filii ſuperſtites poſſeſſionem paternæ, ac maternæ hæreditatis, nullo facto inventario, vel alia bonorum deſcriptione, continuarunt ſub reciproca fide, fraternoque amore: immò Abbas Joannes Honuphrius, tamquam natu maior inter eos fratres, qui Romæ commorabantur, ab anno 1673. uſque ad 1679. exegit fructus locorum montium, quæ ab Emilio primogenito altero ex dictis fratribus prædefuncto fuerunt acquiſita: & ſucceſſivè reverſus ad patriam, bona pro libito adminiſtravit; ac reſpectivè communis patrimonii fructus percepit; nulla unquam facta per fratres requiſitione rationum. Ortis autem de anno 1697. inter eoſdem fratres diſſidiis, ac variis propterea ſuſcitatis hinc indè litibus; fratres natu minores in ſequenti anno 1698. ad judicium vocarunt Joannem Honuphrium in Curia Epiſcopali Sorana, ſuper univerſali bonorum diviſione; ſed remiſſa ex reſcripto plenæ Signaturæ cognitione cauſæ ad A.C.; petiit primo loco dictus Joannes Honuphrius ſibi ſubminiſtrari alimenta; & obtinuit in cauſam declarandam decerni ſcuta 50., quibus perſolutis, ac aſſumpta poſtea diſcuſſione diviſionis, cùm immineret jam recollectio fructuum anni 1699., inſteterunt alii fratres ſubdelegari Judicem in partibus, coram quo denunciari poſſet dies, & hora diviſionis fructuum à Colonis recipiendorum; & unuſquiſque iſtorum ratam ſibi debitam recipere valeret: & licèt facti fuerint voti compotes, mediante decreto ad formam petitionis; placuit nihilominùs deindè A.C., ſine præjudicio jurium ambarum partium demandare, quod omnes fructus illius anni colligerentur per dictos fratres, & ab iſtis facta in tres partes diviſione, tertia pars Joanni Honuphrio conſignaretur. Cùm autem iſte, poſt expletum ab aliis fratribus recollectionis onus, renuerit ratam ſibi tangentem recipere, & idem A.C., poſt plura, diverſaque decreta proviſionalia, tandem, reponendo ab omnibus, mandaverit ſubdelegari Judicem in partibus ad effectum firmandi ſtatum bonorum, & jurium ad communionem, de qua agitur, ſpectantium, & reddendi rationem de adminiſtratione per fratres minores geſta, eligendi peritos ad effectum æſtimandi, & faciendi tres partes æquales omnium bonorum, & jurium, nec non exhibendi coram Judice ſubdelegando omnes libros, ſcripturas, apocas, inſtrumenta, & folia; provocarunt idcircò prædicti fratres ab hujuſmodi decreto, aditaque Signatura, obtinuerunt reſcribi -- *De appellatione* -- qua ad noſtrum Auditorium delata, mihique commiſſa, diſputandum, hodie propoſui -- *An, & quomodo; & de quibus bonis ſit facienda diviſio* -- & prodiit reſolutio *faciendam eſſe diviſionem de omnibus bonis in communi juxta modum* infra exprimendum.

Quantùm enim reſpicit articulum: an ſit
1 facienda diviſio; res de plano procedit pro
2 affirmativa reſolutione, cùm notæ ſint regulæ, quod nemo cogitur, invitus ſtare in communione; *l. in rei commun. ff. de ſervit prædior. ruſticor. l. 1., & in l. finali cod. commun. dividun.*, & dixit *Rot. in Romana diviſionis* 10. *Junii* 1701. §. *finali coram R. P. D. meo Priolo*.

Quo verò ad modum, de quo quæritur in ſecunda dubii parte; DD. inhærentes alternativè oblationi per fratres minores factæ, ſcilicet vel dividendi portiones, vel eligen-
3 di, cenſuerunt faciendas eſſe à Joanne Honuphrio tres partes æquales, iiſque factis electionem tribuerunt aliis duobus fratribus;
4 ita ſequendo æquitatem, quam in diviſione inter fratres præ oculis ſemper habendam eſſe monet *text. in* §. *Quædam verſ. in quibus inſtit. de action.*, & *in l. majoribus C. commun. utriuſque judic.* Tantò magis, quia
5 modus hic dividendi eſt legalis, ac magis tutus; & minores involvens difficultates; ut inquit *Bin. conſ. 53. n. 10. lib. 1., Ferrett. reſponſ. 1. per tot., Cald. de reſtit. in integr. qu. 45. num. 13. cum ſeqq., Capyc. Latr. deciſ. 28. num. 1.*

Facilitùs in hypotheſi, quia reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Soræ, ac Balzorani, præter æquitatem innixam juris diſpoſitioni, urget etiam nedum generalis conſuetudo, ut in bonorum diviſione inter fratres, modò quo ſupra procedatur, ſequendo
6 opinionem Canoniſtarum, teſte *Molpheſ. ad conſuetud Neapol. lib. 3. p. 17. q. 4. n. 4.. Fab. in Cod lib. 3. tit. 27. commun., utriuſque judic. diff. 4.*; verum etiam ſpecialis in Civitate Soræ, ac Terra Balzorani probata ex atteſtationis Magiſtratus, & reſpectivè officialium utriuſque loci; ut in *ſumm. dictorum*
7 *fratrum n. 15.*: quam conſuetudinem unicè attendendam eſſe, ac quibuſcumque opinionibus prævalere probat *Michalor. de fratr. p 3. cap. 38. n. 1., Barz. dec. Bonon 100. nu. 19., Theſaur. dec. 205. n. 3., Capyc. Latr. d. dec. 28. n. 31.*

Hinc tranſeundo ad bona diviſioni ſupponenda, DD. animadvertentes majorem illorum partem provenire ab hæreditatibus utriuſque parentis, patrui, Amitæ, ac fratris præ-
8 defuncti, quorum hæreditates pro virili ad eoſdem fratres delatæ fuerunt, non dubita-
9 runt quin iſta uti communiter poſſeſſa veniant æqualiter dividenda; prout etiam alia per ipſos fratres acquiſita communi nomine, cujus naturæ ſunt plura loca montium, & domus in Urbe, ac nonnulla prædia in territoriis Soræ, & Balzorani. Quo verò ad cætera ab unoquoque dictorum fratrum proprio, & particulari nomine acquiſita, licèt plura hincindè cumularetur, ad probandam, ac reſpectivè excludendam communionem univerſalem, à qua pendebat cognitio; an ea indiſtincta, prout alia caderent ſub diviſione; quia tamen utraque pars aſſentiri videbatur, ut unuſquiſque retineat ea, quæ proprio nomine acquiſivit, opus proindè non fuit pro-

bationes

probationes circa univerſalem communio-
nem examinare : ſed hujuſmodi examen aſſu-
mendum erit, quando diſputabitur de reddi-
tione rationis, ac exhibitione librorum, &
19 ſcripturarum à dicto Joanne Honuphrio pe-
tita : circa quæ tamen, utpotè in dubio non
comprehenſa, viſum non fuit in præſenti eſſe
reſpondendum.

Et juxta hunc modum reſolutum fuit, utra-
que &c.

ROMANA CAMBIORUM.

Mercurii 28. Junii 1702.

A R G U M E N T U M.

Habes in ſuperiori deciſione 211.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum clarum cum obligatione Camerali nullam admittit difficultatem.*
2 *Adminiſtrator, qui omnia ſua credita cum Domini debitis compenſaſſe fuit declaratum, nullum aliud poteſt ampliùs allegare.*
3 *Licèt illud ſub alterius nomine palliatè ſit contractum.*
4 *Potiſſimè ſi ex caſſatione in illius libris hoc appareat.*
5 *Solutio cadit in cauſam debiti verè exiſtentis.*
6 *Compenſatio debiti, & crediti, uſque ad præfixum tempus declarata, credita eidem poſteriora non afficit.*
7 *Compenſatio per ſententiam decreta, ea credita non comprehendit, quæ fuerunt expreſsè reſervata.*
8 *Deſcriptio cambii quando non obeſt ſcribentis hæredibus?*
9 *Deſcriptio, ſeu contrapoſitio ad alium effectum facta in libris, ad diverſum non poteſt detorqueri.*
10 *Præſertim ſi poſtea ſit reddita ratio.*
11 *Et ſi pars eamdem admiſit.*
12 *Et mediante productione in judicium, approbavit.*
13 *Fructus cambii ceſſant à die decoctionis.*
14 *Si tamen decoctio verè, & realiter ſit ſequuta.*

D E C I S I O C C X X X I I I.

DEliberata ad inſtantiam creditorum Viganori domo ad iſtum ſpectante, obtinuit Ubaldinus creditor ex cauſa duplicis cambii ad cauſam admitti, atque ex pretio ab ejus venditione retracto in computum ſortis, & fructuum utriuſque cambii ſummam ſcutorum 610. fuit aſſequutus. Verùm quia eo interim defuncto, hæredes, pro integra ſatisfactione fructuum, & capitalis, egerunt coram A.C. Thomato, & bonificatis dictis ſcutis 610. in cauſam fructuum, & ſortis primi cambii ſcut 350., & pro rata ſecundi in ſcutis 36. mandatum pro ſcutis 850. pro fructibus, & pro reſiduo capitalis dicti ſecundi cambii reportarunt: quod tam coram R. P. D. meo Priolo, quam in tertia inſtantia coram me ſub die 30. Januarii proximè præteriti confirmatum extitit. Quamobrem per Viganorum obtenta nova audientia, cauſa hodie propoſita, cùm creditum actorum reſultet ex pu-
1 blico inſtrumento Camerali obligatione vallato, ſitque clarum, & liquidum nullam difficultatem Dominis admittere viſum fuit, & ideò meritò perſtiterunt *in deciſis*.

Non attenta repetita exceptione, quod
cùm in ſententia A.C. Thauruſii declarata
fuerint extincta omnia credita favore Ubal-
dini contracta, antequam iſte aſſumeret onus
exigendi nomina debitorum, ad Viganorum
2 ſpectantia, dici debeat etiam in illa compre-
henſum cambium ſcutorum 350. anni 1679.
favore Ubaldini, licèt ſub palliato nomine
3 Montellatici contractum; ut etiam ſallus fuit
4 idem Ubaldinus, qui partitam illius in pro-
priis libris aliàs deſcriptam delevit; eique
contrapoſuit alteram ſummam ſimilium ſcu-
torum 350. per eum receptam. Ideòque ſup-
5 poſita extinctione dicti primi cambii pre-
tium ex domo retractum, & Ubaldino
conſignatum in ſumma ſcutorum 610. cedere
non potuerit, niſi in extinctionem ſecundi
cambii, pro quo modo agunt hæredes.

Huic enim objecto duplex ſatisfacit reſ-
ponſio: quarum prima eſt, quod ſive cambium
ſcutorum 350. fuerit originariè creatum fa-
vore Ubaldini, ſive Montelatici, utroque
modo non comprehenditur in ſententia A. C.
Thauruſii, quæ, utpotè reſtricta ad credita
6 tantùm contracta, & acquiſita ab Ubaldino
ante annum 1677. aſſumptæ per eum exactio-
nis nominum debitorum ſpectantium ad Vi-
ganorum, comprehendere non valet contra-
ctus illos ſucceſſivè, & poſt dictum tempus
initos: & ſic neutrum ex cambiis prædictis,
Non inquam primum, quia contractum fuit
anno 1679., favore Montelatici, & poſtea
ab eodem ceſſum Ubaldino anno 1681.: ne-
que etiam ſecundum; quia fuit quoque ſtipu-
latum longè poſt exactionem, videlicet anno
1680.

Altera verò eſt, quod creditum dictorum
ſcutorum 350. deductum fuit coram A. C. in
computo dati, & accepti, & cum ſuppoſito,
quod illud ſpectaret ad Ubaldinum, non at-
tenta ſimulatione nominis Montelatici peti-
tum fuit, quod de illo quoque fieret com-
penſatio; prout de aliis creditis; & nihilo-
minùs, rejecta hujuſmodi inſtantia, declara-
tum fuit, quod verè cambium ſpectaret ad
Montelaticum; & reſtricta declaratio extin-
ctionis ad credita dumtaxat acquiſita ante
7 exactionem: quamobrem argumentum du-
ctum ex præfata ſententia A. C. mirificè re-
torquetur: cùm ex illa reſultet potiùs litte-
ralis exceptuatio dicti cambii ſcutorum 350.
quam illius comprehenſio; ut latè obſervat
deciſio R. P. D. mei Prioli §. Sed tale cambium.

Nec partita hujus cambii deſcripta in libris
8 memoriæ cauſa ab Ubaldino retentis obeſſe
poteſt

poteſt illius hæredibus: quia cum in ea aliud non contineretur, quam quod Montelaticus deberet recognoſcere bonam fidem de dicto cambio: potuit præfata adnotatio lineis deturpari, & deleri: vel quia Montelaticus anno 1681. cambii ceſſionem fecerat Ubaldino; vel quia conſignatis eidem præfatis ſcutis 610. aliud cum fructibus extinctum remanſerat: & ſicut ex prædictis præfata deſcriptio potuit deleri, ita & nullum præjudicium potuit irrogari ex contrapoſitione, quæ in iiſ-
9 dem libris legitur cum altero credito ſimilis ſummæ: cùm id ſcriptum fuerit ſolùm ad deſignandam cauſam ſolutionis factæ per Ubaldinum Fabrolignario creditori Viganori, pro quo cambium creatum fuerat; non autem ad demonſtrandum ejuſdem Ubaldini ſatisfactionem.

Cæterum viſum fuit ceſſare omnem diffi-
10 cultatem ex eo, quod anno 1680., devenerunt partes ad novam ſolidationem: & libratis omnibus partitis crediti, & debiti, concluſum fuit, Ubaldinum remanere creditorem ex cauſa utriuſque cambii, illius ſcilicet ſcuta 350., & alterius ſcut. 650. Quamobrem imperceptibile redditur, quod Viganorus originarius debitor, & creditor reſpectivè partitarum, quæ fuerunt in notula deſcriptæ; adeò ſocors fuerit, quod ſi re vera, tempore exactionis, Ubaldinus de cambio ſcuto-
11 rum 350. ſatisfactus fuiſſet, hanc liquidatio-
12 nem admittere voluiſſet: multòque minùs illam poſtea, non attento, quod à creditore tantùm eſſet ſubſcripta, mediante judiciali productione, poſitivè approbaſſet.

Denique non ſubſiſtit aſſerta extenuatio ſortis dictorum cambiorum deducta, tum ab exactione nonnullarum partitarum, & reſpectivè retentione pecuniarum, de quibus habita ratio non fuerit, tum etiam ex decoctio-
13 ne Viganori, à cujus die ſupponebatur fructus ceſſaſſe; inferendo exindè, quod ſoluti veniant in ſortem imputandi, quodque alii ex poſt decurſi non potuerint calculari ad conſtituendum creditum in ſumma ſcutorum 850., pro qua mandatum fuit relaxatum. Quoniam reſpectu dictarum partitarum animadverſum fuit, quod illæ, vel fuerunt bonificatæ in dicta ſolidatione anni 1680., vel fuerunt exactæ in cauſam expenſarum deliberationis
14 domus, & mandati de conſignando: reſpectu verò decoctionis quidquid ſit an ea ſtante fructus cambiorum debeantur necne; placuit in præſenti reſponſio, quod non probatur in facto vera, & formalis decoctio Viganori, prout ad hunc effectum requiritur; ex firmatis in *Romana cambiorum 9 Decembris 1697.* §. *Nullatenus cor. R. P. D. meo Muto.*

Et ita &c.

NUCERINA BONORUM.

Mercurii 28. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo Dominus directus probare debeat dominium, & identitatem bonorum emphyteuticorum, ad hoc ut defecta linea inveſtitorum habeat ſuper eiſdem manutentionem, & ex ejus juribus novus inveſtitus. Adeſt ſuper hiſmet bonis de quibus agitur in hac deciſ. ſuperior dec. 98.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio Domino directo in bonis emphyteuticis, ut detur quid probandum?*

2 *Inveſtito eum clauſula* ad habendum &c. *ex eiſdem rationibus debetur ex quibus competit domino directo.*

3 *Dominium directum probatur ex inſtrumentis inveſtituræ adminiculatis.*

4 *Et adminicula ſunt: ſolutio canonum longo tempore continuata.*

5 *Deſcriptio bonorum cum hac qualitate in cataſtro.*

6 *Et quod nemo unquam talium bonorum dominium prætenderit.*

7 *Devolutio ob lineam finitam, & non in pœnam, minoribus probationibus convincitur.*

8 *Dominus directus agens contra habentes cauſam ab inveſtitis, ſolùm debet probare inveſtituram finitam.*

9 *Sine filiis aliquis deceſſiſſe ſuadetur, ſi hæredem habeat tertium.*

10 *Quod etiam de jure præſumitur, niſi contrarium probetur.*

11 *Identitas bonorum emphyteuticorum provenientium ab inveſtitis probatur ex confrontatione confinium.*

DECISIO CCXXXIV.

Devolutis per obitum Andreæ de Coliticis abſque filiis ſequutum anno 1697 nonnullis bonis ad Abbatiam S. Mariæ de Siria, per cujus Abbates pro tempore plures, ab anno 1497. uſque ad moderna tempora, factæ fuerant inveſtituræ favore aſcendentium dicti Andreæ ultimo loco defuncti, Eminentiſſimus Cardinalis Carolus Barbarinus modernus Abbas inveſtivit Camillam, & Silveſtram præfati Andreæ ſorores, cum eiſdem pactis, & conditionibus quæ in præcedentibus inveſtituris appoſitæ leguntur. Quia verò eadem bona occupantur à PP. S. Auguſtini Terræ Sigilli hæredibus ſcriptis in teſtamento ſupra enunciati Andreæ; idcircò dictæ ſorores petierunt in noſtro tribunali (ad quod ratione connexionis cum alia cauſa coram me diſputata, & reſoluta ſub die 17. Junii 1699. remiſſa fuit cognitio, etiam ſuper hoc articulo) ſibi decerni manutentionem, ſeu aſſociationem, vel immiſſionem, & ipſis dumtaxat informantibus, reſponſum fuit, *dandam eſſe manutentionem.*

Sicut enim conſtito, prout eſt innegabile, de

1 de directo dominio controverſorum bono-
rum favore Abbatiæ, de terminatione lineæ
maſculinæ, ad cujus tertiam generationem
conceſſa fuerat inveſtitura, ac tandem de
bonorum identitate denegari non poſſet ma-
nutentio Eminentiſſimo Abbati, ratione ci-
vilis poſſeſſionis animo retentæ pro recupe-
ratione naturalis adverſus hæredes ultimi
emphyteutæ; juxta *doctrin. Aretin. in §. Re-
tinendæ n.8. inſtit. interdict.*, quam ſequitur
Poſth. de manuten. obſervat. 16. *n.*44., ac fir-
mavit *Rot. cor. Dunozett. jun. dec.*741. *n.*2.
& *dec.*939. *n.*1., *cor Coccin. dec.*1873., *coram
Bich. dec.*402. *utrobique n.*1., *in rec dec.*79.
2 *n.*3., & *dec.*117. *n.*12. *p.*5. Ita concedenda
venit manutentio præfatis ſororibus, quarum
favore tranſlata fuit dominii directi poſſeſſio,
mediante inveſtitura cum clauſula *ad haben-
dum, & conſtituens*; ex firmatis per *Rot.
dec.*333. *n.*1. *p.*9. *rec.*, & *in Foroſempronien.
manutentionis* 14. *Januarii* 1692. §. *Stetit,
confirmata* 12. *Maii ejuſdem anni cor. Rm̃o
D. meo Decano.*

Dominium Abbatiæ probant inſtrumenta
3 conceſſionum interpoliatis vicibus factarum,
tam avo, quàm patri Andreæ ultimi defun-
cti; de quibus in *ſumm. ſororum num.*1. *cum
ſeqq.* Quæ inſtrumenta licèt ad effectum de-
volutionis de per ſe ſola non ſufficerent, jun-
ctis tamen adminiculis, plenam conſtituunt
dominii probationem; *Rot. cor. Coccino di-
cta dec.*1873. *n.*5. & 6., *in rec. dec.*164. *nu*4.
*p.*6., & plenè *in Hortana ſylvarum* 10 *Mar-
tii* 1698. §. *Fortiùs cor. R.P.D. meo Muto.*

Ex adminiculis autem plura magis ſpecia-
4 lia, ſunt ſolutio longo tempore facta; *Spad.
conſ* 124. *n.*4, *Rot. cor. Bich. dec.*402. *n.*8., *cor.
Cerro dec.*235. *n.*2., *in rec. dec.*33. *n* 4. *p.*13.,
& *in d. Hortana ſylvarum* 10. *Martii* 1698.
5 §. *Non diſſimile*; ſecundò deſcriptio eorum-
dem bonorum facta in publico cataſtro Com-
munitatis ſub qualitate emphytheutica dictæ
Abbatiæ, quam ponderat *Adden. ad Buratt.
dec.*317. *n.*9., *Rot. cor. Seraphin. dec.* 1061.
*n.*5., *in rec. dec.*606. *n.*4. *p.*4. *tom.*3. Ac ter-
tiò, tandem, quod in tanto temporis curſu,
6 quo durarunt inveſtituræ, nemo unquam
comparuit, qui ſe hujuſmodi bonorum domi-
nium aſſeruerit; quod animadvertit *Rot. dec.*
100. *n.*5. *p.*1. *rec.*

Quæ omnia faciliùs procedunt; quia devo-
7 lutio non deducitur in pœnam, ſed ob li-
neam finitam, & ſic leviores ſufficiunt pro-
bationes; ex firmatis per *Rot. cor. Cavaler.
dec.*93. *n.*3., *cor. Dunozett. jun. dec.*741. *n.*6.,
*in rec. dec.*81. *n.*13. *p.*8., & *dec.*313. *n.*1., *cum*
8 *ſeqq. p.*9. Et fortiùs quia lis agitur contra ha-
bentem cauſam à primis inveſtitis; ideòque
ſat eſt probare inveſtituram eſſe finitam; ut
firmavit *Rota coram Coccino dicta dec.* 1873.
*n.*14.

Terminatio lineæ maſculinæ probatione
9 non indiget: dùm Andream auctorem Pa-
truum deceſſiſſe abſque filiis facilè ſuadetur ex
10 ipſa Patruum inſtitutione in hæredes, & aſſi-
ſtit juris præſumptio, niſi de contrario docea-
tur; ut dixit *Rota coram Dunozett. jun. dec.*
741. *n.*10., *cor. Bichio dec.*402. *n.*5., & plenè
in Romana immiſſionis 30. *Januarii præteriti*
§. *Sentientes cor. R.P.D. meo Anſaldo.*

Identitas denique bonorum ſatis probata
11 videtur, ex quo hodierna confinia conve-
niunt cum expreſſis in antiquis inveſtituris,
& Patres illorum poſſeſſores ſunt hæredes
Andreæ ultimi defuncti, ad quem bona de-
venerant ex ſucceſſione comprehenſorum; ut
optimè ponderat *dicta dec.*1873. *n. ult. coram
Coccino.*

Et ita, ſororibus dumtaxat informantibus,
Patribus verò, licèt ditè monitis, non compa-
rentibus, reſponſum fuit &c.

BONONIEN. PECUNIARIA.

Lunæ 3. *Julii* 1702.

ARGUMENTUM.

Quomodo cognoſcatur, an quis ſit Comitaten-
ſis? qui Bononiæ etiamſi minores, in Civita-
te, vel extra ſine ſolemnitatibus poſſunt ſe
validè obligare: quod idem accidit de nota-
riis. Fidejuſſio Bononiæ habet ſubintellectam
clauſulam *in ſolidum.*

SUMMARIUM.

1 *Natus accidentaliter aliundè ex patre alicu-
jus loci, qui ibidem plurimum ſuorum bo-
norum habet, ejuſdem loci originarius cen-
ſetur.*

2 *Adminicula ex quibus hoc probetur connu-
merantur.*

3 *Comitatenſes Bononiæ* 18. *annum exceden-
tes, à ſtatuto eximuntur à ſervandis ſo-
lemnitatibus in contractibus; juncto* n. 5.
& quare?

4 *Etiam ſi contractus ſit celebratus in Civitate;
nam ſtatutum ad perſonas dirigitur, &*
num. 7.

6 *Comitatenſes Bononiæ dicuntur ruſtici ſaga-
ces, & quadrati.*

8 *Statuti diſpoſitio non ita intelligi debet, quod
ſit fruſtratoria, & ſuperflua.*

9 *Notarius, qui publicam a lege fidem habet,
etiamſi minor, poteſt ſine ſolemnitatibus
contrahere.*

10 *Fidejuſſio inter mercatores Bononiæ habet
ſemper ſubintellectam clauſulam* in ſoli-
dum, *adeout non ſit locus excuſſioni.*

11 *Tametſi ex alia cauſa, & per apocam con-
trahatur obligatio.*

12 *Et tale ſtatutum ligat etiam non mercatores
in quocumque foro.*

DECISIO CCXXXV.

POſt geminas conformes ſententias alteram
à me latam, cùm eſſem A. C. Locumtenens,
& alteram ſacri hujus auditorii, præviis dua-
bus deciſionibus editis 14. Martii, & 13. Ju-
nii præcedentis anni coram R.P.D. meo Prio-
lo, declarantes fidejuſſionem à Petro Maria
Ghellio factam, intuitu Franchini, favore

Marchio-

MarchionisSpadæ in ſumma librarum 12343.
fuiſſe validam, commiſſa mihi per Signatu-
ram Juſtitiæ appellationis cauſa, cum clauſu-
la *Conſtito, quod ſit locus ſtatuto de duabus*,
dubium dedi commiſſioni conforme, ac reſ-
ponſum habui, *conſtare de duabus, & eſſe lo-
cum ſtatuto.*

Quidquid enim ſit, an Ghellius ortum ha-
buerit in Caſtro Butrii, ſeu potiùs in Civitate
Bononiæ; circa quod plura hinc indè cumu-
labantur; hoc unum ad cauſæ reſolutionem
ſatis eſſe viſum fuit; quod ipſius genitores eſ-
ſent Butrienſes, in dicto Caſtro totam retine-
1 rent familiam, ac majorem ſuorum bonorum
partem poſſiderent; ut indè Petrus Maria fi-
lius, tametſi accidentaliter alibi natus, reti-
neat patris originem; ut pluribus relatis au-
ctoritatibus firmatur in *dicta prima deciſione
R.P.D. mei Prioli* §. *Et quatenùs*, & *in ſe-
cunda* §. *Præmiſſa, & ſequen.*

Potiſſimè dum & ipſe Petrus Maria in præ-
2 fato Caſtro grammaticæ, & humanarum lit-
terarum ſtudiis incubuit, domum apertam
ibidem ſemper retinendo, perſonalia Comi-
tatus onera perſolvit, ſacramenta ſingulis an-
nis ſuſcepit, & ſingulis etiam annis in ſtatu
animarum fuit deſcriptus; undè probatum re-
manet, eum pro majori temporis parte per-
3 manſiſſe in Caſtro Butrii, ac propterea ſubin-
trat ea ſtatuti pars, per quam eximuntur à
ſervandis ſolemnitatibus omnes illi, qui pro
majori temporis parte in Comitatu morantur;
ut advertitur in *dicta prima deciſione R.P.D.
Prioli* §. *Sed quando*, & *in ſecunda* §. *Et ſe-
cundo.*

Non attenta replicatione, quod hujuſmo-
di ſtatutum locum habeat in contractibus ſti-
pulatis in Comitatu, non autem in Civitate
(qualis eſt iſte, de quo diſputatur) in qua
4 major forſan ſuſpicio fraudis præſumitur. Si-
quidem ſtatutum loquitur generaliter, & in-
diſtinctè, nec illius verba directa ſunt ad lo-
cum contractus; ſed ad perſonas: & eatenùs
5 Comitatenſes in decimo octavo ætatis anno
conſtituti habilitantur ad contrahendum ſi-
ne ſolemnitatibus; quatenùs in eis conſide-
ratur ſagacitas, pluſquam ſufficiens ad evi-
tandam deceptionem. Ac de facto Monte-
6 rentius ejuſdem ſtatuti Gloſſator Comitaten-
ſes appellat, ruſticos quadratos in §. *Adjun-
gentes verba* 18. *annorum*; ut refert *d. pri-
ma deciſio in* §. *ex facto in fine.* Quodque re
vera ſtatutum nullam prorsùs habuerit ratio-
7 nem; an contractus in Comitatu potiùs,
quàm in Civitate ſtipularetur; ſed ſolùm an
minor contrahens eſſet Comitatenſis, ſuadet
animadverſio, quod unuſquiſque contractu-
rus cum minore, ut evaderet ſolemnitates à
ſtatuto requiſitas, potuiſſet ſe ad Comitatum
8 transferre: quo caſu fruſtratoria, & ſuper-
flua remanſiſſet ſtatuti diſpoſitio circa ſolem-
nitates reſpectu perſonarum non Comitaten-
ſium; quod dici non debet, ex firmatis *coram
me in Romana, ſeu Savonen. ſucceſſionis* 4.
Decembris 1699. §. *Ultra quod.*

Quæ ſi procedunt in ſimplici Comitatenſi,
certò certiùs locum ſibi vindicare debent re-
ſpectu Petri Mariæ, in quo, præter hujuſ-
modi qualitatem de tempore contractæ obli-
gationis, concurrebat altera notariatus ab ip-
ſo publicè, & palam exerciti; undè nimis ab-
9 ſonum videtur; ut perſona publica, cui à le-
gibus publica fides commiſſa reperitur; de-
beat in ſuis negociis minor reputari; ut in
ſpecie animadvertit *Rota in alia Bononien.
pecuniaria* 16. *Maii* 1683. §. *Verùm cor. bo.
mem. Eloreæ*, confirmata 15. *Junii* 1685. §.
Nec etiam cor. bo. me. Rondanino, & firmat
poſtrema *deciſio R.P.D. mei Prioli* §. *Sed ul-
tra hæc.*

Stabilita ex præmiſſis validitate obligatio-
nis, nullius ponderis erat repetita exceptio
non factæ excuſſionis Franchini principalis
debitoris. Ut enim advertit *ſecunda deciſio*
10 *R.P.D. mei Prioli* §. *finali*, in contracti-
bus mercatorum intelligitur ſemper appoſita
clauſula *inſolidum*, ex ſtatuto fori mercato-
rum Bononiæ §. *E ſe in alcuna*: tametſi ex
11 alia cauſa, quàm mercaturæ, ac etiam per
apocam contracta fuerit obligatio; ut in *Rubr.*
22. §. *Ultimamente*, quodque tale ſtatutum
12 liget etiam non mercatores, in quocumque
foro, præter *Caſtald. conſult.* 236. *n.* 2 *cum
ſeqq. allegat. in dicta deciſione*, firmavit *Rot.
Bononien, diverſorum dec.* 226. *num.* 14., 15.,
& 16.

Et ita, utraque &c.

ROSSANEN. JURIS PROHIBENDI.

Lunæ 3. *Julii* 1702.

ARGUMENTUM.

Confraternitas ejuſdem nominis, & inſtituti po-
ſterior in eodem loco poteſt exercitio ab an-
tiquiore privari ex Clementis VIII. conſti-
tutione.

Adeſt in hac cauſa ſupra dec. 135.

SUMMARIUM.

1 *Confraternitas poſterius ſub eodem nomine, & inſtituto erecta in eodem loco jus non habet prohibendi antiquiori exercitium.*

2 *Sed ab antiquiori poſteriori prohiberi poteſt, ex Conſtitutione Clementis VIII.*

3 *De actis quæ non ſunt, non attenduntur.*

4 *Jurium ſerotina productio, poſt excuſſam cauſam, ſuſpicione non caret.*

5 *Quæ augeretur ſi accedat illorum inveriſimilitudo.*

6 *Præſertim ſint irrelevantia.*

7 *Erectio confraternitatis præjudicare non poteſt alteri ejuſdem nominis, & inſtituti, cui antecedenter eſt jus quæſitum.*

DECISIO CCXXXVI.

JUdicialis controverſia ſuper exercitio pio-
rum operum in ſuffragium defunctorum ex-
orta inter confraternitatem Purgatorii, &
& alteram nuncupatam Refrigerii, utram-
que erectam in Terra Coriolani, per geminas

ſententias

ſententias extra noſtrum Tribunal deſinita
favore Refrigerii, parem quoque ſortita fuit
exitum in noſtro Auditorio: dum in audien-
tia diei 22. Martii 1700. diſputato coram me
dubio -- An ad inſtantiam Confraternita-
tis Purgatorii ſit prohibendum Confraterni-
tati Refrigerii jus, ſivè exercitium Confra-
ternitatis -- negativa prodiit reſolutio, eo
ſub fundamento; quod illa Refrigerii anti-
quior eſſet altera Purgatorii: proindeque
conſtitutio ſa.me.Clementis VIII. prohibens
duplicitatem Confraternitatum, ſub eodem
nomine, & inſtituto, adverſaretur potius
dictæ Confraternitati Purgatorii prohibere
contendenti, utpote quia poſteriùs erectæ;
ut firmat *mea præcedens Deciſio §. Cum
enim, & ſeqq.*

In ſequelam hujuſce reſolutionis eadem
confraternitas Refrigerii actricis partes aſſu-
mens in hodierna audientia, petiit nedum
confirmari deciſionem, quoad reſoluta: ve-
rum etiam prohiberi exercitium confraterni-
tati Purgatorii, & obtinuit: dum Sacra Ro-
ta conſulta ſub dubio -- *An eſſet ſtandum in
deciſis, itaùt ſit prohibendum exercitium
Confraternitati Purgatorii* -- *in omnibus af-
firmativè* reſpondit.

Poſito enim, quod ex actibus in deciſio-
ne, quæ revidetur, ponderatis, conſtet,
Confraternitatem Refrigerii erectam fuiſſe
1 præcedenter ad illam Purgatorii: jam indè
aſſequimur, quod nedùm illa poſterior jus
activum prohibendi non habet, juxtà firma-
mata in eadem deciſione; ſed è converſo
pati debet ab anteriori ſibi exercitium prohi-
2 beri, ob reſiſtentiam præfatæ conſtitutionis
ſa. me. Clementis VIII. *la* 115. *in ordine
Bullario novo tom.*3.: quam, præter addu-
ctos in *dicta deciſione* §. *Cùm enim*, referunt,
& ſequuntur *Navar. in Lucer.regular.Ver-
bo Confraternitas, Lerzan in Summ.in quæſt.
Regular. part. 2. cap* 15. *num.*49., *Franceſ.
de Eccleſ.Cathedr.cap.*25.*num.* 243., *& ſeqq.
Pilaja dec. Pontific. lib.*2.*dec.*5. *num.* 3. *verſ.
Nam plures*, *Rot. dec.*481. *num.* 3. *par.*14.
recen.

Quin ad evadendum præfatæ conſtitutio-
nis obſtaculum, urgeret exceptio aliàs ex
parte confraternitatis Purgatorii adducta in
memoriali pro nova audientia: quod nempè
illius erectio tametſi demandata, & conceſſa
appareat ſub die 12. Novembris 1646.; atta-
men ex ſupplici libello porrecto per Præpo-
ſitum eccleſiæ S. Petri poſtulata, & decreta
legatur die 15. Octobris 1641. ſub invoca-
tione S. Mariæ de Suffragio Animarum Pur-
gatorii: proindeque anterior ſit illi Refrigerii
3 erectæ anno 1643.: tùm quia ſupplex libellus
anni 1641. non eſt de actis; ignoratur an ſit
authenticus; ejuſque ſerotina productio,
4 poſt diſcuſſam tàm longo tempore controver-
ſiam maximam præbet ſuſpicionem; *ad Text.
in l. ſi quis* 6. §. *primo ff. de pænis*, *Rot. dec.*59.
*num.*9. *part.*13. *rec.*, *& in Melphiten. Capel-
laniæ* 17. *Junii* 1699. §. *Replicatione coram
R. P. D. meo Mato*. Potiſſimum dum in no-
vo libello anni 1646., cujus vigore conceſſa
legitur facultas erigendi; nulla fit mentio
præcedentis; prout facta fuiſſet ad effectum
ſumendi anterioritatem, & evitandi pericu-
lum ſuppreſſionis ob ſuperventam, medio
tempore, erectionem confraternitatis Refri-
5 gerii: adeoùt, ſtante inveriſimilitudine,
tanto magis augeatur ſuſpicio; *per Text. in
Cap. inter dilectos de fide Inſtrumento*, &
dixit *Rot.dec.*6. *num.*6. *cum ſeqq. part.*13 *rec.*
Tum etiam quia libellus anni 1641. loquitur
de erectione Societatis ſub invocatione
6 S. Mariæ de Suffragio: & propterea, quate-
nùs etiam ille foret in forma probanti, pro-
deſſe non poſſet confraternitati Purgatorii;
cujus erectio dicto anno 1646. petita, & ob-
7 tenta fuit ſub nomine ſocietatis Suffragii
S. Petri, poſt Jus quæſitum favore confrater-
nitatis Refrigerii ex intermedia erectione,
cui præjudicari non valet; juxta firmata per
*Rot. coram Bichio dec.*660. *num.*9. *cum duo-
bus ſeqq.*

Et ità, Altra &c.

ILLERDEN. VIGESIMÆ, SEU SALARII.

Veneris 24. *Novembris* 1702.

ARGUMENTUM.

Diſputatur quando ex vigeſima aſſignata Capi-
tulo loco ſalarii antea ſoliti pro ſuperinten-
dentia adminiſtrationis, in qua principale
habet intereſſe, & de qua rationem
reddit Epiſcopo; debeatur eidem integra, &
pro aliis inferioribus miniſtris, à quibus Ca-
pitulum rationes exigit, alia ſint detrahen-
da ſalaria aliunde, vel potius ex dicta vige-
ſima, adeoùt una, vel plures adminiſtratio-
nes cenſeantur; potiſſimùm ſtante longa con-
ſuetudine, cujus ſcientia in intereſſe haben-
tibus præſumitur, quin ex eorum informibus
atteſtationibus contundatur.

SUMMARIUM.

1 *Salarium debetur pro ſuperintendentia, &
ſi illius loco ſit conſtituta vigeſima reddi-
tuum, pariter debetur.*

2 *Vigeſima redditum ſufficit pro licita dicti
ſalarii exactione.*

3 *Salarium & ſuperintendentibus, & debetur
quoque Procuratoribus, aliiſque inferio-
ribus miniſtris.*

4 *Mercenarius dignus eſt mercede ſua*, &
num. ſeq.

6 *Salarium aſſignatum pro adminiſtratione, ſi
pro omnibus aſſignatum ſit, quæ ſub admini-
ſtratione cadunt ſuperintendentes cum illo
alios miniſtros dimittere tenentur.*

7 *Salarium duplex pro una eademque admini-
ſtratione non debetur.*

8 *Vigeſima, quæ ſucceſſit loco ſalarii, quod
tantum ſuperintendentibus debebatur; illis
tan-*

tantum abſque onere cum eo ſolvendi inferiores miniſtros, debetur.

9 *Potiſſimè ſi ſeparatè mentio fiat de his ſuperintendentibus, & de aliis in decreto applicationis talis vigeſimæ.*

10 *Et ſaparata cauſa talis aſſignationis ibidem afferatur.*

11 *Et diverſus & incompatibilis modus perceptionis offeratur.*

12 *Adminiſtratio non dicitur unica cum plures procuratores diverſis diſparatis negociis incumbunt.*

13 *Salaria tot eſſe debent, quot ſunt adminiſtrationes.*

14 *Adminiſtratio unica ſupponitur cum inferiores miniſtri à Capitulo deputantur, quod epiſcopo de adminiſtratis rationem reddit.*

15 *Habens principale intereſſe in adminiſtratione incongruum non eſt miniſtros inferiores deputare, & de adminiſtratis rationem reddero,*

16 *Et tunc diſtincta merces pro adminiſtratione ſuperiori debetur.*

17 *Et etiam pro miniſtris inferioribus.*

18 *Vigeſima ſurrogata loco ſalarii pro ſuperiore adminiſtratione debita, ſi illud ſuperet non integra debetur.*

19 *Secus ſi ſit adaucta ad proportionem laborum adauctorum.*

20 *Recognitio major magis laboranti debetur,*

21 *Merces commenſuratur, habita ratione perſonæ, & miniſterii.*

22 *Merces pro alicujus labore ad ejus commodum decreta, alteri non eſt diſtribuenda.*

23 *Merces duplex altera ſuperintendenti, altera miniſtris inferioribus debetur, ſi talis adſit antiqua conſuetudo.*

24 *Conſuetudo totum operatur in hac materia ſalarii.*

25 *Conſuetudinis ſcientia ſupponitur in intereſſe habentibus; ſi plures actus cum eorum procuratoribus intervenerint.*

26 *Atteſtationes informes, & lite pendente extortæ non attenduntur.*

27 *Et præſertim ſi ſint emiſſæ ad proprium commodum.*

28 *Fortius ſi contrarium ex ſcripturis comprobetur.*

DECISIO CCXXXVII.

PRæeminentialem, ac Superiorem adminiſtrationem redditTuum, & bonorum Eccleſiæ Cathedralis Illerden., quam Capitulum exercere conſueverat, curarunt ab antiquiſſimo tempore illius Canonici inter ſe dividere, & unicuique ipſorum certa cura, certaque ſuperintendentia diſtributis, mercedes, & ſalarium ex ſingularium adminiſtrationum redditibus aſſignarunt, præter aliud, quod à procuratoribus, aliiſque miniſtris ſubalternis, exactioni, ac materiali adminiſtrationi incumbentibus, in reviſione computorum retinebatur.

Verum quia excreſcente in dies officiorum numero vix poterant Canonici illa adimplere, & quoad plus eſt, irrepſerat rumor, quod ferè integra maſſa à ſalariorum quantitate abſorberetur: Idcircò bo. me. Epiſcopus Virgilius in viſitatione anni 1015., cuicumque præjudicio occurrendo, particulari decreto ſancivit: quod officia inter canonicos dividenda numerum viginti quinque non excederent; & in poſterum, loco ſalarii, & mercedis, quæ à ſingulis adminiſtrationibus deducebatur, vigeſimam partem reddituum, & fructuum eiſdem Canonicis aſſignari mandavit.

Cùm autem ultrà vigeſimam continuaretur etiam detractio ſalarii ex maſſa communi pro inferioribus Procuratoribus, aliiſque miniſtris ſubalternis, ratione eorum materialis adminiſtrationis: hinc beneficiati, & portionarii cum aliis reſidentibus in eccleſia, prætendentes hujuſmodi emolumentum eſſe perſolvendum ex ipſa vigeſima, ne in eorum præjudicium, & priorum operum maſſa communis, ultra quam par eſſet, minueretur; poſt excitatam in partibus prætenſionem, mihi cauſam committi curarunt: quamobrem ſub die 31. Martii proximè præteriti diſceptandum propoſui -- *An liceat Capitulo, & Canonicis, ultra vigeſimam, quam percipiunt ex adminiſtrationibus reddituum, anniverſariorum, & diſtributionum quotidianarum, aſſignare ſalaria procuratoribus, ſeu exactoribus dd. adminiſtrationum* -- Sed cùm nulla tunc capta fuiſſet reſolutio, demandatumque ſolum, quod coadiuvarentur probationes, reaſſumpta hodiè illius diſputatione, & novis exhibitis juribus -- *licere* -- DD. reſponderunt.

Poſita enim ab initio duplici, & diſtincta adminiſtratione in diverſis perſonis, altera ſcilicèt præeminentiali penès capitulum, altera inferiori, & mechanica penès alios miniſtros ſubalternos, cum aſſignatione duplicis reſpectivè ſalarii: dùm anno 1615. Epiſcopus Virgilius, reducendo Canonicorum officia, & adminiſtrationes, ſalaria quoque reformavit, conſtituendo vigeſimam partem fructuum pro eorum mercede; ſine ulla expreſſione inferioris adminiſtrationis, ejuſque ſalarii; exindè ſequitur: quod, ſicuti ſublata quacumque rigoroſa Juris cenſura
1 prohibente, ne quidquam exigatur pro ſuperintendentia, & principali adminiſtratione, Canonicis negari nequit continuatio in perceptione integræ vigeſimæ ſubrogatæ in locum ſalarii, quod, ex antiqua conſuetudi-
2 ne, præſtari ſolebat; quam pro licita exactione ad hunc effectum ſufficere probant *Cabal. conſ. 40. verſ. ex conſuetudine tom. 2., Menoch. conſult. 228. num. 5., & ſeqq. num. 5., & ſeqq., Guttier. de Tutel. part. 3. cap. 2. num. 16. Munoz. de ratiocin. cap. 28. num. 2., & ſeqq., Zacch. de Salar. cap. 87. num. 29.*
3 Ità, & pariter alterum debeatur procuratoribus, aliiſque Miniſtris inferioribus, quorum reſpectu, cùm nihil fuerit in dicto decreto innovatum, intactâ remanet non ſolum
4 antiqua conſuetudo; ſedetiam clara juris diſpo-

ſpoſitio, per quam mercenarius dignus eſt
mercede ſua; ut per *Text. in cap. quacumque 12.queſt. 2.* firmavit *Rota in rec.dec.389.
num.8. part. 18.*, & de ſimili ſalario debito
5 miniſtris Inferioribus reſponſum fuit in *Gerunden. anniverſariorum de anno* 1695. *coram bo. me. Emerix impreſſa inter ejus deciſiones la* 1255. *num.1., & 2., & 17. Junii
1697. §. Prætereundo autem coram R. P. D.
meo de la Tremoille.*

Nec ſubſiſtit, quod, ex tenore dicti decreti, portio aſſignata Capitulo deſervire debeat in præmium totalis, & integræ adminiſtrationis omnium bonorum, & reddituum,
principalis nempè, & inferioris: tùm quia
6 in rubrica decreti enunciatur ſimpliciter,
ſalarium Capituli: tùm etiam ex quo in proæmin verba directa ſunt ad gubernium anniverſariorum, diſtributionum, operis eleemoſynæ, & aliorum quorumcumque jurium,
& reddituum, quæ cadunt ſub cura Canonicorum; quod & iterum in parte diſpoſitiva,
in qua ſermo eſt de aſſignatinne vigeſimæ,
repetitum legitur. Itaùt prnindè teneatur
Capitulum ex dicta vigeſima ſibi aſſignata detrahere mercedem pro Inferioribus miniſtris,
nnn autem ex Maſſa communi: ne prò una,
7 eademque adminiſtratione duplex exigatur
ſalarium; quod in jure repugnat; ex traditis
per Rotam coram Arguelles deciſ.59. num.8.

Quoniam DD. eodem decreto in omnibus
ſui partibus accuratè perpenſo objectum ex
lectura corruere cenſuerunt: In illo enim
fuerunt ſimpliciter reſnrmatæ, & diminutæ
adminiſtrationes officiorum, & vigeſima
ſuffecta in locum emolumenti, quod iiſdem
Canonicis antiquitùs perſolvebatur ibi -- *loco
ſalariorum & mercedis, quæ à ſingulis adminiſtratoribus deducebantur & à procuratoribus ſolvebantur, habeant capitulum, &
Canonici ſingulis annis, certam partem redditnum* -- Quapropter dum illa officia erant
omninò diſtincta ab adminiſtratione beneficiatnrum, & ſingulis debeantur ſeparata, &
diverſa ſtipendia: ideoque Canonici nullam
patiebantur diminutinnem pro illis, quæ
Procuratnribus inferioribus erant debita;
ſequitur, quod idem practicari debeat reſpe-
8 ctu vigeſimæ, quæ, utpotè in locum antiquæ
mercedis ſubrogata, abſque diminutione
perſolvi, eodemque Jure regulari debet;
*Natt. conſ. 346. num. 3. Gratian. cap. 719.
num.2., Rota poſt Zacch. de obligat. Camer.
dec. 232. num. 14., & in rec. dec. 469. n.12.
part., & dec.447. num.1. part. 14.*

Idque etiam clarius convincitur, ex quo
in pluribus decreti partibus fit mentio utriuſque adminiſtrationis; In principin enim dicitur, principalem adminiſtrationem ſpectare ad Capitulum, & Canonicos: deinde in
§. *Et attento*, enunciatur, quod ratinne
laborum, qui graviſſimi ſunt, multipliceſque curas, & ſollicitudines ſecumferunt in
adminiſtratinne juriſdictinnis temporalis incorum, & in acquiſitione, & defenſione
jurium, reddituum, & fructuum, liceat in
futurum Canonicis vigeſimam conſequi, &
9 pro ſalario exigere. E converſo autem, ubi
habetur ſermo adminiſtrationis nominantur
procuratores, & alii miniſtri, quorum munus eſſe dicitur jura, & redditus exigere, &
onera cujuslibet perſolvere Undè eruitur
10 nimis aperta diſparitas inter utramque adminiſtrationem, & conſtitutionem ſalarii:
maximè quia ubi agitur de Canonicis exprimitur, quod de illorum mandato merces eis
11 debita immittebatur in maſſa communi,
quod utique verificari non poteſt reſpectu
adminiſtrationis ſubalternæ procuratorum,
qui in dicta maſſa non immittebant propria
ſalaria: ſed illa jure proprio penes ſe retinebant.

In his enim terminis non applicatur objectum, quod pro unica adminiſtratione duplex ſolveretur ſalarium: Non poteſt enim
12 unica dici adminiſtratio, dum dd. procuratores non ſe ingerunt in gubernio, quod gerunt
Canonici: ſed diverſis negociis incumbunt,
exactionibus nempè, aliiſque muneribus omninò diſparatis. Unde intrat contraria regula, ut quot ſunt adminiſtrationes tot diſtin-
13 cta eſſe debeant ſalaria; *Gaill. lib. 1. obſervat. 44. num. 8. Zacch. de Salar. queſt. 11.
num.8., & ſeqq., Rot. dec.354. num. 4., &
ſeq. part.1., & dec. 450. num. 25. part. 5.,
& dec.10. num.13. part.6. rec.*

Non obſtante, quod præfati miniſtri de-
14 putentur à Capitulo, & ab eo de illorum
geſtis, & adminiſtratis ratio reddatur Epiſcopo ut deciſum fuit *cor. Coccin. dec.625. &
dec.98. cor. Ubald.* Etenim incongruum non eſt,
quod Capitulum habens principale intereſſe,
15 & ſuperioritatem in adminiſtratione deputare valeat miniſtros ſubalternos, rationemque reddat de adminiſtratis ab illis; & ad rem
fuit dictum, *in Romana Cenſuum 3. Julii
1702. §. Certus coram Rm̃o D. meo Decano*,
16 & nihilominus non ſolum pro adminiſtratinne principali, & ſuperiori diſtincta merces
adminiſtratori deputanti debeatur; *per Text.
in l. cum pluries §. Cum Tutor ff. de adminiſtrat. Tutor., Roman. conſ. 425. ſub num. 1.
verſ.3., Galganet. de Tutor. lib.2. tit. 7.n.1.,
Zacch. de ſalar. queſt. 3. num. 20. 26., &
ſeqq.*: Sed etiam aliis miniſtris inferioribus
17 ſic deputatis alterum ſalarium ex bonis adminiſtratis conſtituatur; ut, pluribus relatis
probat *Menoch. conſ 228. num 26., Altograd. conſ.57. num. 11. tom.2., Cyriac. controv. forenſ. 503. num.22., & ſeqq., Zacch.
de Salar. quæſt. 11. num. 29., & Rot. poſt
eumdem dec.6. num.5., & ſeqq., & in rec.
dec.10. num.13 part.16.*

Abſquè eo quod dici valeat exceſſiva conſtitutio Salarii Canonicorum in vigeſima par-
18 te fructuum, quaſi hæc ſuperet illam quantitatem, quæ antè decretum illis ſolvebatur:
& propterea in omnem caſum ipſa vigeſima
dividenda foret ad commodum etiàm Beneficiatorum. Quo enim ad exceſſum ſatisfecit
reſponſio, quod ſi de tempore editi decreti, quo maſſa capitularis erat longè minor
agno-

agnovit Epiſcopus graviſſimos fuiſſe labores
Cannonicorum; & eorum intuitu illis aſſigna-
vit vigeſimam partem fructuum; utique cum
ex poſt majores ſint labores ob notabilem ex-
creſcentiam reddituum; dici non poteſt ex-
19 ceſſiva vigeſima portio, quæ proportiona-
biliter ad augumentum laborum, & fructuum
adaucta fuit; *l. Scio in princ. ff. de damn.
leg.*, *Zacch. de Salar. queſt.*10. *num.* 6., *&*
47., *& queſt.*52. *num.*52. *Rot. dec.*354. *n.*4.
20 *part.*1. *rec.*, ubi quod magis laboranti ma-
21 jor recognitio debetur; & regulare eſt,
quod in commenſuranda mercede potiſſima
ratio habenda eſt qualitatis perſonæ, & mi-
niſterii; ad tradita *coram Coccin. deciſ.*416.
*num.*1., *& coram Carill. dec.*151. *num.* 6.;
& coram Peutinger. dec. 191. *num.* 2., nec
22 ideò venit participanda aliis miniſtris, &
Beneficiatis, cum fuerit aſſignata prò particu-
lari labore Capituli, & in illius tantum com-
modum in dicto decreto præſcripta legatur.

Cæterum viſa eſt ceſſare quælibet difficul-
tas; quia non ſolùm ex juribus in prima pro-
poſitione exhibitis; ſed & melius ex aliis
hodiè noviter adductis, conſtat de antiquiſ-
ſima conſuetudine illius Eccleſiæ retinendi
23 duplicem adminiſtratorem; & utrique di-
ſtinctum, & particulare ſalarium perſolven-
di. Eam enim vigere ab anno 1542. teſta-
tur Epiſcopus Virgilus in ſuo decreto; &
comprobant alii actus redditionum rationum
qui fuerunt expleti de anno 1609.: & ſic
ante editum decretum, continuati immedia-
tè poſt illud, videlicèt anno 1616.: & dein-
de citrà, uſque ad hodierna tempore, in
quibus miniſtri ſubalterni ſemper diſtribue-
runt vigeſimam Canonicis, & pro ſe aliam
quantitatem, ratione propriæ adminiſtratio-
nis, retinuerunt. In hac enim materia to-
24 tum operatur conſuetudo, ut, præter al-
legatos, tradunt *Cyriac. controv.*103 *nu* 48.
*Zacch. de Salar. queſt.*87. *num.*29., *& queſt.*
102. *num.*18., *Rota cor. Pentinger. dec.*191.
*num.*1., *& in rec. dec.*10. *num.* 15. *part.*6.

Inuihilo relevante, quod prædicti actus
non juſtificentur effectuati cum ſcientia, &
patientia Beneficiatorum: quinimò obſer-
vantia excludatur ex depoſitionibus duorum
ſacerdotum de numero Beneficiorum, qui
tanquam deputati à Reverendiſſimo Epiſco-
po in præſenti viſitatione ad revidendum
computa anniverſariorum, teſtantur nun-
quam fuiſſe illa ſolidata poſt decretum anni
1615.: ipſoſque in præfata computorum
redditione noluiſſe quidquam bonificari prò
adminiſtrationibus inferioribus, cum quibus
concordant duo Campſores, qui ſupponunt
ipſos quoque adhibitos fuiſſe in reviſione
prædicta.

Quo enim ad ſcientiam, hæc pro certa
ſupponenda venit in Beneficiatis: nam quo-
ties actus prædicti ſolidationis computorum
expleti fuerunt cum Procuratoribus, qui erant
de illorum gremio, illique reportarunt quie-
tantia à Capitulo inveriſimile eſt, quod iidem
actus ad notitiam aliorum Beneficiatorum
non pervenerint, juncta etiam pluralitate
25 ipſorum actuum; ex qua ſcientia quoad in-
tereſſe habentes omninò præſumitur; ut fir-
mavit *Rota in Calaguritana Beneficii* 4.
Julii 1681. §. *Minus ſuffragari coram bo.
me. Rondanino*, *& in Eſina cenſus* 18. *Apri-
lis* 1695. §. *Non relevante coram R. P. D.
meo Priolo*, *& in Urgellen. Servitutum* 13.
Junii 1698. §. *Neque ad hunc coram bo. me.
Urſino*. Quo vero ad contrarias atteſtatio-
nes adverterunt DD., nullam de eis haben-
26 dam eſſe rationem, quia præterquam ſunt
in forma, & lite pendente extortæ, fue-
runt etiam emiſſæ à Beneficiatis, qui ad te-
27 ſtificandum, in proprium commodum non
admittuntur, *ad Text. in Cap. tuas*, *& cap.
nuper de Teſtibus*, *Rot. dec.*26 *num.*16. *cor.
Coccin.*, *& in rec. dec.* 220. *num.*17. *par.*17.,
& in Dertuſen. Juriſdictionis 18. *Junii*
1696. §. *Ex his coram R. P. D. meo Pio*.
Tantoque minus, quia habent contra ſe ve-
ritatem facti ex ſcripturis comprobatam; ut
monet *Rota in una Calaguritana Decima-
rum S. Petri Manrique* 14. *Aprilis* 1698.
§. *Rurſus coram Illuſtriſſimo D. Magno Can-
cellario Mediolanen.*

Et ità, utrâque &c.

SEGOBIEN. CANONICATUS SUPER ATTENTATUS.

Mercurii 6. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Acta facta poſt interpoſitam appellationem, ſunt nulla, & poſſeſſio Beneficii attentatè capta circumſcribitur appoſito Æconomo.

SUMMARIUM.

1 *Decretum, & omnia indè ſequuta, poſt interpoſitam appellationem ad partis notitiam inſuper deductam ſunt attentata.*

2 *Capitulum, quod habet turnum cum Epiſcopo in collationibus dicitur ibidem habere principale intereſſe.*

3 *Acta facta ſine citatione illius, qui habet principale intereſſe, ſunt nulla.*

4 *Appellatione ad Sanctiſſimum pendente nequit aliquid ſine attentatorum incurſu innovari.*

5 *Etiam ſi appellatio ſit admiſſa in devolutivo; cum cauſa eſt de ſui natura appellabilis.*

6 *Cauſa eſt appellabilis cum agitur individualiter ſuper inſtitutione, collatione, & poſſeſſione canonicatus.*

7 *Judex à quo appellationem concedere nequit in cauſa inappellabili.*

8 *Neque cauſam appellabilem, ob rejectionem appellationis, reddere poteſt inappellabilem.*

9 *Exequutioni mandati cum pars conſenſum dederit, non obſtante, quod cauſa ſit appellabilis, valet.*

10 *Secus ſi conſenſus metu mandati, & cum expreſſa proteſtatione contraria ſit præſtitus.*

11 *Pro-*

11 *Proteſtatio præſervat intacta jura.*
12 *Clauſula* -- de appellatione -- *in cauſa appellabili retrotrahitur ad diem, latæ ſententiæ, in quo appellatio ſuſpenſiva conceſſa cenſetur, adeoùt omnia poſteà ſequuta attentata reddantur.*
13 *Poſſeſſio beneficii nulliter, & attentatè capta circumſcribitur appoſito ſequeſtro.*
14 *Attentans gaudere nequit commodo vitioſæ poſſeſſionis.*

DECISIO CCXXXVIII.

Contendentibus Reverendiſſimo Epiſcopo Segobien., & Capitulo illius Cathedralis ſuper collatione Canonicatus tunc vacantia, vigore alternativæ, inter ipſoa vigentis, auctoritate Apoſtolica comprobatæ; idem Epiſcopus, ſub fundamento, quod in hac vacatione ſibi Jus providendi competeret, ex quo ab illius anteceſſore turnus conſumptus non fuiſſet; ut prætendebat Capitulum, eumdem Canonicatum contulit ex abrupto favore Hyacinthi Ballador ſub die 16. Februarii 1701., &, non attenta appellatione interpoſita per Capitulum, die 23. ejuſdem menſis Procurator Fiſcalis, cui ulterius fuerat præſentata appellatio prædicta, tamquam procurator proviſi obtinuit à viſitatore generali in executorem deputato ab Epiſcopo, decretum ſuper inſtitutione, & immiſſione reſpectivè in poſſeſſionem Canonicatus, quam etiam proviſus apprehendere curavit per ingreſſum Eccleſiæ, & tactum januæ capitularis, & chori.

Verùm à decreto prædicto, aliiſque omnibus, ut ſupra geſtis provocante Capitulo ad Reverendiſſimum Hiſpaniarum Nuncium, cum iſte die 3. Junii Anni præteriti decreviſſet, quod collatio facta per Reverendiſſimum Epiſcopum ex integro exequutioni demandaretur, novaque appræhenderetur poſſeſſio: mox idem Capitulum ad Sanctiſſimum denuò appellationem interpoſuit; qua etiam poſthabita Hyacinthus mandatum expedivit; & ſucceſſivè inſtetit admitti ad Canonicatus poſſeſſionem, quæ à capitularibus denegata non fuit, cum expreſſa tamen proteſtatione, quod metu mandati, & ſinè præjudicio appellationis interpoſitæ permiſſa cenſeretur: Modo autem cum ex reſcripto Signaturę Juſtitiæ cauſa mihi cum clauſula *de appellatione* ſimpliciter commiſſa reperiretur; dubium propoſui -- *An conſtet de attentatis, itaùt veniant purganda* -- Illudque hodiè *affirmativè* reſolutum fuit.

Attentata enim ex duplici capite Dominis ſatis probata viſa fuerunt: Et primo ex decreto Viſitatoris Generalis, aliiſque actibus in ejus exequutionem geſtis, quæ omnia cum fieri non poſſent poſt appellationem præcedenter interpoſitam, ad notitiam etiam Procuratoris Fiſcalis deductam, manifeſto vitio attentatorum ſubjacent; *Cap. non ſolum de appellat. in 6. Lancellott. de Attentat. quæſt. 2. cap. 4. n. 664., Rota cor. ſa. me. Alexan. VIII. dec. 66. num. 4., & in rec. dec. 219. num. 2., & ſeq. part. 9., & in Romana Immiſſionis, ſeù Attentatorum 16. Junii 1692. §. Ratio reſolutionis coram R. P. D. meo Muto.*

Quinimò attentatorum vitio, quo laborat præfatum Viſitatoris decretum, jungitur, & alterum nullitatis ex defectu citationis;
2 Cùm enim Capitulum eſſet legitimus contradictor, & haberet principale intereſſe ſuper
3 Jure conferendi, ratione Turni, eo non citato, non poterat coram dicto Judice quidquam innovari; ut etiam Judex ſubſequutæ Inſtantiæ quodammodò declaravit, demandando ex integro executionem collationis Reverendiſſimi Epiſcopi; ideoque quid quid geſtum fuit irritum ipſo jure remanſit; *Cap. final. de elect. in 6., Card. de Luca de Benefic. Diſc. 55. num. 9. Rota coram Cavaler. dec. 48. num. 2., & 4. coram Coccin. dec. 764. num. 1., & coram Bichio dec 44. num. 2., & in rec. dec. 169. num. 2. part. 17.*

Secundo verò graviora inſurgunt attentata, ex poſſeſſione capta per Hyacinthum poſt decretum Reverendiſſimi Nuncii; à quo cum immediatè per Capitulum interpoſita fuiſſet appellatio ad Sanctiſſimum, nequibat inte-
4 rim proviſus, illa pendente, ad actum prædictum devenire *ex ſupra allegatis*; Non relevante, quod appellatio à decreto prædicto
5 fuiſſet admiſſa in devolutivo tantum, & non retardata exequutione; quia cum cauſa eſſet de ſui natura appellabilis, dum agebatur judi-
6 cialiter ſuper inſtitutione, collatione, & poſſeſſione Canonicatus; *Vivian de Iurepatr. part. 2. lib. 11. cap. 9. num. 10., Rota coram Penia dec. 542. num. 3.* Sicut non erat in fa-
7 cultate Judicis à quo appellationem concedere, quando cauſa appellabilis non fuiſſet, ita non poterat in præjudicium Capituli colli-
8 tigantis per rejectionem appellationis reddere cauſam inappellabilem; ut probat *Gabr. conſ. 34. num. 5., & ſeq. lib. 3., Ridolphin. in praxi part. 1. Cap. 13. num. 251., Card. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 37. num. 67., Adden. ad Buratt. dec. 556. num. 16.*

Abſque eo quod replicari valeat, quod Capitulum conſenſum dedit executioni man-
9 dati à Reverendiſſimo Nuncio relaxati, cujus vigore potuerit indè proviſus poſſeſſionem apprehendere. Cùm enim illa metu manda-
10 ti, & cum expreſſa proteſtatione, quod appellationi interpoſitæ præjudicatum non cenſeretur, permiſſa fuiſſet, omnia, & ſingula jura Capitulo in vim præcedentis appel-
11 lationis competentia intacta penitus, & præſervata remanſerunt; ad notata *per Poſth. de manut. obſervat. 3. num. 46., Rot. dec. 114. num. 1. part. 14. rec., & in Bononien. Fideicommiſſi de Bavoſiis 9. Januari 1699. §. Quibus poſitis coram Rm̃o D. meo Decano.*

Ultrà quod ceſſare viſa fuit quælibet diffi-
12 cultas ex tenore commiſſionis mihi directæ cum clauſula *de appellationis*; Iſta enim, quoties agitur de cauſa de ſui natura appellabili, retrotrahitur ad diem ſententiæ, & operatur idem, ac ſi appellatio fuiſſet ipſa prima die in ſuſpenſivo admiſſa, & omnia, quæ intrà

ter-

terminum ad appellandum, & poſt ipſam appellationem expleta fuerunt, attentata redduntur; *Lancellott.de attentatis appellat. pend. ampliat.* 14 *num.*1., *Rota coram Celſo dec.*43. *num.*3., *& coram ſan. me Alexandr. VIII. dicta dec.* 66. *num.*6. *in rec. deciſ.* 123. *num.*2. *part.* 8., *dec.* 293. *num.* 11. *part.* 9., *dec.* 151. *num.* 11. *part.* 17., *& in Romana prætenſorum attentatorum* 8. *Februarii* 1697. §. *Non obſtante coram R.P.D. meo Muto*.

Cùm igitur de attentatis, & nullitate, ex prædictis, dubitari non poſſit; cenſuerunt
13 Domini pro illorum purgatione circumſcribendam eſſe poſſeſſionem Canonicatus, & apponendum eſſe ſequeſtrum ſuper illius fru-
14 ctibus; ne attentans gaudere valeat commodo ſuæ vitioſæ poſſeſſionis; ut de ſtylo ſervari ſolet; de quo *Rota dicta dec.* 66. *n.*11. *& ſeqq. coram ſa. me. Alexand. VIII., dec.*88. *num.*1. *coram Emerix ſen.*, *& in rec. dec.*219. *num.*1 *part.*9.

Et ita per contradictas reſponſum fuit.

PAMPILONEN. PRÆEMINENTIARUM.

Lunæ 11. *Decembris* 1702.

ARGUMENTUM.

Præcedentia retinendi ſcamnum à laicis nobilibus in gradibus capellæ majoris, aliaque in Eccleſia honorifica habendi quomodò rituali Romano, Clementis VIII. conſtitutioni, ſacerdotalique decori non adverſentur, & ex poſſeſſione comprobentur: præſertim in Regno Navarræ in decorem præcipuè nobilis familiæ Garziæ, de qua hic agitur.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ ſunt conformes cum una alteram confirmat*.
2 *Familiæ Garziæ in regno Navarræ commendatur nobilitas*.
3 *Poſſeſſio antiqua Palatii alicujus loci quomodo in regno Navarræ nobilitatem arguat*.
4 *Familiæ qualificatæ, & nobiliori præ ceteris debetur præeminentia in proceſſionibus; aliiſque functionibus intra, & extra Eccleſiam*.
5 *Dignior in quolibet actu omnimodam præcedentiam de jure habet*.
6 *Potiſſimè ſi habet immemorabilem poſſeſſionem, etiam retinendi ſcamnum in gradibus capellæ majoris, & num.* 8.
7 *Immemorabilis ex teſtibus quomodo probetur?*
9 *Scamnum retineri non poteſt à laicis intra præsbyterium Eccleſiæ*.
10 *Magis ſi ob anguſtiam commiſceantur cum ſacerdotibus*.
11 *Et quia reſiſtit cerimoniale Romanum, & conſtitutio Clementis VIII.*
12 *Contrarium eſt, quando ſedile eſt repoſitum in loco, cui nec præsbyterii, nec chori nomen congruit, nec ſacerdotes impedit*.
13 *Et quando in familiis nobilibus regionis talis generalis adeſt conſuetudo*.
14 *Cui conſuetudini, licet alibi illicita ſit, eſt deferendum*.
15 *Et quando concurrit immemorabilis cum fama privilegii, vel tituli*.
16 *Ceremoniale Romanum, & dicta conſtitutio Clementina derogat aliis conſuetudinibus, ſed immemorabilem præſcriptionem præſervat*.
17 *Præeminentiæ nobilium laicorum in Eccleſiis per teſtes probantur; & hic numerantur, & num.* 19.
18 *Et illæ, quæ non ſunt contra jus decennali poſſeſſione probantur*.
20 *Sacerdotem paratum indecorum eſt debere circuire eccleſiam ob accipiendas à nobilibus oblationes*.
21 *Declaratur procedere, cum invitus ad hoc cogeretur. Secus quando ſponte ad accipiendas oblationes deſcendit; & tunc quomodo prius à nobilibus eorumque familiaribus accipere debeat recenſetur*.
22 *Et tunc nullum præjudicium eccleſiæ, & præsbytero irrogatur, ſi ſervetur talis conſuetudo*.
23 *Præcedentia in oblationibus faciendis eſt de jure debita nobilibus*.

DECISIO CCXXXIX.

Fuerat per tres ſententias, videlicèt in prima inſtantia à Reverendiſſimo Hyſpaniarum Nuncio, in ſequentibus verò, poſt delatam cauſam ad noſtrum Tribunal ab Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani, & Reverendiſſimo D. meo Decano concellâ Petro Garziæ de Galdiano manutentio in poſſeſſione retinendi ſcamnum, ac ſedendi in plano tertii gradus capellæ majoris Eccleſiæ ruralis loci de Galdiano; oblationes faciendi in medio dicti tertii gradus, quo ad viros; & quoad fœminas ad latus ſepulturæ Palatii; præcedendi in proceſſionibus, aliiſque functionibus intus, & extra dictam Eccleſiam faciendis; Et demum dicendi ſuper ſepultura Palatii reſponſorium per parochum prælativè quoad alias ſepulturas: præterquam tamen in caſu, quo adſit cadaver in Eccleſia; Quibus non acquieſcentibus parocho, aliiſque litis conſortibus, fuit mihi in ulteriori Inſtantia commiſſa per Signaturam appellatio cum clauſ., *conſtito de tribus*: & hodie propoſito dubio commiſſioni conforme; DD. non attenta dilatione petita per iſtos, ſub prætextu obtinendi remiſſoriam, de qua in alia mea deciſione hac eadem die edita -- *Conſtare de tribus* reſpondendum eſſe cenſuerunt --

Quoniam poſita ſententiarum validitate, quę non controvertitur, earumque confor-
1 mitate, ex quo una alteram confirmat; *ad tradita per Rotam coram Emerix dec.* 124. *num.* 4., *& dec.*161., 518., *&* 707., *ubique num.*1., *& in recent. dec.*324. *num.*2. *part.* 10. *& in Ferrarien. Decimarum ſuper confor-*

mitate:ſententiarum 8. *Junii* 1696. §. *Validi-*
tas coram bo. me Urſino. Juſtitia evidenter
reſultare viſa fuit, ex quo, præmiſſa perſpi-
cua, & inſigni nobilitate, qua fulget Pe-
2 trus Garzia antiquiſſimæ familiæ Regni Na-
varræ, ut deponunt teſtes examinati de an-
3 no 1574., & comprobant tam antiqua poſſeſ-
ſio ipſius Petri, ejuſque aſcendentium Pala-
tii dicti loci, quæ in dicto. Regno tantum
convenit perſonis, ac familiis Illuſtribus,
quam alia plura documenta, de quibus lato
calamo fit mentio in *deciſione dicti Illuſtriſſi-*
mi D. Magni Cancellarii, quæ prodiit *die* 3.
Februarii 1700. §. *Aſſumpto*: Utique illi ut-
4 pote admodum qualificato, totique ejus fa-
miliæ ex communi hominum æſtimatione no-
biliori inter perſonas d. loci; controverti non
poteſt retentio ſcamni in loco prædicto, ac
præeminentia in proceſſionibus, aliiſque fun-
ctionibus, intra, & extra eccleſiam: cum,
5 ex ſanctione juris, dignor omnimodam præ-
cedentiam in quolibet actu conſequi debeat;
ad Text. in *Cap. ſtatuimus de majorit.*, *&*
obedien., *cap. cum olim* 6, *ibique Gloſſa in*
verbo ſeſſionibus de conſuetud., *Franceſ. de*
*Eccleſ. Cathedral. cap.*25. *num.*385., *Cyriac.*
controv. 201. *num.* 146., *& Rota dec.*87. *n.*3.
part 17. *rec.*, cum aliis in præteritis propoſi-
tionibus allegatis.

Maximè quia, præter eximiam nobilita-
tem probat etiam Petrus Garzias immemo-
6 rabilem poſſeſſionem retinedi ſcamnum in
tertio gradu dictæ capellæ majoris; nedum
ex ſupplicatione porrecta Reverendiſſimo
Epiſcopo anno 1614., & relatione tunc cap-
ta, in qua expreſſe admittitur; Dominos
Palatii habuiſſe, & habere prelationem in ec-
cleſia parochiali, ac retinuiſſe, & retinere
ſcamnum, ibi -- *ſi preferiſcono, e ſono pre-*
feriti à tutti gl'altri, ch'hanno tenuto, e ten-
gono il loro poſto dentro li gradi della Cappel-
la maggiore e queſto da tempo immemorabile
-- Verum etiam ex teſtibus tangentibus æta-
tem annorum 60. 68., & 80. examinatis præ-
dicto anno 1642., & ex aliis octuagenariis
in præſenti Judicio adductis, qui omnes cum
idem affirment, atque concludant, ità eo-
rum tempore ſervatum fuiſſe, eſſeque publi-
cam vocem, & famam; abſque eo quod quid-
quam in contrarium unquam viſum, neque
7 auditum fuerit; juxtà requiſita *Gloſſæ in cap.*1.
verbo memoria, *de præſcript. in.*6. ſatis vali-
dè probata dicitur immemorabilis poſſeſſio
8 Petri Garziæ ejuſque familiæ: qua ſtante,
illi præcedentiam deberi dubitandum non eſt
*Menoch. conſ.*126. *num.* 4. *in fine*, *Gratian.*
diſcept 845. *num.* 4., *Rota cor. Pænia dec.*817.
*& coram Merlino dec.*593. *num.*8., & firma-
tum fuit in *dec. Rmi D. mei Decani* 26. *Ju-*
nii labentis anni §. *Certius*.

Haud relevante exceptione aliàs ſemper
repetita in præcedentibus cauſæ propoſitio-
nibus, quod d. immemorabilis conſuetudo,
tanquam irrationabilis, nequaquam ſit atten-
denda; vel quia indecorum eſt, quod ſcam-
9 num retineatur intrà præsbyterium eccleſiæ,
ne ſacræ ceremoniæ impediantur; & laicus
videatur propter anguſtiam loci ferè com-
10 mixtus cum ſacerdotibus Altari inſervien-
tibus; vel quia reſiſtit ceremoniale Roma-
num, & conſtitutio ſa. me. Clementis VIII.
11 qua quæcumque conſuetudo contraria abro-
gata remanſit.

Etenim cum ex dilineatione ejuſdem Ec-
cleſiæ ruralis in præteritis inſtantiis exhibita
doctum fuerit, illam eſſe modicæ capacitatis
longitudinis nempè 75. pedum, latitudinis
verò 26. pro ſimplici ſervitio 28. familiarum,
ex quibus componitur Galdiani locus, ut
eruditè demonſtrat dicta *prima deciſio hujus*
cauſæ §. *præmiſſo enim*, nec non etiam ex
oculari inſpectione facta mandante Epiſcopo
anno 1614., conſtiterit ſedile poſitum non
eſſe in ſitu recluſo, & deſtinato pro ſacerdo-
12 tibus ſacra peragentibus; ſed in loco, cui
nec Chori, nec præsbyterii nomen conveni-
re poteſt; itaut celebrans liberè, ac expedi-
tè, ſine ullo impedimento, divina officia ex-
plere valeat; ceſſare viſa fuit aſſerta irratio-
nabilitas; ſive quia in Regno Navarræ gene-
13 ralitèr inolevit conſuetudo, qua Domini Pa-
latiorum ſcamnum retinere ſolent in ſimili
loco; ut præter præfatos teſtes octuagenarios
teſtimonium perhibet *Sac. Rot. in alia Pam-*
*pilonen impreſſa apud Poſt de manut dec.*117.
14 cui regionis conſuetudini deferendum eſſe,
licet ea in aliis partibus illicita videretur;
firmat *Rot. coram dicto Magno Cancellario*
7. *Martii* 1701. §. *Nec præadducta*: Sivè
etiam ex eo, quod cum in præſenti concur-
15 rat immemorabilis cum fama privilegii,
vel tituli, nec ceremoniale Romanum, nec
conſtitutio ſa. me. Clementis VIII. eidem re-
pugnat. Illa enim derogat quidem aliis con-
16 ſuetudinibus, ſed præſcriptionem Imme-
morabilem præſervat; ut declarando men-
tem ſac. Congregationis Rituum tradit *Pi-*
*gnattell. conſult.*4. *num.*6. *tom* 4., *Rota cor.*
*Merlino dec.*109 *ſub n.*1., *& in rec. dec.*647.
*num.*10., *& ſ. qq. part.* 4. *tom.*3.

Et hæc quoad retentionem ſcamni. Quo
verò ad alias præcedentias, & præeminen-
tias ſupra recenſitas, non dubitarunt DD.
conſtare etiam de Juſtitia ſententiarum, cum
favore Petri Garziæ ſtent plures depoſitiones
teſtium de annis 1574., & 1642., præter
alios nuper examinatos, qui omnes depo-
17 nunt de antiquiſſima poſſeſſione faciendi
oblationes in plano tertii gradus Altaris,
quoad viros, & ad latus ſepulturę quoad fæ-
minas cum prælatione reſpectu omnium:
18 quando ad hunc effectum, quia verſamur
in conſuetudine, quę non eſt contra Jus, ſim-
plex decennalis poſſeſſio ſuprabundaret;
juxtà *Gloſſ. in dicto cap. finali de conſuet. in*
6. *Rota coram Seraphin. dec.* 639. *num.*11.,
& in rec. dec. 722. *num.* 1. *part.* 2. Et ex eiſ-
dem etiam documentis ſatis comprobata re-
19 manſit juſtitia in ea parte, quæ reſpicit re-
ſponſoria dicenda ſuper ſepultura familiæ
Pa-

Digitized by Google

Palatii in duobus caſibus explicatis in præce-
dentibus deciſionibus cauſæ, quæ omnibus
plenè ſatisfaciunt.

Quibus non obſtat, quod iſto caſu eſſet
inducta ſervitus Eccleſiæ, quodque nimis
20 indecens forer, videre Parochum celebran-
tem circuire Eccleſiam ſac. veſtibus indutum
pro recipiendis oblationibus. Quoniam cum
21 præſens quæſtio non verſetur contra Paro-
cum, ut invitus deſcendere cogatur ab Alta-
ri majori pro aſſequendis oblationibus: in
quibus terminis ſibi locum vidicaret, objecta
ſervitus & indecentia; ſed dumtaxat, ut
occaſione qua ſponte, & voluntariè deſcen-
dit, oblationes priùs recipiat à Petro, ejuſ-
que filiis conſanguineis, & invitatis in medio
tertii gradus Altaris, & deindè cum magis
deſcenderit alias oblationes recipiat ab illius
Uxore, filiabus, cæteriſque perſonis Con-
ſanguineis, & invitatis, ac etiam familiari-
22 bus; nullum dedecus, nullumquo præiudi-
cium irrogatur Eccleſiæ, & Parocho; Ser-
vando in hoc conſuetudinem in aliis etiam
Eccleſiis vigentem, quæ importat præceden-
23 tiam in oblationibus faciendis de Jure debi-
tam nobilioribus; ut proſequitur *Rota dicta
die 7. Martii ſuperioris anni §. Nec quaſi,
coram dicto D. Magno* Cancellario.

Et ità, unica tantum Parte informante,
reſolutum fuit &c.

PAMPILONEN. PRÆEMINENTIARUM SUPER REMISSORIA.

Lunæ 11. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Latè adducuntur rationes quando ſecunda re-
miſſoria in tertia inſtantia denegari deberet;
quod non procedere deciditur in cauſa
profana, ubi ſola relevantiæ dubietas ſuffi-
cit ut concedatur, ſine tamen retardatione.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria peti non poteſt poſt tertiam ſen-
tentiam.*

2 *Etiam ſi ſit cauſa commiſſa cum clauſula* --
conſtito de tribus.

3 *Clauſula* -- conſtito de tribus -- *ſapit vim com-
miſſionis executorialis.*

4 *Et ex novis probationibus impugnari ne-
quit.*

5 *Remiſſoria facilius denegatur, cum alias
ſuper eiſdem prætenſionibus teſtes fuerant
examinati, & Rota eos non coſideravit.*

6 *Remiſſoria in ultima inſtantia ad protraben-
dam litem petita videtur.*

7 *Nova remiſſoria non conceditur, cum Te-
ſtes in prima examinati fuerunt reprobati.*

8 *Præſertim cum articuli ſunt directi ad pro-
ſternendas probationes validas recognitas
illius, qui deſuper tres ſententias obtinuit.*

9 *Articuli non admittuntur poſt didicita, &
diſcuſſa teſtificata.*

10 *Maximè cum ſunt improbabiles.*

11 *Remiſſoria in cauſa profana faciliùs conce-
ditur etiam in tertia inſtantia, juncto*
num. 13. & num. 16.

12 *Præſertim cum materia articulata eſt re-
levans. & illam petens non poſſidet.*

14 *Quamvis alios teſtes eadem pars examina-
verit: cum articuli ſunt diſtinctiores, &
plures.*

15 *Articulorum relevantia ad excludendam
jus nobilis prærogativas prætendentis in
Eccleſia, convincitur, ſi dirigantur ad de-
monſtrandum neque legitimam poſſeſſio-
nem, neque porochi conſenſum interve-
niſſe.*

17 *Sola relevantiæ dubietas, & veriſimilitu-
do ſufficit ne remiſſoria denegatur.*

18 *Remiſſoria ne impediatur proceſſus ad ulte-
riora ſine retardatione concedi ſolet.*

DECISIO CCXL.

IN hac eadem Audientia, qua reſponſum
fuit conſtare de tribus favore Petri Garziæ
propoſui alterum dubium. ad inſtantiam
parochi loci de Galdiano, ejuſque litis con-
ſortium, ſuper petita ab eis remiſſoria, ad
probandum, quod in Eccleſia Parochiali ob
frequentiam Populi, ne celebrationes Divi-
norum officiorum perturbentur, adeſt ſepara-
tum, & contradiſtinctum Præsbyterium prò
uſu Parochi; abſque eo quod in illo admit-
tantur ſæculares: quodque in illud à nonnul-
lis annis dumtaxat, appoſito ſcamno, de quo
eſt controverſia, ſe intruſit Petrus cum ſua fa-
milia ex permiſſione, & connivenția Parochi
tunc temporis, qui erat illius conſanguineus; &
renuentibus tamen & reluctantibus aliis paro-
chis ſucceſſoribus: unde infertur non ſolum re-
ſultare confuſionem in celebrandis Divinis of-
ficiis, & ſandalum in populo; Verùm etiam ceſ-
ſare quamcumque obſervantiam pacificam,
quæ in contrarium allegatur: additis etiam aliis
articulis, in quibus probandum proponitur;
quod neque circà oblationes faciendas, nec
in ordine ad reſponſorium cantandum in illis
caſibus, in quibus favore Petri fuit toties
deciſum, ullam habeat pro ſe, ſuiſque con-
ſanguineis prælationem; ſed fuerit ſemper in
arbitrio Parochi à quocumque pro libito, &
in loco ſibi beneviſo, oblationes recipere,
& reſponſorium, vel canere, vel recitare.

Quibus tamen acriter ſe ſe oppoſuit Pe-
trus, allegando, quod cum remiſſoria peta-
tur, poſtquam per tres ſententias conformes
1 inducta fuit res judicata ad ſui favorem; qua
mediante, ſicut erat impoſitus finis liti, ità,
& fortius præcludebatur aditus ulteriori pro-
bationi; *Rot. coram Verallo dec.* 51. *part.* 3.,
coram Gregorio dec. 184. *num.* 2., *& dec.* 211.
num. 1., *coram Cavaler. dec.* 251. *num.* 3.,
& dec. 281. *num.* 4., *coram Priolo deciſ.* 299.
num. 1.; *& in rec. dec.* 406. *num.* 2. *part.* 2.,
2 etiamſi cauſa commiſſa ſit cum clauſula con-
ſtito de tribus; Hæc enim delegat prima-
riò cognitionem exequutionis trium confor-
3 mium, quæ ſint validæ, & juſtæ, ac ſapit vim

commiſſionis exequutorialis, itaüt ex novis
4 probationibus impugnari non poſſit, ut bene
explicat *Rota dicta dec.299. num.2. uſque in
finem coram Priolo*.

Fortius quia idem Parochus, cæterique
collitigantes jam alias in partibus curarunt
5 examinari Teſtes ſuper hiſce prætenſionibus;
&, non attenta illorum depoſitione tam-
quam, vel irrelevanti, vel non concluden-
ti, fuit contra illos reſolutum; Undè tantò
6 minùs admitti poſſunt in præſenti: tum quia
hæc ipſa petitio in ultima inſtantia maximam
calumniæ ſuſpicionem præſefert, quòd ſcili-
cet ea petatur dumtaxat ad protrahendam
cauſam; *Rota coram Seraphin. deciſ.1450.
num 1., coram Emerix deciſ.728. num. 4. in
fine, in rec. dec.111. a num.6., & 7. part.6.,
& dec.261. num.10. part.17.*. Tum quia non
7 eſt Juri conſonum, quod poſt ſemel exami-
natos Teſtes, eorumque dicta reprobata,
admittantur alii teſtes, & nova remiſſoria
concedatur; *cap. fraternitatis de Teſtibus,
Rota coram Merlino dec. 101. num.6., in
rec. dec.406. num.1. part.2., dec.289.num.7.
part.16., & dicta dec.261. num. 2 part. 17.*
Tum, & tertiò quia articuli hodiè exhibi-
ti de directo tendunt ad proſternendas pro-
bationes factas à Petro, & tanquam ſubſi-
8 ſtentes recognitas, cum ſuper eis tria judi-
cata prodierint: nunquam enim illi admit-
9 tuntur poſt didicita, & diſcuſſa teſtificata;
*Rota coram ſa. me. Alexand. VIII. dec.39.
num.22., & dec.56. num.10., & 11. part.15.
rec.*. Tanto magis quia probatio jam facta
concludit poſſeſſionem immemorabilem Pe-
10 tri Garziæ, itaut quidquid in contrarium
articuletur remaneat improbabile; & per
conſequens non admittendum, *Rota coram
Barratto dec.551. num.4., & dec.864. n.2.,
coram Celſo dec.104. num.1., & ſeqq., & in
rec. dec.344. num.6. part.11.*

His tamen non obſtantibus cenſuerunt DD.
indulgendum eſſe petitæ remiſſoriæ, cum aga-
11 tur in cauſa profana, in qua ſolent eſſe præ-
cliviores ad illius conceſſionem; quoties ma-
12 teria articulata eſt aliquo modo relevans,
illamque petens non eſt in poſſeſſione, ut
13 hic, etiam ſi petatur in tertia Inſtantia; ne
probationes pereant; *Card. de Luca de Iuriſd.
diſc.7. num. 2., Rota coram Bichio dec.42.
num.10., in rec. dec.33. num.3., & dec. 197.
num.9. part.16., dec.354. num.1. part.18., &
dec.219. num.2. part.19.*

Et quamvis fuerint ab eadem parte alii
14 Teſtes examinati; ſufficit, ad hunc effectum
quod articuli nuper exhibiti ſint magis diſtin-
ctè concepti, & plura contineant, quæ non
habentur in aliis præcedenter admiſſis, *Rota
coram Pamphilia dec. 280. num.5., ibique
adden. num.11., Buratt. dec.824. num.3., &
ſeqq., Priol. deciſ.72. num. 4., & in rec.
dec.183. num.3. part. 4. rec.*

Relevantia autem in præſenti controverti
non poteſt: quia, ſi probaretur, quo eccle-
15 ſia habet ſeparatum præsbyterium: quod
nunquam, niſi à modico tempore, fuit Petrus
in poſſeſſione retinendi ſcamnum intra illud,
& quidem ex ſola permiſſione unius Parochi
aliis poſtea reclamantibus: utique nulla habita
ratione nobilitatis Petri, aut conſuetudi-
nis, per eum allegatæ tanquam non pacificæ,
immò deſtructæ ex his probationibus, ceſſaret
quodcumque illius bonum Jus, & ſi per tres
ſententias canonizatum: Sicut etiam ſi pro-
baretur Parochum ad ſui libitum tempore,
& loco ſibi beneviſo recepiſſe oblationes, &
recitaſſe reſponſoria, non poſſet à Petro
amplius prætendi prælatio, nec præeminen-
tia. Quamobrem data relevantia viſum fuit
16 denegari non poſſe remiſſoriam: cum etiam
17 ad hunc effectum ſufficit ſola dubietas, quod
probationes valeant ad cauſam conferre, & re-
levantiam eſſe probabilem, ac veriſimilem;
*Rot. coram Celſo dec.32. n.9., coram Priolo
dec.287. num.4, coram Bichio dec. 668.n.4.
in recent. dec.227 num.3., & ſeqq. part.18.,
& in Ilerden. hæreditatis de Gomar ſuper
Remiſſoria 26. Martii 1700. §. Nihilomi-
nùs coram R.P.D. meo Caprara.*

Verum quia non eſt æquum, quod, donec
fiunt probationes, impediatur proceſſus ad
ulteriora; reſponderunt remiſſoriam eſſe
concedendam, ſinè retardatione; ut paſſim
in hiſce caſibus practicari ſolet; *ut in dec.664.
num.5., & 6 dec.878. num.4., & dec.1052.
num.3. coram Emerix, & dec. 53. num.23.,
& ſeqq. coram ſa me. Alexandro VIII.*

Et ita, utraque &c.

PACEN. DECIMARUM.

Veneris 15. Decembris.

A R G U M E N T U M.

Habes ſuper deciſ.215. & 231.

S V M M A R I V M.

1 *Numerus monialium ad effectum fruendi exemptione ducat. 25. auri pro qualibet, juxta Gregorianam conſtitutionem comprehendit etiam inſervientes. Contrarium* num. 10.

2 *Monetæ in conſtitutione Pontificia expreſſæ valutandæ ſunt de tempore ſolutionis. Contrarium* num. 11.

3 *Pretia tritici &c. valutantur ad formam taxæ regiæ: contrarium* num. 5.

4 *Merces. & fructus tanti valent quanti in foro vendi poſſunt.*

6 *Pretia rerum ſecundum veritatem, non ſecundum opinionem valutantur.*

7 *Taxa regia ad quid ſit confecta?*

8 *Nec eſt attendenda ad effectum computandi valorem frumenti &c.*

9 *Præſertim cum ob id ſit compenſandus annus ſterilis cum fertili.*

12 *Jus oritur ex facto.*

13 *Expenſæ medicorum, chirurgi &c. quomodo calculandæ, remiſſivè.*

14 *Supervacaneæ ſunt queſtiones, quando ex facto lis tollitur.*

15 Mo-

Digitized by Google

15 *Monachæ quibus intacta remanet congrua, juxtà conſtitutionem Gregorianam, à decimarum ſolutione non liberantur.*

DECISIO CCXLI.

CUm geminæ inter ſe deciſiones diſcordes prodierint cor.me ſub diebus 10. Februarrii,& 26.Junii labentis anni, ſuper cognitione quantiratis redditum Monaſterii S. Claræ de Zaſra: ut indè dignoſci poſſet: an moniales, ex conſtitutione ſa. me. Gregorii XIII. perfrui debeant exemptione à ſolutione decimarum;quoties ſingularum congrua non aſcendat ad annuos ducatos 25. auri de Camera: agnoſcentes hodiè DD. in hoc earum examine præponderare fundamenta poſtremæ deciſionis, eiſdem inhærendo pro illius confirmatione reſponderunt.

1 Occaſio dubitandi orta fuit in noſtro Tribunali, ex quo in calculo redditumm facto coram Judice de Partibus fuit tantum habita ratio de ſolis 38. Monialibus comprehenſis etiam novitiis, abſque ullo reſpectu ad alias novem inſervientes: Et ulterius ex quo congrua taxata in ducatis 25. auri de camera pro ſingulis monialibus calculata fuit in 600. realibus; ità regulando valorem, juxtà æſtimarionem currentem de tempore gratiæ. Ac tandem ex eo, quod valor frumenti hordei, & aliarum ſegetum regulatus extitit ad formam taxæ regiæ, quamvis compertum fuerit venditiones in eff. ctu factas fuiſſe pretio longe minori; quale erat illud, quod publicè, & juxtà communem æſtimationem in contractibus deductum erat; Cum autem in prima deciſione DD. in eodem ſenſu, proceſſerint: In ſequenti verò reformantes ea,
2 quæ præcedenter firmata fuerant, reſponderint, quod, ad regulandum numerum perſonarum, deberent comprehendi etiam inſervientes: & monetæ eſſent valurandæ jux-
3 tà valorem currentem de tempore, ſolutionis: ſolumque confirmatus fuerit modus calculandi pretia rerum ad formam taxæ Regię.

In præſenti propoſitione moniales ſatagebant, etiam quoad hanc ultimam controverſiam ſuadare receſſum à deciſis, innixæ com-
4 muni regulæ, quod tanti valeant fructus, & merces quanti vendi poſſunt in foro publico; per *Text. in cap. 1. de empt., & vendit., l. ſeptem* 12. *C de erogat. milit. annon., Thomat. dec.*50. *num.* 95., *Cyriac. controv.* 453. *num.*69., *Rota coram Buratto dec.*96 *n.*11, *& dec.*398. *num.*23. *part.*17. *rec.*. Ideoque cum ex facto conſtiterit, quod ſegetes verè fuerunt venditæ longè minori pretio, quam in taxa Regia præſcriptum fuerit; indè vali-
5 dè inſerebatur, quod, illa omiſſa, ſtandum ſit valori à communi hominum æſtimatione, & à loci conſuetudine comprobato: cum *ex Text. in l. in falcidia* 44., *& l. in lege falcidia* 62. *ff. ad leg. falcid.*, pretia rerum ſecundum opinionem ſunt æſtimanda, & probat *Turr. de Camb. in Prolegomeno n.* 30. *&* 31. *Rota coram Seraphin. dec.*480. *num.*4., *& in rec. dec.*20. *num.*15. *part.* 18.

Addentes inſuper, quod taxa regia ſuper valore frumenti edita fuit dumtaxar ad effe-
7 ctum, ne mercatores, occaſione ſterilitatis, vel alio prætextu, illud unquam venderent ultrà certam quantitatem in pauperum, & populi præjudicium; *Bobadill. in polit. lib.*3. *Cap.*4. *num.*63., *Leſſius de Juſtit. & de Jure lib.*2. *cap.*21. *dubit.*2. *num* 13. *tit. de empt. & vendit.*, *Guttier.pract. quæſt. lib.*2. *queſt.* 181. *num.*11. *verſ. nihilominus*; *Del Bene Tract. moral. tract.* 6. *Sect.* 6. *num.* 415. Qua-
8 mobrem tanto minus attendi poſſe dicebatur in præſenti:cum ad effectum, de quo agitur,
9 valor regulari debeat facta computatione anni ſterilis cum ſertili;ad notata *cor. Seraphin. dec.*1340. *num.*1., *coram Buratt. deciſ.*538. *num.* 8., *coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec.*172. *num.*6., *& in rec. dec.* 159. *num.* 2. *part.* 5.

E converſò autem Capitulum Cathedralis Eccleſiaſticæ Pacen., iterum repetendo jam dicta in præteritis propoſitionibus, licet in ſecunda mea deciſione rejecta, quoad alias controverſias, excipiebat. Primo quod in numero Monialium non erant computandæ
10 inſervientes, allegando, quod, cum privilegium conceſſum fuerit monialibus, iſtarum appellatione dici non poſſint comprehenſæ, ad effectum augendi numerum; ad tradita per *Fagnan. in cap. non eſt vobis n.*6. *de regular.*, ac plenè probat *Federic. de Senis quæſt.* 213. *per tot.*, *Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput.* 5 *queſt.* 1. *num.*3.

Secundò, reſpectu alterius controverſiæ circa valutationem monetarum, ſupponebat,
11 quod cum verſemur in gratia Principis, debeat valor regulari juxtà æſtimationem vigentem de tempore gratiæ, non autem ſolutionis; ut ait *Tondut de penſ. cap.*40. *n.* 19., *Cenc. de cenſ. quæſt.*85. *num.* 11., & ita fuiſſe reſolutum à Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium die 24. Novembris 1617. refert *Barboſ. de Jure Eccleſiaſtico Univerſali lib.*1. *cap.*44. *num.*39.

In hoc quæſtionum conflictu DD, ut in tuto pedes figerent, recurrentes ad factum,
12 ex quo Jus oriri inquit *Text. in l. quædam non referuntur* 7. *ff. de Jure Codicill.*, animadverterunt, quod in partibus pendente judicio coram Reverendiſſimo Hiſpaniarum Nuncio, ad firmandum monaſterii ſtatum, facti fuerunt duo calculi, unius quinquennii pro quolibet; in quibus ſingulis, adnotati fuerunt omnes redditus, & exitus monaſterii conſiſtentes, tam in pecunia, quam in frumento, ſegetibus, aliiſque rebus: & ex eis compertum fuit, quod in primo quinquennio, hoc eſt ab anno 1686., & ſequentibus, redditus exacti, comprehenſis ſubſidiis alimentariis novitiarum; aſcenderunt ad regalia 252230.; impenſæ verò paritèr in pecunia ad regalia 223223., ſicut etiam in frumento habuerunt 5740. fanegas, in hordeo verò 1516., ex quibus conſumpſerunt fanegas 1438. frumenti, hordei verò fanegas 517., itaut ex introitibus pecuniariis ſuper fue-

fuerint 34641. regalia, ex frumento ſanegæ
2302.; ex hordeo 999.

In altero autem quinquennio incipiente ab
anno 1690. introitus pecuniarius fuit in rega-
libus 237136.; ex quibus, demptis expenſis,
quarum nonnullæ etiam potuiſſent citrà
13 gravamen monialium deleri; ut ſunt illæ
Medici, Chirurgi, & aliorum, de quibus
in deciſ. 977. num. 2., & 3. coram Seraphin,
ſuperfuerunt regalia 3310., In frumento au-
tem habuerunt moniales ſanegas 5171. &
hordeo 1427., & ſuperfuerunt ſanegæ 1367.
frumenti, hordei verò 809.

Propterea viſum fuit ceſſare ex facto quam
cumque difficultatem, dum bonificatis etiam
omnibus expenſis à monialibus calculatis, nec-
non comprehenſis inſervientibus, ad effectum
augendi earum numerum, adhuc toto de-
cennii tempore ſuperfuerunt redditus, tam
14 in pecunia, quàm in frumento, & hordeo
adeout ſuperfluum remaneat indagare valuta-
tionem in netarum, & ſegetum; Quocum-
que enim modo calculentur, ſemper intacta
remanet congrua monialibus debita juxtà
conſtitutionem Gregorianam: & per conſe-
15 quens illæ effugere non poſſunt ſolutionem
decimarum; per ea, quæ firmata fuerunt in
aliis deciſionibus editis coram me, cum qui-
bus DD., attenta prædicta circumſtantia,
omiſſis quæſtionibus Juris, tranſierunt.

Et ita, altera &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Veneris 12. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Habes ex ſuperiori deciſione 212. quæ hìc
confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Auctoris factum nequit impugnari.*
2 *Obligatio non extenditur ad præſervata.*
3 *Evictio non currit ob fideicommiſſum, quod patebat, & ſuper quo non fuit de ea cautum.*
4 *Evictio promiſſa in alienatione bonorum fideicommiſſi non facta in proprietate, ſed temporaliter, operatur in vita obligatorum tantùm.*
5 *Hæres tenetur ſervare factum defuncti: eo tamen modo quo fuit promiſſum.*
6 *Hæres jure proprio poteſt vindicare bona ab auctore temporaliter vendita, abſque eo quod auctoris factum impugnare dicatur.*
7 *Venditio locorum montium fideicommiſſariorum temporaliter facta dicitur, ſi fuit facta cum vinculo fideicommiſſi expreſſo in litteris patentibus.*
8 *Præſertim ſi eædem litteræ fuerint inſertæ in inſtrumento venditionis.*
9 *Contractus initus relativè ad fideicommiſſum cum illius onere acceptatus cenſetur.*
10 *Loca motium fideicommiſſaria venduntur ad vitam pro ſcutis 25., aut 30. pro quolibet.*
11 *Et vendita pro majori ſumma in proprietate data cenſentur.*
12 *Nemo præſumitur jactare ſuum.*
13 *Diſtingue concluſiones* num. 10. & 11. *locum habere, cum fideicommiſſarius vendit commoditatem vitalitiam fructuum; ſecùs verò cùm à fideicommiſſario venduntur in proprietate, quia tunc pluris venduntur ob contingibilem ſpem expirationis fideicommiſſi.*
14 *Præcipuè ſi adſit ſpes extinctionis fideicommiſſi.*
15 *Et tunc pretium ſcutorum 50. pro quolibet loco montis ita vendito argui nequit de exceſſu.*
17 *Pactum redimendi ad modicum tempus reſtrictum parvi, aut nihili valutatur.*
18 *Obligatio accedentis intelligenda eſt ad limites obligationis principalis.*
19 *Et ab eadem ſine ampliatione regulatur.*
20 *Reſervatio juris ſuper aliis bonis fideicommiſſi facta à ſubſtitutis accedentibus vitalitiæ venditioni aliquorum bonorum fideicommiſſariorum, non operatur liberam eorumdem venditionem; quando ad alium effectum eſt interpretabilis.*
21 *Reſervatio facta ad cautelam prejudicare nequit.*

DECISIO CCXLII.

REſponſum fuerat coram me ſub die 6. Martii præteriti; non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum adversùs ſententias latas ſuper immiſſione ad loca montium, de quibus agitur, conceſſa D. Antonio Columnæ Blanciforti ex titulo primogenituræ in ejus perſonam purificatæ; non obſtante retentione allegata per Lapum Bonacurſium noviſſimè, pendente lite deſunctum, in vim dationis in ſolutum de illis factæ Juniperæ de Palagio ejus auctrici, cum ratificatione, & approbatione Fabii, aliorumque ex fideicommiſſo vocatorum. Cùmque in hodierna propoſitione ab hæredibus Lapi illamet iura repetereotur, quæ in altera rejecta fuerunt, non dubitarunt DD., eiſdem fundamentis innixi, iterum ſtare *in deciſis*.

Unicum enim objectum, quod datio in ſolutum facta ab Alphonſo fideicommiſſi conditore ratificata fuerit à Fabio, qui evictionem
promiſit cum obligatione bonorum, & hæ-
1 redum: cujus factum propterea actor ejuſ-
dem hæres nequeat modò impugnare; quin-
imò dictam dationem in ſolutum ſervare te-
neatur; viſum fuit ceſſare: quoniam, ultra
2 quod talis obligatio non comprehendit cau-
ſam fideicommiſſi explicitè præſervatam; ſed
alias cauſas extrinſecas; ut ad rem egregiè
firmat *Rot. dec. 135. n. 6., & ſeqq. p. 18. rec.*:
3 potiſſimè quia Junipera, ad cujus favorem fa-
cta fuerat datio in ſolutum, optimè ſciebat
exiſtentiam fideicommiſſi, nec ſuper illo ſibi
cavit de evictione.

Semper recurrit, reſponſio etiam data in præcedenti deciſione, quod cum hìc non agatur de perpetua alienatione proprietatis

locorum

Digitized by Google

loerum montium, in quibus terminis locum
ſibi vindicarent authoritates in contrarium
4 allegatæ: ſed de alienatione temporali, &
reſolvibili cum vita Alphonſi, & aliorum
gravatorum; obligatio, & promiſſio evictio-
nis facta per Fabium, & Franciſcum voca-
tos, poterit operari in tota ſui latitudine in-
tra tempus vitæ coobligatorum; nempè, ut
Fabius, ejuſque hæredes ratam habere te-
neantur aſſignationem temporaliter factam:
non autem ad effectum ſuſtinendi venditio-
nem in perpetuum, etiam purificato caſu fi-
deicommiſſi ad eorum favorem; cùm hæres
5 ſervare quidem teneatur factum defuncti: ſed
eo modo tantùm, quo fuit promiſſum, ad tra-
dita per *Rot. deciſ. 343. n.26. p.12.*, *& deciſ.
135. n 7. p.18. rec.* Atque ideò reſoluta obli-
gatione per lapſum temporis deſignati, &
per obitum gravatorum, hæredi jure proprio
6 venienti interdictum non eſt revocare vendi-
tionem, ſine alteratione facti proprii autho-
ris: & vigore fideicommiſſi in ſui perſonam
purificati dicta loca montium à poſſeſſoribus
vindicare; ut proſequitur *Rot. dicta dec.135.
n.7., & 8. p.18. rec.*

Quod autem datio in ſolutum reſtricta ſit
ad jus temporale & vitalitium, manifeſtè re-
ſultat ex pluribus circumſtantiis ponderatis
in deciſione, quæ revidetur; hodie pariter
7 approbatis, & ſignanter ex eo, quod fuit fa-
cta cum vinculis, & conditionibus contentis
8 in litteris patentibus, quæ ad majorem cau-
telam fuerunt inſertæ in eodem contractu: in
quibus, cùm inter cætera legatur expreſſum,
quod loca montium erant obnoxia vinculo
fideicommiſſi, in neceſſariam conſequentiam
venit, quod eodem modo datio in ſolutum
9 ſtipulata fuerit: dum contractus initus rela-
tivè ad fideicommiſſum cum illius onere à
partibus concluſus, & acceptatus cenſeri de-
bet; *text. in l. mulier bona 72. ff. de jure do-
tium*, *Rot. coram Buratt. dec.89. per tot.
& in rec. dec.271. n.15. p.9., & dec. 18. nu.7
part.17.*

Nec contrarium deſumi poteſt ex quo fue-
runt data in ſolutum loca montium pro ſcu-
tis 50., quaſi iſtud pretium oſtendat non poſ-
ſe reſtringi venditionem ad merum jus vitali-
tium per fideicommiſſi purificationem expi-
10 ratarum, quod alienari pretio ſcutorum 25.,
aut 30. ad ſummum pro quolibet teſtatur
Card. de Luc. de regalibus diſc. 30. n.9., &
diſc.31. num.16., ſed pernoceſſe ſecum ferat
11 comprehenſionem proprietatis, ac verum
jus hæredum, ne dicendum foret, quod em-
ptor, exburſando tam rigoroſum pretium,
voluiſſet jactare ſuum, quod non præſumi-
tur; ex *text. in l. cum de indebito ff. de pro-
bat.*, *Rot. cor. Bich. dec 74. n.10.*

Siquidem ex diſtinctione caſuum relata
per eumdem *Card. de Luc. d. diſc.30. n.14.*,
tollitur modò quælibet difficultas. Etenim
aliud eſt vendere vitam, ſeu commoditatem
13 fructuum certò extinguendam per obitum
unius, vel plurium perſonarum, & tali ca-
ſu, in quo non verſamur, ſolent loca mon-
tium valutari in modico pretio ſcutorum 25.
circiter. Aliud eſt, ut in præſenti, vendere
ipſa loca montium, & eorum ſubſtantiam,
prout fieri poteſt à fideicommiſſario, qui do-
nec vivit reputatur Dominus, & tunc licèt
in emptorem transferatur dominium reſolu-
bile per fideicommiſſi purificationem; tamen
quia poteſt per obitum gravatorum fidei-
commiſſum expirare, & acquiſitio ſic reddi
perpetua, ſolent venditiones fieri longè ma-
jori pretio; ut etiam reſpondit *Rot. in Ave-
nionen. primogenituræ 25. Junii 1700. §. Po-
ſita verſ. quodque non ageretur cor. bo. mem.
Jacometto.*

Tantòque magis poterat verificari caſus
14 perpetuæ acquiſitionis, quia dictæ dationi
inſolutum acceſſerunt Fabius, & Franciſcus
nepotes Alphonſi, qui erant in vegeta ætate,
per quorum obitum ſine filiis fideicommiſ-
ſum expiraſſet, & loca montium penès em-
ptorem libera remanſiſſent. Undè eò minùs
15 pretium argui valet de exceſſivitate; ex ſu-
pra allegatis.

Et licèt adeſſent pactum redimendi ad ſe-
xennium, & vinculum evictionis Caſtri Ru-
biani; tamen hujuſmodi vincula non poterant
tanti æſtimari, ut valorem minuerent, quia
evictio fuerat facta cum facultatibus Congre-
gationis Baronum, & lapſi erant jam plures
anni à die alienationis: ideòque attenta mi-
16 nori probabilitate periculi, modicum de-
trahi à vero valore, probat ſæpè allegatus
Card. de Luc. d. diſc.30. n.8. 9., & *d. diſc.31.
n.16.*, & *Rot. cor. Buratt. dec.675. n.13.*, pa-
ctum verò redimendi, utpotè reſtrictum ad
17 modicum tempus ſexennii, parùm, aut ni-
hil poterat valutari; *Amat. var. reſol. 61.
n.27.*, *Cyriac. contr.261. n 4.*, *& in rec. dec.
316. n.9. p.12.*

Nec ex acceſſione facta à prædictis Al-
phonſi nepotibus inferri valet ad venditio-
nem proprietatis locorum montium: quid-
quid enim eſſet quatenùs ipſi principaliter
vendidiſſent; hoc unum certum eſt, quod
cùm ſimpliciter acceſſerint venditioni jam fa-
ctæ à patruo, illorum obligatio ſemper in-
18 telligenda erit ad limites inſtrumenti, &
obligationis principalis, cui adhæret: quia
19 tanquam ſecundaria, & dependens ab illa
per Alphonſum emiſſa juxta ejuſdem quiddi-
tatem, nulla admiſſa extenſione, ſeu altera-
tione, regulanda eſt; ad *tex. in l. fidejuſſor. 17.
ff. de fidejuſſor.*, *Fontanella de pact. nupt. clauſ.
4. gl. 7. punct. 1. n. 29., & ſeqq.*, *Salgad. in
labyrint. credit. p.2. cap.4. num.98., & ſeqq.*,
*Epiſcopus Rocca diſput. jur. reſponſ.10. n.23.
lib.1., & Rot. in Romana cambii 23. Novem-
bris 1699. §. Idque cor me.*

Reſervatio autem jurium donationis, &
fideicommiſſi, ſuper aliis bonis Alphonſi, fa-
cta in ipſa obligatione non concludit renun-
20 ciationem perpetuam fideicommiſſo ſuper
locis montium; ſed dumtaxat reſervationem
jurium pro fructibus, de quibus Fabius, &
Franciſcus reintegrari volebant pro tempo-
re, quo, poſt obitum patrui, illos percepiſſent

ex.

ex dictis locis montium; ut advertit *deciſio, quæ revidetur §. fin*, & in omnem caſum tanquam volita à contrahentibus ad abundantiorem cautelam nequit contrarium operari, & multò minùs præjudicium afferre; *L. non ex eo 30. C. de evict., L. Teſtamentum 17 C. de teſtam., Surd. dec.13. nu. 14. 15., Rota cor. Dunozett. jun. dec.640. n 26., & in rec. dec.319. p.1., & dec.182. n.18. p.15.*

Et ita, utraque &c.

LAURETANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 15. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperiori Deciſ. 217. quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio facta alicui ſi ſine filiis deceſſerit, per eorum ſuperexiſtentiam expirat ad celebre* coſil.21. Oldrad.

2 *Fideicommiſſum ad tertiam generationem in deſignatis caſibus volitum, ultra illos non protenditur.*

3 *Verbum* -- volendo -- *orationem præcedentem inceptam cum eadem conditione continuat.*

4 *Fideicommiſſum, quod per deficientiam conditionis expiravit, continuari nequit.*

5 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

6 *Fideicommiſſum ad tertiam generationem ordinatum dependens à conditione in illius tantùm caſu progreditur, non illa deficiente.*

7 *Et aliàs oriretur contradictio.*

8 *Fideicommiſſum progreſſivum locum non habet, quando principalis conditio, à qua dependet locum habere non poteſt.*

9 *Probibitio alienationis, & diviſionis ad certas perſonas reſtricta, fideicommiſſum abſolutum ultra illos non operatur, &* num. ſeq.

11 *Sed tantùm intra cancellos ſubſtitutionis.*

13 *Subſtitutio dependens à conditione* ſi ſine filiis, *ea expirata ceſſat juxta* conſ Dec.636.

14 *Probibitio alienationis, & diviſionis non concepta cum verbis perpetuitatem indicantibus, ſine contemplatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus ſuſtitutionum, fideicommiſſi progreſſivitatem non operatur.*

15 *Et in bis terminis in ſubſtitutione cum conditione* -- ſine filiis -- *locus eſt* conſ. Oldradi.

16 *Preceptum teſtatoris extendendi ſuum fideicommiſſum ad ſenſum ſapientum operatur, ut illud clauſulis, & formulis roboretur: non autem, quod illius voluntas ſuppleatur.*

DECISIO CCXLIII.

ITerùm hodie Dominis placuerunt fundamenta deciſionis editæ coram me ſub die 6. Martii præteriti, in qua denegata fuit immiſſio petita à Clara, & Ludovica ſororibus de Bartolis ad bona poſſeſſa per monaſterium S. Thomæ, cùm viſum fuerit evanuiſſe ſubſtitutionem, in qua dictæ ſorores ſe vocatas prętendunt; ideoque ſteterunt *in deciſis*.

Siquidem in fideicommiſſo à Gaſpare Lando ordinato legitur ſubſtitutio fæminarum in caſu, quo filii maſculi decederent ſine filiis; ſed cùm Donatus alter ex illis deceſſerit, relicta Catharina, quæ monaſterium S. Thomæ ingreſſa, illud poſtea ſibi ſcripſit hære-
1 dem, conſequens eſt, quod per illius ſuperexiſtentiam ceſſaverit quælibet ſubſtitutio favore prædictarum fæminarum concepta, ex qua ſorores actrices à Martia teſtatoris filia deſcendentes propriam vocationem deſumunt; ad celebre conſilium *Oldradi* 21., quod in hiſce circumſtantiis ſequuntur Doctores, & noſtrum tribunal amplectitur.

Nec fideicommiſſi protractionem ſuadere potuerunt clauſula illa -- *volendo il teſtatore, che il preſente fideicommiſſo debba durare ſino alla terza generazione* -- ſive aliæ circumſtantiæ deductæ ex prohibitione alienationis omnium bonorum, ut conſervventur ſub fideicommiſſo tam purificato, quàm purificando; necnon ex alia prohibitione diviſionis, uſquequo filii ad ætatem 25. annorum pervenerint. Quoniam reſpectu primæ Domini modo etiam ponderato toto teſtamenti contextu, agnoverunt quidem voluiſſe teſtatorem, fideicommiſſum extendere ad tertiam generationem: ſed cùm reſtrictiva ad caſum, quo filii maſculi decederent cum filiis: & ſic quatenùs ex iiſtis orti fuiſſent pronepotes illam conſtituentes: ſive ad alterum, quo decedentibus ambobus maſculis ſine filiis bona devolverentur ad filias fæminas ſubſtitutas; ut apertè convincitur ex illis verbis -- *E morendo l'uno, e l'altro di detti ſuoi figlioli, & eredi ſenza figlioli legitimi, e naturali, l'uno ſucceda all'altro: E morendo ambi due ſenza figlioli legitimi, e naturali, in tal caſo vuole, e comanda, che tutti li ſudetti beni debbano ricadere à Martia, Appollonia, e Chiara ſue figliole legitime, e naturali: E morendo ſenza figlioli legitimi, e naturali, una debba ſuccedere all' altra per egual porzione; volendo il detto teſtatore, che il preſente fideicommiſſo debba durare ſino alla terza generazione.*

Ex quibus reſultat, quod ſubſtitutio filiarum eſt reſtrictiva ad caſum, quo maſculi decederent ſine filiis: quodque deinde eveniente caſu iſto, ibi -- *in tal caſo* -- ſit locus vocationi fæminarum, earumque filiorum.
2 Quamobrem cùm neuter ex prædictis caſibus evenerit, quia, ut dictum fuit, Donatus deceſſit relicta filia, ſequens diſpoſitio -- *volendo, che il preſente fideicommiſſo debba durare ſino alla terza generazione* -- locum habere non poteſt, ex virtute, & efficacia illius ver-
3 bi -- *volendo* -- quod orationem præcedentem jam inceptam cum eadem conditione -- *ſi ſine filiis* --, continuat, & connectit cum ſubſequenti, cui adhæret; ut ad rem advertit *Rot. dec.732. n.8. p.18. rec., & in Forolivien. fideicom-*

deicommiſſi de Torellis 28. *Junii proximè*
præteriti §. *Juſtitia coram R.P.D. meo Mu-*
to. Et ſicut fideicommiſſum jam factum, &
explicatum ex illis verbis -- *il preſente fidei-*
commiſſo -- nunquam habuit locum; ſed illi-
cò expiravit per obitum unius maſculi cum
4 filia; ita nec poteſt dici, quod continuare
5 valeat: quia non entis nullæ ſunt qualitates;
ut omiſſis generalibus, in his præciſis termi-
nis *Petra de fideicommiſſ. q.6 n.*43., ubi ſic
limitat, & declarat ea, quæ ſupra in con-
trarium firmaverat.

Et ſanè dum in preambula diſpoſitionis
parte continebatur tantùm ſubſtitutio ſavore
filiarum, concepta ſub conditione *ſi ſine fi-*
6 *liis*, illa verba ſubſequentia -- *debba durare*
ſino alla terza generazione -- oſtendunt, te-
ſtatorem voluiſſe explicare, quod fideicom-
miſſum jam ordinatum proſequi deberet uſ-
que ad tertiam generationem: quatenùs eve-
niſſet caſus ſubſtitutionis; non autem eum vo-
luiſſe conſtituere certum, & diſtinctum fidei-
commiſſum, etiam in diverſo caſu: nam aliàs
7 manifeſta oriretur contradictio, quod nempè
fideicommiſſum eſſet conditionale, & ſic in
primis hæredibus reſolubile; quodque eſſet
purum, & ſimplex duraturum uſque ad ter-
tiam generationem, contra omnes juris re-
gulas; juxta quas fideicommiſſum progreſſi-
8 vum nunquam poteſt ſibi vindicare locum,
quando principalis conditio, à qua dependet,
initium habere non potuit; per *text. in l. Si*
mater §. *ff. de vulgar.*, *& pupill.*, *Corn. conſ.*
286. *n.*5. *lib.*3., *Peregrin. de fideicommiſ. art.*
12. *n* 19., *Rodulph. allegat.*90. *n.*2.3., *Cyriac.*
*controverſ.*695. *n.*23., *Rot. coram Celſo dec.*
145. *n.*30., *& in rec. dec.*159. *n.*2. *p.*1.

Minoris etiam ponderis viſa eſt, ad effe-
ctum, de quo agitur, prohibitio alienatio-
9 nis, & diviſionis. Tum quia utraque ex eis
reſtricta fuit à teſtatore ad certas perſonas:
videlicet ad filios primo loco hæredes inſti-
tutos ibi -- *Iuſtituiſce ſuoi eredi Donato, e*
Coſmo &c. con probibitione eſpreſſa, che non
poſſino in modo alcuno ne vendere, ne impe-
gnare li beni, che li laſcia eſſo teſtatore -- &
infra -- *con queſto ancora, che detti ſuoi fi-*
glioli, & eredi non debbano in conto alcuno
venire alla diviſione tra di loro; ſin tanto,
che non perverranno all' età di venticinque
10 *anni &c.* Ideòque tanquam perſonalis pro-
ducere non valet fideicommiſſum abſolutum
extra perſonas, quibus fuerunt adjecta, ut,
præter relatos in deciſione, quæ revidetur
§. *Sepoſita*, firmat *Rot. dec.*669. *nu.*8. *coram*
Merlino, & *dec.*777. *n.*10. *coram Dunozetto*
11 *jun.*: ſed tantùm conditionaliter intra can-
13 cellos ſubſtitutionis factæ -- *ſi ſine filiis* -- qua
expirata ceſſat & illud; juxta *Conſil. Dec.*636.
*n.*4., *canonizatum à Sacra Rota coram Gre-*
gorio dec. 433. *n.*11., ibique *Adden. nu.* 22.,
cor. Cavalerio dec 481. *num.*3., *& dec.*15. *per*
*tot. p.*17. *rec.*

Tum quia neutra ex eis fuit concepta cum
verbis perpetuitatem importantibus: imò il-
14 la, quæ reſpicit diviſionem, eſt temporalis,
& reſtricta ad tempus viginti quinque anno-
rum, nec in aliqua ex eis legitur expreſſa
cauſa conſervandi bona in agnatione, aut cum
digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum: in
quibus terminis à doctoribus ponderantur ad
inducendam perpetuitatem fideicommiſi;
adeout ſine illis & ſimilibus circumſtantiis
15 nunquam recedi ſoleat à Conſilio Oldradi;
ut in ſpecie admittit *Petra d.q.*6. *n* 4. *& ſeqq.*,
& firmat *Rot. dec.*486. *à nu.*2. *cum pluribus*
*ſeqq. p.*1., *& dec.*538. *n.*2. *p.*2. *rec.*

Atque ex his ceſſat repetitum objectum;
16 quod teſtator voluerit ſuum fideicommiſ-
ſum extendi ad ſenſum ſapientis, quia cùm
nulla in teſtamento legantur verba, quæ
oſtendant voluntatem teſtatoris perpetuandi
fideicommiſſum: poterunt quidem ex conſi-
lio ſapientis addi clauſulæ, & formulæ quibus
illud roboretur pro ſui validitate in ſuis caſi-
bus; non autem ſuppleri voluntas, illam ex-
cedendo, & comprehendendo etiam caſus
diverſos; ut probant Doctores in *præterita*
deciſione §. *Abſque eo quod &c.*

Et ita, utraque &c.

FULGINATEN. FRUCTUUM.

Veneris 19. *Januarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Tutor non inveſtiens legatum dotis pecunia-
rium pupillæ relictum, ad damna non tene-
tur, quia eidem utilius eſt dotem in pecunia
habere ad effectum faciliùs inveniendi virum.
Neque debentur fructus legati dotis, quod
ſucceſſit loco legitimæ, quando puella à pa-
tris hæredibus alimenta percepit, ſed eis ac-
quiruntur etiamſi ſuperſint, & ſi deficiant,
peti nequeunt.

SUMMARIUM.

1 *Legatum pecuniarum nullum fructum, & ac-*
ceſſiones producit.
2 *Limita in legato facto minori, & pupillo.*
3 *Mora inducta cenſetur favore pupillorum, &*
minorum etiam non petentium.
4 *Legati debitor pupillo, & minori etiam non*
petenti ad legati uſuras tenetur.
5 *Declara procedere in legatis puris illicò ſol-*
vendis.
6 *Non autem in legatis conditionalibus de-*
pendentibus à certi caſus eventu.
7 *Legatum pro dote etiam minori relictum non*
debetur, niſi nuptiarum conditione purifi-
cata.
8 *Quod ſi tunc illicò tradatur nulla mora à le-*
gati debitore incurſa dicitur.
9 *Nec fructus illius debentur.*
10 *Fructus medii temporis in legatis relictis in*
dies, vel ſub conditione filiabus, ut nubant
ſpectant ad patris hæredem, donec cedat le-
gati dies.
11 *Pupillæ utilius eſt legatum dotis in pecunia*
in arca habere, quam tenere inveſtitum,

ut ita faciliùs virum inveniat.
12 *Et ideò tutoris damno non cedit, ſi ſuadente*
proxima neceſſitate dotandi pupillam, lega-
tum dotis non inveſtivit.
13 *Præcipuè ſi tempore nuptiarum rejectis aliis*
bonis dotem in contanti ſolvi voluit pu-
pilla.
14 *Et ſi in hæreditate legantis pecunias adfuiſſe*
non probetur.
15 *Dotis legatum loco legitimæ ſuccedit in Ci-*
vitate Fulginei.
16 *Et cum inſtitutionis titulo à patre legatur.*
17 *Fructus legati dotis etiam ſuccedentis loco*
legitimæ acquiruntur hæredi patris fœmi-
nam alenti, & n.19.
18 *Etiam ſi ſuperent alimenta, & ſi deficiant,*
non poſſunt repeti.
20 *Et ideò vana eſt in eo caſu perquiſitio fru-*
ctuum.

DECISIO CCXLIV.

TAm coram A. C., quàm etiam in nostro
Tribunali ad relationem bon. mem. Prioli
die 16. Januarii anni 1673.; ut in *dec.415. in-*
ter ejus impreſſas, denegati fuerunt Flaminiæ
Leitæ fructus, quos ex multiplici titulo pro
legato dotis illa ſibi deberi prætendebat per
Thomam Lucæ patris hæredem, ab anno
1648., quo deceſſerat præfatus Lucas, uſque
ad annum 1662. contracti per eam matrimo-
nii. Cùm autem adversùs dictam deciſionem
iterum audiri obtinuiſſet Flaminia: hodie,
poſt ſilentium ferè 29. annorum, contra Le-
lium de Leitis prædicti Thomæ hæredem
reſſumpta cauſa coram me in locum defun-
cti Auditoris ſubrogato; ſatagebat evertere
fundamenta, quibus innititur præcedens de-
ciſio; quæ tamen ſolidiſſima comperta fuerat;
ideòque reſolutum fuit ſtandum eſſe *in deci-*
ſis.

Subſiſtit enim regula, quod ex legato pecu-
niario de ſui natura ſterili, & infructifero,
1 nulli fructus, nullæque acceſſiones oriri poſ-
ſunt; ut probat *Card. de Luca de uſur. diſc.*
30. n.4, & diſc.33. n.2. & admittit *dec.774.*
n.7. & ſeq. p.18. rec., & quamvis ſcribentes
2 pro legataria prætenderent eam limitari,
quoties legatum ſit factum minoribus, & pu-
pillis; quibus propter ætatem, & ingenii im-
becillitatem, ex peculiari privilegio, in-
3 dultum eſt, ut etiam non petentibus, mora,
4 eorum favore, inducta cenſeatur: & legati
debitor ad uſuras teneatur: per *text. in l.1.*
§. ultimo ff. de uſuris, l.26. §.1. ff. de fideicom-
miſs. libert. l. Titia ſcio §. Uſuras ff. de legat.,
& refert *Leotard. de uſuris q.22. n.13., Mu-*
noz. de ratiocinio n.33. cap.15., & *Gratian.*
diſcept. foren. cap.241. n.1. & 5. in fin.

Tamen quidquid ſit de viribus hujuſmodi
limitationis in caſu, quo agatur de legatis
5 puris, & illicò ſolvendis; in quibus defectus
ſatisfactionis unicè provenit ex mora debito-
6 ris: ea certè non procedit in legatis condi-
tionalibus, quæ pendent à certi caſus eventu,
7 quale eſt illud, de quo eſt quæſtio; quod tan-
quam pro dote relictum, Flaminiæ, licèt
minori, perſolvi non poterat, niſi nuptiarum
conditione purificata; juxta *Theoricam Barto-*
li in l. Titio centum §. Titio genero ff. de con-
dit., & demonſtrat., l. ſi poſt diem 5. verſ. ſed
ſi ſub conditione, & l. ſi dies 21. ff. quan. dies
legat. ced., Camarella de legatis lib.9. qu.2.
n.13., & lib.12. q.5. cap.3. n.9., Ciarlin. con-
troverſ. cap.25. n.2., Rot. coram Burat. dec.
257. n.9., & in rec. dec.211. nu.3.4., & dec.
408. n.4. p.18 rec.

Hinc fateri oportet, quod, dum comple-
ta pupillari ætate, Flaminia, vix effecta nu-
bilis, in matrimonium collocata, illicò ſuam
8 dotem conſequuta fuit; hæres prædictus de
nulla mora redargui valet: quia in eam tan-
tùm incidiſſet, ſi poſt deſignatum tempus nu-
ptiarum legatum ſolvere diſtuliſſet, ut adver-
tit *Rot. cor. Cerro dec.706. n.5., & dec.783.*
n.9., & in rec. dec.61. n.2. p.11., & dec. 210.
9 *n.9. p.14.* Ideòque fructus ab eodem nullo ju-
re expeti valent; maximè quia in legatis,
quæ in diem, vel ſub conditione fiunt filia-
10 bus, ut nubant, ſingulare eſt, quod fructus
medio tempore decurſi ſpectant ad patris hæ-
redem; donec cedat legati dies; *l. mulier §.*
hæres ff. ad S. C. Trebell., l. filium ff. de opt.
legat., Peregr. de fideicom. art.49. n.19., &
21., Gualdens de arte teſtan. tit. de legat. cen-
tu 11. in fin., Camarella de legat. lib.9. q.2.
n.13., & lib.12. cap.3. n.9.

Neque ſuffragatur ad effectum conſequen-
di prædictos fructus contra Lucæ hæredem;
prætextus non facti inveſtimenti legati dotis:
quoties enim minoris, & pupillæ conditio me-
lior effecta fuit ex retentione pecuniarum
11 in arca, quia nempe utilius fuit Flaminiæ
legatum dotis non inveſtitum, in pecunia
recipere; ut ita virum facilius invenire poſ-
ſet; ad *text. in l. in ambiguis 71. ff. de jure*
dotium, Gloſſ. in l. ſi inter virum & uxorem
verbo æſtimatis C. Eodem, Fontanella de
pact. nupt. clauſula 5. gloſ.8. p.13. n.27., Rot.
cor. Bichio dec.350. n.26., & in Avenionen.
legitimæ 9. Aprilis 1685. §. Jam verò coram
R̃mo Turooen., & in Bononien. dotis, & an-
tephati ſuper gemmis 26. Junii 1699. §. Reſ-
ponſio autem cor. R. P. D. meo Muto.; indè
ſequitur, quod Thomas tutor damnum ſen-
12 tire non debeat, ex quo pecunias pupillares
non inveſtivit; quando tutoris negligentia
potiùs profuit pupillæ, & ita ſuadebat ne-
ceſſitas dotandi de momento ad momentum
pupillam; in quibus caſibus pecunias non
ſemper ponendas eſſe ad lucrum probat *Gra-*
tian. diſcept. for. cap.240. n.16., Coſt. de fa-
cti ſcientia, & ignorantia diſt. 24. cntur. 1.
num.11.

Fortiùs quia Flaminia, ratione prædicti
legati creditrix in pecunia, ſicut potuiſſet
13 reſpuere quodcumque inveſtimentum, cui
ſtare non tenebatur, prout tempore nuptia-
rum rejectis quampluribus bonis, litem de-
ſuper introduxiſſe contra Thomam, ſibique
dotem in contanti ſolvi voluiſſe reſultat ex
inſtrumento dotali: ita eò magis excuſari de-
bet

bet tutor, ſi ab inveſtimento ſe abſtinuit,
quod à muliere quandocumque reſpui, & re-
futari poſſe prævidebat. Addendo inſuper,
14 quod dum uſque adhuc probatum non fuit,
in hæreditate legantis adfuiſſe pecuniam; ex
hac facti circumſtantia nulla culpa adſcriben-
da venit hæredi, qui ſine illa ullum certè
inveſtimentum explere nequibat.

Tandem opitulari non valet altera excep-
tio, quod ſaltem deberentur fructus titulo le-
gitimæ, in cujus locum ſucceſſit legatum
15 prædictum; nedum ex diſpoſitione patrii
ſtatuti, de quo meminit *Cirocb. diſceps.3. n.
48., & diſcept.10. n.20.*; verùm etiam ex vo-
luntate patris, qui ſummam ſcutorum 90000.
16 inſtitutionis titulo legaverat: quia licèt dos
Flaminiæ legitimæ naturam aſſumpſiſſet,
17 nihillominùs eo ipſo, quod filiæ donec nu-
bat ab hærede patris alimenta ſunt ſubmini-
ſtranda, in eorum compenſationem fructus
dotis acquiruntur alenti; ut admittendo com-
penſationem inter fructus de jure debitos, &
alimenta præſtita puellæ probat *Surd. de ali-
ment. tit.1. qu. 26., Michalor. de fratribus
p.3. cap.4. n.29., Ciarlin. contr.45. n.29.40.,
& ſeq.*, fuitque deciſum apud *Francb. dec.
559. per tot.*, & ſignanter *ſub n.15. §. Item
quod, Capyc.Galeot. contr. lib.2. cap.15. nu.
28. & in fin.* Non obſtante quod fructus do-
18 tis ſuperent alimenta, vel illa ad iſtorum
ſatisfactionem non ſufficiant, quia utroque
caſu hæres nec fructus exuberantes refunde-
re debet, nec deficientes prætendere valet;
L. Creditor 60. §. *Si inter ff. mandati, l.Lu-
cius* 90 §. *à te peto ff. de legat.2., Bartol. in
l. divortio in princ. n.8.ff.ſoluto matrimonio,
Soccin. ſen. conſ.126. n.3. verſ. ſecundo quia
lib.1., Menocb. conſ.113. nu.12. & ſeqq. lib.
11., Surd. de aliment. tit.1.q.44. n.30.*, & ple-
nè *tit.9. q.43. n.26., & ſeqq., & n.40.*

Hoc autem poſito, cùm non controverta-
19 tur, quod Thomas præſtiterit alimenta Fla-
miniæ legatariæ, uſque ad diem contracti ma-
trimonii; conſequens eſt, quod non teneatur
ad ſolutionem fructuum, qui titulo legitimæ
debebantur; & propterea ſuperfluum modo
20 ſit immorari ſuper examine quantitatis pa-
trimonii Lucæ teſtatoris, ejuſque fructuum;
dum ſive aſſis hæreditarius conſiſteret in ſolis
ſcutis 90000., ut retulerunt duo periti; aut
in majori quantitate, ſive fructus bonorum
ſtabilium calculentur in ſcutis tribus, vel
quinque pro centenario; quocumque modo
res ſe habeat, ſemper fructus in ſumma exce-
dente quantitatem alimentorum acquiruntur
hæredi; ex ſupra allegatis.

Et ita, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MATTHIETTIS.

Veneris 26. Jannarii 1703.

ARGUMENTUM.

Magiſtraliter deciditur, quod filii primi gradus
niſi ſint jam primo loco hæredes inſtituti
tenentur imputare fructus in trebellianicam;
ad *Text. in L. Jubemus C. ad S.C. Trebell.*
Conjecturæ ad cognoſcendum inveſtimentum
non taxativè favore primi hæredis, ſed de-
monſtrativè, favore ſcilicet omnium vo-
catorum fuiſſe demandatum, expenduntur.
Et quando teſtamentum, licèt refertum mar-
ginalibus apoſtillis diverſi caracteris, neque
à teſtatore, neque à notario approbatis, pro
legali ſit reputandum.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando in ſub-
ſtantialibus, & principalibus partibus in-
vicem ſe confirmant.*

2 *Nec in accidentalibus, & acceſſoriis neceſſe
eſt verificari.*

3 *Filii primi gradus non imputant fructus in
trebellianicam.*

4 *Declara procedere cum filii ſunt primo loco
hæredes inſtituti.*

5 *Limita cum iſti ſunt in fideicommiſſo ſubſti-
tuti, &* n.7. & 26.

6 *Filiis ne imputare teneantur fructus in legi-
timam, requiritur copulativè, quod ſint
primi gradus, & primo inſtituti.*

8 *Hæres gravatus trebellianicam etiam non
agnitam tranſmittit ad hæredes quoſcum-
que. &* n.12.

9 *Dubitatur an ad hoc requiratur poſitiva de-
claratio primi hæredis, & quæ verba hoc
operentur.*

10 *Trebellianica ad effectum tranſmiſſionis ma-
jorem declarationem requirit.*

11 *Trebellianica non ſemper venit appellatione
bonorum.*

13 *Filius ſecundo loco vocatus ad fideicommiſ-
ſum an habens jus detrahendi trebelliani-
cam à filio primo loco inſtituto teneatur in
eam fructus imputare?*

14 *Diſtingue procedere in hærede hæredis gra-
vati capiente bona non ex voluntate fidei-
committentis, &* n.22.

*Quod procedit etiam ſi ſit gravati hæres ex-
traneus.*

15 *Et in omnibus fideicommiſſariis, & quare?
&* n.24.

16 *Hæres hæredis gravati, negligente ſubſtitu-
to, fructus fideicommiſſi ſuos facit, & à die
moræ, & litis conteſtatæ reſtituere tenetur
&* n.23. & 25.

17 *Declara concluſionem* nu.13. *non procedere
cùm fratri frater ſubſtitutus ſuccedit ex
voluntate teſtatoris.*

18 *Duo actus contradictorii eodem tempore ne-
queunt exerceri.*

19 *Teſtatori, captando hæreditatis fructus, obe-
diri, & eodem tempore ejus fideicommiſ-
ſum cum deductione trebellianicæ ſcindi ne-
quit.*

20 *Hæres fructus bonorum in trebellianicam
detrahendorum ſuos non facit, niſi ſibi pro
ea aliquod corpus fideicommiſſarium poſiti-
vè appropriaverit.*

21 *Declarantur nonnullæ auctoritates.*

27 *Mulier obligata ad annuum inveſtimentum,*

niſi adimpleverit, cum ſua dote ab eadem hæreditate debita, compenſat.

28 *Inveſtimentum ordinatum ad ſavorem primi hæredis non ad ejus taxativè, ſed demonſtrativè etiam aliorum vocatorum ſavorem appoſitum dicitur, & quare?*

29 *Præcipuè ſi poſt eumdem demandatum hæredem ſtatim ſideicommiſſo gravavit.*

30 *Et alio modo emolumentum hæreditatis capere noluit, quàm ſideicommiſſario.*

31 *Et eidem omnem alienationem prohibuit.*

32 *Et ſi etiam in caſu præmorientiæ primi hæredis, juſſit teſtator dictum multiplicum continuari.*

33 *Et omnibus ſubſtitutis permiſſa ſit facultas agendi pro ejuſdem confectione.*

34 *Teſtamentum licèt in margine refertum adnotationibus diverſi caracteris, nec à teſtatore, nec à notario approbatis, tamen ſi invenitur alligatum inter alia in protocollo eſt legale.*

35 *Vel ſi paulò poſt teſtatoris mortem ejus copia continens in ventre dictas adnotationes fuerit ab eo, qui deindè impugnare prætendit, in archivio exhibitum.*

36 *Falſitas brevi tempore cum notario A. C. hæredi non proficua in teſtamento commiſſa non cenſetur.*

37 *Et cum ejuſdem teſtamenti apoſtillati vigore hæres uſufructuaria, quæ illud poſtea in onere injuncto impugnat uſumfructum cepit, pacificèque eſt gaviſa.*

38 *Exceptiones contra teſtamentum ab eo, qui diù approbavit non ſunt audiendæ.*

39 *Legitima filio non debetur, ſi de omnibus bonis patris rationem non reddit.*

40 *Declara legitimam excomputari in illis, quæ filium conſtat alienaſſe.*

41 *Hæredi bonificandæ ſunt ſolutiones legatorum teſtatoris, & funeris.*

42 *Dotis legatum in ſubjectis Statuto Urbis aſſumit naturam legitimæ.*

43 *Legitima pro ſorore ex triente hæreditarii aſſis proportionabiliter cum fratre detrahi debet.*

44 *Immiſſio hæredi non retardatur ex cauſa reſidualis ſolutionis dotis, ſed datur tantùm dotis creditori retentio pro ea rata.*

DECISIO CCXLV.

PRodierunt in hac cauſa tres conſormes ſententiæ, quarum prima coram A. C.; aliæ verò duæ in noſtro Tribunali coram RR. PP. DD. meis Muto, & Anſaldo; in quibus Horatio Mancino denegata retentione pro aſſertis detractionibus, immiſſio conceſſa fuit Philippo, & Paulæ de Vetera ad medietatem bonorum, quæ à Pyrro Mattheietto ad eorum commodum non minùs, quàm Horatii, (à quo integrè occupabantur) fideicommiſſo æqualiter ſubjecta fuerunt; & quamvis ipſarum ſolida eſſent fundamenta, nihilominùs cùm Horatius illis non acquieſceret, delegata mihi ad ejus inſtantiam ulteriori cauſæ reviſione, ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ cum clauſula -- *Conſtito de tribus* -- ad hujus normam quæſitum fuit à me, ſub hodierna die -- *An conſtet de tribus*, & ulteriùs ſuperadditum, *ſeu potiùs ſententiæ Rotales ſint confirmandæ, vel infirmandæ* -- Et quia iterum in hac propoſitione repetebantur ea, quæ aliàs ad ſaturitatem diſcuſſa; & in pluribus deciſionibus rejecta fuerunt; DD., attenta earum validitate, & juſtitia, ſingulis dubii partibus reſpondendo, *Conſtare de tribus, & ſententias Rotales eſſe confirmandas* cenſuerunt.

Præmiſſo enim, quod reſpectu immiſſionis, & reſpectu rejectionis detractionum Trebellianicæ, & dotis Camillæ Griſcianæ una ſententia, aliam confirmat; licèt quoad aliàs detractiones aliqua ſit inter eaſdem ſententias diſcrepantia; ratione cujus procedendum DD putarunt per viam confirmationis, ut infra; quia tamen in præfatis principalioribus.
1 & ſubſtantialibus partibus invicem ſe confirmant, hoc ſufficit pro illarum confir-
2 matione, quàm etiam in accidentalibus, & acceſſoriis verificari neceſſarium non eſſe obſervat *Gabr. de execut. rei judicatæ concluſ. prima n. 33., Theſaur. dec. 228. num. 2., Rota dec. 98. n. 3. & 4. p. 1, dec. 54. n. 4. p. 13. recent., & in Bononien fideicommiſſi 14. Martii 1700. §. Ratio, cor. Rm̃o D. meo Decano.*

Juſtitia, (cùm de validitate nulla ſit con-
3 troverſia) luculentiſſimè reſultat ex eo, quod, quamvis filii primi gradus regulariter non imputent fructus in quartam trebellianicam; ex diſpoſitione *text. in l. Jubemus Cod ad Se-*
4 *natus Conſult. Trebellianum*; id tamen procedit quoties iidem filii ſint primo loco inſtituti: quod in præſenti tantùm verificatur in
5 Valentino filio Pyrri fideicommittentis: ſecùs autem ſi filii non ſint inſtituti, ſed dumtaxat per fideicommiſſum ſubſtituti. Copulati-
6 vè enim requiritur, quod, ut fructus in trebellianicam non imputentur, quis ſit filius primi gradus, & in prima inſtitutione comprehenſus; ut patet ex littera ipſiuſmet *Textus*, in quo loquendo de filio gravato reſtituere fratribus; & ſic cæteris filiis primi gradus, immunis tantùm ab imputatione declaratur filius inſtitutus, non autem ſubſtituti; ibi -- *Jubemus quoties pater &c. filio, ſeu filiis ex æquis, vel inæquis partibus hæredibus inſtitutis, invicem, ſeu ſimpliciter quoſdam ex his, aut quemdam rogaverit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ ſuperſtiti reſtituere; ut omnibus modis retenta quarta pro auctoritate Trebelliani Senatus Conſult., non per imputationem reddit
tuum, ſed de ipſius rebus hæreditariis dodrans reſtituatur.* -- Quamobrem cùm privilegium deſumptum ex dicta lege ſit perſonaliſſimum pro ipſis filiis primi gradus, quatenùs hæredes inſtituantur, non eſt extendum ad Thomaſiam; quæ etiamſi ſit filia primi gradus;
7 cùm tamen non fuerit & ipſa in prima inſtitutione comprehenſa; ſed ſimpliciter fratri ſubſtituta, fructus, quos, ſpatio quinquaginta annorum, ex bonis fideicommiſſariis percepit, in trebellianicam imputare tenetur:

juxta

juxta opinionem, quæ in noſtro Tribunali ab
antiquiſſimo tempore invaluit, pluribuſque
deciſionibus firmata fuit; & ſignanter anno
1591. *coram Comitulo dec.*165. *n.*3. & 41 ubi
quod huic ſententiæ aliàs adhæſit Sacra Ro-
ta, & deindè ſucceſſivis temporibus illam
paſſim ſequuta eſt; ut *cor. Cavaler. dec.* 540.
*num.*6., *& poſt Merlin. de legitima deciſ.*20.
*n.*14., *& ſeqq.*, & *in Recent. dec.*142. *nu.*12.
*p.*19. *tom.*2., & *in Bononien. fideicommiſſi* 9.
Januarii 1699. §. *Denique, coram magno
Cancellario Mediolani*, confirmata 14. *Maii*
1700. §. *Poſtremò cor. Rmo D. meo Decano*,
& fuit firmatum in omnibus iſtius cauſæ de-
ciſionibus.

Non obſtat, quod ex diſpoſitione *textus
in l. Quamquam* 10. *Cod. ad leg. Falcidiam*,
fideicommiſſo gravati tranſmittunt hanc
8 quartam etſi non agnitam ad hæredes quoſ-
cumque; prout latè comprobant *Roland. de
lucro dotis quæſt.*47. *nu.*10, *Hoal. de tranſ-
miſs. caſ.*10. *n.*12., *Urceol. conſult.*38. *ſub n.*
4., *Pacion. allegat.*189. *n* 31., *Fontanell. de
pact. nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*9. *p.*5. *nu.*126., Ete-
9 nim præſcidendo ab articulo, an pro tranſ-
miſſione trebellianicæ requiratur poſitiva
declaratio primi hæredis, quam deſumi non
poſſe opponebatur ex verbis teſtamenti con-
diti à Valentino, ibi *In tutti i ſuoi beni pre-
ſenti, e futuri, e tanto ereditarii paterni, e
materni, quanto proprii, che adeſſo in qual-
ſivoglia modo ſpettano, & appartengono*--
quaſi iſta potius referri valeant ad ſolam legi-
timam; non autem ad trebellianicam, quæ
10 magis expreſſam declarationem requirit,
11 quæque non ſemper appellatione bonorum
venire poteſt; ut advertit *Peregrin. conſil.*
63. *n.*8. *lib.*4., *Torr. de pact. futur. ſucceſſion.
lib.*3. *cap.*5. *nu.*55., *& ſeqq.*, *Rota deciſ.*104.
*n.*10., *&* 11. *part* 12. *recent.*

Super illo DD. ſuperfluum inſiſtere puta-
runt, dum Valentinus ſive illam detrahere
declaraverit, ſive non, utroque modo poſi-
ta imputatione fructuum in quartam trebel-
lianicæ, ipſa conſumpta remanſit. Quoniam
vis præſentis controverſiæ non ſtat in eo,
12 quod jus detrahendi trebellianicam poſſit
per filium ad hæredes tranſmitti; quod dum-
taxat firmant *Textus*, & auctoritates in ob-
jecto allegatæ; & de jure eſt incontroverti-
bile; ſed ſtat in eo, an poſtquam hoc jus eſt
13 tranſmiſſum, illud remaneat penès hæredes
cum eodem privilegio competente filio inſti-
tuto, itaut hæres filii ſecundo loco vocatus
in fideicommiſſo non teneatur fructus in tre-
bellianicam imputare.

Et licèt etiam quoad hunc articulum cona-
rentur ſcribentes pro Horatio, alios cumula-
re Doctores, firmantes, quod ulteriores hæ-
redes nec imputant fructus in trebellianicam
ſibi tranſmiſſam. Tamen Domini pro ſolutio-
ne objecti, & conciliatione authoritatum,
de quibus infra adverterunt procedendum
eſſe cum diſtinctione caſuum. Vel enim agi-
14 tur de hærede hæredis gravati; qui ſive
ſuus, ſive extraneus ex fideicommittentis
diſpoſitione non ſit vocatus, ſed ex voluntate
hæredis gravati bona libera, inter quæ etiam
trebellianicam; ex perſona ſui authoris con-
ſequatur: vel agitur de hærede, qui ſucce-
dat, non tam ex voluntate gravati, quàm fi-
deicommittentis: & primo caſu verum eſt,
quod fructus facit ſuos: hoc tamen non eſt pe-
15 culiare in trebellianica, ſed æque verifica-
tur in omnibus fideicommiſſariis; & non pro-
cedit ex privilegio *textus in dicta leg Jube-
mus*; ſed ex ſocordia, & negligentia ſubſti-
tuti non curantis ab hæredis manibus vindi-
16 care bona fideicommiſſi: cùm generale ſit
in quocumque hærede hæredis gravati, quod
ſubſtituto proprium jus non agnoſcente, fru-
ctus ex permiſſione legis eidem acquirantur;
& à die moræ tantùm, & litis conteſtatæ im-
putare, aut reſtituere teneatur; *cap. Rainu-
tius, ibique Gloſſ. verbo à tempore litis con-
teſtatæ de teſtamentis*, *leg. in fideicommiſſa-
rium*, *leg. Mulier* 22 §. *Si hæres ff. ad tre-
bellianum*, *Corneus conſil.*158. *num.*7. *in fin.
lib.*3., *Molina de primogenit. lib.*1. *cap.* 27.
*n.*4., *& ſeqq.*, *Mantic. de conject. tit.* 10. *lib. n.*7.
*Peregrin. de fideicommiſſ. art.*49. *n.* 79., *&
Mangil. de imputat. q.*125. *n* 8., *Rota in Tu-
lerdina fideicommiſſi* 26 *Junii* 1662. §. *Quo-
ad fructus*, *&* 4. *Maii* 1674. §. *Primo, coram
bo. mem. Albergato, in Perusina hæreditatis*
1. *Julii* 1699. §. *Abſque eo quod*, *& in Fer-
rarien. fideicommiſſi* 14. *Maii* 1700. §. *Mi-
nuſque coram me*, *confirmata* 13. *Febr.* 1702.
§. *Quod verò, cor. R. P. D. meo Scotto.*

At contrarium dici debet in caſu noſtro,
17 in quo Thomaſia tanquam ad fideicommiſ-
ſum vocata, & proprio fratri à Pyrro ſubſti-
tuta fructus percepit, ex judicio, & volun-
tate teſtatoris, trebellianicam verò contra
illius mentem detrahit ex ſolo miniſterio le-
gis. In his enim terminis fructus tenetur in
trebellianicam imputare: cùm permitti non
debeat, quod uno eodemque tempore duo
18 actus contradictorii; nempe quod Thoma-
19 ſia ex univerſa hæreditate, juxta ordinatio-
nem teſtatoris, fructus, & emolumenta con-
ſequatur: quodque illicò, & immediatè ei-
dem contraveniendo, fideicommiſſum cum
deductione trebellianicæ in partes ſcindere
valeat; ut optimè diſtinguit *Gloſſ. in d. cap.
Rainutius verb. à tempore litis conteſtatæ
de teſtamentis*, *& text. in l. Mulier* 22. §. *Si
hæres*, *& leg. deducta* 58. §. *Ante diem ff. ad
Senat. Conſult. Trebell.*, & ponderatum
fuit *cor. R. P. D. meo Anſaldo* 7. *Decembris*
1699., *&* 29. *Aprilis* 1701. §. *Quid diſcur-
rendum*, *& ſeqq.* Maximè quia Thomaſia
immediatè poſt aditam hæreditatem non de-
20 traxit trebellianicam per actum poſitivum
ſibi appropriando aliquod corpus fideicom-
miſſarium; quod omninò requirebatur, ut
fructus faceret ſuos; ex traditis per *Peregr.
tract. var. lib.*6. *n.*45., & *Merlin. Pignatell.
controv. foren. centur.*2. *cap.*48. *n.*30.

Quibus poſitis illicò deteguntur inappli-
21 cabiles auctoritates *Angeli Aretini conſ.*
30. *n.*54., *Riminald. ſen. conſ.*480. *nu.*2., *&
ſeqq.*,

ſeqq., Peregrin. de fideicommiſſ. art. 49. ſub n.55., Gall. de fruct. diſp.16.art.2. n.6.in fin, Raudenſis dec. Piſana 28. n. 153. Iſti enim
reſponderunt pro non imputatione favore
22 hæredum hæredis primi gradus; ex quo ta-
men non erant inſimul etiam ſubſtituti; & fi-
23 deicommiſſarius neglexerat agnoſcere jus
ſuum: hoc enim caſu potuiſſent æque bene
24 iidem reſpondere favore extraneorum, ſi-
ve enim primi gradus ſit, ſive extraneus hæ-
res primi gravati, non comparente fideicom-
25 miſſario ſemper ſuos facit fructus ex fidei-
commiſſo perceptos, ex ſupra allegatis: adeo-
ut prætenſio excitata non imputandi fructus
in trebellianicam, in his circumſtantiis, in
quibus verſamur, deſtituta remaneat quacun-
que authoritate, & ratione, firmumque un-
26 dique ſit, quod privilegium competens fi-
liis primi gradus ex diſpoſitione *text. in dict. leg. Jubemus*, extendi non poteſt ad illos fi-
lios qui leguntur in teſtamento eodem ad ſuc
ceſſionem ſecundo loco vocati, & ſimpliciter
in hæreditate ſubſtituti.

Et hæc quoad trebellianicam, quo verò ad alteram detractionem prætenſam pro credito dotis Camillæ Triſcianæ; illa pariter denegata fuit: quia cùm in teſtamento Pyrrus illi uſufructum omnium ſuorum bonorum relinquendo, præcipiſſet: quod ſingulis annis per eam loca duo montium emerentur ad commodum Valentini, & aliorum vocatorum ad fideicommiſſum, & ipſa contraveniens, ſummam non inveſtitam in extenuationem propriæ dotis excomputare teneretur. Eo ipſo, quod Camilla ſpatio viginti, & ultra annorum, quibus viro ſupervixit inveſtimentum ſibi demandatum explere neglexit, ne-
27 dum creditum dotale, unà cum lucro aſcen-
dentem ad ſcuta 2500. per viam compenſa-
tionis plenariè conſumptum, & extinctum
remanſit; verum etiam in ſumma dictam dotem, & lucrum excedente ipſam novum debitum contraxiſſe negari non poteſt.

Haud ſubſiſtente, quod inveſtimentum prædictum ordinatum taxative fuiſſet ad ſolum commodum Valentini primi hæredis, non autem ulteriorum vocatorum; ex quo teſtator illud fieri juſſit — *à beneficio, e pro di detto Valentino &c. e non comprandoli ſia tenuta farli buoni al detto Valentino della ſua dote* — Quoniam contrarium ſuadet ger-
28 manus ſenſus dictorum verborum, quæ li-
cet dirigantur in Valentinum; non tamen ſtare dicuntur taxative, ſed demonſtrativè ad deſignandas perſonas cæterorum vocatorum; nam ſicut primus hæres erat Valentinus, in quem omnia bona fideicommiſſi pervenire debebant, ut deindè per eum reſtituenda forent cæteris in fideicommiſſo vocatis; ità quoque verba reſpicientia emolumentum locorum Montium, in aliam perſonam dirigi non poterant, quàm ad ipſum primum hæredem, ut præter deducta *coram R.P.D. meo Anſaldo die 7. Decembris 1699. §. Siquidem cum ſeqq., & 20. Aprilis 1701. §. Quin nullatenus, & coram R.P.D. meo Muto 12. Decembris 1701. §. Et ſanè*, firmavit *Rota coram Emerix dec. 679. num. 3. & ſeqq., & dec. 689. num. 12, & ſeqq. per totam.*

Intantum enim teſtator ſuper hujuſmodi
locis Montium magis clare, aperte, & ſpe-
29 cificè locutus non fuit, in quantum, poſt
demandatum inveſtimentum; filium illicò in
omnibus bonis inſtituit: putavitque hoc mo-
do comprehendiſſe ſub fideicommiſſo etiam
loca Montium. Nec diverſa capi debet in-
terpretatio, ſivè quia Pyrrus quoties pro-
prii filii mentionem fecit; ſemper cum quali-
tate hæredis, aut dictione ejuſdem repetiva
nominavit; quod indicat eum ſemper reſpe-
30 xiſſe uti hæredem, & non alio diſtincto jure
emolumentum capere voluiſſe, quàm hære-
ditario, & fideicommiſſi; nam alias Valen-
tinus de locis Montium coëptis ſtatim diſpo-
31 nere valuiſſet, etiam inter vivos, quod ex-
preſſè repugnaret voluntati Fideicommitten-
tis, qui prohibendo alienationem bonorum omnium, quæ fideicommiſſo ſubjecerat, tantum Valentino permiſit, quod uſque ad ætatem 25. annorum de ſcutis duobus menſtruis diſponere poſſet, & poſtea de ſumma tenui menſtruorum ſcutorum trium.

Sive quia quemadmodum Camillæ adie-
ctum fuit onus inveſtimenti correlative ad
32 tempus, quo perſiſtiſſet in uſufructu, &
excepto caſu, quo ipſa ad ſecundas Nuptias convolaſſet, ab illo non liberatur; etſi Valentinus Camillæ Matri prædeceſſiſſet: ita ex hoc manifeſtè convincitur, quod non ad ſolum filii commodum, ſed Fideicommiſſi quoque, inveſtimentum fuerat ordinatum, ut latè ponderatum fuit *in deciſione R. P. D. mei Muti 12. Decembr. 1701. §. Et ſanè.*

Accedente præſertim nitidiſſima demonſtratione, quod dum Camilla ex lege teſtamenti moleſtari non poterat ſuper redditione
rationis, nec à Valentino, nec ab aliis voca-
33 tis, præter quam in confectione inveſtimen-
ti; indè ſequitur, quod ſicut permiſſa fuit omnibus ſubſtitutis facultas agendi contra ipſam Camillam ob non factum inveſtimentum, ita, & in neceſſarium antecedens dici debeat, illud ad illorum favorem ordinatum fuiſſe, ut proſequitur *dicta deciſio R. P. D. mei Mei 12. Decembris 1701. §. Et demum.*

Nullius tamen relevantiæ DD. putarunt
eſſe exceptionem falſitatis de qua redarguun-
tur adnotationes marginales appoſitæ in te-
ſtamento: ex quo diverſi caracteris, & atra-
menti, nullave approbatione, vel ſigno te-
ſtatoris, aut notarii munitæ ſunt. Omiſſo
34 enim quod teſtamentum reperitur alliga-
tum inter alia inſtrumenta in Protocollo
Notarii, ut pro legalitate alias reſpondit
Rota coram Ubaldo deciſ. 624. num.4., &
5. coram Bichio dec. 29. num. 15., & coram
Coccino deciſ. 636. num. 2. & ſeqq.

Adverterunt Domini, quod cum Teſta-
mento condito die 17. Julii 1628., ac teſtato-
35 re defuncto die 21., copia continens in
ventre, quidquid in margine originalis fue-
rat adnotatum; tranſlata fuiſſet in publicum
archi

ärchivium die 27. menſis prædicti, ad inſtantiam, & expenſis Camillæ hæredis uſufructuariæ tutricir, & curatricis Valentini filii, in claram conſequentiam venit, quod onus injunctum circà loca Montium erat de men-
36 te, & voluntate teſtatoris: nedum quia imperceptibile videtur, quod in dicto brevi temporis ſpatio tàm bene, tamque ſeriò falſitas cum notario A. C. committi potuerit, ex qua nihil in utilitatem hæredum reſultare poterat: verum etiam ex eo quod ſciens jam talem eſse intentionem Pyrri, Camilla uxor, cui onus prædictum impoſitum fuerat
37 vigore dicti teſtamenti apoſtiliati hæreditatem adivit, factoque inventario, uſufructu, dum vixit, gaviſa fuit abſque ulla Valentini, & Thomaſiæ filiorum reclamatione: Ideoque cum iam Horatii auctores, quàm ipſemet adeundo hæreditatem, & bona fideicommiſsaria poſſidendo teſtamentum
38 comprobaverint, ſuper hac exceptione ampliùs audiri non meretur, ex plenè congeſtis *in dec* 276. *num*. 4. *part*. 2. *recent*., cum pluribus, de quibus coram *R. P. D. mco Meto die* 10. *Martii* 1702. §. *Rurſùs*.

Abſoluta ea dubii parte, quæ reſpicit ſententiarum conformitatem, tranſeundo modò ad alteram concernentem illarum confirmationem, quoad aliàs detractiones, quas propter ſententiarum diſcrepantiam ſub prima parte dubii comprehendi non valuerunt. Inter has primo loco ſe offert legitima,
39 quam prius Valentino, ejuſque mediato Succeſsori nullo modo deberi contendebant actores, ex defectu redditionis rationis nonnullorum creditorum, gemmarum, argentorum, aliarumque rerum ſolidioris materiæ, quæ ad Valentini manus perveniſse docebatur. Verum quia poſtmodum, facta per Horatium exacta, & diligenti redditione rationis, compertum fuit ex peritia, legitimam Valentino debitam aſcendentem ad ſcuta 3442., ſubductis ſcutis 2866. pro capitali quarumdam Societatum officiorum, de quibus nulla redditur ratio, ac pretio argentorum, conſlantium ſummam ſcutorum 160., necnon etiam delata ad debitum Valentini altera partita ſcutor 251. 50. pro aliquibus mutuis, quæ probantur extincta, reſtringi dumtaxat ad ſola ſcuta 413.: pro hac ſumma DD. Horatio retentionem conceſserunt.

Reliquas verò detractiones, nempè tam illam ſcutorum 135. pro totidem ſolutis à Camilla tutrice in cauſam legatorum, quæ
41 ab ipſo fideicommittente relicta fuerunt, & impenſarum funeris, quam alteram ſcutorum 4000. pro dote Thomaſiæ ab eodem Pyrro patre legata, interim in confirmationem præcedentium ſententiarum delectum fuit Horatio competere: Quia verò hujuſ-
42 modi legatum dotis utpotè ſubjectum diſpoſitioni *Statuti Urbis Cap*. 141. aſſumit na-
43 turam legitimæ, quæ ex triente hæreditarii aſſis proportionabiliter una cum legitima fratri debita, detrahenda venit, & intra illius limites de dicta dote ſolum rata ſcutorum 1721. ſatisfacta remaneret; reſidualem portionem dotis aſcendentem ad ſcuta
44 2279., ſequendo temperamentum captum in præteritis inſtantiis, DD. mandarunt detrahi ab aliis duabus partibus hæreditatis, non retardata immiſſione actoribus, & præſervata Mancino retentione prò d. quantitate dotis ſuperexcedente.

Et ità, approbata quoque valuatione locorum Montium hæreditariorum Pyrri, quæ occaſione firmandi ſtatum hæreditarium à Perito in ſcutis 110. calculata fuerunt, utraque Parte informante reſolutum fuit.

MAJORICEN. BENEFICII.

Ven. 26. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

In jure patronatus paſſivo regula ab activo deſumitur, præſertim ſi ita à primo hærede ſit obſervatum.

SUMMARIUM.

1 *In jurepatronatu paſſivo proximior ad excluſionem remotioris dicitur de jure invitatus.*
2 *Patronus ad juſpatronatus nominare poteſt alterum ex duplici genere perſonarum à fundatore præſcriptarum.*
3 *Ad juſpatronatus paſſivum non alii quam in activo invitati cenſentur.*
4 *Juſpatronatus paſſivum cum activo regulariter concordare debet.*
5 *Præſertim concurrente expreſſa fundatoris voluntate.*
6 *Dictiones* tam *&* quam *ſunt de ſui natura æquiparativæ.*
7 *Et ex eis quæ in activo Patronatu ſunt diſpoſita, in paſſivo repetita cenſentur.*
8 *Primus hæres voluntatem teſtatoris ſcire præſumitur.*
9 *Neque eam tranſgredi præſumitur nominando ad juſpatronatum, quos teſtator non invitaverat.*
10 *Inſtrumentum fundationis carens neceſſariis requiſitis, abraſum, pluribuſque apoſtillis diverſi caracteris refertum fidem non meretur.*
11 *Præſertim in concurſu alterius non vitiati, & à Notario, & teſtibus ſubſcripti.*

DECISIO CCXLVI.

AD Patronatum ſimplicis Beneficii erectum in parochiali eccleſia B. Mariæ Virginis Roſarii Villæ Felanitg., voluit Chriſtophorus Obredor fundator, quod poſt ſui obitum ſuccederet Jacobus Obredor germanus frater: illoque defuncto, filius maſculus ſuperſtes ex eo, & deindè ſucceſſores maſculi eidem proximiores de cognomine, aut parentela Obredor: Ulterius declaravit, quod unus tantum, & non duo, patronatus jure fruerentur; quodque in paritate

tàm

Digitized by Google

tàm ad illud, quam ad obtinendum benefi-
cium prædictum inter concurrentes aliis de
parentela præferendus eſſet, qui Obredor
cognomen haberet: Et poſt mortem filio-
rum maſculorum Jacobi invitando filias fœ-
minas ejuſdem, ſervato ordine primogeni-
turæ, iſtis quoque decedentibus vocavit fi-
lium ætate majorem Sebaſtiani Abram viri
Joannæ Obredor ipſius fondatoris germanæ
ſororis.

Cùm autem mortuo jam fundatore reperi-
retur in poſseſſione Beneficii Antonius extra-
neus, quamvis de cognomine Obredor, iſte
de conſenſu Jacobi illud in manibus Sancti-
ſſimi liberè reſignavit, favore Sebaſtiani
Abram filii alterius Sebaſtiani, & reſpecti-
vè nepotis Joannæ, qui litteras Apoſtolicas
ſuæ proviſionis obtinuit. Adverſùs quas ſe
opponente Antonio, Vicarius Generalis
Majoricen. ſententiam eidem favorabilem
protulit, cujus revocationem Sebaſtianus
per aliam ſimilem à Decano pariter Majori-
cen. reportavit. Modò autem cum in tertia
inſtantia delegata mihi appellationis cauſa
examinandum propoſuerim dubium -- *An
litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ, & an, &
cui ſit adjudicandum Beneficium* -- reſpon-
ſum habui pro executione literarum Apoſto-
licarum, & adjudicatione reſpectivè Bene-
ficii favore Sebaſtiani.

Ratio enim ſic decidendi ſtetit in eo, quod
ſeriò ponderato fundationis inſtrumento,
compertum fuit, ex illo dupplicem de præ-
ſentatis ad Beneficium fundatorem mentio-
nem feciſse: primò nempè in ea parte,
in qua dicitur, *& cæteris paribus præ-
ferendus ſit, qui fuerit de cognomine
Obredor &c. tam in jurepatronatus, quam
ad obtinendum dictum Beneficium* -- In alte-
ra verò cum aſseritur, *quod teneantur præ-
ſentare Clericum de cognomine Obredor,
vel de parentela dicto fratri meo proximio-
rem* -- ex quibus profectò verbis ſicut conſti-
tit, Sebaſtianum proviſum Apoſtolicum ha-
bere intentionem fundatam pro conſequutio-
ne Beneficii, ità è converſò viſum fuit quod-
cumque jus Antonii ſuper eo penitùs eva-
nuiſse.

Et ſanè ponderando primam partem diſpo-
ſitionis, cum Sebaſtianus ſit fundatoris pro-
nepos, utpotè filius Joannæ ſpecialiter con-
ſideratæ; Antonius vero non ſolum non de-
ſcendat à perſonis ab ipſo in erectione nomi-
natis, ſed, quod magis eſt, reperiatur ei-
dem in gradu remotior: hinc inſpectis tàm
juris communis diſpoſitione, quàm veriſimi-
li fundatoris voluntate, ſemper præferenda
1 venit linea proximior alteri remotiori: cùm
illa præſumatur magis dilecta: & per conſe-
quens non Antonius remotior, bene tamen
Sebaſtianus tamquam proximior ad prædi-
ctum juſpatronatus dici debet invitatus; ad
tradita per *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2.
par. 3. quæſt. 5. art. 4. num. 15. verſ. etſi duo*,
Guttier. Canonic. quæſt. lib. 2. cap. 11. n. 48.,
Garz. de Beneſic. part. 7. cap. 15. num. 17., *&
ſeqq.*, *Rota in Majoricen. Beneficii 4. Julii
1696. §. Quarum prima coram R. P. D. meo
de la Tremoille*.

Idque etiam reſultat ex aliis ſubſequenti-
bus verbis, quæ relinquunt patrono pleniſſi-
mam libertatem nominandi perſonam ſibi ma-
gis beneviſam de cognomine Obredor, ſivè
alterum de Parentela: quamobrem licèt Se-
baſtianus non ſit de cognomine, ſed tantum
2 de Parentela prædicta, optimè per Patro-
num fuit adimpleta Fundatoris voluntas: dum
utendo facultate ſibi attributa unam elegit
alternativæ partem, nominando illum de
Parentela ad *Text. in cap. in alternativis 70.
de reg. jur. in 6. Rota coram Coccin. dec. 263.
num. 2., & coram Priol. dec. 289. num. 2. & in
Ceboneu. Beneficii 25. Junii 1700. §. Sed hæc
coram bon. me Iacometto*.

Non obſtante, quod Antonius ſimul ſit de
cognomine, & familia Obredor; quia cum
fundator ad iuſpatronatus activum invitave-
rit ſolùm deſcendentes Jacobi fratris, illiſque
morientibus deſcendentes Joannæ ſororis;
nulla facta expreſſione aliorum, qui eſſent
de familia, & agnatione; pernecesſè fateri
3 oportet ad juſpatronatus paſſivum alios vo-
catos non fuiſſe, quam deſcendentes ex Ja-
cobo, & Joanna; ut diſpoſitum fuit in acti-
4 vo: cum regularitèr in Jurepatronatus, paſ-
ſivum ſemper cum activo concordare debeat,
ex plenè firmatis *in Nullius, ſeù Orbitel-
len. Jurispatronatus 13. Ianuarii 1696. §. Ad-
ſtipulantibus coram R. P. D. meo Scotto;
confirmata 4. Iulii 1696. §. Vltra quod coram
Illuſtriſſimo Magno Cancelario Mediolani,
& in Auximana Iuriſpatronatus 27. Junii
1702. Minuſque in fine coram R. P. D. meo
5 Anſaldo* Certius quando, ut in præſenti,
concurrit expreſſa fundatoris voluntas, pari-
ficandi juſpatronatus paſſivum cum activo,
deſumpta ex verbis -- *tàm in jurepatronatus,
quam ad obtinendum dictum Beneficium* --
quia tunc ex dictionibus -- *tàm, & quàm* --
6 de ſui natura æquiparationem importantibus,
7 ea omnia, quæ diſpoſita ſunt in patronatu
activo, in paſſivo quoque repetita cenſentur;
ut probant *Surd. conſ. 317. num. 16. Menoch.
conſ. 793. num. 2. & 23., Monach. dec. Lucen. 58.
num. 11., Rota coram Peuting. dec. 166. nu. 5.
& dec. 120. num 1. part. 6. rec.*

Tandem confirmantur hæc omnia, ex con-
ſenſu à Jacobo præſtito reſignationi factæ ad
commodum Sebaſtiani; ex quo ſatis eruitur
qualis fuerit mens Fundatoris; nam quemad-
modùm veriſimile eſt Iacobum fratrem fun-
datoris, & primo loco ab eo vocatum ad
8 prædict. juſpatronatum illius voluntatis ple-
nam notitiam habuiſſe; ità credendum non
eſt, ipſum de tempore adeo fundationi pro-
9 ximo illam tranſgredi voluiſſe, nominando
perſonam de parentela tantum; quando ve-
re nominari debuiſſet altera de cognomine;
ad tradita per *Rotam dec. 70. num. 67. par. 6.,
& deciſ. 308. num. 4., & ſeqq. part. 11. &
dec. 42. num. 1. part. 16. rec.*

Quibus poſitis nullam intulit difficultatem
in-

Digitized by Google

inſtrumentum erectionis in partibus exhibitum ab Antonio, longè diverſum ab eo, quod Sebaſtianus DD. ſubjecit examini: quoniam eum illud nedum careat requiſitis, quibus munitum eſſe debet publicum inſtrumentum;
10 verùm etiam ſit informe, & plures abraſiones, apoſtillaſque diſtincti caracteris contineat; fidem mereri non poſſe dixit Rota de ſimili inſtrumento fundationis *in Recanaten. Beneficii* 20. *Martii* 1702. §. *Denique coram R.P.D. meo Caprara*: præſertim in concurſu alterius inſtrumenti, quod in nulla ſui parte vitiatum eſt, immò potiùs à Notario, & Teſtibus ſubſcriptione comprobatum fuit; ad tradita per *Covar. pract. quæſt. cap.* 20. *n.* 5. *Rota dec.* 671. *num.* 3. *& ſeq. part.* 1. *diverſ.*

Et ità Sebaſtiano ſolùm informante, Antonio verò pluries citationibus laceſſito comparerè detrectante, reſponſum fuit &c.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS.

Lunæ 29. *Ianuarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Quando ex lite inter patronos ſuper Iurepatronatu parochialis, fiat, ut non obſtante protractione concurſus, & nominationis intrà legitima tempora devolutio ad Sanctam Sedem impediatur. Jus patronatus ad Capitulum ſpectans, & pro eo ad Canonicum certæ tenutæ affictuarium, eo ante vacationem defuncto ad ejus hæredes non pertinet.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur à jure.*

2 *Litteræ Apoſtolicę juſtificatæ celeri debent executioni demandari.*

3 *Collatio parochialium etiam de jure patronatus Eccleſiaſtico, ſi intra legitima tempora non fiat nominatio, & concurſus coram ordinario, devolvitur ad S. Sedem ex conſtitutione S. Pii V.*

4 *Epiſcopi negligentia in convocando concurſu non præjudicat patronis, quibus nonniſi in examine approbatos præſentare permittitur, limita ut* num. 6.

5 *Devolutio non currit, dum Epiſcopus à concurſu, & patroni à pręſentando à lite ſunt impedidi; declara non procedere cum lis incepit poſt vacationem* num. 9.

7 *Edictum in Diœceſi Compoſtellana quomodo ex ſtatuto ſuccedat loco nominationis ad concurſum parochialium de jurepatronatur?*

8 *Pendentia litis inter patronos ſuſpendere non poteſt concurſum in parochialibus de jurepatronatus.*

10 *Juſpatronatus infixum tenutę, vacante beneficio poſt mortem affictuarii, qui eam ad vitã conduxerat ad ejus hęredes non tranſit.*

11 *Locatio bonorum Eccleſiæ facta ad vitam non ſuſtinetur ſine beneplacito Apoſtolico.*

12 *Conſuetudo protrahendi poſt mortem affictuarii affictum bonorum Eccleſię, in quibus eſt infixum juſpatronatus, non operatur, ut hęres poſſit præſentare, & quare?*

13 *Et hoc exercitium juris patronatus exerceri non poteſt à Canonico in ſacris non conſtituto.*

14 *Et multo minus tranſmitti in fæminam, vel ab ea alteri cedi poteſt.*

15 *Ceſſio jurispatronatus fieri non poteſt ſine conſenſu ordinarii.*

16 *Concurſus intimandus non eſt pro parochiali, ubi à Sanctiſſimo fuit eadem collata.*

DECISIO CCXLVII.

CUM anno 1375. fuiſſent inſimul unitæ parochiales eccleſiæ S. Eulaliæ de Zira, cui eſt annexa tenuta nuncupata della Vega, & S. Michaelis de Caſtro, in quorum prima patronatus Jure fruebatur Capitulum majoris Eccleſiæ Compoſtellanæ, ejuſque nomine Canonicus affictuarius pro tempore dictæ tenutæ; in ſecunda verò moniales S. Pelagii; conventum fuit inter eoſdem patronos, quod in futuris vacationibus rectoris præſentatio ab ipſis alternis vicibus explenda foret: & hoc ordine retento in vacatione anni 1676. ſuum turnum conſumpſerunt abbatiſſa, & moniales, prædictæ: in ea verò, quæ recenter contigit die 14. martii anni 1697. per obitum Alphonſi ultimi Rectoris; licet præſentatio à Capitulo expleri debuiſſet, per obitum Canonici Peraltæ, qui in arrendamentum ſuſceperat tenutam prædictam; nihilominus Iſabella de Paris defuncti arrendatarii mater, & hæres prætendens jus præſentandi ad ſe ſpectare; utpote comprehenſum in hæreditate filii, litem introduxit contrà Capitulum, per quam ſicut interim nulla fuit facta legitima præſentatio; ità nec concurſus, qui ſtatim defuncto Rectore fuerat indictus, expleri nequivit, intrà ſex menſes præſcriptos à Sac. Concilio: Tridentino, & Conſtitutione B. Pii V.: quapropter Petrus de Eſpino, & Andrade obtinuit à Sanctiſſimo Pontifice ſibi conferri rectoriam prædictam, expeditque litteras in forma dignum, quibus acquievit Capitulum, Iſabella tamen acriter ſe opponendo, poſtquam contrarium paſſa fuit decretum à Reverendiſſimo Hiſpaniarum Nuncio confirmatum, receſſit à lite, facta propriorum jurium ceſſione Ioanni Martinez ab eadem præſentato. Nunc ad hujus inſtantiam directa mihi commiſſione cum clauſula -- *Parito litteris arbitrio* -- dedi dubium -- *An intraret arbitrium vel potius ſit locus novo concurſui*, illudque in utraque parte *negative* reſolutum fuit.

Arbitrium enim regulari debet à Jure, quo
1 cavetur, ut quoties litteræ Apoſtolicæ ſunt
2 juſtificatæ, celeri debeant executioni demandari; *ad Text. in cap. ſi Capitulo, ubi Gloſſ. verb. exequatur de conceſſ. præbendę in* 6.. Litterarum juſtificatio reſultat nedum ex veritate idoneitatis proviſi, & fructuum parochialis; verum etiam devolutionis ad Sum-

num Pontificem, quæ provenit ex eo quod
patroni intra tempus præſcriptum non nomi-
narunt Epiſcopo perſonas idoneas ad exerci-
tium curę, minuſque completus fuit concur-
ſus in menſibus ordinario datis ad conferen-
dum: juxtà diſpoſitionem *Sac. Conc. Trid.
ſeſſ.14.cap.18.de Reform.*, dicto tempore elap-
ſo factus fuit locus litterali reſervationi con-
tentæ *in conſtitutione* 33. *ſan. mem. Pii V.*,
ex quà Beneficia quæcumque, paro-
chialia, etiam de Iurepatronatus Eccleſia-
ſtico ab ordinario intrà ſemeſtre non collata
ad S. Sedem devoluuntur; ex traditis per
Novar. in ſumma Bullarum comment. 45.
*num.*3. *Ventrigl. in prax. part.* 2. *annot.*5.§.2.
*num.*4., *Antonell. de Regim. Eccleſię lib.* 3.
*cap.*6. *n.* 18., *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.*6.
*num.*14., *de Paroch. diſc.* 37. *num* 46., & *de
Benefic. diſ.*25 *num.*6., *Adden. ad Gregor.
dec.*494. *num.*5., *Rot. coram Ubago dec.* 80.
*num.*7 cum aliis cumulatis *in Barchionen.
Parochialis de Albiniana prima Iunii* 1696.
§. *Deciſionemque coram R.P.D. meo Muto.*

Non attenta reſponſione, quod vel Epiſco-
pi negligentia in convocando concurſum
4 præjudicare non poſſet juribus patronorum;
quibus non niſi quam in examine approbatos
præſentare permittitur, ut probat *Gonzal.
ad regul* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 6. *num.* 126.,
*Lotter. de re beneficial. lib.*2. *queſt.* 31 *nu* 9.,
*Pax Iordan. lib.*10. *tom.*2. *tit. de Iurepatro-
nat. num.*407.: vel in omnem caſum cum ille
remanſerit impeditus à lite inter Iſabellam,
5 & Capitulum exortam, ſuper competentia
juris præſentandi, exinde patroni excuſati
remanent à devolutione: & tam ipſis ad præ-
ſentandum, quam Epiſcopo ad faciendum
concurſum tempus non currere probat *Ho-
ſtien. in cap. Quoniam. num* 7. *de Iurepatron.
Federic. de Senis. conſ.* 231., *Card. de Luca
de Beneſ. diſc.* 13. *num.*16.

Quoniam Epiſcopo nulla adſcribi poteſt
negligentia: dum adeò ſollicitè ſe geſſit; ut,
ad evitandam diuturnam parochialium vaca-
tionem, illicò mortuo rectore concurſum
publicaverit cum brevi termino novem die-
rum patronis ad præſentandum conceſſo.
6 Quamobrem intrà præfinitum tempus pa-
troni clericos ipſis beneviſos non nominave-
rint, neque durante impedimento litis, tem-
pus ad præſentandum non currere proteſtati
fuerint, tota negligentia videtur reſundi in
eoſdem patronos, quorum culpa, concurſus
compleri nequivit; non autem Epiſcopi; qui,
quatenus etiam illum perficere recuſaſſet,
aut inſtitutionem nominato concedere pro-
traxiſſet, eamdem, mediante recurſu ad ſu-
periorem, de facile patroni conſequi po-
tuiſſent, ex latè firmatis *cor. Ubago dec.*80.
num. 7. & *ſeqq.*, & *dec.* 102. *per tot.*

Abſque eo quod allegare juvet diſpoſitio-
nem Synodus provincialis, ad oſtendendum,
quod opus non eſſet præciſa nominatione
patronorum, quia edictum ſucceſſerit loco
7 nominationis. Hoc enim, quatenus allegabile
foret; tantum deduci poſſet ab Epiſcopo, non
autem à Patronis, circà quos præfata Syno-
dus voluit in totum ſe uniformare cum diſpo-
ſitione Sac. Conc. Trid., quod nempe non
exiſtentibus perſonis capacibus à patronis
præſentatis fieri poſſet electio unius ex aliis
concurrentibus per edictum, ut reſultare
videtur ex illius verbis, ibi -- dummodò cir-
ca præſentationem &c. -- & melius declarat
*Ventrigl. in prax. tom.*2. *annot.* 5. §. 1. *n.*12.

Minuſque allegata pendentia litis operari
valuit ſuſpenſionem concurſus donec illa ter-
8 minaretur: ſivè quia Concilium Trid. in Pa-
rochialibus, quantumvis litigioſis, concurſum
fieri mandat.

Sivè quia cum lis excitata fuiſſet poſt ſecu-
tam vacationem Beneficii inter aſſertos patro-
nos contendentes de mutua pertinentia juriſ-
patronatus; tali caſu lis erat terminanda in
9 temporetà jure, & Conſtitutione præſcripto,
illoque decurſo, etiam lite pendente Jus con-
conferendi ad Sanctam Sedem devolui fir-
mat *Text. in Cap. Quoniam in fin. de Iurepa-
tronatus, ubi Canoniſtæ cum aliis, quos al-
legat. Barboſ. ibidem num.*16., *cap. Si verò* 12.
*num.*2., & *ſeqq.* & *Cap. Cum propter* 27.
*num.*4. *eod. tit. de Iurepat.*, *Tondut. reſolut.
benefic. part.* 2. *cap.*4. §. 9. *num* 23., & *ſeqq.
Rot. dec* 586. *num.*3. 7 *part.*4. *diverſorum.*

His omnibus vim addidit defectus perti-
nentiæ juriſpatronatus in Iſabella auctrice
Ioannis Martinez, quæ cum omne Ius ſuum
mereretur ab inſtrumento locationis, in quo
Canonico Peraltæ conceſſa fuit in arendamen-
tum, ejus vita tantum naturali durante, te-
nuta de la vega, cum jurepatronatus eidem
10 annexo; dum Beneficium vacavit tempore,
quo per obitum affictuarii expiraverat loca-
tionis contractus, & quodcumque Ius ex illo
reſultans; nihil ſuperfuit quod poſſet tranſ-
mitti ad hæredes; *ad Text. in l. fin. C. de
Legat.*, *Pariſ. conſ.* 21. *num.* 38. *lib.* 2., *Pe-
regrin. conſil.* 52. *num.*4 *lib.*4., *Cephal. conſil.*
158. *num.*6., *Cyriac. controverſ.* 682. *num.*1.
*Rot coram Zarate dec.*26. *num.*12.

Non refragante aſſ. conſuetudine, quæ vi-
gere ſupponitur in Eccleſia Compoſtella-
na, protrahendi ſcilicet locationes bonorum
Menſæ Capitularis etiam poſt obitum coa-
dintoris uſque ad Menſem Iulii, ſive Augu-
ſti ſubſequentis; Itàut, ſuperventa vacatio-
ne Parochialis die 14. Martii 1697., adhuc
Ius præſentandi ſpectaret ad Iſabellam hęre-
dem. Omiſſa enim nullitate iſtius locationis,
11 quæ tanquam ſacta ad vitam ſine beneplacito
Apoſtolico cadens ſub prohibitione *extrava-
gantis Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alie-
nandis*, non ſuſtinetur: adverterunt DD.
12 relatam conſuetudinem dumtaxat habere
locum, reſpectu juris materialis percipiendi
fructus, qui ratione culturæ naſcuntur: non
autem reſpectu juris ſpiritualis nominandi ad
controverſam parochialem, quod eſt inſepa-
13 rabile à Capitulo: quodue ſicut exerceri
non valet à Canonico in ſacris non conſtituto
per Text. in Clement. Utque de ætat., & *qua-
litate, ibique ſcribentes, Rot. dec.*275., & 290.
utro-

utrobique num. 3., *& ſeqq. coram Durano*; Ita & multominus tranſmitti potuit in fæmi-
14 nam incapacem, & ab iſta cedi, & deindè
15 transferri in Ioannem Martinez propria authoritate, & ſine conſenſu ordinarii, contrà omnes juris regulas, de quibus apud *Lambertin. de Jure Patron. lib. 1. par. 2. quæſt. 6. art. 4., Barboſ. de Epiſcopis part. 3. allegat. 71. num. 12., Olea de Ceſſione Iurium tit. 2. quæſt. 5. num. 3., Vivian. de Iurepatron. lib. 4. cap. 4. num. 74., Rot. coram Zarate dec. 26. num. 11., & in recent. dec. 257. num. 1. par. 2. & dec. 329. num. 23., & ſeq. par. 9., & dec. 238. num. 9. part. 10.*

Quibus ita firmatis circa devolutionem, facilis viſa fuit reſolutio ſecundæ partis dubii. Nam eo ipſo, quod Petrus de Patochiall prædicta potuit legitimè provideri, & collatio à Sanctiſſimo facta ſuſtinetur; nulla ſubeſt ratio, per quam iterum concurſus indici debeat, dum illum hodiè Beneficio pleno amplius convocare non licet.

Et ita, utraque &c.

TUDERTINA FIDEICOMMISSI.

Mercurii 31. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Filius natus octo menſes poſt contractum matrimonium legitimus habetur. Nec contrarium convincitur ex teſtibus de auditu, & ad perpetuam; neque ex epiſtola patris, qui in actu magis ſerio eundem pro legitimo agnovit.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio vigore* L final. *non denegari poteſt concurrentibus exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi, & identitate bonorum.*
2 *Teſtator vocans filios legitimos, & naturales, illegitimos cenſeutur excluſiſſe.*
3 *Et neque illegitimi ſucceſſores ejus bona prætendere poſſunt.*
4 *Filius natus octo menſes poſt initum matrimonium legitimus omnino habetur.*
5 *Partus ſeptimeſtris reputatur legitimus, & vitalis.*
6 *Legitimitas filii nati in figura matrimonii non excluditur, niſi per probationes, & per negativam coarctatam, removentes quamcumque contrariam poſſibilitatem.*
7 *Teſtes de ſimplici auditu, & teſtes ad perpetuam examinati in materia objectiva nihil probant.*
8 *Enunciativa patris in epiſtola non probat filii illegitimitatem, quando in actu magis ſerio tanquam legitimum agnovit.*
9 *Teſtibus juris præſumptioni conformibus magis creditur.*

DECISIO CCXLVIII.

IN teſtamento, quod condidit Martius de Sciugadroſcis, ſcriptis ſibi hæredibus Matthæo, & Alexandro, mandavit, quod portio

morientis ſine filiis alteri ſuperviventi reſtitueretur; & utrique eorum filios maſculos ſubſtituendo, ex legitimo tamen matrimonio procreandos, eorum pariter morientem ſine filiis reſtitutionis onere gravavit favore ſuperſtitis, cum declaratione; quod talis ſubſtitutio protraheretur uſque ad quartam generationem, ibi -- *Che queſta ſoſtitutione vada ſino alla quarta generatione incluſivè.*

Verùm cùm ex hæredibus prædictis Matthæus ſine prole deceſſiſſet tota & integra Martii hæreditas delata fuit ad Alexandrum cohæredem, & deindè ad Sebaſtianum filium maſculum à teſtatore vocatum; qui, excluſa Livia ſorore dotata etiam profeſſa in monaſterio S. Marthæ Urbis, poſt ſe reliquit unicum filium Marcum Antonium; per cujus obitum vigore aviti teſtamenti Cæcilia, & Conſtantia filiæ introducto immiſſionis judicio coram A. C. ſuper nonnullis corporibus fideicommiſſariis, quæ occupata fuerant per monaſterium reum conventum ex perſona prædictæ Liviæ, ſententiam favorabilem reportarunt, à qua commiſſa mihi appellationis cauſa, propoſitoque hodie dubio -- *An ſit concedenda immiſſio -- affirmativa* prodiit reſolutio. Nam conſtito ex lectura teſtamenti de exiſtentia fideicommiſſi uſque ad quartam generationem, quam conſtituunt prædictæ filiæ Marci Antonii teſtatoris pronepotis, ac etiam probata illius purificatione per obitum proprii parentis, & identitate controverſorum bonorum ex confeſſione, & facto ipſius monaſterii; quod uti fideicommiſſaria eadem bona deſcripſit in calce mandati de immittendo ad illius favorem titulo vocationis ad præfatum fideicommiſſum relaxati, & poſſeſſione per actum publicum ſucceſſivè capta, utique concurrentibus omnibus
1 requiſitis ad hujuſmodi judicium neceſſariis, non poterat ſororibus prædictis denegari immiſſio in vim *text. in l. final. C. de edict. D. Adrian. tollen.* cum aliis deductis in *Illerden. hæreditatis de Gomar.* 15. *Maii* 1699. §. *Nam de bonorum indemnitate cor. R. P. D. meo Caprara*, & *in Romana fideicommiſſi* 15. *Januarii* 1700. §. *Deſectar, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Nec ad impediendam petitam immiſſionem quidquam relevare viſa fuit exceptio aliàs promota per monaſterium coram A. C.; nempè, quod teſtator vocando ad ſucceſſio-
2 nem filios legitimos, & naturales, ita à ſua hæreditate excluſerit illegitimos, qualem eſſe Marcum Antonium prætendebatur à monaſterio; vel quia nonnulli teſtes deponunt illum ortum fuiſſe à Conſtantia jam prægnante, antequam cum Sebaſtiano matrimonium contraheret; vel quia idem Sebaſtianus in epiſtola per eum ſcripta ad Mariam Theodoram monialem aſſeruit, Marcum Antonium non eſſe filium proprium, ſed illegitimè na-
3 tum: propterea actrices ab illegitimo deſcendentes, ex defectu qualitatis à teſtatore volitæ, nequeant modò immiſſionem conſequi ad bona prædicta.

Quoniam cùm incontrovertibile ſit inter Sebaſtianum, & Conſtantiam matrimonium canonicè contractum fuiſſe;& ab ea die, poſt lapſum octo menſium, in lucem prodiiſſe Marcum Antonium, eidem validiſſima aſſiſtit præſumptio; quod tanquam natus in figura matrimonii ab uxore Sebaſtiani pro il-
4 lius legitimo filio omninò reputari debeat; juxta celebre reſponſum *Papiniani in l. Miles §. Defuncto ff. ad leg. Jul. de adult.*, *Vaſquez controv. illuſtr. lib. 1. cap. 48. nu. 21.*, latè *Sperell. dec. 174. à nu. 5., & ſeqq.*, *Rota in rec. dec. 347. n. 2. p. 12*, & *dec. 151. n. 1. p. 18.* Non attenta immaturitate partus octo menſium, quia ex ea non evertitur filiationis præſumptio, cùm potuerit faciliùs ſequi, quod Conſtantia non evaſerit prægnans, niſi poſt primum menſem à die contracti matri-
5 monii: atque ita partus eſſet ſeptimeſtris; qui, præter Phyſicorum opinionem, de jure communi reputatur legitimus, & vitalis; per *text. in l. ſeptimo menſe 12. ff. de ſtat. homin.*, & ibi *Bart. n. 1.*, *l. Inteſtato §. fin. de ſuis, & legit. hæred.*, *Alex. in l. Gallus ff. de liber., & Poſthum. num. 21.*, & *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. caſ. 89. n. 34., & 37.*

Hinc poſita dicta præſumptione favorabili eidem Marco Antonio, cùm ad excludendam illius legitimitatem probationes debeant eſſe omninò concludentes, & per negativam coarctatam removentes quamcumque poſſibilitatem in contrarium; ad notata per *Merlin. dec. 716. n. 6., & dec. 164. num. 4. p. 3., & dec. 151. n. 14. p. 18. recent.*; talis dici non potuit illa reſultans ex teſtibus per monaſterium adductis, ſive quia deponunt de ſimplici auditu,
7 ſive etiam quia ſunt ad perpetuam examinati, qui in hac materia objectiva nullam probationem conſtituunt; ad firmata *coram Bichio dec. 633. n. 8., & dec. 347. n. 26., & ſeq. p. 12.*

Minuſque altera promanans ex aſſertione
8 emiſſa per Sebaſtianum in epiſtola prædicta, quæ non meretur attendi; dum idem Sebaſtianus in actu magis ſerio, & proportionato dictum Marcum in filium agnoſcendo, eidem omnia ſua bona donavit: atque ab eo pro filio legitimo, & naturali ſemper habi-
9 tum fuiſſe deponunt alii teſtes, quibus tanquam prædictæ præſumptioni juris ſe conformantibus magis deferendum venit; *Rot. dec. 501. n. 4. p. 13., & dec. 230. n. 5. p. 17. recent.*

Et ita ſororibus de Sciugadroſcis informantibus, Livia verò dilationem petente, quamvis monaſterium pluries monitum fuiſſet, cauſæ defenſionem relinquente, reſponſum fuit.

REATINA FIDEICOMMISSI DE CLAVELLONIBUS.

Lunæ 12. Februarii 1703.

ARGUMENTUM.

Dos ex fideicommiſſo non niſi in ſubſidium detrahitur, neque pro ea actio datur, quando obſtat hæredibus eam prætendentibus exceptio cedendarum ob ceſſionem jurium ab eorum auctore dotis creditore facta favore ementis rem liberè ſpectantem ad fideicommiſſum debitoris ejuſdem dotis: cætera habes infra.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio concurrentibus requiſitis non denegatur.*
2 *Dotandi cauſa deſcendentem vigore* auth. res quæ *à fideicommiſſo aſcendentali bona poſſunt ſeparari.*
3 *Et ejuſdem jure retineri.*
4 *Fallit ſi adſint bona libera.*
5 *Fideicommiſſum nonniſi in ſubſidium dotore tenetur.*
6 *Remedio* auth. res quæ *non juvatur ille, cui obſtat actio cedendarum.*
7 *Bona aliàs translata cedere non licet.*
8 *Dos ex fideicommiſſo tranſverſali non conſtituitur.*
9 Cedendarum *exceptio non obſtat, ſi jura in alios tranſlata, non fuerint profutura.*
10 *Secùs ſi ex hoc impeditum fuerit actionis in alios exercitium.*
11 *Fideicommiſſi bona libera evadunt ex juribus creditorum, & etiam ex juribus dotis* num. 14.
12 *Deciſiones incidenter non revocantur.*
13 *Et donec revideantur ſunt ſupponendæ.*
15 *Retentio non datur pro dote, cùm ſatisfacta jam fuerit, vel contra creditum, pro quo eſt hypothecata.*
16 *Auctoris factum impugnari nequit.*
17 *Exceptiones turbidæ non admittuntur in claro judicio immiſſionis.*
18 *Judicium immiſſionis rejicit exceptiones altioris indaginis.*

DECISIO CCXLIX.

POſthabitis quæſtionibus, quæ lato calamo examinatæ fuerunt in deciſionibus editis, tam coram Illuſtriſſimo D. magno Cancellario Mediolani, quàm R. P. D. meo de la Tremoille, totum cauſæ momentum in hodierna propoſitione tantùm pendere videbatur ab immiſſione per Franciſcam Antoniam Clavellonam petita ſuper molendino nuncupat. *della Salce*, & terris *dell' Apuleggia*, ſubjectis fideicommiſſo Mutii ſenioris de Clavellonibus; quæ pro reſiduo dotis, & fructuum quondam Liviæ Clavellonæ, Cappellettis filiis adjudicata fuere. Verùm quia in dicti R. P. D. mei de la Tremoille abſentis locum ſubrogatus fui, propterea quæſitum hodie fuit coram me -- *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis* -- & affirmativa quoad primam partem, negativa quoad ſecundam prodiit reſolutio.

Firmum ſiquidem, & indubium eſt in jure, quod concurrentibus requiſitis ad petitam immiſſionem neceſſariis, illa nunquam ſolet denegari: cùmque in præſenti, nec de exiſtentia fideicommiſſi Mutii ſenioris, nec de

de molendini identitate dubitetur, meritò
Franciſcę Antonię vocatæ immiſſio conceden-
da erat; *Text. in l. fin. C. de edict. D. Adr.
toll.*, *Gabr. conſ.44. n.2.3. lib.2.*, *Surd. dec.
76. n.6.*, *Rot. cor. Seraph. dec.828. n.1.*, *& in
rec. dec.88. n.1.*, *& 2. part.7.*, *& in Romana
fideicommiſſi* 11. *Februarii* 1700. §.1. *cor. R.
P.D. meo de la Tremoille.*

Non attenta reſponſione, quod Molendi-
num prædictum Cappelletti retinere valeant
titulo dotis Liviæ ab eodem fideicommit-
2 tente deſcendentis, pro qua, ſicut vigore
Auth. res quæ bona diſtrahi, & ſeparari po-
tuiſſent ab ipſo fideicommiſſo; ita quoque eo-
3 dem jure permiſſum ſit eiſdem retentionem
allegare. Quoniam cùm de tempore conſtitu-
4 tionis dotis hæredes Franciſci patris poſſide-
rent nonnulla bona libera, & ſignanter jus re-
dimendi molendinum propè flumen Velinum
diverſum ab altero, ſuper quo modo diſcep-
tatur; dos Liviæ cum ejus pretio conſtitui
debuiſſet; non autem cum bonis fideicom-
5 miſſi; quod ſolùm in ſubſidium, bonis liberis
non extantibus, fæminas dotare tenetur; ut
advertit *Molina de primog. lib.4. cap.7. num.*
Gratian. diſcept. for. cap.596. n.10., *Rota
cor. Pextinger. dec.262. n.1.*, *& in rec. dec.
389. n.9. p.17.*, *& in Romana fideicommiſſi
28. Martii* 1695. §. *Tum etiam*, *cor. clar. me.
Card. Taurusio*, *& in Romana Salviani 26.
Junii* 1697. §. *Quibus stantibus coram me,*

Eo enim ipſo, quod molendinum ab omni
fideicommiſſi vinculo ſolutum probatur ven-
ditum fuiſſe à Mutio juniore, & Flaminio de
Clavelionibus debitoribus dotis, & in con-
tractu nedùm principaliter, & in ſolidum
acceſſiſſe Fauſtum Cappellettum Liviæ virum
dotiſque creditorem, verùm etiam ad com-
modum illorum de Savarellis emptorum,
præterea obligationem jurium promiſiſſe;
exindè ſequitur, quod Cappellettis à Fauſto
6 cauſam habentibus ſemper obſtet exceptio
cedendarum, per quam, cùm juvari non poſ-
ſint remedio *Auth. res quæ*; ita quoque Rei
pro ſupradicta dotis ſatisfactione ampliùs ſe
7 vertere non poſſunt contra bona fideicom-
miſſi Mutii ſenioris, cui jura dotalia in alios
jam tranſlata cedere non licet; ut latiſſimè
firmatum fuit in *deciſionibus hujus cauſæ edi-
tis die* 3. *Junii* 1701. §. *Quin obſtare coram
d. Illmo D. magno* Cancellario, & *die* 3. *Ju-
lii* 1702. §. *Nec urget cor. R.P.D. meo de la
Tremoille.*

Et quamvis replicaretur, quod molendi-
num, ut ſupra alienatum, fideicommiſſo Mu-
tii ſenioris ſubjectum non eſſet; quia poſt ejus
obitum à Joanne, & Leandro filiis acquiſi-
8 tum fuit; qui tanquam tranſverſales Liviæ do-
tem conſtituere non tenebatur; ideòque jura
per Fauſtum emptoribus ceſſa in nihilo præ-
judicaverint molendino; & cùm nullatenus
9 eſſent profutura, ex quo ſuper illo nunquam
experiri potuiſſent, cedendarum exceptio,
ne utiquam hodie contra ejuſdem poſſeſſores
opponi valeat; ad tradita per *Bartol. in l. ſi
ſtipulatus eſſes à me* 16. §. *Si ex duobus n.3.
verſ. quandoque creditor ff. de fidejuſſor.*, *Ne-
guſan. de pign. memb.3. quintæ partis n.36.
verſ. fallit modò*, *Rodriguez de ann. reddit.
lib.2. q.9. n.11.*, *Olea de ceſſion. jurium tit.5.
q.2. n.44.*, *Rot. cor. Gregor. dec.579. n.1.*, *&
cor. Merlin. dec.222. n.10.*

Attamen objectum corruere viſum fuit;
quia cùm molendinum poſt acquiſitionem fa-
ctam à Joanne, & Leandro fratribus liberè
perveniſſet ad Mutium, & Flaminium dotis
10 Liviæ debitores; ſemper occurrit inſupera-
bilis reſponſio; quod actio validiſſimè, & uti-
liter à fideicommiſſo Mutii ſenioris dirigi po-
tuiſſet contra dictum corpus liberum Mutii
debitoris; ſi Fauſtus dotis creditor ejuſdem
alienationi non conſenſiſſet, & in ſolidum de
evictione ſe non obligaſſet.

Et ſanè medietatem molendini propriam
Joannis, vigore ſubſtitutionis in ipſius te-
ſtamento adjectæ, ad Mutium perveniſſe ad-
mittitur inter partes. Alteram verò ſpectan-
tem ad Leandrum tranſiviſſe ad manus tam
Mutii, quàm Flaminii reſultat ex eo, quod
ab iiſdem quamplures creditores ipſius Lean-
11 dri dimiſſi fuerunt; quorum juribus molen-
dini partem evaſiſſe liberam, & ab omni one-
re fideicommiſſi exemptam firmatum fuit in
deciſ. hujus cauſæ edita die 15. *Maii* 1699.
§. *Admiſſo cor. R.P.D. meo Pio*, quæ utpotè
12 à Franciſca per renunciationem in actis fa-
ctam, acceptata, nunc incidenter nullo mo-
do revocari valet; *Rot. cor. Gregor. dec.295.
in fin.*, *& dec.77. n.3. p.11. recen.*, *& in Aſ-
culana dotis* 27. *Junii* 1700. §. *Sed quod cor.
R.P.D. meo Pio.*

In nihilum refragante, quod renunciatio
prædicta citato Cappelletto emiſſa fuerit ad
alium finem; nempè ut ipſa Franciſca Anto-
nia contra illum agere poſſet; quidquid enim
ſit de renunciatione prædicta ſatis congrua
apparuit reſponſio, quod dicta deciſio con-
13 trarium firmans, donec revideatur ſemper
ſupponenda venit, ut præter allegatos reſ-
pondit *Rot cor. Celſo dec.320. num.1. in rec.
dec.68. n.4. p.17.*; & *in Vicen. hebdomadarię
4. Julii* 1698. §. *Verum cor. R.P.D. meo Mu-
to.* Tantò magis quia Leander molendinum
fideicommiſſo à ſe condito ſubmittere no-
luit; præcepitque dotem Cherubinæ uxoris
reſtitui ex ejus propriis bonis, & molendino
controverſo, quod eſſe liberum declaravit,
ibi -- *Quale eſſo teſtatore aſſeriſce non eſſer
ſottopoſto al fideicommiſſo* -- Quapropter
cùm dicta dos fuerit à Franciſco Leandri fra-
14 tre reſtituta, in neceſſariam conſequentiam
venit molendinum, ex juribus dimiſſæ dotis
penès eumdem Franciſcum liberum omninò
remanſiſſe; & poſtmodum eum eadem liber-
tate ad Mutium, & Flaminium Franciſci fi-
lios tranſiviſſe.

Minùs tandem obeſſe potuit, quod Mutius
eſſet creditor fideicommiſſi ex cauſa dotis
Melaniæ matris; cujus vigore emptores Mo-
lendini ſaltem potuiſſent propria jura tueri
contra agentes pro credito poſteriori Liviæ.
Quoniam cùm probatum fuerit creditum do-
tis

Digitized by Google

15 tis maternæ ſatisfactum remanſiſſe pluribus bonis fideicommiſſariis à Mutio filio alienatis; & inſuper conſtiterit Melaniam ſe obligaſſe pro reſtitutione dotis Liviæ, fruſtra adverſùs fideicommiſſum, ex ejus juribus agentem, oppoſita fuiſſet retentio pro credito dotis Melaniæ, quod dictæ Liviæ jam fuerat hypothecatum. Et in omnem caſum, cùm molendinum venditum fuiſſet pro ſcut. 3000. hujuſmodi pretium exuberaſſet tam pro ſatisfactione iſtius dotis aſcendentis ad ſcuta 500., quæ ſoluta fuit Franciſco legitimo cre-
16 ditori, cujus factum, & reſtitutionem reſpectivè impugnare non poſſunt Mutius, & Flaminius illius hæredes, quàm pro reſtitutione alterius dotis Liviæ ſcutorum 1750., quamvis poſterioris: ultra quas ſuperfuiſſet etiam alia ſumma pecuniarum, ad liberam diſpoſitionem Mutii.

His omnibus maturè diſcuſſis accedit animadverſio, quod dum actio Franciſſæ Antoniæ ad fideicommiſſum vocatæ pro conſequenda immiſſione petita eſt undequaque clara; & è converſò exceptio retentionis
17 promota per Cappellettos pro credito dotis Liviæ ſit omninò turbida; hoc ſufficit ad hoc, ut Franciſca Antonia intentum obtinere poſ-
18 ſit in hoc judicio immiſſionis, quod rejicit exceptiones altioris indaginis; ut fuit reſponſum in præcedentibus hujuſce cauſæ deciſionibus *ſub diebus 3. Junii §. s. l, & §. Veluti etiam, & 17. Februarii 1702. §. Moti cor. d Illm̃o D. magno Cancellario, & 3. Julii 1702. §. Cauſa ita cor. R. P. D. meo Tremoille.*

Et ita ſuffragantibus quinto, & ſexto ex Dominis, utraque parte informante reſponſum fuit.

ROMANA CANONUM.

Ven. 9. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Reductioni canonum ad hoc ut locus ſit quænam læſio ſit probanda, & à quibus excludatur latè perpenditur.

SUMMARIUM.

1 *Canonum reductio non fit, niſi concludenter probetur læſio in actu contractus, vel ſucceſſiva.*
2 *Læſio, quæ ex facto auctoris excluditur, non juvat.*
3 *Læſio canonum excluſa remanet ſi eoſdem actor acceptaverit.*
4 *Nemo præſumitur jactare ſuum.*
5 *Læſio canonum removetur ex eo, quod alii emphyteutæ idem ſolvant.*
6 *Læſio ſubſequens in ſolutione canonum quomodo probetur?*
7 *Nec probatur ex peritia, quæ integrum terrenum emphyteuticum non æſtimat, & quare?*
8 *Et quæ conſiderat valorem nudi tantùm terreni.*
9 *Læſio ut probetur in re emphyteutica, fructuum quoque, vitium, & arborum, quæ ſolo emphyteutico ceſſerunt habenda eſt ratio.*
10 *Et quoque habenda ratio eſt fructuum, quos fundus emphyteuticus in potentia ferre poteſt.*
11 *Obligatio emphyteutæ fundum fodivum plantandi tanquam de natura contractus ex ſe læſionem non producit.*
12 *Ex venditione vinearum vicinarum minori canone gravatarum pro modico pretio læſio non convincitur, & quare?*
13 *Vineæ magnæ in agro Romano vili pretio venduntur, quia regulatur à fructibus, detracto canone.*
14 *Læſio ſolutionis canonum removetur ab obſervantia eorumdem ſolutionis abſque reclamatione.*
15 *Obſervantia ſolutionis canonum demonſtrat fundum emphyteuticum non eſſe deterioratum.*
16 *Vel quod diminutio ſit minima, adeout non ſufficiat ad dimittendum fundum, aut reducendos canones.*
17 *Emphyteuta non liberatur, niſi res pereat tota.*

DECISIO CCL.

EX pluribus petiis terrarum fodivis poſitis in agro Romano in loco nuncupato *Mondragubio*, quas anno 1579. Laurentius Caſtellanus mediatus auctor Pauli, & aliorum del Cinque in emphyteuſim perpetuam conceſſerat Bartholomæo Tognino, & Franciſco Arditio, pro annuo canone ſcutorum duorum, & bonon. viginti pro qualibet, cum onere illas meliorandi, & ad vineam reducendi; quatuordecim petiæ cum dimidia circiter jam melioratæ, & ad eum ſtatum redactæ, præter alteram cum arundineto, pervenerunt ad Cletiam Motoſinam, & ab iſta in Carolum Madernum, à quo anno 1627. perſoluto laudemio; factaque obligatione correſpondendi canonem ad rationem prædictam, & obſervandi conventiones omnes in præcedentibus Inveſtituris conceſſas, tranſierunt in Joannam Baptiſtam dicti Caroli filiam, & deindè in Felicitam Catharinam Lupiam neptem; quæ licèt canones in ſumma prædicta ſemper ſolvere continuaſſet.

Tamen conquerentibus omnibus emphyteutis vinearum territorii Urbis de immoderata canonum reſponſione, ſupplex libellus porrectus fuit ſa. mem. Innoc. XII., eoque remiſſo ad hoc ſacrum Auditorium pro voto, prodiit reſponſio -- *Non eſſe locum reductioni, neque dimiſſioni, niſi probata læſione in caſibus particularibus,* -- ut in *deciſionibus cor. bo. me. Emerix inter ejus impreſſas in ordine la* 1130., & 1186.: cui reſolutioni inhærendo Fælicita plurimum confidens in propriis juribus, quodque in ejus particulari caſu læſionem pateſacere poſſet; commiſſionem ſpecia-

Digitized by Google

ſpecialem mihi directam obtinuit ; diſputa-
toque dubio -- *An conſtet de læſione , ſeu ad
quam rationem debeant reduci canones , vel
locus ſit dimiſſioni* -- Domini in *negativam*
partem in omnibus inclinarunt.

Retento ſiquidem principio , quod ad ob-
1 tinendam reductionem canonum , aut facul-
tatem dimittendi rem emphyteuticam , læſio
vel originaria, & in actu contractus , vel ſuc-
ceſſiva etiam tractu temporis ſubſequuta ple-
nè , & concludenter probanda eſt;ut ait *gloſſ.
in l.2. Cod. de reſcind. vendit., Facchin. con-
trov. jur. lib.22. cap.22. verſ. Ego in eam ,
Fulgin. de contract. emphyt.q.28. n.5.,& Rot.
dec.468. n.11. p.14. rec.*

Neutro tempore læſionem concurrere
viſum fuit. Non quidem originariam , & ex
primis inveſtituris ; nam quidquid ſit de an-
tiquis ſtipulatis ad commodum Bartholomæi,
& Franciſci , in quibus aſſeritur controver-
ſam vineam tunc temporis extitiſſe in ſimpli-
ci fundo ſodivo ; cùm primi acquirentes nun-
quam reclamaverint , quinimò adinvenerint
in ſucceſſorem Carolum Madernum, qui an-
no 1627., poſt curſum nempè 50. annorum
emit dictum fundum jam ad vineam reda-
ctum , & præter pretium antiquis emphyteu-
teutis debitum, in recognitionem directi do-
minii laudemium perſolvit, acceptando obli-
gationem quotannis ſatisfaciendi canonem in
ſumma ſcutorum 33. 50. , opus non eſt recur-
2 rere ad antiquam læſionem , quæ ex facto
Caroli authoris ejuſdem actricis undique ex-
3 cluſa remanet : dum veriſimile non eſt hujuſ-
modi canonem ſubire voluiſſe; ſi fundus adeò
peſſimæ qualitatis , & conditionis fuiſſet ; ex
4 regula , quod nemo præſumitur velle jactare
ſuum ; *text. in l.cum de indebito ff. de probat.*;
de qua *Menoch præſumpt.6. nu.5., & Rota
cor.Coccin. dec.2340. n.2.* : tantò magis , quia
omnia fere terrena emphyteutica prope Ur-
bem pro eodem canone conceſſa noſcuntur ;
ut advertit *dicta dec.1186. num. 8. cor. Eme-
rix.*

Quò verò ad læſionem ſubſequutam Feli-
cita deficit in neceſſariis , quia uſque adhuc
per eam demonſtratum non fuit, quod bona
6 emphyteutica , de quibus agitur , etiamſi eſ-
ſent in ſtatu melioris, & optimæ culturæ,
fructus nec produxerint , nec in congrua
quantitate reddere poſſint ; itaut demptis ex-
penſis , illi nunquam aſcenderint ad quanti-
tatem debitam pro ſolutione canonis ; prout
neceſſarium eſſe ad hoc , ut intret æquitas
pro reductione ; tenet *Bartol. in l.1. nu.9. C.
de jur. emphyt., Valaſch. eod. tit. q.27. n.4.
verſ. cæterum.*

Nec ullum fundamentum conſtitui valet
ſuper peritia , quam actrix ad probandam
læſionem in actis produxit : ſive quia in ea
7 æſtimantur dumtaxat petiæ decem vineæ
cum altera arundineti ; quando contentio eſt
de petiis quatuordecim cum dimidia, & illæ,
quæ à peritis non fuerunt in æſtimatione
comprehenſæ fortaſse poſsunt eſse adeò per-
fectæ qualitatis , ut compenſent alias decem
inferioris conditionis ; ſive quia præteteret
8 valorem nudi terreni , prout eſt in ſe , quan-
9 do ad effectum probandi læſionem in mate-
ria emphyteutica , ratio habenda eſt , tam
vitium , & arborum , quæ anno 1627. ex le-
ge inveſtituræ ſolo cellerant , & cum ſolo in
emphyteuſim conceſſæ fuerant ; quam etiam
10 etiam fructuum, quos fundus in potentia
ferre poteſt ; ut fuit animadverſum in ſæpe
memorata *deciſ.1186. numer.2. coram Eme-
rix.*

Minuſque ad læſionis probationem con-
ferre viſa fuit obligatio inita per emphyteu-
tas fundum ſodivum plantandi ad uſum vineę,
illumque meliorandi , nec non etiam aſſerta
modicitas pretii deſumpta ex pluribus in-
ſtrumentis venditionum, in quibus nonnullæ
vineæ poſitæ in eodem loco Mondragubio
huic controverſæ proximæ , & adjacentes
venditæ fuerint pro exiguo pretio ſcutorum
133., aut 166. pro ſingulo rubro gravato an-
nuo canone ſcutorum 15: ; inferendo exindè,
quod nimis intollerabile damnum ſentirent
emphyteutæ , ſi pro fundo modici valoris te-
nerentur ſolvere canonem longè ſuperantem
pretium ipſius terreni emphyteutici. Quo-
11 niam promiſſio , & obligatio prædicta tan-
quam uniformis qualitati , & naturæ contra-
ctus emphyteutici , qui ſemper initus dicitur
ad meliorandum , ex ſe læſionem producere
non valet ; *Caſtrenſ. in l.Colonus 63. n,4. ff.
de rogat. , Gratian. diſcept. forenſ. cap.934.
n.11.*, & benè *Sard. dec.300. n.22.* : tenuitas
verò pretii nihil ad actricis intentum condu-
12 cere videtur, quia potuit oriri vel ex mala
qualitate vinearum , quæ redactæ fuiſſent in
peſſimum ſtatum , vel etiam, ex eo quod in
calculatione pretii detractum fuiſſet canonis
onus , quo gravatæ reperiebantur : & de fa-
cto paſſim in agro Romano venduntur vineæ
13 magnæ capacitatis pro vili pretio , non ex
alia ratione , quàm ex ea , quod pretium
commenſuratur à fructibus deducto canone ,
& expenſis pro cultura.

Quælibet tamen læſionis ſuſpicio remove-
14 tur ex eo , quod omnes emphyteutæ ſemper
continuarunt in ſolutione canonum abſque
ulla reclamatione : quod ſanè ad evidentiam
15 demonſtrat fundum aut non eſſe deteriora-
tum ; ut optimè obſervat *Bartol. in leg. Ju-
lia §. Si quis ff. de action. empt. , Merenda
controv. lib.1. cap.34. n.5., & Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. lib.2.cap.26. n.168.*,aut ſaltem,
16 ſi aliqua intercedit diminutio , eam non
perveniſse ad talem gradum, qui ſit ſufficiens
ad dimittendum fundum, & obtinendam
reductionem canonum : cùm ad hunc effe-
effectum requiratur , quod res emphyteutica
funditus perierit , aliàs enim , donec res, aut
17 illius pars exiſtit , emphyteuta non libera-
tur ab integra ſolutione canonum ; juxta
*Gloſſ. in cap. Potuit verb. expelli in verſ.
Idem ſi fundus de location.* , quam ſequuntur
*Natt. conſ.377. n.2., Ber. conſ.130. n.4., &
ſeq.vol.1., Corbul. de cauſ. privat. ob non ſo-
lut. canon. ampliat.11. per tot. , Rota coram*

Cerro

Cerro dec.861.n.4., & ſeq., & dec.720. n.6. p 1. diverſ.

Et ità, utrâque &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Veneris 16. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Subrogationis gratioſæ in defuncti juribus requiſita recenſemur.

SUMMARIUM.

1 *Subrogatio gratioſa in defuncti juribus tribus requiſitis concurrentibus, litis ſcilicet, clericatus, & collitigantis obitus, venit exequenda.*

2 *Lis dignoſcitur ex exiſtentia actorum.*

3 *Obitus ex narrativa in collatione alteri facta probatur.*

DECISIO CCLI.

PEndente in hoc ſac. Auditorio appellatione per Jacobum Fexas interpoſita adversùs ſententiam Vicarii generalis Barchinionen., favore Jacobi Rouira prolatam, ſuper ſimplici beneficio S. Juliani *ſecundum* nuncupato; obiit idem Rouira: quapropter dictus Fexas collitigans à Sede Apoſtolica in defuncti juribus gratioſam reportavit ſubrogationem. Cùmque ſe oppoſuiſset Benedictus Durò, qui tanquam à patronis interim præſentatus obtinuerat illud ſibi ab Ordinario conſerri: exindè orta fuit controverſia, circa prædictæ gratiæ executionem: cujus cognitione mihi delegata, diſcutiendum propoſui dubium -- *An gratia Apoſtolica ſit exequenda* -- Et *affirmativa* prodiit DD. reſponſio.

Viſa nempe fuerunt in præſenti concurre-
2 re tria, quæ ad hunc effectum à jure neceſsaria reputantur: lis videlicet, clericatus, & collitigantis obitus, quibus intervenientibus nunquam denegari ſolet executio litterarum favore illius, qui ſubrogaionem gratioſam obtinuit; ad *Text. in cap.1., & 2. ut lite pendente*, monent *Mareſcott. var. reſolut. cap 1.num.55. lib.2., Card. de Luc. de benefic. diſc.73. nu.58, Rot.cor. Seraphin. dec.1426. n 1, & cor. Buratt.dec.407. n.1., & in recent. dec.257. n.1. p.12.. & in Monaſterien. Præpoſituræ 26. Junii 1702. §. Profectò cor. R.P. D.meo Anſaldo.*

Lis etenim manifeſtè apparet ex inſpectio-
2 ne voluminoſi proceſsus & ſententiæ, quæ legitur in eo, & datur in *Summ. Jacobi n.1.*, ac etiam ex citatione cum inhibitione vigore appellationis coram me edita, & in partibus contra dictum D. Rouira perſonaliter executa; ejuſque Rouiræ comparitione *eodem Summ. n.2.* Clericatus autem deducitur ex eadem ſententia. Obitus verò Rouiræ collitigantis, & quidem in poſseſſione apertiſſimè deſumitur ex confeſſione emiſsa in collatione facta in perſonam Benedicti, in qua aſseritur, quod idem beneficium vacat per obitum dicti Rouiræ. Quibus omnibus ita clarè ſe habentibus, neutiquam videtur Jacobus à petita ſubrogationis executione excludendus; ex ſupra allegatis.

Et ita, Jacobo tantum informante, Benedicto verò, licèt pluries monito, dilationem petente, reſolutum fuit.

AVENIONEN. TRANSACTIONIS.

Ven. 16. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Ordinamentum in Legatione Avenionen. exiſtens, quod omnes publici extrajudiciales contractus in fine cujuſque folii à contrahentibus, Notario, & teſtibus ſubſcribantur, non extenditur ad contractus privatos; qui quomodo tales dignoſcantur latè perpenditur. Falſitas tranſactionis non arguitur ex apoſtillis in eadem inſertis, ſi eam impugnans alias approbauit, & pro ejus executione inſtetit; quamvis de falſitare Notarium accuſaverit, cùm tamen ab accuſatione receſserit, & tranſactionem approbaverit.

SUMMARIUM.

1 *Apoca tranſactionis confecta à conſtitutis in ætate minori, qui ex voluntate jura ſua hincindè compoſuerunt, eſt valida, & exequenda.*

2 *Pro tranſactione ſuſtinenda ſufficit timor futuræ litis.*

3 *Ordinamentum in Legatione Avenionen. exiſtens, quod omnes contractus publici extrajudiciales in fine ſingulorum foliorum ſub pœna nullitatis à contrahentibus, notario, & teſtibus ſubſcribantur, non extenditur ad privatos, & quare?*

4 *Obſervantia non deducitur ex actibus ad cautelam, & voluntariè factis.*

5 *Actus privatus dicitur, ſi in publicum inſtrumentum illum redigere ſe obligarunt contrahentes.*

6 *Et ſi id inibi expreſſerit pars.*

7 *Neque tunc ex interventu quatuor teſtium, & notarii publicus dicitur.*

8 *Circumſtantiæ, quæ actum publicum à privato ſecernunt enumerantur.*

9 *Subſcriptio notari vocati non uti perſona publica actus publicitatem non efficit.*

10 *Actus à notario non ſubſcriptus ex Statuto Avenionis non valet.*

11 *Falſitas tranſactionis non arguitur ex apoſtillis inſertis, ſi eadem approbata, ſubſcripta, & ſigillata, coram Judice tantùm fuit aperta, ubi pars non reclamavit.*

12 *Præcipuè ſi inſtetit pro ejus exequutione.*

13 *Et quamvis de falſitate accuſaſſet notarium ab accuſatione receſſit, & plures validitatis declarationes emiſit.*

14 *Et ſi tranſactio non ſit læſiva.*

15 *Tranſactio amputativa litium ſeriò ſtabilita venit exequenda. & quare?*

DECI-

DECISIO CCLII.

FIdeicommiſſum à quondam Paulo Ribera ordinatum, & per obitum Margharitæ Orleans in mediatè purificatum favore Joſephi Riberæ de Coſtabella, motivum præbuit eidem quamplures prætenſionnes excitandi contra Joſephum della Motta Margaritæ hæredem, non ſolùm ſuper redditione rationis adminiſtrationis, quàm illa, vivente Paulo viro, exercuerat; verùm etiam ſuper reſtitutione prædictæ portionis hæreditariæ, cum capitalibus cenſuum redemptorum, & bonorum, quæ per eam fuerant alienata: adversùs quas deducente è conversò præfato hærede tam creditum medietatis dotis propriæ auctrici debitum, quàm alterum impenſarum pro funere factarum, ac pro dimittendis nonnullis creditoribus ejuſdem fideicommiſſi, ipſæmet partes, in harum prætenſionum conflictu, meliùs ſibi conſulentes, per apocam privatam ad amicabilem compoſitionem devenerunt: in qua reſtitutis Coſtabellæ omnibus bonis fideicommiſſariis aſcendentibus ferè ad ſummam ſcutorum 20000., ac ſoluta Joſepho della Motta medietate dotis Margaritæ, ſuper cæteris juribus, prævia illorum promiſcua compenſatione, ſeſe ad invicem quietarunt, & liberarunt. At quando hæc omnia cenſebantur compoſita, & expectabatur conventionum executio, Coſtabella mutato conſilio illas nullitatis, & falſitatis prætextu impugnare cæpit: & introducto judicio coram Auditore generali Legationis Avenionen., ſententiam favorabilem ſuper nullitate reportavit; quam tamen cùm per alteram ſententiam infirmaſset A. C. Petra, devoluta cauſa ad hoc noſtrum Tribunal, mihique commiſſa, dedi dubium -- *An tranſactio ſubſtineatur, itaut veniat exequenda* -- quod in omni ſui parte *affirmativè* reſolutum fuit.

Etenim, cùm apoca, de qua agitur, inita fuerit à contrahentibus in ætate majori con-
1 ſtitutis, qui præter perfectam determinationem tranſigendi ſuper iis, quæ in litem venire potuiſsent, hinc indè jura ſua compoſuerunt, & viciſſim remiſerunt; benè infertur ad
2 validitatem; pro qua ſubſtinenda, & reſpectivè exequenda timor ſufficit futuræ litis; *Rot. cor. Gregor. dec. 149. n. 2., & cor. Cerro dec. 97. n. 15.,* & *in Romana, ſeu Farſen. manutentionis 13. Septembris 1700. §. Neque cor. R. P. D. meo Caprara.*

Nec obumbrari valet ejus validitas duplici exceptioni nullitatis ſcilicet, & falſitatis. Nam reſpectu nullitatis, licèt tota vis conſtitueretur ſuper regulamento cl. me. Card. de Armeniaco olim Legati Avenionen., in quo præſcribitur, quod *omnes contractus, teſtamenta, codicilli, donationes, tam inter vivos, quàm cauſa mortis, ac etiam ex cauſa matrimonii, ac omnes contractus publici extrajudiciales jurati per notarios, & tabelliones ſumendi ſubſcribantur in fine cujuslibet folii à contrahentibus &c., & teſtibus vocatis, ſeu rogatis ſub pæna nullitatis, & reſciſſionis contractus,* -- ex hoc inſerendo, quod deficiente ſubſcriptione in fine cujuslibet folii tranſactio ſalvari non poſſit à nullitate ſuperiùs inducta.

Quia tamen regulamentum litteraliter loquitur de actibus publicis, & juratis à notariis recipiendis, non autem de iis, qui privatè geruntur, ut præſeferunt verba ibi -- *contractus publici extrajudiciales jurati per notarios, & tabelliones ſumendi* -- & comprobat inconcuſsa obſervantia, de qua teſtantur Magiſtratus, Judices, Advocati, omneſque Notarii Civitatis Avenionen., & Carpen.; aſserentes, quod actus publici dumtaxat ſubſcribuntur, non autem privati, niſi aliter ſer-
3 vare partes voluerint. Idcircò hæc forma ſubſcribendi ſub pæna nullitatis quoad publicos, & ſolemnes actus præſcripta, ſervanda non erat in tranſactione per ſcripturam privatam celebrata; ad quam regulamentum prædictum tanquam odioſum, & contra jus commune graviùs onus imponens extendi non valet; benè *Cyriac. controv. 509. n. 31. & ſeqq., Card. de Luca de Legat. diſc. 1. nu. 15. in fin., Rot. dec. 171. n. 5. p. 16., & cor. Emerix dec. 890. n. 8.* Non attentis quampluribus actibus privatis à contrahentibus in extremitate cujuslibet paginæ ſubſcriptis, quæ in contrarium afferebantur: quia cùm iſti nulla jubente lege ad majorem cautelam, & ex vo-
4 luntate partium ſubſcripti fuerint; ut deponunt teſtes prædicti; ulla ex illis deſumi nequit obſervantia contraria; *Bonden. collect. 38. à num. 178. ad 182., Sot. cor. Dunoz. ſen. 235. n. 30., & cor. Amato Dunoz. dec. 351., & n. 15.*

Tranſactionem autem initam fuiſse per
5 actum privatum manifeſtè convincitur, ſive quia ipſimet contrahentes in fine folii promiſerunt, ſeque obligarunt illam redigere in publicam formam, ibi -- *Hanno promeſſo di ridurlo in publico inſtrumento per la futura memoria* -- ſive quia idem Coſtabella in recognitione proprii caracteris appoſita in
6 calce ejuſdem apocæ judicialiter faſsus fuit; dictam tranſactionem eſse actum privatum, ibi -- *Di ſua ſpontanea volontà hà detto riconoſcere le ſignature da lui appoſte nella ſudetta tranſattione privata* -- Undè ex his re-
7 pugnare videtur, quod hujuſmodi contractus ex ſolo interventu quatuor teſtium & notarii dici debeat publicè geſtus: quando eædemmet partes poſitivè declararunt, contractum privatè inire voluiſse.

Et hoc idem demonſtrant tot, tantæque
8 circumſtantiæ in præſenti hypotheſi concurrentes, defectus nempè invocationis divini nominis, indictionis, clauſulæ actum, ſigni notarii, & quod magis ſtringit; nunquam hujuſmodi ſcriptura poſita fuit in prothocollo aliorum inſtrumentorum, prout erat faciendum si publicè expleta fuiſset. His enim omnibus deficientibus abſolutum eſt prædictum actum publicum vocari non poſse; plenè *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 62. per tot., Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 1.*

Digitized by Google

Gloſſ. 1. per tot., Gait. de credito p. 3. tit. 1. à num. 166. per tot., Rot. dec. 171. à n. 5. coram Merlino, & in rec. dec. 172. à n. 19. p. 17. Maximè quia notarius vocatus potius ad effectum extendendi minutam apocæ, figuram teſtis, non autem publicæ perſonæ repræſentavit; quo caſu illius ſubſcriptio operari non valuit publicitatem actus; ut probat *Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 1071., & 1078.*

Reſpectu verò falſitatis depromitur iſta ex nonnullis adnotationibus, & apoſtillis factis in margine ejuſdem tranſactionis, quas, vel ex diverſitate caracteris, & atramenti ex intervallo, non autem contextualiter ſuperadditas fuiſse præſumebant ſcribentes pro
10 pro actore: vel tanquam deſtituras ſubſcriptione notarii ex diſpoſitione *Statuti Avenionen. rubr. 20. art. 2. tit. de officio notariorum* in nulla conſideratione habendas eſse prætendebant. Verùm cum contrahentes in-
11 vicem tranſactionem ſubſcripſerint, & unuſquiſque ipſorum approbaverit omnes additiones, & caſsationes contentas in octo foliis, quæ ſtatim ſigillata nunquam, niſi coram Judice aperta fuerunt: non poſsunt de falſitate redargui à Coſtabella, qui præſens aperitio-
12 ni non reclamavit: imò potiùs in ejus executionem inſtetit pro electione peritorum:
13 & quamvis notarium de falſitate quærelaſſet; deindè tamen à quærela recedendo, plures emiſit declarationes conferentes ad validitatem apocæ: pro qua faciliùs inclinarunt DD. advertentes, quod contra dictam apo-
14 cam nulla objicitur læſionis umbra: quodque agitur de tranſactione ſeriò ſtabilita, quæ tanquam favorabilis, & amputativa litium exequenda venit ne nova lis oriatur ſuper iis, quæ per eam de medio ſublata fuere *L. Fratris 10. C. de tranſact., Rot. in Montis Faliſci prædii 16. Junii 1683. §. Domini dixerunt confirmata 14. Martii 1692. §. Subſiſtit cor. Rm̃o D. Turonen.*

Et ita, utraque &c.

LUCEORIEN. MATRIMONII.

Mercurii 21. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Non valet matrimonium cum diſsenſu, & metu à puella contractum; quamvis ex eo ſuſcepta ſit proles, & quomodo ad id metus iſte etiam ab amita incuſsus ſufficiens reputandus ſit?

Confirmatur infra dec. 310.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ut valeat requiritur, quod puella præſtet conſenſum in ſtatu omnimodę libertatis.*

2 *Lacrymę, conqueſtiones, & repugnantia puellę ante initum matrimonium indicant, eandem per vim, & metum ad nuptias trahi.*

3 *Et in id confluunt rejectio veſtium à ſponſo donatarum.*

4 *Repugnantia in actu ſponſalium ſalutandi ſponſi affines.*

5 *Et prębendi manum, ut digito anulus apponatur.*

6 *Et inſtantanea ejuſdem anuli projectio.*

7 *Et ſi per vim ad nuptiale talamum ſit adducta, & retenta.*

8 *Et continuò de vi fuerit conqueſta.*

9 *Et ſtatim ac potuit, vivente adhuc eo, qui vim intulit proteſtationem emitti curavit.*

10 *Et ſtatim eo mortuo à viro aufugit ad clauſtra, litemque ſuper nullitate matrimonii intentavit.*

11 *Matrimonium contrario puellę animo, & ex illato timore initum, metu contractum dicitur.*

12 *Fides Parochi de contracto matrimonio nihil relevat; ſi errat in nomine ſponſę, caret nomine, & cognomine teſtium, nec mentionem facit matrimonii contracti de pręſenti.*

13 *Teſtes non attenduntur ad excluſionem metriculoſi matrimonii: niſi coarctant negativam, & cùm alii teſtes contrarium concludunt.*

14 *Traductio ſponſę ad domum viri, cum ſuſceptione prolis non arguit conſenſum puellę, quando id ſequutum eſt violenter cum percuſſionibus, & minis.*

15 *Puellę 15. annorum incutitur timor etiam modicis, & levibus minis mulieris.*

16 *Pręſertim ſi iterantur ab eo ſub cujus cuſtodia manet, nec ad parentes poteſt confugere.*

17 *Proteſtatio ſeverę amitę neptem exhęredandi, niſi tale matrimonium contrahat, idem meticuloſum ſuadet.*

18 *Ad probandum metum pro nullitate matrimonii circumſtantię ſimul junctę examinandę ſunt.*

19 *Metus à matre incuſſus filio jam adulto, & qui miles fuerat, non eſt ſufficiens ad invalidandum matrimonium.*

DECISIO CCLIII.

Quamvis in altera præcedenti inſtantia, poſt deciſionem editam die 5. Martii 1700., R. P. D. meus Priolus ſententiam protuliſſet favore Caſimiri Ciarnechi pro validitate matrimonii contracti cum Antonia Carlienſcha: attamen in gradu appellationis controverſia ad me delata; cùm in audientia die 3. Junii 1701. demandaſſent Domini, quod ad probandam incuſionem metus (ſuper quo unicè inſiſtebat Antonina) teſtes formiter examinarentur; hodie abſoluto jam examine, factiſque novis probationibus, ſub dubio iterum propoſito -- *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* -- pro illius infirmatione reſpondere dubitatum non fuit.

Optimè namque probari viſum fuit metum ab Antonina paſſum, & reſpectivè incuſſum per Annam amitam ex novem teſtibus recenter examinatis, qui deponunt, nedum de circumſtantiis, quæ matrimonio præceſſerunt, verùm etiam de aliis quampluribus illud

illud concomitantibus, & ſubſequentibus;
ex quibus apertiſſimè convincitur, puellam
in actu contrahendi matrimonium, nullum
ſed tantùm meticuloſum præbuiſſe conſen-
ſum; ipſamque in illo inſtanti voluntatem in
1 ſtatu omnimodæ libertatis non habuiſſe; prout
ad validitatem matrimonii neceſſarium eſſe
probat *Fagnan. in cap. Cùm dilectus n.4. de
conſuet., Pariſ. conſ.60. n.3., & ſeqq. lib.4.,
Sperel. dec.5. n.46., Rot. cor. Buratt. dec.88.
n.34., & in rec. dec.643. n.29. p.1.*

Et quidem examinando circumſtantias, &
actus antecedentes; cum Antonia illicò ac
fuit certiora de matrimonio ineundo cum
Caſimiro animum ſuum repugnantem expreſ-
sè declaravit, determinatè eidem contradi-
cendo, & præter aſſiduas conqueſtiones, &
reclamationes, quæ cum perſonis domeſticis,
& familiaribus quotidiè effundebantur fervi-
2 dis lacrymis amitam enixè rogabat, ut ma-
trimonium non effectuaretur. Sanè hujuſmodi
repugnantia, conqueſtiones, & lacrymæ ma-
nifeſtè demonſtrant, puellam per vim, &
metum ad nuptias tractam fuiſſe; *Menoch.
lib.3. præſumpt.4. num.11., & præſumpt.126,
n.15., Boſſ. de matrim. cap.12. §.22. num.362.,
Panimol. dec.19. n.5., & dec.102. n.12., &
in rec. Rot. dec 23. n.19. p.12.*

Actus verò concomitantes continuatam re-
ſiſtentiam, & averſionem à dicto conjugio ſa-
tis clarè præſeferunt. Quippe quia Antonina
3 in ipſo tempore contractus ſemper conſtanti
animo oblatas veſtes pro nuptiis à ſe rejecit;
quibus niſi cum minis, & percuſſionibus in-
duta fuit: ac poſtmodum violenter ad Eccle-
4 ſiam ducta, nunquam ſponſi affines, & con-
ſanguineos ſalutare, nec parocho interro-
ganti reſponſum ullum proferre voluit; imò,
5 ut magis contrariam voluntatem ſuam pate-
faceret, manum præbere recuſavit, ne ſpon-
ſalitium annulum digito ſuo apponeretur;
adeout opus fuerit, quod amita, puella per
vim apprehenſa, manum teneret; ut Paro-
6 chus annulum imponeret; quem tamen im-
mediatè è digito ſuo avulſit, & etiam præ-
ſente Parocho in terram projecit. Quæ me-
ſtitia, & taciturnitas puellæ, & annuli pro-
jectio apertè indicant, vel metu extortum,
vel matrimonio nullum præſtitum fuiſse con-
ſenſum; ut firmat *Rot. dec.23. n.5., & ſeqq.
p.12. rec.*, & de projectione annuli *Panimol.
d. dec.19. n.10.*

Subſequentes verò actus relatum ſponſæ
metum ſummoperè comprobant, quia matri-
monio jam inito, Antonina nunquam tamen
7 ſponte, ſed per vim nuptialem talamum in-
greſſa, ibique violenter quoque retenta fuit;
ut deponunt teſtes præſenti *ſumm. n.5.*, ip-
8 ſaque continuò de vi ſibi illata ab Anna con-
querente, ſubitò ac potuit, vivente adhuc
amita, proteſtationem ſuper nullitate matri-
9 monii, per medium fratris, ſeu conſobrini
emitti curavit: defuncta verò amita à marito
10 auſugiens ſe in monaſterium contulit; litem-
que pariter ſuper matrimonii nullitate intro-
duxit; prout referunt teſtes *præſenti ſumm.
n.9. & 19.*; undè cùm omnes iſti actus tam
11 animum contrarium Antoninæ, quàm timo-
rem per amitam prædictam incuſsum demon-
ſtrarent, concludendum videtur matrimo-
nium cum metu contractum fuiſse; *Sperel.
dec.75. n.54., Panimol. d. dec.19. n.19., & in
rec. dec.405. n.13. p.18.*

Quibus ita perpenſis, detectaque matri-
monii nullitate, illius validitatem ſuadere
non valuerunt fides parochi, depoſitio te-
ſtium, traductio ſponſæ ad domum viri, &
ſubſecuta ſuſceptio prolis, quæ in oppoſitum
per Caſimirum aliàs deductæ fuerunt; nam
12 quoad fidem Parochi, iſta plures patitur
exceptiones, & ſignanter quod in ea deſcri-
ptum non fuit nomen Antoninæ, ſed alte-
rius puellæ, nempe Theophilæ Angelæ, caret
nomine, & cognomine teſtium, & in ea ſim-
pliciter fit mentio confirmationis matrimo-
nii, non autem contractus de præſenti. Quo
verò ad teſtes, iſti non merentur attendi, tum
13 quia negativam non coarctant; tum quia
ſuffocati remanent ab aliis teſtibus per An-
toninam examinatis numero majoribus, &
referentibus actus excludentes prætenſum
14 conſenſum. Traductio tandem ad domum
viri, & ſubſecuta ſuſceptio prolis nihil con-
cludunt, quia non pacificè, ſed violenter ſe-
quutæ fuerunt cum percuſſionibus, & minis
amitæ, cujus metus adhuc continuabat, li-
cèt puella nupta fuiſset; ut uno ore præfati
teſtes deponunt.

Neque pariter obſtare potuit, quod om
nes prædictæ minæ, utpote illatæ per mu-
lierem non valuerint incutere metum caden-
tem in conſtantem virum, & ſufficientem ad
invalidandum matrimonium. Quoniam ob-
jectum ceſsare viſum fuit ex ſequentibus fa-
cti circumſtantiis in hac hypotheſi concur-
rentibus, nempè quod Antonina reperieba-
15 tur tunc temporis in tenera ætate, nec exce-
debat annum 15., ad quam conſternendam
etiam modicas, & leves minas ſufficere ad-
vertit *Panimoll. d. dec.19. n.12., Rot. cor.
Buratt. dec.505. n.21., & in rec. dec.23. n.17,
p.12., & dec.38. n.8., & ſeqq. p.16.*, quod-
16 que faciliter ad proprios parentes confuge-
re nequibat; quia multum diſtabant; ſed om-
ni auxilio deſtituta è monaſterio ad amitæ la-
res traducta fuit; ſub cujus cuſtodia vivebat,
prout ad metus probationem ponderat *Ri-
minald. jun. conſ.77. n.19.*, aliique plures à
Panimolla cumulati *dec.102. n.15.* Quibus
accedit iracunda natura prædictæ amitæ,
quæ præter cæcam obedientiam, quam mi-
nis, & percuſſionibus exquirebat, ut juſti-
17 ficatur, *præſenti ſumm. n.10., & 21.* puel-
lam exhæredare proteſtata fuerat, ſi matri-
monium effectum ſuum ſortitum non fuiſset,
quam ſuſpicionem amiſſionis bonorum, & hæ-
reditatis juſtum timorem producere in ani-
mo mulieris habetur *coram Buratt. dec.86.
n.2., & in rec. d. dec.23. n.10. 11. p.12.*

Quapropter, ſicut hæc omnia ſimul juncta
18 removent occaſionem dubitandi, quod pro
nullitate matrimonii ſufficiat iſte metus,

Digitized by Google

quamvis à muliere incuſſus, ad quem effectum circumſtantias conjunctim examinandas eſſe monet *Sanchez de matrim. lib.4. diſput.6. n.34., Barboſ. vot. dec.17. lib.2.art. 2. §.2. n.132., Rot. d.dec.23. num. 12., & ſeq. p.12.*, ita inapplicabiles remanent authoritates, quæ in contrarium afferebantur tanquam loquentes in terminis diverſis, & ſignanter deciſio in *Cracovien matrimonii 12. Januarii* 1699 *cor.R.P.D. meo Priolo*, cui innititur deciſio præcedentis inſtantiæ, cùm in ea ageretur de metu per matrem incuſſo filio jam adulto, qui ſui juris exiſtens ſtrenuè contra Turcas militaverat; ideòque ju-
19 ſtè, rectèque in ea firmatum fuit, dictum metum non fuiſſe talem, itaut cadere poſſet in conſtantem virum: & per conſequens, nec ſufficientem ad annullandum matrimonium, quæ circumſtantiæ nullo modo ſunt præſenti caſui adaptabiles; ut mox oſtenſum fuit.

Et ita, omnibus ſuffragantibus, Antonina verò tantùm informante reſolutum fuit.

BONONIEN. ASSOCIATIONIS.

Veneris 23. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Hæres ſine inventario nequit impedire exequutionem ſuper hæreditate, prætextu ſuorum jurium. Religioſus emiſſa renunciationem omnium bonorum, ſi poſt emiſſam profeſſionem egreditur a religione, & ob ejus extinctionem redit ad poſſeſſionem bonorum; dicitur poſſidere uti hæres præmortuorum fratrum renunciatariorum, non vigore ſuorum jurium, ne prejudicet eorum ceditoribus.

SUMMARIUM.

1 *Aſſociatio conceditur in vim pacti præcarii attento ſtatuto Bononiæ præbente viam executivam.*

2 *Donatariius univerſalis dicitur verus hæres.*

3 *Hæres abſque inventario neqnit impedire executionem ſuper bonis hæreditariis, prætextu jurium ſibi competentium adverſus hæreditatem.*

4 *Frater poſſidens bona fratris, illius hæres eſſe præſumitur, preſertim quando non conſtat de alio legitimo titulo.*

5 *Religioſus poſt profeſſionem ob quamcumque cauſam egrediatur à religione non recuperat jura renunciata in prejudicium creditorum renunciatarii.*

6 *Religioſus attenta abdicativa renunciatione facta, ſi tamen pro ea portione, quam ſibi reſervavit in bonis maternis, accepit legatum ab ipſa matre relictum pro omni, & toto eo, quod pretendere poterat, dicitur remiſiſſe reliquum, quod prætendere poterat vigore reſervationis.*

7 *Qualitas hereditaria negari non poteſt per eum, qui uti hæres ſolvit debita defuncti, cujus etiam bona poſſidet.*

8 *Exceptio nequit opponi, niſi ab eo, cui ipſa competit.*

9 *Creditor poſt lapſum, & taciturnitatem longiſſimi temporis preſumitur ſatisfactus ab eo, qui in executionem teſtamentariæ diſpoſitionis ad hunc effectum bona alienavit.*

10 *Creditum turbidum non attenditur in judicio aſſociationis.*

DECISIO CCLIV.

Partem prædii nuncupatam -- Il Portone -- quam cum pacto francandi pro mille libris vendiderat Caliſtus Florentinus conventui, & PP. S. Bartholomæi ordinis S Auguſtini; eodem temporis contextu cum fidejuſſione Bartolomæi Cuzzani, ipſemet in locationem aſſumpſit pro annua reſponſione lib.60.

Verum defuncto Caliſto PP. S. Bartholomæi pro credito affictuum decurſorum aſſociationem obtinuerunt ad bona locata: cujus executioni, cum ſe oppoſuiſſet Nicolaus debitoris frater aſſerens ſe Dominum, & poſſeſſorem; iidem patres mutato conſilio egerunt contra Bartolomæum fidejuſſorem, qui eorum favore alteram obligationem emiſit, ſolvendi nempe affictus tàm decurſos, quàm decurrendos, donec bona locata libera, & expedita reſtituerentur: ſed re meliùs penſata Taddæa filia, & hæres Bartholomæi, qui interim deceſſerat; ſoluto pretio bonorum, ac etiam affictibus decurſis, translativam ceſſionem jurium à Patribus acquiſivit. Cumque & ipſa fato ceſſerit ſcriptis ſibi hæredibus, Conventu, & PP. S. Mariæ Servorum; iſti reportarunt à Vicario Generali contra Conventum, & Patres S. Franciſci hæredes Caliſti debitoris, & donatarios univerſales Cæſaris ejus fratris ſententiam; qua conceſſa fuit aſſociatio ad prædicta bona locata & alia quæcumque hæreditaria Caliſti debitoris: eaque in ſecunda, & tertia inſtantia in Curia confirmata, cum hodie, ex reſcripto Signaturæ Iuſtitiæ, commiſſa mihi appellationis cauſa diſceptaretur ſuper illorum executione, ſub dubio -- *An ſit procedendum ad legitimam executionem* -- DD. *affirmativè* reſponderunt.

Admiſſa enim validitate, Iuſtitia præcedentium ſententiarum ad evidentiam reſultat ex inſtrumento locationis celebrato cum clauſula Conſtituti, & pacto Præcarii, favore Conventus S. Bartholomæi auctoris mediati Conventus S. Mariæ Servorum: cu-
1 jus vigore, ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ præbentis viam executivam recte fuit relaxatum mandatum de aſſociando pro affictibus decurſis, & non ſolutis; ad notata *per Rot. coram Dunozet jun. dec. 795. num.7., & in rec. dec. 250. num. 1. part. 19., & in Bonon. Bonorum 1. Julii 1699. §. Minimè cor. Rmo D. meo Decano.*

Abſque ea quod eadem juſtitia obumbrari valeat ex Iuribus anterioribus per Cæſarem, & Nicolaum Fratres Caliſti, debitoris à quam-

Digitized by Google

quampluribus illius creditoribus acquiſitis ;
pro quibus PP. S. Franciſci rei conventi con-
troverſorum bonorum retentionem allegare
ſatagebant . Nam ſi loquimur de hæreditate
Cæſaris , cum ille fuerit hæres mediatus Ca-
liſti fratris , nec de bonis hæreditariis inven-
tarium exhibeatur ; ſicut præfatus Cæſar
vivens , ex hujuſmodi defectu talem exemp-
tionem proponere non potuiſſet , ità nec PP.
prædicti qui ut pote donatarii univerſales
Cæſaris , ac per conſequens veri hæredes ;
2 ex animadverſis *in Auximana Fideicommiſſi
ſeu Pecuniaria* 9. *Iunii* 1602. §. *Neque Sfor-
tia coram R. P. D. meo Anſaldo* : cum de
bonis in hæreditate Caliſti repertis in tot in-
ſtantiis uſque adhuc reſervationem non red-
diderint ; nunquam impedire valent execu-
3 tionem ſuper illis ; *L. hereditas ff. de verbor.
ſignif. l. nemo plus Juris ff. de regul. Iur. Rot.
coram Bichio deciſ.* 330. *num.* 11. , *& in rec.
dec.* 373. *num.* 28. *part.* 9. *tot.* 2. , *& deciſ.* 58.
num. 1. *part.* 10.

Qualitas autem hæreditaria Cæſaris reſpe-
ctu Caliſti promanat ex eo , quod tam ille ,
quam Nicolaus ejus frater , licèt ſcripſiſſent
ſibi hæredem Aloyſium filium , & nepotem
reſpective ; tamen , cum iſte obierit ab inte-
ſtato , alio non exiſtente in gradu proximio-
ri ; Cæſar etiamſi profeſſionem emiſiſſet in
Religione ob illius ſuppreſſionem ad ſæcu-
lum redeundo omnia bona occupavit , quæ
in Aloyſium nepotem ex hæreditatibus Ca-
liſti , & Nicolai fratrum pervenerant hæc
controverſa , in quorum poſſeſſionem conti-
nuavit uſque ad obitum : per quam , ſicut ad
excludendam uſurpationem , innegabilis
redditur qualitas hæreditaria in d. Cæſare ;
ita & magis convincitur ex circumſtantia ,
4 quod nullus aderat præter ipſum in gradu
ſucceſſibili : maximè quando non conſtat de
alio legitimo titulo , quo poſſideretur ; juxtà
theoricam *Bartol. in l. pro hærede in princ.
ff. de acquiren. hered. Poſth. reſolut. Civil.*
86. *num.* 18. 20. , *Bonden. Collect. Legal.* 47.
num. 21. , *Add. ad Gregor. dec.* 98. *ſub num.* 7.
Rot. dec. 2. *num.* 1. , *& ſeqq. part.* 4. *diverſ.* ,
& in rec. deciſ. 717. *num.* 8. , *&* 9. , *dec.* 722.
num. 2. *part.* 18.

Non obſtat , quod hujuſmodi Cæſaris poſ-
ſeſſio referenda ſit ad titulum legitimæ , &
trebellianicæ eidem debitis in bonis patris ,
& matris ; Quoniam cum per ampliſſimam re-
nunciationem factam occaſione ingreſſus in
religione , Cæſar omne Jus , omnemque
actionem abdicaſſet à ſe ; nullus titulus ei-
dem remanſit , quo in poſſeſſionem bonorum
renunciatorum ſe confovere poſſit : & quam-
vis per ſuppreſſionem religionis poſteà ex
facto ſummi Pontificis ſubſecutam , poſt cur-
5 ſum ferè 40. annorum , regularem habitum
dimiſerit ; ex hoc tamen regredi non potuit
ad bona fratribus renunciata , in præjuci-
cium creditorum , qui hoc medio tempore
bona fide cum renunciatariis contraxerunt ;
ut ratiocinatur *Card. de Luc. de renunciat.
diſc.* 17. *num.* 12. , *& ſeqq. , Torr. de pact. lib.* 2.
cap. 25. *num.* 71. , *& ſeqq. , Rocca diſput.
Jur. cap* 19. *num.* 54. 74. , *& ſeqq. , plenè
Rot. coram Cerro dec.* 530. , *&* 556. *per tot.*

Minuſque refragatur reſponſio , quod Cæ-
ſar in ſæpè dicta renunciatione ſibi reſerva-
verit certam quotam bonorum maternorum ,
quæ forſan ad eum de jure perventura erant ;
Quodque ulterius in alio judicio moto ad in-
ſtantiam creditorum Caliſti expreſsè negave-
rit , ſe illius , & fratrum hæreditatem adi-
viſſe : & vigore hujuſmodi declarationis ad-
verſus præfatos Creditores retentionem ob-
tinuerit ſuper bonis controverſis , tanquam
propriis : Ideoque ſuper illis eodẽ Jure valeat
hodie executionem evitare ; Etenim cum ex
hæreditate matris Cæſar fuerit conſecutus
lib. 8. menſtruatim , quæ eidem relicta fue-
runt pro omni , & toto eo , quod tam ratio-
ne legitimæ , quam pro alia quacumque por-
tione prætendere poterat ; dicendum eſt ,
6 ipſum remiſiſſe quamcumque prætenſionem ,
quæ , vigore dictæ reſervationis , ei compe-
tere potuiſſet : attenta renunciatione prædi-
cta abdicativa jurium , & impeditiva regreſ-
ſus ad bona renunciata ; *Card. de Luc. de re-
nunciat. diſc.* 2. *num.* 5. , *Rot. dec.* 401. *num.* 5.
& ſeqq. part. 13. , *& dec.* 207. *num.* 6. , *&* 7.
part. 16. *rec.*

Declaratio autem per Cæſarem emiſſa ,
quod non eſſet hæres fratrum , tantum abeſt ,
quod ei ſuffragetur ; ut quinimò retorquea-
tur : dum ea non obſtante Cæſar in illo judi-
cio uti hæres Caliſti , nedum condemnatus fuit :
verum etiam & ſolvit *Summ. actor. num.* 9 :
qua propter accedente etiam poſſeſſione bo-
norum , ipſorumque diſtractione in tertios ,
concludendum venit , qualitatem hæredita-
riam ad exuberantiam fuiſſe probatam : cum
7 prædicti actus fieri nequeant citrà Jus , &
nomen hæredis ; ad firmata *in Ariminen.
Fideicommiſſi ſuper reconventione* 6. *Aprilis*
1699. §. *Etenim coram R. P. D. meo Scotto* ,
& in Fanen. Donationis 7. *martii* §. *At
quod.* , *&* 1. *Julii* 1701. §. *Urgent coram
R. P. D. meo Tremoille* .

Detecto inſufficienti titulo retentionis al-
legato ex juribus tam propriis PP. S. Fran-
ciſci , quam Cæſaris , non minus fragile eſt
refugium ad illa Nicolai , qui in ſua hæredi-
tate ſubſtituit Oratorium S. Mariæ della Spoi-
verara unitum , ut ipſi fratres aſſerunt , pro-
prio Conventui . Quoniam ultrà quod con-
ſtitit ex facto , quod adminiſtratio bonorum
præfati Oratorii , juxtà diſpoſitionem Nico-
lai , non ad PP. S. Franciſci , ſed ad deſcen-
dentes de domo Victoria , & , in illorum
defectu , ad Canonicos S. Petronii ſpectare
debet : & per conſequens hujuſmodi excep-
8 tio ab iſtis dumtaxat eſſet allegabilis ; *Rot.
deciſ.* 55. *num.* 8. *coram Cerro* , *& dec.* 388.
num. 31. , *& ſeq. part.* 19. *rec.* , adverterunt
DD. quod quando etiam ipſis PP. compete-
rent jura Nicolai ; adhuc non exindè poſſent
allegare retentionem bonorum , de quibus
agi-

agitur: cum ſuper eis nullum jus haberet
Nicolaus: ex quo Adoia communis mater
eidem nonnulliam bona prælegaverat, ut ex
eis Creditores dimitterentur; quia licet Ca-
liſtus eorum poſſeſſionem occupaſſet, &
deindè vendidiſſet; ex hoc tamen creditum
Nicolai contra Caliſtum deſumi non valet:
9 dum per lapſum longiſſimi temporis, & ta-
citurnitatem creditorum, qui dimittendi
erant, oritur præſumptio, ipſos, ex pretio
bonorum venditorum per Caliſtum, ſatisfa-
ctos fuiſſe, in executionem maternæ volun-
tatis: & ſic ceſſat quodcumque jus, quod
Nicolaus ex iſta cauſa contra Caliſtum habe-
re potuiſſet: vel, in omnem caſum, cum
negari non poſſit, quin hujuſmodi creditum
10 ſit valdè turbidum; hoc ſufficit, ut in judi-
cio aſſociationis non ſit attendendum; *Vr.
ceol. Conſul. for. cap. 85. num. 15., Rot. dec. 77.
num 9. coram Celſo, In Anconitana Pecunia-
ria, ſeu Venditionis 6. Junii 1698.
§. Vnde donec coram Rm̃o D. Decano; &
in Romana aſſociationis 4. Julii dicti anni
§. Quoniam coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Quo vero ad melioramenta, & exceſſivi-
tatem ſententiarum, quibus condemnati fue-
runt PP. Sancti Franciſci ad ſolutionem fru-
ctuum, etiam in poſterum decurſorum, quam-
vis non ſolutorum ab hæredibus Taddeæ,
DD. ſupervacaneum exiſtimarunt ſuper illis
inſiſtere: tum quia melioramenta non fuerunt
probata: tum quia exceſſivitas excluſa re-
manet per ceſſionem translativam jurium,
quam reportavit Taddea: cujus vigore cum
reputari debeat, acſi tàm ipſa, quam illius
hæredes fuiſſent originarii emptores, prop-
terea rei acquiſitæ fructus, & penſiones in
ſumma conventa conſequi debent.

Et ità, altera &c.

BARCHIONEN. BENEFICII.

Lunæ 26. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Tempus ad præſentandum, & ad petendum
præſentationem an, & quando incipiat cur-
rere, & agitur de impedimentis curſus illius.
Beneficium cuinam adjudicandum in concur-
ſu cum proviſo Apoſtolico?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adjudicandum eſt ei, qui pollet
qualitate volita à fundatore, cæteris poſt-
habitis.*

2 *Patronus nequit præſentare elapſo quadrime-
ſtre.*

*Quadrimeſtre ad præſentandum incipit a die
certæ, & indubitatæ vacationis.*

3 *Quadrimeſtris curſus ad præſentandum quo-
modo ex lite ſuper privatione beneficii re-
tardetur?*

4 *Tempus datum ad comparendum, & peten-
dum beneficium non currit contra legitimè
impeditum.*

5 *Tempus currere non poteſt contra eum, qui
per exiſtentiam alterius habentis po-
tiorem qualitatem, & anteriorem præſen-
tationem, concurrere non poterat ad bene-
ficium.*

6 *Beneficium adjudicandum eſt qualificato;
non exiſtente potiori in qualitate.*

6 *Beneficii reſignationem quis tenetur facere
in manibus Santiſſimi.*

8 *Limita quando eſt per viam renunciationis
liti.*

9 *Et quid ea favore collitigantis operetur?*

10 *Litteræ Apoſtolicę obtentę ſub narrativa;
quod nullus extaret ex linea à fundatore
vocata; ſi de ea aliquis exiſtat, qui bene-
ficium appetat, ſunt ſubreptitię, & nul-
lius efficacię.*

DECISIO CCLV.

Sententiam, quam coram R. P. D. meo Ca-
prara reportaverat Martinus Puig adverſus
Ioſephum Ghoderi Proviſum Apoſtolicum
ſuper beneficio debito certo generi perſona-
rum; hodie cauſa, appellationis in gradu,
ad me devoluta, DD. confirmare non de-
trectarunt.

Nulla quippe dubitandi interceſſit occaſio,
quod Martino tanquam de genere vocato-
rum beneficium controverſum legitimè fue-
rit adjudicatum; aſſiſtente regula, quod pol-
lens qualitate volita à fundatore, cæteris
aliis tali nota carentibus venit in ejuſdem ad-
1 judicatione præferendus; ut pluries firma-
vit *Rota*, & præſertim *in Dertbuſen.
Fundationis Beneficiorum 20. Iannarii 1697.
§. Comprobata coram R. P. D meo Pio, &
in Hydruntina Capellaniæ ſuper confirma-
tione Sententiæ 9. Maii* 1698. *§. Primo co-
ram eodem, & in Majoricen. Beneficii* 26.
Jannarii 1703. *§. Et ſanè coram Me.*

Haud obſiſtente, quod ſequuta privatio-
ne per ſententiam A. C., Narciſi Maſcaro,
qui fuerat precedenter de hoc Beneficio pro-
viſus, Catherina Fogneras patrona intra
quadrimeſtre Emanuelem de Boſch non præ-
ſentaverit; ſed longè poſt; ideòque ſicut
2 Ioſeph Proviſus Apoſtolicus potuiſſet contra
illum ſe tueri; ita, & hoc idem obtinere va-
leat contra Martinum, qui ſtante renuncia-
tione liti per Emanuelem emiſſà, jus ſuum
deſumens ex parentela teſtatoris, illud poſt
lapſum longi temporis in judicium deduxit.

Quoniam cum quadrimeſtre incipiat ſo-
lùm currere a die ſcientiæ certæ, & indubi-
tatæ vacationis; *cap. quia diverſitatem de
conceſs. præbend.*; talem ſcientiam Catheri-
nam habuiſſe uſque adhuc juſtificatum non
fuit; minuſque deſumi valet ex ſententia,
per quam in menſe maii anni 1691. Narciſus
privatus fuerat: quia licèt iſta præceſſiſſet
præſentationem factam favore Emanuelis in
Menſe Iulii ſequentis anni; attamen cum po-
ſtea interpoſita appellatione Narciſus, in Be-
ne-

neficii poſſeſſione continuaſſet: nunquam dici poteſt probata ſcientia Catherinæ; cui juſtam cauſam hæc omnia præbere potuerunt credendi, quod factus non eſſet locus præ-
3 ſentationi; niſi verè poſt appellationem de effectiva privatione conſtitiſſet; ut ad effectum ſiſtendi curſum quadrimeſtris, ponderat *Fagnan. in d. cap. quia diverſitatem n. 9. de conceſſ. præbend.*, *Rot. coram Seraphin. dec.702. num.1.*, *& in Rec. dec.322. num.2. part.2.*, *& dec.678. num.11. part.19. tom.2.*, *& in Vicen. Scribaniæ ſuper bono Iure 25. Febr. 1695. §. Nec urgebat coram bon.mem. Vrſino*, *& in dec. edita in hac Cauſa ſub die 24. Martii 1702. §. Nec ſcientia coram R. P. D. meo Caprara.*

Hinc pariter lapſus præſcripti temporis Martino nocere non poteſt; ex quo intra illud præſentationem ad ſui favorem à patronis obtinere neglexit; imò potius Beneficium recuſaſſe videatur; dùm nunquam per curſum decennii à die vacationis comparuit ad præſentationem, & inſtitutionem expetendam. Omiſſo enim examine, an Martinus ſcientiam vacationis habuerit, necne, obiectum in totum ceſſare facit legitimum impedimentum eidem Martino præſtitum; per quod, ſicut ipſi concurrere prohibebatur ad Beneficium prædictum, ita operatur, quod dies vacationis non ſit attendendus ad effe-
4 ctum limitandi tempus datum ad comparendum, quod non currit contra legitimè impeditum; *cap. Impatari, ubi gloſſ. de regulis Iuris in 6.*, *Fagnanè in 6. Cap. quia diverſitatem n.8.*, *De Conceſſion Preben. Pignattell. conſul.37.n.1.to.2.*, *Rot.dec.506.n.8.pa.18.rec.*

Impedimentum autem in præſenti reſultare viſum fuit ex præcedenti præſentatione, quam Emanuel unus de genere vocatorum, poſt Narciſi privationem à Catharina reportaverat; cujus concurſus cum ſemper Martino legitimum præberet impedimentum, & per eum, nec præſentationem, nec inſtitutionem petere poterat, propterea tempus, quod Emanuel conſumpſit in lite, quam ſuper hoc beneficio contra proviſum Apoſtoli-
5 cum ſuſtinuerat, computari nequit in illius præjudicium, contra quem, per exiſtentiam alterius perſonæ qualificatæ habentis anteriorem præſentationem currere non poterat. Cumque poſtea Emanuel cedendo Iura ſua, quæ ſuper beneficio ſibimet competebant receſſerit à lite, totumque impedimentum per amotionem propriæ perſonæ de medio
6 ſublatum fuerit, altero non exiſtente de genere vocatorum, valide, & juſtè Martino controverſum beneficium adjudicare debet; *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ.56.nu.88.* *Garz. de benef. part.7. cap.15. num. 7.*, *Corrad. in prax. benef.lib.3. cap.10. num. 67.*, *& ſequen.*

Quidquam non relevante altera exceptione iterum hodiè repetita, quod ſcilicet Emanuel reſignationem Beneficii favore certæ
7 perſonæ explere teneretur in manibus Sanctiſſimi, non autem coram ſimplici Notario:

Ideoque Martinus, qui ex Iure ſibi ceſſo modo comparet, titulo valido deſtitutus; retentionem beneficii impedire non valet Ioſepho: cui ſaltem vincere ſufficit per non Ius actoris. Quippe quia ineluctabilis urget reſponſio, quod hic non agitur de reſignatione, ſed de ſimplici, & mera ceſſione jurium ſalutaribus clauſulis munita, quæ quatenus per viam ceſſionis quidquam operari non poſſet; ſaltem aſſumendo naturam renunciationis liti, juribuſque ipſimet reonuncianti competentibus, per eam quodcumque obſta-
8 culum reſolutum remanſit, ut ità renunciatario jura ſua deducendo libere comparere permiſſum foret; quod fieri poſſe admittit *Rota dec. 731. num. 10. part. 18. rec.*. Quamobrem poſita hujuſmodi renunciatione, dicendum non eſt Martinum in hoc judicio egiſſe ex jure ſibi ceſſo: benè tamen ex proprio jam radicato in conſanguinitate teſtatoris, quod per remotionem anterioris proviſi, cum exequibile effectum fuiſſet, ille re-
9 nunciatione tranſlativa jurium non indigebat; quia utpotè habens qualitates requiſitas cenſetur ipſo Iure à fundatore præſentatus; *Rot. coram Burrat. dec.755. num.2.*, *& ſeq. coram Pamphil. dec.99. num.3.*, *ibique Adden. num.9.*, *coram Bichio dec. 189. num. 9. ad 12.*, *& in rec. dec.235 num.2. part.17.*

Tandem pro coronide ſuperadditur, quod etiamſi omnia prædicta deficerent; adhuc ſemper Ioſephus à Dataria remanebit excluſus, cum nullum Ius ad Beneficium ex propriis litteris deſumere valeat; ex quo in illis ſubreptitiè aſſertum fuit quod nullus aderat de parentela fundatoris, qui ad illud aſpirare poſſet: quando contrarium detectum
10 fuit ex comparitione Emanuelis, qui tanquam de genere deſignato à Patrona jam fuerat præſentatus; ut latè proſequitur dicta deciſio edita 2. Decembris 1701. §. *Nec attendendæ coram R. P. D. meo Caprara.*

Et ita, altera &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI DE NINIS.

Ven. 20. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Immiſſio datur proximioribus agnatis teſtatoris, quando nominatio hæredis non habuit effectum, vel nominatus ante apertam ſucceſſionem deceſſit; vel etiam ſi extitiſſet, ex conjecturata mente teſtatoris, ſubſtituti quinam alii ſint cognoſcuntur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio vigore* L. fin. Cod. de Edict. diu. Adrian. tollen. *conceditur vocatis*, *data identitate bonorum fideicommiſſariorum.*

2 *Nominatio expleta in eum, qui deceſſit ante quam fieret locus ſucceſſioni habetur ac ſi nunquam facta fuiſſet.*

3 No-

3 *Nominatio effectuata nunquam dicitur; niſi verè nominatus ſucceſſerit.*

4 *Nominatione ineffectuata fit locus ſucceſſioni tali caſu vocatorum.*

5 *Nominatio quamvis effectuata ſit, poſt mortem tamen nominati, hæreditas devolvitur ad proximiores de domo teſtatoris; ſi idem contemplaverit agnationem poſt obitum nominati.*

6 *Dictiones taxativæ* -- in d. caſo, e non altrimenti -- *reſtringunt vocationem ad caſum non factæ diſpoſitionis.*

7 *Limita quando ex conjecturata mente teſtatoris contrarium arguitur.*

DECISIO CCLVI.

IN extremis Adriani de Ninis tabulis hæres inſtituta fuit Franciſca de Cambis conjux ejuſdem, cum onere tamen integram hæreditatem reſtituendi proximioribus conſanguineis per Cardinalem de Ninis nominandis. Et caſu quo ille non potuiſſet, nec nominare voluiſſet, ſive ejus nominatio remanſiſſet inefficax, tunc illam reſtituere teneretur proximioribus conſanguineis ſuperſtitibus tempore ſui obitus: adjecto tamen vinculo fideicommiſſi favore ſubſtitutorum, ſuorumque deſcendentium maſculorum.

Defuncta anno 1701. dicta Franciſca factus fuit locus fideicommiſſo, illudque per ſententiam A.C. declaratum extare ad commodum Alexandri, & Hieronymi de Ninis; qui in die mortis Franciſcæ proximiorem teſtatoris gradum occupabant, illiſque pariter conceſſa fuit immiſſio: à quibus appellatione interpoſita per Ioannem de Guigué comparentem uti hæredem Thomæ de Ninis à Cardinali de Ninis, dum in humanis exiſteret, ad ſucceſſionem Adriani nominati; data itaque coram me controverſia, illam propoſui ſub dubio -- *An, & ad cujus favorem purificatum ſit fideicommiſſum, ita ut ſit danda immiſſio* -- & DD. *favore Alexandri, & Hieronymi* placuit reſpondere.

Nullam ſiquidem dubitandi anſam præbere viſa ſunt tam duratio fideicommiſſi; cum Adrianus proteſtatus fuit, quod fideicommiſſum per eum inſtitutum deberet eſſe perpetuum; quam purificatio ejuſdem favore Alexandri, & Hieronymi Actorum. Iſti namque reperiuntur de familia de Ninis ſemper deſiderata, ſuntque ejuſdem teſtatoris nepotes: ex quibus omnibus jure merito excludunt Ioannam Ream conventam penitus extraneam; Quibus concurrentibus
1 una cum identitate bonorum, quæ non unquam fuit in controverſiam deducta, concedi debet immiſſio; *ad Text. in l. final. C. de Edict. Diu. Adr. tollen., Rot. dec.* 880. *n.* 1. *coram Coccin.*, & *dec.* 602. *num.* 5. *coram Dunoz. Iun.*, & *dec.* 1141. *num.* 1. *coram bo. me. Emerix.*

Abſque eo quod obeſſe poſſit exceptio in præcedenti inſtantia coram A. C. deducta, quod cum fuerit à Card. Nino, in vim facultatis ei per teſtatorem attributæ, nominatus Thomas ad ſucceſſionem bonorum, iſteque deceſſerit hærede ſibi ſcripta Ioanna Uxore; non ſolum fideicommiſſi perpetuitas ceſſaverit; verum etiam expiraverit omne Ius proximiorum, quales ſunt Actores, quibus ſucceſſio dumtaxat debetur in caſu, quo non fuiſſet facta nominatio.

Objectum etenim duplici reſponſione diluitur. Et primo quia nominatio prædicta à Cardinali facta in perſonam Thomæ effectum minime ſortita fuit, attento iſtius obitu ante mortem Franciſcæ de Cambiis primo loco
2 inſtitutæ: undè talis nominationis actus haberi debet, ac ſi nunquam fuiſſet expletus; ut per *Bartol. in l. Cum Pater filios* 77. §. *à filia num.* 1. *verſ. quod intellige ff. de Legat* 2., *Surd. conſ.* 264. *n.* 2., *Toudut. quæſt.*, & *reſolut. Civil. tom.* 1. *cap.* 50. *à num.* 48. *ad fin.*, & *cap.* 51. *num.* 31., *Torr. de Primogenit. Ital. part.* 2. *quæſt.* 43. *num.* 26., & *ſeqq.*, *Gratian. diſcept. foren. cap.* 58. *num.* 4., & *ſeq*, *Carol. Ant. de Luc. ibidem num.* 5., *Rot. coram Seraphin. dec.* 589. *num.* 8., & *in Gerunden. Prioratus* 26. *Febr.* 1693. §. *Et quamvis coram bo. me. Vrſino*. Attenta potiſſimè expreſſione à teſtatore facta „ che in caſo, „ che detto Signor Cardinale non poſſa, ò „ non voglia nominare, o che la nominatio- „ ne non foſſe valevole, in detto caſo, e „ non altrimente hà caricato di reſtituire la „ ſua eredità alli più proſſimi Parenti &c. Ex quibus verbis aperte convincitur teſtatorem exoptaſſe effectuationem nominationis;
3 quæ nunquam dici poteſt ſecuta, niſi etiam fuerit per ſucceſſionis delationem conſumpta *Mieres. de Majorat part.* 1. *quæſt.* 100. *n.* 23. *verſ. quando*, *Caſtill. controv. Iur. lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 33., *Rot. cor. Seraphin. dec.* 589. *num.* 5., & *coram Bichio dec.* 411. *num.* 18., & *in rec. dec.* 372. *num* 5., & *ſeqq. part.* 18., & *in Romana, ſeù Sabinen. Capellæ* 23. *Ianuarii* 1694. §. & *ratio rationis, confirmata* 19. *Ianuarii* 1695. §. *Et licet coram bo. mem. Vrſino*; Ita ut proindè factus fuerit
4 locus ſucceſſioni favore proximiorum, qui in caſu ineffectuatæ nominationis vocari reperiuntur; ut monent *Lambertin. de Iurepatr. lib.* 2. *part. quæſt.* 5. *part.* 4. *num.* 15., *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 15. *n.* 17., *Rota, in Majoricen. Beneficii* 4. *Iulii* 1696. §. *Quarum prima coram me o R. P. D Tremoille.*

Secundo adverterunt DD., quod etiamſi nominatio prædicta ſuum plenarium ſortita fuiſſet effectum; adhuc favore dd. Actorum
5 concedi ſemper deberet immiſſio: Cum teſtatoris voluntas elicita per contemplationem agnationis, aliaſque quamplurimas conjecturas ex ſimplici lectura Codicilli reſultantes, reſtricta non fuerit ad caſum non factæ nominationis tantum; ſed potius caſum obitus nominati comprehendere videatur: & ſic clare patet, quod in mente habuit perpetuum facere fideicommiſſum ad favorem proximiorum maſculorum de Domo Nina; ut

ut bene deprehenditur ex verbis illis teſtamenti „ gravando ancora quello, che riceverà la ſua hæredità in virtù della preſente ſoſtitutione di renderla parimente à quello de ſuoi deſcendenti &ciò in mancanza al più proſſimo de ſuoi Parenti -- & paulo poſt inferius -- intendendo, che il preſente fideicommiſſo ſia perpetuo, e tanto che vi ſaranno de maſchi nella famiglia Niua.

In his enim terminis dictiones taxativè --
6 *in detto caſo, e non altrimenti* -- quæ videntur vocationem proximiorum reſtingere ad ſolum caſum non factæ nominationis, nequeunt talem effectum operari; cum illarum vis enervetur ex conjecturata mente Teſtatoris, quæ extenſionem importat etiam in caſu, quo facta fuerit nominatio: dum credi
7 non debeat, quod teſtator, qui adeo enixè voluit perpetuitatem bonorum, ad plures ſubſtitutionum gradus devenit, & agnationem præ oculis habuit; voluerit ex inde hæc omnia in nominato deficere; ut reſpondendo obiecto ex hujuſmodi dictionibus *tantum. & ſolummodo* deducto habetur *per Rot. dec.226. num.7. part. 16. recent.*, *& in Urbevetana Fideicommiſſi 23. Januarii 1692. §. Cujus quidem coram R.P.D. meo Pio, & in Reatina Fideicommiſſi 24. Novembris 1694. §. Nec huic intellectui coram R.P.D. meo Caprara*.

Et ita, fratribus de Niuis tantum informantibus &c.

PISAUREN. FIDEICOMMISSORUM.

Lunæ 23. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Vigore renunciationis factæ à moniali favore fratrum ſtipulantium pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quamvis contineat favorem agnationis, adhuc hæreditas tranſmittitur ad extraneos hæredes renunciatarii, vivente ipſa renunciante. Immiſſio datur proximioribus ad bona fideicommiſſaria, excluſis remotioribus de linea contentiva. Confirmatur infra dec.293.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio ex juribus renunciantis debetur ei, qui eſt hæres renunciatarii.*
2 *Renunciatio à moniali emiſſa favore fratrum acceptantium pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus intelligitur facta non ſolum, ut abdicaret a ſe bona ſimpliciter, ſed intuitu fratrum.*
3 *Amplia non obſtante Aquiliana ſtipulatione, aliiſque efficacioribus clauſulis.*
4 *Jura de futuro ceſſibilia ſunt, quatenus important ſpem juris.*
5 *Renunciatio facta favore agnationis non impedit ſucceſſionem extranei ad bona renunciata, vivente adhuc renunciante, cum extraneus comprehenſus dicatur nomine hæredum renunciatarii.*
6 *Immiſſio ad purificatum fideicommiſſum datur proximiori, excluſo remotiori in gradu.*
7 *Teſtator inter ejuſdem lineæ vocatos, præſumitur præferre voluiſſe ſibi proximiores.*
8 *Teſtator ponendo in conditione proximiores cum adjuncto -- ſuæ familiæ -- dicitur intellexiſſe de familia proxima, non de univerſa contentiva.*

DECISIO CCLVII.

UT propriæ ſoboli, ſuæque poſteritati conſuleret Tiberius de Almericis ſcriptis ſibi hæredibus Franciſco, & Fabio, ac Annibale filiis, eiſdem ſine maſculina prole decedentibus ſupervivente ſubſtituit: quatenus verò ſinè illa deficerent, ipſorum filias; & in iſtarum defectum, ſuas proprias ad ſucceſſionem invitavit -- Et ſi non extarent „ neque Maſculi, neque fœminæ, filii, & filiæ ex dictis ſuis filiis, & filiabus, & omnes decederent ſinè filiis -- (ſunt verba teſtamenti) ſubſtituit Remulum fratrem, „ ſivè ejus filios, quibus non exiſtentibus voluit hæreditatem deferri venientibus ab inteſtato Domus Almericiæ.

Ex præfatis Tiberii filiis, cum Annibal ſolum filios procreaſſet, Petrum nempè, Cinthium, & Leandrum, ex his Cinthius deceſſit relicta Hyppolita tantum, quæ Monaſterium ingreſſa ſub nomine Sor. Cæciliæ obiit anno 1670.: Leandra verò hodiè ſuperſtes per aſſumptionem pariter monaſtici habitus Maria Hippolyta nuncupata ſolemni renunciatione ad beneficium fratrum, propriæque agnationis omnia Iura dimiſit; Ac tandem Petrus heres inſtitutus etiam à Fabio patruo cum onere hæreditatem reſtituendi proximioribus maſculis familiæ ſuæ Almericiæ, quoties ſinè liberis maſculis defeciſſet, prole deſtitutus, diem clauſit extremum, condito teſtamento, in quo hæredem ſibi fecit Fabium juniorem. Cum autem iſtius pater, & tutor Virginius ſuppoſuerit, quod fideicommiſſum Tiberii expiraſſet, illudque proprio filio tanquam heredi Petri ultimi gravati deberetur, quodque alterum Fideicommiſſum Fabii ſenioris pariter ad eiuſdem favorem tanquam proximioris ex familia Almericia purificatum fuiſſet, Iudicium introduxit coram Vicario Generali Piſauri pro immiſſione ad bona fideicommiſſaria utriuſque; ſed ex privilegio *legis unicæ* delata cauſa ad A.C. Aldrovandum, iſte ſententiam protulit, qua declaravit; Fideicommiſſum Tiberii purificatum fuiſſe favore Sor. Mariæ Hyppolitæ, & pro ea ad commodum Fabii actoris hæredis Petri, & Cinthii, quibus renunciaverat jura ſua dicta monialis, ejus tamen vita naturali durante, & non ultra, & poſt illius obitum deferendum eſſe ad Joannem Franciſcum, & Hyppolitum de Almericis; Et quoad alterum Fideicommiſſum Fabii ſenioris denegata actori immiſſione pronunciavit, conſtare de vocatione, & purificatione reſpectivè favore eorumdem Joannis Franciſci, & Hyppoliti.

Provocarunt ab hujuſmodi ſententia hinc
inde collitigantes, cauſaque mihi commiſſa
præſens dubium in hac audientia diſceptan-
dum propoſui -- *An, & cui ſit danda Im-
miſſio, tam ex Fideicommiſſo Tiberii, quam
ex altero Fabii* -- reſponſumque fuit: dandam
eſſe Immiſſionem quoad Fideicommiſſum
Tiberii pro nunc durante vita Leandræ; ſed
quoad Fideicommiſſum Fabii -- eſſe dene-
gandam.

Exordiendo enim à Fideicommiſſo Tibe-
rii, quamvis Fabius prætenderet, ſe ad illud
vocatum ex duplici Iure; & primo tanquam
hæredem Petri, in cujus hæreditate bona libera
per expirationem fideicommiſſi remanſiſſe
allegabat; ſecundo verò ex renunciatione
facta à Leandra ad commodum anthorum il-
lius; DD. omiſſo pro nunc examine primæ
partis quoad exiſtentiam fideicommiſſi, aſ-
ſumentes inſpectionem circà effectum renun-
ciationis, adverterunt non poſſe controver-
ti, quod Leandra ſit expreſſe vocata à teſta-
tore poſt obitum nepotum ſine filiis; cumque
mortuo jam Petro iſte caſus evenerit, clara
remanſit purificato Fideicommiſſi favore
ejuſdem Leandræ: Verum quia ipſa monialis
effecta Iura ſua renunciaverat Petro, cujus
hæres eſt Fabiua junior; utique iſti debetur
1 Immiſſio ex juribus renunciantis, quæ in eum
translata fuerunt; ex firmatis per *Rot. deciſ.*
645. *num.*9. *coram Merlino*, *in Rec. dec.*88.
numero., *& ſeq. par* 6., *& in Reatina ma-
nutentionis*, *ſeù fideicommiſſi* 31. *Martii*
1702. §. *Iuſtitia coram R. P. D. meo Scotto.*

Nec ſubſiſtit, quod renunciatio prædicta
fuerit abdicativa, & extinctiva jurium; itaut
per eam, Moniali ſimpliciter de medio ſub-
lata, ex eius perſona nullatenùs hodiè impe-
diri valeat effectus ſubſtitutionis purificatæ
favore Ioannis Franciſci, & Hippolyti: quo-
niam ex illius lectura plene conſtitit eam
fuiſſe vere translativam, utpote emiſſam fa-
vore fratrum acceptantium pro ſe, ſuiſque
2 hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ verba
important renunciantem voluiſſe quidem à
ſe bona abdicare; non tamen ità ſimpliciter,
& in abſtracto, ſed inſimul, & intuitu fra-
trum, quorum favore fuit facta renunciatio;
ut probant *Vrceol. conſult.* 98. *num.* 50.,
Card. de Luca de renunciat. diſc. 3. *num.*4.
& 5. latiſſima *Maur. Conſult.* 250. *num.*32.
verſ. & vere, ubi quod id procedit, non
3 obſtante Aquiliana ſtipulatione, vel aliis ef-
ficacioribus clauſulis, & *conſult.*296.*nu.*10.,
& quamvis comprehendat Iura de futuro,
quæ cum non ſint in bonis noſtris, transferri
4 non poſſunt, cedi tamen potuit ſpes dicti ju-
ris ſuccedendi; ut benè diſtinguit *Bolognett.
in l. final. num.*159. *Cod. de pact.*, *Luder. b.
conſ.* 133. *num.* 6., *Gallerat. de renunciat.
lib.* 14. *cap.* 4. *num.* 19. cum aliis apud *Pal-
mam jun. alleg.*152. *num.*22.

Quod autem renunciatio facta fuerit favo-
re agnationis non impedit, quin ſuccedere va-
leat in hæreditate, & juribus dimiſſis Fabius,
qui habet cauſam à renunciatario: cum dica-
tur ex voluntate renunciantis ſub vocatione
hæredum comprehenſus; ideoque ſatis eſt,
5 renunciantem adhuc vivere; ut interim cæ-
teri omnes à prædicta ſucceſſione excludan-
tur; *Altograd. conſ* 66. *num* 2., *& ſequent.
lib.*1., *Rubeus in adnotat. ad dec.*523. *nu.*101.
part. 4. *tom.* 3. *rec.*, *Rot. coram ſan. mem.
Alexandro VIII. dec.*10. *num.*5. *& ſeq.*, *&
in Rec. deciſ.*543. *num.* 31., *& ſeq. part.* 5.
*tom.*2.

Progrediendo autem ad fideicommiſſum
Fabii ſenioris, DD. quoad illud cenſuerunt
denegandam eſſe immiſſionem actori; ex quo
teſtator inſtituit hæredem Petrum nepotem,
cui ſinè liberis decedenti ſubſtituit proxi-
miorem ex familia de Almericis: Quamo-
brem cum Petrus ſine liberis obierit, caſus
ſubſtitutionis purificatus remanſit ad com-
modum Franciſci, & Hyppoliti de Almeri-
6 cis, qui ſunt proximiores teſtatori, non au-
tem Fabii actoris in gradu magis remoto, ex
diſpoſitione Textus *in l. cum etiam legatum*
33. §. *In Fideicommiſſo*, *& in l. peto* 71.
§ *Fratre ff. de Legat.*2., & probant *Peregr.
de Fideicomm. art.* 21. *num.* 2. *verſ. atque
eam*, *Rota coram Emerix ſen. dec.*110. *n.*2.,
& in Rec. dec. 124. *num.* 1. *part.*15.

Haud relevante, quod appellatione fami-
liæ dicatur comprehenſa non ſolum familia
effectiva, ſed etiam univerſa, & contenti-
va; præſertim, quia diſpoſitio facta fuit à
teſtatore prole carente: ac proinde Fabius,
quem de familia contentiva eſſe non dubita-
tur, ſit ipſe quoque vocatus; Nsm, cum Fa-
bius deſcendat à Ioanne Baptiſta proavo fi-
deicommittentis; è converſo autem Ioan-
nes Franciſcus, & Hippolytus ſuam trahant
originem ab altero Joanne Franciſco Avo,
coutroverti non poteſt, quin iidem ſint te-
ſtatori, proximiores. Ideoque licet omnes
comprehendantur ſub eadem linea contenti-
va: iſti tamen ſemper ſunt præferen-
di, tum ex præſumpta voluntate teſtatoris,
quem inter vocatos ejuſdem lineæ creden-
7 dum eſt ſibi proximiores præferre voluiſſe;
Vrceol. conſult. 74. *num.*5., *Maur. conſult.*
368. *num.*1., *Rocca diſp ſelect. cap.* 2. *num.*8.
& ſeq.: Tum quia id ſufficienter expreſsit,
dum poſuit in conditione proximiores cum
adjuncto -- *ſuæ familiæ* --; à quo bene infer-
8 tur teſtatorem non intellixiſſe de univerſa,
familia contentiva; ſed potius de illa pro-
xima, quæ vere ditur ſua; *Card. de Luc.
de fideicom. diſc.* 53. *num.* 13., *Maur. con-
ſult.* 368. *num.* 9. 10., *Vrceol. conſult.* 74.
num. 6., *Rot. deciſ.* 300. *num.* 11. *part.* 1.,
& dec. 14. *num.* 10. *part.* 8. *Recent.*

Et ita, altera &c.

CON-

Digitized by Google

CONSTANTIEN. DECIMARUM;

Ven. 27. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Decimæ perſonales de jure debentur Paroco miniſtranti ſacramenta, & prædiales debentur Eccleſiæ, intra eujus limites ſita ſunt prædia. Atteſtationes quænam attendenda ſint, habetur.

SUMMARIUM.

1 *Parochus ab omnibus quibus ipſe miniſtrat ſacramenta habet jus percipiendi decimas.*

2 *Manutentio danda eſt poſſidenti.*

3 *Ad effectum manutentionis leviores probationes ſufficiunt.*

4 *Decimæ prædiales debentur Eccleſiæ intra cujus limites ſita ſunt prædia, ſivè eorum domini ibi ſacramenta recipiant, ſivè non.*

5 *Illatio à diverſis non valet.*

6 *Confeſſio Partis tranſcripta à Cancellario habente intereſſe in cauſa fidem non meretur.*

7 *Amplia ſtante inveriſimilitudine.*

8 *Inveriſimilitudo præſefert imaginem falſitatis.*

9 *Actus qui dederunt cauſam liti non concludant poſſeſſionem, nec attenduntur.*

10 *Teſtes inſenſi, & non concludentes, non attenduntur.*

11 *Teſtes illi præferendi ſunt, qui habent aſſiſtentiam juris.*

DECISIO CCLVIII.

Decimas, quas majores, & minores vovant, & ab antiquiſsimo tempore in Pago Reuthen ſemper exigere conſueverunt Parochi Eccleſiæ in Vuerdiouhel. Joanni Georgeo moderno Parocho controvertere cepit rector Beneficii S. Barbaræ erecti in eccleſia cathedrali Conſtantien., cui adhæſit etiam ejuſdem eccleſiæ Capitulum, eo ſub prætextu, quod reperirietur in quaſi poſseſsione dictas decimas exigendi. At introducto judicio ſuper manutentione coram ordinario Conſtantien., licet rector ſententiam favorabilem reportaſset, & in ea Parochus condemnatus fuiſse ad reſtitutionem decimarum perceptarum; tamen illa revocata fuit per alteram Reverendiſsimi Nuntii Helvetiorum, quæ tam coram A. C., quam etiam in noſtro Tribunali coram R. P. D. meo Priolo confirmationis robur obtinuit; ſed ad rectoris provocationem commiſſa mihi appellationis cauſa cum clauſula *ſine præjudicio*, quæſitum hodie fuit à me -- *An, & cui eſſet danda manutentio* -- Et *Parocho dandam eſſe* DD. reſponderunt.

Cum enim Pagum Reuthen ſitum reperiatur intra limites Parochiæ, de qua agitur, omneſque Catholici ibidem commorantes
1 Sacramenta recipiant ab illius parocho; indè clara reſultat ejus favore aſsiſtentia juris pro exactione decimarum omnium; *ad Text. in cap. final., ibique Gloſſ. verb: Prædium de Parochis, & in cap. Quoniam à Nobis, & cap. Cum contigat, ubi Gloſſ. verb. de Jure communi de Decimis, Rot. dec. 297. n. 3, & ſeqq., & dec. 493. num. 1., & ſeq. par. 14. rec.*, ita ut ei omnino concedi debeat manu-
2 tentio: maximè quia concurrit etiam actualis poſſeſsio; *Rot. in Recent. dec. 44. num. 1. part 4., & dec. 493. num. 4. 5. part. 14.*

Sane huiuſmodi poſſeſsio clare deduci viſa fuit tum ex Laudo anni 1604., in quo ad componendas controverſias exortas inter Parochum, & ſubditos prætendentes exemptionem à nonnullis decimis, dictum fuit, omnes decimas majores ad illum ſpectare: & ulterius in exequutionem eiuſdem Laudi fuit conventa certa quantitas pro ſolutione decimarum minorum, quæ de facto uſque in præſens adimpletur: ut latè firmat *deciſio edita præcedenti Inſtantia coram R. P. D. meo Priolo §. Perceptio*: tum etiam ex quampluribus teſtibus deponentibus, parocum prædictum, ejuſdemque anteceſſores ab antiquiſſimo, & immemorabili tempore ſtetiſſe in quaſi poſſeſſione exigendi omnes decimas in Pago Reuthen., quorum quatuordecim de immemorabili, alii vero octo, qui etiam formiter fuerunt examinati de moderna poſſeſſione deponunt: cùm tamen, ad effectum obtinendi manutentionem, etiam leviores
3 probationes ſufficiant; *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 502. num. 6., Poſth. de manut. obſer. 36. num. 6., & Rot. in dec. 214. nu. 3., & dec. 225. num. 1 part. 1.*

Nec ad excludendam præfatam aſſiſtentiam Juris opponi valet, quod in Pago Reuthen. major pars poſſidentium, ratione diverſæ religionis ſint alterius Parochiæ: præter enim alias reſponſiones reſultantes ex particularibus partium concordatis, ſatisfecit illa, quod cum verſemur in decimis præ-
4 dialibus, iſtæ de jure debentur eccleſiæ, intrà cujus limites bona ſita ſunt, ſivè eorum Domini ibi Sacramenta recipiant, ſive non; ut diſtinguendo probant *Card. de Luc. de decim. diſc. 5. num. 101., & ſeqq.*, & de communi oppinione teſtatur *Rot. coram Coccino dec. 1766. num. 3., & coram Bichio deciſ. 48. num. 2., & in rec. dec. 169. num. 4 part. 5.*

Minus relevat, quod in ſuprad. Laudo, quod prodiit anno 1605., enuncietur alios etiam adfuiſſe Decimatores, & hoc ipſum Parochus aſſerverit in articulis per ipſum exhibitis, enunciando, quod tam ipſe, quam ejus anteceſſores, ſi non omnes ſaltem quamplures, decimas perceperint. Quoniam, ultra quod ſat eſſet, quod in præſenti non concurrant alii decimatores; huiuſmodi decimarum exactio verificatur reſpectu Commendatoris de Tebel, qui ſine controverſia decimas percepit in confinibus Reuthen., non autem reſpectu Rectoris Sanctæ Barbaræ, de quo in prædictis nulla fit mentio: tanto magis quia ex ipſomet inventario per dictum Rectorem exhibito conſtat, decimas ab eo percipi ſolitas reſtringi ad locum-

Digitized by Google

5 omnino diverſum; nempè ad Pagum Miltheu., à quo fieri non valet illatio ad Pagum de Reuthen., *Rot coram Buratto dec.* 423. *num.*3., *& in rec. dec.*399. *num.* 6. *part.* 16.

Firma igitur manente juris aſſiſtentia, non obſtant ea, quę in contrarium repetlebantur pro excludenda quaſi poſſeſſione Parochi: & ſignanter, quod ipſemet coram ordinario Conſtantien. faſſus fuèrit, nec per ejus anteceſſores, nec per ipſum unquam decimas exactas fuiſſe: quoniam omiſſo, an dicta confeſſio reſpiciat locum diverſum à Pago, de quo agitur; ut oſtendere curabant informantes pro Parocho; ceſſare in præſenti viſa fuit quælibet difficultas, ex quo prædicta confeſſio legitur perſcripta à Cancellario, qui erat Beneficiatus, & de gremio Capitu-
6 li habentis intereſſe in Cauſa, unde nequit in Judicio integram fidem mereri: maximè quia redditur valdè inveriſimile, quod Pa-
7 rochus fateri voluerit ſe decimas non percepiſſe, quando unico contextu manutentionem petebat, ratione ſuæ poſſeſſionis; & quando ad illarum reſtitutionem per ſententiam ordinarii Conſtantienſis condemnatus fuit; Hæc autem inveriſimilitudo, ut inquit
8 *Bald. in l.* 1. *num.* 16. *C. de Servis fugitivis* immaginem falſitatis præſefert, ad tradita *per Rotam dec.*114. *num.*6., *dec.*263. *num.*3., *& dec.*305. *num.*18 *par.*18. *rec.*

Tandem nullius momenti viſe fuerunt nonnullæ locationes decimarum factæ per dictum Rectorem, ac quædam depoſitiones teſtium per eum adductæ. Reſpectu enim locationum, harum plurimæ non loquuntur, niſi de decimis Milthen, non autem Pagi Reuthen., & ſi quæ de illis mentionem faciunt; cùm non doceantur effectuatæ, aut de-
9 derint cauſam liti, rectoris poſſeſſionem non concludunt; quæ taquam turbativa non eſset attendenda; *Poſth. de manut. obſer.*71. *n.*6. *& ſeq.*, *& Rot. cor. Coccino dec.*1282. *n.*1.

Reſpectu verò teſtium multò minùs iſtis
10 deferendum venit, tum quia omnes, uno dempto, ſunt Parocho infenſi, ſolumque deponunt, omnes decimas per Parochum exactas non fuiſse; quod nihil conducit ad rectoris intentum: tum etiam quia in concurſu
11 ſemper ſunt præferendi illi, qui pro Paroco examinati habent aſſiſtentiam juris, juxta *Theoricam Innocentii in cap. Audiſti*, ibique *Feliu. n.*13. *de præſcript.*, quam ſequitur *Rot. dec.*13. *n.*17., ibique *adden. ſub n.*14. *coram Pamphilio dec.*192. *n.*8. *p.*11., *dec.*234. *n.*14. *p.*19., *& in Colonien. Canonicatus* 13. *Februarii* 1696. §. *Quibus non adverſatur in fin. cor. Rm̃o D. meo Decano.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CADUCITATIS.

Lunæ 30. *Aprilis* 1703.

ARGUMENTUM.

An, & quando incurratur caducitas nec ne?

SUMMARIUM.

1 *Pæna privationis, & caducitatis non incurritur per quamcumque contraventionem obligationi; niſi concurrat manifeſta fraus & dolus hæredis gravati.*
2 *Hæres gravatus licitè poteſt penſiones domus hæreditariæ aſſignare ſuo creditori.*
3 *Uſusfructus vis formalis ſtat in libera rerum exactione jure proprio.*
4 *Ad incurendam caducitatem neceſſe eſt, quod plenarius uſufructus ſit alienatus.*
5 *Pænæ adjectio, & ſubſtitutio facta in caſu contraventionis oſtendit enixam voluntatem teſtatoris pro conſervatione bonorum penes gravatos, ſed non oſtendit prohibitionem ad caſus non comprehenſos, neque conſideratos.*

DECISIO CCLIX.

GEminæ prodierunt in noſtro tribunali ſententiæ declarantes Antonium Franciſcum Roſſinum non cecidiſſe à commodo primogenituræ, illius favore jam diù purificatæ, ex quo hypothecam contraxerat ſuper nonnullis domibus eidem primogenituræ ſuppoſitis, cum aſſignatione penſionum favore Salvatoris Manganelli pro ſecuritate capitalis, & fructuum unius cambii; cùmque hodie coram me in gradu appellationis agnita fuerit validitas, & juſtitia præcedentium ſententiarum, DD. pro illarum confirmatione reſponderunt.

Poſita enim validitate, ſuper qua nulla cadit contentio; juſtitia reſultare viſa fuit ex deductis in deciſionibus editis tam coram Illuſtriſſimo Domino magno Cancellario Mediolanen., quàm coram R.P.D. meo Decano; dum agnitum fuit, quod licèt in primogenitura legatur facta prohibitio minuendi, vendendi, & obligandi ex quavis cauſa; imò etiam ad longum tempus in alios transferendi, ſub pæna privationis. & caducitatis; tamen in præſenti non fuit factus locus hu-
1 juſmodi pænæ; cùm non conſtet de contraventione, quæ proceſſerit ex maniſeſta fraude, & dolo hæredis gravati; ita ut nullam excuſationem admittat; ex plenè congeſtis per *Cyriac. controv.*289. *n.*6., & firmat *Rot. cor. Royas dec.*382. *num.*6., *& in rec. dec.*489. *n.*6. *p.*4., *& dec.*293. *n.*22. *p.*0.

Agitur etiam de ſimplici aſſignatione penſionum, quæ cùm importet ſimplicem commoditatem percipiendi fructus, illaque non veniat ſub generali prohibitione à teſtatore
2 adjecta; licitè potuit primogenituræ poſſeſſor penſiones prædictas ad commodum Salvatoris aſſignare; ut firmat *Rot. cor. Merlin. dec.*22. *à n.*6. *ad fin.*, *cor. Zarat. dec.*49. *n.*11. *cor. Cerro dec.*92. *n.*9. *ad* 16., *& cor. Emerix dec.*893. *n.*1.

Non

Non attenta reſponſione, quod ultra aſſignationem penſionum hic concurrentem, conceſſa fuerit immediata facultas creditoribus illas, authoritate propria, conſequendi; qua mediante aſſignatario cenſetur conſtitutus formalis uſufructus ſuper domibus primogenituræ ſubjectis, ſecum ferens ſpeciem quandam alienationis. Quoniam nec dum conſtitit, ex lectura inſtrumenti, fuiſſe Salvatori tantùm hypothecatum jus percipiendi penſiones; verùm etiam ex facto ſubſequuto ſuperlativè demonſtratum fuit, ſuppoſitam facultatem nunquam creditori tributam fuiſſe: ſive quia aſſignatio facta videtur pro intranti quantitate fructuum cambii, accedente conventione, quod reſiduum deponeratur ad creditum aſſignantis; ex quo reſultat validiſſimum argumentum, quod vel illarum
3 exactio expleri nequibat jure proprio creditoris, in quo ſtat vis formalis uſufructus, ſed Roſſini debitoris, ut ponderat *Theodor. allegat. 3. n. 6. & ſequen., Franc. Rocc. reſponſ. 100. n. 22. lib. 1.*; vel per dictam aſſignationem reſpicientem certam penſionem fructuum, alienatum non fuiſſe plenarium uſum-
11 fructum totius primogenituræ; prout neceſſarium fuiſſet ad incurrendam caducitatem; ad *Text. in l. defuncta 65. ff. de uſufruct., Menoch. de præſumpr. lib. 4. præſumpt. 136. n. 5., Roſa conſult. 18. n. 19.*

Et quamvis replicaretur, quod quando à teſtatore poſt generalem prohibitionem alienationis adjecta fuit caducitatis pœna cum ſubſtitutione certæ perſonæ, tunc cenſeatur interdicta quoque fructuum diſtractio; nihilominus, omiſſo examine iſtius quæſtionis, de qua plenè actum fuit in deciſione edita coram Reverendiſſimo Domino meo Decano: hoc unum ſufficit, quod ex appoſitione pœ-
5 næ, & ſubſtitutione alterius potuit quidem deſumi enixa teſtatoris voluntas, quod propria bona conſerventur penès gravatos; nunquam autem prohibitionis extenſio ad caſus non comprehenſos, & nunquam ſub ea conſideratos.

Ceſſante ex his caducitate allegata per Cajetanum filium Roſſini, opus non fuit examinare alias exceptiones minoris ponderis deductas in prioribus inſtantiis; cùm illis fuerit plenè ſatisfactum in deciſionibus ſupra relatis, cum quibus DD. tranſierunt: maximè quia nihil in contrarium fuit deductum.

Et ita, Salvatore tantùm informante; Roſſino verò diù expectato, & non comparente, deciſum fuit.

FANEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 7. Maii 1703.

ARGUMENTUM.

Teſtamentum qui ſemel acceptavit non valet amplius impugnare. Renunciatio fertur ad ſolam cauſam inteſtati, aliis non ſpecificatis. Inſtitutio hæredis habetur per verbum -- *ſubſtituit* -- Quomodo diſtinguatur hæres uſufructuarius à proprietario?

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum nunquam conceditur non intercedente apertiſſima læſione.*
2 *Stante nullitate teſtamenti fit locus ſucceſſioni ab inteſtato.*
3 *Exceptio ſerotina non admittitur.*
4 *Hæres, & illius ſucceſſor, poſt acceptatum teſtamentum, nequeunt amplius illud impugnare.*
5 *Cauſa renunciationis ceſſante, ceſſat & ipſa renunciatio.*
6 *Renunciatio quando ſpecificè non comprehendit ſucceſſiones in futurum, refertur ad ſolam cauſam inteſtati.*
7 *Trebellianica non debetur hæredi uſufructuario.*
8 *Legitima conſumpta remanet ex fructuum perceptione.*
9 *Dictio adverſativa* -- però -- *univerſalitatem excludit, & diſpoſitionem limitat.*
10 *Verba* -- finche naturalmente viverà -- *diſpoſitionem reſtringunt.*
11 *Antecedentia declarantur à ſubſequentibus, præſertim immediatè, & cohærenter annexis.*
12 *Nominatio hæredis proprietarii adjecta poſt obitum uſufructuarii facta cenſetur, ne uſufructuarius à proprietario moleſtetur.*
13 *Verbum* -- ſubſtituit -- *in teſtamento, nullo alio dato hærede inſtituto, ſit directum, & idem importat ac verbum* -- inſtituit. --
14 *Amplia quando dicto verbo adjunctum eſt illud* -- chiama -- *quod eſt directum.*
15 *Uſufructuarii qualitas dignoſcitur à licentia tali hæredi à teſtatore tributa alienandi bona pro ſatisfactione debitorum hæreditatis: dum hæres proprietarius tali licentia non indiget.*

DECISIO CCLX.

Faullina Bertozzia in ultimo ſuæ vitæ elogio hæredem in uſufructu tantùm ſibi ſcripſit P. Paulum Mariam Ordinis Prædicatorum ejuſdem filium, donec ipſe naturaliter vixerit, & deindè poſt ejus obitum ſubſtituit pariter in uſufructu alias ejus filias, ſcilicet Mariam Columbam, & Mariam Flaminiam moniales in monaſterio ſancti Archangeli Fani degentes, & alteram filiam Mariam Magdalenam ſimiliter monialem in monaſterio S. Philippi: in proprietate verò Coſmum Bertozzium inſtituit. Mortuo autem ſub anno 1689. dicto P. Paulo Maria, renuerunt PP. Prædicatores favore ſubſtitutarum relaxare bona, quorum uſufructu defunctus gaudebat; introductaque per moniales ad illum vocatas deſuper lite, ſententiam ab A. C. Thomato favorabilem reportarunt, eaſdem ad controverſa bona immittentem, & condemnantem PP. S. Dominici ad reſtitutionem fructuum à die motæ litis perceptorum; quæ fuit in omnibus à R.P.D. Cerro in ſecunda, & rurſus in tertia inſtantia à R.P.D. Nazor

ro ſimiliter confirmata. In hoc autem rerum ſtatu cauſa per appellationem ad me devoluta, diſceptandum dedi dubium -- *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, ſeu potius de re judicata* - & *negativum quoad primam, affirmativum verò quoad ſecundam dubii partem* habuit reſponſum.

Juſtitia namque (cùm de validitate nulla adſit controverſia) ex lectura teſtamenti Fauſtinæ claré reſultat. In eo enim poſt obitum Patris Pauli Mariæ in uſufructu inſtitutii hæredes in ſimili uſufructu ſcriptæ leguntur dictæ ſorores moniales: undè cùm primus uſufructuarius hæres deceſſerit; meritò fuit dictis ſororibus triplici judicato immiſſio conceſſa; adversùs quæ nunquam reſtitutio in
1 in integrum concedi ſolet, niſi de patentiſſima læſione conſtaret ad *Text in cap.1. de reſtit. in integr.*, firmat *Rot. coram Priolo dec. 293. n.2., & cor. Dunoz.jun. dec 868. n.2.; & in Romana ſucceſſionis, & legitimæ 4. Maii 1695. §. Defuncto cor. R.P.D. meo Muto.*

Nec illam quidquam obſcurare valent quamplura per Patres S Dominici adducta: non quidem primo, quod cum dictum teſtamentum fuerit à Fauſtina conditum abſque ullo conſenſu viri ſui, iſtud haberi debeat uti nullum, veluti carens ſolemnitate à Statuto Fani, tamquam pro forma requiſita; & ſic per conſequens hæreditas ad Paulum Ma-
2 riam delata fuit non in vim dicti teſtamenti; ſed, eo nullo exiſtente, ab inteſtato, ut eſt *Text. in l.1. ff. de ſuis, & legitimis hæred.*, *& in §.1. auth. de hæred. ab inteſt. venient*, *Rot. cor. Priolo dec.290. n.24.*, & *in rec. dec. 102. n.8. p 9.*

Quoniam ex facto ceſſat objectum: dum hujuſmodi viri conſenſus patet ex epiſtola per eumdem conſcripta, in qua licentiam conjugi impartiebatur, ad ſui libitum, de propriis bonis diſponendi, & hæc poſtea in eodem teſtamento tempore non ſuſpecto inſerta, & allegata fuit ab eadem Fauſtina. Nec juvat exceptio, quod non fuerit recognita; quia, cum iſta modo tantùm deducta fuerit; quando uſque ab initio, & antequam tria prodirent judicata opponi valuiſſet, & monialibus utique non defuiſſet modus illius recognitionem procurandi: ideò DD,
3 illam pro irrelevanti tanquam nimis ſerotinam habuerunt; ad firmata per *Rot. in Fanen. immiſſionis 4. Junii 1698. § finali cor. Rm̃o D. Decano, & in Melphien. Capellaniæ 17. Junii 1699. §. Replicatur cor R. P. D. meo Muto.* Ultra quod in totum ceſſare viſa fuit qualiber difficultas, ex quo teſtamentum fuit à P. Paulo Maria, & ſic à PP. S. Dominici eumdem repræſentantibus, accep-
4 tum: Idcircò nequeunt iſti modo contra illud venire; ex vulgata regula, quod ſemel placuit; ut ad *Text. in cap. quod ſemel de regul. jur. in 6.*, monent *Surd. dec 265. n.25., & Rot. cor. Zarat. dec.103. n.6.*, & *in Fulginaten. pecuniaria 6. Junii 1698. §. Et demum cor. R.P.D. meo Pio.*

Minùs quoque ſubſiſtit alterum objectum ductum à renunciatione per dictas ſorores facta ante religionis ingreſſum, tam de bonis paternis, quàm maternis: quippe quia, cùm renunciatio præfata facta cenſeatur ad commodum fratrum, vel aliorum ex Fauſtina matre naſciturorum; eo ipſo, quod iſti deceſſerunt, ceſſavit cauſa renunciationis,
5 & conſequenter ipſa quoque renunciatio defecit; ut advertunt *Men. conſ.188. n.55., Cancer. var. reſol.21. n.126. lib.3., Bacb. dec. Pedemont. dec.98. num.11., Rot. poſt Merlin. de legitima dec.48. n.18.*, & *cor. Mantic. dec. 64. n.20, cor. Merlin. dec.869. n 70.* Et nihilominùs animadverſum fuit, quod in illa ſucceſſiones in futurum ex teſtamento deferendæ ſpecificè non comprehenduntur; prout neceſſariò requiritur: ideòque ad ſolam
6 inteſtati cauſam referri omninò debent; ut probant *Gallerat. de renunciat. lib.1. art.5., Roſ. conſ.44 num.1., & ſeqq. lib.1., Rot. in rec. dec.113. n.18. p.18.*, & *in Romana emphyt.10. Februarii 1702. §. Etenim coram R. P. D. meo Tremoille.*

Demùm allegabilis minimè viſa fuit tertia exceptio retentionis pro juribus legitimæ, & trebellianicæ ex perſona P. Pauli Mariæ prætenſæ: quia dum dictus religioſus tan-
7 tummodo in uſufructu relictus fuit hæres: eidem trebellianica nullo jure debetur *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.4. tit.5. art. 70. per tot., Sim. de Pret. de interpretat. ultim. volunt. lib.3. ſolut.1. n.21., & 22., Gratian. diſcept.821. n.6., Rot. cor. Emerix dec. 793. n.10.*, & *in rec. dec. 196. nu.7. & 11. p.*
8 *18.* Legitima verò ex fructibus per ipſum perceptis conſumpta remanſit; *Mareſcot. var. reſolut. lib.2. cap.86. num.18., & ſeqq., Merlin. de legitima lib.3. tit.2. q.7. num 21., Rot. poſt eumdem dec.31. n.4., cor. Ludoviſ. dec.186. nu.4. & 5., cor. Seraphin dec. 1265. n.6., & in rec. dec.196. n.9. & 10. p.15., & in Urbinaten. hæreditatis 8. Junii 1689. §. Ultimò cor. bo.me. Benincaſa.*

Quod autem inſtitutio ad ſimplicem uſufructum reſtringatur ex littera teſtamenti convincitur ibi -- *In tutti, e ſingoli ſuoi beni &c. vuole che ſia ſuo erede univerſale uſufruttuario però, e ſinche naturalmente viverà con piena ragione il molto Reverendo Padre Lettore Paolo Maria Giberti.* -- Ex quibus claré patet, quod verba, quæ aliam comprehenſionem proprietatis importare poſſent, fuerunt à teſtatrice prolata in ſenſu, illa ad ſolum uſufructum reſtringente: atten-
9 ta illa ditione *però*, quæ tanquam adverſativa proprietatem excludit; & diſpoſitionem limitat ad merum uſufructum; ad *Text. in l. Ita tamen ff. Ad Trebellian., & in l. Pro herede §. Quod autem ff. de acquiren. hered. Torr. de majorata p.2. q.48. nu.13., Rot. poſt eumdem dec.16. n.38., & in rec. dec.9. n.13. part.11.*

Maximè quia ſunt ibidem adjecta alia verba -- *ſinche naturalmente viverà* -- quæ pari-
10 ter ad uſusfructus inſtitutionem reſtringuntur; ut probant *dec. conſ.277. n.2., Menoch. de*

*de præſumpt.*133, *n.*12., *& præſumpt.*134. *n.*7., *Roec. diſput. jur. diſput.*30. *n.*17., *Rot.coram Vbald. dec.*124. *n.*6., *& coram Celſo dec.*411. *n.*6., *& in rec. dec.*75. *n.*10.*p.*16., *& dec.*145. *n.*7. *&* 8.*p.*18. Cùmque hæc omnia fuerint unico periodo, & oratione completa, indubium apparuit, quod non à bonis, ſed ab ipſo uſufructu incepta fuit diſpoſitio 1 cum an-
11 tecedentia benè declarentur à ſubſequentibus, immediatè præſertim, & coherenter annexis; ut in his præciſis terminis firmavit *Rot.in rec. dec.*22 *n.*34. *p.*6., *& dec.*75. *n.*11. *p.*16., & ſic per conſequens ipſe ſolus uſufructus formalis cenſetur relictus; ut benè proſequitur *Rot. in ſupra relatis deciſionibus*, quibus addi poſſunt *dec.*16. *n.*3. *&* 4. *cor. bon. mem.Emerix jun.*, *& in recent. dec.*470. *n.*3. *part.*9.

Defectus verò nominationis hæredis in proprietate, qui à teſtatrice fuit tantummodò poſt obitum Pauli Mariæ vocatus, nec pariter caſualem uſufructum inducere valet: cùm deſignatio hæredis poſt mortem dicti re-
12 ligioſi dumtaxat facta cenſeatur, ne uſufructuarius à proprietariis moleſtetur, & pacificè uſufructum à cunctis bonis ad ſui commodum percipiat; ut probat *Andreol controv.* 12. *n.*23. *&* 24., & advertit *Rot. cor. Bich. dec.*349. *n.*10., *& cor. Cavaler. dec.*310 *n.*20., *& cor Cerr. dec.*70. *n.*99., *& ſeqq.*, *& in rec. dec.*75. *n.*11. *p.*16., *& dec.*145 *n.*9. *p.*18.

In nihilum refragante, quod vocatio Coſimi facta legatur per verbum -- *ſubſtituit* --:
13 quia illud tanquam commune, nullo alio in teſtamento hærede inſtituto, ſit directum, & idem importat, ac verbum -- *inſtituit*; ut in his terminis conſiderant *Menoch. conſ.* 115. *n.*7. *lib.*2., *Andreol. controv.*121. *n.*23. *in fin. & n.*24., *Gratian. diſcept.*821. *n.*1. *& ſeqq. uſque ad* 19. *&* 21., *Rot.poſt Albit. de incontran. in judic. diſc.*60. *n.*16.: juncto præſertim altero verbo immediatè appoſito --*Chiama* --, quod cùm ſit directum, operatur, ut
14 ejuſdem naturæ efficiat aliud -- *ſubſtituit*--; ad tradita per *Menoch. ubi ſupra*, *Manſ.conſult.*664. *n.*10., *Andreol. d.controv.*121.*n.*23. *&* 24.

Quinimò cùm teſtatrix Paulo Mariæ facultatem alienandi conceſſerit pro ſatisfactione debitorum hæreditatis, hinc aliud emergit validum argumentum, quod inſtitutio religioſi fuerit ad formalem uſufructum reſtricta; ex quo hæres in proprietate hujuſmodi licen-
15 tia non indigeat: dum hæc ex mera diſpoſitione ſibi competit, ut ad rem animadvertunt *Cephal. conſ.*436. *n.*6. *lib.*3., *Altograd. conſ.*104. *n.*24., *& ſeqq. lib.*2., *Bellon. conſ.*6. *n.*14, *Rot. cor.Vbald. dec.*124. *n.*9., *& in recent. dec.*75. *n* 6.7. *&* 8. *p.*16.

E quibus omnibus, ſicut penitùs eliſæ remanent tot conjecturæ per Coventum, & Patres S. Dominici inſimul coacervatæ; ita & juſtitia ſententiarum magis fundata refulget.

Et ita, utraque &c.

MEDIOLANEN CAPELLANIÆ.

Ven. 11. *Maii* 1703.

ARGUMENTUM.

Juſtificatio litterarum Apoſtolicarum fit ab ultimo ſtatu beneficii, quando ab Inſtrumento publico, vel per rem judicatam clarè non probetur contrarium. Beneficium ſimplex eſſe præſumitur, & pro ſimplicitate ſtatur quando qualitas illius ſemper non fuit univoca.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec.75.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ juſtificatæ executioni ſunt demandandæ.*

2 *Iuſtificatio litterarum Apoſtolicarum fit ab ultimo ſtatu ipſius beneficii, quando agitur inter proviſos.*

3 *Limitatur concluſio, quando per inſtrumentum publicum, vel per remjudicatam conſtet de diverſo ſtatu antecedenti contrario.*

4 *Declara limitationem non procedere, quoties etiam exiſtente inſtrumento probatur, ſtatum beneficii ſemper non fuiſſe univocum, ſed beneficium modò fuiſſe in uno ſtatu, modò in alio.*

5 *Quod amplia, quando ex decreto Epiſcopi in viſitatione evenerit mutatio Status beneficii.*

9 *Ad evertendam juſtificationem litterarum Apoſtolicarum ab ultimo ſtatu facienda non ſufficit probatio ſtatus anterioris contrarii, ſi ſit quoquomodo dubia, & æquivoca.*

7 *Ad excludendam præſumptionem ſimplicitatis beneficii, probationes debent eſſe claræ, & incontrovertibiles.*

8 *Beneficii qualitas non firmatur ex rejudicata, quando ex poſt qualitas eadem contraria probatur.*

9 *Beneficii Status quando fuit ineffectuatus, firmat regulam in contrarium.*

DECISIO CCLXI.

IN præterita hujus cauſæ propoſitione habita coram me ſub die 20. Februarii 1699. favore Joannis Baptiſtæ Vicecomitis Proviſi Apoſtolici reſcriptum fuit, Litteras ab eodem obtentas executioni fore mandandas. Cumque illius fundamenta valida undequaque in hodierna præſentis controverſiæ reviſione per DD. agnita fuerint; Ideò, non obſtantibus adductis per Præpoſitum Collegiatæ loci Dayragi, perſiſtendum *eſſe in deciſis* non detractarunt,

Litteræ namque per Joannem Baptiſtam a Sede Apoſtolica reportatæ, cum ſatis ſuperque repertæ fuerint in omnibus juſtifi-
1 catæ, idcirco nullo unquam jure earumdem executio retardari valet; ut per *Text. in l. final. C. de diverſ. reſcript.*, mouent *Lotter. de re beneficia lib.*2. *quæſt.* 54. *nu.*81., *Roſa de execut. litter. Apoſtolic. cap.*6.*num.*236., *Rot. cor. Duran. dec.*205. *num.*5., *& coram Dunozet. Iun. dec.*697. *num.*2., *& in deciſ.* *præ-*

Digitized by Google

preſentis Cauſæ 20. *Februari* 1699. §. *Deci-*
dendi coram Me . Quod enim Capel-
lania , de qua diſceptatur , ſit ſimplex
beneficium , & ſine cura Animarum , prout
fuit per eundem Summo Pontifici expreſſum
(quam narrativæ veritatem hodie tantùm
impugnat Præpoſitus) abundè ex ultimo ſta-
tu reſultat ; qui ſolus ſufficit pro Juſtificatio-
2 ne narratorum in litteris: cum in præſenti non
agatur principaliter inter collatores de pro-
banda qualitate Beneficii ; ſed incidenter
inter proviſos pro verificatione eorum , quæ
fuerunt expreſſa , ut advertunt *Corrad.*
*in prax. Beneſic. lib.*1. *cap.*6. *nu.*230. , *Gon-*
*zal. ad regul.*8. *gloſſ.* 5. §. 3. *num.*18. cum
aliis plenè in præcitata *deciſione edita coram*
Me § *Atque hinc* .

Et quamvis hæc concluſio limitetur , quo-
ties per inſtrumentum publicum fundationis,
vel per rem judicatam, vel per confeſſionem
3 ſatis conſtet de ſtatu antecedenti contrario
*Lotter. de re beneſic lib.*1. *queſt.*34 *num.*55.
uſque ad 57 , *Rot. dec.*228. *num.*26 , & *ſeq.*
coràm Bichio , & *deciſ.*63. *num.*16. *part*19.
Recent., & *in Barchinonen. Parochialis del*
Prat. 23. *Iunii* 1695. § *Dum igitur confir-*
mata 1. *Decembris ejuſdem anni coram bon.*
mem. Vrſino . Tamen hujuſmodi limitatio
in præſenti hypotheſi inapplicabilis DD. vi-
ſa fuit ; Quoniam ubi etiam inſtrumentum
fundationis , juxta ſenſum Præpoſiti , dici
poſſet clarum , ad effectum probandi , quod
inſit controverſo Beneficio cura Animarum;
nihilominus , cum ſtatus ejuſdem poſt illius
4 fundationem non ſit univocus ; ſed modò
pro ſimplici , modo pro curato habitus fue-
rit ; ut colligitur ex viſitationibus datis
in Summario Joannis Baptiſtæ , & quod
plus eſt , in viſitatione Anni 1685. di-
ctum Beneficium fuerit in ſtatu ſimplici
conſtitutum , cum Ordinarius in dicta
viſitatione patentibus verbis ſtatuerit , ut
Animarum cura penès Præpoſitum Day-
ragi reſidere deberet , Capellaniam verò ſo-
li Miſſarum oneri reliquerit obnoxiam ; ex
quo clarè patet enervatum remanere inſtru-
mentum fundationis , quod ſufficit , ex in-
fra allegandis. Maximè quia in explendo
decreto ea principalis expreſſa fuit ratio ,
quod quamvis ex inſtitutione Capellaniæ
injunctum fuerit onus Curæ Animarum tam
loci Dayragi , quam villæ Cortelię ; nihilo-
minùs cum pòſtmodum dicta villa Corteſia
à Divo Carolo in Parochialem Eccleſiam
erecta fuerit , ut latè patet ex lectura dictæ
viſitationis datæ in *Summaria Ioannis Bap-*
*tiſtæ num.*13. , conſequenter una ex Capel-
laniis libera penitus ab onere curæ anima-
rum remanere debebat ; eidemque impri-
5 mebatur novus ſtatus ſimplicis Beneficii ; ut
firmavit *Rot. coram Bich. dec.*228. *num.*26.,
& *in Rec.dec.*188. *num.*2., & *dec.*253. *n.*1.
*part.*0,

An autem Archiepiſcopus benè , vel malè
ſe geſſerit in commutando ſtatum contro-
6 verſæ Capellaniæ ſuperfluum eſt examinare,
cum non ſit præſentis inſpectionis , ſed
rejici debeat ad petitorium, Pro juſtificatio-
ne enim literarum Apoſtolicarum ſatis eſt
probare , quod ſtatus anterior , vel fuerit
totaliter innovatus, vel ſaltem dubius : &
æquivocus evaneſcit , attento dicto decreto
in viſitatione prolato ; ut exinde ſtari de-
beat ultimo ſtatui Capellaniæ tanquam de
Beneficio ſimplici : dum ad illud excluden-
7 dum probationes debeant eſſe claræ , & in-
controvertibiles , ut conſiderant *Butrim in*
*cap. ex Litteris numer.*8. *de Iurepatronat.*
lib. 2. *Lambertin. de Iurepatronat. queſt.*
3. *numer.*4. *art.*6. *par.*1. , *Rot. coram Du-*
*nozet. Jun. dec.*69. *num.*6. , & *in Recent.*
*deciſ.*374. *nu* 4. , & *dec.*473. *nu.*12. *par.*19.
*tom.*2.

Cum igitur ex prædictis, ad effectum, de
quo agitur ; nulla vis in inſtrumento funda-
tionis conſtitui valeat ; multò minùs atten-
di meretur res judicata , quam reſultare pre-
tenditur ex Sententia Ordinarii lata anno
1656., confirmataque in Tribunali A. C. ſub
anno 1659. Quoniam ex his judicatis adeò
magnificatis nihil aliud deduci valet , quam
unicus ſtatus in ea vacatione , cujus occaſio-
ne orta fuerat tunc controverſia. Et de illo
nulla haberi debet ratio , non ſolùm quia
duo contrarii ſtatus præceſſerant , de annis
videlicet 1604 , & 1622. , ut ex *Sum. Pre-*
*poſiti num.*6. , Verùm , & fortiùs quia ſub-
8 ſecutus fuit alter actus anno 1684. omninò
contrarius , & poſtea in viſitatione anni
1685. decretum , curam Animarum tollens
emanavit . Quapropter cum ſupra recenſi-
tus ſtatus intermedius undique , tam ex an-
tecedentibus , quàm ex ſubſequentibus re-
9 maneat eliſus : nunquam potuit in oppoſitum
allegari : imo potius , uti ineffectuatus , re-
torquetur ; ut firmavit *Rot. in Gerunden.*
Prioratus 26. *Februarii* 1768. § *Et quamvis*
cor. bo. mem. Vrſino , & *in deciſione hujus*
cauſę ſub §. *Ita etiam coràm Me*. Semperque
erit incapax evertendi ultimum ſtatum , cum
quo DD. proceſſerunt , qui nequit obnubi-
lari: niſi per probationes undique evidentes,
& incontrovertibiles ; ex ſuprà allegatis.
Et ità , utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Lunæ 14. *Maii* 1703.

A R G U M E N T U M.

Actio eadem eſt contra fundum ſubrogatum , quæ prius erat contra illud , cui fuit ſubrogatum : & , ad damna , & intereſſe quando oriatur ob inveſtimentum non tutum in cenſibus Obligatio, & an porducatur ex ſimplici conſenſu.

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio conceditur ſtante credito cum hypotheca .*

2 *Subrogatum fundum ſortitur eandem , na-*
turam

turam ejus, cui fuit facta ſubrogatio.

3 *Actio ad damna, & intereſſe cenſus ob inveſtimentum non tutum à quo tempore incipiat?*

4 *Bona fideicommiſſaria ſemel liberata ab ære alieno, non poſſunt ex facto hæredis in priſtinam obligationem reincidere.*

5 *Hæres tenetur adimplere obligationem ſui auctoris.*

6 *Conſenſus ſimplex an, & quando pariat obligationem? & n.7.*

8 *Simulatio facta in emptione ad eludendos creditores inficit contractum.*

9 *Simulatio in contractu debet probari conjecturis claris, plenis, & concludentibus una cum cauſa ſimulandi, alias non attenditur.*

10 *Amplia preſertim quando in contrahentem non cadit probabilis ſuſpicio ſimulationis.*

11 *Paupertas excluditur in muliere erogante gravem ſummam in emptione cenſus.*

12 *Donatio de Jure non preſumitur.*

13 *Creditor non poteſt avocare pecunias à ſuo debitore, quę in ſe hypothecam non recipiunt.*

14 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes in judicio Salviani reiiciuntur ad aliud judicium.*

15 *Præſcriptio non currit contra ignorantes.*

16 *Scientia non probatur per conjecturas vagas & generales.*

DECISIO CCLXII.

Acquiſiverat Innocentia Riverona, mediante nominatione ad ſui favorem facta per Carolum Riccium, Cenſum ſcut. 3000. in ſorte, provenien. ex multiplicio Caſtri Numenti, & impoſitum a clar. mem. Cardinali Franciſco Montalto ſuper Palatio hæreditario Principis Michaelis patris. At cum iſtud fuiſſet venditum, ejuſque pretium inveſtitum partim in locis montium, & partim in cenſu ſcut 36666. impoſito per Collegium Romanum Patrum Societatis Jeſu; Hinc dicta Innocentia introduxit judicium immiſſionis ad dictum cenſum loco Palatii ſubrogatum: & præviis duabus deciſionibus editis coram Reverendiſſimo Domino Meo Decano, illam obtinuit: commiſſaque mihi cauſa in gradu appellationis, dedi dubium — *an Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, & *pro confirmatione* prodiit reſolutio.

Præter validitatem, de qua non fuit dubitatum, juſtitia enituit, ex quo in præſenti
1 concurrunt omnia requiſita in hoc judicio neceſſaria; ideoque concedenda erat immiſſio; Creditum enim reſultat ex impoſitione cenſus facta ſuper Palatio, ejuſque ceſſione ſecuta favore Riveronæ; hypotheca verò, qua obnoxium erat Palatium ſine difficultate tranſiit in cenſum controverſum, utpote loco ejuſdem Palatii ſubrogatum, attento indubitato juris principio, quod ſubroga-
2 tum ſortitur eamdem naturam fundi, cui fuit facta ſubrogatio, per *Textum in leg. Si eum §. Qui injuriam ff. Si quis cau*tionibus, *Rota cor. Coccino dec. 109. num 8., dec. 1445. n. 1., & dec 2251. n. 30. 31., in recent. dec. 220. n. 35. p. 11., & in Romana multiplici 17. Februarii 1687. §. Ac proindè cor. Rmo D. meo Decano, & in Bononien. dotis, & antephati ſuper gemmis 26. Junii 1696. §. Quo enim cor. R. P. D. meo Muto.*

Non relevante, quod palatium, ſuper quo fuit impoſitus cenſus per Riveronam acquiſitus, emptum fuerit à Principiſſa Conſtantia Ludoviſia; illiuſque pretium ſolutum creditoribus Principis Michaelis anterioribus præfato cenſui; ideòque nequeat pro eo dari aſſociatio ad cenſum, de quo agitur, cùm retineatur ex juribus creditorum anteriorum, ut ſupra dimiſſorum.

Etenim cùm Princeps Michael Perettus anno 1594. ſe obligaſſet, ex pretio Caſtri Numenti per ipſum empti, ponere ad multiplicum ſcut. 15000., donec, & quouſque ex eorum fructibus cumulata, & completa eſſet ſumma ſcutorum 54000. inveſtienda per eum in tot locis montium, vel cenſibus tutis, & ſecuris; eo ipſo, quod iſte cenſus ex dicto inveſtimento proveniens, propter anteriores hypthecas, quibus palatium fundus cenſitus erat obnoxium, remanet inexigibilis, intrat actio primæva, ob factum inveſtimentum non tutum, ad damna, & intereſſe: iſtaque ortum ſuum ducit non à die impoſitionis cen-
3 ſus, ſed ab anno 1594., quo Princeps Michael ad dictum multiplicum ſe obligavit: iſtoque caſu æs alienum domus Perettæ dimiſſum à Principiſſa Conſtantia remanet poſteriùs: & ſic inefficax ad impediendam aſſociationem; *Pacific. de ſalu. inſdect. 3. cap. 2. n. 442., Rot. poſt eamdem deciſ. 74. n. 11., & cor. ſan. me. Alexandro VIII. dec. 1555. n. 21., & in recent dec. 306. n. 28., & ſequen. p. 7.*, & firmant *deciſiones editæ cor. Rmo D. meo Decano 7. Decembris 1699. §. Quandoquidem, & 2. Maii 1701. §. Etenim verò.*

Quin urgeat replicatio, quod de anno 1626. declaratum fuit ſummam multiplicandam, uſque ad ſcuta 54000., fuiſſe jam completam cum liberatione Principis Michaelis ab aſſumpta obligatione illud perficiendi: & ideò ceſſet quælibet actio deſumpta à præfato inſtrumento anni 1594.; quamvis deindè anno 1635. Cardinalis, pro dimittendo Naldino creditore DD. de Urſinis, ratam multiplici ſcut. 9500. diſtraxerit: cùm ex hujuſmodi voluntaria alienatione irrogari non potuerit præjudicium hæreditati Principis, quæ
4 cùm ſemel fuiſſet liberata; non poterat ex facto Cardinalis hæredis in primævam obligationem jam extinctam reincidere.

Quoniam licèt Princeps Michael per complementum dicti multiplici ſuam explevisſet obligationem; cùm tamen in ſæpè dicto inſtrumento emptionis Caſtri Numenti conſenſum præſtitiſſet, quod Jugulus Naldini author in partem pretii tenutæ Sanctæ Margharitæ una cum dicto Caſtro venditæ, ſatisfieri poſſet ex fructibus multiplicandis; Indè clarè emergis, quod ſecuta diſmembratio multi-

plici,

plici, mediante diſtractione dicti cenſus ſcut.
9500., proceſſerit ex facto Principis, non au-
tem Cardinalis qui tanquam illius hæres pro-
prii authoris obligationem ſervare teneba-
5 tur, & multiplicum ex præcedenti obliga-
tione patris diminutum, erat ab eo reinte-
grandum; ut pariter firmant præfatæ deciſio-
nes editæ coram Reverendiſſimo D. meo De-
cano.

Idque procedit, quamvis Princeps Peret-
tus præſtiterit ſolummodò conſenſum, non
autem obligaverit ſe ad multiplici reintegra-
tionem. Nam cùm idem Princeps ſtatuiſſet
emere Caſtrum Numenti cum ſuo territorio,
& in eo adeſſet tenuta Sanctæ Margaritæ à
Jugulo retrovendita pretio ſcutor. 20000.,
eo ipſo quod poſt ſolutam ratam ſcut. 16000.
conventum fuit, quod reſiduum ſcut. 4000.
poſſet exſolvi ex multiplicio deſtinato ad
perpetuam evictionem totius Caſtri; jam in-
dè aſſequimur, quod ſi ex præfato multipli-
co diſmembratus fuit cenſus ſcut. 9500., pro
ſatisfactione creditoris reſidui pretii dictæ
tenutæ cum illius acceſſionibus; totum hoc
evenit ex facto Principis, qui licèt ſimplicem
præſtiterit conſenſum; tamen negari non
poteſt quin hoc modo contravenerit propriæ
obligationi, quam immediatè aſſumpſit con-
ficiendi multiplicum ſcut. 54000, quod ſem-
per, & perpetuò remanere deberet ſubroga-
tum, & affectum favore Virginii, & ſucceſ-
6 ſorum in fideicommiſſis, & primogenituris:
itaut pernecesse concludendum veniat: ip-
ſum Principem voluiſſe, quod, non attenta
diſmembratione multiplici faciendi pro ſa-
tisfactione Juguli, illud eſt reintegrandum:
namaliàs ad effectum minimè produci po-
tuiſſet onus ab ipſo aſſumptum conſtituendi
multiplicum, quod ſemper, & perpetuò di-
ctis primogenitis remaneret obnoxium; ut
obſervat *ſecunda deciſio Rm̃i D. mei Decani*
§. *Nam placuit*: maximè, quia in hoc ſenſu
fuit pariter noſtrum Tribunal in *deciſionibus*
1690. & 1733. *impreſſis cor. Corino*, in qui-
7 bus permiſit Jugulo, quod poſſet de ſuo cre-
dito ſatisfieri ex pecuniis multiplicatis, ſub
fundamento, quod nullum inferebatur præ-
judicium fideicommiſſo: ſed tantummodò
integrum multiplici complementum differe-
batur: ita ſupponens obligationem Princi-
pis illud reintegrandi: dum aliàs præjudi-
cium fideicommiſſi evitari non poterat, quàm
mediante illius complemento.

Ejuſdem pariter irrelevantiæ viſa fuit al-
tera exceptio ducta ab aſſerta ſimulatione,
quam opponebatur adhibitam fuiſſe in emp-
tione facta à Riccio pro perſona nominanda,
& in ſubſequuta nominatione Riveronæ; ſup-
ponendo, quod verè facta fuerit pro ipſo Do-
8 mino Cardinali Sabello, & nominatio fuerit
facta ad eludendos creditores Principis Mi-
chaelis Peretti, ducto hujuſmodi argumento
ab impotentia ejuſdem mulieris, quæ tunc
temporis non haberet ingentem pecuniarum
ſummam ſcut. 3000., & ab aliis conjecturis ad
hoc ipſum comprobandum cumulatis.

Siquidem benè huic objecto reſpondit ſe-
cunda deciſio edita coram Reverendiſſimo
Domino meo Decano: quod ſcilicet, ſtante
publico inſtrumento declarationis emiſſæ per
Riccium, qui mediò juramento cenſum pro
Riverona acquiſiviſſe faſſus fuit, non ſuffi-
ciunt conjecturæ generales, & vagæ, ſed re-
9 quiruntur plenæ, & concludentes unà cum
cauſa ſimulandi: ne aliàs irrogetur evidens
damnum, & intollerabile præjudium Rive-
ronæ nominatæ: ut benè *Rota in dec.258.*
n.8. p.16, & *dec.54. n.17. p.17.. dec.55. n.3.*,
& *dec 179. n.13. p.19. recent.* Fortiùs autem
attenta maxima inveriſimilitudine, quod
Cardinalis quatenùs etiam habuiſſet animum
eludendi creditores uti voluiſſet obſcuro no-
mine mulieris, quando ipſe ob conſpicuam
ſuam conditionem potuiſset digniori medio
controverſum cenſum acquirere: & quando
10 in aliis inveſtimentis per ipſum factis non
cadit diſpar ratio ab ea, qua moveri poterat
ad ſimulandum in inveſtimento, de quo agi-
tur, ſemper immediatè nominatus fuit à Ric-
cio abſque eo quod uteretur alio nomine.

Et licèt informantes pro poſseſsoribus ite-
rum cumularent plures conjecturas: tamen
illæ viſæ non ſunt Dominis tanti ponderis; ut
ad effectum, de quo agitur, mereantur ani-
madverſionem: cumque illis fuerit ſingillatim
ſatisfactum in præfatis deciſionibus Reve-
rendiſſimi Domini mei Decani; ideò Domini
cum illis tranſeundo, hoc unum addere exi-
ſtimarunt, quod ſcilicet impotentia mulieris
erogandi tantam ſummam in emptione illius
cenſus, & quod ea non obſtante, alias ſimili
modo, mediante eodem Riccio, qui erat
11 præfectus domus ejuſdem Cardinalis, fece-
rit acquiſitiones, excluditur ejus paupertas,
vel ad ſummam, ubi ad ſenſum dictorum in-
formantium importare poſsent, quod pecu-
niæ fuiſsent ei donatæ à Cardinali, tamen
12 hęc donatio de jure non præſumitur; ut be-
nè firmatur per *Rotam cor Cavaler. dec.603.*
per tot, & *dec.41. n.2.*, & *ſeq. p.9. rec.*; nec
de facto probatur, & adhuc ſtante hac dona-
tione nihil indè ſavore creditorum inferri po-
terat: cùm non licuiſset eis avocare pecunias
13 à ſuo debitore, quæ in ſe hypothecam non
recipiunt *Merlin. de pignor. lib.2. tit.1. q.45.*
n.14., & *in recent. dec.207. p.5. n.7. tom 2.*

Ultra quod ad effectum, de quo agitur ſa-
tis etiam eſt, quod hujuſmodi exceptiones
14 non ſint adeò claræ, ut admitti non poſſint
in hoc judicio Salviani, in quo omnes exce-
ptiones requirentes altiorem indaginem ad
aliud judicium veniunt rejiciendæ; *Rot. dec.*
185. n.6. p.5., & *dec.213. num.32. p.12.*, & *in*
Camerinen. cenſuum 23. Junii 1698. §. Quo-
niam cor. Rm̃o D. meo Decano, & *20. Mar-*
tii 1699. §. Abſque eo quod cor. R. P. D. meo
Pio.

Nullius demùm momenti eſt tertium obje-
ctum aſsertæ præſcriptionis hypothecæ: quia
ad hunc effectum probanda eſset in Rivero-
næ certa, & individua ſcientia alienationis
15 palatii: cùm præſcriptio non currat contra
igno-

Digitized by Google

Igoorantes ; *Rot. dec.252. n.11. p.5. tom.1.*,
&*dec.218. n.10. p.14. recent.* : & de ſcientia
nulla datur probatio , niſi ex conjecturis va-
16 gis , & generalibus , quæ non admittuntur ;
ut pleoè etiam fuit reſponſum in deciſionibus
editis coram R̃mo D. meo Decano, cum qui-
bus DD. denuò tranſierunt.

Et ita ,utraque &c.

IMOLEN. SALVIANI SUPER REINTEGRATIONE.

Veneris 1. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Reintegratio ex defectu citationis non conceditur poſt lapſum quinquaginta annorum. Scientia ſupplet deſefectum citatioois , quomodò eadem probetur?

SUMMARIUM.

1 *Actio ad reintegrationem ex defectu citationis eſt præſcripta ſpatio quinquaginta annorum .* & n.2.
3 *Præſcriptio non currit contra ignorantem.*
4 *Præſcriptio longiſſimi temporis currit contra ignorantes.*
5 *Scientia incolæ civitatis probatur per affixionem edictorum pro ſubhaſtatione bonorum in cadem civitate ſacta.*
6 *Scientia arguitur ratione propinquitatis.*
7 *Ignorantia ſubhaſtationis bonorum vicini dicitur craſſa , & inallegabilis.*
8 *Stante ſcientia partis defectus citationis non attenditur,*
9 *Præſcriptio incboata tempore anteceſſoris non completur contra ſucceſſorem.*
10 *Præſcriptio actionis cepta contra defunctum perficitur cum ſucceſſoribus.*
11 *Donatio ſine licentia Domini directi eſt nulla.*
12 *Religio utpotè manus mortua eſt incapax retinendi bona in emphyteuſim.*

DECISIO CCLXIII.

REinterationem , quam per contrariam ſententiam coram R. P. D. meo Muro , prævia deciſione ſub die 1.Julii 1701. edita , obtinere non potuerat ſacra religio S. Stephaui ad 60. tornaturas devolutas ad Communitatem Imolæ , uti dominam directam , & quas Joannes Maria de Pantaleonibus, de ann. 1580. eidem Commendæ à ſe fundatæ donaverat ; modò coram me in gradu appellationis reportare curans , obtinuit diſputari dubium ſuper dictæ ſeotentiæ confirmatione , vel infirmatione , quæ denuò eidem denegata fuit , & DD. *pro confirmatione* reſpondere non dubitarunt.

Lapſum eteoim quinquaginta , & ultra annorum viſum fuit ſatis eſſe ad tollendam
1 quamcumque reintegrationem ex defectu ci-

tationis faciendæ ſacræ religioni , oimis ſerotinè oppoſito : quoniam ex tanto temporis
decurſu , ubi etiam poſſet dubitari , quod verè citatio noo interfuiſſet , adhuc quælibet
2 reintegrationis actio præſcripta remanſit ;
Spad. conſ.139 per tot lib.1., *Gratian. diſcept.2. n.7.* & *8.*, *Capyc. latr. conſul.88. n.11.*, & *ſeq.*, *Rot. poſt Pacif. de ſalvin. interdict. dec.68. n.6.*, & *ſeq.*, & *penès Poſth. de manut. dec.44. n.6.*, & *in recent. dec.508. n.16. p.14.*, & *dec.166. n.15. p.15.*, & optimè firmat *deciſio in hac cauſa ſub die 1. Julii 1701. §. Fundamentum cor. R.P.D. meo Muto.*

Nec obſtat , quod attento prædicto citationis defectu , ſcientia quoque in Commendatore defecerit ; & proindè contra ipſum ,
3 tanquam ignorantem , præſcriptio currere
oon potuerit : etenim omiſſo , quod ubi , ut
hic , agitur de lapſu longiſſimi temporis, cur-
4 rit præſcriptio etiam abſque ſcientia , & afficit etiam ignorantes ; *L. Sicut in fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, *Hended. conſ. 83. n.50. lib.1.*, *Mareſcott. var. reſol. cap.41. num.91* , & *ſeq. lib.1.*, *Merlin. de legit lib.5. tit.2. q.10. n.26.*, *Rot. cor. Arguell. dec.87. n.12.* Hic autem de ſcieotia Commendatorum & aliorum miniſtrorum ſacræ religionis ſatis conſtare compertum fuit , ex quo iſti in Ci-
5 vitate Imolæ ſemper habitarunt , & permanſerunt , ubi publicè , & palam affixa fuerunt edicta pro controverſorum bonorum jam devolutorum ſubhaſtatione , quæ deindè ſubhaſtata fuerunt ; ut ad rem *Rot. dec.1173. n.5. cor. Coccin.* : quodque magis urget, Commen-
6 da bona poſſidebat cum dictis bonis Communitatis confinantia ; undè etiam ſcientia deducitur ; ut benè advertit *dicta deciſio præſentis cauſæ §. Non obſtat cum duobus ſeqq. coram R.P.D. meo Muto* , illamque denegare non valeot miniſtri abſque nota impro-
7 prietatis : dum talis ignorantia reputaretur craſſa , & voluntaria ; ideòque inallegabilis ; *Rot. dec.234. n.16* & *17. p.19. rec.*

Ex quibus omnibus ſicuti certa, & indubitata cognoſcitur ſcientia Commendatorum ; ita
8 nulla erit habenda ratio defectus citationis ;
ſed ea haberi debet , ac ſi interveniſſet ; *Roman. conſ.410. n.2.*, *Ciroce. diſcept.78. num. 104.*, *Rot. cor. Seraph. dec.194. n.4.* , & *dec. 422. n.5. p.1. diverſ.*

Non attenta replicatione , quod in omnem caſum præſcriptio , uti incohata cum Commendatario , qui tunc temporis bona admi-
9 niſtrabat , compleri non potuerit contra ſucceſſores propter illius obitum , qui evenit anno 1664. : quoniam cùm hic agatur ſimpliciter de præſcriptione actionis , non eſt facienda ulla ſubductio temporis ; ſed præſcrip-
10 tio cepta contra defunctum , & ſic contra
perſonam habilem , benè perficitur cum ſucceſſoribus ; *Capyc. latr. conſult.6. num.118.*, *Card. de Luc. de credit. diſc.117. n.5.*, *Adden. ad Buratt. dec.410. n.17.* & *18.*, & *in rec. dec.99. n.7. p.18.*

Tandem ponderarunt DD. , quod nullum unquam jus competere poterat Commendæ

11 ſuper dictis bonis, non ſolùm, quia illa donata fuerunt religioni abſque ulla Communitatis Dominæ directæ licentia; ſed etiam ex eo quod eadem religio, quamvis prætenſam reintegrationem obtineret; nihilominùs controverſa bona in emphyteuſim habere nullo 12 modo poteſt; utpotè manus mortua incapax illa retinendi; ut, ultra adductos in ſæpè citata hujus cauſæ *deciſione §. fin.*, firmavit *Rot. in rec. dec. 261. p. 1. n. 6., & Adden. ad deciſ. 131. n. 420. 421. p. 8.*

Et ità, utràque &c.

REATINA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 4. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus de evictione tenetur ad omne id, quod intereſt rem ipſam evictam non poſſideri.*

2 *Teſtes inducti contra peritiam jam acceptatam ab auctore inducentium non probant.*

3 *Teſtes ſingulariter deponentes ſuper materiis diſtinctis, & non de tota ſimul materia non probant.*

4 *Compenſatio admittitur ſtante utrinſque partis credito, & debito.*

5 *Compenſabile non eſt, quod adhuc non eſt liquidum.*

6 *Rei libertas certa eſt cùm aſſignatio cum verbis libertatem importantibus eſt facta.*

7 *Exceſſus in aſſociatione cum alternativa conceſſa etiam ſi ſuper utroque corpore conſumitur, excluditur, quando ex bonis majoris redditus, & valoris creditor quidquam non fuit conſequutus.*

DECISIO CCLXIV.

AD extinguendas lites, & componendas controverſias, quæ ſuper ſucceſſione in hæreditatibus Hieronymi, Actilii Franciſci, aliorumque fratrum de Mareriis diù exarſerunt in hoc ſacro Tribunali inter Thomam ex una, & Angelum, & Octavium fratres ex altera, fuit inita tranſactio anno 1659., in qua Thomas dimiſit unciam unam ex duodecim totius Aſſis Marerii, eiſdem Angelo, & Octavio debitam pro ſucceſſione paterna: & ulterius cùm eſſet debitor dotis Lauræ filiæ jam præcedenter nuptæ Angelo præfato, illi aſſignare promiſit ſummam ſcutorum 2500., quam de facto ſequenti anno 1660. aſſignavit, dando in ſolutum montaneam, ſeu tenutam Burgarettæ cum pactis, quod valutato frumento in ſcutis ſex pro rubro, cæterarumque fructu de decennio in decennium regulato, tenutæ pretium calculandum foret juxta declarationem faciendam à clar. mem. Cardinali Antonio Barberino: quodve inſuper ſi Tancredes Franciſci filius, qui tranſactioni non intervenerat; portionem aliquam Montanæ conſequutus fuiſſet: ſunt verba inſtrumenti -- *detto Tomaſo ſia tenuto reintegrare detto Angelo, e Laura conjugi nella mola di grano dell' Aſcrea, ò vero nel giardino di là, ò nel giardino di quà dal fiume ad elettione di detto Tomaſo; e coſi mancando la rata conſegnata come ſopra alla ſomma dovuta, detto Tomaſo ſia tenuto reintegrare detti conjugi parimente, ſopra tutti li beni.*

Supervenit poſt hæc non ſolùm declaratio clar. mem. Cardinalis Antonii, qui tenutam ad rationem ſcutorum 4. 50. pro centenario æſtimandam eſſe decrevit: verùm etiam relatio periti, qui illius redditum in rubris 18. quolibet biennio conſiſtere exiſtimavit: & ita in rubris novem ſingulis annis. Tancredes verò proſequendo cauſam in noſtro Tribunali anno 1671. obtinuit immitti ad uncias quinque dictæ tenutæ. Hinc, vel quia ejuſdem fructus decreverunt, vel quia purificatus fuerat caſus immiſſionis obtentæ per Tancredem, Angelus facta prius liquidatione fructuum, qui ex tenuta percipiebantur, detractiſque illis correſpondentibus unciis quinque per Tancredem occupatis, & alteri unciæ in tranſactione per Thomam aſſignatæ mandatum de reintegrando reportavit ab A. C. ad molendinum, & viridaria prædicta pro ſcutis 59 debitis pro complemento fructuum capitalis dotis ſcut. 2500., qui ad rationem ſcut. 4. 50. ad formam declarationis Eminentiſſimi Barbarini conſtituebant ſummam ſcut. 112. 50.; ac alterum exequutivum pro fructibus dictæ ratæ, à die paſſæ immiſſionis, per ipſum Angelum non perceptis.

Sed quia utrumque mandatum viventibus tam Angelo, quàm Actilio, & Franciſco filiis nunquam fuerat exequutioni demandatum, & Octavius patruus, eorum ex teſtamento hæres bona omnia donaverat Laviniæ ſorori, & Hyppolito Antonio de Gentilibus ex eadem nepoti; iidem reaſſumpta cauſa coram A. C. Aldrovando contra Hieronymum, & Philippum Thomæ interim defuncti filios mandatum de reintegrando, & exequutivum reſpectivè iterum relaxari obtinuerunt, quorum vigore capta etiam poſſeſſione bonorum, cùm mihi commiſſio appellationis ſignata clauſula -- *Alteri qui ad legitimam* -- directa fuiſſet, quæſitum fuit -- *An ſit procedendum ad legitimam exequutionem mandati de reintegrando, ſeu aſſociando ad bona, de quibus agitur, & reſpectivè mandatum exequutivum ſit exequendum, & affirmativa in omnibus* prodiit reſolutio.

Habent enim actores fundatam intentionem in præfatis inſtrumentis promiſſionis dotis, & dationis in ſolutum per Thomam factæ favore Lauræ, ſub expreſſo pacto, quod non correſpondente redditu tenutæ uſuris pro dote debitis, vel deficiente ex cauſa immiſſionis, quam Tancredes conſequi potuiſſet, conjuges

conjuges pro intranti ſumma eſſent reintegran-
di: Quamobrem eo ipſo, quod immiſſio, &
decrementum reſpectivè in annuis ſcutis 59. ſu-
pervenit; benè fuit conceſſa reintegratio ad bo-
na deficientia ratione evictionis; & ulterius re-
laxatum mandatum pro fructibus in annua
ſumma ſcut. 59. à die paſſæ immiſſionis non
perceptis; ex indubitato juris principio, quod
obligatus de evictione tenetur ad omne id,
1 quod intereſt, rem ipſam evictam non poſſide-
ri; ad *Text. in l. evicta, l. venditor ff. de evict.*,
l. ſi controverſia §. fin., l. non dubitatur C. eodem,
& plenè *Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 79. num. 5.*,
Rot. dec. 27. num. 2. coràm Coccin. cum aliis rela-
tis in *Bononien. Evictionis ſuper fructibus 10. Mar-
tii 1698. §. Nitebantur coràm Reverendiſ. D. meo
Decano, & in Bononien. Pecuniaria 6. Decembris
1702. §. Etenim coràm R. P. D. meo Muto.*

Quod autem fructuum diminutio conſiſtat
in annuis ſcut. 59. manifeſtè reſultat ex teſtibus
formiter examinatis, & relationibus peritorum,
qui omnes, enumeratis ſingulis fructibus, ac cal-
culato valore frumenti in ſcut. 6., ut fuerat con-
ventum, redditus tenutæ aſcendere deponunt
ad ſc. 107. circiter, à quibus demptis ſc. 53. 50.
pro fructibus unciæ titulo paternæ hæreditatis
Angelo traditę, ac aliarum unciarum quinque,
quæ per immiſſionem facto Judicis fuerunt evi-
ctæ, tenutæ redditus reducuntur dumtaxat ad
ſc. 53. 50. Ac proinde cum uſuræ dotales calcu-
landæ ad ratione ſc. 4. 50. debeant ad propor-
tionem Capitalis dotis conflare ſummam an-
nuorum ſc. 112. 50. clarè patet, quod pro com-
plemento ſecundum præſentem calculum defi-
ciunt ſc. 59. Neque hujuſmodi liquidationem
2 deſtruere valent teſtes in contrarium examina-
ti, quia cum ea deſumpta fuerit ex peritia per
Thomam ſuccumbentium auctorem acceptata;
& è converſo iidem teſtes ſuper materiis diſtin-
3 ctis ſingulariter deponant; non autem de om-
nibus tenutæ fructibus; nullam probationem
conſtituunt, *Cap. tàm litteris 33. de teſtibus, cap.
licet eam de probationibus, Rot. dec. 177. num. 15.
par. 5., & dec. 52. n. 8. par. 15. rec.*

Non obſtat, quod Angelus, & Laura aucto-
res Laviniæ promiſerint in tranſactione contri-
buere favore Thomæ pro rata illius quantitatis
bonorum, quam Tancredes, mediante lite, oc-
cupaſſet: ideoque cum evenerint caſus contri-
buendi per immiſſionem ab iſto reportatam,
vel factus ſit locus actioni expetendi contrà
actores contributionem pro medietate unius
unciæ, cujus valor, unà cum fructibus juxtà
ſtatum aſſis Materii, firmatum in *dec. 249. n. 7.
par. 17. rec.*, longè excedit eorum creditum;
4 vel, in omnem caſum, admitti debeat com-
penſatio favore fratrum de Materiis. Quoniam
tranſactio præterita nullatenùs præſefert obli-
gationem contribuendi quoad capitale, ſed eſt
reſtricta ſolummodò ad expenſas, quæ fieri po-
tuiſſent in lite, ibi: *Debbano concorrere per la loro
rata, e terza parte anco alle ſpeſe, e difeſa della li-
te*: & ſic prætenſum creditum nullo modo ſub-
ſiſtit, illudque reducitur ad expenſas, quæ cum
5 adhuc liquidatę non fuerint compenſabiles non
ſunt; *l. 1. C. de compenſat., Afflict. dec. 381. n. 6.,
Rot. dec. 707. num. 6. par. 5., & dec. 10. num. 17.
par. 6. rec.* Potiſſimum quia in eodem tranſa-
ctionis inſtrumento fuit facta aſſignatio unius
unciæ ex duodecim totius aſſis Materii favore
præfatorum Angeli, & Lauræ, cum omnimo-
da libertate, & exemptione ibi: *In modo, che
6 reſti, e ſia libera da ogni peſo, e gravame*: ex qui-
bus verbis quæcumque obligatio contribuendi
prorſus excluſa remanet.

Tandem non relevat, quod mandatum ab
A.C. Aldrovando relaxatum ad formam alter-
nativæ obligationis Thomæ reintegrandi, aut
in molendino, aut in viridariis, fuerit poſtmo-
dum, non ſinè labe exceſſus, exequutioni de-
mandatum, tàm ſuper molendino, quàm ſuper
viridariis, aliiſque bonis valoris, & redditus
majoris credito. Nam ex lectura inſtrumenti
poſſeſſionis, & exequutionis reſpectivè conſti-
tit DD., executionem tantùm fuiſſe factam ſuper
medietate molendini, & viridariorum, quę ſo-
lùm ſpectat ad Materios; non autem ſuper aliis
bonis; quorum reſpectu nulla datur conclu-
dens probatio: & ſic Actores vigore mandati
de aſſociando exigere non valent, niſi medieta-
tem fructuum minorem credito. Nihilque re-
fert, quod aſſociatione etiam cum alternativa
conceſſa illius exequutio conſumpta fuerit ſu-
per utroque corpore, viridariis ſcilicet, & mo-
lendino: quia ex hoc inferri non valet ad ex-
ceſſum: cum ſatis ſuperque ſit ad hujuſmodi ex-
7 ceptionem removendam, quod ex bonis ma-
joris redditus, & valoris creditor quidquam
non conſequatur, ultrà quantitatem pro qua
fuit ei conceſſa aſſociatio; ut in his terminis
*Rota coram Cavaler. deciſ. 446. à num. 1. cum
ſeqq., & in rec. dec. 53. num. 3. 4. par. 14., & de-
ciſ. 105. n. 6. 7. par. 19.*

Et ità, utraque.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS.

Mercurii 6. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Acquiſitio pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſo-
ribus facta cenſetur, etiamſi adeſſet prȩceptum
Teſtatoris de inveſtiendo, & à ſocietate ab eo-
dem proveniente extinctus fuerit cenſus pro
pretii parte ab acquirente accollatus, & uti
communis in ſocialibus Libris ſit deſcripta;
quando acquirens, & in Inſtrumento, & in
aliis ſeriis actibus eam proprio nomine feciſſe
declaravit.

SUMMARIUM.

1 *Acquirens proprio nomine pro ſe, ſuiſque hære-
dibus, & ſucceſſoribus acquirere voluiſſe cen-
ſetur.*
2 *Inſtrumentum publicum facit probationem pro-
batam, & rem claram, & manifeſtam.*
3 *Bona fideicommiſſo acquiſita cenſentur, ſi adſit
præceptum Teſtatoris de inveſtiendo.*
4 *Limitatur ſi inveſtiens pro ſe acquirere profeſſus
fuit in Inſtrumento, & fortiùs ſi ulterius poſtea
ſuper hoc proteſtetur*, & n. 7.
5 *Et ſi terminus ad inveſtimenta conficienda præ-
ſcriptus ſit lapſus.*

Digitized by Google

6 Et tunc bona liberè acquiruntur ementi, ejuſque hæredibus, etiam ſi pecuniæ ejus propriæ non eſſent.

8 Præſumptio cedit veritati.

9 Enunciativæ in libris ſocialibus emiſſæ, quod acquiſitio ſociali nomine ſit facta, non poſſunt concurrere cum publicis Inſtrumentis, & aliis ſeriis declarationibus, in quibus pro ſolo acquirente facta aſſeritur.

10 Limitatur concluſio, quando cum libris ſocialibus concurrerent alia argumenta, & probationes.

11 Accollatio cenſus pro pretii ſolutione ab acquirente facta, qui poſtea à ſocietate fuit extinctus non probat acquiſitionem pro ſocietate fuiſſe factam, & quare?

12 Et tunc quando agitur de ſimplici ſubhaſtatione bonorum acquiſitorum ſatis ſociis eſt conſultum, reſervando jura, ut experiantur in concurſu.

DECISIO CCLXV.

PRovocantribus Vincenrio Maria, & fratribus de Bavoſiis á ſententia R.P.D. mei Anſaldi confirmatoria alterius latæ per Reverendiſſimum Dominum meum Decanum, qua, favore Cieditorum Hieronymi Bavoſii, declaratum fuerat, quatuor bonorum corpora poſita in Communi *del Trebbio* fuiſſe libera illius, tanquam ab eo acquiſita, & in ejus patrimonio remanſiſſe: idcòque nullum jus ſuper ipſis fuiſſe quæſitum fideicommiſſo Joannis; cujus vigore immiſſionem petierant dicti fratres: fuit hodie in gradu appellationis coram me diſceptatum: *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*: & DD. *confirmandam eſſe cenſuerunt*.

Etenim cum acquiſitiones quatuor corporum in Communi *del Trebbio* fuerint factæ à dicto Hieronymo proprio nomine, ambigen-
1 dum non eſt, quin ipſe acquirere voluerit pro ſe, ſuiſque filiis, & hæredibus dicta bona: hoc
2 plenè reſultante ex ipſis publicis inſtrumentis, quæ faciunt probationem probatam, rem claram, & manifeſtam; *Bald. in l. quoties in fin. Cod. de Iudic., l. cum præcibus Cod. de probat., Rot. deciſ. 356. par. 14., & deciſ. 231. utrobique num. 1. par. 19. recent.*, & firmat *deciſ. bon. mem. Urſini diei 9. Ianuarii 1699. §. Poſita itaque.*

Nec obſtat, quod pretium fuerit ſolutum ex pecuniis ſocialibus negotii aromatariæ quod Hieronymus retinebat cum Vincentio fratre, & propterea cum iſte ex ordinatione facta per
3 Joannem fideicommittentem, teneretur per duodecim annos à die ſui obitus facere quędam inveſtimenta, cenſeri debeat præfata prædia fuiſſe eidem fideicommiſſo acquiſita: Ultra quod enim, prout in facto concordato, negotium aromatariæ non ſpectabat ad fideicommiſſum; dùm poſt ejus obitum fuerat acquiſitum per Vincentium, qui in participatione admiſit præfatum Hieronymum cum capitalibus ab utroque eorum appoſitis; Ceſſare viſa fuit in præſenti quælibet difficultas, ex quo
4 conſtat tam de explicita voluntatè Hieronymi acquirendi pro ſe, quàm de lapſu temporis ad
5 inveſtiendum Vincentio Socio præſcripti: quibus ſtantibus bona libera effecta fuerunt pro-
6 pria acquirentis, ejuſque hæredum: etiamſi probaretur pecunias ad ſocietatem ſpectaſſe *l. ſi ex ea pecunia Cod. de re vinden., l. 1. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi, Peregr. de Fideicom. art. 44. num. 28. & ſeq., Card. de Luca eodem tit. diſc 177. num. 4. & ſeq., Rota coram Cerro deciſ. 413. n. 2., & in rec. deciſ. 771. num. 5. par. 2.*

Fortiùs, quia præter expreſſionem factam in ipſo inſtrumento acquiſitionis, Hieronymus in tranſactione inita anno 1644. cum
7 Laura Vincentii filia, proteſtatus fuit pecunias ad ſui peculiare commodum fuiſſe expenſas, & Peritum alias electum æquivocaſſe enunciando, quod acquiſitio fuiſſet facta nomine Sociali; quapropter tantò clarior eluceſcit voluntas Hieronymi; & deſtruitur quælibet
8 præſumptio in contrarium, quæ cedere debet veritati; ut benè reſponſum fuit in *Bononien. Iuriſpatronatus 31. Ianuarii §. Aut enim. & 22. Aprilis 1695. §. Aut verò cor. R. P. D. meo Pio.*

Hinc nullum poteſt conſtitui fundamentum in libris ſocialibus, in quibus apparet fuiſſe deſcriptum, quod acquiſitiones ſpectarent ad ſocietatem: Quidquid enim ſit circà legalitatem eorumdem librorum: Hoc unum ſatis viſum fuit, quod, ubi etiam circà illos nulla cadere poſſet ſuſpicio, adhuc enuncia-
9 tivæ in eis emiſſæ concurrere non poſſunt cum publicis inſtrumentis, & aliis declarationibus seriò emiſſis ab acquirente, ex quibus contrarium apparet; ex firmatis *in Deciſione R. P. D. mei Anſaldi 10. Iunii 1701. §. De reliquo*, ad differentiam alterius caſus, quando unâ cum
10 libris ſocialibus concurrerent alia argumenta, & probationes in idem tendentes, & in quibus terminis procedit *Deciſio 2212. coràm Coccino*, cum aliis ad id allegatis.

Multòque minus poteſt deſumi aliquod argumentum in contrarium, ex quo, occaſione emptionis unius ex prædiis controverſiis, Hieronymus loco pretii in ſe accollavit cenſum à Benino Venditore debitum Vincentio, & illum deindè appareat fuiſſe bonificatum in libris ſo-
11 cialibus. Quoniam immò hoc ipſum retorquetur, & acquiſitionem proprio, non ſociali nomine fuiſſe factam oſtendit; Nam ſi acquiſitio expleta fuiſſet communi utriuſque Socii commodo, ſuperfluus omninò fuiſſet talis circuitus accollandi nempè in ſe debitum ad Vincentium ſpectans; ſed immediatè fuiſſet excomputata pars pretii correſpondens cenſui, quem Venditor habebat cum Vincentio, ſi illius favore vendidiſſet.

Cæterum adverterunt DD., quod cum in
12 præſenti agatur de ſimplici ſubhaſtatione bonorum, quæ, ut præfertur, fuerunt liberè acquiſita per Hieronymum, ad effectum illorum pretium conſignandi creditoribus anterioribus, & potioribus, cum cautione de reſtituendo, ſatis abundè præſervatum remanet fratribus de Bavoſiis jus pro eorum creditis, quatenus adſint, comparendi in judicio concurſus Jura ſua deducendo pro reintegratione fideicommiſſi, ut admittit *deciſio in cauſa edita 9. Ianuarii 1699. §. Finali coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, & 10. Iunii 1701. §. Finali coram R. P. D. meo Anſaldo*, & reſponſum ita fuit *in Peruſina hæreditatis 1. Iulii 1699. §. Finali coram me.*

Et ità utraque &c.

AR-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS SUPER REMISSORIA.

Mercurii 6. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Denegatur remiſſoria cum ſero petitur ad probandum cum libris ſocialibus contra publica inſtrumenta, præſertim quia ſuper illis non ſe fundavit Rota, nec inde contraria haberi poteſt probatio.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria ſemper concedi ſolet quando materia articulata eſt relevans.*

2 *Libri ſociales præferri non poſſunt in probatione publicis inſtrumentis.*

3 *Probatio irrelevans, & infructuoſa pro cauſę victoria non eſt admittenda.*

4 *Maximè ſi proponatur in tertia inſtantia.*

5 *Et quando probationes commodè antea fieri potuerunt.*

6 *Et inſtantia ſerotina gravem præſefert ſuſpicionem, quod fiat ad protrahendam litem.*

7 *Remiſſoria non conceditur ad probanda ea, quæ deciſionum non ſunt fundamenta.*

8 *Et quando non poſſint recognoſci ea, propter quæ petitur.*

DECISIO CCLXVI.

SUb fundamento, quod coràm R.P.D. meo Anſaldo die 10. Junii 1701. Fratribus de Bavoſiis denegata fuiſſet Immiſſio petita ſuper bonis in Communi *del Trebbio*, ex quo probationes deſumptæ ex partitis librorum ſocialium Vincentii, & Hieronymi de Bavoſiis, in quibus dicta bona ſupponuntur deſcripta uti comparata pro negocio communi Aromatariæ, eſſent ſuſpectæ, nec libri ullam fidem merentur; Iidem Fratres, ne fides dictorum librorum, à quorum legalitate totum eorum Patrimonium pendere aſſerunt, in diſcrimen poneretur, occurrendo prædictæ ſuſpicioni per Teſtium depoſitiones, curarunt hodiè occaſione diſputationis habitę ſuper negocio principali alterum diſputari dubium; Nempè: *An ſit danda remiſſoria*: eamque Domini *denegandam* eſſe reſponderunt.

Licèt enim ex ſtylo noſtro Tribunalis remiſ-
1 ſoria ſemper concedi ſoleat quando materia articulata eſt relevans; ut millies reſpondit *Rota*, & ſignanter coram *Celſo deciſ. 23., & deciſ. 32. utrobique n. 1., & in Recent. dec. 3. pariter n. 1. par. 19.*, & fuit dictum *in Aſculana Dotis, & Legitimæ 16. Ianuarii 1699. §. Moti, & in Burgen. Panis ſuper remiſſoria 2. Iulii 1700. §. Articuli coram Me*. Cum tamen partitæ in aſſertis libris ſocialibus deſcriptæ, data etiam eorum legalitate, non ſufficiant ad proſternendam probationem; quod acquiſitiones fuerunt factæ
2 particulari nomine Hieronymi, reſultantem ex publicis inſtrumentis; quibus in concurſu præferri non valent: & idcircò petita remiſſoria, utpotè tendens ad probandum ſolùm prædictam legalitatem, profutura non eſſet, locum ſibi vindicat altera regula, quod probatio,
3 quando irrelevans detegitur, & infructuoſa pro victoria cauſæ, ea nunquàm admittenda venit; ut ſequendo *Textum in l. ad probationem 2. C. de probat.* dictum fuit *coràm Ludoviſ. dec. 184 n. 3. & deciſ. 45. num. 81. coràm ſan. mem. Alexandro VIII., & in Colonien. Parochialis 12. Decembris 1698. §. primo in fin. coràm R.P.D. meo Tremoille*.

Maximè quia petitur hodiè in tertia Inſtantia
4 poſt geminas Sententias Rotales: ante quas, ſi-
5 cut magis commodè, & opportunè potuiſſent Fratres de Bavoſiis hujuſmodi probationes explere, ità modò hæc ſerotina inſtantia non eſt admittenda, propter non modicam ſuſpicio-
6 nem, quod talis probatio proponatur ad protrahendam cauſam, & defatigandum Actores; prout dixit *Rota in Baren. concurſus 30. Martii 1699. §. Illa autem coràm R.P.D. meo Tremoille, in Corduben. Pecuniaria ſuper remiſſoria prima Iulii 1699. §. In præſenti coràm Reverendiſſimo Domino meo Decano, & in Bononien. Pecuniaria ſuper eadem 28. Iunii 1700. §. Finali coràm Me*.

Et quamvis in deciſione R.P.D. mei Anſaldi edita 10. Junii 1701. dubitatum fuerit de legalitate dictorum librorum; attamen, ſi ex hoc ullum eis præjudicium fuit illatum, remanſit, & quoque ſublatum per aliam deciſionem, quæ
7 prodiit die 6. Februarii 1702., in qua declaratum fuit; motiva reſolutionum non ſtetiſſe in aſſerta illegalitate librorum. Hoc inſuper addendo, quod cum deficiant quinque ex libris ſupradicti Negocii, & ſignanter ille, in quo aſſeruntur adnotatæ acquiſitiones factæ per Vincentium, remiſſoria ſi concederetur, nullo mo-
8 do prodeſſet, cum non poſſit recognoſci: an bona, de quibus agitur fuerint ad commodum Vincentii in dicto libro deſcripta.

Et ità, utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 11. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Sententia Rotalis ritè, & validè profertur ſuper illis, quæ dependent à reſolutis in Deciſione, quamvis ibidem non ſpecificentur. Solutio in duriorem cauſam non cadit, quando provenit à præambula partium conventione, & de utriuſque partis voluntate conſtat, & quando pro unaquaque cauſa diverſa ſolita fuit fieri expræſſio.

SUMMARIUM.

1 *Sententia Rotalis compræhendens ea, de quibus nulla in deciſionibus mentio fit eſt nulla, unacum confirmatoria, ex Bulla Pauli V.*

2 *Secùs ſi hæc nullitatis exceptio, à Signatura gratiæ fuerit rejecta.*

3 *De credito cum reſolutum fuit in deciſione conſtare, prodiiſſe quoque dicitur reſolutio ſuper manutentione, & fructuum reſtitutione ab eodem dependentium.*

4 *Sententia Rotalis validè, ac ritè profertur ſuper iis, quæ veniunt in ſequelam reſolutorum in deciſione.*

5 Ut

Digitized by Google

5 *... eſt præſertim fructuum reſtitutio.*
6 *Solutio prius cadere debet in cauſam duriorem.*
7 *Declara concluſionem procedere, quando ſolutio ſimpliciter ſit ſine praambula partium conventione ſecùs contra.*
8 *Et limita etiam, quando voluntas partium contraria adeſt.*
9 *Solutio cadit in eam cauſam, in quam ſolitum fuit cum diſcretiva, & diverſarum cauſarum expraſſione aſſignari.*

DECISIO CCLXVII.

ADverſùs ſententias Rotales, & rem judicatam, quas ad ſui favorem reportaverat Marchio Cæſar Baldinottus, ejuſque Creditores fuit ſolùm à Duce Sannesio, & Marchioniſſa Renria de Strozziis (alii enim colligantes, prævia litis renunciatione, judicio noſtri Tribunalis jàm acquieverunt) habitus recurſus ad Signaturam Gratiæ, & obtenta nova commiſſio mihi directa cum clauſula; *de Cauſis reſtitutionis in integrum, ſinè præjudicio rei judicata*: quamobrem ad inſtantiam præfati Marchionis hodiè propoſui dubium: *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, vel de re judicata?* & Domini *de re judicata conſtare* reſponderunt.

Omiſſa enim quæſtione circà exceſſum executionis factæ ſuper bonis ad quæ fuerant aſſociari Dux Clemens Sanenſius, & litis conſortes, cum de illo per ſeparatum dubium in præſenti Audientia contemporaneè propoſitum actum fuerit.

Strictè ad validitatem, & juſtitiam judicati, Domini cenſuerunt primam haud benè impugnari, ex eo quod ſententia R. P. D. mei Cagnati concedens manutentionem, & fructuum reſtitutionem, de quibus nulla fuit facta mentio in deciſionibus, tanquàm ab iiſtis difformis, 1 nullitatis vitio obnoxia remanſerit unâ cum altera ejuſdem confirmatoria; ex Bulla Reformationis ſanctæ mem. Pauli V. *tit. de Audit. Rotæ*; 2 Quoniàm hæc aliàs exagerata nullitas nullo modo ſubſiſtit; ſivè quia aliàs per ſignaturam Juſtitiæ loco Gratiæ mediante reſcripto: *nihil de circumſcriptione*: fuit rejecta, & Sententiæ validitas comprobata.

Sivè quia irrelevans fuit recognita in deciſionibus præcedentis inſtantiæ editis coràm R. P. D. meo Tremoille, in quibus animadverſum fuit, quod cum ſtylus Noſtri Tribunalis inconcuſſus ſit diſputandi dubia, non quidem in abſtracto, ſed in concreto ad utilitatem litigantium, eo ipſo, quod deciſum fuit conſtare de credito Marchionis, à quo origi- 3 naliter dependebat manutentio, & reſpectivè fructuum reſtitutio, dici debet prodiiſſe reſolutionem, etiam quoad dependentia, & conſecutiva; Ideòque de exceſſivitate redargui non poſſunt Sententiæ, quia utpotè latè ſuper 4 iis, quæ veniunt in ſequelam Judicati, validè, & ritè proferri poterant, licèt de illis nihil in deciſionibus dictum fuiſſet; *Felin. in cap. licèt 31. n. 20. de Simon., Afflict. deciſ. 32. n. 3. 4., Thomat. deciſ. Marchiæ 40. num. 37. & 48.* cum aliis cumulatis in deciſione *R. P. D. mei Tremoille 14. Martii 1701. §. Et meritò*, & in ſpe- 5 cie circà fructuum reſtitutionem firmavit *Rota in Bononien., ſeù Imolen. Bonorum 1. Iulii 1697. §. finali coràm Illuſtriſſimo Domino dell'Olmo, & in Bononien. Bonorum 1. Iulii 1699. §. Nulla cor. R. P. D. meo Priolo.*

Juſtitia verò reſultare viſa fuit ex eo, quod Marchio Cæſar Baldinottus diſtinctis, & ſeparatis conventionibus, & pactis præpoſitus fuit à Principe Ludoviſio geminis depoſitariis, nempè Negociorum Domus Ludoviſiæ, & Montis Zagaroli. Cumque occaſione primæ receperit Ipſe Marchio ſcuta 249836. 75., & ſolverit ſcuta 253285. 45., occaſione verò ſecundæ receperit ſcuta 61980., è contrà verò ſolverit ſcuta 106130. 96. ex hoc arithmetico calculo, & evidenti demonſtratione manifeſtum fit, creditum Marchionis, reſpectu depoſitariæ Domus, eſſe in ſcuta 3448. 69., reſpectu verò Montis Zagaroli creditorem remanere præfatum Marchionem in ſcutis 44150. 96.

Nec obſtat, quod Marchio Baldinottus habens duplex Creditum, duplicemque depoſitariam, potiorem nempè ex cauſa Montis, & alteram non privilegiatam negociorum Domus Ludoviſiæ, non potuerit in illam, tanquam minùs duram recipere ſcuta 249836.; ſed hanc ſummam in extinctionem cauſæ potioris, & 6 durioris Montis Zagaroli convertere debuiſſet; ex regula, quod ſolutio prius cedere debet in cauſam duriorem. Quoniam cum Marchio in capitulis Depoſitariarum, aſſumpſiſſet in ſe obligationem adimplendi omnes ordines, tàm Principis, quàm miniſtrorum cum redditibus, & proventibus Domus penès ipſum deponendis; alterare non poterat fines ſibi præſcriptos ſolvendo in aliam cauſam diverſam ab ea, in quam tenebatur pecuniam convertere, undè applicando præfatam Juris propoſitionem in ſe veriſſimam ad præſentem hypoteſim, ea quidèm locum ſibi vindicare potuiſſet, quoties 7 pecuniæ ſimpliciter depoſitatæ fuiſſent, ſinè præambula partium conventione, & obligatione, quod illæ, omiſſa cauſâ duriori, convertendæ eſſent in extinctionem, & ſatisfactionem cauſæ non privilegiatæ: hoc enim ſtante, contraria amplectenda venit ſententia: quod nempè in ſequelam conventionis redditus Domus depoſiti in ſcuti 249836. ceſſerint in cauſam Depoſitariæ ejuſdem Domus, ut plenè firmat *Deciſio R. P. D. mei Tremoille 14. Martii 1701. §. Cauſam.*

Et ſanè præter expreſſam conventionem talem fuiſſe intentionem, & voluntatem tàm Principis, quàm Marchionis, quouſque continuavit utraque depoſitaria, convincitur, nedùm ex eo, quod Marchio in propriis libris in cauſam Montis tantummodò deſcripſit illam pecuniarum ſummam, quæ verè in eum præciſum finem, & cum hujuſmodi expreſſione Montis conſignatæ fuerant, abſque eo quod in eamdem cauſam ſaltem unica deſcripta legatur partita pecuniarum, quæ proveniat ex redditibus Domus ejuſdem Principis; verùm etiam ex pluribus confeſſionibus, & declarationibus reiteratè factis à Principe in inſtrumentis cambiorum, & cenſuum impoſitorum favore Principis Burgheſii, & aliorum; & ſignanter ipſius Ducis Sanneſii, in quibus omnibus poſitivè à

Prin-

Principe aſſertum fuit, Marchionem eſſe creditorem in majori ſumma titulo Montis, ibi: *in cauſam debiti, quod dictus Dominus Princeps Ludoviſius habet in majori ſumma cum dicto Domino*
8 *Caſare occaſione dictæ Depoſitariæ*: prout animadverſum fuit in deciſionibus *R. P. D. mei Capraræ 12. Februarii §. Quarto denique, & ſeq., & 28. Iunii 1700. circa fin.* Quibus tandem accedit factum etiam miniſtrorum ejuſdem Principis. Quoties enim illi depoſuerunt pecunias provenientes ex redditibus Domus, partitæ in libris adnotatæ fuerunt, ut Baldinottus *ne dia credito nel ſuo Banco al noſtro conto corrente*: hoc eſt in cauſam depoſitariæ Domus: è converſo autem, quoties pervenerunt ad Marchionem pecuniæ in cauſam Montis Zagaroli, fuerunt ſemper conſignatæ cum ſpecifica expreſſione
9 Montis; ex hac diſcretiva, & diverſarum cauſarum expreſſione remanet in comperto, quod illæ tantùm pecuniarum ſummæ adſcribendæ veniunt ad creditum Montis, quas partes, mediante ſpecifica Montis expreſſione, in ejuſdem cauſam, & titulum pariter deponere, & reſpectivè recipere voluerunt; *Gratian. diſcept. forens cap. 224. num. 15., Rot. deciſ. 334. num. 10. par. 15.*, & pluribus relatis probat *deciſio R. P. D. mei Capraræ 12. Febr. 1700. §. ſecundo*.

Et ità utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA SUPER EXCESSU.

Lunæ 11. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Judicium validè fit citatis tunc creditoribus poſſidentibus, & non illo, qui jàm fuerat ab eiſdem ſpoliatus. Exceſſus executionis excluditur, ſi fiat pro minori capitali illius, quod in mandatis continetur: & idem eſt de fructibus, quorum liquidatio, cum ſunt certi, vel agitur de fructibus civilibus, non neceſſe eſt quod procedat.

SUMMARIUM.

1 *Exceſſus excluditur cum minor ſumma fuerit exacta ea, quæ in mandatis fuit relaxata.*
2 *Poſſeſſor non citatus in ſententia poſſeſſione nequit ſpoliari.*
3 *Secùs ſi tempore latæ ſententiæ fuerit ab aliis ſpoliatus.*
4 *Judicium validè fit citando tunc poſſidentes.*
5 *Impugnans rem judicatam non cenſetur velle illam in parte approbare.*
6 *Ceſſio facta cum clauſula* — dummodo nequeat contra cedentem retorqueri *operatur, neceſſionarius ejus cauſa contra cedentem contributum petere poſſit.*
7 *Rota non concedit, quod nihil commune habet cum puncto, quod ſub dubio venit.*
8 *Fructus non dicuntur exceſſivè à reintegrato exacti, ſi non ſint ad proportionem capitalis recuperati.*
9 *Fructus recipi nequeunt, niſi pro portione, ad quam judicatum eſt reſtrictum.*
10 *Mandatum de manutenendo reintegrat ſpoliatum ad ſtatum primævum, illique producit reſtitutionem omnium fructuum à die ſpolii.*
11 *Liquidatio fructuum præcedere non debet cum de illis clarè conſtet.*
12 *Nec in fructibus civilibus, ut locorum montium, & cenſuum.*

DECISIO CCLXVIII.

CUm Marchio Cæſar Baldinottus pro credito tàm proprio, quàm proveniente à ratione Bancaria Benedicti Laurentii Candulphi recepiſſet ſcuta 71. mil. ex pretio Status Zagaroli à Principe Joanne Baptiſta Ludoviſio debitore aliàs vendito, curavit deindè illa inveſtiri pro rata ſcut. 60. mil. in quodam cenſu, cujus pretio, tractu temporis, per debitores reſtituto, & partim in locis Montium, partim in alio cenſu ſcut. 24. mil. inveſtito; plures creditores ejuſdem Principis prætendentes creditum Marchionis non provenire ex Depoſitaria Montis Zagaroli privilegiata, ſed ex alia cauſa ſibi ipſis poſteriori, obtinuerunt ſub die 16. Julii 1693. aſſociationem, & reſpectivè immiſſionem ad dicta inveſtimenta, expulſo Duce Clemente Sanneſio, qui die 17. Auguſti 1692. ad totum cenſum ſcut. 60. mil. fuerat aſſociatus.

At cum Marchio cauſam reaſſumendo contrà prædictos creditores in ead. Congregatione jura ſua deduxiſſet, obtinuit ſub die 23. Auguſti 1696. per ſententiam declarari, ſe eſſe anteriorem omnibus aliis pro rata ſcut. 17536. provenien. ex præfata ratione Bancaria Benedicti Laurentii Candulphi: iſtaque ſententia, licèt tranſiſſet in rem judicatam, nunquàm tamen executioni demandata fuit.

Interim verò creditores ejuſdem Marchionis proſequentes cauſam appellationis ab aſſociatione reportata à creditoribus Principis Ludoviſii curarunt committi cauſam R. P. D. meo Caprara, & ab eo nedum revocationem præcedentium judicatorum obtinuerunt: verum etiam declarationem, quod Marchio Baldinottus pro credito ſcut. 44151., quòd habebat nomine proprio contra Principem Ludoviſium, eſſet anterior: & propterea in eadem ſententia fuit illi, ejuſque creditoribus conceſſa manutentio ſuper inveſtimentis occupatis à Creditoribus dicti Principis: iſtique condemnati fuerunt ad reſtitutionem fructuum à die occupationis perceptorum: cum autem hoc ipſum fuerit per aliam ſententiam R. P. D. mei Tremoille confirmatum, & à Signatura Gratiæ canonizatum cum clauſula, *ſinè præjudicio rei judicatæ*; idcircò commiſſa mihi appellationis cauſa, deventum fuit ad expeditionem mandati Rotalis de manutenendo pro ſcut. 44151., quod fuit executum pro ſumma ſcut. 42627.67. ac inſuper expeditis mandatis pro fructibus reſtituendis contrà Ducem Sanneſium, in ſc. 7256. & contrà Marchioniſſam Strozziam in ſc. 3945. ab eiſdem poſteà perſolutis, fuit etiam unico contextu expeditum aliud mandatum jamdiù, uſq; ab anno 1696. à Congregatione Baronum relaxatum favore Marchionis pro ſcut. 17536. & pariter executioni demandatum pro ſcutis 13104.

In hoc rerum ſtatu Dux Clemens Sanneſius, qui non deſtitit judicium appellationis proſequi

Digitized by Google

qui, ſed ulterius prætenſionem excitavit, quod
fuiſſet commiſſus exceſſus in executione man-
datorum, tàm reſpectu capitalium, quàm fru-
ctuum; præter aliud dubium à me propoſitum
ſuper confirmatione ſententiæ Rotalis, de quo
in alia deciſione hac eadem die edita; petiit
diſputari aliud ſuper prætenſa exceſſivitate di-
ctæ executionis ſub hoc temate: *An conſtet de
exceſſu, & in qua ſumma, ità ut ſit relaxandum
mandatum de reſtituendo, ſeù de manutenendo*: &
Domini *negativè in omnibus* reſponderunt.

Siquidem reſpectu capitalium, cum ex pre-
tio Status Zagagoli Marchio Cæſar Baldinot-
tus habuerit pro ſuis creditis ſcut. 71474. 70.,
& ex iſtis ſtatim reſtituerit ſcut. 3700. Venera-
bili Monaſterio Sanctæ Catherinæ de Roſa, &
alia ſcut. 10. mil. heredi Martinozziæ Credito-
ribus, vel anterioribus, vel ſaltem æqualia jura
habentibus, ut declaratum fuit in *deciſione edita
14. Martii 1701. §. His ità firmatis coram R. P. D.
meo Tremoille*; claré patet in manibus Mar-
chionis ſolùm remanſiſſe ſummam ſcut. 57774.
70. quæ fuit occupata a Creditoribus Principis
Ludoviſii. Quoties igitur tam pro credito,
quod habebat nomine proprio, & à Sacra
Rota approbato in ſcut. 44151., quàm pro
alio ei debito nomine Rationis Bancariæ in
ſumma ſcutor. 17536., juxtà ſententiam la-
tam in Congregatione Baronum, recuperavit,
mediante executione mandati Rotalis, ſcut.
42627. 67., & vigore mandati Congrega-
tionis Baronum ſcut. 13104., & ſic in totum
ſummam ſcut. 55731. 67. inferiorem altera à
Creditoribus Principis occupata; ad oculum
1 excluditur quicumque exceſſus, cum ſummam
minorem exegerit ea, pro qua fuerunt relaxa-
ta mandata, juxtà *Gloſſ in l. ab executione 5.
verb. excedat ff. quorum appellation. non recipian-
tur, Rot. deciſ. 102. num. 1. par. 4., & deciſ. 8.
num. 6. par. 6 recent.*

In nihilum relevante, quod in ſententia lata
2 per Congregationem Baronum, Dux Sanne-
ſius minimè fuerit citatus, ideoque validè non
potuerit illius vigore expoliari locis 52. Mon-
tium Cameralium. Quoniam ultra quod poſ-
ſeſſio præfatorum locorum Montium capta
fuit à Marchione, ejuſque Creditoribus vigore
mandati Rotalis, in cujus relaxatione ſemper
fuit monitus, & acriter ſe defendit: ceſſare viſa
fuit difficultas, ex quo de tempore latæ dictæ
3 ſententiæ jàm Dux fuerat ab aliis Creditoribus
anterioribus, & potioribus Domus Ludoviſiæ
expoliatus poſſeſſione cenſus ſcut. 60. mil.:
Quocircà ſatis ſuperque fuit Marchioni citaſſe
4 Creditores tunc poſſidentes; ut inde dicatur
judicatum validè per ipſum fuiſſe reportatum,
*ad Text. in l. 1. ibique Scribentes C. uti in rem
act. Alex. in conſ. 85. ſub num. 7. vol. 6., Ubert.
de Citat. cap. 14. num. 155.*

Prout non ſubſiſtit, quod in Deciſionibus
editis in præcedentibus inſtantiis dictus Dux
declaratus fuerit æquè creditor ex cauſa Mon-
tis, utpotè habens ceſſionem jurium Montiſta-
rum factam ab eodem Marchione: ac proindè
ex paritate jurium ſaltèm admitti debeat ad
contributum: tum quia ipſe adhuc impugnat
5 dictam rem judicatam, in qua declaratus fuit
creditor ex cauſa Montis: undè repugnat, quod
velit illam in parte approbare petendo con-
tributum, & in altera parte eamdem de in-
juſtitia redarguere appellationem proſequen-
do. Tùm quia creditum Montis favore Ducis
reſultat ex ceſſione ſibi facta à Baldinotto, quæ
6 cum contineat conditionem: *dummodò nequeat
contrà ipſum retorqueri*: indè ſequitur, quod
licitum non eſt eidem Duci ex eadem ceſſione
petere contributum contrà Marchionem ce-
dentem; ut jam firmavit *Rot. in deciſione hujus
cauſæ edita ſub die 20. Iunii 1702. §. Non autèm
relevat, coràm R. P. D. meo Tremoille*, tùm quia
7 in omnem caſum ſatis eſt, quod pro nunc con-
tributum nihil commune habeat cum exceſſu,
qui tantùm ſub præſenti dubio venit exami-
nandus.

Minùſque exceſſus prætendi valet reſpectu
8 fructuum: quoniam iſti nec fuerunt exacti ad
proportionem integræ ratæ capitalis recupera-
ti. Non obſtante, quod videatur judicatum
9 Rotale reſtrictum ad ſolam portionem capita-
lis ſc. 44151.; ex quo inferebatur ſolùm pro il-
la potuiſſe prætendi fructus: quoniam cùm fue-
rit indefinitè revocata aſſociatio, quam præ-
cedenter obtinuerant Creditores Principis Lu-
doviſii, & ulterius conceſſa manutentio ad
omnia bona per illos occupata, cum condemna-
tione ad reſtitutionem omnium fructuum per-
ceptorum; exindè ſequitur, quod ſublata aſ-
ſociatione, per quam percipiebantur fructus
correſpondentes tàm ratæ capitalis ſc. 44151.,
quàm etiam alteri ratæ ſcut. 17536., reſtituendi
erant fructus utrique ſummæ correſponden-
tes: cum vulgare ſit, quod mandatum de
10 manutenendo reintegret ſpoliatum ad ſta-
tum primævum, illique producit reſtitutio-
nem omnium fructuum, qui à die ſpolii fue-
runt à ſpoliantibus percepti; juxtà doctrinam
*Fabri in § Retinendæ ſub num. 14. inſtit. de in-
terdict. verſ. Item fructus, Poſth. de manut. ob-
ſerv. 74. num. 1. 7., Rot poſt eumdem deciſ. 17.
num. 3., & deciſ. 19. num. 5.*

Replicatio autem, quod in omnem caſum
ante mandati expeditionem debuiſſet ſaltèm
præcedere dictorum fructuum liquidatio, irre-
11 levans fuit, ex quo ſatis abundè conſtet de
quantitate fructuum ex quietantiis, & rece-
putis factis per Ducem, aliosque litis conſor-
tes. Quinimmò cum agatur de fructibus civi-
12 libus, nempè locorum Montium, & cenſuum,
neceſſarium non erat, quod ulla præcederet
liquidatio. *Rot. coràm Cavaller. deciſ. 323.
num. 4., & coràm ſan. mem. Alexandro VIII.
deciſ. 88. num. 2.*

Et ita &c.

GE-

GERUNDEN. FERIALIS.

Ven. 15. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Dant ſuperiores deciſ. 115. & 154. quæ hic confirmantur.

SUMMARIUM.

1 *Statutum præſcribens impenſas, ſeu feriale pro negociis communibus Eccleſiæ, non permittit, quod in alios uſus convertantur.*

2 *Nec in lites, quæ non tangant commune bonum ipſius Eccleſiæ.*

3 *Nec in particolare commodum perſonarum Eccleſiæ inſervientium: præſertim utendo contra alios eidem inſervientes,* & numeris 5. & 7.

4 *In perſonis particularibus non verificatur utilitas univerſalis, & communis Eccleſiæ.*

6 *Nemo tenetur propriam pecuniam, & redditus in ſumptus litis contra ſe agitatæ collitiganti ſubminiſtrare.*

8 *Impenſæ ex conſuetudine factæ propter aliquam cauſam, li èt in diverſum uſum ſemel convertantur, ſemper referuntur ad præexiſtentem cauſam.*

9 *Augumentum ferialis, ſeu maſſa communis in odium, & præjudicium dignitatum contribuentium erogari non debet.*

10 *Augumentum ferialis inſtitutum eſt pro pinguiori canonicorum ſuſtentatione.*

11 *Illud ſolutis omnibus expenſis communibus inter ſolos canonicos diſtribuendum venit.*

12 *Diſpoſitio expreſſa ſtatuti obſervari omninò debet.*

13 *Item conſuetudo, & obſervantia plurium ſæculorum, præcipuè reſultans ex antiquiſſimis libris, & ſub diligenti, & exacta cuſtodia in archivio aſſervatis.*

14 *Partitis librorum relationem habentium cum principali deperdito, dummodò ſint diligenti cuſtodia in archivio aſſervati, plena fides eſt tribuenda.*

15 *Emolumenta ferialis pro urgentiis Eccleſiæ deſtinata, ſi ſuperſint in uno, vel altero anno reſervari debent pro futuris indigentiis.*

16 *Ex longiſſima obſervantia nunquam interrupta oritur præſumptio circa ſtatutum, ut vel per conventionem, vel legem, vel privilegium Pontificium fuerit immutatum.*

17 *Statutum recipere debet interpretationem, quæ magis concordat, & accomodatur obſervantiæ.*

18 *Redditus ad certum, & determinatum opus deſtina i, non debent in alias cauſas converti.*

19 *Secùs ſi indeterminatè fuerint deſtinati.*

20 *Redditus jure legati relicti pro fabrica Eccleſiæ, & ſuperextantes, reſervandi ſunt. pro futuris indigentiis, non verò inter canonicos diſtribuendi.*

21 *Secùs verò feriale ab initio inſtitutum pro commodo canonicorum.*

22 *Præcipuè permittente ſtatuto, & longæva obſervantia id declarante.*

23 *Cuilibet de populo invigilare licet ne bona Eccleſiæ diſperdantur.*

24 *Multoque fortiùs illis, qui in eiſdem expendunt. & ſunt membra.*

DECISIO CCLXIX.

REvocatis ad examen fundamentis deciſionum, quæ prodierunt coram me ſub diebus 11. Decembris 1699., & 25. Junii 1700. cum eorum nonnulla partim revocanda, partim reformanda eſſe viciſſim prætenderint dignitates, & canonici collitigantes, Domini in hodierna cauſæ propoſitione, illis non obſtantibus, earumdem deciſionum fundamenta approbantes *in deciſis* perſtiterunt.

Et ſanè cùm in ſtatuto anni 1330. præſcribatur, quod omnes feriales proventus expendantur pro negociis communibus Eccleſiæ
Gerundenſis; permitti non poterat, quod in
1 alios uſus converterentur: & proindè quando contingat lites agitari, diſtrahi ſolùm liceat pro cauſis, & controverſiis, quæ tan-
2 gunt univerſale bonum Eccleſiæ; non autem
pro illis ad commodum particulare canonicorum promotis, & promovendis, præſer-
3 tim contra dignitates, aliaſque perſonas eidem Eccleſiæ inſervientes: ſive quia in iſtis
4 verificari non poteſt univerſalis Eccleſiæ utilitas; ſive quia nimis impium, & irrationabile foret, quod ex maſſa ferialis, quæ conſtituitur etiam ex ipſarum dignitatum contri-
5 butione; canonici pecunias extrahere poſſent pro ſuſtinendis prætenſionibus, quas haberent contra ipſos, qui contribuerunt; re-
6 ſiſtente regula, quod nemo tenetur pecuniam propriam, aut proprios redditus collitiganti in ſumptus litis contra ſe agitatæ ſubminiſtrare: quam in his præciſis terminis firmavit *Rota dec.263. n.3. & per tot.*, ibique
Adden. n.8. cor. Gregor. dec.157. nn 2. & 3. cor. Manzanedo, & fuit etiam allàs dictum in una *Burgen. ſervitii 20. Novembris* 1595. §. *Nec obſtare coram Litta, & in Pampilonen. de Sangueſſa 3. Aprilis* 1609. §. *Non obſtat cor. Ottemberg., & noviſſimè in Dertbuſen. juriſdictionis ſuper expenſis 9. Decembris* 1695. *Nec ejuſdem cor. R. P. D. meo Pio.*

Abſque eo quod canonici juvari poſſint
7 reſponſione, quod dignitates nihil contribuerint in cauſam ferialis; ſed tantùm ſolidos 100. ſolvunt in cauſam fontis, ex quo aqua etiam extrahitur pro eorum ſervitio: nam præter alias reſponſiones adductas ab informantibus pro dignitatibus, illa præ cæteris ſufficere viſa fuit DD., quod ſcilicet, cùm etiam antequam exiſteret fons, adhuc ſolitæ fuiſſent dignitates ſolvere hanc ſummam, quæ neque correſpondet illi, quæ ratione ejuſdem fontis contributa fuit; utique ſolutio re-
8 ferri non valet ad fontem; ſed ad præexiſtentem cauſam augumenti ferialis in genere,
9 quod in odium, & præjudicium ipſarum dignitatum converti, & erogari non debet; ex allegatis.

Verè tamen verum eſt, quod cùm feriale
10 in ſui fundatione inſtitutum fuerit pro pinguiori canonicorum ſuſtentatione, ejuſque redditus, ad hunc effectum, adaucti fuerint anno 1313., idcircò abſolutis omnibus expenſis communibus etiam reſpicientibus onera Eccleſiæ, & lites communes, totum id, quod ſupereſt ex emolumentis ſpectantibus ad ip-
11 ſum feriale in genere inter ſolos canonicos diſtribuendum venit. Hoc etiam ſuadente nedum ſtatuto condito anno 1598., ex cujus
12 diſpoſitione expreſsè inter canonicos fructus reſiduales repartiendi ſunt; verùm etiam obſervantia plurium ſæculorum, qua conſtat ita ſemper practicatum fuiſſe: itaut
13 ab ea nullo modo deflecti debeat: tantò magis, quia probata remanet ex partitis extractis à quodam libro relationem habente ad alterum nuncupatum *la conſueta Canonica*, qui licèt fuerit deperditus; tamen, cum factis diligentiis ille non reperiatur, & ille ſit antiquiſſimus, ac ſub diligenti, & exacta
14 cuſtodia aſſervetur in archivio capituli eidem plena fides tribuenda venit; *Rot. coram Coccin. dec.* 2358. *n.*13., *&* *in Beneventana juriſpatr natus* 10. *Maii* 1700. §. *Parum coram R. P. D. meo Caprara.*

Nec obſtat, quod talis obſervantia pænitus deſtruatur ex contrario ſtatuto ann. 1330. in quo, ad tollendos pravos abuſus, & corruptelas fuit poſitivè demandatum; quod emolumenta ferialis erogentur pro communibus neceſſitatibus Eccleſiæ; & ſic ceſſat facultas diſtribuendi reſiduum: ut etiam in ſimilibus terminis probant *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap.* 20. *n.*65., *&* *ſeq.*, *Bonac. de contract. diſp.*3. *q* 22. *punt.*3. *n.*21., aliique ad
15 id allegati, docentes, quod redditus pro urgentiis Eccleſiæ deſtinati, ſi uno, vel altero anno ſuperſunt; reſervari debent pro futuris indigentiis: cùm ſæpè contingat, quod iſtæ in unico anno abſorbeant redditus plurium annorum.

Etenim reſpectu ſtatuti jam in meis præteritis deciſionibus reſponſum fuit, quod illud non deroget legi fundamentali, & erectioni ipſius ferialis, nec diſponit de remanenti quantitate fructuum, quam in utilitatem canonicorum converti non prohibet: & ulteriùs adverterunt DD., quod ex dicta longiſſima obſervantia nunquam interrupta, quæque famulatur antiquæ fundationi ferialis erecti pro canonicorum commodiori ſuſtenta-
16 tione, oritur præſumptio; quod ſtatutum prædictum, vel per conventionem cum dignitatibus, vel per aliam legem, ſeu privilegium Pontificium fuerit immutatum: ita ut illud eam recipere debeat interpretatio-
17 nem, quæ magis concordat, & accomodatur obſervantiæ prædictæ; *Rot. cor. Coccin. dec.*1849. *nu.* 21., *&* *coram Emerix jun. dec.* 428. *n.*6., *&* *in rec. dec.*531. *n.*2. *p.*14.

Authoritates verò in contrarium allegatæ
18 procedunt in ſuis caſibus, quando nempè redditus fuerunt ad certum & limitatum opus
19 deſtinati: ſecùs autem ſi uſus eſt indeterminatus, ut hic, quia tunc poteſt etiam in alias cauſas diverti; ut diſtinguendo explicat *Franceſ. de Eccleſ. Cathed cap.* 20. *n.*67. *in fi.* Fortiùs, quia iſto caſu dictæ authoritates in oppoſitum allegatæ procedunt in terminis lega-
20 ti facti pro fabrica Eccleſiæ, cujus redditus certè reſervandi eſſent pro futuris indigentiis, & per capitulum percipi non poſſent: nec quidquam commune habent cum alio caſu, quando, prout hic, feriale, de quo agi-
21 tur, fuit ab initio inſtitutum pro commodo canonicorum: & proindè non implicat, quod inter illos diſtribuatur id, quod ſupereſt; quoties id ex lege ſtatuti permiſſum eſt, & ob-
22 ſervantia adeò longæva declaravit: ut firmat *deciſio edita* 11. *Decembris* 1699. §. *Abſque eo quod*, & præter ibi adductos in his terminis notat *Bonaccin. de contract. d. punt.*3. *n.*2. *verſ. ex dictis.*

Quibus ita firmatis perperam impugnabant ſcribentes pro dignitatibus deciſiones in illa parte, qua reſponſum fuit, erogationem fructuum, & illorum diſtributionem fieri poſſe inconſultis dignitatibus; repetentes obje-
23 ctum, quod præter jus generale cuilibet de populo competens, habeant etiam particulare intereſſe in hujuſmodi ferialis admini-
24 ſtratione: tum quia ejuſdem redditus conflantur ex pecuniis, quę contributæ fuerunt à dignitatibus: tum quia, illis deficientibus, Eccleſia, cujus membra ſunt dignitates, licèt non ſint de capitulo, detrimentum ſubire poſſet. Etenim cùm de redditibus ſoleant canonici adminiſtratores rationes reddere capitulo, certis ſtatutis temporibus: ſatis conſultum exiſtimarunt DD. cuicumque juri dignitatum ex permiſſione illis conceſſa in prędecedentibus deciſionibus invigilandi ſuper obſervantia conſtitutionum, & contradicendi, ne redditus prędicti in extraneos uſus erogentur.

Et ita, utraque &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS SUPER RESERVATIS.

Veneris 15. *Junii* 1703.

ARGUMENTUM.

Animalia gregem conſtituentium unà cum fœtibus à die mortis litis reſtitui debent. Secùs eſt de animalibus maſculis, quæ gregem non conſtituunt, & quę poſt quadraginta annos demortua præſumuntur, & de illis, quę ſub erroneo ſuppoſito fuerunt in inventario deſcripta clauſulis ſalutaribus munito.

Adſunt in hac cauſa ſuperiores deciſ. 14. 117. 142., & infra 294.

SUMMARIUM.

1 *Hæres gravatus tenetur reſtituere vocatis animalia exiſtentia tempore obitus fideicommittentis.*

2 *Et in locum demortuorum debet ex fœtibus nova capita ſubrogare.*

3 *Et*

3 *Et etiam fructus ex animalibus perceptos reſtituere tenetur à die motæ litis.*

4 *Per motam litem dicitur reus conventus conſtitutus in mala fide.*

5 *Compenſatio fieri debet ne poſtea ſit repetendum, quod ſolvitur.*

6 *Animalia maſculini generis gregem non conſtituunt, imò reputantur illius fructus.*

7 *Animalia, quę non probantur nata poſt mortem fideicommittentis non veniunt per hæredem gravatum reſtituenda.*

8 *Et poſt quadraginta, & ultra annos præſumuntur mortua.*

9 *Nec in beneficium fideicommiſſarii ſunt calculanda.*

10 *Animalia, quæ non probantur pertinuiſſe ad hæreditatem fideicommittentis non ſunt reſtituenda fideicommiſſariis.*

11 *Licet adnotata in cartulis in domo teſtatoris repertis, & ex his in inventario deſcripta.*

12 *Quando ex illis conſtat ad teſtatorem non pertinuiſſe.*

13 *Deſcriptio erronea in inventario nullam actionem fideicommiſſo prębet.*

14 *Per præſervativam, quod pro non ſcripta habeatur, quod deſcribendum non eſt, hæres ab omni præjudicio immunis efficitur.*

DECISIO CCLXX.

IN pluribus deciſionibus, quæ prodierunt tam coram bon. mem. Emerix, quàm coram me abſolutum jam fuit examen negocii principalis, & reſpectivè reſtitutionis integræ hæreditatis clar. mem. Ducis Joannis Sabelli per ven. monaſterium B. Virginis ſeptem dolorum hæredem clar. mem. Camillæ Virginiæ Duciſſæ de Latere faciendæ D. Principi Julio Sabello hæredi fideicommiſſario: proindèque in ſubſecutis cauſæ propoſitionibus die 15. Decembris 1699., & 4. Junii 1700. actum fuit de liquidatione partitarum, quæ hinc indè à collitigantibus à prædicta reſtitutione excludi, & reſpectivè ſub ea comprehendi prætendebantur; captaque reſolutione ſuper nonnullis, geminæ tantùm indeciſæ remanſerunt; illa namque, quæ juxta ordinem peritiæ quinta eſt, & reſpicit pretium animalium reſtituendorum, eorumque fructus, quorum reſpectu fuit electus peritus. Altera verò, quæ ſub octavo numero verſatur circa dotem clar. mem. Duciſſæ Liviæ matris Camillæ auctricis monaſterii. Cùmque ob ſupervenientam relationem periti iterum partes inſteterint pro cauſæ repropoſitione, hodie dedi dubium -- *An mandatum ſit relaxandum etiam pro ſummis contentis in partitis reſervatis.* -- Et DD. reſponderunt, -- mandatum quoad animalia eſſe relaxandum juxta modum, & quoad dotem Liviæ iterùm proponatur, & videant quintus & ſextus.

Et pro faciliori reſolutione primæ partis dubii reſpicientis mandatum quoad animalia, DD. inhærentes methodo per peritum retento, eadem in tres claſſes diviſerunt,
quarum prima continet animalia tempore
obitus Ducis Joannis Sabelli exiſtentia, quæ
gregem conſtituunt, & deſignantur in peri-
tia ſub littera *A.* ad *C.*, & à littera *G.* ad *P.*,
1 & *YX.*, & eorum reſpectu cùm regulare ſit,
quod hæres gravatus illa vocatis reſtituere
tenetur, & habet obligationem ex fœtibus
2 nova capita in locum demortuorum ſubro-
gandi, ad notata per ſcribentes in §. *Sed ſi gre-
gis* 38. *inſtit. tit. de rer. diviſ.*, & *acquir.
ipſar. Domin.*, & *in l. vetus* §. *Fœtus ff. de
uſufruct. Caſtill. eod. tit. cap.*27. Prætatas
omnes partitas, comprehenſo etiam pretio
bubalarum, conſtantes ſummam ſcutorum
2920. 65. ad ſui debitum aſcribendas eſſe ad-
miſit monaſterium; & contra ipſum cenſue-
3 runt DD., ne dum pro dicta ſumma manda-
tum eſſe relaxandum; ſed etiam pro fructi-
bus ex dictis animalibus perceptis, quos mo-
4 naſterium à die, qua per litem fuit in mala
fide conſtitutum, reſtituere tenetur ad *text.
in l. fideicommiſſaria ff. ad Trebell.*, *l.*3. ubi
DD. ff. de interdict., & *l. fructus ff. de uſu-
fruct. Rot. dec.* 246. *num.*3. & 4., & *dec* 263.
*n.*5., & *ſeqq. cor. Bich.* Verum quia D. Prin-
ceps pari modo eſt debitor fructuum, quos
ſpatio 50. annorum percepit ex tenuta Ri-
paliæ ſpectantis ad Duciſſam Camillam; DD.
amplectendo æquitatem, ne cogatur mona-
ſterium ſolvere, & poſtea pro credito fru-
ctuum agere contra ipſum D. Principem; fue-
runt in ſenſu, quod invicem fiat compenſa-
tio pro rata ab ipſo Principe debita, ut pa-
riter reſponſum fuit *in dec. edita die* 14. *De-
cembris* 1699. *ſuper partita fructuum* §. *Tan-
dem cor. me.*

Tranſeundo autem ad alteram claſſem ani-
malium, de quibus fit mentio in peritia à
littera V. per totam litteram DD. aſcenden-
tium ad ſcut. 216. 58. nullam actionem com-
petere viſum fuit D. Principi ad petendam
pretii reſtitutionem; ſive quia hujuſmodi
6 animalia maſculini generalis gregem non
conſtituunt, immò illius fructus reputantur,
ut aſſerit idem peritus: ſive quia non proba-
tur à d. Principe, quod fuerint nata poſt mor-
7 tem Ducis Joannis, ad hoc ut veniant in reſti-
tutione hæreditatis ejuſdem; ſive tandem ex
8 eo, quod Camilla hæres gravata ſupervixit
teſtatori per quadraginta, & ultra annos, per
9 cujus longi temporis lapſum cùm præſuman-
tur demortua, nequeunt ad fideicommiſſarii
beneficium calculari juxta *Text. apertum in
l. mulier* 42. §. *Sed enim in princ. ff. ad Tre-
bell.*, & probant *Decius conſ.*81. *ſub nu.*4.,
*Peregrin. de fideicomm. art.*10. *n.*39., *Man-
gil. de imputat. q.*136. *n.*75. & *ſeq.*, *Merlin.
de legitim. lib.*2. *tit.*2. *q.*6. *n.*14.

Tandem nullam rationem habendam eſſe
exiſtimaverunt DD. de tertia claſſe anima-
lium exiſtentium in territorio Corneti, quæ
in ſcutis 611. 20. exiſtimata fuere; ut in ea-
dem peritia litteris PP. QQ. RR.: doctum
10 enim non fuit eadem pertinuiſſe ad hæredi-
tatem Ducis Joannis, non attento, quod fue-
rint in illius inventario deſcripta: quoniam
id

Digitized by Google

id proceſſit, non ex quo animalia actu exiſte-
11 rent; ſed quia adnotata erant in quibuſdam cartulis repertis in domo teſtatoris, ex quibus cùm appareat bona præfata ad teſtato-
12 rem non ſpectaſſe, ſed ad D. Petrum Farneſium Ducem Lateræ virum hæredis gravatæ, ibi -- *à Corneto tredici dozzine e mezza di pecore dell' Eccmo Sigr. Duca di Latere* -- ſupradicta deſcriptio in inventario nullam
13 actionem tribuere valet fideicommiſſario; quouſque per eum probatum non fuerit, res deſcriptas in poſſe teſtatoris fuiſſe; *Bald conſ.514 poſt princ. verſ. Sed dubitatur lib.5. Phanuc. de inventar. q.240. n.34.* Potiſſimè quando, ut in præſenti, legitur appoſita præſervativa, quod pro non ſcripto haberetur,
14 quod deſcribendum non erat: per illam enim hæres ab omni præjudicio immunis efficitur; *Angel. in l. 1. §. Hæc ſtipulatio ſub n.24. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid., Theſaur. queſt. forenſ. lib.1. q.10, n.6., Velaſc. concluſ.52. num.16 17., Rot. dec.286. nu.6. p.3., & dec.75. n.6., & 7. p.10 recen.*

Et ita, juxta hunc modum, omiſſo examine ſuper partita dotis alteri diſputationi reſervata, reſolutum fuit, utraque &c.

NEAPOLITANA, SEU TRICARICEN. JURIS REDIMENDI.

Lunæ 18. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Quando non conſtat de ſcientia hæredis venditoris cum pacto redimendi illud non præſcribitur; præſertim concurrente modicitate pretii, ad celebres theoricas *Hoſtienſis, & Jacobini à S. Georgeo.* Scientia pacti redimendi quomodo excluditur, etiam ſi hæres in lite ſit citatus? Fructus eidem à poſſeſſore debentur à die intimationis facti depoſiti pro redimendo.

SUMMARIUM.

1 *Ex inſtrumento poſſeſſionis captæ ab emptore optimè probatur exiſtentia pactorum.*
2 *Item ex confeſſionibus reorum conventorum.*
3 *Item per rem judicatam.*
4 *Sententia, quæ tranſivit in judicatum, & fuit à reis acceptata nequit ampliùs impugnari.*
5 *Pactum redimendi etiam ad quodcumque tempus protractum, ſilentio quadraginta annorum præſcriptum remanet.*
6 *Limita ſi non conſtat de ſcientia hȩredis, contra quem prȩſcribi contenditur.*
7 *Ignorantia hȩredis prȩſumitur ſi ille de tempore deliberationis, & poſſeſſionis captȩ, qualitatem hȩreditariam non acquiſierit, ſed longè poſt.*
8 *Prȩſcriptio non currit contra ignorantem.*
9 *Hȩredi ante aditionis actum nullum prȩjudicium irrogari poteſt.*
10 *Simplex enunciativa in inſtrumento venditionis contenta non poteſt importare individuam, & certam ſcientiam pactorum.*
11 *Fortius ſi ab eo, contra quem ſcientia pactorum prȩſumitur non fuit emiſſa, nec prȩſens fuit.*
12 *In abſente nec eſſe, nec prȩſumi poteſt ſcientia pactorum.*
13 *Ex citationibus contra reum prȩſumitur ſcientia litis, non ſcientia pacti in inſtrumento exiſtentis.*
14 *In prȩjudicialibus ex ſcientia inſtrumenti, ſeu teſtamenti non arguitur ſcientia pactorum, & fideicommiſſorum in illis contentorum.*
15 *Scientia ſimpliciter prȩſumpta, & conjecturalis non ſufficit ad conſtituendum venditorem in negligentia redimendi.*
16 *Talis negligentia nec privat venditorem beneficio juris redimendi.*
17 *Prȩſumptio ſcientiȩ pacti redimendi excluditur, ſi in venditione concurrat modicitas pretii.*
18 *Et ſi tunc diſtulit exercere dictam facultatem redimendi.*
19 *Maximè ſi agatur de palatio avito poſito in regione magis conſpicua civitatis.*
20 *Venditor cum pacto redimendi eſt audiendus etiam poſt lapſum temporis, ſi concurrat modicitas pretii*, juxta theoric. Hoſtien. & Jacobin. à S. Georgeo.
21 *Eo fortius ſi concurrant circumſtantiȩ peculiares id ſuadentes.*
22 *Nemo prȩſumitur jactare ſuum.*
23 *Fructus rei venditȩ cum pacto redimendi ſunt venditori reſtituendi a die intimationis facti depoſiti.*
24 *Recuſatio in recipiendo ſummam depoſitam, injuſta, & quocumque legitimo titulo deſtituta, non retardat fructuum, ſeu penſionum reſtitutionem.*
25 *Fructus debentur redimenti à momento facti depoſiti.*

DECISIO CCLXXI.

PAlatium hæreditarium Principis Biſignani ſitum in Civitate Neapolis jam diu deliberatum fuit bonæ memoriæ Petro Aloyſio Caraffæ olim Epiſcopo Tricaricen. pro ducatis 9800., à quibus demptis ducatis 612. pro valore nonnullorum cenſuum, ſeu canonum, quibus præfatum palatium, tanquam emphyteuticum erat obnoxium, pretium dumtaxat redactum ad ducat. 9188 perſolvit Epiſcopus; qui in actu adeptæ poſſeſſionis facultatem redimendi quandocumque reſervavit. Sed defuncto eodem deliberatario, fuit denuò ad ejus creditorum inſtantiam ſub haſta poſitum præmiſſiſque ſolitis bannimentis, in quibus repetita extitit reſervatio prænominati pacti, tandem Capitulo Cathedrali Tricaricen., & Collegiatæ Eccleſiȩ Albani pro eadem ſumma ducat. 9188 adjudicatum remanſit, & poſtea facta liquidatione melioramentorum, quæ per Epiſcopum Tricaricen. fuerant facta in palatio in ſumma ducatorum 200. prodiit anno 1677. ſententia in tribunali Nunciaturȩ Neapolis etiam hanc ſummam adjudicans

Digitized by Google

adjudicans Collegiatæ Albani, cum declara-
tione, quod in caſu redemptionis Principis
Belvederii, hæres Principis Biſignani teneretur,
ultrà pretium, dictam ſummam liquidatam
perſolvere.

Cum autem dictus Princeps ceſſerit jura ſibi
competentia Domino Carolo Caraffæ Mar-
chioni Antii; volens iſte exercere facultatem
redimendi Palatium, oblato illius pretio unà
cum melioramentis ad formam dictæ ſenten-
tię, & ſucceſſivè facto ejuſdem depoſito, obti-
nuit in dicto Tribunali Nuntiaturæ per decre-
tum declarari, quod eſſet locus pacto redimen-
di; eique propterea faciendam eſſe retrovendi-
tionem; & per appellationem devoluta cauſa
ad A.C. Aldrovandum, iſte, propter nullitatem
dicti decreti ex defectu citationis, tanquam in
prima id ipſum per ſententiam declaravit; ad-
dita condemnatione poſſeſſorum ad reſtitutio-
nem penſionum à die facti depoſiti: ſed in gra-
du ulterioris appellationis commiſſa mihi cau-
ſa, quæſivi à DD. meis: *An conſtet de pacto re-
dimendi, ità ut ſit facienda retrovenditio Palatii,
de quo agitur, & à quo tempore ſint reſtituendæ
ejuſdem penſiones, & fructus*. Et quoad pactum
redimendi, & obligationem retrovenditionis,
affirmativè fuit reſolutum, quoverò ad fructus
Palatii, illos eſſe reſtituendos à die intimationis
depoſiti DD. reſponderunt.

De exiſtentia enim pacti redimendi, ejuſque
reſervatione favore hæredum Principis Biſi-
gnani in præſenti non dubitarunt DD., utpotè
1 quia manifeſtè reſultat, nedum ex inſtrumen-
to poſſeſſionis captæ ab Epiſcopo Tricaricenſi,
2 & confeſſionibus emiſſis à reis conventis, tàm
in edictis ſubhaſtationum, quàm in ipſa obla-
tione; verùm etiam ex dicta ſententia lata in
Tribunali Nunciaturæ Neapolis anni 1677.,
quæ cum tranſiverit in judicatum, fueritque
4 ab eiſdem acceptata, nequit amplius impugna-
ri. *Card. de Luc. de judic. diſc. 23. num. 1. & 28.
Rot. coram Buratt. deciſ. 243. num. 7., & deciſ. 788.
num. 4. 6.*

Non obſtat, quod admiſſa etiam exiſtentia
dictæ facultatis; adhuc locus non ſit Palatii
retrovenditioni, ex quo, propter quadragena-
5 rium ſilentium, Principis Belvederii pactum,
redimendi, licèt ad quodcunque tempus pro-
tractum præſcriptum remanſerit. Omiſſo enim,
quod impugnans exercitium pacti ex capite
præſcriptionis, tenetur concludentiſſimis pro-
6 bationibus evincere ſcientiam hæredis, contrà
quem præſcribi contenditur, *Riminald. jun conſ.
205. num. 22., Urſill. ad Afflict. deciſ. 239. n. 3.,
Rot. coràm Bichio deciſ 94. num. 33.*, certè in
noſtra hypotheſi ſcientia Principis Belvederii
7 minimè concurrere viſa fuit: quia cum de tem-
pore ſecutæ deliberationis, & poſſeſſionis ca-
ptæ ad Epiſcopo, qualitatem hæreditariam
Principis Biſignani non acquiſiviſſet, ſed lon-
gè poſt; intrat præſumptio, quod fuerit de di-
cto pacto omninò inſcius; ideòque contrà
ipſum currere non potuit præſcriptio ad *Text.
in l. 1. §. Ad hæc C. de annal. except., l. Cum no-
tiſſimè §. Quamobrem C. de præſcript. 30. vel. 40.*
8 *anorum*. Minuſque eidem antè aditionis actum
præjudicium ullum irrogari potuit; ex notatis
per Scribentes in *l. filius familias §. Divi ff. de
legat. 1., Gratian. cap. 101. num. 43. lib. 2.* cum
aliis apud *Valaſch. conſult. 132. num. 38., & con-
ſult. 167. nnm. 17.*

Nec ſcientia deſumi valet ex unica, & ſim-
plici enunciativa. quæ legitur in quodam de-
creto Reg. Conſilii Neapolis anni 1656., inſer-
to in inſtrumento poſſeſſionis Palatii adeptæ
per Epiſcopum Tricaricen.. nam licèt ejuſdem
titulus ità cantet: *In cauſa Illuſtriſſimi Principis
Montis Marani cum Illuſtriſſimo Principe Belve-
derii herede quondam Tyberii Caraffę Principis*
9 *Biſignani*: Nequit tamen illa importare indi-
viduam, & certam ſcientiam Principis Belve-
derii; Tùm quia dicta enunciativa non pro-
10 diit ab ipſo, qui nec fuit præſens deliberationi:
ità ut nec in eo geſta ſcire potuerit, nec ſciviſ-
11 ſe præſumi debeat; Tùm & fortius, quia ſi
aliqua citatio fortaſſe contrà ipſum exequuta
fuit pro dicto ſuo jure, & intereſſe, quod tan-
quam hæres in ſpe habere poterat; ex ea poſſet
12 ad ſummum deduci ſcientia litis, à qua tamen
inferri non valet ad ſcientiam pacti: cum ſtent
benè ſimul, quod Principi tanquam monito,
& citato innotuerit lis; ſed non innotuerit pa-
ctum redimendi adjectum licitationi: attenta
regula, quod in præjudicialibus ex ſcientia in-
ſtrumenti, ſeù teſtamenti non benè infertur ad
13 ſcientiam pactorum, & fideicommiſſorum in
illis contentorum; ut firmavit *Rot. coram Du-
ran. dec. 426 num. 9., 10., & in Bononien. Fidei-
commiſſi 1. Martii §. Sed etiam, & 9. Decembris
1697. §. Quoniam coram Reverendiſſimo Domino
meo Decano, & 9. Iannarii 1690. §. Et tamen co-
ram Illuſtriſſimo Domino dell' Olmo*; Ideòque di-
cta ſcientia cum remaneat ſimpliciter præſum-
14 pta, & conjecturalis non ſufficit ad effectum
conſtituendi Principem in tali negligentia, per
15 quam beneficio juris redimendi privatus re-
maneat *Gloſſ. in cap. concertationi verſ. ſciverit
de appellat. in 6., Rot. dec. 111. nnm. 7 par. 1., &
dec. 593. n. 4 par. 2. rec.*

Immò potiùs quælibet præſumptio ſcientiæ
excluditur, ex quo in noſtra hypotheſi concur-
16 rit modicitas pretii in venditione facta ſub ha-
ſta: cum palatium æſtimatum valoris ducat. 15.
m., fuerit diſtractum prò ſolis ducat. 9188., de-
ducto onere canonum, quod aſcendit ad du-
cat. 612. Non enim credi poteſt, quod ſi Prin-
17 ceps Belvederii ſciviſſet facultatem redimendi
ſibi competentem, tamdiù diſtuliſſet petitionem
retrovenditionis: maxime cum agatur de Pa-
18 latio Avito, & poſito in regione magis con-
ſpicua Civitatis. Et ſi Doctores ſinnant, ven-
19 ditorem eſſe audiendum etiam poſt lapſum
temporis, ubi concurrat modicitas pretii: juxtà
celebrem theoricam *Hoſtienſis in ſumma de uſuris
§. In aliquo num 9.*, cum qua concordat altera
inſignis Theorica *Jacobini à S. Georgio in l. mu-
tum num. 2 ff. ſi certum petatur*; quarum alteru-
tram ſequuntur *Soccin. Inn. conſ. 104. ſub num. 3.
lib. 3., Menoch. de arbitr. cap. 217. num. 3., Tira-
quell de retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. num. 53.,
& 55., Calvin. de æquit. lib 2. cap. 116. per tot.,
Gratian. diſcept. 26. num. 20., Antonell. de tempor.
leg. lib. 2. cap. 89. num. 10., Beltramin ad Gregor.
dec. 559. ſub n. 8.*, fortiùs hoc idem dicendum
venit

10 venit in præſenti ob dictas peculiares circum-
ſtantias, ne aliàs dicatur voluiſſe Principem ja-
21 ctare ſuum, quod in jure non præſumitur *leg.
cum de ind bito ff de probat.*, *Rota coram Coccin.
deciſ. 2275. num. 3.*, *& in Hortana Sylvarum ſu-
per reſervatis 15. Maii 1699. §. Nec Communitas
coram R. P. D. meo Muto.*

Firmata competentia juris redimendi, ac
conſtito de effectiva, & reali obligatione, cum
ſucceſſivo depoſito totius pretii facto per Prin-
cipem Belvederii; facile fuit DD. reſpondere
22 pro reſtitutione fructuum, & penſionum à die
intimationis depoſiti: nam ſicut recuſatio poſ-
ſeſſorum in recipiendo ſummam depoſitam
agnita fuit injuſta, & quocunque legitimo ti-
23 tulo deſtituta, & illi, ſi illicò pretium oblatum
recepiſſent, & reinveſtiſſent, fructus inveſti-
mentorum ad eos pertinuiſſent: ità à pari, ne
24 ex culpoſa protractione, licitationis commo-
dum reportare valeant, ab eodem momen-
to i t: natio is facti depoſiti fructus, & penſio-
nes palatii Principi, qui pecuniam exburſavit
reſtituere tenentur, ad firmata per *Rot. dec. 72.
num. 11.*, *& dec. 74. ſub num. 3. poſt Urceol. de
tranſact.*, *& in Romana Caſtri Torciliani ſuper
reſervatis 13. Maii §. Exordiendo, & 2. Decembris
1701. §. Quin urgeret coram Me.*

Et ità, utraque &c.

VALENTINA BENEFICII.

Die Veneris 22. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Approbatio Ordinarii in donatione juriſpatro-
natus, quando fieri ex poſt poſſit, necne ad il-
lam convalidandam? & alia de quibus in Sum-
mario.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta de jure præſentandi ad beneficium, ad hoc ut valeat, confirmari debet ab Epiſcopo.*

2 *Præſentatio facta à non habente poſſeſſionem præſentandi eſt nulla.*

3 *Deficiente tali poſſeſſione præſentandi litteræ Apoſtolicæ obtentæ cum derogatione medietatis vocum juſtificatione carent.*

4 *Et intrat arbitrium pro illarum retardatione.*

5 *Præſentans, cauſam habens ab illis, qui in ultimo ſtatu, & in aliis antecedentibus præſentarunt, dicitur verus Patronus.*

6 *Lis vertens inter præſentatos definienda eſt juxta limites poſſeſſionis.*

7 *Status antecedens ad hoc, ut excludere valeat ultimum ſtatum, debet eſſe ita clarus, ut nullam pati valeat dubietatem.*

8 *Defectus approbationis Ordinarii in donatione juris præſentandi operatur, nè de illa ratio habenda ſit.*

9 *Nec ſufficit approbatio Vicarii non habentis ſpeciale mandatum ab Epiſcopo.*

10 *Quamvis ſolitus fuerit abſque præcedenti mandato hujuſmodi donationes approbare; quando tale titulum non bene juſtificatur.*

11 *Confirmatio, ſeu approbatio ab Epiſcopo facta donationis juris præſentandi poſt mortem donantis, & donatarii eſt nulla.*

12 *Nec poteſt Epiſcopus talem donationem confirmare in præjudicium juris tertii intermedio tempore quæſiti.*

13 *Confirmatio donationis retrotrahitur ad diem donationis.*

14 *Retrotractio conſenſus Epiſcopi in donatione juriſpatronatus impeditur, ubi intermedio tempore jus tertio eſt quæſitum.*

15 *Ius non queſitum non poteſt in hæredes transferri.*

16 *Petens terminum ad deliberandum circa acceptationem legati non per hoc præſumitur acceptaſſe.*

17 *Succeſſor tenetur acceptationem legati ab auctore factam probare.*

DECISIO CCLXXII.

Angela, & Helena Sorores de Perez funda-
runt anno 1552. perpetuum ſimplex Bene-
ficium ſub invocatione Beatiſſimæ Virginis, &
Sancti Joannis Baptiſtæ in Eccleſia parochiali
S. Bartolomæi Civitatis Valentinæ, cum reſer-
vatione juriſpatronatus pro ſe, ſuiſque hære-
dibus, & ſucceſſionibus. Poſt obitum illarum
in duas voces juſpatronatus diviſum remanſit,
& pro una in Michaelem Angelum Perez hære-
dem, & nepotem dictæ Angelæ, & pro alia in
Franciſcum Ambroſium Gradi hæredem Hele-
næ tranſitum fecit, qui unà cum dicto Michae-
le Angelo, & deinde cum ejus ſucceſſoribus,
& hæredibus ſemper ad dictum Beneficium
præſentarunt, uſque ad annum 1609., dequo
1 tempore dictus Gradi dictum juſpræſentandi
Joanni Domenech donaverit, & donatio nul-
la remanſerit, utpotè ab Epiſcopo Valentino
non confirmata: ideò in ſucceſſivis vacationi-
bus, uti unicus patronus continuò præſen-
tavit Marcus Antonius Perez dicti Michaelis
Angeli hæres, uſque ad annum 1681., in quo
Joſeph Gaudioſum præſentavit: ſed cum per
obitum ejuſdem anno 1700. ſecutum dictum
Beneficium vacaverit, Joannes della Vega,
uti hæres mediatus dicti Marci Antonii illicò
ad illud Franciſcum Mico præſentavit, cui, in
termino affixionis edictorum, Joſeph Eſtor-
raell ſe oppoſuit; & deindè uti præſentatus à
Rectore Parochialis Eccleſiæ S. Martini Legata-
rio Euphraſiæ Domenech hæredis Joannis Do-
menech litteras Apoſtolicas cum derogatione
medietatis vocum obtinuit: inſtructoque judi-
cio coràm Ordinario Valentino, Joſepho ſen-
tentià favorabilis emanavit: ſed per appella-
tionem à Franciſco interpoſitam commiſſa
mihi cauſa, contingit diſputari dubium: *An
intret arbitrium, vel potiùs Beneficium ſit adju-
dicandum Franciſco*: Et DD. *affirmativè in
omnibus* reſponderunt.

Fundamentum reſolutionis ſtetit in eo, quod
Rector S. Martini, qui Joſephum nominavit
2 nullam penitùs poſſeſſionem habebat præſen-
tandi: nàm à centum annis retrò, excluſivè
quoad alios, præſentarunt Succeſſores Angelæ
Perez, quorum modernùs, & ultimus Franciſ-
cum præſentavit: Deficiente itàque hujuſmo-
di poſſeſſione, conſequens eſt, quod litteræ à
3 Joſepho cum derogatione medietatis vocum
im-

Digitized by Google

impetratæ juſtificatione careant; & proinde
intrare debet arbitrium pro illarum executione
4 retardanda; ut in his præciſis terminis *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. num. 106., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 107. num. 5., & coram Celſo deciſ. 256. num. 6., & in recent. deciſ. 293. num. 8. par. 10.*

Et è converſo beneficium venit adjudicandum Franciſco tanquam præſentato à Joanne de la Vega cauſam habente ab illis, qui, nedum in ultimo ſtatu; ſed & in illis quamplurimis antecedentibus præſentarunt, & illorum præſentationes, tanquam à veris patronis factæ,
6 fuerunt effectum ſortitæ; quoties enim agitur
inter preſentatos, res ad limites poſſeſſionis eſt definienda, juxtà diſpoſitionem *Text. in cap conſultationi de jurepatr., Dec. conſ. 134. n. 1., Rot. cor. Merlin. dec. 641. num. 8. verſ. cumque contentio, & coram Celſo deciſ. 245. num. 1., & in rec. deciſ. 167. num. 8. par. 2., & dec. 315. n. 12. par 18.*

Nec contra ultimum ſtatum attendi meretur donatio, uſque de anno 1609. facta Joanni Domenech mediato Rectoris S. Martini authori per Franciſcum Ambroſium Gradi, ad quem medietas dicti juriſpatronatus ſpectabat. Præmiſſa namque reſponſione, quod ſtatus antece-
7 dens ad hoc, ut excludere valeat ultimum ſta-
tum, debet eſſe ità clarus, & concludenter probatus, ut nullam unquam pati valeat dubietatem, ad notata per *Butr. in cap. ex literis num. 8. de jurepatronat., Rot. coram Merlin. dec. 641. n. 9., & ſeq., & in rec. dec. 345. num. 4. par. 2., & deciſ. 90. num. 12., & 13. par. 12., & dict. dec. 315. n. 9. par. 18., & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. 1. coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Talis utique dici nequit ille deſumptus ex præcitata donatione: quoniam non legitur fa-
8 cta cum approbatione ordinarii, cujus defectus
operatur, ne de illa aliqua ſit habenda ratio, *Lambertin. de jur. patr. par. 2. quæſt. 1. art. 2. n. 5. lib. 1., Rot. coram Coccin. dec. 652. num. 7., & coram bonæ memoriæ Emerix deciſ. 593. num. 1.*; Et quamvis de anno 1675. appareat approbata; attamen cum iſte actus geſtus fuerit à Vicario
9 non habente ſpeciale mandatum ab Epiſcopo,
utique ſemper nullus remanebit; *Calderin. conſil. 1. num. 1. de offic. Vicarii, Gratian. diſcept. 303. num. 10., Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12., Card. de Luca de jur. patron. diſc. 28. n. 18., Rot. coram Bich. dec. 277. n. 20. & ſeqq., & in rec. dec. 3737. n. 5. par. 2.*

Non attenta replicatione, quod Vicarius ſo-
10 litus fuerit hujuſmodi donationes abſque ullo
præcedenti mandato approbare; ſiquidem hujuſmodi prænarratum ſolitum nulla penitus in facto probatione juſtificatur, prout neceſſarium eſſet, ut reſpondit *Rota in recen deciſ. 630. n. 19. par. 4. tom. 3., & dec. 159. n. 5. par. 18.*

Semperque magis inefficax dignoſcitur exceptio dictæ confirmationis, non ſolùm ex quo poſt lapſum ſexaginta ſex annorum à die factæ
11 donationis emanavit; & ſic poſt mortem tàm
donantis, quàm donatarii; quo caſu remanet inefficax; ut advertit *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 76. num. 1.*, Verùm etiam, quia, cum hoc medio tempore, ſucceſſores Angelę Perez in totum jus præſentandi præſcripſiſſent; non poterat Ordinarius, aut ejus Vicarius, in præjudicium ju-
12 ris tertio hoc medio tempore quæſiti, dona-
tionem confirmare; ut advertunt *Lambertin. de jurepatron. par. 2. lib. 1. art. 17. quæſt. 1. num. 2., Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 4. num. 74. verſ. ſed aliàs &c., Rot. coram Coccin. dec. 2166. n. 12., & ſeqq., & coram Bich. dec. 377. num. 8., & ſeq., & in Melevitana juriſpatronatus 4. Iulii 1698. §. Nec ad evitandam coram Me.* Et quidem validiſſima ratione, quia cum ſubſecuta ordinarii
13 confirmatio ad diem donationis retrotrahi-
tur, acſi in ipſomet actu interpoſita fuiſſet, ubi
14 medio tempore alter jus acquiſivit, non po-
teſt talis retractio locum habere, *Rota coram Duran. dec. 463. num. 8., & coram Bich. dec. 277. num. 13., & in dicta Melevitana juriſpatronatus §. Quin urgeat coram Me.*

Poſita ex prædictis nullitate donationis, curandum non eſt de legato facto Rectori anno 1645. ab hæredibus quondam Joannis Domenech donatarii, quia ſicut illi nullum potuit
15 jus acquiri, ità nec ejus hæredibus, qui proin-
dè nec habuerunt quid in Rectorem, mediante donatione, transferrent ad *Text. in l. nemo plus juris ff. de regul. jur., Rota deciſ. 688. num. 1. coram Dunoz jun.* Maximè quia nec conſtat, quod
16 Rector legatum præſcriptum de jurepatrona-
tus ſibi factum acceptaverit cùm imò terminum ad deliberandum petierit; itàut etiam ex
17 hac circumſtantia repellendus eſſet ſucceſſor;
niſi probaret acceptationem, quæ de jure requiritur; *Rot. dec. 84. num. 3. par. 18. rec.*

Quæ omnia vel abſolutè de medio tollunt anteriorem ſtatum, vel ſaltem illum adeò turbidum reddunt; ut nequat ullo unquam modo poſteriores ſtatus incontinenti probatos abſorbere, & legitimos patronos in quaſi poſſeſſione exiſtentes excludere; ex allegatis.

Et ità, utraque &c.

URATISLAVIEN. MANUTENTIONIS.

Lunæ 25. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Religioſus ad animarum curam ex præſentatione Abbatis etiam ab Epiſcopo inſtitutus, poteſt ab Abbate ad Clauſtra revocari, & in hac quaſi poſſeſſione eſt manutenendus, præſerim ex privilegiis Præmonſtratenſium, & particularibus quoque Monaſterii S. Vincenti Uratiſlavien., de quo agitur; Epiſcopo tamen debetur manutentio in approbando Religioſos à ſuo Superiori ad curam deputatos, ex præſcripto S.C.T.

SUMMARIUM.

1 *Canonicis Monaſterii in ſummariiſſimo manutentionis judicio, favore ejuſdem Monaſterii plena fides habetur.*
2 *Probationes minores ſufficiunt in ſummariiſſimo manutentionis judicio.*
3 *Teſtes de univerſitate admittuntur, cum non ad proprium ſingulorum, ſed totius univerſitatis commodum deponunt.*
4 *Et cum ſunt in magno numero.*

Digitized by Google

5 *Et optimæ qualitatis.*
6 *Et cum agitur de re, quæ aliis facilè innoteſcere non potuit.*
7 *Remotio Religioſi à cura ſuperiori regulari ſemper eſt permittenda, & quare?*
8 *Curæ exercitium Regulares ab obſervantia regulæ non liberat.*
9 *Regularis quamvis ab Epiſcopo inſtitutus ad curam, à Monaſterio dependenti, ad ſuperioris nutum poteſt amoveri.*
10 *Quod ſtatuit Sacra Congregatio Concilii.*
11 *Et quæ fortius procedit favore Præmonſtratenſium ex eorum Pontificiis indultis.*
12 *Regularis non poteſt à ſuo ſuperiori amoveri à cura Sæculari, vel de qua per viam collationis ab Epiſcopo fuit proviſus.*
13 *Contrarium: quia Epiſcopus impedire nequit, quin regulares curæ inſervientes à ſuo ſuperiore ad clauſtra revocentur* ex Honorii III. Conſtit., & num. 16.
14 *Collatio curæ facta regularibus, propriè talis non dicitur.*
15 *Regulares nequeunt retinere beneficia, niſi manualia, & ad nutum amovibilia.*
17 *Decretum Synodale, quod Parochis non liceat Parochias deſerere, quomodo de regularibus ab eorum ſuperiore revocatis non intelligatur?*
18 *Privilegia Præmonſtratenſium, & particularis Monaſterii S. Vincentii Uratiſlavienſis recenſentur, quibus ab Epiſcopi juriſdictione eximuntur.*
19 *Regulares in eorum privilegiis ſunt manutenendi.*
20 *Actus juriſdictionales ab Epiſcopo facti in Monaſterio, antequam religioſis exemptis eſſet annexum, eidem non ſuffragantur,* & num. ſequenti.
22 *Præſertim ſi poſteà Epiſcopus tales actus non exercuit.*
23 *Et cum ultimus ſtatus ſtat pro exemptione Monaſterii.*
24 *Decretum favore exempti exequtioni demandatum circumſcribit omnes actus juriſdictionales ab Epiſcopo ibidem antea geſtos, adeout ejus favore locum non ſit manutentioni.*
25 *Breve Pontificium de uno caſu ad alium non eſt extendendum.*
26 *Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſſione approbandi regulares ab Abbate ad curam deputatos* ex S. C. T.
27 *Et in eis, quæ Sacramenta, & curam animarum tangunt.*

DECISIO CCLXXIII.

ADverſùs decretum Epiſcopi Uratiſlavienſis, per quod juriſdictio, & reſpectivè exemptio abbatis, & canonicorum regularium Præmonſtratenſium lædebatur; fuit ab ipſis judicium coràm A. C. Petra introductum; qui favore ipſorum ſententiam protulit; concedendo Abbati: manutentionem in poſſeſſione nominandi in vicarios ad parochias monaſterio ſubjectas Canonicos Regulares, præcedente tamen approbatione Epiſcopi; eoſque ad libitum removendi: Interpoſitâque per epiſcopum appellatione, cauſa mihi commiſſa fuit; dubiumque propoſui: *an, & cui ſit danda manutentio?*: & DD. *pro Abbate* reſponderunt, *juxtà modum.*

Poſſeſſio namque abbatis ſatis, ſuperque probata viſa fuit ex depoſitionibus nonnul-
1 lorum Canonicorum ejuſdem monaſterii; quibus in hoc ſummariiſſimo manutenentionis
2 judicio plena fides adhibenda venit: dùm leviores probationes ſufficiunt; *Rot. deciſ. 375. n. 2. par. 3. diverſ., & deciſ. 85. num. 3. par. 6. recent., & in Vicen. Penſionis 7. Maii 1700. §. Nec minuitur coràm R. P. D. meo Caprara, & in Romana, ſeù Nullius ſuper Manutentione 3. Aprilis 1702. §. Neque obſtare coràm R. P. D. Scotto.* Non obſtante, quod ad proprii monaſterii commodum deponant: quia ſemper admittendi
3 di veniunt, quando eorum depoſitiones non proprium, & ſingulorum, ſed totius univerſitatis intereſſe concernunt; *Capon. controv. 48. num. 34., Cirocch. diſcept. 8. num 8., & 9., Rot. in Bareu. Teſtamenti 23. Ianuarii 1692. §. Hinc nihil coràm R. P. D. meo Pio, & in Tyburtina Immiſſionis 21. Februarii 1701. § Nullius momenti coràm R. P. D. meo Priolo, & in Tarraconen. Inſignium 11. Decembris 1702. §. Quam ex depoſitionibus coràm R. P. D. meo Muto*: Et quando ſunt in magno numero, atque probæ qualitatis: & præſertim cum agatur de
4 re, quæ aliis de facili innoteſcere non poterat; ut de numero firmant *Card. de Luca de Iudic. diſc. 32. num. 38., Rot. coràm Peutinger. deciſ. 98. num. 12., & in Termularen. Manutentionis 3.*
5 *Iulii 1702. §. Urgentius coràm R. P. D. meo Anſaldo*; & de qualitate, *Roce. diſput. jur. cap. 177. num. 10., Rot. coràm Priolo deciſ. 384. num. 4.,*
6 *& deciſ. 552. num. 15. par. 18. recent.*, & demùm de notitiâ, *Rot. deciſ. 538. num. 27. par. 18. recent., & in Tarraconen. Inſignium ſuper manutentione 3. Iunii 1702. §. Præmiſſo in fine coràm R. P. D. meo Caffarello.*

Multòque magis corroborata venit prædicta poſſeſſio abbatis ab aſſiſtentiâ juris ſuper dictâ revocatione, ſeu remotione Canonicorum;
7 hæc enim ſuperiori regulari ſemper venit permittenda ratione obedientiæ, quam regulares eorum Superiori exhibere tenentur; etiamſi exer-
8 citio curæ reperiantur addicti; iſta namque non operatur; ut illi liberati remaneant ab obſervantiâ regulæ, ad quam per profeſſionem
9 adſtricti reperiuntur: qua de cauſa regulares per Abbates præſentati ad exercendam curam in parochiali a Monaſterio dependenti, ſeù annexâ, & ab Epiſcopò inſtituti, poſſunt ab eodem ad nutum ſui ſuperioris amoveri; ut plena firmat *Unameſ. conſ. 65. per tot., & ſignanter num. 10., & conſ. 465. per tot.*, Kochier. *de Iuriſdic. in exempt. par. 4. quæſt. 74., Pellizar. in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 4. num. 113., Paſſerin. de ſtat. homin. tom. 3. quæſt. 189. art. 20. num 966., Azor. inſtit. Moral. lib. 12. cap. 22. quæſt. 10. verſ. ſiquæras, Murga de Benef. queſt. 2.*
10 *num. 260.*, & fuit reſolutum à ſacrâ Congregatione Concilii in una Cameracen. apud *Barboſ. in ſumma Apoſtolic deciſ. verbo Abbas in fine.*

Quæ omnia, ſi generalitèr favore quorumcum-
11 que regularium locum ſibi vindicant; quantò magis procedere debent favore abbatum Præmonſtratenſium, quibus hujuſmodi facultas in aliquibus Pontificiis conſtitutionibus conceditur; de quibus *in ſummario abbatis num. 5.*

Nec quidquam juvat, quod contrarium in con-

Digitized by Google

controverſis parochiis practicari debeat; vel
12 quia ſint ſæculares; vel quia epiſcopi pro tempore de eis regulares conſueverint providere per viam collationis, quæ minimè deſtrui valet à perſonis jus conferendi non habentibus. Etenim quidquid ſit de qualitate parochialium, (de qua in pręſenti non eſt controverſia) ſemper adhuc firmum remanet jus abbatis, obedien-
13 tiam à ſuis ſudditis exigendi; ut apertè ex conſtitutione Honorii III. depræhenditur; quæ mandat, epiſcopos nullatenus impedire poſſe, quo minùs regulares curæ inſervientes revocentur ad clauſtra; *Abb. in cap. 2. in fin. de ſtat. Monach.*, *Vuameſ. d. conſ. 65. num. 12. & ſeqq.* cum aliis cumulatis *in Giennen. Iuriſ. mutandi 21. Februarii 1698. §. tertia demùm coràm bo. me. Urſino.*

Reſpectu verò collationis, eſt in promptu reſ-
14 ponſio; quod verbum illud eſt impropriè accipiendum juxtà ſubjectam materiam; quę non patitur terminos veræ collationis; cùm regu-
15 laribus permiſſum non ſit alia retinere beneficia, quàm manualia, & ad nutum amovibilia; ut advertunt *Pellizar. in manual. regular. tract. 8. cap. 4. num. 113. verſ. addo*, *Pignattell. conſult. 143. num. 22. tom. 9.*, *Rota coràm Peutinger. deciſ. 53. num. 34.*, *& coràm Cavaler. deciſ. 310. num. 4.*, *& in recent. deciſ. 49. num. 34.*
16 *part. 15.*: quo poſito nullatenùs poteſt conſiderari collationis deſtructio; cum dimiſſio curæ non tendat ad diſpoſitionem parochialis; ſed ad revocationem ſudditi, qui ſemper paratus dicitur ad redeundum ad clauſtra.

Minùſque relevat diœceſana ſynodus anni 1592., quæ diſponit, nemini licere paro-
17 chiam deſerere, ibi: *nulli autem parocho, vel rectori eccleſiæ admiſſo, & approbato ſuam parochiam, beneficium, eccleſiam ſine licentià noſtrà expreſsà deſerere, & aliò migrare*: *ſummario Epiſcopi num. 3.* quoniàm ſatisfacit reſponſio; quod non ſolùm verba illa intelligenda veniunt de presbyteris ſæcularibus, qui curam in titulum perpetuum poſſident; non autem de regularibus illam amovibiliter retinentibus: ſed etiàm adversùs illam abbates ampliſſimam emiſerunt proteſtationem, quæ omne jus priùs eiſdem competens præſervat: & ulteriùs recognitum fuit decretum prædictum diœceſanæ ſynodus ad evidentiam retorqueri; dùm pauló inferiùs quoad regulares in eo diſponitur illis verbis: *rejecti à ſuis abbatibus, parochias ſub aliis non obtineant, niſi cauſam dimiſſionis in ſcriptis legitimam probent*: ex quibus ſequitur; quod ſi non debuiſſent amoveri abſque licentia ordinarii; fruſtranea eſſet deductio cauſæ dimiſſionis coram eodem occaſione novi exercitii curæ animarum.

Æquè clara ſavore Abbatis eſt inſpectio exem-
18 ptionis Præmonſtratentium à juriſdictione Epiſcopi, præter ea, quæ curam animarum reſpiciunt; nedùm attentis generalibus indultis exemptivis Ordinis Præmonſtratenſis, tàm Alexandri V., & Joannis XXIII., quàm Innocentii X., aliorumque ſummorum Pontificum, *ſummario monaſterii num. 8.*, & refert *Tamburin. de Iur. abbat. tom. 1. diſput. 15. queſt. 4. num. 12.*, & aſſerunt *Vuameſ. conſ. 29. num. 5. in fin.*, *Barboſ. de Offic., & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 105. num. 12. verſ. Præmonſtratenſes, & de Iur. eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 12. num. 34.*, *Fraſſo de Reg. patronat. Indiar. tom. 2. cap. 57. num. 22.*, Verùm etiam ſpecialibus privilegiis huic monaſterio Santi Vincentii conceſſis, ut *in ſummario num. 7.*: ex cujus ampliſſimæ conceſſionis formâ, clara ejuſdem monaſterii ab Or-
19 dinarii juriſdictione reſultat exemptio: quo fit, ut in eâ juxtà tenorem eorumdem privilegiorum ſint manutenendi. *Rota coràm Card. Cerro deciſ. 149. n. 1.*, *& coràm Celſ. deciſ. 17. n. 1.*, *& in Marſicen. ſeù Nullius Iuriſdictionis ſuper bono jure 7. Iunii 1700. §. Clariùs hoc ipſum coràm R. P. D. meo Muto*, *& in Nullius, ſeù Fulden. Iuriſdictionis 28. ejuſdem menſis, & anni §. Primum autem, & ſeqq. coràm R. P. D. meo de la Tremoille.*

Non attentis aliquibus juriſdictionalibus actibus per Epiſcopum in hoc monaſterio ſanti Vincentii prætenſis, & ſignanter intervenien-di electioni abbatum, illoſque confirmandi;
20 unicâ enim reſponſione omnes eliduntur; quia ſcilicet illi producuntur de tempore, quo dictum monaſterium non erat Ordini Præmonſtratenſ. annexum; quod factum fuit à ſanct. mem. Innocentio X.; à cujus tempore citrà ſubortæ fuerunt contentiones inter Epiſcopum, & abbatem ſuper interventu in electionibus, & ſuper illarum confirmatione: ideoque nequeunt monaſterio, & PP. Præmonſtratenſibus præjudicare; *ut ad Text. in l. Poſtliminium §. ſi is, qui emerat ff. de captiv., & poſtlimin. reverſ.* advertunt *Alexand. conſ. 104. col. 1. lib. 4.*, *Natta conſ. 266. num. 6.*, *Rot. coràm Celſ. deciſ. 557. num. 5. par. 19.*

Datâ igitur prædictâ unione monaſterii, illius ſtatus immutatus fuit; & prætenſi actus
21 antecedentes circà interventum in electionibus, & illarum confirmationem attendi nullo modo debent; *Rota deciſ. 69. in fin. part. 19. recent*: præſertim quia abindè citrà in iiſdem
22 Epiſcopus non intervenit. itâ ut ultimus ſta-
23 tus ſtet pro excluſione juriſdictionis illius, ut deſumitur, ex eo, quod ſacra Congregatio Concilii ad favorem monaſterii reſcripſit anno 1697., nullum jus competere Epiſcopo interveniendi hiſce abbatum electionibus, *ut in ſummario abbatis num. 8.*, per tale enim decre-
24 tum executioni demandatum circumſcripti cenſentur omnes actus; atque abſorbentur a proprietate, & à bono jure canonicis aſſiſtente; quod petitam ab Epiſcopo manutentionem excludit: *Poſth. de Manutent. obſervat. 66. num. primo, & ſequentibus. Rot. coràm Bichio deciſ. 544. num. 27.*, *& in recent. deciſ. 508. num. 5. par. 5.*, *& deciſ. 785. num. 14 par. 18.*, *& in Palentina Iuris viſitandi ſuper negocio principali 25. Iunii 1700. §. Hujuſmodi coràm me.*

Tandem nihil revelare viſum fuit Breve ſanctæ mem. Gregorii XIII.: quia per illud Epiſcopus generalem facultatem tantummodò habere dignoſcitur viſitandi, corrigendi, & reformandi mores regularium, qui forſan de eo tempore diſciplinam regularem negligebant: nullum autem in illo fuit verbum de juriſdictione ordinariâ in monacos, & Regulares, aut in

25 exercentes curam animarum amovibiliter,
& ad nutum: ideoque non eſt extendendum
de uno caſu ad alium; ut advertit *Rota in
recent. deciſ. 189. n. 15. part. 14., & deciſ. 597.
par. 2. num. 29. par. 19.*

Quibus ità firmatis: pto mautentione ab-
batis, & canonicorùm Præmonſtratenſium
quoad prædicta: DD. examinando poſſeſſio-
nem Epiſcopi, quoad alia non dubitarunt da-
re modum reſolutioni; ut ſtilicèt è converſo
idem Epiſcopus ſit manutendus in poſſeſſione
26 approbandi canonicos deputatos per abbates
ad curam; & etiam in poſſeſſione exercendi
27 ſuam juriſdictionem circà ea, que ſacramen-
torum adminiſtrationem reſpiciunt, & curam
animarum tangunt; ratione cujus ſubjecti eſſe
debent Epiſtopo, *juxtà diſpoſitionem ſacri Con-
cilii Tridentini Seſſ. 25. de Regular. cap. 11.,
Vermigliol. in prax. par. prima annotat. 48. §.
Unico num. 82., Murga de Benefic. quæſt. 2. num.
240., & ſeqq. Card. de Luca in Miſcellan. diſcurſ.
primo num. 104., Rota in Firmana Iuriſdictio-
nis ſuper modo viſitandi 13. Martii 1702. §.
Ex quibus coràm Reverendiſſimo Domino meo
Decano.*

Et ità, utraquè &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 25. Iunlis 1703.

ARGUMENTUM.

Hæres creditor ſive anteà, ſive poſt hæreditatis
non poteſt creditum conſequi, niſi rationem
reddiderit, præſertim ſi ſit actor.

SUMMARIUM.

1 *Nemo pluś juris transferre poteſt, quam ipſe
habeat*, & num. 3.

2 *Obligatus de evictione nequit ſuper eademmet re
agere.*

3 *Creditor hæres debitoris agere nequit, niſi de fru-
ctibus hæreditatis rationem reddat, & quare?*

4 *Hæres poſtea acquirens creditum contra hæredita-
tem, tunc jura non confudit, cum incontinenti
docet de inventario, & ſufficienti redditione ra-
tionis: ſecus contra.*

5 *Hæres ſive antea, ſivè poſt creditum habeat, ra-
tione non reddita, præſumitur ſatisfactus, &
quare?*

6 *Hæres creditor agens pro conſecutione crediti re-
pellitur, niſi priùs rationem reddiderit.*

DECISIO CCLXXIV.

EX mulriplico caſtri Numenti plures cenſus
ſuper palatio in via curſus hæreditario Prin-
cipis Peretti fuerunt impoſiti à Cardinali Mon-
talto: inter quos alter ſcutorum 3000. in ſorte,
qui deindè perveoit ad manus Innocentiæ Ri-
veronæ; alter verò ſcutorum 5907. anno 1674.
acquiſitus à clar. mem. Cardinali Paulo Sabel-
lo tunc temporis dibitore primogenituræ fa-
miliæ de Bubalo, occaſione alterius cenſus im-
poſiti illius favore in ſummà ſcutorum 6000.
Cum autem pro ſtatisfactione fructuum cenſus
dictà Riverona immiſſionem obtinuerit ex ſen-
tentià latà à Reverendiſſimo domino meo De-
cano, coràm me confirmatà ſub die 14. Maii
proxmè præteriti, ad cenſum ſcu. 3666. impo-
ſitum à Venerabili Collegio Romano, & ſub-
rogatum loco dicti palatii in dictà vià curſus;
ità, & conſequi ſperabat ex juribus cenſus
ad ipſum Cardinalem debitorem ſpectantibus
marchio Octavius de Bubalo, ad quem uti præ-
fatæ primogenituræ poſſeſſorem pervenit cenſus
ſcutorum 5000., ut ſuprà impoſitus à Cardi-
nali Paulo Sabello; & ad hunc effectum obti-
nuit per commiſſionem coràm me ad cauſam
admitti; ſed cauſa diverſum ſortita fuit even-
tum; nàm licèt propoſito dubio: *an eſſet ei dan-
da immiſſio?*: ſub die 14. Maii præteriti, nulla
capta fuerit reſolutio; tamen hodiè in repoſi-
tione *negativum* prodiit reſponſum.

Difficultarem autem dedit DD. in præſenti
non quidem validitas cenſus ad primogenitu-
ram ſpectantis; minùſque, quod Marchio
Octavius experiri poſſet jura Cardinalis Pauli
Sabelli, qui acquiſiverat cenſum ſcutorum 5907.
contrà palatium; & per conſequens contrà
cenſum ejus loco ſubrogatum: benè tamen,
quod Cardinalis ejus debitor, ſicut ob pecu-
liares facti circumſtantias non potuiſſet ſua
jura experiri contrà cenſum, de quo agitur;
ità Marchioni concedi non debeat id, quod ejus
1 auctori omninò denegatum fuiſſet; *ad Text.
in l. Nemo plus iuris ff. de regul. Iur.*, de quo *Sal-
gad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 22. num. 43.,
Tondut. reſol. civil. cap. 59. num. 15. par. 1.*

Et ſanè obſtaſſet Cardinali primo loco ipſius
obligatio, quia in venditione palatii anno
1655. teneri voluit de evictione; per quam
quemadmodum ſi voluiſſet agere pro conſe-
quutione cenſus aliàs ſuper palatio impoſiti,
& à ſe acquiſiti; repelli potuiſſet exceptione,
2 quod ipſe, tanquàm obligatus ad evictionem;
reficere debuiſſet eamdem ſummam, quam
obtinuiſſet: juxtà clarum *Tex. in l. vindicantem
ff. de ev, Rot. deciſ. 51. num 7. coràm Duratℓo,
& in Recent. deciſ. 124. num. 3. par. 17., & de-
ciſ. 525. num. 7. par. 18.*: pari ratione, licèt ex
illius perſonà poſſet Marchio Octavius agere
contrà alia bona ſuo debitori obligata; tamen
nequit hodiè ullam actionem utilem exercere
3 contrà palatium; ſuper quo pluś juris non ha-
bet, quam habère poſſet, ipſemet debitor, ut
præter allegatos; *Rota poſt Merlin. de pignor.
deciſ. 28. num. 8., & in Rec. deciſ. 210. num. 22.
par. 16.*

Secundò, & fortiùs obſtaſſet Cardinali pri-
mogenituræ debitori, quod ipſe fuit hæres Car-
dinalis Montalti ſui debitoris: cumque fructus
4 hæreditarios exegerit, non poſſet modò agere
pro credito, quod contrà hæreditatem habe-
ret, niſi priùs redditâ ratione, propter confu-
ſionem jurium, quæ tali caſu evitari non po-
teſt; ad tradita *per Card. de Luca de Credit. diſc.
63. num. 5., & de Teſtamentis diſc. 55. num. 6.,
Rot. coràm Duran. deciſ. 51. num. 7., & in Rec.
deciſ. 280. num. 15. par. 17.*

Idque procedit etiamſi Cardinalis creditum
acquiſiverit poſt aditam hæreditatem: regula
enim, quod in his terminis actiones non con-
5 fundantur, procedit cum ſuppoſito, quod in
con-

Digitized by Google

continenti doceatur de inventario, & ſufficien-
ti rationis redditione; aliàs his deficientibus
ſecùs dicendum eſt; ut probat *Card. de Luc. de
Credit. d. diſc. 63. num. 4.*, *Rota coràm Celſ.
deciſ. 350. num.* 2. cùm enim hæres habeat fa-
cultatem ſibi ſolvendi; præſumptio ſolutionis
8 ſemper militat, ſivè anteà, ſivè poſt creditum
fuerit acquiſitum; quoties bona, & hæredi-
tatem retinuit, & de illâ numqua rationem
reddidit; *Franc. de Ponte. conſ. 8. num. 54.*, *Mer-
lin. de pignor. lib. 5. tit. 14. num. 12. cum ſeqq.*
Fortius, & ſinè ullâ difficultate in præſenti
caſu, quo Cardinalis Paulus Sabellus hęres gerit
figuram actoris; dùm ex ejus juribus agit Mar-
chio Octavius; in quibus terminis certum eſt;
7 quod debet prius rationem reddere de bonis
hæreditariis, alias venit reiiciendus; ut in ſpecie
Card. de Luca de Credit. d. diſc. 63. num. 6., *Rota
coram Duran. dec. 10. n. 8.*, *cor. Dunoz. jun. deciſ.
998. num. 4.*, *in recent. deciſ. 224.*, *& deciſ. 610.
utrobique num. 5. par. 19.*
Et ità, utràque &c.

BENÊVENTANA BENEFICII.

Luna 25. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus annexum feudo remanet apud
ejuſdem dominum, ſi cum tali pacto feudum
locavit. Promiſſio de vendendo ad certum
tempus, venditio non eſt, neque dominium
transfert.

SUMMARIUM.

1 *Ad beneficium inſtituendus eſt à vero patrono
præſentatus.*
2 *Patronus verus in jurepatronatu feudo annexo
eſt ipſius Dominus.*
3 *Iuſpatronatus feudo annexum ſpectat ad feudi af-
fictuarium.*
4 *Secus cum locatio eſt ad breve tempus.*
5 *Pacta ſunt ſervanda.*
6 *Promiſſio de vendendo poſt certum tempus domi-
nium à vendente non aufert, qui nec talis dici
debet*, & num. 8.
7 *Et tunc venditio, donec tempus adveniat, non ha-
bet effectum.*

DECISIO CCLXXV.

AD ſimplex beneficium vacans per dimiſſio-
nem factam ab Antonio Moles fundatum
in Eccleſiâ Terræ Roggiæ Magnæ ſub titulo
S. Petri de jurepatronatus veri poſſeſſoris ejuſ-
dem Terræ, tanquam feudo annexum; fuit
præſentatus Joannes Apicella à Domino Duce
Franciſco Pignattello, tanquam memorati
feudi poſſeſſore: ſed cum eodem contextu per
Dominum Ducem Felzi prætendentem ſe dictę
Terræ dominum utilem, fuerit etiam præſen-
tatus Joannes Ginnettus: & iſte obtinuerit in-
ſtitutionem ab Emo Archiepiſcopo Beneven-
tano; qui etiam ſententiam eidem favorabi-
lem protulit: hinc devolutâ ad me cauſa in
gradu appellationis dictum fuit — *An, & cui
ſit adiudicandum beneficium* — Et DD. *pro Api-
cella* reſpondere non detrectarunt.
Iuſtitutio enim ad beneficia de jurepatrona-
1 tus, cum illi concedenda veniat; qui docet ſe
à vero patrono præſentatum fuiſſe; ideò meri-
tò adjudicatum fuit beneficium controverſum
Apicellæ; dùm pro ſe habet legitimam præ-
ſentationem Ducis Roggiæ veri patroni ejuſ-
2 dem; cùm ipſe ſit Dominus feudi dictæ Terræ;
cui hoc juſpatronatus reperitur annexum; ut
ad *Text. in cap. conſultationi de jur. patron.*, fir-
mant *Vivian. de jur. patr. lib. 1. cap. 4. n. 69.*, *Rota
in recent. deciſ. 73. num. 17. par. 11.*, *& in Medio-
lanen. Capellaniæ 23. Martii 1702. §. 1. in fine
coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*, *& in
Vuormatien. Canonicatus 13. Maii 1702. §. Con-
ſtat enim coram R.P.D. meo Caprara.*
Non obſtat, quod cum ille locaverit dictum
feudum ad novennium Horatio Pacchæ; qui
poſtea Duci Felzi ſublocavit; ideò dicendum
3 veniat; quod, cum beneficium durante dictâ
locatione vacaverit; jus præſentandi ad Du-
cem Felzi conductorem, non autem ad Ducem
Pignattellum locatorem ſpectare debeat.
Omiſſo enim examine, an hoc procedat ubi
fuit facta locatio ad breve tempus; cum nega-
4 tivam ſuſtineant *Caſtrenſ. conſ. 361. num. 1.
& 2. lib. 1.*, *Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 2.
quæſt 9. art. 2. per tot.*, *Vivian. de jurepatr. lib. 4.
cap. 5. num. 26.*, *Pacion. de locat.*, *& conduct.
cap. 11. num. 39.*, Quælibet difficultas ceſſare
viſa fuit ex facto; quoniam Dux Pignattellus
locator in inſtrumento locationis dato *in Sum-
mario num.* 1. expreſsè, & ſpecialiter jus præ-
ſentandi ad dictum beneficium durate locatio-
ne ſibi reſervavit: ut ex ejuſdem inſtrumenti
verbis clarè colligitur, ibi — *E più che il jus
præſentandi dell' Arcipretura rurale. ſeù Abba-
tia eſiſtente in detto feudo, che hoggi tiene il Sig.
Abbate Moles rimanga, e ſia riſervato a detto
Sig. Duca in ogni caſo di vacanza, & affatto eſ-
cluſo dal preſente affitto* — Ex quibus, cum re-
ſervatio juriſpatronatus in favorem locatoris
facta reſultet; utique non potuit Dux Felzi con-
ductor contra ſpeciale pactum in dicta loca-
tione expreſſum devenire ad præſentationem
5 Ginnetti: immo illud omninò ſervare debeat
ſe ab illâ abſtinendo; *Text. in l. 1.*, *& l. jus
gentium §. Prætor ait ff. de pact.*, *Rota coràm
Pamphil. deciſ. 424. num. 12.*, *& in recen. dec. 8.
num. 2. par. 17.*, *& deciſ 477. num. 2. par. 19.*
Ceſſante ex prædictis jure præſentandi ex vi
locationis; minùs poteſt prætendi ab eodem
Duce Felzi ratione venditionis ſibi per Came-
ram Apoſtolicam factæ anno *1697.*: nàm in
iſtâ non continetur venditio, ſed promiſſio de
vendendo: & quidem nec de præſenti, ſed poſt
6 annum 1705.: quapropter ex ea nullum potuit
transferri dominium contrà hujuſmodi pro-
miſſores; cum nunquam venditionis nomen
mereatur; ut monent *Gabriel. de empt. concluſ. 2.
per tot.*, *Surd. conſil. 52. num. 13.*, *& conſ. 369.
num. 1.*, *& Rota coràm Ludoviſ. deciſ. 28. num. 4.*
7 & præſertim quoties promiſſio reſpicit tempus
futurum, ut hic; quia tunc ſinè ulla difficulta-
te, donec adveniat tempus præfixum; venditio
8 non poteſt habere effectum: ſed interim domi-
nium remanet penes venditorem; ut ad *Text.
in*

Digitized by Google

in l. ſiquis ſub conditione ff. Siquis omiſſ. cauſ. Teſt.
tradunt *Card. de Luca de empt., & vendit. diſc.
52. num. 2. 5. Idque, Rota coràm Cocein. deciſ.
1613. num. 74., & ſeqq.* cum aliis ibidem ad-
ductis.

Et ità reſolutum fuit, Apicella tantùm infor-
mante.

REATINA FIDEICOMMISSI SUPER DECLARATORIA.

Lunæ 25. Iunii 1703.

ARGUMENTUM
habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Declaratoria eſt remedium ſubſidiarium.*
2 *Nec datur cum non conſtat de diligentiis.*
3 *Nec cum mandatum eſt expeditum abſque commi-
natione cenſurarum.*
4 *Præſertim cum actor liberas habet manus ob re-
mota impedimenta.*

DECISIO CCLXXVI.

SUb prætextu, quod fratres de Sempiternis exe-
cutionem reportare non poſſent mandati,
aliàs contrà Paulum Coronam relaxati, ob im-
pedimenta ab ipſo præſtita; petiit coràm me,
ut contrà eum declaratoria decerneretur, quam
tamen hodiè DD. propoſito dubio *denegandam
eſſe* cenſuerunt.

Iſtud enim eſt remedium omninò ſubſidia-
1 rium juxtà ſanctionem *Sacri Concilii Tridentini
de reformat. ſeſſ. 24. cap. 3., Barboſ. ad illud num. 18.
Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14. num. 27., Card.
de Luca de Iudic. diſc. 40. num. 91., Panimoll.
dec. 136. num. 11. & 12.*, propterea ad illud de-
veniri minimè poteſt in præſenti; dùm non
2 conſtat de diligentiis factis pro executione
mandati: & quod ob deficientiam bonorum
non potuerit illam obtinere: imò è converſo
juſtificatum fuit; quod Paulus quàmplura in-
dicavit bona; ſuper quibus commodè per fra-
tres de Sempiternis mandati Rotalis executio
reportari poterat.

Tantòque magìs, quia ipſa forma mandati
ſolùm eſt directa ad executionem contra bona,
& ad illorum ſubhaſtationem, abſquè ullâ com-
3 minatione cenſurarum: undè tantò minùs rela-
xari poteſt declaratoria; *Garz. de benefic. par. 6.
par. 3. num. 134. & ſeqq., Rota coràm Seraphin.
dec. 756. num. 1., & coràm Buratt. dec. 933. n. 2.,
& in rec. dec. 649. num. 2. par. 4.*

Non obſtat, quod in actu explendæ execu-
4 tionis fuerit à conjuge debitoris allatum im-
pedimentum mediante exhibitione inhibitionis
vigore cauthelæ Angeli: quoniam iſtam non
ſolùm A.C. moderatus fuit: ſed quoque illi ab
eadem uxore quoad bona per maritum indica-
ta, renunciatum fuit, ut patet ex *Summario
Pauli num. 1.*, ex quibus clarè patet; quod fra-
tres de Sempiternis liberas habebant manus
exequendi eorum Rotale mandatum abſque
neceſſitate recurrendi pro relaxatione declara-
toriæ ad effectum illius executionem explendi.

Et ità, utraque &c.

ROMANA FIDEICOMISSI DE PALMERIIS.

Mercurii 27. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Hæres cujus qualitas hæreditaria probatur, in-
ventarium non conficiens, propria credita con-
fundit cum hæreditate.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditaria qualitas probatur ex actu ab hære-
de geſto cum hac enunciativa.*
2 *Et à poſſeſſione bonorum.*
3 *Poſſeſſio bonorum ſub hæreditario titulo probata
ad aliud referri nequit.*
4 *Quem de evictione tenet actio eundem agentem
repellit exceptio.*
5 *Hæres creditor ſinè inventario confundit propria
jura, neque ex ſuo credito aliis ſatisfactionem
impedit.*
6 *Hæres non conficiens inventarium, occultationis
bonorum ſuſpicionem præbet.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem contrahit ſuper ſuis
bonis hypothecas etiam anteriores aditioni.*
8 *Valor domus emptæ partim cum bonis liberis,
& partim fideicommiſſariis, debet pro rata in
utroque minui, vel augeri.*
9 *In judicio manutentionis exceptiones altioris in-
daginis non attenduntur, ſed remittuntur ad pe-
titorium.*

DECISIO CCLXXVII.

PRo cenſu aliàs impoſito favore Patrum San-
ctæ Praxedis Urbis à Petro Laurentio de
Palmeriis, ad effectum extinguendi alios cenſus
anteriores à ſe, & à Franciſco Patre debitos;
petierunt illi mandatum de manutenendo in
exactione fructuum: ſed licèt in prima inſtan-
tia ſuccubuerint: & in noſtro Tribunali geminæ
contrà eos prodierint deciſiones in ſecunda
inſtantia coram R.P.D. meo Caprara; eo ſub
fundamento, quod Fratres de Palmeriis rei
conventi poſſiderent ſolùm bona fideicom-
miſſa; nec eſſent hæredes Petri Laurentii Patris:
tamen ſuperventis novis probationibus; ex
quibus conſtitit de qualitate hæreditaria; fuit
pro manutentione reſponſum, cum ſubſequuta
relaxatione mandati: prout devoluta cauſa ad
R. P. D. meum Tremoille, ſimilis coràm illo
emanavit reſolutio ſub die 14. Junii anni præ-
teriti: Adverſus quam conceſſa nova audien-
tia; ego in locum collegæ abſentis ſubrogatus;
quæſivi à DD. mei -- *An eſſet ſtandum, vel rece-
dendum à deciſis? & pro confirmatione deciſionis*
reſponſum habui.

Subſiſtere enim viſum fuit fundamentum, 1
quod dicti fratres de Palmeriis ſint Petri Lau-
rentii Patris hæredes, dùm poſſederunt, & poſ-
ſident illius bona tùm in Urbe, tùm in Civita-
te, & Territorio Piſarum: & quidem in Urbe,
quia, præter portionem domus exiſtentis in
Acie campi Floræ pro rata ſcutorum 700. reti-
nent quatuor fœnilia, ſuper quibus præcisè im-
poſitus fuit cenſus controverſus; ut legitur in
inſtrumento, ibi -- *nec non ſuper quatuor fœnili-
bus*

Digitized by Google

bus ejuſdem Petri Laurentii -- & quæ conſtat ad
eum perveniſſe ex diviſione bonorum Urſulæ
Picionæ ejus Aviæ maternæ; & comprobatur
in *deciſione edita 27. Junii 1701. §. Siquidem co-
ràm R. P. D. meo Caprara*; nec hodiè contro-
vertatebatur à Scribentibus pro Palmeriis.

In partibus verò conſtat; quod ipſi, ad ob-
tinendam translationem bonorum paterno-
rum in eſtimo deſcriptorum, ad ſui favorem
enunciarunt ſe Patris hæredes; atque ad iſtum
effectum exhibuerunt fidem proprii parochi,
& aliorum teſtium deponentium, Petrum Lau-
rentium deceſſiſſe inteſtatum; ejuſque fuiſſe
hæredes Philippum, aliaſque filios: cumque
obtinuerint favorabile reſcriptum vigore iſta-
rum juſtificationum; & fuerit effectuata dicta
tranſlatio; incontrovertibilis remanet proba-
tio qualitatis hæreditariæ; utpotè reſultans
tum ex depoſitione teſtium ab illis producta:
tùm etiam ex tranſlatione dictorum bonorum
in ſui faciem cum ſuppoſito iſtius qualitatis
& poſſeſſione ſubſequuta eorumdem, & alio-
1 rum bonorum; ut de actu geſto cum enuncia-
tiva qualitatis hæreditariæ *Ruin. conſ. 113.
num. 7., Gratian. diſcept 711. num. 68., Adden.
ad Burati deciſ. 207. num. 19. in fin., & Rota
Ariminen. Fideicommiſſorum ſuper reconventio-
ne 6. Aprilis 1699 §. Adſtipulantæ coràm R. P. D.*
2 *meo Scotto*: & de poſſeſſione bonorum, *Poſth.
reſol. civil. 87. num. 18. 20., Bonden. collect. legal.
47. num. 25. Rot. coràm Merlin. deciſ. 44. num. 6.
Et in Fanen Donationis prima Iulii 1701. §. ur-
gent, & §. Quibus, coràm R. P. D. meo Tre-
moille.*

Atque ex his detegitur, quàm inſubſiſtens
3 ſit exceptio, quod poſſeſſio iſtorum bonorum
adſcribenda veniat titulo dotis Lucretiæ ma-
tris; & fideicommiſſorum, quæ ab Antonio
Palmerio avo, & Marco Antonio Lucattello
fuerunt ordinata anno 1604., & 1615.: undè
inferebatur, quod fratres de Palmeriis conve-
niri non poſſint pro ſolutione cenſus; Quo-
niam eo ipſo, quod conſtat de qualitate hæ-
reditaria ex probationibus prædictis; nequeunt
4 ulla exceptione ſe tueri; ex regula, quem de
evictione tenet actio *l. vindicantem 8. ff. de
evict. Rot. coràm Duran. deciſ. 51. num. 7., &
coràm Celſo deciſ. 404. num. 8., in recent. deciſ.
127. num. 2. par. 17., & dec. 525. n. 3. par. 18.*

Maximè quia non conſtat eos confeciſſe in-
ventarium de bonis hæreditariis; quando è
contrà fructus perceperunt ab anno 1678.: ideò-
5 que quodcumque creditum, ſi quod haberent,
confuſum, & illiquidum remanſit, & prorſus
inefficax ad impediendam ſatisfactionem alio-
rum creditorum; *Rot. deciſ. 113. num. 7. coràm
Durano, deciſ. 221. n. 13., & deciſ. 295. n. 12.
coràm Celſo, & deciſ. 740. num. 9. par. 18. recent.*

Iſtaque ſunt adeò vera, ut nec informantes pro
Palmeriis negaverint, quod, detractâ etiam
dote materna; remaneant bona valoris ſcuto-
rum 600. in fœnilibus, & in aliis bonis hic in
Urbe exiſtentibus, quæ etiam ſolvere offere-
bant: quamobrem creſcit præſumptio conſum-
6 ptionis; &, quod magis eſt: intrat alia præ-
ſumptio occultationis bonorum, de quibus cre-
ditores notitiam habere non poſſunt; ut pluri-
bus cumulatis egregiè firmavit Rota *in Ro-
mana Cenſus, & Canthelæ Angeli 15. Maii 1702.
§. Subſiſtere coràm R. P. D. meo Pio.*

Quinimò etiamſi de integrâ dote Lucretiæ
ratio habenda foret; adhuc iſta eſſet poſterior
credito Patrum: quia Petrus Laurentius, qui
cenſum impoſuit, dimiſit creditores Franciſci
Patris, & Antonii avi, extinguendo debitum
aliàs ab iſtis contractum cum Septimio Cecco-
lino ceſſionario Horatii Capponi: & ulterius
eorum hæreditatem adivit: undè ex duplici
capite reſultat anterioritas Patrum, primò, ex
quo habent obligata bona illorum, antequàm
Lucretia jungeretur matrimonio cum Petro
7 Laurentio: ſecundò, quià iſte adeundo eorum
hæreditatem, antequàm nuberet, etiam ſuper
bonis propriis anteriorem hypotheam contra-
xit favore patrum.

Quò vero ad bona fideicommiſſi: hodiè opus
non fuit de illis examen aſſumere: nam patres
non curant propria jura experiri ſuper bonis
ſubiectis eiſdem fideicommiſſis; ſed ſuper fœni-
libus, grypta, & portione domus in Acie cam-
pi Floræ, aliiſque bonis liberis, ſuper quibus,
ſtante dictâ qualitate hæreditaria Petri Lau-
rentii, nulla poteſt cadere difficultas: itàut
proindè tantò magis exerceri valeat jus poſ-
ſeſſionis per patres in exactione cenſus; juxtà
firmata in duabus præcedentibus deciſionibus.

Non attentatâ exceptione, quod domus
prædicta ſit longè minoris valoris: quodque,
cum fuerit empta ex pretio locorum montium
fideicommiſſariorum; debeat iſtud, quod ex-
cedit valorem integræ domus, prius detrahi.
Ultrà quod enim reſpectu valoris, fateſt, quod
conſtet ex inſtrumento emptionis ſuperfuiſſe
etiam ratam liberam dictæ domus, cujus valor
erit proportionabiliter augendus, vel minuen-
8 dus etiam pro ratâ liberâ juxtà mutationem
temporis: quodque reſpectu locorum mon-
tium controvertatur vocatio ad fideicommiſ-
ſum illius, à quo dicta loca proveniunt; con-
grua quoad omnia viſa fuit reſponſio, quod
cum hodiè agatur in judicio manutentionis,
& ſuper bonis liberis, non ſunt attendendæ
9 hujuſmodi exceptiones, quæ tanquam requi-
rentes altiorem indaginem, ad aliud judicium
remittendæ veniunt; *Rota deciſ. 185. num. 6.
par. 5. cum aliis auctoritatibus cumulatis in Ro-
mana Cenſus 14. Maii 1702. §. ultrà quod co-
ram me.*

Ea verò, quæ fuerunt deducta circà dotem
Plautillæ, ſatis fuerunt rejecta ex reſponſionio-
nibus extinctionis, & illiquiditatis, aliiſque datis
per informantes; cum quibus DD. tranſierunt.

Et ità utraque parte acriter informante fuit
deciſum.

LEODIEN. JURISDICTIONIS.

Mercorii 27. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.

Archidiacono cum materia eſt adaptabilis con-
ceditur manutentio in juriſdictione ſibi ab
Epiſcopo reſervatæ contra alios eandem de-
negantes.

SUM-

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio danda eſt poſſidenti.*

2 *Præſertim concurrente legitimo titulo poſſeſſionis.*

3 *Archidiaconus eſt vicarius natus Epiſcopi.*

4 *Habet cumulativam juriſdictionem cum Epiſcopo.*

5 *Iuriſdictio ſibi ab Epiſcopo reſervata in materia adaptabili etiam Archidiacono reſervata cenſetur.*

6 *Archidiaconus tunc venit appellatione ordinarii.*

7 *Exceptio de jure tertii non eſt allegabilis.*

8 *In exemptione id tantùm cenſetur conceſſum, quod legitur expreſſum.*

9 *Ab obſervantia in tranſactione dubia eſt capienda interpretatio.*

10 *Manutentio in juriſdictione datur habenti plures actus eam concludentes.*

11 *Actus juriſdictionales clam geſti ſine notitia alterius, cui præjudicium inferunt nihil concludunt.*

DECISIO CCLXXVIII.

CONtroverſia, quæ ortum habuit in partibus inter decanum, & capitulum eccleſiæ collegiatæ beatæ Mariæ oppidi Hven., & archidiaconum Condruſii dignitatem Eccleſiæ Cathedralis Leodien. ſuper exercito juriſdictionis archidiaconalis in eodem oppido; fuit in ſummariiſſimo poſſeſſorio agitata, & reſpectivè deciſa coràm Reverendiſs. D. meo Decano ſub die 28. Junii ſuperioris anni; à quo fuit utrique Parti conceſſa manutentio ad formam concordiæ anni 1309.: cumque decanus, & capitulum appellationem interpoſuiſſet à mandato de manutenendo conceſſo archidiacono; comiſſionem mihi directam obtinuit cum clauſulâ – alteri cum facultate manutenendi quem de jure – diſputatoque dubio – an, & cui eſſet danda manutentio? – *utrique dandam eſſe* Domini reſponderunt.

Prætermiſſâ namque poſſeſſione, quam decanus, & capitulum habet in exercitio juriſdictionis in certis tantùm caſibus expreſſis in deciſione Reverendiſſimi domini mei; quæ ampliùs non impugnatur, & quorum reſpectu Domini manutentionem eiſdem iterum conceſſerunt: poſſeſſio archidiaconi Condruſii in exercitio prædicto juriſdictionis quoad alia reſpicientia perſonas ſæculares, & materias, quæ gubernium, & regimen univerſale reſpiciunt; reſultare viſa fuit; nedùm ex ſynodo per ipſum abſque ullâ contradictione celebratâ; ex retentione domus, in qua archidiaconus, illiuſque miniſtri jus dicunt, & juramenta recipiunt à parochis: verùm etiam ex proceſſibus per ipſum fabricatis contrà delinquentes, & parocos in ſynodo non intervenientes: & ex aliis pluribus actibus datis in *ſummario ejuſdem archidiaconi*: qui omnes in iſto genere per longiſſimum tempus exercitii, cum optimè concludant archidiaconi poſſeſſionem: propterea
1 operantur; quod eidem manutentio concedenda veniat; ad vulgatum *Text. in cap. Retinendæ Inſtit. de Interdict.*, *Rota deciſ.* 375. *num.* 15. *par.* 18. *recent.* potiſſimè quia ultrà factum
2 poſſeſſionis, concurrit etiam legitimus titulus deſumptus ex tranſactione inter Epiſcopum, & capitulum inita anno 1309. quo caſu faciliùs pro manutentione eſt reſpondendum; *Capit. licèt cauſam, ubi Felin. num.* 9. *de probat. Poſth. de manuten. obſerv.* 15. *num.* 15., *& Rota poſt eumdem deciſ.* 214. *num.* 5., *& deciſ.* 251. *num* 1.

Neque vim faciunt duo objecta per capitulum excitata; alterum nempè, quod præcitata concordia fuerit tantummodò ſtipulata ad favorem Epiſcopi, ejuſque officialis, adeòque prodeſſe nequeat archidiacono in ea non compreheuſo; à cujus juriſdictione oppidum omninò exemptum prætenditur: alterum, quod hujuſmodi Collegiata unà cum ejus territorio fuerit anno 1066. ante dictam tranſactionem plenariè exempta à juriſdictione archidiaconi, quæ in decanum, & Capitulum tranſlata fuit; & ab indè citrà iidem ſemper in quaſi poſſeſſione dictæ juriſdictionis permanſerint; ipſis decano, & capitulo in poſſeſſione exiſtentibus manutentio debeatur.

Quoniam reſpectu primi; non dubitarunt D.D. tranſactionem anni 1309. comprehendere etiam archidiaconum in his, quæ fuerunt
3 Epiſcopo reſervata; Nàm cum ipſe archidiaconus ſit illius vicarius natus; ſuamque dimediatur juriſdictionem ex juribus Epiſcopi vigore concordiæ anni 1290. ſubindè confirmatæ anno 1517., cum quo cumulativam habet, ut
4 præter allegatos *in dicta deciſione Reverendiſſimi domini mei Decani* §. *Nihilominùs* tradit *Barboſ. de Iur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 5. *ad* 36., *Lotter. de re benef. lib.* 1. *queſt.* 28. *num.* 119.
5 eo ipſo, quod Epiſcopus ſibi reſervavit generaliter aliquam juriſdictionem; ea quoque præſumitur archidiacono reſervata: cùm in mate-
6 riâ ſibi adaptabili archidiaconus etiàm veniat appellatione ordinarii: *Rota coràm Coccin. deciſ.* 346. *num.* 1., *& per tot.*, & ad omne pejus, cùm in cauſa non ſit Epiſcopus, ad quem ſpe-
7 ctaret; hujuſmodi exceptio, tanquàm de jure tertii, non eſt allegabilis à capitulo; & ſignanter ex quo nec iſtud poſſet juriſdictionem exercere, niſi dependenter, & ſubordinatè eidem Epiſcopo; prout in *dictâ deciſione Reverendiſſimi domini mei Decani* §. *finali*, ubi ideò benè reſponſum fuit; quod ea, quæ adducuntur contrà dictam concordiam, remitti debent ad petitorium, non retardatâ interim manutentione ad limites poſſeſſionis.

Nec quidquam relevat exemptio, quæ anno 1066. aſſeritur conceſſa decano, & capitulo; illa enim præſefert dumtaxat exemptionem paſſivam reſtrictam ad clericos, & præſbyteros eccleſiæ, & parochialibus inſervientes; quam non ſubſtulit concordia anni 1309., nec hodiè impugnat archidiaconus; non autem omnimodam exemptionem extinctivam juriſdictionis, nec complexivam populi ſæcularis, & aliarum perſonarum degentium in dicto oppido, qui, cum ſub dictâ exemptione non fuerint comprehenſi; per neceſſe dici debet, eoſdem remanſiſſe ſub juriſdictione archidiaconi; prout erant de præterito, ex naturâ ex-
8 emptionis, in qua id tantum cenſetur conceſſum, quod legitur litteraliter expreſſum; ad tradita *per Card. de Luca de Iuriſdict. diſc.* 35. *num.* 10.

*num. 10. cum aliis adductis in Leodien Iuriſdi-
ctionis 17. Iunii 1699. §. Neque in contrarium co-
ràm R. P. D. meo Scotto.*
Maximè, quia hoc ipſum declaratum rema-
net ab actibus juriſdictionalibus, qui ſemper
hinc indè fuerunt peracti ad limites concor-
9 diæ: à qua ſubſecutæ abſervantia, ſicut ſemper
in dubiis capienda venit interpretatio; ità quo-
que motivum præbuit Dominis utrique Parti
manutentionem concedendi ad formam d.
tranſactionis.
Et ſi forſan aliquando nonnulli actus exceſſi-
10 vè geſti fuerunt à decano, & capitulo extrà
ſpheram concordiæ: non merentur attendi;
vel quia ſuffocantur ab aliis exercitis per archi-
diaconum; vel quia tanquàm clandeſtinè per-
11 acti ſinè ſcientià, & patientià archidiaconi;
adversùs eum quidquam concludere non va-
lent; juxtà firmata per *Rotam deciſ. 70. n. 75.,
& 76., & deciſ. 221. num. 23. par. 13. recent.,
& in Leodien Iuriſdictionis 15. Martii 1700. §.
Hinc evaneſcunt coràm R. P. D. Scotto.*
Et ità; utràque &c.

LEODIEN. JURISDICTIONIS SUPER ATTENTATIS.

Mercurii 27. Junii 1703.

ARGUMENTUM
habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Attentata facti non dantur in poſſeſſore ſine ex-
preſſa Iudicis inhibitione.*
2 *Qui continuat non attentat.*
3 *Litis pendentia ſuper manutentione non impedit
exercitium actuum controverſorum, & quare?*
4 *Attentatis renunciare videtur, qui de eis men-
tione non facta, cauſam ſuper meritis videri
ſinit.*

DECISIO CCLXXIX.

PEndente adhuc judicio manutentionis in hoc
ſacro Auditorio inter decanum, & Capitu-
lum eccleſiæ collegiatæ ſanctæ Mariæ oppidi
Huen., & archidiaconum Condruſii in poſ-
ſeſſione, seù quaſi exercendi actus juriſdictio-
nales in dicto oppido: poſtquam utrique colli-
tiganti conceſſa fuit manutentio ad formam
concordiæ anni 1309.; excitavit prætenſionem
archidiaconus prædictus, quod officialis capi-
tuli in ſpretum pendentiæ litis non nullas pror-
sùs criminales confecerit citationes, ſivè mo-
nitiones relaxaverit, alioſque actus juriſdictio-
nales exercuerit contrà formam dictæ concor-
diæ, & reſolutionis Rotalis: quamobrem occa-
ſione, qua hodiè propoſitum fuit dubium ſuper
manutentione: contemporaneè quæſitum quo-
que fuit à me: *an conſtet de attentatis? quæ ve-
niant purganda*: & DD. *non conſtare de attentatis*
reſponderunt.
Præmiſſa enim poſſeſſione decani, & capitu-
li, de qua abundè conſtat ex firmatis, tàm in
deciſione Illuſtriſſimi domini mei Decani diei
28. Junii 1702.; quàm in alterâ hac eadem die
1 coràm me edita: dari non poſſunt attentata
facti, niſi concurrat expreſſa judicis inhibitio
ſuper continuatione poſſeſſionis: cum autem
iſta in præſenti non adſit; benè potuerant
decanus, & capitulum, ejuſque officialis, citrà
vitium attentatorum, actus juriſdictionales
exercere, & in ſua poſſeſſione, seù quaſi conti-
2 nuare, ex regula, quod qui continuat, non
attentat; de qua *Rota deciſ. 70. num. 5., & per
tot. par. 14, deciſ. 101. num. 14. par. 19., in Colo-
nien. Beneficii ſuper attentati 27. Iunii 1696.
§. Potiſſimum coràm Illuſtriſſimo domino magno
Cancellario Mediolani, & in Leodien. Iuriſdictio-
nis ſuper attentatis 7. Martii 1701. §. Non urget,
& ſeqq. coràm Me.*
Neque relevat, quod ſi non intercedit ex-
preſſa, ſaltem tacita inhibitio non deſit, reſul-
3 tans ex introductione, & pendentia litis; tum
quia hæc non impedit exercitium illorum
actuum, qui non ſunt particulariter vetiti: tum
quia uſque quo lis pendet indeciſa ſuper alio
dubio manutentionis; vel ſaltem ſuſpenſa fuit
per interpoſitam appellationem; in certum eſt,
quinam actus poſſint per alterutrum ex colliti-
gantibus exerceri; & proindè omninò expe-
ctari debet exitus litis, ut eo mediante Capitu-
lum ſua prætenſione deſtituatur; & dignoſci
poſſit, quinam actus eidem ſint permiſſi: ne
aliàs indirectè per viam purgationis attentato-
rum, & incidenter decidatur cauſa ſuper altero
dubio manutentionis. Quod tantò minùs per-
mittendum eſt; cum archidiaconus ex permiſſio-
ne diſputandi cauſam ſuper meritis, nulla facta
4 mentione attentatorum, cenſeatur illis poſiti-
vè renunciaſſe; juxtà doctrinam *Angeli de Pe-
ruſio in l. & cui ff. de appell. recip.*, quem ſequi-
tur *Rota in Ferrarien. reſtrictionis Ghetti ſuper at-
tentatis 22. Aprilis 1697. §. finali coràm Me, &
in Bononien. Bonorum 2. Iunii 1698. §. Non ob-
ſtante coràm R. P. D. meo Priolo.*
Et ità, utraque &c.

WORMATIEN. CANONICATUS.

Mercurii 27. Iunii 1703.

ARGUMENTUM.
Patronus in caſu peremptionis dotis beneficii ab
ipſo conſtitutæ ad illius ſupplementum non
tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutio debetur habenti vocationem ad juſpa-
tronatus.*
2 *Enunciativæ ſimplices non probant.*
3 *Periculum nominis ceſſi per viam dationis in ſo-
lutum ſine obligatione evictionis ſpectat ad aſſi-
gnantem, non verò ad aſſignatarium.*
4 *Etiam ſi ex cauſa belli pareat.*
5 *Patronus non tenetur ad ſupplementum dotis jam
conſtitutæ in caſu peremptionis.*
6 *Et damnum cadit periculo Eccleſiæ, non patroni.*
7 *Exceptiones altioris indaginis reiciuntur in judi-
cio poſſeſſorio juris præſentandi.*

DECISIO CCLXXX.

INſtitutionem, quam ad canonicatum vacantem per obitum Erneſti de Schilder obtinere non potuit in partibus Henricus Chriſtianus de Galen, quamvis à Franciſco Wilhelmo patre præſentatus, conceſſit noſtrum Tribunal coràm R. P. D. meo Caprara; cujus ſententiæ vires cum in gradu appellationis coràm me examini fuerint ſubjectæ, DD. illam *confirmandam eſſe* cenſuerunt.

Sicùt enim de validitate minimè fuit dubitatum; ità & de juſtitia conſtitit: ex quo inſtrumentum fundationis juriſpatronatus fuit aliàs exhibitum; eodemque tempore de illius perti-
1 nentia favore Wilhelmi præſentantis doctum;
quibus concurrentibus inſtitutio denegari non poteſt; *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 3. n. 79., Rot. coràm Bichio decif. 106. num. 1., & dec. 264. num. 1., & in recent. dec. 152. num. 1. par. 5.* cum aliis adductis *in dec. edita coràm R. P. D. meo Caprara ſub die 15. Maii 1702. §. Conſtat enim*,

Quibus nequaquam adverſari viſa fuit unica exceptio, quæ in præterita inſtantia oppoſita fuerat; quod ſcilicèt cum pars dotis in fundatione canonicatui aſſignata, fuerit perempta; ex quo civitatis Hagonovien., contra quam dotantes ceſſerunt creditum favore Capituli, propter motus belli in illis partibus vigentes, effecta fuerit ad ſolvendum inhabilis: & per conſequens patronus non potuerit ad præſentationem devenire; nec ab eo præſentatus inſtitutionem obtinere.

Quoniam nec in rei veritate talis peremptio probatur; cum ad illam inducendam ſimplices
2 adducantur enunciativæ, quæ non ſufficiunt,
ut adverrit *deciſio R. P. D. mei Capraræ §. At quando*: attamen ubi quoque probaretur; placuit reſponſio, quod dùm Capitulum aſſignationem prædictam per viam dationis in ſolutum recepit, liberavitque ab omni evictione aſſignantes; tunc omne, & quodcumque dam-
3 num rei aſſignatæ ſuperveniens cedere debet
in perniciem aſſignatarii, non autem aſſignantis; non ſolùm ex regula generali, quod in his terminis periculum nominis ceſſi poſteà ſuperaccedens in ceſſionarii præjudicium vergit; *ad cl. Text. in l. Pupil § §. Sorori ff. de ſolut*, *Surd. conſ. 22. n. 33. tom. 1.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 527. n. 4. & ſeq.* ac in individuo diminutionis pro-
4 venientis ex cauſa belli per Capitulum allegata, advertit *Card. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 64. num. 5.* verùm etiam ex alio juris principio quod patronus poſt factam dotationem
5 nunquam ad illius ſupplementum in caſum peremptionis teneatur; ſed damnum eccleſiæ pe-
6 riculo cedat, non autem fundatoris canonicatus, ut probant *Lambertin. de jur. patron. lib. 1. par. 1. quæſt. 5. art. 8. num. 17.*, *Rota dec. 230. n. 5. par. 1. diverſ., & dec. 521. num. 2. par. 2. rec.*, & benè firmat *deciſio R. P. D. mei Capraræ §. Tantò fortiùs*.

In omnem autem caſum, cum negari non poſſit; quin hujuſmodi prætenſio ſuas habeat exceptiones altiorem requirentes indaginem; ad aliud judicium veniunt remittendæ; non autem in præſenti ſunt examinandæ; ubi de mera poſſeſſione præſentandi controverſia ſe habet: ut advertit *Rot. poſt Poſth. de manut. deciſ. 328. num. 8., & coràm Bichio dec. 621. n. 19.*, & benè *deciſio præſentis cauſæ §. Nec relevat cum ſequen.*

Et ità, unica tantùm &c.

FERRARIEN. BONORUM.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitate dationis in ſolutum receptæ à Tutore ex juribus creditoris ab ipſo dimiſſi; qui repelli potuiſſet ex juribus anterioribus pupillorum, & pro nonnullis partitis inſubſiſtentibus, & non juſtificatis; quamvis fuerit ratificata à minoribus, ſine tamen ſolemnitatibus, & prævia proteſtatione.

SUMMARIUM.

1 *Minores non poſſunt ſe obligare favore tutoris ſine interventu proximiorum de jure, & ex ſtatuto Ferrariæ.*

2 *Dotes vigore* auth. res quæ *anterioritatem deſumunt à die conditi fideicommiſſi.*

3 *Tutor omiſſis juribus pupilli creditorem dimittere non poteſt.*

4 *Neque ex illius juribus acquiſitis dationem in ſolutum reportare.*

5 *Tutor, qui de bonis adminiſtratis pupilli rationem non reddit, ſe creditorem pro integra ſumma ſui crediti conſtituere nequit.*

6 *Tutor ex fructibus bonorum adminiſtratorum de ſuo credito ſatisfactus præſumitur.*

7 *Tantò magis ſi de iſtis fructibus ſatisfactionem ſui crediti conſequi debere fuit conventum; à quo pacto recedere nequit.*

8 *Debita hæreditatis ſolvere non tenetur, qui eidem renunciavit.*

9 *Tutoris aſſertioni circa expenſarum verificationem non creditur.*

10 *Pupillus non tenetur ad fructus pecuniarum ad cambium acceptarum pro dimiſſione creditoris pro tempore, quo à tutore otioſe fuerunt retentæ.*

11 *Erroneitas partitarum valdè confert ad nullitatem dationis in ſolutum pro eis factæ.*

12 *Decretum à Iudice ex falſa cauſa interpoſitum eſt nullum.*

13 *Et diſtractio bonorum pupilli hoc modo facta pariter eſt nulla.*

14 *Ratificatio facta à minoribus ſine ſolemnitatibus, & ex falſa cauſa eſt nulla.*

15 *Fortius ſi præceſſerint proteſtationes ſuper nullitate talis ratificationis gerendæ.*

DECISIO CCLXXXI.

EX particulari conventione initâ cum bo. me. Marchione Laurentio Macchiavello in adminiſtrationem aſſumpſit cla. mem. Cardinalis Franciſcus Barberinus bona nuncupata: *del quinto*: ut ex eorum fructibus integram ſatisfactionem conſequeretur ſc. 22250, quæ Senatori de Lezze perſolverat pro debito dicti Marchionis: iſtoque interim defuncto, tutela Octavii, Gaetani, Philippi, & Franciſci Mariæ filiorum ad eumdem Cardinalem in gradu proximiorem declara

Digitized by Google

delata fuit ; qui hæreditatem Laurentii patris tanquam pupillis damnoſam repudiavit.

Verùm habita per Cardinalem relatione miniſtrorum, quorum fidei adminiſtratio præfatorum bonorum commiſſa fuerat, quod ex illis nulli, aut modici fructus quotannis percipiebantur ; curavit ; ut prò reſtitutione dictæ ſummæ Senatori ſolutæ ſibi datentur præfata bona in ſolutum ; prout Marchio Octavius inter fratres natu major ſub promiſſione de rato ſuorum fratrum abſentium ad ſtipulationem inſtrumenti devenit ; in quo calculatis ad creditum Cardinalis nedùm ſumma, ut ſuprà Senatori ſoluta, acpluribus aliis, quæ pertinebant ad hæreditatem Laurentii repudiatam ; verum etiam uſuris debitis pro pecuniis acceptis ad cambium ad præciſum finem dimittendi Senatorem ; quæve in banco per annum otioſæ extiterant ; iiſque omnibus contrapoſitis fructibus perceptis, & pecuniis rettactis ab aſſe Machiavello ; idem Cardinalis conſtitutus fuit creditor in ſc. 28238., pro qua ſumma illi data fuerunt inſolutum prænunciata bona *del Quinto* — de quibus in ſuo teſtamento diſpoſuit favore ſecundogenituræ domus Barberinæ ; eorumque uſumfructum prælegavit clar. mem. D. Taddeo Barberino nuper defuncto ; qui paſſus moleſtias ſuper illis in vim ſalviani interdicti ad inſtantiam nonnullorum creditorum anteriorum ; pro liberatione, contrà Philippum, & Franciſcum Mariam Fratres de Macchiavellis mandatum obtinuit ab A. C., & in gradu appellationis propoſito per me dubio ad formam commiſſionis — An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, ſeù potius de re judicata ? — à DD. *affirmativè quoad primam partem, negativè quoad ſecundam* reſponſum fuit.

Injuſtitia enim mandati, quæ cauſam dedit reſtitutioni in integrum ; provenit ex nullitate dationis in ſolutum, quæ præter defectum
1 interventus proximarum, ſine quorum præſentia tàm ex diſpoſitione juris communis, quàm municipalis civitatis Ferrariæ, actus prædictus à minoribus favore tutoris expleri nequibat ; reſultare viſa fuit, ex eo, quod apparet facta pro creditis vel inſubſiſtentibus, vel ſaltèm ad ſummam expreſſam non aſcendentibus.

Et ſanè factam fuiſſe pro creditis inſubſiſtentibus convincitur : dùm fuit ad illam deventum ad effectum dimittendi Senatorem de Lezze creditorem ſc. 22250. Marchionis Julii de Thienis antiqui poſſeſſoris bonorum *del Quinto* : ad quod nullo modo tenebantur pupilli, qui illa retinebant, & præſervare poterant à moleſtiis illatis, cum diverſis juribus dotalibus ; videlicèt Eleonoræ Sanvitalis pro ſumma ſc. 30. mil. auri longè anteriori credito ſenatoris ; nec non Laviniæ Piæ de Sabaudia fratrum de Macchiavellis aviæ, & Franciſcæ, ac Barbaræ amitarum, quæ in Eleonora eorum matre cum
2 propriiſmet juribus fuerant conſolidata : quæve uti innixa diſpoſitioni *auth. eſque* anterioritatem deſumentia à die conditi fideicommiſſi ; quibus vis creditoribus Julii, aliorumque gravatorum præferebantur ; ad notata *per Card. de Luca de Feud. diſc. 78. num. 7., Rota coram Seraph. deciſ. 693. num. 2., & ſeqq., coràm Bichio deciſ. 156. num. 25., & in rec. deciſ. 199. num. 11. parte 8.*

Et de facto hiſcemet juribus, illi de Thienis aliàs evitarunt executionem mandati à dicto Senatore reportati : quamobrem ità, & pari ra-
3 tione potuiſſet Cardinalis tutor : cui propterea non licuit omiſſa dicta defenſione creditorem dimittere ; & ex juribus acquiſitis curare,
4 quod ſibi fieret datio inſolutum, *l. Tutoris ff. de adminiſtr. l. final. Cod. eodem, Rot. coràm Coccino deciſ. 1338. num. 9, coràm Burat. deciſ. 568. num. 19., & coràm Bicchio deciſ. 158. num. 36.*

Ultrà quod etiam ab iſtis præſcindendo : nec
5 poterat ſe conſtituere creditorem pro dicta ſumma ſoluta ; niſi prius reddidiſſet rationem adminiſtrationis dictorum bonorum — *del Quinto*, — eorumque fructuum : ex quorum perceptione ſpatio novem annorum, vigebat præ-
6 ſumptio, quod de dicto ſuo credito ſatisfactus remanſiſſet ; *l. Peculium §. Præterea ff. de pecul. Afflict. deciſ. 13. num. 16., Rota coràm Dunoz. Jun. deciſ. 790. num. 9., coràm Buratt. deciſ. 429. num. 2., coràm Cerro deciſ. 86. num. 8., & coràm Pamphil deciſ. 569. num. 4.*

Tantò magis, quia in contractu initio cum Marchione Laurentio defuncto conventum fuerat ; quod dominus Cardinalis ex fructibus eorumdem bonorum, quorum adminiſtratio-
7 nem ad hujuſmodi effectum ſuſceperat ; ſeſe reimburſare teneretur : ideòque non poterat deindè mutato ordine conventionis, proprietatem diſtrahere in præjudicium pupillorum illa in ſolutum recipiendo ; *Bartol. in l. ſi Pupillo §. Item queritur verſ. habet ergò ff. de negot. geſt, Capyc. deciſ. 180. num. 4., Rocc. coll. 3221. §. undè in hoc.*

Accedit prædictis exceſſus dationis in ſolutum ; dùm illa facta legitur non ſolum pro dicto credito ſcutorum 22250. inſubſiſtenti ex prædictis ; ſed etiam pro aliis omninò indebitis : & primò pro ſc. 1049. debitis ab hæreditate Mar-
8 chionis Laurentii ; cujus tamen pupilli non fuerant hæredes, ob repudiatam, miniſterio ipſius Cardinalis tutoris, hæreditatem. Non attento quod triennio poſt talis error correctus fuiſſet per ſubrogationem aliarum partitarum, quæ in beneficium pupillorum ſupponuntur erogatæ : quia cum de earum exiſtentia, & veritate nullum exhibitum fuerit documentum,
9 ſimplici aſſertioni tutoris ſtandum non erat ; *l. citata magis puto §. In primis igitur ff. de rebus minor. Matic. de Tacit. lib. 4. tit. 6. num. 8., Dec. conſil. 403. num. 12., Roland. conſ. 33. num. 3. lib. 1., Rot. coràm Merlin. deciſ. 444. num. 9. 10., & coràm Priolo deciſ. 88., & in rec. deciſ. 190. num. 10 par. 8.*

Verùm etiam quia ad damnum pupillorum calculari fuerunt fructus pecuniarum, quas Cardinalis nomine proprio acceperat ſub uſu-
10 ris, ad effectum dimittendi Senatorem pro eo tempore, quo in banco per annum extiterant otioſæ : quod utique fieri non poterat ; quoniam, omiſſo, quod non debuiſſet ità in longum per annum protrahi ſatisfactio creditoris ; nàm ſi illicò fuiſſet dimiſſus ; utique pecuniæ non ſtetiſſent otioſæ : dum ad damnum pupil-

lorum fuerunt adnotati fructus Senatori debiti,
non poterant pro aliis acceptis ad cambium à
Cardinali debitores conſtitui; nàm aliàs pro
eodem, & unico debito duplicem uſuram per-
ſolviſſent, ſenatori nempè, & Cardinali; quæ
11 quidem partitæ erroneitas valdè confert ad nul-
litatem dationis in ſolutum; *l. ſi non ſortem §. ſi
Cenſum ff. de condit. indebit., Tiraquell. de retract.
conſanguin. §. 23. gloſſ. 3. num. 25., Gratian. di-
ſcept. 162. num. 33., Rota coràm Coccin. deciſ. 841.
num. 1., & ſeqq.*

Ex quibus omnibus in conſequentiam reſul-
tat; quod decretum à judice interpoſitum ſuper
12 hac datione in ſolutum dicatur ex falſa cauſa:
ità ut ex hac ratione diſtractio rerum pupilla-
13 rium inſanabili nullitatis vitio laborat; *l. Lex,
quæ Tutores §. Idm ergò Cod. de adminiſtr. tute.,
& toto titul. C. de rebus minor.; Corn. conſ. 207.
num. 2. lib. 3., Peregr. conſ. 83. num. 9. lib. 1.,
Staiban. reſolut. 30. num. 2., Rot. coràm Mer'in.
decis. 444. num. 1.*

Non obſtant ratificationes dationis in ſolu-
tum, quæ factæ fuerunt à fratribus de Mac-
chiavellis minoribus; tum quia factæ fuerunt
14 tempore minoris ætatis ſinè ſolemnitatibus,
& cauſa ad id requiſitis: tum quia, cum rati-
15 ficationi præceſſerint proteſtationes ſuper nul-
litate actus gerendi; ex eis quodcumque jus
pupillorum illęſum, & intactum remanſit; *l. ſi
Debitor §. 1. ff. quibus modis pign., vel hypothe-
ca ſolvitur, Dec. conſ. 42. in fin. Sur. l. de aliment.
tit. 9. quęſtione 26. num. 135., Gratian. diſc. fo-
ren. cap. 730. num. 11.*

Et ità, unica &c.

FERRARIEN BONORUM SUPER
MANUTENTIONE.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM
habes in Summario.
Adeſt infra dec. 344. cum aliis ibidem adnotandis.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio in omnibus debetur ſpoliato cum man-
dato longè excedenti debiti ſummam, & n. 5.*
2 *Exequutionem paſſus poteſt agere pro tota ſum-
ma, qua à creditoribus fuit privatus.*
3 *Secus quando non eſt evicta in proprietate.*
4 *Spoliatus bonis petens, & obtinens liberationem
à moleſtiis, non verò mandatum pro evictione,
aut traditione rei liberæ, obtinere non poteſt niſi
ſummam, pro qua verè moleſtiæ ſunt illatæ.*

DECISIO CCLXXXII.

SUper bonis villæ nuncupatæ del -- *del Quinto* --
valoris ſcutorum 28. mil. aliàs à DD. Mar-
chione, & fratribus de Macchiavellis in ſolu-
tum datis clar. me. Cardinali Franciſco Bar-
berino Epiſcopo Hoſtienſi; moleſtias intule-
runt Guerrini, & Juliani creditores duorum
cenſuum, alterius ſcutorum 4400., alterius
verò ſcutorum 6000. Cùm autem clar. me. Tad-
deus Barberinus præfati Cardinalis hæres, ut
ſe ab illis liberaret, judicium coràm A. C. in-
ſtituiſſet contrà fratres de Macchiavellis; fa-
vorabile mandatum reportavit expeditum pro
ſumma ſcutorum 28238., quod illo defunctò,
ad inſtantiam Eminentiſſimi D. Carardinalis
Franciſci Barberini ſucceſſoris executioni de-
mandaratum fuit, ſuper bonis Ferrariæ exi-
ſtentibus ipſorum de Macchiavellis, cum ſuc-
ceſſiva eorum ſubhaſtantione, & deliberatio-
ne. Appellantibus tamen fratribus de Mac-
chiavellis; mihique appellationis cauſa dele-
gata ſuper validitate prædictæ ſubhaſtationis;
curarunt ſubſcribi dubium -- *an, & cui ſit dan-
da manutentio?* -- quod hodiè propoſui unà
cum altero ſeparato ſuper negocio principali,
ad partes diſputato: & DD. *manutentionem
dandam eſſe fratribus de Macchiavellis*, reſpon-
derùnt.

Etenim cum moleſtiæ, quæ illatæ fuerunt à
Guerrinis, & Julianis creditoribus cenſuum ſu-
per bonis in ſolutum datis non excederent
ſummam ſcut. 10400.; pro iſta tantùm, non
autem pro majori, & exorbitanti quantitate
ſcut. 28238. mandatum expediri; multòque
minus executioni demandari, & ad bonorum
1 executatorum ſubhaſtationem deveniri porte-
rat: quapropter dùm ſtante hujuſmodi nota-
bili exceſſu, actus ſubhaſtationis remanſit
omninò nullus, & ſpoliativus; negari non po-
teſt; quin tale ſpolium paſſis manutentio con-
cedi debeat; *Rot. coràm Dunoz. jun. deciſ. 364.
num. 1., & in recent. deciſ. 674. num. 1. par. 1.,
& deciſ. 506. num. 2. par. 13., & deciſ. 508.
num. 15. par. 14.*

Nec obſtat, quod ex quo creditores mole-
2 ſtias intulerunt interdicto ſalviani, integra
bona occupando, benè potuerit contrà fra-
tres de Macchiavellis agi ad totum pretium
eorumdem bonorum, quorum poſſeſſione
Eminentiſs. Barberinus privatus remanſerat;
3 etenim dùm certum eſt; quod bona in pro-
prietate non fuerunt evicta; & poſſeſſionis
avocatio reſtricta erat ad ſummam ſc. 10400.;
quoties Eminentiſs. poſſeſſor non inſtetit ju-
dicialiter ad evictionem, nec pro traditione
rei liberæ; ſed dumtaxàt petita fuit liberatio
4 à moleſtiis: & ab A.C. relaxatum fui manda-
tum pro ſumma illarum occaſione debita;
nequibat ſubindè expeditio fieri pro ſcutis
28238., ad quam ſummam non extendeban-
tur moleſtiæ, nec ipſa petitio, ut egregiè in
terminis reſpondendo hiſcemet objectis, ad-
vertit *Rot. deciſ. 30. n. 5. 8. cor. Buratt., & de-
ciſ. 70. num. 6. coràm Duran., & deciſ. 291. n. 3.
verſ. Quod autem coràm Merlin., & deciſ. 441.
num. 5., & ſeqq. coràm Ubaldo.*

Et ſane ſi fratres de Macchiavellis habuiſ-
ſent in promptu pecunias, & ſolviſſent illam
quantitatem, pro qua moleſtiæ exortæ fue-
rant; utique quidquam aliud prætendi non
potuiſſet: & petitioni ſatisfactum fuiſſet: un-
dè cum deliberatio facta fuerit pro ſumma
longè majori; & ſic ultrà id, quod intererat;
nimis ad oculum convincitur nullitas, & ex-
ceſſus; per quem locus eſt omnium geſtorum
revocationi, & manutentioni reſpectivè favo-
re ſpoliatorum; *Rot. d. deciſ. 30. num. 7., &
8. coràm Buratt. cum aliis ſuprà in his præciſis
terminis allegatis.*

Et

Et ità, altera tantùm parte informante, reſolutum fuit, omnibus DD. ſuffragantibus &c.

ROMANA, SEU SAVONEN. SUCCESSIONIS SUPER RESERVATIS.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM

Quia diverſa tractantur habes in Summario. Adſunt ſupra dec. 113. & 146.

SUMMARIUM.

1 *Verba* -- per reſto -- *integram præcedentem ſolutionem denotant.*

2 *Libri privati bancherii adminiculati fidem omnino faciunt.*

Præſertim ſi rem veroſimilem contineant.

3 *Creditor indigens non præſumitur exactionem crediti adeò ſerò differre.*

4 *Partitæ Sacri Montis Pietatis probant etiam contra Tertios.*

5 *Legata in teſtamento relicta ex lapſu temporis, & non inſurgentia legatariorum, & aliis adminiculis adjunctis, concludenter ab hærede ſatisfacta probantur.*

6 *Credita hæredis non dicuntur turbida, quandò commodè reddi poteſt ratio hæreditatis.*

7 *Et præcipue cum hæres hoc facere ſe promptum exhibet.*

DECISIO CCLXXXIII.

POſt immiſſionem fratribus de Ferreriis conceſſam ad quatuor uncias hæreditatis Lauræ Paverſiæ, admiſſa dumtaxàt favore Baronis Gavotti poſſeſſoris retentione legitimæ in triente debitæ Carolo Gavotto; cui ſucceſſerat Angelus: & è converſò rejecta prorſus prætenſione trebellianicæ, ut in *deciſionibus editis cor. me ſub diebus 4. Decembris 1699.*, & 14. *Iunii* 1700. fuit per eumdem Baronem Angelum oppoſita retentio pro aliis debitis ab ejus authore ſolutis; quorum examen, cùm fuerit particulari dubio reſervatum; hodiè verò illis ad trutinam revocatis, ſub dubio quæſivi -- *An, & quæ detractiones quantitativæ competerent?* -- *eas competere juxta modum*, mox exprimendum, fuit reſolutum.

Primò igitur admiſſa fuit retentio pro ſcutis 3000. auri $\frac{i}{n}$, quæ Laura fideicommittens promiſerat Hieronymæ; ut inter partes non controvertitur pro augumento dotis; conſtat enim abundè de illius ſolutione ex libris fratrũ de Syriis; in quibus deſcripta legitur ſolutio ſcutorum 1300. auri *per reſto* ſcutorum 3000. ſimilium datis Hieronymæ à Laura matre promiſſorum: ex qua dubitari non poteſt de integra totius ſummæ ſolutionis; attentis illis
1 verbis *per reſto*, quæ præcedentem ſolutionem præſeferunt; *ad Text. in l. ſi ex pluribus 89. ibiq. Gloſſ. in verb. reliquum ff. de ſolut. morient., Bero. conſ. 192. num. 2. lib. 1., Henriq. de Fidejuſſ. cap. 20. §. 21. num. 23., Rot. dec. 316. num. 3. par. 19. rec.* & licèt præfati libri à privato Bancherio con-
2 fecti ſint; nihilominùs in ſubjecta materia ob facti peculiares circumſtantias, ex quibus recipiunt maximum adminiculum; veniunt omninò attendendi: advertendo, quod rem veriſimilem ex lapſu longi temporis cum acquieſcentia creditoris contineant; ut probant *Poſth. de manut. obſerv. 35. num. 29., Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec. 405. num. 3., Adden. ad Buratt. dec. 119. num. 10., & coràm ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 55. num. 3., & in recent. deciſ. 643. num. 7. par. 18.*

Præſertim cum ipſemet Ferrerius eſſet perſona pecuniarum indigens; ex quo onera matrimonialia ſpatio ferè octuagita annorum ſuſtinuit; plurieſque à quodam Carolo Gavotto promittentis hærede, alias pecunias mutuò recepit: propterea, ſtante ſupradicta indigentia,
3 non eſt credendum; quod crediti ſupradictæ dotis exactionem tàm ſerò diſtuliſſet; vel quod pecunias in extinctionem proprii crediti non recepiſſet; *Pariſ. conſ. 83. num. 26. lib. 3., Menoch. conſ. 457. num. 1. 6. & 12., & de præſumption. præſumpt. 135. num. 191. lib. 3., Afflict. deciſ. 13. num. 15. verſ. Quia reſpondetur, Surd. dec. 105. n. 3., Rot. coram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ. 205. num. 16.*

Secundò pariter conceſſa fuit retentio pro alio augumento dotis Mariæ à præfata Laura promiſſæ: & res clarior apparet; quia de obligatione ejuſdem fideicommittentis etiam reſpectu iſtius apertè conſtat: & inſuper ſolutio juſtificata remanet ex partitis Sacri Montis
4 Pietatis, quas probationem facere etiam contrà tertios dubitari minimè valet; ut firmavit *Rot. coràm Dunoz. jun. dec. 603. num. 3., & coràm Celſo dec. 808. num. 10., & in rec. dec. 223. n. 8. par. 11., & dec. 703. num. 18. par. 18.*

Tertiò demùm viſa fuit omninò debita detractio pro legatis relictis per dictam Lauram, & pro expenſis in ejuſdem Lauræ funere factis.
5 Poſito namque eorum debito ex teſtamento reſultante, illorum ſatisfactio eodem modo præſumenda venit, non ſolùm ex lapſu temporis; ſed etiam ex quo legatarii pro eorum ſolutione non urgent: quæ ſanè circumſtantiæ ſimul junctæ cum libris domus Gavottæ, & ex ejuſdem Caroli opulentia, plenam videntur præbere probationem ſolutionum; *Conciol. allegat. 11. n. 18., Gob. conſult. 68. num. 12. Roce. diſput. jur. ſelect. d. cap. 115. num. 5., Surd. dec. 105. num. 1. & ſeqq., Rot. in Romana redditionis rationis 4. Iunii 1692. §. Qualitas coràm bon. mem. Urſino, & in Romana pecuniaria ſuper juramento in litem 11. Maii 1699. §. Secunda coràm R. P. D. meo Muto.*

Prædicta verò omnia obumbrari nullo mo-
6 do valent ſub prætextu non redditæ rationis per Gavottum; quoniam cùm id commodè ab eodem expleri valeat ob exiſtentiam inventarii; dici nequit exindè; quod detractiones evaſerint indebitæ, ut advertunt *Decian. conſ. 57. num. 18. & ſeq. lib. 1., Gob. conſult. 68. num. 7. & 8., Rota in Terracinen. manutentionis 23. Ianuarii 1697. §. Non dicamus coram R. P. D. meo Priolo*: tantoque magis, quia idem Baro Ga-
7 vottus ſe promptum exhibet ad reddendam rationem, quoties ad illam vocatus fuerit.

Et ità omnium DD. ſuffragio reſolutum fuit, utraque &c.

RO-

ROMANA CAMBIORUM,

Lunæ 2. Julii 1703.

ARGUMENTUM
præbetur à Summario.
In hac cauſa habes ſupra dec. 24. & 233.

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio omnium adiacentium domus conce-
dendaeſt creditori à debitore habente faculta-
tem ſubhaſtandi, & deliberandi omnia ſua
bona.*
2 *Nec debitor poteſt reclamare.*
3 *Nec dicta domus adiacentia poteſt alienare, &
quare?*
4 *Contra tertium exequutive procedi nequit.*
5 *Fallit cum bona fuerunt empta cum vitio liti-
gioſi.*
6 *Et cum præcedenter venditor conſenſum dederat
creditoribus, ut ea ſubhaſtarentur.*
7 *Controctus facti de bonis ceſſis ex diſpoſitione*
ſtatuti Urbis cap. 114. *præſumuntur ſimulati,
& ſunt ipſo jure nulli.*
8 *Præcipuè ſi alter contrahens ceſſionis ſcientiam
habebat,*

DECISIO CCLXXXIV.

MAndatum ab A. C. contrà Viganorum re-
laxatum favore hæredum quondam Chri-
ſtophori Ubaldini, & deinde coram R. P. D.
meo Priolo, & poſteà coràm me confirmatum;
fuit tandem ſuper domo magna in Civitate
Albani exiſtente executioni demandatum; 1
ſed cum non potuerit ad deliberationem deve-
niri; eò quia compertum extitit, quod dictus
Viganorus interim tinellum, & nonnulas per-
tinentias ejuſdem palatii vendidit; ideò ad in-
ſtantiam præfatorum hæredum examinandum
dedi dubium -- *An ſit procedendum ad ulteriora
in ſubhaſtatione, & deliberatione domus unà cum
tinello, & medianinis, aliiſque membris &c. --
& affirmativa* prodiit reſolutio.
Suppoſitis namque exiſtentia crediti hære-
dum Ubaldini tot judicatis canonizati, ac
conſenſu Viganori cum facultate creditoribus
1 conceſſa ſubhaſtandi, & deliberandi omnia
ſua bona coràm quocumque judice; *ut in Sum-
mario dictorum hæredum num.* 1.; utique con-
cedenda venit deliberatio integræ domus cum
omnibus pertinentiis per debitorem alienatis;
Surd. conſ. 248. *num.* 12., *& ſeqq., Poſth. de ſubhaſt.
inſpect.* 38. *num.* 33., *Rot. poſt eumdem deciſ.* 56.
num. 11., *& ſeq., & coràm Merlin. deciſ.* 339.
num. 7. *&* 8.
Nec adversùs illam reclamare valent Viga-
norus, & Saltini; cum utriuſque oppoſitio fa-
2 cili reſponſione deſtruatur: & quidem non pri-
mus, cum iſte conſenſum præſtitiſſet delibera-
tioni propriorum bonorum ad favorem credi-
3 torum; non poterat poſteà vendere tinellum
cum aliis adiacentiis: & ſic difficilem reddere
venditionem palatii; quoniam hoc eſſet quo-
dammodò venire contrà factum proprium da-
tionis in ſolutum factæ creditoribus: quod
non eſt unquam permittendum; *Text. in l. poſt
mortem ff. de adopt., Natt. conſ.* 214. *num.* 2. *lib.* 1.,
Surd. conſ. 284. *num.* 5., *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 817.
num. 6., *Rot. deciſ.* 110 *num.* 6. *par.* 2. *diverſ.*
Neque meretur audiri ſecundus; quamvis
ipſe pro ſe habeat inſtrumentum venditionis
reportatæ ab eodem Viganoro de controverſis
pertinentiis domus jã executatæ: & conſequen-
4 ter contrà eum, uti tertium non ſit executivè
procedendum; attamen dùm penès ipſum bo-
5 na prædicta cum vitio litigioſi tranſierunt;
evitare nequit; quin contrà ſe executivè pro-
6 cedi poſſit; nedùm ob præcedentem conſenſum
præſtitum per Viganorum ſubhaſtationi, &
deliberationi favore creditorum; ut magiſtra-
liter *Rot. coràm Duran. deciſ.* 364. *num.* 12. 13.
& 14., ſed etiam, quia tempore dationis in
ſolutum Viganorus bonis ceſſerit ex diſpoſitio-
ne ſtatuti Urbis cap. 114., & contractus poſteà
7 facti de bonis ceſſis præſumuntur ſimulati: &
ſic remanent ipſo jure nulli; *l. ſi tutor petitus C.
de pericul., & commod. Tutor., Rebuff in tract.
de præcon., & licitation. art.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 16.,
& optimè *Fenzon. ad ſtatut. Urbis ad d. cap.* 114.
num. 5., *Giurba deciſ.* 62. *num.* 12., *coràm Mantic.
deciſ.* 218. *num.* 10., *& coràm Duran. d. dec.* 364.
8 *num.* 14. *in fin.*, attenta præcipuè ſcientia Sal-
tini ceſſionis per Viganorum factæ.
Tandem ea omnia, quæ Viganorus opponit
circà ſpolium ab ipſo paſſum in hac ſubhaſta-
tione, non videntur præſentis indaginis: &
proinde illis rejectis procedendum erit ad ul-
teriorem legitimam executionem.
Et ità, utraque,

AVENIONEN. SEU VASIONEN. PRIMOGENITURÆ SUPER CAUTELA ANGELI.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM.

Bonà de pertinentiis alicujus Caſtri fideicom-
miſſo ſuppoſiti, fideicommiſſaria pariter ſunt,
& quomodò de Caſtri pertinentiis eſſe proben-
tur? Confeſſio veniens in neceſſariam conſe-
quentiam æque operatur, ac eſſet clara.

SUMMARIUM.

1 *Bona de pertinentia Caſtri ſuppoſita dicuntur fi-
deicommiſſo, quo caſtrum fuit gravatum.*
2 *Retentionem prætendens contra alium, qui ex
claro titulo immiſſionem petit, debet incontinen-
ti plenè, & concludenter ſua jura probare.*
3 *Molendini pertinentia ad caſtrum ex quibus pro-
betur?*
4 *Etiam ſi non ſit in ejuſdem territorio.*
5 *Bona primogenialia eſſe confitentur, qui eorun-
dem onera ad primogenitos reiciunt.*
6 *Confeſſio etiam ſi non clara, quando venit in ne-
ceſſariam conſequentiam, operatur,*
7 *Fortius ſi factis comprobetur.*
8 *Contra propriam confeſſionem quis venire nequit.*
9 *Bona de pertinentiis Caſtri dicuntur, ſi in affictu
Caſtri cum ſuis pertinentiis hæc fuerint compre-
henſa.*
10 *Bona, quæ conſtat ſub fideicommiſſo extitiſſe, non
ideò libera dicuntur, quia ab aliis fuerunt reten-
ta,*

ta, niſi probetur legitimè diſtracta.
11 *Et tunc poſſeſſio legitimum, & habilem titulum non probat.*
13 *Probationes turbidæ in ſummariſſimo judicio non admittuntur.*

DECISIO CCLXXXV.

PEtierat Maria Magdalena Pellettier in vim
cauthelæ Angeli retentionem molendini de
Malauſſena, & villæ de Degoutaud ex juribus
Henrici, & Margaritæ ſuorum auctorum coràm
R. P. D. meo Muto; ſed per ſententiam fuit ei
denegata: quamobrem in gradu appellationis
coràm me pro illa iterùm inſterit; ſed obtinere
non potuit; quia DD. propoſito de more du-
bio; *ſententiam Rotalem eſſe confirmandam* reſpon-
derunt.

Validitas ex actis; juſtitia veró ſatis reſulta-
te viſa fuit; ex quo conſtitit præfata bona eſſe
ſubjecta fideicommiſſo per Henricum ſeniorem
de Roviliaſco ordinato; quod licèt videatur re-
ſtrictum ad caſtrum de Albaruffo; tamen cum
eadem controverſa bona ſint de pertinentiis il-
1 lius; dicuntur ſub eodem fideicommiſſo com-
prehenſa; ut latè firmat *deciſio præcedentis in-
ſtantiæ edita coràm R. P. D. meo Muto*: quamo-
brem, ſicut ex indè convincitur bonum jus
actoris; qui immiſſionem obtinuit; ità è con-
verſo remanet ſinè ulla juſtificatione titulus li-
2 bertatis à Maria pro retentione allegatus: cum
tamen de eo debuiſſet in continenti per plenas,
& concludentes probationes doceri; ad tradita
*per Ridolph. in prax. par. 1. cap. 9. num. 28. Rot. co-
ràm Peuting. deciſ. 147. num. 3., coràm Cerr. de-
ciſ. 97. num. 13., in rec. dec. 397. num. 19. par. 18.,
& in Romana fideicommiſſi Ioannis Petri ſenioris
de Caffarellis ſuper cautela Angeli 5. Iunii 1699.
§. finali coràm me.*

Et ſanè, quod molendinum ſit de pertinen-
tiis dicti caſtri, plenè juſtificatur; ex quo ad il-
lud omnes habitatores caſtri accedere tenen-
3 tur; fuitque ab omnibus Baronibus uti primo-
geniale poſſeſſum; & tamquam tale enuncia-
tum ſit in ſententia lata de anno 1661., præter
alias probationes allatas in dicta deciſione
R. P. D. mei Muti: quæ remanere non poſſunt
eliſa ex objecto; quod præfatum molendinum
4 poſitum ſit in territorio Malauſſene; & uti libe-
rum in hereditate Henrici junioris repertum
fuit: quoniam non eſt habenda ratio ſituationis;
dùm conſtat eſſe baronale dicti caſtri; cùm in-
colæ illius in eo molere teneantur: & licèt re-
manſerit in hæreditate dicti Henrici junioris;
tamen apparet deſcriptum fuiſſe in ejus inven-
tario inter cætera bona ſubjecta fideicommiſſo,
ſeù primogenituræ antedicti Henrici ſenioris;
ut in ſumm. Ioſephi præteritæ propoſitionis n. 1.

Sinè difficultate, quia præter ſupradicta con-
cludentem probationem dedit confeſſio ejuſ-
modi Mariæ Magdalenæ, modò libertatem al-
legantis. In tranſactione enim inita cum Lu-
cretia de Seguins, retinendo bona fideicommiſ-
ſaria, nomine ejuſdem Lucretiæ, ſe obligavit
illi ſolvere annuas libras 67390., adjecta con-
ventione, quod ad ſolutionem canonis pro di-
5 cto molendino teneretur Lucretia: hinc enim
benè convincitur; quod tanquam primoge-
niale fuit conſideratum; nàm aliàs nimis im-
proprium fuiſſet; poſſeſſorem fideicommiſſi ta-
li onere gravare. Non obſtante quod non fue-
6 rit explicitè dictum, iſtud corpus eſſe fideicom-
miſſo obnoxium; quoniam ex prædictis venit
in neceſſariam conſequentiam; & ſat eſt fuiſſe
7 implicitè expreſſum: tanto magis, quia deinde
in executionem dictæ tranſactionis de hoc mo-
lendino tanquam fideicommiſſario Maria
Magdalena poſſeſſionem nacta fuit: cumque
ex iſtis clara emergat illius confeſſio; nequit in
8 præſenti ab eadem, fideicommiſſaria qualitas
impugnari; *Rot. cor Roy. dec 158. n. 7., cor Coc-
cin. dec. 120. n. 2. in rec. dec. 299. n. 4 par. 11.*

Reſpectu veró villæ de Goutaud non ſolùm
concurrunt ea omnia: quæ mox pro compræ-
henſione molendini fuerunt recenſita; ſed etiam
9 animadverſum fuit; quod in affictu caſtri cum
ſuis pertinentiis anno 1588. expleto, ſpecifi-
cè nominantur bona præfatæ villæ; *ut in dicto
ſumm. num. 7.*

Nec qualitas fideicommiſſaria excludi va-
let ex poſseſſione pluribus comprobata; quam
retinuit penes ſe Franciſcus Farier omninò ex-
traneus: & ad fideicommiſſum nullo modo vo-
catus; qui deindè villam anno 1684. vendidit
Margaritæ; à qua cauſam habet Maria Magda-
lena. Quoniam, ultrà quod etiam de tempo-
re, quo dictus Farier illam poſſidebat, legun-
tur in margine libri æſtimi adnotata verba, ibi:
tiene il Sig. Barone d' Albaruffo: quæ indicant
connexionem cum caſtro; res ponitur in claris;
10 ex quo poſita probatione à principio, quod
eſſet fideicommiſſo ſubjecta; debuiſſet deindè
per Mariam Magdalenam oſtendi: quod illa
fuerit legitimè diſtracta, & à præfato fideicom-
miſſo ſeparata: cum ad iſtum effectum non ſuf-
ficiat poſſeſſio dicti Farier. Stant enim benè ſi-
11 mul; quod ille poſſederit, collectas ſolverit,
aliaque geſſerit: & tamen non conſtet ea geſſiſ-
ſe titulo habili, & legitimo.

Idque adeò verum eſt: ut ipſa Margarita
emptrix de ea poſſeſſionem acquiſiverit nomi-
ne Mariæ Magdalenæ tanquam de pertinentiis
caſtri, & fideicommiſſo ſubjecta: quam poſſeſ-
ſionem etiam ipſa Maria Magdalena approba-
vit: ità ut recurrant ea omnia; quæ ſuprà de
hac eadem confeſſione reſpectu molendini fir-
mata fuerunt; & per conſequens vel ex prædi-
ctis omninò ceſſat libertas bonorum contrà tot
probationes, & propriam confeſſionem allega-
12 ta; vel negari non poteſt; quin ſaltem rema-
neat turbida; ut nequaquam in hoc ſummariiſ-
ſimo judicio veniat attendenda ſub prætextu
cautelæ Angeli; *Rot. coràm Bichio deciſ. 297.
num. 12., & coràm Cerro deciſ. 813. n. 9., & rec.
dec. 613. n. 1. par. 18.*

Et ità, utraque &c.

TUDERTINA FIDEICOMMISSI SUPER ARTICULIS.

Lunæ 19. Novembris 1703.

ARGUMENTUM.

Admittuntur articuli ad probandam per Teſtes informatos impotentiam generandi in prætenſo patre poſt ejus obitum, ut concludi poſſit illegitimitas.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Articuli non reiiciuntur in cauſa proſana, cum ſunt relevantes.*
2 *Legitimitas excluſa remanet cum conſtat de impotentia præſenti patris.*
3 *Illegitimus admitti non poteſt ad fideicommiſſum, in quo legitimi tantum invitantur.*
4 *Articuli ad cauſam facientes non ſunt rejiciendi.*
5 *Articuli impoſſibiles probatu, & objectivi non admittuntur.*
6 *Impotentia ad generandum poteſt probari poſt obitum per teſtes.*
7 *Articuli licèt objectivi, cum ſunt de jure dantis, admittuntur.*
8 *Articuli admittuntur ſine retardatione &c.; nè judicium immiſſionis retardetur per probationes altioris indaginis.*

DECISIO CCLXXXVI.

PEtrus Michaelis ceſſionarius ven. monaſterii
S. Marthæ, ut evitaret immiſſionem, quæ
contra d. monaſterium conceſſa fuerat ſororibus de Sciugatroſiis ex titulo fideicommiſſi aviti;
exhibuit in actis articulos ad probandum,
quod Marcus Antonius earum pater non eſſet
legitimus; ex quo licèt ſupponeretur ortus à Sebaſtiano in figura matrimonii; tamen id verificari non poſſit: cum ille eſſet ad ſobolem ſuſcipiendam inhabilis: quapropter propoſita hodiè cauſa, DD. *pro illorum admiſſione*, reſponderunt, ſinè tamen retardatione proceſſus cauſæ.

Reſolutioni aſſiſtebant regulæ in hac materia notiſſimæ; quod ſcilicet verſemur in cauſa
prophana; & articuli ſint relevantes: quibus
1 concurrentibus non ſolet eorum admiſſio denegari; ad notata per *Rot. in Cæſenaten. Dotis ſuper Remiſſoria 9. Maii 1695. §. Quibus coràm R.P.D. meo Scotto, & in Senogallien. Pecuniaria ſuper Remiſſoria 17. Iunii 1700. §. Principali coràm R.P.D. meo Tremoille.*

Et ſanè de relevantia dubitari non poteſt; data enim inhabilitate Sebaſtiani; excluſa rema-
2 net legitimitas Marci Antonii actricum Patris:
& ſic ipſæ Sorores tanquam ab illegitimo de-
3 ſcendentes incapaces eſſent ſuccedendi in Fideicommiſſo; ad quod ſoli legitimi, & natu-
4 rales vocantur: ideòque articuli tanquam ad
cauſam profuturi, non poterant non admitti;
ut firmavit *Rot. in Colonien. Paſtoratus 23. Martii 1699. §. Non ſubſiſtente coràm R.P.D. meo Tremoille, & in Avenionen. Primogenituræ, ſeu Concurſus 26. Martii 1703. § Relevantia coràm R.P.D. meo Muto.*

Non relevante exceptione; quod impoſſibi-
5 le ſit probare dictam impotentiam Sebaſtiani
poſt illius obitum: quodque in omnem caſum
articuli tanquam objectivi, & directi ad probandam illegitimitatem prolis, non ſint admittendi: quo enim ad primam, ſatisfecit animad-
6 verſio; quod hìc agitur de probatione facienda per teſtes optimè informatos etiam de viſu
ſuper qualitate ejuſdem Sebaſtiani, illiuſque
morbo, dùm viveret; ità ut nihil referat, quod
de ea deponant poſt illius obitum; ad notata
per *Zacch. quæſt. Medicolegal. tom. 1. lib. 3. tit. 2. quæſt. 8. num. 12.* quo verò ad ſecundam, cum
articuli primario exhibeantur ad promovendum jus proprium Monaſterii, ejuſque ceſſionarii: quorum neceſſariam defenſionem reſpiciunt; admitti ſolent licèt objectivi ex ſtylo
7 noſtri Tribunalis; quoties concurrit fumus
materiæ articulatæ; quia dicuntur iſto caſu de
jure dantis; ut firmavit *Rot. coràm Pentinger. deciſ. 25. num. 12., & recent. deciſ. 661. num. 2. par. 2.*

Ne autem hujuſmodi immiſſionis judicium
8 retardaretur per exceptiones altiorem indaginem requirentes, & in continenti non probatas; cujus naturæ eſt ea; quæ modò promovetur; DD. ex praxi, quæ inolevit in hoc Sac.
Tribunali, articulos admiſerunt ſine retardatione; ut ſignanter videre eſt in *dec 585. n. 12., & ſeq. par. 5. tom. 2., & deciſ. 53. num. 25. coràm ſa. mem. Alexandro VIII., & in Burgen. Panis ſuper remiſſoria 10. Martii 1698. § fin. coràm R.P.D. meo Plo, & in Bononien. Immiſſionis ſuper remiſſoria 1. Iulii 1699. §. fin. coràm R.P.D. meo Muto.*

Et ità, utraque &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Lunæ 26. Novembris 1703.

ARGUMENTUM.

Unus de Collegio ad quod jus nominandi ſpectat, ſi in nominationis actu ſit contemptus, ſi proteſtetur, & poſtea litem non intentet intra legitima tempora nec proſequatur, non irritatur nominatio. Quænam falſa narratio obreptionem non cauſetur. Et quando cauſa dicatur tacitè ante ſententiam deſerta.

SUMMARIUM.

1 *Habens litteras Apoſtolicas anteriores in tempore eſt præferendus.*
2 *Eligendo à collegio ſufficit à majori parte eligi.*
3 *Coadiutor in collegio, ad. quod nominatio ſpectabat, vocem non habet.*
4 *Unus de collegio contemptus in nominatione ſi proteſtetur, & poſtea cauſam nec introduxit, nec proſequutus fuit illam non invalidat.*
5 *Quod procedit etiam cum intra legitima tempora non compareat ad exponendam ſui contemptus exceptionem.*
6 *Quæ ei ſolùm competit.*
7 *Obreptitia gratia redditur per eam narrativam ſolùm, quæ eſt doloſa, aut reticetur aliquid propter quod Summus Pontifex aut gratiam non conceſſiſſet, aut difficilius.*
8 *Obreptionem non cauſantur expreſſio, quæ difficiliorem gratiæ impetrationem non reddit, &* n. 10.
9 *Iuripatronatui Eccleſiaſtico facilius Papa derogat, & quare?*
11 *Papa facilius conceſſurus, præſumitur, quod minus eſt ſi conceſſit, quod majus eſt.*
12 *Litteræ Apoſtolicæ juſtificatæ ſunt exequendæ.*
13 *Cauſa non dicitur deſerta propter inſtantiæ perpetuitatem, niſi conſtet de malo jure acquieſcentis.*
14 *Cauſa dicitur deſerta propter diuturnam acquieſcentiam poſt duas deciſiones contrarias.*
15 *Cauſæ deſertio etiam ex conjecturis, & actu tacito deſumitur.*

16 *Lit-*

16 *Litterarum Apoſtolicarum exequutio anteriorum in data non retardantur à poſterioribus fundatis in diverſo jure turbido.*

DECISIO CCLXXXVII.

AD capellaniam perpetuam S. Michaelis nuncupatam in Eccleſia Parochiali Civitatis Barchinonen de jurepatronatus rectoris, & operariorum ejuſdem Eccleſiæ, fuerat præſentatus Bonaventura Boxo: ſed cum Marcus Bruſſau de illa tanquam de juſpatronatus Eccleſiaſtico, & ſic reſervationibus Appoſtolicis ſubjecta à SSmo provideri obtinuiſſet.

Orta fuit inter illos lis; eàque delata ad noſtrum Tribunal coram cl. me. Cardinali Matthæio; dubium emerſit circà qualitatem d. juriſpatronatus: & licèt in prima propoſitione fuerit declaratum mixtum; tamen in ſequentibus, facto melius dilucidato, Rota reſpondit illud eſſe eccleſiaſticum; ut in *deciſionibus editis die 16. Ianuarii, & 12. Iunii 1686.* & per conſequens ad capellaniam eſſe inſtituendum Marcum proviſum Apoſtolicum; qui jam præcedenter capellaniæ poſſeſſionem apprehenderat: ad quarum reſolutionum normam decreta fuit cauſæ expeditio, & habitus terminus pro ſervato: à quo etiamſi Bonaventura appellationem interpoſuiſſet; litem nihilominus ampliùs proſequutus non fuit: & ab indè citrà Marcus abſque ulla contradictione ſemper pacificè uſque ad obitum poſſedit.

Eo autem defuncto de menſe Martio anni præteriti curarunt patroni ad capellaniæ præſentationem devenire: ſed in ea non convenerunt: quia Rector Bernardum Loberas; operarii verò Antonium Garrigò præſentarunt; & iſte ſub narrativa, quod capellania eſſet de juriſpatronatus mixto: quodque fuiſſet à majori parte, vel ſaltem medietate patronorum preſentatus; reportavit à Sede Appoſtolicam gratiam pro præſentato cum derogatione medietatis vocum. Et è converſo Bernardus immediatè poſt, narrata patronorum diſcordiâ in præſentando; aliam proviſionem obtinuit; & nemine citato fuit ab Exequutore in poſſeſſionem immiſſus. At præſentatis poſtmodum litteris per Antonium; Ordinarius Barchinonen citato Bernardo ad iſtarum executionem devenit.

Dum hæc inter iſtos agebantur in partibus; Bonaventura Boxo ſupponens adhuc durare litem jàm in præcedenti vacatione incohatam inter ipſum, & Marcum Bruſſau nuper defunctum; impetravit litteras ſubrogationis gratioſæ in illius juribus. Quamobrem cum quiſque prætenderet propria litteras eſſe exequendas; cauſa mihi commiſſa, hodiè DD. ſub congruo dubio reſponderunt – *litteras Apoſtolicas Antonii Garrigò eſſe exequendas* – Non ſolùm,

1 quia utpotè anteriores in tempore ſemper præferendæ ſunt illis à Bernardo reportatis poſt jus præcedenter Antonio quæſitum, juxtà regulam cancellariæ de jure quæſito non tollen, & firmata per *Rotam coràm Pamphilo deciſ. 116. num. 20., & coràm Priolo deciſ. 2. num. 14.*: verùm etiam ex eo, quod in omnibus juſtificatæ fuerunt, & ſignanter circà expreſſionem factæ præſentationis à majori parte, vel ſaltem medietate patronorum: dùm conſtitit Antonium præſentatum fuiſſe ab omibus operariis, ad quos ſimul cum rectore ſpectat jus præſentandi: ideòque ſivè numeratio patronorum fiat in capita, & Rector habeatur pro uno patrono, ad inſtar ſingulorum operariorum; prout ſuadent lectura teſtamenti fundationis, omneſque præſentationes ſemper uſque adhuc collegiative factæ, & per modum unius expletæ: ſivè juſpatronatus exercitium in duas partes dividatur; ità ut ſola Rectoris vox æquipolleat omnibus aliis operariis; ſemper verificata remànet narrativa præſentationis reportatæ à majori numero, vel ſaltem medietate patronorum.

Non obſtat; quod unus ex operariis adhæſerit præſentationi factæ per Rectorem: alter verò in actu preſentationis contemptus fuerit; ipſeque de nullitate dixerit. Quoniam reſpectu primi illius adhæſio non nocet; quia voces

2 non minuit illorum, à quibus preſentatus fuit Antonius; cui ſufficit habuiſſe majorem numerum operariorum *Gennen in prax. cap. 63. num. 44., Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib. 1. quæſt. 1. num. 17., Garz. de benef. par. 5. cap. 4. n. 29. plenè Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 45. n. 60. 61.* reſpectu verò ſecundi: cum ille utpotè electus de meſe Maii anni 1701. in numero operariorum brachii inferioris, vulgò nuncupat. Menneſteral, in prims duobus annis non eſſet ve-

3 re operarius; ſed tantùm coadiutor; nullam

4 habebat vocem: & ulterius, cum non introduxerit, multoque minus proſequutus fuerit cauſam ſui contemptus; indè ſequitur, quod vel ejuſdem poteſtatio nullatenus impedire valet, quo minùs Rector, & operarii exiſtentes in quaſi poſſeſſione, ad actum legitimæ præſentationis devenirent: vel eo poſtmodum

5 non comparente intrà legitima tempora ad

6 deducendam contemptus exceptionem ei ſolùm competentem; electio caſſari, & annullari nequit, *Panormitan. in cap. in Geneſi n. 10. de Elect., Barboſ. de jur. Eccl. univerſ. lib. 1. cap. 19. num. 115., Paſſarin. de vocan. ad elect. cap. 11. num. 120. Rot. coràm Vbago deciſ. 70. num. 4., & coràm Priolo deciſ. 205. num. 12., & in rec. deciſ. 4. num. 7. par. 10. & in Leodien m naſteriis 4. Maii 1699. §. minus coràm R. P. D. meo Anſaldo.*

Minuſque relevat aſſertum vitium obreptionis Antonii litteris attributum propter expreſſionem juriſpatronatus laicalis, ſeù Mixti, quando illud erat Eccleſiaſticum, juxtà ultimas deciſiones editas coràm cl. me. Cardinali Matthæio. Etenim non omnis narrativa falſa reddit gra-

7 tiam obreptitiam; ſed tantùm ea, quæ eſt doloſa, & in qua reticetur aliquid, propter quod ſummus Pontifex aut gratiam non conceſſiſſet, aut ſaltem difficilius conceſſiſſet, *Text. in cap. ſuper literis de reſcript., ubi Fagnan. n. 13., & ſeq., Amayden. de ſtylo Datariæ cap. 33. ſub num. 24., Marcheſan. de Commiſſ. tom. 3. tit. de Commiſſ. relaxan. juramen. ad effectum agendi §. 3. num. 38., & ſeq.*

Quamobrem cum in preſenti obreptio ſolùm

8 deducatur ab expreſſione qualitatis mixtæ ju-

riſ-

rispatronatus; viſum eſt DD., nullam de ea habendam eſſe rationem. Si enim expreſſa fuiſſet qualitas eccleſiaſtica, utique non difficilius, ſed cum majori facilitate ſummus Ponti-
9 fex illi derogaſſet: quia cum nulli præjudicium inferatur; paſſim concedi ſolent hujuſmodi gratiæ, *Vivian. de Iurepatr. lib. 14. cap. 2. n. 19., Card. de Luc. eod. tit. diſc. 65. num. 35., Rot. coràm Sa. me. Alexandro VIII. deciſ. 17. num. 5.*

Dum igitur fuit expreſſa qualitas, quæ ali-
10 quam poterat ſecumferre difficultatem; & nihilominus ei fuit derogatum; ceſſat quilibet dolus in exprimente: quia ſicut ſummus Pontifex derogavit in caſu duriori: ità etſi vera qualitas fuiſſet narrata, facilius derogaſſet:
11 qui enim concedit id, quod plus eſt, tantò magis cenſetur voluiſſe concedere id, quod minus, ut in terminis expendit *Fagnan. in cap. ſuper litteris num. 49. de reſcriptis, Bellamera deciſ. canon. 115. num. 3. verſ. videtur de jure contrarium, Rot. in antiquis deciſ. 4. per tot. de Reſcript., & coràm Bich. deciſ. 244. num. 42.*

Conſtito ex prædictis de juſtificatione litterarum Antonii: quodque ideò veniant exe-
12 quendæ etiam in concurſu illarum, quas reportavit Bernardus; nullum impedimentum præſtare cenſuerunt DD. alias litteras ſubrogationis gratioſæ per Bonaventuram exhibitas, cum narrativa, quod adhuc penderet lis per eum introducta contrà Marcum Bruffau antiquum poſſeſſorem capellaniæ controverſæ: ſiquidem etſi in præcedenti vacatione præfata lis exarſerit; Bonaventura tamen poſt dd. deciſiones contra eum latas, & habitum terminum pro ſervato, illam deſervit, tacuitque ſpatio
13 decem, & octo annorum; ex quorum curſu, licèt cauſa non dicatur deſerta propter inſtantiæ perpetuitatem; niſi conſtet etiam de malo jure acquieſcentis: attamen ultrà quod in præſenti geminæ concurrunt deciſiones; & proindè negari non poteſt, quin jus ipſius eſſet admodum dubitabile, ad hoc, ut potuerit ipſe
14 ſecum concipere opinionem mali juris, & litem deſere; prout ex diuturna acquieſcientia feciſſe præſumitur, *Rot. coràm Achille de Graſſis deciſ. 7. num. 7., ut lite pendente, & coràm Emerix deciſ. 900. n. 12., & deciſ. 911. n. 7.*

Adverterunt DD., quod deſertio non ſolùm hic arguitur ex tanti temporis ſilentio: ſed etiam ex aliis facti circumſtantiis animum deſerendi cauſam deſignantibus: & præcipuè ex quò in eadem lite Bonaventura obtinuerat per deciſiones declarari, poſſeſſionem à Marco captam, fuiſſe attentatam; & ideò apponendum eſſe ſequeſtrum ſuper fructibus beneficii, & tamen cauſam non ſolùm expedire neglexit, ſed etiam permiſit collitiganti; ut pacificè poſſideret, & fructus ad libitum perciperet: & ulterius ipſe declaravit coràm operariis, ſe velle litem deſerere, quatenus ei non ſubminiſtrarentur expenſæ ad illius proſequutionem neceſſariæ, & quæ ei denegatæ fuerunt. Quà propter cum abindè citrà ex prædictis ta-
15 cuerit: hæc omnia ſimul juncta ſatis comprobant animum deſerendi litem, cum ad talem effectum ſufficiat de eo conſtare etiam ex aliquo actu tacito, *Roſa de execut. litter. Apoſtolic. cap. 16. num. 36., Adden. ad Buratt. deciſ. 307. num. 8. Rot. deciſ. 599. num. 23. par. 4. tom. 3. rec.*

Quæ omnia fortius procedunt in iſto caſu, quo cum litteræ Antonii ſint omninò juſtificatæ, & ſint in data anteriores; utiquæ in con-
16 curſu litterarum ſubrogationis gratioſæ, quæ tantam patiuntur difficultatem veniunt præferendæ; nec ab illis illatum executio valet retardari *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remedio 6. n. 42. circà fin. Argel. de legitimo contradictore queſt. 15. art. 1, num. 10.*

Et ità, omnibus auditis, reſponſum fuit.

ROMANA PRÆTENSÆ IMMISSIONIS.

Lunæ 3. Decembris 1703.

ARGUMENTUM.

Quia diverſa tractantur habes in ſummario. Adſunt infra deciſ. 307., & 308.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio vigore fideicommiſſi conceditur ſolùm in bonis à fideicommittente de tempore ſui obitus poſſeſſis.*

2 *Retractus rerum fideicommiſſariarum à fideicommiſſario factus, utpote ex illius induſtria proveniens, rem retractam fideicommiſſo non ſubjicit.*

3 *Res cum fideicommiſſi pecuniis quæſita fideicommiſſaria non efficitur, niſi perceptum teſtatoris de inveſtiendo præcedat, vel pro eo expreſsè acquiratur.*

4 *Fideicommiſſaria non probantur bona ex quo ſunt deſcripta in inſtrumento ubi libera, & fideicommiſſaria ſimul ſunt adnotata.*

5 *Domus ædificata in ſitu per prius fideicommiſſario poſtmodum ad Dominum directum devoluto, ei, non fideicommiſſo acquiritur*

6 *Abſentia gravati, non probato ejuſdem obitu, non ſufficit, ut ſubſtitutus ſuccedat.*

7 *Maximè ſi adſit fumus illius ſuperviventiæ.*

8 *Alienatio bonorum fideicommiſſi ſuſtinetur intra limites detractionum.*

9 *Simulatio, illius cauſa deficiente, penitus excluditur.*

10 *Præcipuè ſi circumſtantiæ adſint pro realitate actus.*

DECISIO CCLXXXVIII.

SEntentiam coràm R. P. D. meo Muto latam prævìis duabus deciſionibus *ſub diebus videlicèt 28. Aprilis 1702., & 26. Ianuarii 1703.* denegantem Bernardinæ Maggiæ immiſſionem vigore fideicommiſſi petitam ad integram domum per Joannem Baptiſtam Boſſium poſſeſſam; hodiè coràm me recognitis illius validitate, & juſtitia DD. *confirmare* non detrectarunt.

Validitas autem ex actis reſultare ſatis viſa fuit: juſtitia verò deducebatur ex eo, quia fuit arguitum præfatam domum controverſam pro rata ſcut. 2550. non fuiſſe fideicommiſſo ſubjectam: quippe quia partim ædificata fuit à Dominico Maggio ſuper ſitu ab eodem longè poſt obitum Joannis Baptiſtæ fideicommittentis acquiſito; & partim per Boſſium poſſeſſorem com-

completa fuit, ac conſequenter nulla ſuper eadem pro dicta rata Bernardinæ, tanquam ex fideicommiſſo à Joanne Baptiſta Maggio condito venienti, competere valet immiſſio; quæ
1 nunquam, niſi ſuper bonis à fideicommittente de tempore ſui obitus poſſeſſis, concedi ſolet; ut tradunt *Manſ. conſult.* 51. *num.* 77. *& ſeqq.*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 64. *n.* 21., *Rota deciſ.* 414. *num* 20. *par.* 19. *rec.*, & optimè probant *hujus cauſæ deciſion.* 1. *ſcilicet ſub die* 28. *Aprilis* 1702. §. *Nu latenùs in fine*, *& altera ſub die* 26. *Januarii* 1703. §. *Etenim* ambo *coràm R. P. D. meo Muto*.

Nec qualitas fideicommiſſaria dictæ domus deduci poteſt ex eo, quod dictus ſitus fuerit à Dominico ex cauſa retractus prælativi, ratione rei fideicommiſſariæ competentis, ac cum pecuniis hæreditariis acquiſitus: & ulterius in diviſione cum ſorore facta, tanquam hæreditarius fuerit deſcriptus. Quoniam reſpectu acquiſitionis animadverſum fuit per DD., quod illa pro-
2 venit ex facto, & induſtria hæredis gravati, qui poterat retractum non intentare; & ſic ſe abſtinere ab acquirendo. Reſpectu verò ſolutionis prætii; vel non juſtificatur illud fuiſſe ex pecuniis hæreditariis exburſatum; vel quatenus etiā
3 id probari poſſet, adhuc non relevaret; quia res cum pecuniis fideicommittentis quæſita, non efficitur fideicommiſſo ſubjecta, niſi præceptum teſtatoris de inveſtiendo præcedat; vel hæres gravatus expreſſè pro fideicommiſſo acquirat, ut tradunt *Beltrand. conſ.* 374. *num.* 10., *&* 11. *lib.* 1., *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 10. *gloſ. unica num.* 18., & benè *deciſio diei* 26. *Januarii* 1703. §. *Non obſtante coràm R. P. D. meo Muto*. Et tandem reſpectu diviſionis, in qua uti hæreditarius deſcriptus repetitur dictus ſitus, benè ſatisfecit reſponſio, quod in illa deſcripta
4 fuerunt, non ſolùm bona fideicommiſſaria, ſed etiam libera: ideòque inferri nequit qualitas fideicommiſſaria in omnibus bonis in dicto inſtrumento repertis; cum potiùs ad utramque bonorum ſpeciem referri debeat: & ſicut non omnia libera cenſeri poſſunt; ità nec etiam omnia fideicommiſſaria ſupponi debent, ut firmat *deciſ.* 26. *Januarii* 1703. §. *Prout nec*.

Quibus omnibus ſuperaddere viſum fuit; quod controverſus ſitus, ubi nova ſuperædificata fuit domus per devolutionem ad eccleſiam proprietariam, exivit à bonis prætenſo fideicommiſſo ſubjectis: cumque devolutio ab eccleſia fuerit acceptata citatis Bernardina, &
5 Dominico; conſequenter quidquid deinde fuit ædificatum in ſitu prædicto ab hærede gravato, illum poſteà ab eccleſia proprietaria jure proprio acquirente, fideicommiſſo ntique cedere non poteſt; ut advertunt *Caſtrenſ. conſ.* 468. *n.* 4. *lib.* 1., *Menoch. conſ.* 213. *num.* 23., *Rot. in rec. dec.* 790. *num.* 8., *& ſeqq. par.* 18.

Pro alia verò rata ſcut. 1450. integrante pretium totius domus pariter DD. viſum fuit, nullam Bernardinæ immiſſionem competere poſſe: tùm quia non benè probatur obitus Dominici, cui ſe prætendit in fideicommiſſo ſubſtitutam;
6 & ſola abſentia ejuſdem non ſufficit ad hunc effectum; niſi etiam copulativè concurrant aliæ circumſtantiæ, quæ non ſolùm hic deficiunt;
7 ſed ulterius per depoſitionem teſtis datur fumus illius ſupervi ventiæ, ut *in Summ. num.* 7.: tùm etiam quia alienatio dictæ ratæ domus ſemper ſuſtinetur, ex quo ſuper portione fideicommiſſaria competunt Dominico detractio-
8 nes legitimæ, & trebellianicæ, & ſcut. 152. debitorum pro reſiduo dotis Barbaræ Catlettæ; ut latiùs probant præſentis cauſæ deciſiones, nempè *die* 28. *Aprilis* 1702. §. *Nec hujuſmodi*, *cum ſeq.*, *& die* 26. *Januarii* 1703. §. *Et quamvis*.

Non attento, quod titulus acquiſitionis per Joannem Mariam Boſſium reportatæ à Dominico fuerit falſus, aut colluſivus. Quoniam de
9 falſitatem nullo modo conſtat, & ſimulatio pænitùs eliſa remanet, ex quo in præſenti caſu nulla eſt aſſignabilis cauſa ſimulandi: attentis
10 præcipuè circumſtantiis illius veritatem comprobantibus, quæ fuerunt in aliis hujus cauſæ deciſionibus pleno calamo deductæ.

Et ità, altera &c.

TUDERTINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 3. *Decembris* 1703.

ARGUMENTUM.

Illegitimus non præſumitur filius natus in figura ſolemniter contracti matrimonii.

Eſt confirmatoria ſuperioris dec. 248.

SUMMARIUM.

1 *Teſtator vocans legitimos, & naturales, intelligit excludere Spurios.*

2 *Illegitimitas excluditur per probationem matrimonii ſolemniter contracti.*

3 *Et hoc importat omnem aſſiſtentiam juris pro legitimitate.*

4 *Probationes debent eſſe concludentes, maximè ad retardandam immiſſionem.*

5 *Petens remiſſoriam videntur confiteri incompetentiam probationum per ſimplices fides factarum.*

6 *Cauſæ retardatio fieri non debet ad effectum expectandi probationes faciendas cum remiſſoria conceſſa ſine retardatione.*

DECISIO CCLXXXIX.

Repropoſita hodiè cauſa ad inſtantiam Sororum de Sciugatroſcis, quæ obtinuerunt per ſententiam A. C., & deindè in gradu appellationis per deciſionem editam coràm Me *ſub die* 31. *Januarii labentis anni*, immiſſionem ad bona poſſeſſa per Ven. Monaſterium S. Marthæ Urbis; à quo ceſſa fuerunt Petro Michaeli: non dubitarunt DD. *ſtare in deciſis*, ex iiſdem prorſus fundamentis deductis in præterita deciſione; contrà quam reus conventus nec informare curavit.

Siquidem cum de fideicommiſſo non eſſet quæſtio, nec de identitate bonorum; & ſola difficultas reduceretur ad legitimationem perſonarum, quæ ſemper fuit impugnata, ſub prætextu, quod Marcus Antonius Pater dictarum Sororum eſſet ſpurius; & ſic ab hæredita-
1 te, de qua agitur excluſus; quia Teſtator non niſi legitimos, & naturales admiſit: fuit iterum animadverſum, quod probatur illum or-

2 tum fuiſſe in figura matrimonii ſolemniter
contracti inter Sebaſtianum, & Conſtantiam;
3 ideòque habeat pro ſe omnimodam præſum-
ptionem, & juris aſſiſtentiam, ex *Text. in leg.*
Miles §. *Defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter.*, &
& plenè firmatur in deciſione, quæ revidetur
§. *Quoniam*.

Non attentis probationibus in contrarium
adductis; quia ſatis fuerunt rejectæ in præteri-
ta deciſione tanquam omninò informes, & ir-
4 relevantes: cum tamen deberent eſſe undique
concludentes, maximè ad retardandam peti-
tam immiſſionem; *Rot. deciſ.* 301. *num.* 17. *&*
18. *par.* 6., *& deciſ.* 97. *num.* 16. *par.* 12., *& in*
Romana Fideicommiſſi 18. *Iunii* 1703. §. *Cum*
enim, *& ſeqq. coràm Reverendiſſimo Domino meo*
Decano.

Quam veritatem, & ipſe Petrus ceſſiona-
rius agnovit; cum ad parandas alias ſufficien-
5 tes juſtificationes produxerit in actis articulos
ad probandum formiter id, quod per ſimpli-
ces fides contrà legitimitatem d. Marci Anto-
nii Monaſterium deduxerat. Et quamvis eo-
rumdem articulorum admiſſio denegata non
fuerit, ut in alia deciſione deſuper edita co-
ram me *ſub die* 19. *Novembris præteriti*: tamen,
quia id factum fuit cum expreſſa declaratione,
6 quod interim proceſſus cauſæ retardari non
poſſet, noluerunt DD. ulteriorem dilationem
concedere ad effectum expectandi hujuſmodi
probationes; ad tradita per *Poſth. de manut.*
obſerv. 94. *num.* 1., *Rot. coràm Cerro deciſ.* 213.
num. 11., *& deciſ.* 284. *num.* 10. *par.* 15. *rec.*

Et ità, unica &c.

FOROSEMPRONIEN. MOLENDINORUM,

Veneris 7. Decembris 1703.

ARGUMENTUM.

Molendinum in ſuo fundo quilibet poteſt ædificare, quando aquam non impedit, vel derivat in damnum habentium ibidem per prius Molendina, quæ privativam prætendere non poſſunt, ex quo cum prius eſſent Principis, ex ejus banno privativam habebant; dummodo cum tali ſpecifico privilegio non ſint empta: præcipuè cum tale bannimentum fuerit neque acceptatum, neque obſervatum, vel poſteà fuerit revocatum.

SUMMARIUM.

1 *In proprio ſolo cuicumque licet molendinum conſtruere, aliaque ad proprium commodum pro libito facere*, & num. 3.

2 *Limitatur ſi præjudicaret ob derivationem, vel impedimentum aquæ habentibus antiquiora molendina.*

3 *Secùs quando eis non ſunt impedimento.*

4 *Etiam ſi indirectè diminutio molientium in prioribus molendinis ſequatur.*

5 *Maximè cum indè publicæ utilitatis incrementum oritur.*

6 *Utilitas publica privatæ præferenda eſt.*

7 *Bannum Ducis Urbini prohibuit Foroſempronienſibus ne alio frumenta ad molendum aſportarent, quam ad Ducis molendina.*

8 *Quod privilegium ad eorumdem emptores non tranſit, niſi cum ejuſdem ſpecifica tranſlatione ſit facta venditio.*

9 *Præcipuè ſi tale bannimentum nec acceptatum, nec obſervatum fuit.*

10 *Et hoc bannimentum fuerit revocatum, ut in caſu accidit.*

11 *Bannalitas iſta uti odioſa derimitur ex ſubſequenti edicto.*

12 *Reſcriptum publicationis banni non exequutum non obeſt,*

13 *Et cum eſt ſubreptitiè extortum.*

DECISIO CCXC.

EX pretenſo jure privativè retinendi molendina quoad omnes in toto territorio Foroſempronien., & reſpectivè prohibendi, ne ab aliis ibidem ædificentur; Balthaſſar, & Petrus de Nigronis poſſidentes duo molendina ſita in flumine Metauri, judicium introduxerunt coràm A.C. ſuper nunciatione novi operis contra R.P.D. Guidum, & fratrem de Paſſioneis, qui in proprio ſolo cum derivatione aquæ non à d. flumine, ſed à quadam vena ſurgente in eorum bonis, alia duo molendina conſtruere ceperunt; ſed cum R. P. D. Paſſerinus judex ab eodem A. C. deputatus, ne interim fabricæ complementum ſuſpenderetur; inhibitionem moderatus fuerit, cum ſolita cautione de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, fratreſque de Paſſioneis in reliquis per ſententiam abſolverit; hinc ad provocationem eorumdem de Nigronis commiſſa mihi appellationis cauſa; quæſivi à DD.: *an competat jus prohibendi conſtructionem, & exercitium molendinorum*: fuitque *negativè* reſponſum.

Præmiſſo ſiquidem abſoluto juris principio,
1 quod unicuique ex naturali facultate licitum
eſt in proprio ſolo molendina conſtruere, alia-
que omnia ad ſui utilitatem, & commodum
pro libito facere, juxtà regulam *Textus in leg.*
Altius C. de ſervit., *& aq*, & tradunt *Ering. de*
molendino quæſt. 15. *num.* 24., *Capyc. Latro con-*
ſult. 110. *num.* 9., *Capon. diſcept.* 230. *num.* 3., *An-*
tonell. de tempor. legal. lib. 2. *cap.* 81. *n.* 21., *Pani-*
mol. dec. 26. *adnot.* 2. *num.* 4. *&* 6. *Rot. cor. Pen-*
tinger. dec. 130. *num.* 1., *& dec.* 164. *num.* 1., *&*
ſeqq., *& pluribus relatis in Anglonen. molendini*
ſuper bono jure 1. *Iulii* 1697. §. *Aſſiſtit cor. R. P. D.*
meo Pio. Dummodo tamen vel aquarum curſus
2 impeditus, vel illarum quantitas diminuta
non remaneat in præjudicium habentium anti-
quiora molendina; ut ex communi ſententia
declarant *Gomez ad leg. Taur.* 46. *ſub num.* 12.,
Antunez de donat. reg. lib. 3. *cap.* 4. *n.* 17., *Pech.*
de aquaduct. lib. 4. *quæſt* 76. *num.* 8., *&* 9., *Pa-*
nimol. d. dec. 26. *adnot.* 2. *n.* 15.

Ex indè ſequitur; quod dum fratres de Paſ-
ſioneis nullum afferunt impedimentum molen-
dinis illorum de Nigronis; ex quo propria con-
3 ſtruxerunt cùm derivatione aquæ à loco prorſ-
ſus diverſo; habent intentionem fundatam in
ſua naturali facultate; nec poſſunt ab ullo im-
pediri; quin imò eis competit omnimoda liber-
tas eadem molendina perficiendi; ex allegatis:
4 neglecto quocumque alio ſecundario, & indi-

recto

Digitized by Google

recto actorum præjudicio reſultante ex dimi-
nutione molentium: cum hoc dependeat à li-
bera hominum voluntate, non ex facto molen-
5 dina conſtruentis: maximè quia ex iſtorum
pluralitate oritur incrementum publicæ com-
6 moditatis; quam præferendam eſſe privatæ
tradunt *Honded conſ.84. num.44. lib.2. Schrader.
de Feud. par. 6. cap. 6. num. 115. Gratian. diſ-
cept. foren. cap. 481. num. 4., Rot. coràm Rembol-
do deciſ. 421. num. 6.*

Nec hujuſmodi inconcuſſi juris ſtabilimenta
deſtruuntur ad edicto anno 1620. promulgato
à Ducibus Urbini; quo prohibebarur civibus
7 Foroſempronien, ne frumenta ad alia molen-
dina aſportarent, præterquam ad ea tunc ab
ipſis poſſeſſa, & modò in Nigronos traſlata:
nam, omiſſis aliis reſponſionibus, adverterunt
DD., quod tale bannimentum in nihilo po-
terit actoribus ſuffragari: Tùm quià ipſi non
docent ad eorum manus molendina perveniſſe
8 cum ſpecifica tranſlatione privilegii privativæ
poſſeſſionis, & juris bannalitatis, quo Came-
ra Ducalis Urbini fruebatur: quod regulariter
in generali venditione molendinorum non ve-
nit; ubi de illo expreſſa mentio facta non fuit,
ad notata *per Surd. conſ. 127. num. 35., & 57.,
Cravet. conſ. 871., & 895. utrobique ſub num. 7.
Rocca diſp. Iur. cap. 172. num. 4.* Tùm quia è
9 converſo probatum fuit d. bannimentum non
ſolùm à ſubditis nec acceptatum, nec obſer-
vatum fuiſſe; ut comprobant ædificia novo-
rum molendinorum actu molentium, de qui-
bus deponunt teſtes relati in *ſumm. reorum
num. 2. & ſeq.*: verùm etiam expreſsè revoca-
tum fuiſſe conſtet anno 1657. poſt devolutio-
10 nem ſtatus Urbini ad S. Sedem Apoſtolicam,
mediante poſteriori edicto promulgato autho-
ritate clar. me. Card. Homodei ejuidem Sedis
11 Apoſtolicæ Legati; quod tanquam reſtituens
naturalem libertatem, ſufficit ad dirimendam
bannalitatem, quatenus ex præcedenti edicto
inducta fuiſſet, *Rot. in Cavallicen Iuris molen-
di ſuper manutentione 7. Maii 1696. §. Poſſeſſio
autem, & in Cavallicen bannalitatis furni 25.
Iunii ejuſdem anni §. Aſſiſtit coràm R.P.D. meo
Priolo.*

Non obſtante, quod anno 1678. Eminen-
tiſſimus Cardinalis Carolus Barbetinus tunc
Legatus in quodam ſupplici libello, præfati
edicti confirmationem, & publicationem de-
mandaverit. Quoniam, ultrà quod non doce-
12 tur de executione ejuſdem reſcripti: omnis
difficultas ſubblata fuit ex eo, quod conſtitit
fuiſſe ſubreptitiè, & obreptitiè obtentum; quia
reticità illius revocatione, expreſſa fuit ejuſdem
viridis obſervantia: quod tamen cum, ex ſu-
13 prà recenſitis, ſit a veritate alienum, non me-
retur attendi; & de eo nulla eſt habenda ratio;
ut de gratia ſubreptitia tradit *Lottor de re benef.
lib. 2. cap. 54. num. 14., Roſa de execut. Litt.
Apoſt. cap. 2. num. 26.*, & firmavit *Rot. deciſ.
16. num. 25. par. 12. rec, & in Aſculana Bene-
ficii, ſeù Abbatiæ 8. Martii 1700. §. ſenſim co-
ràm R. P. D. meo Anſaldo.*

Et ità, unicà &c.

BARCHINONEN. ANNUÆ PRÆSTATIONIS.

Ven. 11. Ianuarii 1704.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur alimentario habenti quaſi poſſeſſionem alimenta exigendi etiam ſi à multo tempore non exegit, dummodò denegatio debitoris non adfuerit, & etiam cum lis pendet in gradu appellationis. Adeſt infra de. 318.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio negari non poteſt habenti quaſi poſſeſſionem exigendi annuam præſtationem.*
2 *Ad quam obtinendam ſufficit conſtare de unica exactione.*
3 *Neque per lapſum temporis in non exigendo habuiſſe ſe dicitur alimentarius pro ſpoliato, niſi copulativè debitoris denegatio concurrat.*
4 *Acquiſcentia ceſſat ob litem intentatam.*
5 *Sententia ſuper incompetentia viæ executivæ non obeſt, quod peti non poſſit manutentio.*
6 *Manutentio concedi poteſt etiam cum cauſa revidetur in gradu appellationis.*
7 *Et in unaquaque judicii parte.*

DECISIO CCXCI.

Reverente Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Bar-
chinonen. continuare in ſubminiſtratione
annuæ præſtationis, quam Mariæ Thereſiæ
de Copons moniali profeſſæ in Ven. Monaſte-
rio montis Sion, ejus vita naturali durante,
promiſerat; eique pluribus annis effectivè per-
ſolverat: monialis prædicta anno 1673. judi-
cium pro ejuſdem præſtationis ſolutione in-
troduxit in curia Barchinonen., illudque ſub-
indè proſecuta fuit anno 1675., & tandem
reaſumpſit anno 1699.: verùm quia Vicarius
Generalis ſententiam protulit, qua partibus
ad judicium ordinarium remiſſis; declaravit
locum non eſſe viæ executivæ, ad effectum con-
ſequendi dictam præſtationem intentatæ.

Hinc appellatione interpoſita, cauſaque
mihi commiſſa, quæſitum hodiè fuit per con-
tradictas -- *An ſit danda manutentio in quaſi poſ-
ſeſſionem exigendi annuam præſtationem* -- & *af-
firmativa* pro informate prodiit reſolutio.
Quia cum ex tribus publicis infraſcriptis inſtru-
mentis præſeferentibus ſolutiones dictæ annuæ
præſtationis expletas pro annis 1665., 1666.,
1 & 1667. ſatis ſuperque probata remanſerit quaſi
poſſeſſio illam exigendi; petita manutentio ne-
gari non poterat, *vulgato §. retinendæ inſtitut. de
Interdict., Poſth. de manut. obſervat. 15. num. 13.,
Rota in Aretina Iurium Parochialium ſuper ma-
nutentione 15. Ianuarii 1703. §. Primo coràm
R. P. D. meo Anſaldo, & in Tarraconen. Iuris
punctandi ſuper manutentione 26. Februarii 1703.
§. Exordiendo coràm R. P. D. meo Omanna.* Cum
2 etiam ad illam obtinendam ſatis fuiſſet de uni-
ca exactione docere, *Doctores in Cap. Cum Ec-
cleſia Sutrina de Cauſa poſſeſſ.* & proptie *Gra-
tian. diſcept. 113. num. 2., Rot. poſt Cenc. de
Cenſ. deciſ. 235. num. 1., & 2., coràm Bich. deciſ.
37. num. 1., & coràm Priolo deciſ. 21. num. 1.*

Non obſtante, quod ab anno 1667. uſque
in

in præſens nihil fuerit à capitulo perſolutum;
ideoque per hujuſmodi longi tempori curſum
diei poſſit, monialem amiſiſſe quaſi poſſeſſio-
nem exigendi; quodque illa ſe habuerit pro
ſpoliata: quoniam ad hujuſmodi effectum non
3 attenditur ſolùm lapſus temporis, niſi cum eo
copulativè concurrant denegatio debitoris, &
acquieſcentia petentis, ut tradit *Poſth. de ma-
nut. obſerv.* 58. *num.* 8., *Rot. coràm Buratto de-
ciſ.* 604. *num.* 2., *Peutinger. deciſ.* 277. *num.* 12.,
& ſeqq., *& deciſ.* 295. *num.* 24. 25.: quæ cir-
cumſtantia, cum non probetur in præſenti ca-
caſu: quinimò è converſo conſtet, quod actrix
4 judicium introductum anno 1673. inſtauravit
tùm anno 1675.; quam anno 1699.; ceſſat
ſuppoſita acquieſcentia monialis: & illæſa re-
manet actio pro obtinenda manutentione, ad
notata per *Nattam conſ.* 572. *num.* 24., & fir-
mavit *Rota coràm Mantica deciſ.* 185. *num.* 5. *cor.
Dunozett. Iun. deciſ.* 879. *num.* 11., *&* 12., *&
deciſ.* 303. *num.* 7. *par.* 6. *rec.*

Nec aliquod præbuit impedimentum ſenten-
tia Vicarii Barchinonen: tùm quia per illam
nihil decernitur contrà manutentionem; ſed
5 tàntùm pronunciatur ſuper incompetentia viæ
executivæ: tùm etiam, quia cum modò cauſa
6 revideatur in gradu appellationis; in hac ul-
7 teriori inſtantia concedi poteſt manutentio;
quæ in quacumque judicii parte peti, & ob-
tineri valet, *per Text. in l.* 2. *§. merito ff. pro
Soc.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *queſt.* 38. *num.*
225., *&* 226., *Rota coràm Cavaler. deciſ.* 238.
num. 5., *& in rec. deciſ.* 206. *num.* 3. *par.* 18.

Et ità, unica &c.

VALENTINA BENEFICII.

Mercurii 16. Ianuarii 1704.

ARGUMENTUM
præbetur ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Præſentatus à veris patronis quamvis non ha-
beat qualitates à fundatore volitas, ſi nemo
qualificatu compareat; alteri collitiganti eſt
in inſtitutione præferendus.*

2 *Ordinarius non tenetur requirere, nec expectare
qualificatum, ut beneficium præſentato non
qualificato conferat.*

3 *Iuſpatronatus ſpectat ad illos, qui de tempore
erectionis erant de ea denominatione, quibus
Teſtator reliquit, non verò qui poſteà aſſumpſe-
runt.*

4 *Obſervantia plurimum confert ad intelligentiam
fundationis.*

5 *Percipiens ad tempus diſtributiones alieni bene-
ficio debitas, beneficiatus non eſt.*

6 *Titularis jure proprio diſtributiones percipit.*

7 *Beneficium, quod ex lege fundationis alterum
habenti conferi nequit, qui alterum beneficium
fuit aſſecutus prætendere non poteſt.*

8 *Beneficii ſecundi reſidentialis poſſeſſionem appre-
hendens, primo tacitè renunciaſſe cenſetur.*

DECISIO CCXCII.

IN concurſu Melchiorris Irles vicarii temporalis
Eccleſiæ S. Thomæ civitatis Valentinæ præ-
ſentati à Fabriceriis Majoribus ejuſdem Eccle-
ſiæ; fuit, illo excluſo, inſtitutus ab ordinario
Petrus Villaroya præſentatus ab operariis mi-
noribus: Sed interpoſita appellatione per Mel-
chiorrem, & cauſa mihi commiſſa; DD. præ-
via diſputatione dubii -- *An & cui ſit adjudi-
candum Beneficium* -- *favorè Melchiorris* tantum
informantis, reſponderunt.

Quamvis enim ex lege fundationis præſen-
tari debuiſſet aliquis ex conſanguineis Funda-
toris, & in illorum defectum -- *Un Sacerdote
ſoſtituito nella Chieſa di San Tomaſſo* --; & Mel-
chior tales qualitates non habeat: cum tàmen
1 in præſenti, nec Petrus collitigans polleat eiſ-
dem: nec alius qualificatus compareat; ipſi
Melchiorri habenti pro ſe præſentationem fa-
ctam à Fabriceriis majoribus veris patronis;
beneficium adjudicandum venit, *Cap. cum
Bertoldus de re judicata*, *& Can. Monaſterium* 16.
queſt. 7., *Rot. deciſ.* 82. *num.* 4., *&* 5., *& de-
ciſ.* 296. *num.* 8. *par.* 15. *recent.*, *in Aſtoricen.
Parochialis* 6. *Februarii* 1699. *§. Ipſi enim coràm
R. P. D. meo Scotto*: Illudq. conferri valet etiam
non habenti qualitates præſcriptas; quoties,
2 ut in præſenti, qualificati non inſtant; quos
ordinarius requirere, aut expectare non tene-
tur; ad tradita per *Corrad. in prax. benef. lib.* 2.
cap. 12. *num.* 59., *&* 68., *Gonzal. ad regul.* 8.
gloſſ. 56. *num.* 83., *Rot. deciſ.* 383. *num.* 18. *par.*
16. *rec.*, *& in Dertbuſen. Beneficii* 29. *Aprilis*
1701. *§. Licèt enim coràm me.*

Nec Petro opitulari poteſt præſentatio,
quam ipſe ad ſui favorem reportavit: quo-
niam cum Fundator juſpatronatus reſervaſſet
ſolis Fabriceriis Eccleſiæ: & tempore funda-
tionis ſolùm operari majores tali nomine nun-
cuparentur; ad ipſos dicendum eſt ſpectare
juſpatronatus activum; non autem ad ope-
rarios inferiores; qui licèt longè poſt funda-
tionem fabriceriorum nomen aſſumpſerint:
tamen antecedenter -- Baccilieri -- appellaban-
tur: & in eis tempore præciſo fundationis non
3 verificabatur qualitas nominis volita à funda-
tore, *ad Text. in l. In delictis §. ſi extraneus ff. de
auxil. act.*, *l.* 1. *§. Tutores ff. quod juſſu*, *cap. ſi eo
tempore de reſcriptis in* 6., *Gonzal. ad regul.* 8.
gloſſ. 43. *num.* 143. Quod etiam ſuadet obſervan-
tia ſubſequuta; juxtà quam excluſis operariis
inferioribus, ſemper fabricerii majores præſen-
tarunt: quæ ſane attendenda eſt; cum pluri-
4 mum conferat ad declarationem, & intelligen-
tiam fundationis, *Adden. ad Gregor. deciſ.* 184.
num. 8., *Rot. coràm Dunozetto jun. deciſ.* 966.
num. 17., *coràm Emerix deciſ.* 24. *num.* 9, *&
deciſ.* 242. *num.* 12.

Minuſque Petrus juvari poteſt jurepatrona-
tus paſſivo, ex eo, quod fundator in defectum
propriorum conſanguineorum, præſentari juſ-
ſit presbiterum in dicta eccleſia ſubſtitutum,
qualem ipſe ſe fuiſſe ſupponit; ex quo de tem-
pore vacationis erat ſuccentor. Etenim, omiſſo,
quod ipſe ſolùm fuit coadiutor Hyacinthi Utà-
dæ veri ſuccentoris, & in remunerationem la-
5 boris, & ſervitii præſtiti fuerat ad tempus ad-
miſ-

Digitized by Google

miſſus ad participationem certarum diſtribu-
tionum ſpectantium ad ſuccentoriam, quas jure
6 proprio percepiſſet, ſi titularis fuiſſet: *cap. de Rectoribus in fin., cap. tua nos de Cleric. ægrot., & cap. unico eod. tit. n. 6., Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 13. § unico n. 18. 19., & 22., Azzor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 2. par. 9., Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 67. n. 13., Garz. de Benef. p. 4. c. 5. n. 145.*

Ceſſare viſa fuit quælibet difficultas ex altera conditione adjecta in inſtrumento fundationis; quod ſcilicet præſentari non poſſet is, qui de altero beneficio eſſet proviſus: ideòque, cum Petrus pendente hac lite beneficium reſidentia-
7 le fuerit aſſecutus in eccleſia parochiali villę de Morella Derthuſen. diœceſis; nedum ille ex lege fundationis excluſus remanet tanquam incapax à controverſo beneficio, ad notata per *Vivian. de jurepatronatus lib. 6. cap. 10. n. 1., Lambert. eodem tract. lib. 2. par. 1. qu. 7. art. 15. n. 10., & in Derthuſen. beneficii 27. Iunii 1703. § fin. coràm R. P. D. meo Omanna*; verùm etiam
8 cenſetur ipſum per apprehenſionem poſſeſſionis beneficii prædicti incompatibilis ex diſpoſitione fundatoris; tacitè renunciaſſe beneficio: de quo agitur, juxtà *Text. in Clement. Gratiæ ubi gloſſ. verb. renunciare de reſcript., Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 69. Rot. coràm Pania dec. 303. num. 5., coràm Emerix dec. 1240. n. 3., & in rec. deciſ. 160. num. 4. par. 2., & deciſ. 400. num. 12. par. 16.* Et ità, unica &c.

PISAUREN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 21. Ianuarii 1704.

ARGUMENTUM.

Confirmatur ſuperior deciſio 257. Et inſuper examinatur an conſ. 21. *Oltrad.* locum tantum habeat in ſubſtitutione facta cum conditione -- *ſi ſine filiis*; adeout in altera concepta ſub conditione -- *non extantibus* locum ſibi vindicet *Theorica Socini in l. ſolemus* -- & quomodo concilientur. Verbum *omnes* quando importet præcedentium ampliationem, ſeu potius ſtet illative, & declarativè ad præcedentes ſubſtitutiones.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutus ſub conditione obitus inſtituti ſine filii, hoc eveniente fideicommiſſum capere poteſt.*
2 *Et ex ejus perſona hæres ejuſdem renunciatarii.*
3 *Renunciatarius, qui renunciationem reportavit pro conſervatione agnationis, aliis agnatis exiſtentibus, bona in extraneos tranſmittere prohibetur.*
4 *Limitatur ſi, quamvis ſit expreſſa agnatio, donatio tamen ſit facta favore donatarii, & ejus hæredum, & ſucceſſorum* & n. 7.
5 *Renunciatio, ut favore tantum agnatorum facta dicatur, requiritur habere verba perpetuitatis, & prohibitionem alienationis, vel alias ſimiles conjecturas.*
6 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniunt etiam hæredes extranei.*
8 *Subſtitutiones dependentes à conditione obitus* ſinè filiis, *illis extantibus, expirant ad* conſ. 21. Oldrad.
9 *Præſertim deficientibus conjecturis in contrarium, & quænam illæ ſint?*
10 Oldradi conſilium 21. *locum habet quando teſtator proceſſit per viam conditionis* ſi ſine filiis, *non quando per viam* non exiſtentiæ.
11 *Declaratur verba*: ſi non extarent: *deficientibus conjecturis, ſolam vulgarem, non fideicommiſſariam inducere.*
12 *Præſertim ſi dicta verba ſequuntur poſtquam filii poſiti ſunt in conditione, & quid tunc operentur?*
13 *Verbum* omnes *quando non importet præcedentium ampliationem, ſed ſtet declarative ad ſolos filios ſupra inſtitutos, non autem extenſivè ad nepotes?* & n. 14.
15 *Omnia dicuntur ſtare illative, & continuativè ad præcedentes ſubſtitutiones.*
16 *fideicommiſſum tanquam odioſum, quo magis fieri poteſt, eſt reſtringendum.*

DECISIO CCXCIII.

Ex duplici titulo petierat Fabius de Almericiis immiſſionem ad bona fideicommiſſaria Tiberii: & primo ex perſona Leandræ, quæ omnia ſua jura renunciaverat Petro, & Cinthio authoribus ejuſdem Fabii: ſecundo ex perſona propria, tanquam hæres Petri; per cujus obitum fideicommiſſum expiraſſe contendebat. Sed propoſita cauſa coràm me ſub *die 27. Aprilis 1703.* prodiit illius favore reſolutio ex jure renunciationis factæ à Leandra, ejuſdem tamen vita durante, & non ultra: in hodierna verò propoſitione, nedùm DD. ſteterunt *in deciſis*: ſed aſſumpto examine expirationis fideicommiſſi: extimarunt etiam ex hoc capite, Fabio *dandam eſſe immiſſionem*; quia ſcilicèt mortuo Petro, qui illum ſcripſit hæredem, bona tanquàm libera in ejus hæreditate remanſerunt.

Et ſane agendo de iis, quæ jam fuerunt fir-
1 mata in præcedenti deciſione, non fuit in dubium revocatum, quod per obitum filiorum Tiberii fideicommittentis ſinè filiis, aperta eſſet ſucceſſio favore Leandræ. Quamobrem, ſicuti iſta, tanquam ſinè dubio vocata, ubi per
3 renunciationem ſuis juribus ſeſe non ſpoliaſſet; potuiſſet obtinere immiſſionem; ità & poteſt hodiè ex ejus perſona Fabius hæres Petri renunciatarii illam obtinere, *Cenc. de Ce ſib. quæſtion. 108. num. 21., Rot. poſt eum dec. 413. n. 2., in rec. deciſ. 88. num. 11. par. 6., & in Romana Cenſus 21. Aprilis 1692. § Siquidem, & 20 Februarii 1693. § Etenim coràm bo. me. Urſino.*

Nec obſtare viſum fuit, quod Leandra expreſſerit velle devenire ad renunciationem pro conſervatione ſuæ agnationis, cippi, domus,
4 & familiæ: & proindè exiſtentibus Joanne Frã-
ciſco, & Hyppolito agnatis proximioribus non potuerit Petrus de bonis renunciatis in illorum præjudicium diſponere, inſtituendo Fabium remotiorem. Quoniam adverterunt DD., quod etſi reſpexerit Leandra ad conſervationem agnationis; tamen immediatè ſe declaravit
5 velle renunciare favore Petri, & Cinthii fratrum pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus: indè benè inferebatur voluntatem conſervandi agnationem reſtrictam remanſiſſe quoad Petrum, & Cinthium: ſatiſque eſſe, quod illorum reſpectu verificata remanſerit abſque ulteriori progreſſu: cùm ad talem effe-
6 ctum requirantur verba perpetuitatem importantia, vel prohibitionè alienationis ſecum ferentia, vel aliæ conjecturæ denotantes comprehenſionem omnium agnatorum; ut in præciſis ter-

terminis reſpondit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 499.
per tot., Rot. coràm Merlin dec. 126. *num.* 70., *&*
ſeqq., *& in rec. deciſ.* 95. *num.* 8. *par.* 11., *& de-*
ciſ. 415. *n.* 15. *par.* 12.

Sinè difficultate, quia, ut præfertur; renun-
ciatio facta fuit fratribus pro ſe, ſuiſque hære-
dibus, & ſucceſſoribus: quorum appellatione
7 veniunt etiam hæredes extranei; itàut tanto
certior appareat reſtrictio ad fratres agnatos,
permittendo, quod poſteà iſti favore cujuslibet
perſonæ ſibi benè viſæ diſponere poſſent, *Mant.*
de conject. ult. volunt. lib. 6. *tit. ult. num.* 5., *Rota*
coràm Greg. deciſ. 464. *num.* 17., *& poſt Torr. de*
pact. futur. ſucceſſ. dec. 107. *num.* 9., *& in rec. de-*
ciſ. 401. *n.* 3. *par.* 9., *& dec.* 521. *n.* 25. *par.* 19.

Transeundo poſteà ad alium titulum à Fabio
deductum; & ſuper quo in præterita propoſi-
tione capta non fuit reſolutio; DD. pondera-
tis verbis teſtamenti Tiberii; cenſuerunt fidei-
commiſſum expiraſſe in perſona Petri; eique
proindè licuiſſe inſtituere Fabium; cui propte-
reà danda veniat immiſſio etiam ad effectum
retinendi bona controverſa tanquam propria
poſt obitum Leandræ. In dicto enim teſtamen-
to Tiberius, inſtitutis propriis filiis maſculis,
ipſiſque ad invicem ſubſtitutis: vocavit in illo-
rum defectum fœminas: *caſu autem quo* (ſunt
verba præciſa) *non extarent nec maſculi, nec fœ-*
minæ, filii, & filiæ ex dd. ſuis filiis, & filiabus,
& omnes decederent ſinè filiis, ſubſtituit Romulum
fratrem, ejuſque filios: quibus non extantibus,
voluit hæreditatem deferri venientibus ab inteſtato
ſuæ domus Almericiæ. Cum autem caſus evenerit,
quod Annibal unus ex filiis, & hæredibus in-
ſtitutis, deceſſerit, relicto Petro; & ſic condi-
tio illa *ſi ſinè filiis* purificata non fuerit: cæteræ
8 omnes ſubſtitutiones ab eadem conditione de-
pendentes, ceſſarunt: & fideicommiſſum ex-
piravit, ad celebre conſilium *Oldradi* 21., *quem*
ſequuntur Caſanatt. conſ. 2. *num* 43. *Palm. alle-*
gat. 86. *num.* 3., *Rot. coràm Coccin. dec.* 294. *n.* 3.,
& in Romana Fideicommiſſi 26. *Iunii* 1690. §. *Nec*
obſtat, coràm Reverendiſs. Turonen.

Præſertim, quoties, ut hic, deficiunt conje-
cturę urgentes: & quæ ſolent pro receſſu à dicto
9 conſilio per doctores ponderari. In præſenti
enim filii filiorum vocati fuerunt ſinè digreſſu
ad ulteriores gradus ſubſtitutionum: prohibi-
tio alienationis reſtricta legitur ad filios primi
gradus: ac tandem ex vocatione fœminarum
excluſa remanet contemplatio agnationis: qui-
bus ità ſe habentibus nunquam deduci poteſt
extenſio gravaminis pro vocatione ulteriorum
deſcendentium, ut notant *Simon. de Pret. de*
interpret. ult. volunt. lib. 3. *ſolut.* 11. *num.* 71.,
verſ. 2. *declaratur, Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 458. *nu-*
mer. 3. 11., *&* 15., *Rot. deciſ.* 586. *num.* 8. *par.* 19.
recen.

Nec contrarium deduci poteſt, ex quo teſta-
tor non proceſſit per viam conditionis, ſi ſine
filiis; quo caſu dicitur teſtatorem ſe reſtrinxiſſe
10 ad tempus obitus filiorum: & in quibus ter-
minis exagitari ſolet quæſtio per Oldradum
promota; ſed per viam non exiſtentiæ, quę cum
reſpiciat tempus indefinitum, & indetermina-
tum: purificari dicitur, quandocumque filii
non extiterint, ſivè defecerint; etiamſi id eve-
niat poſt mortem inſtituti, juxtà Theoricam
Soccini in leg. ſolemniff. de condit., *& demonſtr.*
Quoniam hæc ſola circumſtantia ad hunc effe-
ctum non ſufficit; niſi ſimul, & ſemel aliæ con-
jecturæ concurrant: quibus deficientibus, ut
11 hic, verba, *ſi non extarent*, ſolam vulgarem,
non fideicommiſſariam inducunt, juxtà ſen-
tentiam *Abbatis conſ.* 40 *lib.* 1., *Anchar. conſ.* 266.
num. 6., *Soccin. jun. conſ.* 180. *num.* 38., *& ſeqq.*,
Andreol. controv. 100. *num.* 4., *Actolin. reſ.* 102.
num. 2., *& ſeqq.*, *Palm. alleg.* 19. *num.* 30., *Rota*
deciſ. 490. *num.* 1. *par.* 4. *diverſor.*, *cor. Coccin. de-*
ciſ. 2003. *num* 4., *coràm Royas deciſ.* 87. *num.* 3.,
coràm Priol. dec. 110. *num.* 1., *& per tot.*, *dec.* 272.
num. 13. *par.* 6., *deciſ.* 72. *num.* 10. *par.* 10., *& de-*
ciſ. 527. *num.* 15. *par.* 13. *recen.* Et deficientibus
conjecturis, etiam conditio non exiſtentiæ re-
fertur ad tempus mortis, *Rot. dict. dec.* 72. *n.* 11.
par. 10. *rec.*

Ponderando ſignanter; quod fuerunt primo
loco poſiti in conditione filii; ideoque ſequen-
12 tia verba, *ſi non extarent*, non ſecumferunt no-
vam conditionem quoad tempus, ſed repetunt
illam pręcedentem quoad perſonas, *Urceol. con-*
ſult. 82. *num.* 31., *Rot. dec.* 490. *num.* 7. *verſ. non*
etiam obſtat par. 4. *diverſorum.*

Sicut minus urget altera ponderatio; quod
ſcilicèt teſtator expreſsè injunxerit gravamen
etiam nepotibus. Poſtquam enim præcedenter
vocaverat filios, & filiorum filios, progredien-
do ad novas ſubſtitutiones; & conſiderato ca-
ſu, quo nulli nepotes exiſterent, per ea verba:
& ſi non extarent neque maſculi, neque fœminæ, fi-
lii, & filiæ ex dictis ejus filiis, & filiabus: imme-
diate ſubdit: *& omnes morerentur ſinè filiis; ſub-*
ſtituit Romulum; eoque non extante, illius filios:
& demum venientes ab inteſtato domus Almeri-
ciæ: ex quibus verbis gravati nedum fuerint fi-
lii: verùm etiam teſtatoris nepotes immediatè
nominati: quibus propterea defectis ſinè filiis,
fideicommiſſum ulterius progreſſum fuerit ad
Joannem Franciſcum, & Hyppolitum deſcen-
dentes à Romulo in prædicto caſu ſubſtitutos,
& tanquam proximiores de familia Almericia
contentiva ſub eodem fideicommiſſo compre-
henſos.

Huic enim objecto ſatisfacit reſponſio: quod
hæc ultima pars conditionalis: *ſi omnes decede-*
rent: non importat ullam ampliationem præ-
cedentium ſubſtitutionum, vel gravamen ne-
potum; ſed tantummodò ſtat declarativè ad
ſupra diſpoſita; itaut nihil aliud egerit teſta-
tor; quam repetere priorem conditionem ex-
13 preſſam in aliis ſubſtitutionibus, apertius ſe
explicando per prædicta verba: ly enim: *omnes*
ſunt illi iidem filii primi gradus ſuperius gra-
vati, non autem nepotes, *Andreol. controv.* 289.
num. 19., *&* 20. *Urceol. conſult.* 70. *num.* 17. *Ro-*
dolph. allegat. 161. *num.* 10., *Palm. allegat.* 163.
n. 5. *Rot. dec.* 235. *n.* 12. *par.* 16. *rec.*

Ideò quidquid dici poſſet in caſu, quo uni-
verſalitas, quam importat verbum: *omnes*: ve-
rificari non poſſet de ſolis filiis, & hæredibus
primi gradus propter conjecturas perpetuita-
tem inducentes, vel ob alias circumſtantias im-
portantes extenſionem fideicommiſſi: in qui-
bus terminis procedunt authoritates in contra-
rium

rium adductæ, hoc unum certum eſt, quod ponderato toto contextu diſpoſitionis; ſicut in prima parte, licèt nominaverit filios primi, & ſecundi gradus; attamen gravamen paſſivum reſtringitur per vulgarem ad caſum exiſtentiæ filiorum de tempore obitus hæredum, qui fuerunt gravati: ità & in hac ſecunda parte dictio
14 univerſalis: *omnes*: importare ſolùm poteſt gravamen quoad filios primi gradus, abſque ulla extenſione ad nepotes, *Cyriac. contr. 522. num. 58., Actolin. reſol. 114. num. 13., & ſeqq. Rot. deciſ. 453. num. 3. par. 19. rec.* omnia enim dicuntur ſtare continuativè, & illativè ad præ-
15 cedentes ſubſtitutiones, *Andreol. controu. 289. num. 19., Rot. deciſ. 235. n. 15. par. 16. rec.*

Hoc etiam ſuadet communis regula, quæ in dubio ſtat pro excluſione fideicommiſſi; ità ut
16 illud tanquam odioſum ſemper, quo magis fieri poteſt, veniat reſtringendum, *Cyriac. dict. controv. 522. num. 16. & ſeqq., Craveit. conſ. 98. num. 13., Actolin. var. reſol. 114. num. 10., & ſeqq. & Rot. deciſ. 492. num. 3. cum ſeqq. par. 19. recen.*

Quibus ità firmatis quoad expirationem fideicommiſſi, ſeſe offerebat examinanda exceptio detractionum; quam Rei conventi ex perſona Fabii ſenioris eorum authoris deduxerunt; allegando ſignanter retentionem non ſolùm pro legitima, & trebellianica; verùm etiam pro dote Juliæ matris ejuſdem Fabii ſenioris; nec non pro legato ſcut. 400. eidem Juliæ à Tiberio relicto: quorum omnium medietas ob præmorientiam Franciſci fratris, ad eumdem Fabium pertinebat. Verùm quia ſuper illis propter generalem reſponſionem, earum illiquiditatis, aliaſque difficultates excitatas, etiam reſpectu quantitatis, nulla capi valuit reſolutio; DD. pro faciliori illarum examine, eaſdem particulari diſputationi reſervarunt.

Et ità, juxtà hunc modum, utraque &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS SUPER RESERVATIS.

Lunæ 21. Ianuarii 1704.

ARGUMENTUM.

Filia favore patris renuncians cum conditione reſolutionis in caſu quo eadem hæres inſtitueretur, non poteſt in bonis renunciatis à patre gravari, in caſu quo inſtituatur, & plura de conditione voluntaria, & de renunciatione ſtrictè accipienda diſſerunt.

Adſunt in hac cauſa ſupra dec. 14. 117. 142. & 270. & infra tom. ſeq. dec. 372. cum ibi notatis.

SUMMARIUM.

1 *Non hæres ad hæreditatem aſpirare nequit.*
2 *Renunciatio ſub conditione facta, illa purificata, reſolvitur.*
3 *Conditio in contractu appoſita reſtringenda non eſt per ſubaditas intelligentias ibidem non expreſſas.*
4 *In conditionibus voluntariis pro earum verificatione nudum factum attenditur, licèt nullus juris effectus indè ſequatur.*
5 *Hæreditaria qualitas non amittitur, nec diminuitur, ex eo quod quis ſit fideicommiſſo gravatus.*

6 *Pro conditionis voluntariæ implemento ſat eſt illam momento temporis purificatam fuiſſe, & cur?*
7 *Semel hæres ſemper hæres.*
8 *Renunciatio utpotè odioſa quantum minus fieri poteſt in dubio renuncianti præjudicare debet.*
9 *Regreſſus à renunciante in certo caſu indefinitè conventus eo adveniente omninò debetur, rejecta qualibet reſtrictione.*
10 *Præſertim ſi cum tali reſtrictione conditio reſolutiva prorſus ſuperflua remaneret.*
11 *Renunciatarius renunciantem hæredem poteſt inſtituere.*
12 *In contractibus omnia verba, & pacta ſuum effectum ſortiri debent.*
13 *Renunciatio tantùm capit quantum fuit in littera expreſſum.*
14 *Pater qui poteſt filiam præterire, multo magis poteſt gravare.*
15 *Limita in bonis ab eadem renunciatis ſub conditione reſolutionis, in caſu quo eadem hæres inſtitueretur, & quare?*
16 *Qui potuit quod à ſe dependebat facere, & non fecit, ſibi imputet.*
17 *Pater inſtituendo filiam, quæ ad ipſius favorem renunciaverat cum conditione reſolutionis in caſu, quo hæres fieret, videtur illam reintegrare voluiſſe.*
18 *Et tunc reſolvitur jus ipſius patris, & hæredis filiæ ſubſtituti.*
19 *Solutio duplex pro uno credito fieri nequit.*

DECISIO CCXCIV.

Diviſa in plures diſputationes cognitione partitarum, quæ controvertebantur, occaſione reſtitutionis hæreditatis clar. me. Ducis Joannis Sabelli per Duciſſam Camillam filiam auctricem Ven. Monaſterii B. Virginis Septem Dolorum, faciendæ ad commodum D. Principis Julii Sabelli: cum in præcedentibus deciſionibus coràm me editis fuerit quoad cætera capta reſolutio; reſervato tamen quidem per geminas vices examine reſpectu dotis ſcutorum viginti ſeptem millium, & lucri debiti Liviæ matri dictæ Duciſſæ Camillæ; hodiè adſcitis, etiam quinto, & ſexto ex Dominis ſuper dubio — *An eſſet relaxandum mandatum — negativa* prodiit reſpoſio.

Cum enim Duciſſa Livia deceſſerit ab inteſtato; & per conſequens utrumque ex ſupra relatis creditis non ad Ducem Joannem virum, ſed ad Duciſſam Camillam filiam jure legitimæ ſucceſſionis ſpectaret; nequeunt hæredes fidei-
1 commiſſarii d. Ducis Joannis ad illa tanquam non comprehenſa in ſua hæreditate aſpirare, *l. Cohærendi 41. §. Cum filiæ de vulgar., & pupillar., l. ſequens qu. 7. ff. de legat. 2., Rot. dec. 385. num. 12. par. 18., dec. 382. num. 3. par. 19. recent., & in Romana Primogenituræ de Maximis ſuper Immiſſione 6. Iunii proximipræteriti §. Sed ad retardandum coràm R.P.D. meo Caffarello.*

Abſque eo quod comprehenſio deduci valeat, ex quo Duciſſa Camilla renunciavit d. Duci Joanni Patri omnia ejus jura etiam materna. Etenim cum in eadem renunciatione, illa ſibi expreſsè reſervaverit, tàm in caſu, quo Pater ab inteſtato, & ſine filiis maſculis deceſſiſſet; quàm in altero, quo ipſam renun-

Google

ciantem in teſtamento, aut codicillis hæredem
inſtituiſſet: & in alterutro ex eis voluerit, bona
ad illam reverti, & renunciationem haberi pro
reſoluta, perindè ac ſi facta non fuiſſet, adje-
cta etiam declaratione, quod non alias, aliter,
nec alio modo ad celebrationem inſtrumenti
deveniſſet: eo ipſo quod Pater Camillam fi-
liam hæredem univerſalem inſtituit, renun-
2 ciatio prædicta penitùs reſoluta remanſit: &
jura dotalia matris ad ipſam renunciantem
libera redierunt; *Text. in cap. verum 4. de
condit. appoſit. l. 1. §. Item cum ipſe ff. de Donat.*,
& firmavit *Rot. coràm Bich. dec. 52. num. 27., &
in rec. dec. 194. num. 102. par. 5. dec. 64. num. 4.,
& ſeq. par. 19., & in Perusina Reintegrationis
20. Iunii 1701. §. Idque coràm R.P.D. meo Pio.*

Non relevante, quod pactum reſolutivum
veniat intelligendum in eo dumtaxat caſu,
quo Camilla hæres liberè, & purè à Patre inſti-
tuta fuiſſet; ità ut locum ſibi vindicare non
poſſit in præſenti hypotheſi, in qua per fidei-
commiſſum gravata fuit univerſam hæredita-
tem vocatis reſtituere. Quoniam ultrà quod
hujuſmodi intelligentia expreſſe repugnat lit-
teræ ejuſdem renunciationis, in qua cum tale
quid non legatur; imò è converſo appareat in-
definitè, & generaliter concepta: nulla ratio
patitur, quod reſervatio regreſſus ad eum
3 dùmtaxat caſum, quo inſtitutio hæredis eſſet
ſimplex, & libera, reſtringenda ſit per ſubaudi-
tos intellectus, quando contrahentes id non
expreſſerunt, ad tradita per *Cravett. conſ. 92.
num. 4, Gratian. diſcept. 924. n. 18., Rot. dec. 299.
num. 15. par. 5., & deciſ. 276. ſub n. 24. cum plur.
ſeqq. par. 18. rec.*

Ceſſat omne dubitandi principium ex vul-
gata juris propoſitione, quod in conditionibus
4 voluntariis pro earum adimplemento, ſeu pu-
rificatione nudum factum attenditur; licèt ex
eo nullus juris effectus ſequatur; juxtà claros
*Text. in l. Qui hæredi 44. l. Mevius §. 4. ff. de con-
dit., & demonſt., l. Siquis hæredem 7. ibiq. Gloſſ.
verb. Completum in fin. verſ. item nota C. de Inſt.
& Subſt., Gratian. diſcept. 659. n. 27., Mantic.
de conject. lib. 11. tit. 6. ſub num. 15., Fuſar. de
Subſt. qu. 318. num. 65., Rot. cor. Priolo dec. 199.
num. 7., coram Bich. dec. 343. num. 5., & in rec.
dec. 265. n. 14., & dec. 530. num. 6., & 7. par. 13.:*
quamobrem Camilla, dùm abſque dubio fuit
hæres inſtituta, nihil intereſt, an cum onere
reſtitutionis, vel cum omnimoda libertate
ſcripta fuerit: ſemper enim verum eſt, quod
purificata remanet conditio, ſub qua pactum
reſolutum conceptum fuit: etiamſi teſtator ap-
poſuerit obligationem reſtituendi hæreditatem
5 ſubſtitutis: cum per eam nunquam dici valeat
amiſſa, vel in aliquo diminuta hæreditaria
qualitas; ut inquit *Text. in §. Reſtituta, Inſtit.
de Fideicom. hæred.* ibi — *Reſtituta hæreditate is
quidem, qui reſtituit, nihilominus hæres perma-
net — l. 1. ff. de vulgar., & pupillar. ſubſtit, l. hæ-
redit. 65., & l. Sciendum 70. ff. de verb. ſignif.,
Dec. conſ. 80. num. 2., Menoch. conſ. 272. num. 25.
vol. 2., Peregr. de fideic. art. 5. n. 18., Rota coràm
Bich. deciſ. 35. num. 7.*

Immò ſi etiam pro implemento conditionis
6 voluntariæ ſatis eſt illam momento temporis
purificatam fuiſſe; licèt poſteà defecerit: quia
ſolum factum ſuæ purificationis, quamvis mo-
mentaneæ attenditur; *l. ſiquis hæredem 7. C. de
inſtit., & ſubſtit. l. fin. C. de indict. viduit., Card.
de Luc. de Feud. diſc. 57. num. 6., de fideic. diſc. 44.
num. 14. Rot. coràm Priolo deciſ. 110. num. 5., &
deciſ. 138. num. 20., & ſeqq.*; utique etiam dici
debet purificatam fuiſſe conditionem qualita-
tis hæreditariæ in Camilla: dùm ad hujuſmodi
effectum ſufficit eam ſemel hæredem extitiſſe;
7 ut indè ſemper talis reputetur; *leg. ex facto 43.
§. fin. ff. de vulgar., & pupillar. l. ei, qui ſolven-
do 88. ff. de hæred. inſtit., Peregrin. de fideicomm.
art. 3. num. 23., Adden. ad dec. 25. num. 29. par. 3.
recen.*

Quæ omnia & fortius procedunt in materia
renunciationis, in qua verſamur: hæc enim
tanquam ſtrictiſſimi juris, & odioſa benignè
8 venit interpretanda favore renunciantis; ut ſal-
tem etiam in dubium, quantum fieri poteſt mi-
nus ipſi præjudicet; *Valenzuol. conſ. 17. num. 34.,
Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 15. n. 231., & 237.,
Gratian. cap. 565. num. 63., Thomat. deciſ. Mace-
raten. 30. num. 70., Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 879.
num. 2., in rec. deciſ. 160. num. 7. par. 8., & in Ro-
mana Pecuniaria 4. Iulii 1696. §. fin. cor. Reve-
rendiſs. D. meo Decano.* Atque ideò dum condi-
tio reſolutiva non eſt expreſsè reſtricta ad ca-
ſum, quo ipſa Camilla nulli gravamini obno-
xia hæres inſtitueretur; ſed regreſſus, ut fuit
præmiſſum, ſtipulatus legitur indefinitè; qua-
tenùs ſcilicèt ipſa renuncians hæres ſcripta fuiſ-
ſet: ità indefinitè dici debet volitus, & intelli-
gendus eſt in quocumque caſu, quo in illa hæ-
9 reditaria qualitas verificaretur; rejecta quali-
bet reſtrictione; ut ad rem *Surd. conſ. 431. n. 3.
uſque ad 5., Rota coràm Dunoz. jun. deciſ. 246.
num. 10., & ſeqq. & in d. Romana Pecuniaria 4.
Iulii 1696. §. fin. coràm Reverendiſs. Domino meo
Decano.*

Et ſanè quoties dicta conditio reſolutiva in-
10 telligenda eſſet, ſolum quando Camilla hæres
libera ſcripta fuiſſet prorſus ſuperflua remane-
11 ret: cum certi juris ſit renunciantem poſſe in-
ſtitui hæredem à renunciatario, & tunc jure in-
ſtitutionis conſequi poſſe bona renunciata; *Al-
tograd. conſ. 42. num. 43. lib. 2., Manſ. conſult. 256.
num. 26., Torr. de pact. futur. ſucceſs. lib. 2. cap. 14.
num. 34., Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 5. n. 25.,
Surd. deciſ. 14. num. 5., Rot. coràm Bich. deciſ. 119.
num. 20.* Ad evitandam igitur hanc ſuperfluita-
tem dicendum omninò venit; quod pactum
hujuſmodi præcipuè comprehendat caſum præ-
fatum, quo Camilla renuncians hæres cum gra-
vamine reſtitutionis inſtituta fuit: non ſolum
12 ex regula, quod in contractibus omnia verba,
& pacta ſuum effectum ſortiri debent: *Cephal.
conſ. 87. num. 10., Bev. conſ. 37. num. 1., Rota in
Romana Cenſuum 20. Februarii 1702. §. Quin ur-
geat, & 3. Iulii ejuſdem anni §. Conſtitit coràm
Reverendiſs. D. meo Decano*: Verùm, & fortiùs
ex natura renunciationis, quæ debet ſemper ad
litteram intelligi; ut tantùm capiat, quantum
13 fuit in illa expreſſum; *Rota coràm Dunoz. jun.
dec. 346. n. 10., in rec. dec. 782. num. 1. par. 2., &
in Ariminen. fideicomm. Bandi, & Æneæ de Ban-
dis 26. Iunii 1697. §. Perpenſo cor. Reverendiſs.
D. meo Decano*,

Mi-

Digitized by Google

Minuſque relevat, quod ſi Pater poterat
14 Camillam filiam præterire; multo magis po-
tuerit illam, etiam in bonis renunciatis gra-
15 vare: tùm quia in eodem inſtanti, quo con-
ditio reſolutiva purificata fuit per inſtitutio-
nem, quomodolibet factam; renunciatarius
amiſit facultatem adiiciendi onus in bonis
ſub renunciatione comprehenſis tanquam re-
verſis ad ſtatum primævæ libertatis, ex ſupra
16 allegatis: tùm etiam quia cum filiæ præteritio,
vel illius libera inſtitutio, aut cum gravami-
ne, penderet ab arbitrio ejuſdem patris; ſibi
imputare debet, ſi eodem uſus non eſt; eligen-
do partem ſibi magis proficuam mediante
præteritione: quinimmò dùm eam inſtitutio-
17 nis titulo honoravit; quodcumque obſtacu-
lum removendo; videtur ipſam reintegrare
voluiſſe ad bona, à quibus per præcedentem
renunciationem excluſa fuerat; *Rota coràm Greg. deciſ.* 565. *num.* 6. *cum ſeqq.*, *coràm Priolo deciſ.* 134. *num.* 11., *& ſeqq.*, *& in rec. deciſ.* 112. *num.*, 1., *&* 2. *cum ſeq. par.* 17.

Atque hic removetur alterum objèctum
deſumptum ex eo, quod renunciatio ſtipula-
ta fuit favore Ducis Joannis, illiuſque hære-
dum, & ſucceſſorum quorumcumque, tàm
ex teſtamento, quàm ex codicillis: ac proin-
dè cum modernus Princeps eidem Duci ſucceſ-
ſerit, tanquam ſubſtitutus in teſtamento, ipſi
quoque ex prædicto actu renunciationis fuerit
jus quæſitum. Quoniam tunc Princeps actor
eſſet de comprehenſis in renunciatione; quan-
do Dux Joannes illius auctor filiam ad hæredi-
tatém propriam non vocaſſet: at cum res ali-
ter ſe habuerit, & Camilla ex diſpoſitione Pa-
tris eidem ſucceſſerit; renunciatio in vim pacti
18 reſolutivi deficit: & per conſequens reſoluto ju-
re Ducis Joannis; reſolutum quoque remanſit
jus Principis illius hæredis; *Card. de Luc. de Donat. deciſ.* 13. *n.*4., *Rot. deciſ.* 86. *n.*3. *par.* 14. *rec.*, *& in Romana Cenſuum* 28. *Iunii* 1686. *§. Cum autem coràm clar. me. Card. Caccia*, *confirmat.* 16. *Ianuarii* 1693. *§. neque demum coràm Rũo D. Manuel Archiepiſcopo Burgen.*

Tandem non reſiſtit laudum cl.me.Card.An-
tonii Barberini; in quo Camilla condemnata
fuit ad reſtitutionem omnium bonorum, quæ
titulo dotis Ducillæ Liviæ, acquiſiverit: quia
cum in dicto laudo fuiſſent condemnati autho-
res Principis Julii ad ſolvendum Camillæ ſcu-
tis 70.mil., in quibus comprehendebantur pre-
fata jura dotalia matris, æquitas expoſcebat,
quod poſtmodum à Camilla reſtituerentur
bona; quæ ex eodem jure dotis retinebantur:
19 ne pro uno credito duplicem ſatisfationem
conſequeretur: unde laudum predictum potiùs
retorquetur, & comprobat reſolutionem di-
ctæ renunciationis: dùm aliàs authores Prin-
cipis non fuiſſent condemnati ad reſtitutio-
nem dictæ dotis favore Camillæ.

Et ità, utraque &c.

FULGINADEN SUCCESSIONIS, ET DOTIUM.

Ven. 25. *Ianuarii* 1704.

ARGUMENTUM

Dotis congruitatem Avus commenſurat à numero neptum, nec illam fœminæ, quæ à ſtatuto excluduntur favore maſculorum, etiam ſi loco legitimæ ſuccedat, debent autè matrimonium conſequi, interim alimentis contentæ; & quando bona æſtimanda ſint pro dicta dote? Filiæ dotatæ excluſæ à Matris ſucceſſione à ſtatuto quod verbum *dotata* adicit alteri *petere*, non verò ſucceſſionis, vel exclusionis, ſat eſt, ut excludantur, quod tales ſint de tempore petitionis, licèt dotatæ adhuc non eſſent de tempore apertæ ſucceſſionis.

In hac cauſa adeſt ſupra *dec.* 107., *& infra tom. ſeq. deciſ.* 357.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum denegatur contra ſententiam validam. & juſtam.*

2 *Dos à patre conſtituta congrua cenſetur.*

3 *Dos à filiorum numero, & patrimonio dotantis principaliter commenſuratur*, & num. 6.

4 *Dos excedens legitimam eſt congrua.*

5 *Avus numero nepotum ex filio in dotandis ſuis filiabus debet conſulere.*

7 *Dos ex ſtatuto Fulginei ſuccedit loco legitimæ.*

8 *Et tunc dos eſt liberè tradenda.*

9 *Statutum Fulginei fœminas propter maſculos excludit.*

10 *Et tunc dos nonniſi in actu matrimonii debetur.*

11 *Alimentis interim ſubminiſtratis.*

12 *Et ſi innuptæ deceſſerint dotem à Patre conſtitutam ad ſuos hæredes non tranſmittunt.*

13 *Bona in dotem pro certa ſumma à Patre filiæ relicta aſſignata debent æſtimari, ac ſi vendi, & emi deberent.*

14 *Filia à Patre dotata, à Matris hæreditate excluditur, ſi id ſtatutum diſponat.*

15 *Limitatur concluſio ſi tempore delatæ maternæ hæreditatis fuerit à Patre dotata, & declaratur* num. 17.

16 *Secùs in Statuto Fulginei.*

17 *Dotatio ſat eſt verificetur de tempore petitionis maternæ hæreditatis, ut ab ea: excludatur filia cum ſtatutum verbum* -- dotata -- *non adicit verbo ſucceſſionis, vel excluſionis; ſed petitioni.*

DECISIO CCXCV.

COpioſa prole ſeptem filiorum, (ex quibus duo tantùm maſculi) gravatus Vincentius Barnabò in ultimis tabulis ſibi ſcripſit hæredem Petrum alterum ex dd. filiis; qui, & ipſe tunc undecim filios jam ſuſceperat: Juliæ verò, Annæ, & Luciæ tribus ex fœminis dotem ſc. 2000. pro qualibet, ſi in ſæculo, ſi autem in Domino nuberent ſummam ſc. 400. vel in pecunia, vel in bonis arbitrio hæredis perſolvendam reliquit: & quoties cælibem vitam ducere in propria domo elegiſſent; juſſit ibidem illis præſtari alimenta: conceſſa ulterius facultate de prædictis ſc. 400. per ultimam voluntatatem diſponendi.

Hujmodi paternæ voluntati non aequievetunt ſorores prædictæ, ſibique dotem magis congruam deberi prætendenres; ex reſcripto ſan. mem. Innocentii XII.; commiſſionem reportarunt directam A.C., ut omni appellatione remota, procederet cum voto ſuorum Locumtenetium: quo propterea exquiſito, ille rejecta ſotorum inſtantia; ſenteutiam abſolutoriam protulit favore Petri in judicatum tranſactam; declarando ſolummodo, aſſignandam eſſe dotem cuilibet earum, juxtà formam teſtàmenti paterni: à qua provocantibus eiſdem, cauſaque mihi commiſſa; quæſivi a DD. -- *an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, vel potiùs ſit locus ſupplemento dotis liberè tradendæ, nec non etiam ſucceſſioni in bonis matris* -- fuitque in omnibus *negativè* reſponſum, juxtà modum ſequentem.

Etenim reſtitutio in integrum defacili de-
1 negata fuit attenta validitate, & inſtitia ſententiæ; *per Text. in l. Nam poſtea §. ſi minor ff. de minor., & cap. 1., ibiq. Abb. num. 2. de in integr. reſtit. Rot. cor. Buratt. deciſ. 323. à n. 1. cum ſeqq.*, cumque validitas non eſſet in controverſia.

Domini juſtitiam deſumpſerunt; ex quo dotem ſc. 2000. ſingulis filiabus à Patre in teſtamento aſſignatam, ſatis congruam exiſtima-
2 runt: non ſolum, quia talis præſumitur ea, quę à Patre conſtituitur, vel in teſtamento relinquitur, *Decius conſ. 26. num. 2. lib. 1., Honded. conſ. 10. num. 32., & ſeqq. vol. 1., Rovit. conſ. 36. num. 6. vol. 2., Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. qu. 12. num. 3. & ſeqq., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 26. n. 120., Rota deciſ. 236. num. 16., & deciſ. 441. num. 10., & 11. parte 18. r. c.*

Verùm, & fortius, quia cùm ad commenſurandam congruitatem dotis unicè, & prin-
3 cipaliter filiorum numerus, & patrimonium dotare debentis, attendi ſoleant; *ad Text. in l. Cum poſt §. Cum gener, & l. quero ff. de jur. dot., & l. ſi filiæ Pater ff. de legat. 3. Honded. conſ. 10. n. 31. lib. 1., Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 2., Card. de Luc Dot. diſc. 2. num. 2. diſc. 53. num. 7., & diſc. 144. num. 9.* Eo ipſo quod ex relatione periti, qui fuerat electus ad firmandum ſtatum hæreditarium Vincentii Patris, conſtitit, illius patrimonium non computata dote Matildis uxoris, aſcendere ad ſola ſc. 22. mil., detracta ab iſtis medietate pro legitima ſeptem filiorum; eàque inter omnes diſtributa, jam indè patet, quod portio ſingulis Ligitimariis debita
4 erat ſc. 1573., & per conſequens dos in ſc. 2000. relicta, tanquam excedens ſummam, que ratione legittimę ad ipſos pertinuiſſet; dicenda eſt congrua: quando ad hujuſmodi effectum ſufficeret, quod legitimæ correſponderet; *Altograd. conſ. 5. num. 18. lib. 1., Melin. deciſ. 866. num. 13., Rot. deciſ. 192. num. 28., & ſeqq. par. 10., & deciſ. 204. n. 18. par. 13. rec.* ſignanter
5 inſpecto numero undecim nepotum ex filio; cui dum etiam conſulere teoebatur, teſtator, providè ſe geſſit; ſi univerſam hæreditatem eidem reliquit.

Non relevante, quod in civitate Fulginei dotes nobilium perſonarium ſoleant conſtitui in ſumma ſcutorum quatuor millium; Etenim ultrà quod è converſo juſtificatum fuit in aliis pluribus fuiſſe conſtituras etiam in minori ſumma ſc. 2000.: difficultàs ceſſare viſa fuit, ex quo non à ſolito in genere congruitas dotis de-
6 ſumenda eſt; ſed unicè, ut ſuprà reſponſum fuit; reſpiciendum eſt ad numerum ſeptem filiorum, & patrimonii quantitatem; juxtà cujus vires, aliaſque circumſtautias diverſum judicium capiendum eſt; ità ut dos, quæ in certo caſu nimis exigua apparet; in altero pluſquam congrua reputari debeat; ut pluribus collectis in proximis terminis reſpondit *Rota in Romana Fideicomiſſi 4. Decembris 1702. §. Nec meruit coràm R.P.D. meo Kaunitz.*

Firmata ex prædictis congruitate dotis; itàut locus non ſit petito illius augumento: quæſtio redacta fuit ad ejuſdem libertatem: prętendentibus ſororibus, quod illa eſſet ipſis
7 liberè conſignanda, eo ſub fundamento; quod ſi ex ſtatuto Fulginei dos ſuccedit loco legitimę, ut tradunt *Cyrocch. diſc. 10. num. 24., & diſc. 64. num. 12., & ſeq., Rot. coràm Emerix deciſ. 966. num. 17., & 18.* non potuerit ex judicio paterno gravari: mandando, quod in
8 nuptis tantum dotes ſolverentur: ſed veniant liberè tradendæ. Quo tamen non obſtante; cenſuerunt DD. prętenſam ſtatuariam diſpoſitionem ſuffragari quidem poſſe ad alios juris effectus; non autem ad hoc, ut fœminę dotem
9 liberè conſequantur: dum enim per illam excluduntur favore maſculorum; ut in pręciſis terminis *Cyrocch. diſcept. 23. num. 14., diſc. 43. n. 13.*, & optime *Rota coràm Puteo deciſ. 127. per tot. lib. 3., & coram Emerix dec. 965. ante n. 21.* exindè convincitur; quod non niſi quatenus
10 matrimonium actualiter contrahatur; dos veniat eis conſignanda, ut reſpondit *Rot. coràm Cerro deciſ. 303. num. 7., & deciſ. 342. num. 13.*
11 *par. 12. rec.* ſubminiſtratis tamen interim alimentis; *Rot. deciſ. 342. num. 25., & 26. par. 12. rec., & in Romana dotis ſuper alimentis 19. Aprilis 1697. §. Sanè coràm me, & in hac cauſa ſuper alimentis 1. Iulii 1699. §. Quo vero, pariter*
12 *coràm me*: & ſi poſteà fœminæ innuptæ deceſſerint; dotem à Patre conſtitutam nullo modo tranſmittere valeant ad ſuos hæredes; *Gabr. conſ. 5. num. 23. lib. 1., Gratian. diſc. foren. cap. 579. num. 29., & 30., Card. de Luc de Dot. diſc. 4. num. 9. Modern. Aſculan. ad ſtat. Vrb. tom. 2. annot. 39. num. 227.*, & optimè *Rot. in cit. dec. 342. num. 25., & 26. par. 12. rec.* Benè tamen verum eſt, quod dum ſorores, quæ hodiè innuptæ reperiuntur; poſſunt ad libitum in dies matrimonium contrahere, DD., ut illarum indemnitati pro magis expedita dotatione conſulerent; mandarunt, quod recognoſcatur peri-
13 tia, & videatur; an bona prædicta ſint verè valoris ſcutorum biſmille; quæ tanti vendi, & emi poſſint.

Et hæc quoad dotem: quo verò ad petiam ſucceſſionem in bonis Matildis matris conſiſten. in dote ſc. 10. mil.: pari ratione viſum eſt ſorores ab illa fore excludendas: dum enim ſtatutum præcipit -- *quod nulla mulier ſivè dotata fuerit à Patre, vel à matre, poſſit venire ad ſucceſſionem patris, nec matris, donec ſupereſt*

di-

aliquis maſculus, à quocumque dotata eſſet &c. & quad nulla mulier datata poſſit petere ſupplementum Legitimæ], *ſed ſuo legato contenta ſit* -- de
14 plano venit in conſequentiam; quod ut illæ ab hæreditate matris excluſæ remaneat, ſufficiat, ipſas à patre in teſtamento dotatas fuiſſe; *Caſtrenſ. conſ. 91. num. 2. in fin. Gratian., diſcept. forenſ. cap. 15. num. 2. & ſeq., & cap. 259. num. 29., & cap. 651. num. 14., Cyrocch. diſcept. 43. num. 18., modern. Aſculan. loco cit. num. 193.*

Nec obſtat, quod ad iſtum effectum requi-
15 ratur dotatio formalis de tempore apertæ ſucceſſionis: ideòque cum actrices de anno 1650. quo matris hæreditas eis delata fuit; adhuc dotem à Patre conſequutæ non fuiſſent; ob defectum principalis conditionis nequaquam dici valeant excluſæ. Perlectis enim verbis ſtatuti -- *quod nulla mulier dotata petere poſſit ſupplementum legitimæ; ſed ſuo legato contenta ſit* -- prò illarum excluſione exuberat; qualitatem dotationis verificari de tempore petitionis; licèt in eo momento, quo delata fuit hæreditas; non adeſſet; ut probant *Romaguerr. ad Conciol. ſuper ſtat. Eugub. lib. 2. annot. ad rubr. 62. n. 53.,*
16 *& de* ſtatuto Fulginei, tradit *Cyrocch. diſc. 42.*
17 *num. 39., & 40.*, Quotieſcumque verbum -- *dotata* -- non eſt adiectum verbo ſucceſionis, vel excluſionis; ut in caſu *deciſionum 326., & 351. coràm. Dunoz. jun.*, quæ in contrarium allegabantur: ſed eſt adiectum verbo -- petere -- ut hic, qualitas dotationis non requiritur tempore petitionis; ut diſtinguendo probat *Cure. jun. conſ. 10. ſub. num. 9., & Cæqhal. conſ. 5. num. 68.*

Et ità, utraque &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Veneris 25. Ianuarii 1704.

A R G U M E N T U M.

Habes ſupra deciſ. 213., quæ confirmatur, addito, quod bona à Muliere majore, licèt ſine ſolemnitatibus in Patrimonium ſacrum aſſignata, non poteſt cogi Sacerdos, ut dimittat facta obligatione ab aſſignatariis recipientibus ſolvendi certam annuam quantitatem. Et quantitas Patrimonii ſacri ſecundùm cujus loci conſuetudinem, vel loci originis, vel permanentiæ ſit dimetienda.

S U M M A R I U M.

1 *Renuncians ſuis juribus ſuper fundo aſſociationem ad illud prætendere nequit.*
2 *Læſio mulieris dignoſcitur ſi in Patrimonium Sacrum bona majoris fructus requiſito aſſignet.*
3 *Fructus vineæ non determinantur, niſi detractis prius expenſis pro cultura, & canone ejuſdem.*
4 *Expenſæ veroſimiles ſunt, quæ paſſim fieri ſolent.*
5 *Teſtibus in arte peritis ſtandum eſt.*
6 *Et de facto proprio.*
7 *Læſio, ut ex quantitate fructuum conſideretur, inſpici debet tempus aſſignationis bonorum.*
8 *Fides ſimplices lite pendente expiſcatæ non probant.*
9 *Læſionis probatio conquaſſatur ab altera contraria.*
10 *Vel ſaltem inepta redditur.*
11 *Interpretatio omnis pro actus validitate in dubio eſt capienda.*
12 *Patrimonii ſacri quantitas non à loco originis, aut in quo ordines fuerunt ſuſcepti, ſed à loco permanentiæ eſt regulanda.*
13 *In exercitio piorum actuum non eſt rigidè commenſuranda donantis liberalitas.*
14 *Nec cogi poteſt donatarius dimiſſa re donata aliam ſummam accipere à Iudice taxandam.*
15 *Rei preſtat incumbere quam actioni.*
16 *Contractus validus ſine alterius partis conſenſu reſcindi nequit.*
18 *Re legitimè acquiſita, & ab ipſo meliorata privari quis non poteſt, altera recepta.*
18 *Fructus bonorum ad poſſidentem ſpectant.*
19 *Fructuarius cogi poteſt re benè uti, nec tempore reſtitutionis infructifera, & devaſtata ſit.*

D E C I S I O   C C X C V I.

Fuerat in alia propoſitione hujus cauſæ per deciſionem editam die 3. Februarii 1702. denegata aſſociatio petita per Dominicam ſuper vinea, aliàs donata à Carolo Accica favore Joannis Baptiſtæ Bavæ, ad effectum illi conſtituendi patrimonium; quod ex diſpoſitione Sac. Concil. Trid. neceſſariò requiritur; ut quis poſſit ad ſacros ordines promoveri: cum autem eadem Dominica interim obierit, & Fratres de Joanninis illius hæredes plura deducerent contra fundamenta deciſionis: DD. hodiè, cauſa repropoſita, iſtis non obſtantibus *perſiſtere* non dubitarunt *in deciſis*.

Ut enim in illa fuit firmatum; non potuit Dominica poſtquam approbaverat donatio-
1 nem hujus vineæ, inſtare pro aſſociatione ad illam, ſub prætextu quod eſſet ſibi hypothecata: dùm per donationem (de cujus validitate, nec fuit in præſenti dubitatum ex rationibus in mea præcedenti deciſione deductis) cuicumque juri ſibi competenti renunciaverat, ut advertunt *Rip. in cap. Sæpè num. 2. de reſtit. ſpoliat., Surd. conſ. 49. num. 3. par. 8.*, & firmat *altera hujus cauſæ deciſio 5. Licèt enim*.

Non attentâ repetita exceptione prętenſi exceſſus; ſupponendo, quod fructus vineæ longè excederent quantitatem pro conſtituendo pa-
2 trimonio requiſitam: undè ad mulieris læſionem inferebatur. Quoniam ad effectum probandi hujuſmodi exceſſum, nihil aliud fuit exhibitum, quàm notula ab ipſo Bava conſcripta, continens fructus anni 1677., & 1678., ſinè tamen ulla mentione expenſarum; quàm DD. nullatenùs eſſe attendendam cenſuerunt:
3 tùm quia, nunquam poteſt determinari certa quantitas fructuum; niſi prius deducantur expenſæ factæ pro cultura vineæ, & ſolutione canonis; *ad Text. in l. 1. de fruct., & lit. expenſ., Rot. coràm Greg. dec. 273. n. 3., & coràm bo. me. Emerix Iun. dec. 117. num. 9., & in rec. dec. 419. num. 3. par. 18., & dec. 379. num. 17. par. 19. tom. 1.* maximè quia, de illarum non modica quantitate doctum fuit ex aliis notulis exhibitis; quæ
4 veriſimiles recognitæ fuerunt: & quia iſtæ paſſim fieri ſoleant etiam in majori quantitate, ut

Digitized by Google

5 ut probant teſtes adducti; quibus tanquam in arte peritis ſtandum eſt: & hoc fortius, quia 6 de facto proprio deponunt, ex congeſtis per *Farinac. de Teſtib qu. 65. n. 165., Spad. conſ. 167. num. 2. lib. 2., Card. de Luc. de empt. diſc. 24. n. 8., Rot. coram Mantic. deciſ. 366. num. 4. & ſeqq.*

Tùm quia, cum donatio facta fuerit anno 1685., ubi etiam ſubſiſteret quantitas fructuum in præcedentibus annis recollecta; adhuc non veniret attendenda in præſenti: cum ad iſtum 7 effectum adduci debeant probationes percutientes præciſum tempus donationis, ut firmavit *Rot. cor. Gregor. deciſ. 533. num. 7., & ſeqq., & in Romana Cenſus, & Cantelæ Angeli 28. Ianuarii 1701. §. Nec Moniales in fin coràm R. P. D. meo Pio, & in Romana Vineæ, ſeù Horti 15. Martii 1700. §. Utcumque coràm Me.*

Et quamvis in comprobationem prætenſæ notulæ adducantur nonnullæ teſtium deponentes: iſtæ quoque viſæ fuerunt omninò inſuffi- 8 cientes; cum ſint ſimplices fides lite pendente procuratæ: & per conſequens nullius ponderis reputantur, *Rot. coràm Dunoz. Iun. deciſ. 254. n. 8., & in rec. 471. n. 5. in fin. par. 2., & dec. 417. n. 14. par. 18.*, quod magis eſt conquaſſantur 9 ex depoſitionibus aliorum teſtium probantium, quod de tempore donationis vinea exiſteret in peſſimo ſtatu: & quod expenſæ pro cultura illius ſint in longè majori quantitate: ità ut proindè negari non poſſit; quod documenta ad oſtendendum exceſſum adducta vel ſint 10 penitus inſubſiſtentia, vel ſaltem undique turbida, & ſic inepta ad hunc effectum: pro quo concludentes probationes requiruntur: ut firmat *Rota coram Seraphin. dec. 1189. num. 2., & coràm Cerr. dec. 338. num. 1., & coràm ſa. me. Alexandro VIII. dec. 226. num. 6., & in recent. dec. 306. num. 26. par. 7.*, & in dubio pro vali- 11 ditate omnis capienda veniat interpretatio: ut ad vulgat. *l. Quoties ff. de reb. dub.*, docet *Rot. coràm Seraphin. dec. 1418. num. 18., & coràm Merlin. dec. 391. num. 5., & coràm Buratt. dec. 316. num. 10.*

Quibus ità firmatis: nihil refert, quod adhuc quantitas pro conſtituendo patrimonio fuerit exorbitans: utpotè quià regulari debuiſſet vel juxtà taxam Regni Neapolis, ubi ſuſcepti fuerunt ordines, vel juxtà conſuetudinem Januenſem, ſub cujus dominio ortum habuit Bava 12 Donatarius; in quibus minor requirebatur quantitas, quam Romæ: quoniam cum Bava eſſet incola Urbis, ibique domicilium haberet, ac in eadem quoque conſtitutum fuerit patrimonium; exindè ſequitur; quod congruitas patrimonii ſemper debuiſſet regulari ſecundum conſuetudinem Urbis; per *Text. in l. ſemper in ſtipulat. ff. de regul. jur., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 3. tit. 9. num. 10., Rot. coràm Caſtill. dec. 51. num. 25. lib. 1., Rot. coràm Coccin. deciſ. 116. n. 4., & coràm Bich. deciſ. 65. n. 13.*

Tantoque magis, quia in exercitio hujuſmodi actuum, qui pietatem præſeferunt; non 13 eſt ità rigidè commenſuranda liberalitas donantis; ut præcisè ponderari debeat æquivalentia rei: ſed etiam ſi adſit aliquis exceſſus, attendi non debet; nec ex eo valet ad nullitatem inferri, *Guttier. de juram. confirm. par. 1. cap. 11. num. 7. & 9., Larr. dec. 66. num. 19., Rub. in addit. ad deciſ. 56. num. 9. & ſeqq. par. 9. rec.*

Agnitâ difficultate ab informantibus pro heredibus Dominicæ, ut ſibi controverſa vinea 13 reſtitueretur, obtulerunt ſe promptos præſtare Bavæ certam annuam quantitatem pro ſac. patrimonio à noſtro Tribunali taxandam vel ſuper fructibus locorum montium, vel ſuper penſionibus unius fænilis aſcendentibus ad annua ſcut. 100.: ſed cum illam acceptare renuerit Bava; exiſtimarunt DD., non poſſe ad id compelli; non ſolùm quia poſt quam legitimè vineam acquiſivit; non tenetur illam dimittere; 14 cum meliùs ſemper ſit, rei potiùs incumbere; quàm actionem exigendi pecuniam intentare, *Text. in l. 2. C. de fideicommiſs., Manſ. conſult. 102. num. 43., Merlin. de Pignor. lib. 1. quæſt. 25. n. 5., Olea de Ceſs. jur. tit. 4. quæſt. 7. num. 30., Rota deciſ. 473. num. 12. tom. 2. par. 19. recen.*; verùm etiam, quia verſamur in contractu uſque ab ini- 15 tio valido; & ideò ſinè alterius partis expreſſo conſenſu, reſciſſioni ejuſdem locus eſſe non poteſt: addito etiam, quod hodiè ob induſtriam Bavæ, ſeù propter melioramenta in ea confe- 16 cta vinea majorem quantitatem fructuum reddat, quàm à principio de tempore conſtituti patrimonii; æquum proindè non eſt, quod illis privetur, ut monent *Molin. de contract. diſp. 465. num. 2., Cald. de empt., & vendit. cap. 27. n. 23., Rot. coram Seraph. deciſ. 1496. num. 5., & coràm Duran. deciſ. 329. num. 6., & in rec. dec. 338. n. 2. par. 16.*: quod procedit, etiamſi pecuniæ pro conficiendis melioramentis ad donantem ſpectarent: quoniam ultrà quod hoc non probatur; ſemper adhuc verum eſſet, quod fructus 17 ex illis percepti ad poſſeſſorem ſpectarent; & iſte ſolum pecuniarum debitor remaneret, ut firmavit *Rot. coràm Puteo dec. 275. lib. 3., & coràm Merlin. dec. 363. num. 5., & coràm Bich. deciſ. 406. num. 12., & in recen. deciſ. 435. num. 15. par. 1.*

Replicatio autem, quod vinea potiùs hodiè ob malam culturam ſit adeò deteriorata; ut fructus, qui modo pinguius retrahuntur citò defecturi credi poſſint; ſicut refert peritus; licèt apud Dños non modicam faceret difficultatem; adverterunt tamen, quod quando ità verè res ſe haberet; non deerunt aperta juris re- 19 media; quibus proprietario conſulitur; ut fructuarius adſtringatur ad benè utendum; ne aliàs in dimiſſione, tempore reſtitutionis rem infructiferam, & devaſtatam recipere teneatur.

Et ità, utraque &c.

SABINEN. FIDEICOMMISSI SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 28. Ianuarii 1704. 1

ARGUMENTUM. 2

Fructus non debentur ei, qui immiſſionem obtinuit cum ſententia conditionali *ſolutis &c.* niſi à die veri adimplementi conditionis, etiamſi poſſeſſor appellaverit. 3

Confirmatur juxtà modum dec. 348., & adſunt in hac cauſa dec. 316. & 347.

SUM- 4

S V M M A R I V M.

1 *Fructus non debentur à die mota litis immiſſionem obtinenti cum conditione* ſolutis &c., *niſi ex quo illam adimplevit.*

2 *Ablativum conditionem importat.*

3 *Conditio ante omnia in forma ſpecifica eſt adimplenda.*

4 *Obligatus cum hac conditione ſolutionis antè immiſſionem, debet vel ſolvere, vel deponere.*

5 *Et hoc debet agere prælationem prætendens.*

6 *Verbalis oblatio pecuniarum ſatis eſt, ut poſſeſſor in mala fide ponatur, ad hoc ut immiſſionem obtinens poſſit fructus percipere.*

7 *Contrarium.*

8 *Duplex emolumentum in bonis, & pecunia percipere prohibitum eſt ex æquitate* l. curabit.

9 *Creditor poteſt retinere bona pro creditis quibus illa ſunt hypothecata.*

DECISIO CCXCVII.

PEr tres ſententias conformes cum clauſula: *ſinè præjudicio*: à Signatura Juſtitiæ canonizatas, fratres de Cæſariniis vocati ad fideicommiſſum quondam Nicolai Liberati, immiſſionem vigore *leg. final.* obtinuerunt ad prædium: *delli coppari*: aliaque bona fideicommiſſo ſubjecta; conditione tamen in eiſdem ſententiis adjecta, quod ſolverentur tàm ſcut. 252. 45. Stephano, & Dominico fratribus de Urſinis poſſeſſoribus, & reis conventis; qui tranſlativam ceſſionem nonnullorum cenſuum reportaverant à creditoribus dicti fideicommittentis, quàm etiam alia ſc. 562. 50. debita Palutiis hæredibus mediatis quondam Theodoſię creditricis ex cauſa reſtitutionis dotis ejuſdem Nicolai viri: prout in executionem ſententiarum iidem actores de menſe Septembris anni 1695. memoratas ſummas perſolverunt; & ſubindè controverſorum bonorum poſſeſſionem apprehenderunt: verùm quia præter hęc, excitarunt etiam prætenſionem conſequendi fructus ab anno 1634., quo mota fuerat lis, uſque ad diem captæ poſſeſſionis; conſulti hodiè DD.: *an, & in qua ſumma eſſent liquidandi*: reſponderunt, *nullos deberi fructus.*

Et ſanè fructus nec liquidandos, nec ullo
modo reſtituendos eſſe viſum fuit; quia eo ipſo, quod Urſini, & Palutii, præſcindendo
etiam à contractu emptionis; bona, quæ cadunt ſub lite, partim retinebant pro creditis
cenſuum, quos tranſlativè acquiſiverant contra fideicommittentem, partim verò pro dote
Theodoſiæ; & in ſententiis ſuper immiſſione latis, per ablativum: *ſolutis*: continebatur conditio reſtituendi pecuniarum ſummas; pro quibus dd. bona retinebantur: quouſque ab actoribus impleta non fuit conditio prædictæ reſti-
1 tutionis: non tenebantur Urſini, & Palutii bona dimittere; & per conſequens nec hodiè fru-
2 ctus reſtituere tenentur: talis enim eſt efficacia dicti ablativi: *ſolutis*: ut conditionem impor-
3 tet; quæ prius, & antè omnia in forma ſpecifica adimplenda erat; *Rot. dec.189. num.3. par.4. diverſ., in rec.deciſ.184. num.4. par.16., dec.34. num. 32., & dec.344. num.5. par.17.*, & de verbo: *reſtitutis*: *Gratian.diſcept. for. cap.786. n.12.*
4 *cum ſeq.* ità ut debuiſſet vel pecunia ſolvi, vel
in caſu recuſationis deponi; *ad Text. in leg. ſi fundum ibique Gloſſ. verb. oblatum, & l. ſi à te comparavi C. de pact. inter empt., & vendit.*, &
5 in terminis petentis prælationem, probat modernus *Setinus de prælat. quæſt.26. n.25., & 26., & in Romana Caſtri Porciliani ſuper reſervatis 13. Maii §. Exordiendo, & 1. Septembris §. Quin urgeret 1701. coràm Me.*

Nec ſubſiſtit, quod hęc procederent quoties
Palutii, & Urſini acquieviſſent primæ ſententiæ; acſi per Cæſarinos ſtetiſſet; ſi eo nunc pecuniæ ſolutæ non fuiſſent: at ſecùs in pręſenti,
quo illi beneficio appellationis non ſemel, ſed bis, ac tertiò interpoſitę cauſam protraxerunt:
in his enim terminis dicebatur, quod ſicut iidem ſe confovendo in poſſeſſione, fructus medio tempore perceperunt; ità nihil imputandum ſit Cęſarinis, ſi pecunias non depoſuerunt,
6 cum ſatis fuerit verbalis oblatio; ut deindè poſſeſſores in mala fide conſtituti, teneantur
ad reſtitutionem fructuum; ex firmatis *coràm Cerrin. deciſ.978. num.14., & 15., & in aliis ad*
7 *id allegatis*: quoniam eo ipſo, quod Cæſarini pecunias penès ſe retinuerunt, negligendo executionem ſententiæ ipſis favorabilis; ſicut fructus ex propriis pecuniis perceperunt; ità ſi modo eis reſtituerentur fructus bonorum, duplex emolumentum conſequerentur; nempè ex
8 propriis pecuniis, & ex bonis jam recuperatis: quod in jure permiſſum non eſt: cum repugnet
æquitati *leg. curabit C. de act. empt.*: & è converſo, cum fructus dotis, & cenſuum excedant fructus bonorum; ſi Rei conventi tenerentur illos Cæſarinis reſtituere; *eſſent* in nimis manifeſta jactura; dum præſcindendo à titulo emptionis, *eis* competebat jus retinendi bona, & percipiendi fructus pro d. creditis, pro quibus eadem bona erant hypothecata; *Surd. deciſ.47. n.71., Rot. poſt Cenc. de cenſ. dec.451. n.8.*

Et ità, utraque &c.

GIENNEN. JURIS MUTANDI CUM CAUSA, VEL SINE.

Lunæ 11. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus jus habens à re judicata confirmatum, *libere* mutandi canonicos de una ad aliam Eccleſiam ſine cauſæ expreſſione, ex rationabili arbitrio poteſt facere, quin eam exprimere teneatur: & quomodo hoc jus probetur, latè examinatur. Si verò Canonici ſe gravatos ſenſerint, poſſunt in particularibus caſibus reclamare, appellationem tamen in devolutivo obtenturi.

Confirmatur infra. dec. 356.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus de una Eccleſia ad aliam canonicos ſine cauſa mutare non poteſt.*

2 *Quia mutationes iſtas vulgus plerumque in malum ſenſum accipit.*

3 *Et per illas canonicorum bonum nomen læditur.*

4 *Et illis incommodum affertur.*

5 *Limitatur cum agitur de uno eodemque Capitulo materialiter tantùm diſtincto.*

6 *Et quando adeſt conventio continuò obſervata.*

7 Et

7 *Et ſequutæ ſunt Capituli approbationes, & declarationes.*

8 *Super ſententia, quæ in judicatum tranſivit non eſt amplius dubitandum.*

9 *Et facit de albo nigrum, & æquipollet cuicumque privilegio, & excogitabili titulo.*

10 *Potiſſimè cum poſt obtentam reſtitutionem in integrum fuit confirmata.*

11 *Facultas conceſſa cum verbo:* liberè *: tollit neceſſitatem exprimendi cauſam in ejus exercitio.*

12 *Et contrariorum doctorum auctoritas non applicatur, cum in id concurrat obſervantia.*

13 *Quod cedenti licuit, licèt pariter ceſſionario in ejus jus ſuccedenti.*

14 *Confeſſio partis adverſarii bonum jus oſtendit, & plenum contra illam facit probationem.*

15 *Ius quod cedens non habuit, neque habet ceſſionarius.*

16 *Ennunciativa ſimplex tertii non obeſt.*

17 *Permutatio de una Eccleſia ad aliam, quam Epiſcopus faciendi jus habet, ſine cauſæ expreſſione, poteſt, cauſa inſtante, effici, quin teneatur eam exprimere.*

18 *Et tunc Canonici ſi ſe gravatos ſenſerint, reclamare poterunt, & obtinere appellationem in devolutivo.*

19 *Appellatio nonniſi in devolutivo datur, cum id exigat divinus cultus, & favor Eccleſiæ.*

20 *Appellatio in ſuſpenſivo non datur in mandatis de reſidendo.*

DECISIO CCXCVIII.

ANtiqua controverſia inter Epiſcopum, & Capitulum Giennen. exorta, ſuper facultate liberè mutandi Canonicos ab Eccleſia Giennen ad illam Baeſiæ; & è converſo, tribus antiquis hujus noſtri Tribunalis judicatis, videlicèt coram Suavio, Accorambono, & S. Cruce diſcuſſa, favore ejuſdem Epiſcopi reſoluta fuit.

Verùm quia præfati Canonici poſt lapſum unius, & ultrà ſæculi prætendere ceperunt, quod nonniſi cum cauſæ expreſſione præfatam mutationem facere licuiſſet Epiſcopo; aſſumpta fuit coràm R.P.D. Anſaldo hujus novæ prætenſionis diſputatio; atque ſub die 20. Februarii 1699., illos mutare poſſe abſque expreſſione cauſæ, reſponſum fuit; quod in aliis ſubſequentibus inſtantiis coràm RR.DD. meis Muto, & Pio, confirmatum quoque remanſit.

Et quamvis poſt tot judicata ſupponi poſſet totam cauſam terminatam fuiſſe; nihil minus Canonici non ſolùm non acquieverunt: ſed immò reſtaurantes etiam primam controverſiam ſuper facultate mutandi; curarunt adverſùs antiquas ſententias illam Epiſcopo adjudicantes, cauſam reſtitutionis in integrum R.P.D. meo Priolo committi: eodemque contextu aliam commiſſionem mihi directam impetrarunt, ſuper altera reſtitutione in integrum adversùs ultimas ſententias declarantes nullam in mutatione exprimendam eſſe cauſam ab Epiſcopo. Cumque fuerint duo particularia dubia ad formam commiſſionum, tàm à R. P. D. meo Priolo, quàm à me ſubſcripta; prodiit, quoad utrumque favore Epiſcopi reſolutio; & in ſpecie reſpectu illius à me propoſiti, attenta validitate, atque juſtitia ſententiarum, *non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum*, reſponſum fuit.

Hinc quoad validitatem DD. ſatis de illa ex revolutione proceſſus conſtare dixerunt: nolentes immorari in reſponſione ad objectum, quod ſententiæ latæ, negocium totum non dirimant; quaſi deciſiones, quæ illas præceſſerunt, non contineant reſolutionem articuli principaliter in dubio comprehenſi: an, ſcilicèt, poſſit Epiſcopus mutare cum cauſa; & quatenus illa concurrat, teneatur ad illius expreſſionem: ex ipſa enim lectura primæ deciſionis editæ coràm R. P. D. meo Anſaldo, habetur præciſum reſponſum, Epiſcopum mutare poſſe abſque expreſſione cauſæ; quod ſupponit quidem adeſſe cauſam; ſed illam exprimendam non eſſe. Cumque id etiam in ſententia per eum lata declaratum fuerit; ſubindèque aliæ ſententiæ confirmatoriæ ſupervenerint; jàm indè patet, quod hujuſmodi objectum, nullam ex facto mereatur animadverſionem.

Ideò iterum aſſumentes examen juſtitiæ, illam viſum fuit obumbrari non poſſe ex con-
1 cluſione generali, quod Epiſcopus ſine cauſa
mutare non valeat; ut in *can. Sanctorum diſt. 70.*,
& alibi paſſim; additis rationibus; quia ſcili-
2 cèt mutationes hujuſmodi plerumque in ma-
lum ſenſum vulgus interpretatur: multumque
per illas læditur exiſtimatio, & bona fama Ca-
nonicorum; ut notat *Peyſrin oper. regul. tom. 1.*
de Offic. Subdit. regul. quæſt. 1. cap. 12. juxtà fi-
nem. & quia etiam in illis magnum Canonicis,
4 aliiſque Beniſiciatis affertur incommodum;
tàm ratione periculi quoad ſalutem ob muta-
tionem aeris: quàm ratione expenſarum; dùm
coguntur hoc modo deſerere proprios lares, &
ſubſtantias alio transferre cum non modico
diſpendio,

Etenim hæc omnia unica ſolutione tolluntur: quoniam ſuper hac controverſia jam ema-
narunt aliæ tres ſententię Rotales, quæ dictam
5 facultatem mutandi Epiſcopo competere de-
clararunt: tùm quia agitur de uno eodemque
6 Capitulo, ſolum materialiter in duas Eccle-
ſias diſtincto: tùm quia talis fuit conventio
inita cum Canonicis continuò obſervata. tùm,
7 & in tertio, quia ſubſequtæ fuerant approba-
tiones, & declarationes Canonicorum, præter
alias rationes, quarum plures reaſſumptæ fue-
runt etiam in deciſionibus editis in aliis inſtan-
tiis ſuper hujuſmodi articulo. Cùm autem præ-
8 fatæ antiquæ ſententiæ jàm in judicatum tran-
ſitum fecerint; non eſt cur de hoc amplius du-
bitetur; cum illæ faciant de albo nigrum; &
9 æquipolleant cuilibet privilegio, & alteri cui-
cumque excogitabili titulo per *Text. in l. prima*
ff. de re judic., *Staiban. var. reſol. 69. num. 2.*,
Rot. coràm Bich. deciſ. 643. num. 11., *& in rec.*
deciſ. 482. num. 3. par. 1., *& deciſ. 61. num. 17.*
par. 12., *& deciſ. 104. num. 8.*, *& deciſ. 251.*
num. 40. par. 18.

Quod agnoſcentes iidem Canonici curarunt, ut præmiſimus, obtinere adversùs illas, novam commiſſionem reſtitutionis in integrum directam R. P. D. meo Priolo: ſed hodiè coram illo pari ſorte dicta res judicata fuit approbata

Digitized by Google

10 probatâ; itâ ut etiam ſuperventa hac reſolu-
tione; tanto minus licitum ſit recantare anti-
quas exceptiones, ut benè firmat *Rota in recen.*
deciſ.16.num.7.par.16., & dec.122.n.7. par.17.,
& alibi paſſim.

Firmato ex prædictis, quod hodiè amplius
dubitari non liceat de facultate mutandi: clara
etiam apparuit juſtitia quoad aliam partem;
ut ſcilicèt nec teneatur Epiſcopus ad ullam
cauſæ expreſſionem; cum & hoc ipſum reſultet
à ſæpedictis antiquis ſententiis Rotalibus in ju-
dicatum tranſactis; in quibus dictum fuit com-
petere facultatem Epiſcopo liberè mutandi:
10 quod verbum *liberè* tollit neceſſitatem expri-
mendi cauſam, *Sanchez ad præcepta decalog.*
lib. 7. cap. 29. num. 111., *Fagnan. in cap. cum ad*
Monaſterium num.34 de Stat. Monach., *Gratian.*
diſcept. foren. cap.47. num.21., & confirmant *de-*
ciſiones editæ ſuper hac controverſia coràm RR.
PP. DD. meis Anſaldo, & Pio. Et quamvis
hodiè iterum allegarentur Doctores in contra-
rium; tamen illos Domini, in præſenti hypo-
theſi applicari non poſſe reputarunt ex peculia-
ribus Facti circumſtantiis: & ſignanter, quia
12 concurrit longæva obſervantia, juxtà quam
ſemper Epiſcopi mutarentur Canonicos – in
in proſecutionem juris, & poſſeſſionis, littera-
rumque executorialium liberè mutandi – ut pa-
riter reſpondendo contrariis, firmatur in præ-
fatis deciſionibus.

Et de facto ipſum Capitulum, ad quod an-
tiquitus ante ceſſionem factam Epiſcopo, ſpe-
ctabat hoc jus mutandi, pluries ſinè expreſ-
13 ſione cauſæ mutavit canonicos: quamobrem
idem licere debet Epiſcopo, qui per ceſſionem
ſibi factam in locum Capituli ſubrogatus fuit, *ut*
ad Text. in l. ſi donatæ §.1. ff. de donat. inter vir.,
& uxor. firmavit *Rota coràm Gregor. deciſ. 115.*
num.3., & in recen. deciſ.358. num.7. par.5., &
dec.197. num.7. par.19. Imò & poſt ipſam ceſſio-
nem Capitulum ipſum de anno 1642. cum voto
majoris partis faſſum fuit, Epiſcopos ex con-
ſuetudine immemorabili, & ex rotalibus reſo-
lutionibus habere jus liberè mutandi pro libito
voluntatis, abſque aliquâ limitatione: idque
continuò abſque ulla contradictione practica-
tum fuiſſe: & ſi aliqua adfuit controverſia, illi-
cò ſopita remanſit: & ulterius appellationi in-
14 terpoſitæ renunciavit: hujuſmodi autem con-
feſſio nimis clarum oſtendit bonum jus Epiſco-
pi; & facit contra confitentem ſuperlativam
probationem, per *Text. in leg. cum te C. de tran-*
ſact. Surd. conſ.143. num.39., *Rota coràm Ludov.*
dec.143. num.3., & in rec. dec.436. num.2. par.2.
verſ. Immò, & dec.348. n.7. par.5.
Nec illi contraponi meretur alia declaratio fa-
cta in relatione Chriſtophori de Ævelledo vi-
carii generalis Epiſcopi; in qua dicitur fuiſſe
quidem ſolitum à principio capitulum mutare
vigore ſtatuti: verùm quia canonici tractu tem-
poris abuſi fuerunt dicta facultate mutandi: *à*
loro arbitrio, e volontà ſenza attendere la neceſſità
d'ambedue le Chieſe, come ordina lo ſtatuto: ideò
illi, qui mutationem paſſi fuerunt, ſe gravatos
declararunt: undè inferebatur; quod ſicut à
15 principio non poterat capitulum ad libitum
mutare; itâ nec poſſit Epiſcopus, qui ab illo
ſua jura metitur. Etenim, ultrà quod hæc ſim-
16 plex enunciativa vicarii, non poteſt juribus
Epiſcopi præjudicare: ceſſat quælibet difficul-
tas: tùm ex quo hujuſmodi mutationes non
fiunt ex ſimplici, & irrationabili arbitrio Epi-
ſcopi; cum, ut aliàs dictum fuit fieri ſoleant ex
17 cauſa ſervitii Dei, & boni regiminis eccleſia-
rum: tùm quia in dicta relatione non dicitur;
quod ſit exprimenda cauſa: & ſtant benè ſimul,
quod illa adſit, ſed Epiſcopus exprimere (quod
eſt, de quo quæritur) non teneatur.

Ex indeque non tollitur canonicis modus re-
parandi eorum præjudicio, quatenus aliquod,
per hujuſmodi mutationem irrogetur; quia ni-
hilominus eis licebit in ſuis caſibus particulari-
18 bus reclamare; appellationemque interpone-
re; ut dictum eſt in deciſionibus hujus cauſæ:
quæ tamen appellatio in ſuſpenſivo dari non
debet; cùm itâ expoſcat cultus divinus, & fa-
19 vor eccleſiæ; ut paſſim etiam practicatur in
aliis caſibus, de quibus plura dari poſſunt exem-
20 pla; & ſignanter in mandatis de reſidendo, à
quibus non datur appellatio ad effectum ſu-
ſpenſivum, *Gennen. in pract. quæſt.320. per tot.*,
Scacc. de appellat. par. 17. limit. 26. pariter per
tot., *Ricc. in prax. for. eccl. reſol. 476. num. 5. in*
fin., *Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſcopi par. 3. al-*
leg.73. num.37., & in ſententiis latis ſuper cor-
rectione morum, ut *per Text. in cap. irrefraga-*
bili de offic. Epiſcopi, & ſancitum eſt *in Conc. Trid.*
cap. 10. ſeſſ.24. de reformat. Fagnan. in cap. ad no-
ſtram de appellat. num.5.

Et itâ, utraque &c.

ROMANA CADUCITATIS SUPER ALIMENTIS.

Lunæ 11. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Alimenta ad primogenituram vocatis debentur; etiamsì non adhuc in eadem ſucceſſerint, prælativè ad creditores hæredis gravati: & undè ſumantur, & in qua quantitate taxentur?

SUMMARIUM.

1 *Alimenta ex primogenitura conſequi debet ad eam expreſsè vocatus, etiam antè quam ſuccedat.*

2 *Diſpoſitio teſtatoris alendi fæminas de bonis primogenialibus, eſt ſervanda.*

3 *Alimenta aſſignari debent de bonis, ubi alimentarii degunt, ut ea faciliùs conſequi poſſint.*

4 *Nec ſi ex eis ſufficienter habentur, peti poſſunt ſuper bonis à creditoribus poſſeſſis.*

5 *Alimenta taxantur habito reſpectu perſonæ alendæ, & patrimonii, à quo ſumenda ſunt.*

6 *Alimenta pro vocatis potiora ſunt gravati creditoribus.*

DECISIO CCXCIX.

Rejecta per tres conformes actione ſuper caducitate per Cajetanum Roſſinum intentata contra Antonium Franciſcum patrem à commodo primogenituræ, ad quam ipſe tanquam ſubſtitutus ſuccedere prætendebat; ſub præte-

ætu, quod non potuiſſet ille pro ſecuritate ca-
pitalis, & fructuum cambii ad favorem Salva-
toris contracti, aſſignare penſiones duarum
domorum primogenialium, hic in Urbe exi-
ſtentium: hodiè mutato conſilio idem Cajeta-
nus ad alterum remedium convolavit, implo-
rando, quod ex penſionibus unius ex dd. do-
mibus (quæ ſola remanſit penès Salvatorem;
ex quo altera, fuit expoliatus) tàm ſibi, quàm
tribus ſororibus alimenta ſubminiſtrarentur;
propoſitoque dubio: *an, & pro qua ſumma, &
ſuper quibus bonis aſſignanda ſint alimenta*: re-
ſponſum fuit; *eſſe aſſignanda in bonis in provin-
cia Marchiæ, & quoad quantitatem firmetur
ſtatus*.

Etenim quoad alimenta in genere viſum fuit
ea denegari non poſſe. Nàm reſpectu Cajetani,
cùm ipſe ſit expreſsè ad primogenituram voca-
tus poſt obitum patris; ſinè difficultate ex bo-
nis ejuſdem primogenituræ ad quam ſuccedere
1 debet ſubminiſtranda ſunt alimenta, & etiam
antè eaſum purificationis, ut probant *Surd. de
aliment. tit.1. quæſt.8. num.4., Rota poſt Feuzon.
ad ſtatut. Urbis dec.53.num.4., poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. deciſ.52. num.1., & per tot., & de-
ciſ.1137. num.1. coràm Emerix*. reſpectu verò ſo-
rorum iſtæ habent pro ſe litteram primogeni-
turæ; in qua mandatur, quod: *donec nuptæ, ac
dotatæ non fuerint, honeſtè, ac commodè alimenta-
ri debeant*: quæ diſpoſitio in bonis primogenia-
2 libus attendenda venit, *Rota coràm Emerix de-
ciſ.116.num.5., & deciſ.138. num.4., in rec. de-
ciſ.243. n.1. par.18.*

Verùm quia ex inventario bonorum primo-
genialium conſtitit adeſſe quamplura ſtabilia
ſita in civitate, & territorio Maceraten.: hujuſ-
modi alimentorum aſſignationem faciendam
eſſe DD. cenſuerunt, ſuper bonis in dicto loco
3 exiſtentibus: tùm quia ibidem moram trahunt
actores; ideoque ex eis magis commodè ali-
menta conſequi poſſunt: tùm etiam quia poſi-
4 ta exiſtentia præfatorum bonorum, nulla ratio
ſuadet; quod creditor ſpolietur fructibus re-
cenſitæ domus in Urbe exiſtentis, illique aſſi-
gnatis; quoties per actores nulla affertur con-
cludens probatio, quod eadem ad alimento-
rum præſtationem non ſufficiant.

Ex cujus etiam probationis defectu, opinati
ſunt DD. quidquam decerni non poſſe ad præ-
ſcribendam certam ſummam alimentorum; ad
5 quem effectum cum non ſolùm haberi debeat
reſpectus ad qualitates perſonæ alendæ; ſed
etiam ad patrimonium, à quo ſumenda ſunt,
ex firmat *in Romana Alimentorum 4. Julii 1696.
§. Tertio coràm R. P. D. meo Tremoille. & in
Leodien. matrimonii ſuper alimentis 14 Maii 1704.
§. Reſpectu coràm me*; ideoque cum in præſenti
deficeret probatio quantitatis bonorum pri-
mogenialium, eorumque redditus, & valoris;
mandarunt DD. quod firmaretur ſtatus; ut hoc
modo valida, & tuta capi poſſit reſolutio: ma-
ximè quia pendente hujuſmodi probatione
actores alimenta recipiunt ex effectibus, quos
retinent in provincia Marchię; quorum fructus
quatenus conſtet non ſufficere pro eorum con-
grua, & decenti ſubſtentatione; permiſſum erit
in ſubſidium agere contra bona Urbis, & pen-
ſiones Salvatori aſſignatas; ſuper quibus po-
tiora ſunt vocatorum alimenta, quàm credi-
tores gravatorum; *Gratian. diſc. for. cap. 832.
num.31., & ſeqq. Rot. cor. Seraph. dec.825. n.2.,
& cor. Emerix dec.1131. n.5.*

Et ità, utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Ven. 15. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra Deciſ. 13, quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio pro liberatione à moleſtiis emptori ſpo-
liato debetur contra venditorem, qui pro eis ſe
obligavit.*

2 *Identitas clarè probatur ex confrontatione confi-
nium, & regionis, & aliis probationibus.*

3 *Identitas probatur, ſi creditor contra tertium em-
ptorem egit, & obtinuit vigore clauſulæ con-
ſtituti remedium aſſociationis ad fundum cenſi-
tum*, & num. 5.

4 *Remedium aſſociationis vigore clauſulæ conſti-
tuti intentari non poteſt, niſi ſuper bonis de
tempore impoſitionis cenſus ab ejus debitore
poſſeſſis.*

5 *Actus validè factus cenſetur.*

6 *Identitas domus in inſula poſitæ non probatur ex
venditione aliquarum in ea poſitarum.*

7 *Venditio facta cenſetur de omnibus domibus ad ſe
ſpectantibus in inſula poſitis, ſi nullam pro confi-
ne allegativit venditor, cum de aliis mentio-
nem fecit.*

8 *Venditio indefinitè facta cum verbis importanti-
bus integram portionem ad ſe ſpectantem, de
omnibus facta cenſetur.*

9 *Pactum redimendi ſemper, & quando cumque
minuit rei valorem in tertia parte.*

10 *Ad regulandum pretium domorum, demendæ
ſunt reaptationes, & aliæ expenſæ neceſſariæ.*

11 *Penſiones Domorum 140. ab hinc annis erant lon-
ge majores quam hodiè.*

12 *Pretium an juſtum fuerit cognoſcitur detractis
lis oneribus, quæ illud minuunt.*

13 *Et ex ſubhaſtantione*

14 *Et ex locationibus.*

15 *Res loco dotis ſubrogata ad virum ſpectat, &
tamquam ipſius, & conjugis pro confine alle-
gari poteſt.*

16 *In hæreditate alia bona reperta non præſumun-
tur, præter ea, quæ in inventario ſunt deſ-
cripta.*

17 *Ratione hæreditatis ſemel ritè reddita, locus
non eſt electioni periti, ut iterum reddatur.*

18 *Nè diviſio fratrum, ad quos bona æqualiter de-
venerunt dicatur inæqualis; ſi unus pluris valo-
ris bona poſſederit, alius minoris, & ab iſto alie-
nationes factæ adducantur, reſiduum in eis bo-
nis extare dicitur.*

19 *Contrarium firmatur, & quare?*

DECISIO CCC.

PAſſi fuerant Pierleonus, ejuſque auctores
moleſtias, & aſſociationem ſuper domibus
per ipſum poſſeſſis in clauſtro Hebræorum,
ad

ad inſtantiam illorum de Signoribus, & Parabiacchis creditorum cenſuum, qui à Julio de Magiſtris ſuper dd. Domibus repetiebatur impoſiti: Quamobrem pro ſui relevatione egit præfatus Antonius contra Archiconfraternitatem Confalonis hæredem Franciſci Scapuccii, qui pro domorum libertate fidejuſſerat; ſententiamque à R. P. D. Cerro immiſſionem concedentem ad palatium hæreditarium, & ſubindè favorabilem deciſionem reportavit coràm me ſub die 14. Junii 1697.: ſed cauſa poſtmodum pluries repropoſita, eaque nunquam reſoluta, DD. indigentes majori facti dilucidatione; ac etiam ad magis indagandam controverſam domorum identitatem; in diſtinctis propoſitionibus, modo facti, modo Plantæ concordationem demandarunt: qua ſubſequuta, etiam præcedenti acceſſu, & oculari domorum inſpectione; tandem adſcitis priùs quinto, & ſexto, & deindè omnium DD. ſuffragiis, hodiè in hac quinta cauſæ propoſitione, *ſtandum eſſe in Deciſis*, reſponderunt.

Et reaſſumendo integram facti ſeriem, animadverterunt fuiſſe inter partes concordatum; quod anno 1554. mortuo ab inteſtato Camillo Bondo, tota, & integra controverſarum domorum inſula exiſtens in clauſtro Hebræorum diſtributa in diverſis, & intricatis manſionibus in locationem retentis à quampluribus familiis, conſolidata fuit in Antonia ſorore Camilli, & reſpectivè Marii de magiſtris uxore; & ab iſta pervenit in Julium, & Septimium filios; inter quos facta diviſione ejuſdem, & domorum; major earum pars obtigit Julio; qui anno 1581., & 1583. impoſuit ſuper illis nonnullos cenſus ſcut. 1450. in ſorte, favore bo. me. R.P.D.Cęſaris de Graffis; & poſteà anno 1588. eamdem portionem ad ſe ipſum ſpectantem, nulla facta mentione, quod dd. cenſibus eſſet obnoxia, cum omnibus ejus membris, & pertinentiis univerſis, reſervata facultate illas ſemper, & quandocumque redimendi, pro ſcutis 2000. vendidi Erſiliæ uxori; & pro illius ſecuritate tàm Iulius vir, quàm Franciſcus Scappuccius fidejubendo promiſerunt, bona vendita eſſe libera ab omni cenſu, alioque vinculo; & teneri voluerunt ad damna.

Verùm quia ſequenti anno obiit Septimius Iulii frater; ad iſtum ab inteſtato devenit alia inſulæ, & domorum pars, quæ pro extinguendis ejuſdem Septimii debitis partim vendita fuit Brigidæ de Magiſtris, prædictæ Erſiliæ ſorori; partim verò ad Septimii creditorum Inſtantiam, ſubhaſtata remanſit.

Cùmque mortuo tàm Julio, quàm Erſilia conjugibus, utriuſque hæreditatem Octavius communis filius aſſequutus fuerit; contra eum, in quem ex materna ſucceſſione tranſiverat portio domorum, quæ à Julio Uxori vendita fuerat; obtinuerunt illi de Signoribus, & Parabiacchis bo. me. R. P. D. Cæſaris de Graffis hæredes, anno 1655. pro fructibus prænarratorum cenſuum, aſſociari ad dd. domos cenſitas; quas ut Octavius liberaret; fructus decurſos perſolvit; & in pręſenti ab Antonio illius mediato hærede perſolvuntur; cui proindè ex juribus Erſiliæ, pro relevatione *concedendam eſſe*

immiſſionem DD putarunt: dùm concurrente
1 ſpecifica obligatione bonorum Franciſci cùm
promiſſione evictionis, & libertatis bonorum;
ac etiam aſſociatione per Octavium paſſa ſuper
domibus prædictis cum effectiva fructuum ſolutione ab anno 1655., uſque in pręſenti continuata; commiſſa dicitur ſtipulatio pro liberatione à moleſtiis, *ad Text. in l. Lucius* 11. §. *ultimò ff. de evict. Altograd. conſ.* 94. *ſub. num.* 59. *cum. ſeq. lib.* 2., *Cenc. de Cenſ. queſt.* 19. *num.* 41. *Urceol. conſult.* 25. *num.* 32., *Rot coràm Durano deciſ.* 112. *num.* 7.8. *cum aliis cumulatis in deciſ. quæ revidetur* §. *Conſtitit*.

Nec poteſt in dubium revocari; quin Antonius actor claré oſtendat moleſtias illas fuiſſe ſuper domorum portione a Julio vendita (à qua probatione totum cauſæ momentum pendet): tùm quia eadem confinia, quę expreſſa fuerunt in inſtrumentis impoſitionum cenſuum; nempè *bona Domitii de Cavaleriis, platea, & vię publicę* ſpecificè deſcripta leguntur, tàm in inſtrumento venditionis factæ favore Erſilię, quàm etiam in inſtrumento conſumptæ executionis, & reſpectivè aſſociationis ſuper domi-
2 bus: quæ liquidæ demonſtrationes, & confinium uniformitas, præter illam regionis, cum verſemur in antiquis, exuberant ad probandum rei identitatem, *Rota coràm Emerix deciſ.* 446. *num.* 4., *& in Bononien. Immiſſionis* 15. *Ianuarii* 1691. §. *penultimo*, *&* 9. *Martii* 1693. §. *fin. coràm Reverendiſs. Turonen.*

Tùm quia, dùm creditores egerunt remedio aſſociationis, quod ſuper fundo cenſito
3 tantùm exerceri valebat, & quidem vigore clauſulæ *conſtituti* in iſtrumentis cenſuum appoſitæ, quę operari non poterant, niſi ſuper bonis tem-
4 pore impoſitionis à Julio poſſeſſis: dicendum eſt reverà evictum remanſiſſe fundum cenſitum; ne alioquin contrà omnem juris præſumptio-
5 nem nulliter aſſociatio conceſſa dicatur, *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 62. *num.* 9., *Rota coràm Priolo deciſ.* 219. *num.* 2., *&* 3., *& coràm Burat. deciſ.* 323. *num.* 6., *& deciſ.* 720. *num.* 4.

Nec obſtat, quod non probetur, Erſiliæ venditam fuiſſe totam portionem domorum ad Ju-
6 lium in dicta inſula ſpectantium; ac proindè ex hujuſmodi defectu dici poſſit executionem factam fuiſſe ſuper reliqua parte; quæ penès venditorem remanſit. Quoniam, ultrà quod, quatenus Julius aliquam portionem ſibi in dicta
7 venditione reſervaſſet; illam certè pro confine allegaſſet; ſicut mentionem fecit bonorum Septimii fratris, & aliorum; quæ tanquam confinantia deſcripta fuerunt: difficultatem ceſſare fecit ipſum venditionis inſtrumentum; In quo enim Julius indefinitè loquendo vendiderit Erſiliæ portionem domorum ad ipſum ſpectantium ex teſtamento Antoniæ matris cum omnibus membris, adjacentiis, & pertinentiis univerſis, reſervata ſibi tantùm facultate, ſemper, & quandocumque illam redimendi: perneceſſ. di-
8 cendum venit: ex hac indefenita venditione concepta verbis totaliter importantibus integram portionem domorum à ſe poſſeſſam, ſub venditione comprehenſam fuiſſe, *ad Text. in l. Cum vendentes ff. de contrahend. empt.*, *& l. qui fun-*

dum ff. de evict., *Deciſ. conſ.* 146. *num.* 14., *Pa-
riſ. conſ.* 64. *num.* 19. *lib.* 1., *Ruin. conſ.* 83. *n.* 3.,
Spad. conſ. 324. *num.* 1., *&* 2., *Gratian. diſcept.*
657. *num.* 26., *Rot. deciſ.* 238. *num.* 32. *par.* 8.,
deciſ. 520. *num.* 5. *par.* 14., *deciſ.* 226. *num.* 24.
par. 16., *& deciſ.* 1. *num.* 8. *par.* 17. *rec.*

Quin prædicta turbari valeant à nonnullis
circumſtantiis in omnibus hujus cauſæ propo-
ſitionibus repetitis: & primò; quod venditio fa-
cta fuerit Erſiliæ pro ſolis ſcutis 100n. non
correſpondentibus annuis penſionibus ſcuto-
rum 100., quæ retrahebantur ex portione do-
morum à Julio vendita: nàm ſi calculentur ad
rationem ſcutorum 3., vel 4. pro centenario,
eorum pretium ad longè majorem ſummam
aſcendit.

Secundò; quod occaſione taxationis ex-
penſarum, quæ debebant refici à poſſeſſoribus
domorum pro expurgatione cloacæ exiſtentis
in Ghetto; Julius tanquam poſſeſſor fuerit con-
demnatus pro rata debita ratione trium
Domorum: & tamen uſque tunc jam anteà
partem vendiderat Erſiliæ.

Et tertio, quod tàm ipſemet Julius ſucceſſivè
vendendo Brigidæ aliam portionem domorum
hæreditariam fratris; aſſervit illam coherere
cum aliis bonis ſuis: quàm ſupradicta Erſilia,
donando ratam domorum emptarum tunc lo-
catam Sidæ Hebrεæ viduæ Samuelis de Piazza;
dixit illam inter cætera habere pro confine bo-
na dictæ Erſiliæ, & Julii cunjugum: ex quibus
inferebatur; quod Iulius non omnia bona ſua
exiſtentia in eadem inſula, præcedenter Erſi-
liæ vendidiſſet.

Nàm quoad pretium adverterunt DD., quod
9 in venditione adiectum fuit pactum redimendi
ſemper, & quandocumque: quod minuit rei
valorem in tertia parte, *Gratian. diſcep. for. cap.*
600. *num.* 8., *Rota deciſ.* 2. *num.* 10., *& deciſ.* 94.
num. 12. *par.* 16. *rec.*, & ſic patet pretium in
ſubſtantia fuiſſe in ſcut. 1500. ità ut penſio ſcu-
ti 100. repartita in dicta ſumma conſtituat fru-
ctum ad rationem ſcutorum ſex, & bonon.
70. pro quolibet centenario: à quibus de-
10 mendæ etiam erant reaptationes, aliæque ex-
penſæ, quæ fieri ſolent in domibus minuentes
fructum; ut firmatur *in dicta deciſione* 94.
num. 13., *&* 14. *par.* 15. *rec.*. Quamobrem in-
ſpecto tempore centum, & quindecim ab hinc
annis; cum tunc temporis penſiones domorum
eſſent longè majores, quàm ſint hodiernis tem-
poribus, ad firmata per *Rot. in Romana Do-
mus* 15. *Decembris* 1702. §. *Hanc enim coràm*
12 *R.P.D. meo Priolo*; indè benè convincitur pre-
tium correſpondiſſe valori integræ portionis:
13 & de facto conſtat eo tempore fuiſſe ſubhaſta-
14 tam pro ſc. 80. domum ad Septimum ſpectan-
tem; & in locationem retentam pro ſcut. 9. ac
etiam aliam domum ad uſum hoſpitii, redden-
tem annua ſcuta 26., Brigidæ venditam fuiſſe
pro ſcutis 250.

Quoverò ad reliquas circumſtantias; quę in
ſubſtantia reſtringuntur ad tres enunciativas
diverſis temporibus, & à diſtinctis perſonis, ut
ſupra enuſſas; ſatisfecit reſponſio; quod reſpe-
ctu illius, quæ habetur in taxatione viarum de
tribus domibus poſſeſſis à Iulio; iſtarum por-
tio proveniebat ab hæreditate Septimii fratris;
quæ deindè alienata fuit pro dimittendis ejuſ-
dem creditoribus; altera verò partim inhabi-
tata à Sida Herbæa, & quæ comprehenſa fuit
in venditione facta Erſiliæ, retinebatur à Julio
tanquam res dotalis, ſubrogata in locum
cenſus, à quò provenerunt ſc. 1000. per uxo-
rem ſoluta: & ex hac ratione tollitur dif-
ficultas quoad alias geminas enunciativas; illę
enim omnes referendæ ſunt ad poſſeſſio-
nem rei dotalis; quæ ſicut ad Julium ſpecta-
bant; ità poterant tanquam ipſius, & Erſiliæ
conjugum, pro confine allegari; *Text. in l. Do-
tale* §. *Dotale ff. de fund. dotal.*, & tradit *Bartol.
in l. Dotem* 62. *num.* 8. *ff. ſolut. matrim.*, *Bero
conſ.* 204. *num.* 33. *lib.* 1., *Gomez ad l. Tauri* 50,
num. 20 *verſ. Item addo*, *Gaill. obſer.* 133. *n.* 7.
lib. 1., *Caſtill. de uſufruct. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 20.,
& ſeq. Rot. coràm Merlin. deciſ. 792. *num.* 16.

Et quamvis replicaretur à defenſoribus Ar-
chiconfraternitatis: quod ubi etiam Iulius to-
tam ſuam portionem vendidiſſet; adhuc quia
ad eum pervenit altera pars inſulæ, quę ſpecta-
bat ad Septimium: cum deindè Octavius tàm
Iulii, quàm Septimii fuerit hæres; certò affir-
mari nequeat dictas moleſtias illatas potiùs
fuiſſe ſuper portione vendita Erſiliæ, quàm ſu-
per illa Septimii. Quinimò, dùm Antonius
actor ex perſona Octavii retinet portionem
Septimii; fruſtrà ab eodem hodiè expetatur li-
berato à moleſtiis contrà hæredem fidejuſſoris:
quando è converſo iſte relevationem conſequi
poſſet ſuper portione Septimii effecta de patri-
monio Iulii; dictæ relevationis debitore.

Tamen, cùm Iulius, & Septimius fratres in
clauſtro Hebręorum alias domos non haberent,
quàm inſulam provenientem ex hæreditate
Antoniæ matris inter eos diviſam; & hujus
majorem partem Iulius anno 1588. jure proprio
diſtraxerit favore uxoris; alteram verò partem
tanquam hæres fratris paſſus fuerit deliberari
pro ſcutis 80. à creditoribus anno 1591., & re-
ſiduum, anno 1595. precio ſcuti 750., vendi-
derit Brigidæ de Magiſtris; & ſic in totum pro
ſc. 830. àbdicata remanſerit: in neceſſariam
conſequentiam venit, ex hujuſmodi temporum
diſtinctione; quod moleſtiæ, quæ anno 1656.
ſupervenerunt ex cauſa dd. cenſuum, non ſuper
portione Septimii longè anteà in alios per Iu-
lium diſtracta; ſed ſuper ſola portione Erſiliæ;
quæ in Octavium illius filium, & hæredem per-
venerat; & adhuc dicto titulo retinebatur; in-
ferri potuerunt.

Maximè quia exiſtentia alterius portioni di-
ctæ inſulę omninò excluditur ex legali inventa-
rio hæreditatis Iulii ab eodem Octavio filio ſo-
lemniter celebrato: in quo tota pars domorum,
quæ poſt illius obitum ſupereſſe reperta fuit;
deſcribitur tanquam dotalis Erſiliæ: abſque eo
quod exprimatur in hæreditatè adfuiſſe aliquā
aliam partem; quæ ex ſucceſſione Septimii,
ſivè quocumque alio titulo ad Iulium pertine-
ret: ex quo conſurgit indubitata juris præſum-
16 ptio; quæ aſſiſtit inventarii legalitati: quod
nempè alia bona, in hæreditate reperta non
fuerint; præter illa, quæ fuerunt in eodem de-
ſcripta, *Gratian. diſcep.* 570. *num.* 19., *& ſeq.*

Rot.

Rot. deciſ. 191. num. 4. coràm Carillo, & in rec. deciſ. 254. num. 25. par. 16.

Nec quidquam obeſſe poteſt, quod Octavius auctor Antonii fuerit hæres Julii; quia cum ipſe de omnibus in inventario deſcriptis rationem reddat, ut præventivè reſponſum fuit in deciſione, quæ revidetur: & inſuper aſſeratur ſententia lata ab A.C.; qua declaratum fuit (ſunt verba præciſa) -- *benè fuiſſe redditam rationem de bonis deſcriptis in inventario Iulii facto per Marium, Agabitum, & Octaviumfilios* -- inutilis etiam eſſet electio petiti ad hunc effectum ab Archiconfraternitate petita, quæ tantummodo locum habere poſſet; quando ratio incontinenti nullatenùs redderetur.

Tandem non relevat, quod Antonia Bonda pro æquali inſtituerit Julium, & Septimium
18 filios; ideoque ſi portio Julii aſcendens ad ſcut. 1000. major fuiſſet altera fratris; diviſio inter ipſos facta remanſiſſet inæqualis: ad quam inæqualitatem vitandam, pernecesſè dicendum ſit; etiam portionem Septimii aſcendere ad dictam ſummam; ex qua, cum tantùm de ſcut. 830. modo reddatur ratio, & aſſerantur alienationes; reſiduum adhuc penes actorem in bonis exiſtat. Ultra quod enim non probatur ad Julium ex hæreditate fratris alias domos per-
19 veniſſe, præter illas, ut ſupra, alienatas: quodque veriſimile eſt, quod hujuſmodi inequalitas per Julium compenſata fuerit vel in pecunia, vel in alia re: dùm Septimius vivens de illa nunquam conqueſtus fuit: contrarium reſultat ex eo, quod in publicis inſtrumentis cenſuum, tempore non ſuſpecto aſſeritur, majorem portionem fuiſſe illam Julii, quod evenire potuit; quia ità forſan exigebat ratio commodioris diviſionis, quæ fieri non poterat in partes adamuſſim æquales. Et quod magis eſt; hujuſmodi diſcrepantiam de medio ſubſtulit judex primæ inſtantiæ, qui licèt actori immiſſionem concedere debuiſſet pro televatione à moleſtiis paſſis ad inſtantiam creditorum; qui aſſociari obtinuerunt ad domos cenſitas pro ſorte præfatorum cenſuum in ſorte ſcut. 1400.: nihilominùs in compenſationem ſcut. 170. quæ deficerent pro æquandis portionibus utriuſque fratris uſque ad ſummam ſcut. 1000.; illam dumtaxat conceſſit pro ſorte cenſuum ſcutorum 1200.

Et ità, cauſa acerrime diſcuſſa, utraque &c. reſolutum fuit.

CARTHAGINEN. BENEFICII.

Lunæ 18. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Nuncii Hyſpaniarum non poſſunt conferre beneficia excedentia valorem ducat. 24., & quomodò valor computandus, probanduſque ſit? Regula de annali non ſuffragatur poſſeſſori, qui titulum affert, qui inſubſiſtens deprehenditur.

SUMMARIUM.

1 *Proviſio anterior nulla non attenditur in concurſu poſterioris juſtificatæ.*
2 *Nuncii Hiſpaniarum non poſſunt conferre beneficia excedentia valorem ducatorum 24.*
3 *Et de tali non exceſſu debet conſtare ante proviſionem, nec ſufficit ex poſt.*
4 *Valor beneficii non deſumitur ex nota fructuum non appretiatorum.*
5 *Excuſatum detrahi non debet à valore beneficii, ob commenſurandas facultates nunciorum circa collationem eorumdem.*
6 *Ducata de camera calculabatur de anno 1689. ad rationem juliorum ſex decim pro quolibet.*
7 *Proviſus à Nuncio concludentiſſimè non exceſſum valoris beneficii in duc. 24. probare tenetur.*
8 *Regula de annali non ſuffragatur anno non completo.*
9 *Regula de annali titulum non requirit, ſed ſimplici poſſeſſione eſt contenta.*
10 *Fallit ubi titulus fuit allegatus, cum ille inſubſiſtens dijudicatur.*

DECISIO CCCI.

PRo executione litterarum Apoſtolicarum favore Ignatii proviſi, reſponſum fuit coràm Rmo Dño meo Decano ſub die 10. Febr. 1071. lataque ſubindè uniformi ſententia, DD. in ulteriori inſtantia coràm me, illam in auctoritatem rei judicatæ, ob non interpoſitam, nec proſequutam appellationem in tempore habili; tranſiviſſe cenſuerunt.

Concurrere enim viſa fuit nedùm validitas; cùm nec iſta controverteretur: ſed etiam juſtitia; ex quo litteræ ſunt in omnibus juſtificatæ; & ſignanter reſpectu valoris, & vacationis in menſe reſervato, ut ſingillatim animadverſum fuit in præcedenti deciſione Rmi Dñi mei
1 Decani; ideoque nulla fuit habita ratio proviſionis præcedenter obtentæ per Fernandez à Rmo Hyſpaniarum Nuncio, quæ pluribus nullitatibus laborare comperta fuit.

Et primò; quia non poterat præfatus Rmus Nuncius ad actum collationis devenire; niſi
2 prius de valore non excedente ducatos 24. computatis etiam incertis, à teſtibus fide dignis, informationem ſuſcepiſſet, *Garz. de beneſ. par. 5 cap. 3. num. 1., & ſeq., Rot. deciſ. 296. num. 22., & deciſ. 355. num. 14. par. 16., & deciſ. 232. num. 6. par. 18. rec., & in Tuden. Beneficii 16. Ianuarii §. Forma autem coràm R. P. D. meo Caprara.* Hoc autem in præſenti ſervatum non fuiſſe reſultat ex eiſdem documentis, quibus Fernandez utitur ad ſubſtinendam ſuam proviſionem. Fundat enim ille ſuam intentionem in eo, quod Rmus Nuncius commiſit executori; ut prævia informatione poſſeſſionem traderet: quodque examinatis teſtibus, & recognitis partitis librorum dictam proviſionem executioni demandaret: & tamen beneficium fuit prius
3 collatum proviſo; & deindè capta informatio circa valorem; quod ad effectum de quo agitur non eſt ſufficiens; ut advertitur in *dicta dec. 355. num. 14. par. 16., & deciſ. 78. num. 7. par. 18. recen., & in dicta Tuden. Beneficii in fine coràm R. P. D. meo Caprara.*

Secundo quia nec modo fuerunt exhibita documenta; quod beneficium non excederet ducatos 24., ut neceſſarium foret. Partitæ enim
4 extractæ ex libris cathedralis Carthaginen. continentes quantitatem fructuum beneficii, utpotè non appretiatæ; valoris probationem præ-

ferre

Digitized by Google

ſeferre non valent: ſi enim neſcitur illorum
pretium; neque poteſt haberi notitia valoris
beneficii. Depoſitiones verò teſtium multo mi-
nùs concludunt, Quoniam, præter alias exce-
ptiones deductas ab informantibus; maxima
fuit illa, quod deponunt de valote, detracto
excuſato, quod tamen ad commenſurandas fa-
5 cultates Rm̃i Nuncii detrahi non debet, ad no-
tata *per Garz. de benef. dict. par.5.cap.3. n.174., & 178.* Cùm igitur inhærendo etiam recenſitis
teſtibus fructus, ſine excuſato, aſcendunt ad
annuas petias 51., & duas terrias partes alte-
rius petię, ex quibus conflatur ſumma ſc.41.30.,
iſtæque conſtituunt ducatos 25. auri de Came-
6 ra, & julios 13. ad rationem jul.16. pro quoli-
bet; quanti calculabantur de anno 1689.; exin-
dè patet, quod etiam non examinatis aliis de-
ductionibus per dd. teſtes factis; exceſſus oc-
cultari non valet: quando è converſo proviſus
7 à nuncio per probationes undique concluden-
tes illum excludere teneretur *Rot. dec. 90. n. 10. par. 17. recen., in Palentina Beneficii 25. Februarii 1697. §. Prout coràm Illuſtriſs. domino magno Cancellario Mediolani, & in Conchen. Beneficii 10. Decembris 1698. §. fin. coràm Reverendiſs. domino meo Decano.*

Conſtito ex prædictis de nullitate proviſio-
nis, quam reportavit Fernandez; ſicut illi non
profuit regula de triennali, juxtà plenè firmata
in dec. Reverendiſs. Domini mei Decani: ità nec ei
prodeſſe poteſt altera regula de annali. Ultrà
quod, cum Joannes Garzia, cui ſucceſſit Igna-
tius; proviſionem Apoſtolicam impetravit *die*
8 19. *Aprilis*, & ſic per menſem, & ultra ante-
quam compleretur annus favore Fernandez,
qui poſſeſſionem apprehenderat die 27. maii
præcedentis anni 1689.: difficultas ceſſavit ex
eo, quod licèt regula de annali titulum non
9 requirat, & ſimplici poſſeſſione contenta ſit; ex
plenè firmatis *in Conchen. Præſtimonii 30. Martii 1685. coràm bo. me. Rondinino*: tamen, ubi ti-
10 tulus fuit allegatus, & ex illius productione
ejuſdem nullitas evidenter apparet; regula præ-
dicta, omninò excluſa remanet, *Gomez ad reg. de Poſſeſſore qu.51., Card. de Luc. de Benef. diſc.47. num. 16., & ſeq., Seraph. dec.983. à num.4., & ſeqq., Rot. in recen. dec. 329. num. 11. par. 15.*, &
plenè reſpondendo contrariis, *Rota deciſ. 580. n.12. cum ſeq. par. 19. rec.*

Et ità, utraque &c.

REATINA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 18. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Dat ſuperior decis 264., quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Evictionem paſſus pro promiſſa quantitate evicta, eſt reintegrandus à die paſſæ immiſſionis.*
2 *Promiſſio evictionis alternativè facta non regit, ſi executio copulativè ſit facta.*
3 *Limita ſi altera alternativa pars fuerit reverſa.*
4 *Vel ſi ex omnibus bonis nihil ultra fructus debitos exigere vales: quia tunc non eſt exceſſiva executio.*

DECISIO CCCII.

JUxtà facti ſeriem relatam in mea præterita de-
ciſione edita 4. Junii 1703., reſponderunt DD.,
quod procedendum eſſet ad legitimam execu-
tionem mandati de reintegrando, ſeù aſſocian-
do ad bona, de quibus agitur; & reſpectivè
eſſe exequendum mandatum executivum, jàm
relaxatum favore Laviniæ Mareriæ, & Hippo-
lyti Antonii de Gentilibus. Quamobrem reaſ-
ſumptis in hodierna audientia fundamentis ejuſ-
dem deciſionis, *perſtitere in deciſis*.

Cumque ob contumaciam alterius partis in-
formare recuſantis, licèt diu expectatæ; nihil
in contrarium ponderari potuerit; utique re-
petere placuit; quod dùm Laura auctrix Lavi-
niæ, & Hippolyti immiſſionem paſſa fuit ſuper
bonis ſibi pro dote aſſignatis; Et hac de cauſa
eidem fructus defecerint in annua ſumma ſcu-
ta 59., omni æquitati, & juſtitiæ conſo-
1 num fuit; ut de hac eadem quantitate reinte-
graretur à die paſſæ immiſſionis, tàm mediante
mandato de aſſociando, quàm alio executivo:
cum factus fuerit locus evictioni, in ipſo in-
ſtrumento aſſignationis bonorum promiſſæ,
per *Text. in l. non dubitatur Cod. de evict.*, & præ-
ter relatas *in jam d. deciſione §. Habent enim*, fir-
mavit *Rot. dec.170. num.1. par. 1., dec.142. n.2., & 3. par.8., & dec.674. num.9 par.18. rec., & in Aſculana evictionis 15. Aprilis 1701. §. Deſumebat coràm Illuſtriſs magno Cancellario Mediolani.*

Non attento objecto alliàs adducto; quod
promiſſio evictionis, & reintegrationis fuiſſet
2 alternativè concepta ſuper molendino, vel ſu-
per viridariis: & nihilominus executio facta
fuit copulativè ſuper omnibus prædictis corpo-
ribus. Quoniam ſatisfecit reſponſio: quod ſu-
3 ſtineatur executio facta ſuper cunctis bonis:
non ſolùm ex quo illorum medietas tantùm ho-
diè ſpectat ad fratres de Mareriis debitores: ve-
rùm etiam, quia ad excludendum exceſſum,
ſatis eſt, quod Lavinia conſequi non valeat à
4 dd. bonis ultra ſcut.59. ſibi, ut ſupra, debita;
ut ultra authoritates in deciſione relatas, fir-
mat *Rot. coràm Buratto dec.49. n.12.*

Et ità, unica &c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 22. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Habes ſupra deciſione 262., cujus hæc eſt confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Trebellianica detractio excinditur à verbis totalitatem importantibus.*
2 *Et maximam diminutionem importat.*
3 *Et eſt incompatibilis cum reſtitutione totius hereditatis.*
4 *Mulier ignara demandando totius hæreditatis reſtitutionem, trebellianicæ detractionem prohibere voluiſſe non videtur.*
Contrarium verius.
5 *De teſtatoris voluntate ea omnia appoſita cen-*

Digitized by Google

ſentur, quæ in teſtamento leguntur.
6 *Et iſta ſuum effectum ſortiuntur.*
7 *Etiamſi teſtator ſit perſona idota.*
8 *Potiſſimùm ſi verba ſint vulgari ſermone prolata, & benè teſtatoris voluntas ſit explicata.*
9 *Et ſi geminatè ſit repetita.*
10 *Geminata repetitio magis enixam teſtatoris indicat voluntatem.*
11 *In claris conjecturæ non admittuntur.*
12 *Trebellianica contra expreſſam teſtatoris voluntatem non detrahitur.*
13 *Legitima ex juribus hæredis debetur, etiamſi factus ſit locus pupillari ſubſtitutioni.*
14 *Declara procedere in ſubſtitutione pupillari facta ab Avia, nam ſub poteſtate nepotem non habet.*
15 *Subſtitutio ab Avia pupillariter ipſi nepoti, non ſuſtitutis facta non ſubſtinetur.*
16 *Nec gravamen affert in legitima nepotis.*
17 *Legatum factum ex cauſa amoris ideo, & non quod ſit purum, & abſque mentione legitimæ, in eam non imputatur, & cur?*
18 *Sub legato alimentorum veniunt omnes expenſæ infirmitatum.*
19 *Exceptis expenſis ultimæ infirmitatis, & funerum, quæ detrahuntur ab hæreditate ejus, pro quo ſunt facta.*
20 *Præſertim cum legatum alimentorum ampliſſimis verbis non eſt conceptum.*

DECISIO CCCIII.

NUlla inter Partes, in hodierna pręſentis cauſæ propoſitione, fuit controverſia circa exiſtentiam fideicommiſſi, ejuſque purificationem favore Roſauræ; ſed totum diſputationis momentum ſe reſtrinxit circa examen detractionum; quarum competentia ſub certo modo fuerat approbata in *deciſione edita coràm me ſub die 14. Ianuarii* 1701. Et quamvis utraque pars, ſe gravatam fuiſſe circa modum, putaret; tamen DD. illum denuo approbando, *ſteterunt in deciſis*.

Quatenus enim actum fuit de trebellianica
ex perſona Gregorii prætenſa: hujuſmodi de-
1 tractionem non competere, probant verba to-
talitatem importantia; quibus teſtatrix uſa
fuit; quoties demandavit reſtitutionem hære-
ditatis; ut videre eſt in caſu deficientię lineæ ma-
ſculinæ Gregorii ibi: *che tutta la ſua eredità ri-
torni alla Signora Roſaura*: Et in alio caſu; quo
Roſaura vel non exiſteret, vel ejus linea defice-
ret, ibi: *parimente in tutta la ſua eredità come ſo-
pra ſoſtituiſce*: ex iſtis enim benè inferri viſum
fuit; quod nihil poſſet ab hærede, etiam ſub
prætextu trebellianicæ retineri: nàm illius de-
2 tractio, tanquam maximam diminutionem
importans, eſt incompatibilis cum reſtitutio-
3 ne totius hæreditatis, ut præter relatos *in mea
deciſione §. Hinc tranſeundo*, monent, *Gratian. di-
ſcept. foren. cap.* 860. *num.* 15., *& cap.* 869. *n.* 18.,
Mantic. de conject. lib. 7. *tit.* 12. *num.* 16., *Rota
coràm Durano deciſ.* 354. *n.* 1., *& in rec. dec.* 547.
n. 14. *par.* 19.

Nihil refragante; quod modo agatur de mu-
liere ultimas tabulas conficiente; quæ tanquam
4 ignara de apicibus juris non cenſeatur per ver-
ba illa: *tutta la ſua eredità*: prohibere voluiſſe
trebellianicæ detractionem; tùm quia vulgaris
eſt regula, quod ea omnia, quæ leguntur in te-
5 ſtamento cenſeri debent appoſita de præciſa
6 voluntate teſtatoris, & ſuum ſortiuntur effe-
ctum; etiamſi agatur de teſtamento perſonæ
7 idotæ & mulieris, *Rot. dec.* 44. *à num.* 3. *uſque
ad* 6. *par.* 16. *rec.*: tùm quia, hic agitur de ver-
8 bis vulgari ſermone prolatis; itaut melius ſe
explicare teſtatrix non potiſſet, ut proſequitur,
Rot. dicta dec. 44. *num.* 4. *verſ. quoniam*: maximè
9 quia illud verbum — *tutta* — per germinas vices
expreſſit: undè magis enixa voluntas, exclu-
10 dendi quamlibet detractionem, deducitur,
Cephal. conſ. 614. *num.* 19., *Rota dec.* 568. *num.* 4.,
& 5. *par.* 1. *diverſ.*, *& in Oxomen. Concordiæ* 28.
Ianuarii 1697. §. *Quam exorbitans in fin. coràm
R. P. D. meo Priolo.*

Hinc ſuperfluum exiſtimarunt DD. exami-
nare nonnullas conjecturas, quę in contrarium
afferebantur: utpotè nimis leves, & ęquivocas,
11 in concurſu adeò apertæ voluntatis: qua ſtan-
te ſicut ad illas recurrendum non eſt, per *Text.
in l. ille, aut ille ff. de legat.* 3., ità certum viſum
fuit non eſſe locum detractioni trebellianicæ,
12 quæ contra expreſſam teſtatoris voluntatem,
nunquam detrahitur, ad notata per *Altograd.
conſ.* 69. *num.* 52., *& ſeqq. tom.* 2., *Mantic. de
conject. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 8., *Barrii de ſucceſſ.
lib.* 15. *tit.* 8. *per tot.*

Quantum verò attinet ad legitimam: neque
13 in hac propoſitione dubitatum fuit; quin illi-
us detractio ex perſona Gregorii hæredis com-
peteret; etiamſi factus fuerit locus pupillari
ſubſtitutioni: nàm, cùm verſemur in præſenti
14 circa diſpoſitionem factam ab Avia, quæ Ne-
potes in poteſtate non habet; prædicta ſubſti-
15 tutio tanquam facta ipſimet Gregorio nepoti,
non autem ſubſtitutis; ut clarè deſumitur ex
teſtamento; nullo jure ſubſtineri poteſt; & mul-
16 tò minus operari, quod gravamen in legitima
appoſitum ſortiatur effectum; ut, præter au-
thoritates in præterita deciſione relatas, tra-
dunt *Ripa in l. Centurio num.* 127. *de vulgar, &
pupillar.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 300. *num.* 1.,
& ſeqq., *Cavalcan. deciſ.* 3. *num.* 45. *par.* 3., &
juxtà hanc diſtinctionem intelligendi ſunt Do-
ctores, qui in contrarium fuerunt adducti.

Replicatio autem, quod in omnem caſum
veniant in dictam legitimam imputanda ſcu-
ta 600. à teſtatrice ſororibus Gregorii legata,
nullam meruit animadverſionem. Quoniam,
ut firmatur in *præcedenti deciſione* §. *Nec in dimi-
nutionem*; dd. pecuniæ relictæ fuerunt ob caſum
amoris, ibi — *quà'i ſcudi* 600. *ſi debbano diſtri-
ſtribuire fra di loro trè tanto per una, acciò ſe li
godino per ſegno dell'amore, che gli porto* —: ideò,
17 non ex quo agatur de legato puro, & facto ſi-
nè ulla mentione legitimæ; ſed ex eo, quod
fuit expreſſa certa cauſa amoris; imputari non
debet: nàm aliàs nullum præferret ſignum amo-
ris, & gratificationis; ſi in cauſam neceſſariam
legitimæ referendum eſt, *Gloſſ. in l. age C. de
tranſact.*, *Surd. conſ.* 418. *num.* 11., *Rot. coràm
Bich. deciſ.* 80. *num.* 3., & firmat *deciſio, quæ re-
videtur* §. *Nec in diminutionem.*

Tandem quoad detractionem ſummæ ſolutę
pro legatis Olimpiæ teſtatricis; nulla orta eſt
inter partes difficultas; præterquam ad illam
ex-

Digitized by Google

expenſarum ultimæ infirmitatis, & funeris; quas tamen DD. pariter aſſe detrahendas cenſuerunt ex rationibus deductis in alia deciſione. Non attenta altera exceptione, quod cum
18 Gregorius ſenior legaverit alimenta Olimpiæ, & horum appellatione veniant omnes prænotatæ expenſæ; ab ejuſdem Gregorii hæreditate perſolvendæ veniant. Quidquid enim ſit de expenſis factis occaſione alicujus morbi accidentalis, qui in progreſſu vitæ ſupervenire poteſt: Hoc unum certum eſt, quod ubi agitur de expenſis ultimæ infirmitatis, & funeris; iſtæ veniunt detrahendæ ab hæreditate illius; pro quo factæ fuerunt, ad *Text. in l. Papinianus §. 1. ff. de inofficioſo Teſtamento*, *Peregr. de Fideic. art 35. num.40.*, *Urceol. conſult.20. n.24.*: præſertim quia diſpoſitio Gregorii ſenioris, ex qua deducitur legatum alimentorum; non eſt concepta verbis adeò effrenatis, quæ extendi valeant ad hujuſmodi expenſas; cum in ea ſolùm dicatur -- *la laſcio padrona, e ſignora &c., e che debba habitare nella mia caſa unitamente col mio erede ad un bene, & un male &c.*; itaùt reſtrictum ſolum videatur legatum ad illas expenſas, quæ in vita ratione alicujus morbi accidentalis ſubminiſtrari debuiſſent.

Et ità, utràque &c.

ROANA PECUNIARIA.

Ven. 22. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

De præſcriptione, & præſumpta ſolutione ſtatutaria quando habeat nec ne locum diſſeritur, & de excludenda ſimulatione in reſtitutione bonorum à muliere pro ſuis dotibus retentorum facta favore creditorum potiorum, ad hoc ut redeat ad primæva jura. Cætera in ſummario.

SUMMARIUM.

1 *Via exequutiva præſcripta remanet ob lapſum quadraginta annorum.*

2 *Incompetentia viæ executivæ opponi nequit quando Signatura reſcripſit cum clauſula S. Q. E.*

Clauſula S. Q. E. viam executivam præſervat.

3 *Via executiva non preſcripta remanet, cum creditor mandatum reportavit, & poſtea executioni demandare non potuit, ob oppoſitum beneficium* deducto ne egeat.

4 *Præſcriptio non currit contra non volentem agere.*

5 *Mandatum cum obligatione camerali celerem exigit executionem.*

6 *Creditum præſcribitur ex lapſu decennli à die obitus debitoris vigore Statutis Urbis.*

7 *Præſumptio ſolutionis crediti ex eodem ſtatuto præſumitur per acquieſcentiam 16. annorum.*

8 *Creditum dotale extinctum remanet, cum bona pro illo retinentur.*

9 *Et ex horum poſſeſſione debitoris dotis, & fidejuſſoris penitùs extinguitur obligatio.*

10 *Præſumptio ſolutionis ſtatutariæ excluditur, ſi creditor opportuno tempore judicialiter egit, & ejus executio ex facto debitoris fuit impedita.*

11 *Præſumptio 16 annorum ſtatuaria per litis conteſtationem, cum eſt interrupta currere incipit altera juris communis.*

12 *Verba* -- dimittere, & relaxare -- *prolata ab illo, qui ſententiam favorabilem habet, nec bona apprehendit, quomodo veniant intelligenda.*

13 *Dotis debitorum liberatio reſolvitur cum dotata bona recepta favore anterioris creditoris dimittit.*

14 *Et tunc primæva jura favore mulieris dotatæ reviviſcunt.*

15 *Simulatio dimiſſionis bonorum excluditur, ſi ea fiat in executionem laudi, & prævia diſtincta peritia.*

16 *Simulatio ex ſola conjunctione ſanguinis non deducitur, quando conſtat de certa vera cauſa.*

17 *Præſertim ſi contractus ab obſervatia, & in judicio fuerit comprobatus.*

18 *Solutio accipienda eſt in cauſam duriorem.*

19 *Cauſa durior ea eſt, in qua fidejuſſor interceſſit. ſecùs ſi accedens proprio nomine ſe obligavit, juncto* Num. 22.

20 *Verba in obligatione* -- ma anco a nome proprio -- *importanṭ obligationem principaliter, & intuitu proprio emiſſam, & non fidejuſſionem.*

21 *Præſertim ſi qui ſe obligat commodum ex hoc reportet.*

DECISO CCCIV.

MArgarita Duccia, inito matrimonio cum Petro de Signoribus, pro conſequutione dotis ei in teſtamento per Hyppolitum Patrem legatæ in ſumma ſcutorum quatuor millium; inſtitit contrà Gregorium Satum tutorem, & paternæ hæreditatis adminiſtratorem; qui, ut conſequeretur dilatationem quatuor annorum pro ſcutis tribus mille; non dubitavit proprio nomine reſidualia ſcuta mille infrà ſex menſes ſe ſoluturum promittere, unà cum fructibus decurrendis ad rationem ſcutorum quinque prò centenario.

Verùm quia Gregorius intrà tempus promiſſum ſcuta dumtaxat quingenta perſoluit: Hinc præfati coniuges introducto judicio coràm AC. ſententiam favorabilem reportarunt, qua dictus Gregorius condemnatus fuit ad ſolutionem reſidualium ſc. 500., & aliorum ſc. 100. pro fructibus uſque tunc decurſis: & quia nihil conſequi potuerunt, propter beneficium *deducto ne egeat* per debitorem allegatum; idcircò iidem, mutato conſilio, judicialiter egerunt contrà filios, & hæredes Hyppoliti patris pro ſolutione dictæ dotis; & obtento mandato ejus executionem conſumpſerunt ſuper omnibus bonis hæreditariis; indictoque univerſali creditorum concurſu coràm A. C., fuerunt illis pro credito præfatæ dotis adjudicata bona valoris ſc. 3500., rejectâ Felice Sabelleſca vidua relicta ejuſdem Hyppoliti, & reſpectivè matre Margaritæ; quæ pro alio ſuo credito concurrebat.

Sed ab hac ſententia provocante Felice; factoque compromiſſo prodiit laudum revocans dictam ſententiam, declaratione inſuper adiecta; quod illa eſt verè creditrix in ſc. 5098., & iſtius vigore partes à recenſitæ litis vexatione fatigatæ, ad tranſactionem devenerunt; in qua Felix in extinctionem proprii crediti, recepit nonnullas domos valoris ſcutorum 5067., ad affectum tantum alteram ex eis retinendi; done

nec integrè ſatisfactâ remanſiſſet. Margarita
verò aliis bonis non exiſtentibus; ad compu-
tum ſuæ dotis retinuit quaſdam Sylvas cum vi-
nea in caſtro Cythiani valoris ſc. 1305.

Defunctâ poſtmodum Margarita ſinè filiis,
ſcripto ſibi hærede Dominico Bonello; iſte, ut
conſequeretur reſiduum dotis; renovare cura-
vit inſtantiam contrà bona Gregorii Sati inte-
rim defuncti, vigore promiſſionis ab illo pro-
prio nomine factæ; ideoque alterum judicium
inſtituit corám A. C. contra Ioannem Gregorii
filium, & hæredem; in qoo petita fuere reſi-
dualia ſcuta 500. unà cum fructibus decurſis,
& noo ſolutis ab anno 1687., quo per præmo-
rientiam Petri de Signoribus matrimonii vin-
culum diſſolutum fuit: & inſimul cum eo inſte-
terunt quoque Franciſcus, alique de Colorſis
creditores d. Petri Viri prædefuncti, pro fru-
ctibus dd. ſc. 500., cooſtante matrimonio de-
curſis, qui ad ipſum ſpectabant: & ab alteru-
tro ex collitigantibus obtentum fuit favorabi-
le mandatum, à quo, commiſſione appellatio-
nis mihi directa cum clauſula, *ſi quid exequen-
dum*, dubium hodiè propoſui — An manda-
tum A. C. ſit exequendum —. & ſtante illius va-
liditate, & juſtitia, D. D. *affirmativè* reſpon-
derunt.

Validitas enim reſultat ex revolutione acto-
rum; & perperám impugnatur ex eo, quod co-
rám A.C. proceſſum fuerit ad mandati relaxa-
1 tionem viâ executiva; quando hæc præſcripta
remanſit ob lapſum quadraginta annorum à die
obligationis initę de anno 1658. uſque ad man-
dati relaxationem: Tùm quia eo ipſo, quod pre-
ſens cauſa ex reſcripto Signaturæ Iuſtitiæ com-
miſſa repetitur cum clauſula *S. Q. E.*, diſceptari
2 non debet ſuper incompetentia viæ executivæ,
quæ vigore dictę Clauſulę jã fuerat prę̨ſervata,
ex *firmatis in Camerinen. Pecuniaria 8. Iunii 1483.
§. Minimè ſiquidem corám R. P. D. meo Pio, & in
Romana Cenſus 4. Martii 1697. §. penultimo co-
rám Reverendiſs. Domino meo Decano, & in alia
Romana Cenſus 14. Martii 1701. §. Proindè corám
R. P. D. meo Anſaldo*.

Tùm quia; dùm Margarita lapſo vix bien-
nio diligenter ſe geſſit, mandatum contra
3 Gregorium reportando; ſi poſteà, donec ipſe
vixit, propter exceptionem beneficii, *deducto
nè egeat* ab eodem oppoſitam illud executioni
demandari oon potuit; nulla culpa, nullaque
negligentia adſcribenda venit eidem creditrici,
per quam dici valeat creditum fuiſſe præſcrip-
4 tum, ex regula, quod contra non valentem
agere non currit præſcriptio, *l. 1. in fin. Cod. de
annal. except*, *Alex. conſ.* 101. *num.* 23. *lib.* 7.
Peregr. de fideicom. art. 41. *num.* 16., *Molin. de
Primog. lib. 4. cap. 10. num. 3.*, *Rot. deciſ.* 218.
num. 10. par. 14. recent.

Iuſtitia verò promanat ex ſolemni apoca; in
qua Gregorius proprio nomine exburſare pro-
miſit Margaritæ ſc. 1000. pro reſiduo dotis in
majori ſumma à patre ut ſupra relictę, unà cum
fructibus, uſque ad integralem ſatisfactionem
decurrendis; ex quibus, cum fuerint dumta-
xat ſoluta ſc. 500., juſtè fuit relaxatum man-
datum pro aliis reſidualibus ſc. 500., eorum-
5 que fructibus, tàm conſtante, quàm diſſoluto
matrimonio decurſis: illudque ex natura obli-
gationis cameralis, qua dicta apoca munita
reperitur; celerem exigit executionem, *Zacch.
de oblig. Camil. queſt. 2. num. 5.*, *Rota diverſor.
deciſ. 800. num. 6. par. 3. corám Dunozetto deciſ.
167. num. 7.*, *in rec. deciſ. 109. num. 2. par. 7.*, *&
in Romana Pecuniaria 1. Decembris 1692. §. primo
corám bo. me. Benincaſa, & in Romana Cambio-
rum 21. Iunii 1697. §. primò corám R. P. D. meo
Caprara*.

Nec obſtare viſæ fuerunt geminæ exceptio-
6 nes in contrarium excitatæ: altera nempè prę-
ſcriptionis crediti à ſtatuto Urbis inductæ per
lapſum decennii à die obitus debitoris: ac præ-
ſumptæ ſolutionis ex eadem ſtatuaria diſpoſi-
tionem promanantis, per acquieſcentiam credi-
tricis ſpatio ſexdecim annorum: altera verò ef-
fectivæ, & realis ſatisfactionis crediti dotalis
per Margaritàm conſecutæ; mediante reten-
8 tione bonorum Hyppoliti Patris, quę illis adju-
dicata fuere in vim ſententię A. C.: quorum
9 propterea poſſeſſione capta; tàm Hyppoliti de-
bitoris, quàm Gregorii fidejuſſoris obligatio
adeò reſoluta remanſerit; ut nec etiam revivi-
ſcere potuerit per ſubſequutam eorundem di-
miſſionem à Margarita colluſivè factam favore
matris.

Quoniam reſpectu primæ recurrit mox ad-
10 ducta reſponſio; quod dùm Margarita oppor-
tuno tempore judicialiter egit pro ſuo credito,
ſi deindè in proſecutione judicii fuit ei pręſtitũ
impedimentum, mediante admiſſione debito-
ris ad beneficium *deducto nè egeat*; excluſa re-
manet quæcumque negligentia: immò & præ-
11 ſumpta ſolutio. Nec locum habet ſtatuaria
præſcriptio 16. annorum; quę ſtatim ac, per
litis conteſtationem interrupta fuit, altera
per diſpoſitionem juris communis inducta
currere cæpit; & hęc completa non fuit; *Mareſ-
cott. var. reſol. lib. 2. cap. 67. num. 8. ad 16. Fen-
zon. ad ſtat. Urb. cap. 158. num. 64.*, *Adden. ad
Buratt. deciſ. 8. num. 10.*, *Rota corám Merlin. de-
ciſ. 124. num. 7.*, *& in rec. deciſ. 6. n. 4. par. 3.*

Reſpectu verò ſecundæ, ſuppoſita ſatisfactio
nullo modo ſubſiſtit: quia ſententia A.C., & bo-
norum adjudicatio in eadem demandata favore
Margaritæ, effectum non habuit; non ſolùm
quia ſuſpenſa fuit per appellationem illicò in-
terpoſitam à Felice, aliiſque creditoribus Hyp-
politi, verùm, & fortiùs quia illam expreſſè
revocavit laudum ſubindè promulgatum favo-
re dicti Felicis: Undè liquidò conſtat; quod
Margarita nec antè, nec poſt ſententiam A.C.,
paterna bona poſſedit. Et quamvis in tranſa-
ctione ſucceſſivè cum matre inita, uſa fuerit
verbis — *dimittere, & relaxare* — & inferius —
quæ habet, & poſſidet —, tamen ea intelligenda
13 ſunt de illa jurium dimiſſione, quæ vigore
judicialis adjudicationis, & conſumptæ exe-
cutionis eidem competere potuiſſent: vel in
13 omnem caſum dici debet; quod dimiſſis bonis
favore matris creditricis anterioris; reſoluta
14 remanſerit debitorum liberatio: & potuerint
reviviſcere primęvæ actiones contra illos, *jux-
tà gloſſ. in l. deferre 18. ff. de Iur. fiſc. Theſaur. queſt.
for. lib. 2. queſt. 88. per tot.*, *Caſtill. quotid. contr.
lib. 4. cap. 59. num. 62.*, *& ſeqq.*, *Salgad. in Laby-
rinth.*

Digitized by Google

rinth, Credit. par. 1. cap. 18. num. 17., & 22., Rota coràm Emerix deciſ.972. num. 8.

Non attenta prætenſa ſimulatione dimiſſionis factæ per filiam favore matris: quia cum ea facta fuerit poſt ſolemne examen hujuſmodi
15 partitarum; quæ in peritia continebantur, & in executionem laudi à Judice compromiſſario prolati; neceſſariò excluſa remanet quælibet
16 fraudis, & ſimulationis ſuſpicio; quæ deduci non poteſt ex ſola conjunctione ſanguinis; quando coſtat de certa, & indubitata crediti præexiſtentia; *Cravetta conſ. 8. n. 2., & conſ. 319. num. 1., Gabriel. conſ. 82. num. 4. lib. 1., Andreol. 66. n. 24., Rota coràm Gregor. deciſ. 204. num. 17., & in rec. deciſ. 226. num. 11. par. 18.*
17 Maximè quia dd. bonorum aſſignatio fuit ſemper obſervata; & illa in contradictorio Iudicio pro legitima reputavit noſtrum Tribunal *in Romana Pecuniaria 27. Iunii 1689., 3. Martii 1692., & 8. Iunii 1693. coràm bo. me. Urſino.*

Abſque eo quod replicari valeat; quod bona exiſtentia in caſtro Cynthiani, quæ Margarita pro ſc. 1305. in tranſactione recepit ad compu-
18 tum ſuæ dotis; referenda ſint in cauſam duriorem: qualis cenſetur illa, in qua datus fuit
19 fidejuſſor: & ſic in extinctionem dd. ſc. 500. eorumq; fructuum: pro quibus Gregorius fidejuſſit. Etenim omiſſis aliis reſponſionibus datis per informantes; ſufficiens viſa fuit illa, quæ reſultat ex lectura ipſiuſmet apocæ obligationis; ex qua manifeſtè convincitur, Gregorium favore Margaritæ non fidejuſſiſſe, ut ſupponebatur; ſed proprio nomine ſe obligaſſe, ibi -- *mà anco à nome proprio* --; quorum verbo-
20 rum ſenſus eſt, quod importent obligationem principaliter, & intuitu proprio emiſſam fuiſſe; ut ponderatis dd. verbis advertit *Rota coràm Dunozet. jun. deciſ. 377. num.* 8. Hoc eti-
21 am ſuadente commoditate, quam Gregorius recepit ex prædicta dilatione; quia per eam ab executionibus liberavit negocium hæreditarium mercium; in quo ipſe ab Hyppolito admiſſus fuerat ad participationem utilium: ideò-
22 que obligatio tangens portionem dotis promiſſam à Gregorio, durior dici non valet altera, quæ reſpiciebat ſolum perſonam, & bona Hyppoliti.

Et ità, utraque &c.

AVENIONEN., SEU CARPENCTORATEN, FIDEICOMMISSI DE TERTULLIS.

Mercurii 27. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

An deſcendentes maſculi ſive per unicum, ſive per duplex medium fœmininum ſuſcepti, teſtator voluerit admitti de jure, & ex facti circumſtantiis latè examinatur. Adeſt infra in hac cauſa dec. 351. cum aliis ibidem notandis.

SUMMARIUM.

1 *Maſculorum nomine veniunt tàm maſculi ex maſculis, quàm maſculi ex fœminis ad celebre conſ. 85. Fulgoſ.*
2 *Sive deſcendant per unicum, ſive duplex medium fœminarum.*
3 *Maſculis vocatis ad fideicommiſſum veniunt etiam illi, qui ex duplici medio fœminarum deſcendunt.*
4 *Maximè quando bona eorum lineam ſunt ingreſſa.*
5 *Fideicommiſſum in una linea ingreſſum, ea totaliter non extincta, ad aliam non tranſit.*
6 *Proximiores vocati ſuccedunt remotioribus excluſis.*
7 *Maſculos per duplex medium fœmininum invitaſſe Teſtator probatur, ſi extincta linea fœminæ vocatæ tertium ſubſtituit.*
8 *Lineæ fœmininæ appellatione veniunt etiam maſculi ex pluribus mediis fœminarum.*
9 *Maſculi ex maſculis ſuccedunt, quando Teſtator conſideravit renovationem agnationis in fœminæ filiis, & alia concurrunt, quæ recenſentur.*
10 *Agnationis artificialis rigoroſa conſervatio in fideicommiſſis quid ſit?*
11 *Cui repugnat temporalis fœminarum admiſſio.*
12 *Maſculos ex duplici fœminarum medio fortius vocaſſe cenſetur teſtator, qui deficientibus primis fœminarum maſculis ſinè liberis, fœminas ſuperſtites ſuccedere voluit, & cur?*
13 *Maſculinitatis repetita qualitas in primis ſubſtitutionibus non præbet fortè argumentum, quod maſculi ex unico fœminino tantùm medio, mediante dictione* -- ut ſupra --, *ſint in ulterioribus vocati.*
14 *Teſtator ſi in ingreſſu liberos maſculos fœminæ vocavit, non ſequitur, quod in progreſſu ſuccedere debeant maſculi per unicum medium fœmininum, ſi ſexum prælegit, & nihil declaravit.*
15 *Aſſumptio cognominis, & armorum æquè fieri poteſt à deſcendente per unicum, ac per duplex medium fœmininum.*
16 *Nec inducit vocationem tantum maſculi deſcendentis à fœmina agnata.*
17 *Clauſula* -- ut ſupra -- *qua ſæpiſſimè Teſtator eſt uſus in ſubſtitutionibus, in quibus qualitas maſculinitatis eſt inapplicabilis, ad indicandum ordinem ſuccedendi, non qualitatem maſculinitatis ex maſculo, etiam in alio caſu, poſita cenſetur, &* num. 19.
18 *Præcipuè ſi inhæreat verbo* -- ſubſtituit &c.
20 *Sibi met quem eſſe ſubſtitutum abſurdum eſt.*
21 *Ex diverſo modo diſpoſitionis diverſarum perſonarum vocatio deprehenditur.*
22 *Sub nomine* liberorum *comprehenduntur maſculi fœminarum.*
23 *Teſtator proximiores vocans ſubſtitutionem ad formam inteſtatæ ſucceſſionis regulat.*
24 *Et tunc maſculi ſivè per unicum, ſivè per duplex medium fœmininum deſcendant indifferenter admittuntur.*
25 *Obſervantia excluſionis maſculi ex duplici medio fœminino in ingreſſu non trahitur in progreſſu.*
26 *Nec cum diverſus eſt diſpoſitionis caſus.*
27 *Maſculi ex duplici medio non admittuntur cum Teſtator lineam maſculinam, ſine ulla interruptione fœminarum vocavit: ſecùs cum vocati ſunt ſimpliciter deſcendentes ex fœminis, &*

de

Digitized by Google

deciſ. 95., & deciſ. 218. par. 11. recent. *declarantur*.

28 *Nec admittuntur, ubi agitur de ingreſſu, & cum adeſt votum conſervandæ agnationis, &* deciſ. 338. coràm Emerix *conciliatur*.

DECISIO CCCV.

DUbitans Nicolaus Tertullius, ne forte aliquando deficeret proles maſculina ex Antonio, & Bartholomæo filiis procreanda, eorumque naturalis agnatio; quam ad propriæ hæreditatis ſucceſſionem invitaverat; in ipſius defectum ſimultaneè per hæc verba -- *ſubſtituit, & ſubſtitutos eſſe voluit, ut ſupra, primos liberos maſculos filiarum prædictorum ſuorum filiorum, & primos liberos maſculos Gilettæ, Ludovicæ, & Gabriellæ filiarum ſuarum; quibus decedentibus ſinè liberis maſculis ſubſtituit, ut ſupra, eorum fràtres antiquiores, ſi ſint; ſin autem alios maſculos ex prædictis filiabus ſuorum filiorum antiquiores, proximioreſque ſic morientium, & eorum ſingulis, ut ſupra morientibus, ſubſtituit ſuperſtites ordine primogenituræ, antiquiores, proximioreſque ſic morientium cæteris præferendo. Et ſi accideret unam, aut plures dd. filiarum tàm primi, quàm ſecundi gradus nullum habere maſculum; voluit filiam, ſeù filias, quæ nullos filios maſculos habere reperietur, gaudere, quòad vixerit, portione bonorum, quam earum maſculi reſpectivè conſequuti fuiſſent, ſi extitiſſent. Deficientibus verò liberis maſculis tàm filiarum, ſuorum filiorum, quàm filiarum ipſius Teſtatoris, ſubſtituit, ut ſupra, eaſdem ipſas filias deſcendentes in infinitum in ſtirpes, & non in capita; & deficientibus quandocumque omnibus filiabus prædictis; ità quod nulli exiſterent ab ipſo teſtatore deſcendentes, tàm de linea maſculina, quàm fœminina; ſubſtituit ut ſupra Hoſpitale S. Marthæ*.

Evanuit prima ſubſtiturio ob mortem Antonii, & Bartholomæi ſinè filiis; totaque hæreditas diviſa fuit inter Franciſcum filium Ludovicæ, & Ectorem filium Gilettæ: excluſo Henrico per medium fœminæ deſcendente à Gabriella altera filia teſtatoris: portio autem, quæ Franciſco obvenerat, fuit ſubindè in Joſephum ejus nepotem delata. Sed eo mortuo abſque prole orta fuit contentio ſuper ſucceſſione ad eamdem portionem inter Joſephum, & Franciſcum de Reauville, & Pluvinell filios Alexandrinę, & Ludovicę junioris ſororum Joſephi defuncti ex una, & Joſephum Ignatium de Tertullis de linea Gilettæ ex altera; eaque judicialiter deducta coràm A.C. Aldrovando iſtæ ſententiam favorabilem Joſepho, & Franciſco protulit, concedendo illis immiſſionem; quam, prævia diſputatione congrui dubii, licèt in gradu appellationis coràm me in altera propoſitione habita ſub die 18. Junii præteriti obtinere non potuerint; ex quo dilata fuit cauſæ reſolutio; hodiè tamen eiſdem *concedendam eſſe* reſolutum fuit.

Cumque totum controverſiæ momentum dependeat ab articulo: An teſtator voluerit indifferenter admittere omnes deſcendentes maſculos ſivè per unum, ſivè per duplex medium fœmininum ſuſceptos; prout ſunt Joſeph, & Franciſcus: vel potius ſolùm maſculos immediatè deſcendentes ex fœmina agnata; qualis eſt Joſeph Ignatius? Adverterunt DD., illis, non iſti aſſiſtere tùm juris regulas, tùm teſtatoris voluntatem.

Et ſanè, illis aſſiſtit regula generalis, quod
1 ſub vocatione maſculorum admittuntur tàm
maſculi ex maſculis, quàm maſculi ex fœminis; *juxtà celebre conſilium Fulgoſ.* 85., quem
ſequuntur *Bonden. collect. legal.* 34. *num.* 106.
*lib.*2., *Rodulph alleg.*22., *& alleg* 174. *utrobique num.*10., *Rot. deciſ.*69. *num.*8., *&* 9. *par.*17.
*deciſ.*164. *num.*5., *& ſeqq. par.*18., *in Bononien.*
Fideicomm. de Moronis 10. *Maii* 1697. §. *Abſque
que eo quod, &* 27. *Iannarii* 1698. § *Hæc autem
coràm R.P.D. meo Pio*: ſivè deſcendant ex uno,
2 ſivè per duplex medium fœmininum; ad *Text.
in l.* 1. *Cod. de condit. inſer.*, *Mantic. de conject.
lib.*8. *tit.*18. *num.*13., *& ſeqq.*, *Rot. coràm Celſ.
dec.*142. *num.*8., *& dec.*132. *num.*16. *par.*16. *rec.*

Ideòque, cum ipſi ſint maſculi ex linea Lu-
3 dovicæ, quos teſtator expreſsè vocavit; licèt
per duplex medium fœminarum deſcendant;
4 tamen uti maſculi ſuccedunt. Maximè quia
bona jam ſunt ingreſſa in eorum lineam; quo
caſu ſubintrat alia regula, quod fideicommiſ-
5 ſum quando eſt ingreſſum in unam lineam, non
poteſt tranſire ad aliam, niſi eadem totaliter
evacuata; *Tondut. reſol. civil. par.* 2. *cap.* 89.
num 7., *Torr. de Majorat. par.*1. *cap.*15. *num.*35.
& ſeqq., *& cap.*41. *num.*67., *Rot. dec.*109. *n.*14.
*par.*5., *deciſ.* 209. *num.* 1., *&* 2. *par.* 2. *diverſ.*,
*deciſ.*69. *num.*30. *par.*17. *recent.*

Hujuſmodi regulis conformis eſt teſtatoris
diſpoſitio, qui ſingulis maſculis ſuarum filiarum ſinè libris, ut ſupra, morientibus -- *ſubſtituit
ſuperſtites ordine primogenituræ, antiquiores; proximioreſque ſic morientium cæteris præferendo* --.
Quamobrem cum Joſeph, & Franciſcus ſint
6 proximiores Joſepho ultimo loco defuncto,
tanquam nepotes ex ſororibus; iidem admittendi ſunt ad portionem Ludovicæ; excluſo
Joſepho Ignatio remotiore, *Altograd. conſ.* 92.
ſub num 34. *lib.*2., *Amat. reſol. foren. par.* 1. *reſol.*10. *n.*33., *&* 49., *Rot. coràm Burat. dec.*628.
num. 5., *&* 6.

Et clariùs, hanc fuiſſe fideicommittentis vo-
7 luntatem, præter alias teſtamenti partes, infrà ponderandas; detegitur, ex quo ſubſtituendo Hoſpitale S. Marthæ, ſuppoſuit antecedenter vocaſſe lineam maſculinam filiorum, & lineam fœmininam filiarum, ibi -- *deficientibus
omnibus tàm ex linea maſculina, quàm fœmini-
8 na* -- cum appellatione lineę fœmininę veniant
etiàm maſculi ex pluribus mediis fœminarum
deſcendentes; ad tradita *per Surd. conſ.* 344.
num. 14., *Rot. deciſ.* 28. *num.* 14., *& ſeq. coràm
Arguell.*, *& deciſ.* 336. *num.* 6., *& deciſ.* 370.
*num.*7. *coràm Emerix*.

Nec prædictis obſtat, quod teſtator in defectum naturalis agnationis propagandæ à filiis
ſuis, vocando deſcendentes maſculos filiarum,
9 artificialem agnationis renovationem exoptaverit, ejuſque contemplatione ſucceſſionem
deferri voluerit ad maſculos tantùm ex maſculis filiarum primi gradus, inter eos conſtituendo fideicommiſſum lineale reciprocum;
itàut extinctis omnibus maſculis ex maſculis li-

Digitized by Google

lineæ Ludovicæ per obitum Ioſephi ſinè filiis,
neceſſariò ſit tranſeundum ad aliam lineam
ejuſdem qualitatis reciprocè ſubſtitutam.

Quoniam ultra quod, ut volita dici poſſet
10 rigoroſa conſervatio artificialis agnationis;
opporteret; quod expreſsè teſtator præcepiſſet
ſucceſſionem deferri per lineam maſculinam
nunquam interruptam per fœminas, aut de-
ſcendentes ab eis, *ad notata per Torr. de majo-
rat. par. 1. cap. 38. num. 48.* tantum abeſt teſtato-
rem præſcripſiſſe talem ſuccedendi ordinem; ut
potius ab illo abhorruiſſe videatur: tum quia
prævidendo caſum obitus ſinè filiis unius, aut
plurium filiarum ſuarum tàm primi, quàm ul-
terioris gradus; fœminas ſuperſtites ſuccedere
mandavit, ibi — *etſi acciderit unam, aut plures
dd. ſuarum filiarum tam primi, quam ſecundi gra-
dus nullum habere maſculum; tunc voluit filiam
eam, ſeù filias eas, quæ nullos liberos maſculos ha-
bere reperientur; gaudere quoad vixerit parte, &
portione bonorum ipſius Teſtatoris; quàm eorum
maſculi reſpectivè conſequuti fuiſſent* —: ex qua
teſtamenti parte, reſultat temporalis fœmina-
11 rum admiſſio, de directo repugnans rigoroſo
ordini ſuccedendi in fideicommiſſis agnatitiis,
*ut firmatum fuit in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſ-
leriis 17. Iunii 1697. §. Quoniam coràm Reverend.
domino meo Decano, & 15. Aprilis 1701. §. Non
quidem coràm me.*

Tùm etiam quia, ſi in altera teſtamenti parte,
deficientibus liberis maſculis filiarum ſuorum
filiorum, & filiarum ſuarum; ſubſtitutæ fue-
runt eædem ipſæ filiæ, earumque filiæ deſcen-
dentes in infinitum; ex majoritate rationis,
12 multo magis cenſendum eſt ſubſtituere voluiſſe
liberos maſculos deſcendentes ex eis: in quibus
per fictionem teſtatoris memoria, nomen, &
familia conſervari poteſt, *ut ponderat Altograd.
conſ. 66. num. 63., & ſeqq. lib. 2., Rot. dec. 6. n. 1.
in medio par. 1. diverſ., & dec. 132. n. 23. par. 16.
recen.*

Hinc nullius ponderis viſæ fuerunt conje-
cturæ, quæ ad dict. effectum in contrarium cu-
mulabantur à Joſepho Ignatio: nàm [omiſſis
aliis, tanquam nimis vagis, & generalibus],
quod ex vocatione deſcendentium maſculorum
dumtaxat ex maſculis inſtitutis, & ex ſubſtitu-
tione filiorum maſculorum primogenitorum ex
filiabus ſuis, cum onere aſſumendi cognomen,
& inſignia familiæ de Tertullis, repetita ſemper
maſculinitatis qualitate in ulterioribus gradi-
13 bus, mediante dictione — *ut ſupra* —, oriatur
conjectura indicans, teſtatorem admittere
voluiſſe tantum maſculos ex maſculis in ſe-
quentibus gradibus, & efformare primogenitu-
ram agnatitiam; eſt debile argumentum.

Etenim in principio diſpoſitionis, fuit qui-
dem primogenitura agnatitia quoad naturales
agnatos deſcendentes à primis filiis maſculis;
ſed poſtquam factus fuit tranſitus ad lineam
fœmininam; illa evaſit cognatitia. Non atten-
to, quod in primo ingreſſu fideicommiſſi voca-
ti fuerint liberi maſculi primonati dd. Gilettæ,
Ludovicæ, & Gabriellæ; quia cum in progreſſu
teſtator ſolùm prædiligendo ſexum maſculi-
14 num, non declaravit, quod ſuccederent ma-
ſculi immediatè deſcendentes à fœmina agna-
ta; nulla ſubeſt ratio, per quam excludendi ſint
maſculi deſcendentes per duplex medium fœ-
mininum, *ad firmata per Rot. dec. 1338. num. 5.
coràm Emerix, & poſt Balduccium ad Ramonium
dec. 13. n. 17., & 18. tom. 1.*

Abſque eo quod vis fieri poſſit in demanda-
ta aſſumptione cognominis, & armorum; illa
15 enim æquè benè adimpleri poteſt ab iis, qui im-
mediatè à fœmina, ac ab alio quocumque
extraneo deſcendunt, *Menoch. conſ. 926. n. 46.
Burſatt. conſ. 300. n. 62., Caſanatt. conſ. 4. n. 274.,
& conſ. 38. num. 82., Torr. de majorat. par. 1.
cap. 38. num. 51., Rot. coràm Cerro dec. 682. n. 9.*:
ideoque inducere non valet vocationem ma-
ſculorum dumtaxat deſcendentium ex fœmina
16 agnata, in excluſionem aliorum maſculorum,
*ut proſequitur idem Torr. dicto cap. 38. num. 59.,
Roxas de incompatibilit. par. 1. cap. 6. num. 312.,
& ſeqq., Rota coràm Emerix d. deciſ. 1338. n. 7.*,
Clauſula verò — *ut ſupra* — quæ fuit familiaris
teſtatori, eaque ſæpiſſimè uſus fuit; & ſignan-
ter in ſubſtitutione fœminarum poſt extinctio-
17 nem lineæ maſculinæ, & fœmininæ, & in ſub-
ſtitutione Hoſpitalis poſt omnium deficien-
tiam; in quibus ſicuti appoſita fuit ad deſi-
gnandum ordinem ſuccedendi, non autem
qualitatem maſculinitatis, utrique ſubſtituto
inapplicabilem; ità quoque, idem dici debet in
18 præſenti; cum immediatè inhæreat verbis: *ſub-
ſtituit, & ſubſtitutos eſſe voluit, ut ſupra*: ità ut
adjecta cenſeatur ad reperendum eumdem or-
19 dinem ſuccedendi, non autem maſculinitatem
ex maſculo, *Rot. coràm ſa. me. Alexandr. VIII.
dec. 252. num. 13. 14., coràm Priolo dec. 273. n. 6.,
coràm bon. mem. Emerix dec. 625. num. 6., & de-
ciſ. 882. num. 10., & ſeqq., & in Romana Caſalis
Aguzzani 21. Junii 1701. §. Abſque eo quod cor.
Reverendiſſ. domino meo Decano.*

Levis quoque fuit & altera conjectura: quæ
deſumebatur ex illis verbis — *deficientibus libe-
ris maſculis dd. filiarum ſubſtituit, ut ſupra, eaſ-
dem ipſas filias, & earum filias deſcendentes in in-
finitum* —: ex quibus inferebat Joſeph Ignatius;
quod ſi deſcendentes ex fœminis filiarum teſta-
toris fuerunt in ſubſidium vocati, poſt defi-
cientiam liberorum maſculorum ipſarum filia-
rum Nicolai fideicommittentis; in neceſſariam
conſequentiam veniat; quod Joſeph, & Franci-
ſcus, uti deſcendentes per duplex medium fœ-
mininum, non niſi, quam in ſubſidium, & poſt
deficientiam maſculorum ex ipſis filiabus teſta-
ſtatoris, qualis eſt Joſeph Ignatius; admitti
20 valeant ad ſucceſſionem: ne aliàs ſequatur ab-
ſurdum; quod comprehendendo deſcendentes
ex fœminis ſub ea conditione — *deficientibus li-
beris maſculis filiarum* —, tanquam in ſubſe-
quenti parte ſubſtitutionis expreſsè vocati, ſi-
bimet ipſis dicantur ſubſtituti.

Placuit enim DD. reſponſio; quod in dicta
parte teſtamenti poſt deficientiam maſculo-
rum, non fuerunt ſubſtituti deſcendentes ma-
21 ſculi ex fœminis; ſed tantùm fœminæ filiarum
teſtatoris; quarum reſpectu diverſum modum
ſuccedendi ordinavit; nimirùm per viam fidei-
commiſſi ſimultanei in ſtirpes, & non in capi-
ta, ſinè geſtatione cognominis, & armorum, &
ſub illa conditionali — *deficientibus liberis ma-
ſcu-*

Digitized by Google

ſculis filia um – indiſtinctè intelligenda de omnibus maſculis per quodcumque medium ſuſceptis: ad differentiam maſculorum ex fœminis; in quibus ſervari voluit ordinem primogenituræ cum delatione cognominis, & inſignium familiæ de Tertullis.

Quamobrem locum ſibi vindicare non poteſt exageratum abſurdum; quia diverſi erant maſculi exiſtentes de tempore obitus fideicommittentis, ab illis exiſtentibus poſt ſubſidiariè admiſſas fœminas ad ſucceſſionem. Quin immò abſurdum ſequeretur ſi eſſet procedendum cum ſenſu in contrarium retento; quia fœminę ſuccederent excluſis maſculis: quod expreſsè repugnat tàm prædilectioni maſculorum, in multis teſtamenti partibus explicatæ, quàm expreſſæ vocationi fœminarum volitæ per poſterius.

Cæteris etiam debilior eſt ultima conjectura, ex eo deducta; quod maſculis filiarum deficientibus ſinè liberis, ſubſtituuntur eorum fratres; quaſi hæc converſio ad collaterales, ſinè ulla conſideratione, quod defunctus potuiſſet relinquere filiam, quæ poſteà maſculos gigneret; ſit demonſtrativa excluſionis maſculorum ex fœminis: duplici enim reſponſione refellitur; & primo: quod ex latitudine verbi – *liberorum* – ſatis comprehenſi dicuntur maſculi
22 fœminarum, & cujuſcumque medii, *ad Text. in l. non eſt ſinè liberis* 148. *ff. de verb. ſignif.*, *Urceol. conſult. forenſ. cap.* 47. *num.* 16., *Rocc. diſp. jur. cap.* 107. *num.* 17., *Rota deciſ* 304. *num.* 2. *par.* 19., *& in Romana fideicomm. de Moronis* 21. *Februarii* 1701. §. *Urgent coràm R.P.D. meo Anſaldo*: ſecundo, quia teſtator, non extantibus fratribus ultimi maſculi deſcendentis ex fœmina defuncti ſinè filiis, vocàvit alios maſculos ex prædictis filiabus antiquiores, & proximio-
23 res: per quam proximiorum prælationem, ſicut ſubſtitutiones regulantur ad normam inteſtatæ ſucceſſionis; ità maſculi ſivè per unum,
24 ſivè per duplex medium fœmininum ſuſcepti, nulla conſtituita differentia, admittuntur ad ſuccedendum, ut tradunt, *Gloſſ.*, *& doctores in l. cum ità* 33. §. *In fideicommiſſis de legat.* 2., *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *quæſt.* 12. *art.* 1. *n.* 17., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 481. *num.* 1., *Rota in Romana Caſalis Aguzzani* 21. *Junii* 1701. §. *Si verò coràm Reverendiſ. meo Decano*.

Tandem non relevat aſſerta obſervantia excluſionis maſculorum venientium per duplex medium fœmininum, elicita ex judiciali admiſſione Ectoris, & Franciſci filiorum maſculorum immediatè deſcendentium à Giletta, & Ludovica filiabus teſtatoris in excluſionem Henrici ex filia Gabriellæ, cui dumtaxat conceſſus fuit uſusfructus relictus in caſu non exiſtentiæ filiorum maſculorum ex filiis, *ut ex deciſ.* 450. *coràm Dunoz. jun.* Ea enim pręſenti hypotheſi non applicatur; vel quia ibi agebatur
25 de ingreſſu primogenituræ in lineam: & modò verſamur circa avocationem fideicommiſſi à linea, adhuc illa durante; vel quia in illo caſu nimis apertè reſiſtebat teſtatoris diſpoſitio; qui
26 ſubſtituerat primos filios maſculos ſuarum filiarum: qualis non erat Henricus, qui nil mirum, ſi in concurſu Ectoris, & Franciſci primorum filiorum, in tali ingreſſu excluſus remanſit.

Atque ex his inapplicabiles compertæ fuerunt quotquot authoritates, quæ pro Joſepho Ignatio allegabantur; vel enim loquuntur in caſibus, in quibus ſpeciales concurrebant rationes pro excluſione maſculorum venientium ex duplici medio fœminino, & teſtator ſucceſſionem deferri voluerat per lineam maſculinam, ſinè ulla fœminarum interruptione; ut ſignanter videre eſt in *dec.* 95., *&* 218. *par.* 11. *re-*
27 *cen.*: ſecus autem, quando, prout in pręſenti, vocati fuerunt deſcendentes ex fœminis in genere: in his enim terminis admittuntur indefinitè omnes maſculi; ut in ſpecie firmatur *in d. deciſ.* 218.: vel agunt de ſucceſſione in ingreſſu li-
28 neæ; non autem in progreſſu, aut tranſitu de una linea ad aliam: & ulterius concurrebat votum conſervandæ agnationis; *ut in deciſ.* 1338. *coràm Emerix*; & ſic res erat longe diverſa, ut de ſe patet.

Et ità deciſum fuit in gemina propoſitione, utraque parte acriter informante.

CAURIEN. BENEFICII SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 3. Martii 1704.

ARGUMENTUM.

Beneficium quando vacare dicatur per reſignationem, non verò per obitum reſignantis ante ejuſdem publicationem ſequuti, & quomodò defectus publicationis cum gratia reſtitutionis in integrum ſaneetur. Nepos ex filio illegitimo facta expreſſione favore conſanguinei admittur ad beneficium per Avum poſſeſſum.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſori habenti titulum clarum ex litteris Apoſtolicis licet poſteriori eſt danda manutentio.*
2 *Nepotes ex filio illegitimo ad quæcumque beneficia etiam per avum poſſeſſa admittuntur, nec ejuſdem qualitatis reticentia ſubreptionem facit.*
3 *Privilegium præſentandi ad beneficia vacantia etiam in menſibus reſervatis de jure intelligitur quando non adſit reſignatio facta in manibus Papæ.*
4 *Et etiam ex diſpoſitione Gregorii XIII. in Bulla* 85.
5 *Beneficium vacare dicitur per reſignationem, quando eadem fuit à Papa admiſſa, & ab utraque parte acceptata, licèt interim reſignans deceſſerit, non autem per ejus mortem.*
6 *Jus competens renuncianti, ſtatim ac renunciatio à Papa, & partibus cum adimplemento conditionum fuit acceptata, penitus expirat.*
7 *Etiam ſi litteræ Apoſtolicę ſiat in forma* dignum.
8 *Et etiam ſi ante obitum renunciantis non fuerint verificatæ.*
9 *Expreſſio in litteris Apoſtolicis, quod renunciatarius ſit* conſanguineus, vel affinis *renunciantis verificatur in nepote ex illegitimo filio.*
10 *Qui retinet jura ſanguinis.*
11 *Beneficium vacat per reſignationem, & non per ſubſequentem renunciantis obitum, cum ea eſt* per-

Digitized by Google

perfecta , & narratorum varificatio poteſt po-
ſtea fieri .
12 *Secùs quando eſt impoſſibilis .*
13 *Per obitum vacere non dicitur beneficium , ad*
quod reſignans non potuit habere regreſſum .
14 *Nec comprehenditur in indulto reſtricto ad va-*
cantia per obitum .
15 *Nec ob publicationem non factam ante renun-*
ciantis obitum dicitur vacotum in Curia .
16 *Beneficia vacantia ob non publicationem dicuntur*
vacore in Curia .
17 *Obtinens gratiam reſtitutionis in integrum ob non*
factam publicationem reſignationis beneficii an-
te reſignantis obitum , cenſetur publicaſſe .
18 *Etiamſi non expreſſerit obitum reſignantis inte-*
rim ſequutum , & quare ?

DECISIO CCCVI.

RESignavit Alphonſus Fernandez anno 1700.
portionem , quam in eccleſia cathedrali
Caurien. retinebat , favore Gregorii , qui litte-
ras Apoſtolicas ſubindè expedivit cum expreſ-
ſione , quod eſſet illius nepos ex fratre , ſeù ſo-
rore , vel aliàs conſanguineus , ſeù affinis col-
lateralis : ſed earumdem publicationem , &
promptam executionem non obtinuit : qua-
mobrem cum anno ſequenti 1701. de menſe
Octobris Alphonſus reſignans obiiſſet : D. Dux
de Alva , vigore indulti ſibi competentis in ju-
re præſentandi ad hujuſmodi beneficia vacantia
per obitum in menſibus reſervatis ; ad eamdem
portionem Franciſcum de Cordero præſenta-
vit ; qui mox à vicario Caurien. inſtitutionem
reportavit : & ſub die 18. *ejuſdem* menſis hora
prima poſt meridiem in poſſeſſionem dictæ por-
tionis fuit immiſſus : ſicut quoque eadem die
paulo poſt illam apprehendit Gregorius Fer-
nandez , qui interim reſtitutionem in integrum
à Sede Apoſtolica ob non factam dictæ reſigna-
tionis publicationem obtinuit, cum præfixione
novi termini ſex menſium ; intra quod publica-
tione ſequuta , orta fuit controverſia coram
Vicario Caurien. ſuper manutentione in poſ-
ſeſſione dictæ portionis ; quæ ab eodem fuit
Cordero conceſſa · interpoſitaque per Grego-
rium appellatione coram me , diſceptatum fuit
dubium — *an , & cui ſit dando manutentio* —, &
favorabile in hac ſecunda propoſitione Grego-
rio , emanavit reſponſum .

Ejus namque poſſeſſio , licet ſit poſterior illa
capta per Franciſcum , nihilominus præferenda
1 venit ; cum habeat pro ſe titulum clarum , & in-
controvertibilem ex præfatis litteris Apoſtoli-
cis ; itàut proindè concedi debeat manutentio ;
ad Text. in cap. licet cauſam de probat., *Rot. dec.* 254.
num. 2. *par.* 19. *rec.* , *& in Aquiſgranen. Canoni-*
catus 18. *Martii* 1697. §. *fin. coràm R. P. D. meo*
Muto , & in Tarraconen. Iuriſdictionis 10. *Maii*
1700. §. *Indubitantius coràm Illuſtriſſimo magno*
Cancellario Mediolani .

Nec illam obumbrare valet prætenſa ſubre-
ptio ex quo ſummo Pontifici reticitum fuerit,
quod dictus Gregorius ſit nepos ex filio illegiti-
2 mo reſignantis : quia prædicta qualitas non eſt
de iis , quæ à conceſſione gratiæ retraxiſſent ;
(quidquid enim ſit de filiis illegitimis) rece-
ptum tamen eſt in jure ; quod nepotes ex filio
illegitimo ad quæcumque beneficia , & etiam
ad illa poſſeſſa per avum admittuntur ; ut ad-
vertunt , *Fagnan. in cap. ad extirpandas num.* 38.
de fil. præsbyter., *Navar. conſ.* 9. *num.* 9. , *&* 10.
pariter de filiis præsbyt., *Gratian. diſc.* 398. *n.* 6. ,
Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. *cap.* 14. *de reformat.*
cap. 6. , *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 7.,
& magis in puncto , *Rot. cor. Seraph. dec.* 1443.
n. 1·1 , *& in rec. deciſ.* 361. *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 2.

E converſo autem nullum habet titulum poſ-
ſeſſio capta per Franciſcum , quatenus enim ni-
titur præſentationi de ſe factæ per D. Ducem de
Alva ; incontinenti detegitur illius inſubſiſten-
tia ; Privilegium enim dicti Ducis, quamvis tri-
buat facultatem præſentandi ad beneficia va-
cantia etiam in menſibus reſervatis ; tamen lit-
teraliter excipit , ac excludit illa , quæ per reſi-
gnationem factam in manibus Summi Pontifi-
3 cis vacarent ut conſtitit ex ejus lectura : idque
etiam conſona tàm ſanctioni juris , per *Gloſſ.*
in cap. ex parte de offic. delegat., *Spad. conſ.* 30. *nu-*
mer. 1. *lib.* 2. , *Paris de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7.
num. 11. , *Rota coràm Coccin. deciſ.* 1957. *num.* 6.,
& in rec. dec. 329. *n.* 14. *par.* 18 , quàm etiam di-
ſpoſitioni *ſa. me. Gregorii XIII. in Bulla* 85. §. 5. ,
4 *de qua Rota coràm Celſ. deciſ.* 191. *num.* 1. , *& co-*
ràm Merlin. dec. 422. *num.* 8. , *& in rec. dec.* 539.
num. 15. *par.* 4. *tom.* 2. , *& dec.* 457. *n.* 6. *par.* 12.

In præſenti autem non dubitarunt DD. ; quod
controverſa portio vacaverit per reſignationem
favore Gregorii factam ; non autem per obitum
Alphonſi : id enim apertè deducitur ; ex quo
reſignatio fuit per Sedem Apoſtolicam admiſſa ;
& ab utraque parte acceptata , adimplendo
conditiones in ea appoſitas : ex quibus ſequi-
6 tur ; quod ſtatim fuerit à reſignante abdicatum
omne , & quodcumque jus, quod ſibi compete-
re poterat : & quamvis interim ille deceſſerit ;
adhuc non dicitur per ejus obitum portionem
vacaſſe ; ut firmavit in præciſis terminis *Rota*
coram Celſ. dec. 172. *num.* 8. , *& dec.* 191. *n.* 10. ,
& in rec. dec. 539. *num.* 15. *par.* 4. *tom.* 3. , *& de-*
ciſ. 355. *n.* 5. *par.* 12. , *& in Aurien. Cantoriæ* 10.
Decembris 1696. §. *Quod autem poſt med. coràm*
Illuſtriſſ. D. magno Concellario Mediolanen.

Idque etiam procedit · licèt litteræ Appoſto-
7 licæ reſignationis fuerint in forma dignum ex-
8 peditæ : & antè reſignantis obitum nunquam
verificata fuerit expreſſio ; quod reſignatarius
eſſet nepos ex fratre , vel ſorore , qualis certè
non eſt Gregorius : undè inferebatur , reſignan-
tem non amiſiſſe ſuum jus . Quoniam prædictæ
expreſſioni addita fuerunt verba , — *aut alias*
conſanguineus , vel affinis — ſecumferentia quali-
9 tatem conſanguinitatis ; quæ utique ſufficiunt
ad illius verificationem ; oſtendendo , quod
10 eſſet Nepos ex illegitimo filio ; qui retinet ju-
ra ſanguinis ; *Palma nep. olleg. at.* 243. *n.* 14. , *Rota*
dec. 203. *n.* 6. *par.* 8. , *& dec.* 276. *num.* 50. , *& ſeq.*
par. 18. *rec* , *& in Bononien. Fideicommiſſi de Vol-*
ta 4. *Maii* 1693. §. *Prout etiam coràm Reveren-*
diſſ. Monuel ; & in his terminis ſemper benefi-
11 cium dicitur vacare per reſignationem ; quam-
vis antè probationem reſignans deceſſerit ;
Lotter. de re benef. lib. 3. *queſt.* 14. *num.* 58. , *&*
ſeq. , *cum aliis per Rot. deciſ.* 283. *num.* 3. *coràm*
12 *Carill.* , ubi quod contraria procedunt ; quan-
do

do verificatio narrativæ redderetur aliundè
impoſſibilis.

Neque obſtat reſponſio; quod cum prædi-
cta reſignatio non fuerit ante obitum reſignan-
tis pubblicata; reputari debeat inefficax, tan-
quam effectum non ſortita: quoniam attenta
præfata juris abdicatione per reſignationem
13 beneficii prædicti; nunquam potuit reſignans
ad illud habere regreſſum: & propterea dici
non poteſt, quod per ejuſdem obitum vaca-
verit; ut latè *Lotter ubi ſupra*, & benè reſponden-
do objecto *Rota coràm Celſ. deciſ. 172. num. 3., & ſeqq., & deciſ. 191. num. 2., & ſeqq., & co-
ràm Caril. dicta deciſ. 283. num. 3.* Ac per con-
14 ſequens dici nequit comprehenſum in indulto;
quod eſt reſtrictum ad vacantia per obitum;
nec ob ſuperventam maximè conſtitutionem
ſa. me. Gregorii XIII., extendi poterat ad be-
16 neficia vacantia in Curia: qualia dici debent
ea; quæ vacant ob non publicationem; *Pariſ.
de reſignat. lib. 11. queſt. 8. num. 6., Roſa de
execut. Litter. Apoſtolic. cap. 14. num. 170. Lot-
ter. de re benef. lib. 3. queſt. 21. num. 26., Rot.
coràm Celſ. dicta deciſ. 191. num. 4., & 5., & co-
ràm Carill. dicta deciſ. 283. num. 7. & in rec. de-
ciſ. 140. num. 5., & 6. par. 10.*

Præſertim quia Gregorius gratiam reſtitu-
17 tionis in integrum ob non factam publicatio-
nem obtinuit; quæ cum ſuum jam habuerit ef-
fectum, operatur; ut eadem publicatio habe-
atur; ac ſi in primo termino facta fuiſſet; *Ro-
ſa de execut. Litter. Apoſtolic. dicto cap. 14. num.
156., Lotter. de re benef. lib. 3. queſt. 21. n. 3.,
Card. de Luc. de Benef. deciſ. 36. num. 9., Rot. co-
ràm Emerix jun. deciſ. 254. num. 2., & in rec.
deciſ. 357. num. 1. par. 12., & deciſ. 606. num 3.
par. 19. tom. 2.* Non relevante, quod conſti-
tutio hujuſmodi non contineat expreſſionem
obitus reſignantis interim ſecuti: nam talem
circumſtantiam non eſſe neceſſario exprimen-
dam in hiſce gratiis, quæ non dicuntur novæ,
firmavit *Rota deciſ. 357. num 3., & 4. par. 12.,
& coràm Cerr. dec. 322. num. 3., & ſeq.*

Et ità, utraque &c.

ROMANA PRÆTENSÆ IMMISSIONIS.

Veneris 7. Martiis 1704.

ARGUMENTUM,
habes in ſuperiori Deciſ. 288.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio concedi nequit ad domum ædificatam in fundo non proprio fidecommiſſi, licèt cohærente domui fideicommiſſariæ.*

2 *Acquiſitio ad proprium commodum hæredis, & non fideicommiſſi facta dicitur, cum Inſtrumentum ſtipulatur* proſe &c. ad habendum &c.

3 *Ædificium in fideicommiſſario ſolo factum fideicommiſſo cedit.*

4 *Secùs eſt ſi fundum jàm à fideicommiſſo exiverit.*

5 *Ad fideicommiſſum non redit fundum jàm fideicommiſſarium diſtractum, quod hæredis gravati induſtria retrahitur.*

6 *Emens ex pecuniis fideicommiſſariis, deficiente Teſtatoris precepto, ſibi acquirere dicitur.*

7 *Fideicommiſſis ſupplantandis in non ſolutione canonum, ut poſſint eadem bona poſt devolutionem à gravato liberè acquiri, via non eſt aperienda.*

8 *Poſſibilitas aperiendi viam hæredibus gravatis fideicommiſſa ſupplantandi non eſt apta inducere dolum.*

9 *Dolus eſt concludenter probandus.*

10 *Caducitas ab auctore deficiente dolo incurſa ſucceſſoribus præjudicat.*

11 *Domus inſeparabilis non eſt, ex quo per unicum ingreſſum, & unicam ſchalam patet acceſſus ad omnes manſiones, quando ad aliam partem per novam januam, & ſchalam haberi poteſt.*

12 *Bulla Gregorii XIII. retractus præcipit, quod ex pluribus domibus unum conficiatur ædificium.*

13 *Domus incorporata per viam retractus ex Bulla Gregorii XIII. non dicitur inſeparabilis, cùm quæſtio cadit, an portio adaucta ſit diſtinguibilis à veteri portione, quando remanet ſalvus proſpectus, nec tangitur ſubſtantia rei.*

14 *Qui petit refici melioramenta, renunciaſſe dicitur ſuo juri ſuper rei retentione.*

15 *Nec poteſt poſtea retentionem petere.*

16 *Secùs quando renunciatiò cadit ſuper altera parte, & ſuper altera retentio.*

17 *Et quando idem eſt reus, & poſſeſſor, quid tunc poteſt eodem tempore pluribus exceptionibus, licèt contrariis, uti.*

18 *Vocatus poſt alicujus obitum, hunc debet concludenter probare.*

19 *Mors ex diuturna abſentia non deducitur.*

20 *Præſertim non concurrente lapſu temporis à doctoribus ad hunc effectum conſiderato.*

21 *Et cum inest cauſa abſentiæ, quid tunc ad illam, & non ad obitum eſt referenda.*

22 *Et cum adſint epiſtolæ ab abſente tranſmiſſæ, & dictum teſtis.*

23 *Detractiones cum alienationibus non excomputaſſe dicitur, qui fideicommiſſi bona non adminiſtravit.*

24 *Tutoris factum pupillo non præjudicat.*

25 *Secùs ſi ab eodem pupillus cauſam habeat.*

26 *Et cum alienationes tutor fecit pro pupillorum ſuſtentatione.*

27 *Fideicommiſſario petenti immiſſionem contra tertios poſſeſſores onus incumbit probandi, gravatum omnes detractiones cum alienationibus abſorbuiſſe.*

DECISIO CCCVII.

PLacuerunt hodie DD. fundamenta deciſionis editæ coràm me ſub die 3. Decembris proximè preteriti; qua reſponſum fuerat pro confirmatione ſententiæ Rotalis à R.P.D. meo Muto pronunciatæ, denegantis Bernardinæ immiſſionem ad domum poſſeſſam à Ioannæ Baptiſta Boſſio; ideò *ſteterunt in deciſis*.

Procedendo enim cum diſtinctione augumenti, & melioramentorum: quæ conſtat facta fuiſſe poſt obitum Baptiſtæ fideicomittentis in ipſa domo antiquitùs per illum poſſeſſa; & de tempore obitus relicta; adverterunt DD., quod Dominicus hæres gravatus, & à quo, mediante datione inſolutum, cauſam habet Boſſius; acquiſivit quemdam ſitum cohærentem do-

Digitized by Google

domui præfatæ; & ſuper eo à fundamentis nov-
um ædificium conſtruxit: cumque iſtud ſit om-
1 ninò diſtinctum, & de facili ſeparari poſſit à
domo; nullo modo ad illud concedi potuit
immiſſio; quamvis videatur cum ipſa domo
unitum, & connexum; *ad Text. in l. In fundo ff.
de rei vendic., Peregrin. de fideicom. art. 44. num.
23., Card. de Luc. de fideicom. diſc. 194. num. 13.,
Rot. coràm Merlin. deciſ. 405. num. 11., & coràm
ſa. m. Alexan. VIII. deciſ. 102. num. 16.*

Quod autem ſitus nullo jure ad fideicom-
miſſum ſpectaret; ſed eſſet protſus Dominici;
ſatis ſuperque probatum fuit ex ipſo inſtru-
mento, tam ſuo, quam Magdalenæ Biagiolæ
uxoris nomine, ſtipulato: in illo enim legi-
2 tur ſibi, nulla facta mentione fideicommiſſi,
acquiſiviſſe cum clauſulis pro ſe &c. ad haben-
dum &c. aliiſquue ſimilibus; quæ verè, &
propriè verificantur in illis caſibus; in qui-
bus ad proprium commodum hæredis fiat ac-
quiſitio, ut aduerunt *Alexan. in l. qui Roma
§. duo fratreſ. col. 43. ff. de verb. oblig., Bero conſ.
63. num. 11. lib. 3.; Rot. coràm Cavaler. deciſ. 39.
num. 1.*

Irrelevans autem viſa fuit reſponſio; quod
ſitus, ſuper quo nova fabrica conſtructa fuit,
3 à fideicommittente poſſeſſus fuerit; & ſic nov-
um ædificium fideicommiſſo cedere debeat:
4 nam quidquid ſit an dictus ſitus eſſet fideicom
miſſarius à principio: hoc unum certum eſt;
quod ex capite devolutionis à PP. Santiſſimæ
Trinitatis acceptatæ, exivit à fideicommiſſo;
& de eo novâ inveſtituram quondam Giſmun-
dus extraneus reportaverat; à quo deindè cum
novis pactis, & conditionibus Dominicus unà
cum uxore retraxit: quod oſtendit acquiſitio-
nem hoc modo factam nullo modo ſub fidei-
commiſſo venire debere; cum Dominicus ad
illam explendam nunquam reperiretur obliga-
5 tus: undè cum proveniat ex facto, & indu-
ſtria hæredis gravati, qui poterat retractum
non intentare; & ſic ſe abſtinere ab acqui-
rendo; non debet illa ſpoliari, titulo fideicom-
miſſi; ut aduerunt *Cor. conſ. 180. n. 12. lib. 4.,
Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 8. num.
24., Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 106.,
Fuſar. de ſubſtit. queſt. 627. num. 8.,* & latè fir-
matum fuit in *deciſione diei 26. Ianuarii* 1703. §.
*Minus coràm R.P.D. meo Muto, & in ultima co-
ràm me §. Nec qualitas & ſeqq.* Et quamvis ac-
6 quiſiviſſe probaretur ex pecuniis fideicommiſſi;
nihilominus deficiente præcepto inveſtiendi,
potuit ſibi acquirere; ut præſeferunt *dictæ deci-
ſiones*; & dictum fuit *in altera præcedenti §. Nec
qualitas.*

Replicatione non attenta; quod hoc modo
7 aperiretur via hæredibus gravatis ſupplantandi
fideicomiſſa, negligendo ſolutionem canonum,
& propria culpa devolutiones permittendo;
quod omninò evitari debet, *ut in deciſ. 517.
8 par. 13. rec.*: quoniam hæc ſola poſſibilitas apta
non eſt inducere dolum; ſed ille eſt plenè, &
9 concludenter probandus: nàm alias ſi ſuſpicio
doli ceſſet, ut hic, caducitas ab uno incurſa,
poteſt etiam ſucceſſoribus præjudicare; ut fir-
10 mat *dicta deciſio 517. num. 9. par. 13. rec., &
plenè dicta deciſio R.P.D. mei Muti §. Reſponſione.*

Ædificium verò ſuper dicto ſitu conſtructum,
quod ſit omnino à domo ſeparabile; non benè
controvertebatur, ex quo per unicum ingreſ-
11 ſum, unicamque ſchalam pateat acceſſus ad
omnes manſiones tàm antiquas, quàm mo-
dernas: etenim hæc, tanquam facta ex deſti-
natione patris familias, ut tota domo com-
modè frueretur; non patit talem connexionem;
ut indè ſeparatio fieri non poſſit; quando,
prout hic, conſtat de portione adaucta, ad
quam per novam Ianuam, & ſeparatam ſchalam
haberi poteſt ingreſſus.

Nec præfata connexio deduci poteſt, ex eo,
quia ſitus, ſuper quo fuit confectum ædificium
acquiſitus fuerit per viam retractus in vim Bul-
12 læ ſan. mem. Gregorii XIII. præcipientis, quod
tali caſu ex duabus domibus unum conficiatur
ædificium; ità ut una domus alteri incorpore-
13 tur: quoniam hoc demandatum fuit pro ma-
jori ornatu Urbis; qui haberi poſſet ex nobilio-
ri proſpectu: ſed non exindè tangitur ſubſtan-
tia rei; nec domorum diverſitas perimitur: ma-
ximè ad effectum, de quo in præſenti agitur;
in quo unicè inſpiciendum venit; an portio do-
mus adauctæ ſit aliquo modo diſtinguibilis, &
ab altera portione veteri ſeparabilis.

Sicut quoque non adverſatur; quod cum
Boſſius poſſeſſor ſibi reſici melioramenta peti-
14 tit; dicatur renunciaſſe ſuo juri; nec poſſit,
15 modo alteram eligendo viam, expoſcere re-
tentionem portionis domus. Exceptio namque
melioramentorum per Boſſium adducta cadit
ſolum ſuper expenſis in domo controverſa fa-
ctis in parte fideicommiſſo ſubjecta; nec un-
quam includit ædificium à fundamentis tàm à
Dominico, quàm ab eodem poſſeſſore extru-
16 ctum; ideoque nequit inferri ad renunciatio-
nem juris ſuper alias portiones liberas, ſibi, ut
probatum fuit, competentis: & tamen in om-
nem caſum, cum ipſe ſit reus, & poſſeſſor, non
17 prohibetur in hoc Iudicio deducere omnia ſibi
competentia; & ſic uno, eodemque tempore
pluribus exceptionibus, licèt contrariis, uti;
*per Text. in l. nemo ex his ff. de regul. jur., ibique
Cagnol. num. 3., & 4., Card. de Luc. de Iudic. diſ-
cur. 15. num. 1.*

Et hæc quoad portionem domus noviter à
fundamentis extructæ. Quo verò ad aliam
partem, quæ aderat de tempore obitus fidei-
committentis; ſicut ex duplici fundamento
fuit in præteritis deciſionibus Bernardinæ dene-
gata immiſſio; ità, & in præſenti DD. illam
excludendam eſſe cenſuerunt: & primò, quia
18 illa legitur vocata ad fideicommiſſum poſt obi-
tum Dominici ſui fratris; qui ideò debuiſſet ab
illa concludenter juſtificari; ut tradunt *Corn.
conſ. 135. n. 9. lib. 2., Ruin. Iun. conſ. 23. n. 306.,
Surd. deciſ. 75. num. 10., Rota coràm Bicchio de-
ciſ. 115, num. 8.*

Quæ probatio non ſatis deducitur ex illius
19 diuturna abſentia: ultrà quod enim non con-
currit adeò magnus lapſus temporis, qualis à
20 Doctoribus ſolet conſiderari ad hunc effectum;
ſatisfecit reſponſio, quod cum Dominicus eſ-
ſet condemnatus ad triremes, illius abſentia
potiùs ad timorem, ne incideret in pœnam,
quam ad obitum, referenda eſt: potiſſimum,
quia

Digitized by Google

quia preſumptio obitus excluditur etiam, tàm
22 ex epiſtolis per ipſum ad urbem tranſmiſſis,
quam ex depoſitione unius teſtis in contrarium
adducta.

Secundo ex quo Dominico, qui dedit domum
inſolutum Boſſio; competunt detractiones le-
gitimæ, & Trebellianicæ, & reſidui doris Bar-
baræ Carlettæ in ſc.152., prout firmatum fuit,
tàm in deciſionibus coràm R.P.D. meo Muto, quàm
in altera coràm me ſub §. Pro alia verò. Non ur-
gente illarum conſumptione, deſumpta ex
quamplurimis alienationibus factis; à quibus
de paupetatum dicitur remanſiſſe fideicommiſ-
ſum: quia cum ille nunquam adminiſtraverit
23 tempore, quo Patrimonium diminutum fuit;
& alienationes per tutores factæ fuerint; nun-
quam imputari debent in ejuſdem Dominici
24 detractiones, cui factum tutorum minimè præ-
judicare valuit; *Rota coràm Duran. deciſ. 212,
num.12., & 13., & in rec. dec.67. num.3. par.1.,
& deciſ.136. num.4. par.12., & in Romana Hæ-
reditatis 10. Decembris 1699. §. Sinè unius coràm
bo. me. Urſino*.

Quibus non adverſatur; quod Boſſius ab iiſ-
25 dem tutoribus cauſam habeat: quodque capi-
26 talia fideicommiſſaria pro ſubſtentatione pu-
pillorum distracta fuerint: ideòque veniant in
detractiones imputanda: quoniam placuit re-
ſponſio; quod idem Boſſius per ſententiam
obtinuit declarari de adminiſtratis per tutores,
benè rationem redditam fuiſſe: & quod cum ho-
diè immiſſio adverſus tertium poſſeſſorem à Ber-
nardina petatur; eidem onus incumbat proban-
di alienationes præcedenter factas à Domini-
co, integras detractiones abſorbere; ut pro con-
ſtanti opinione tenet *Cardinal. de Luca de Legit.
diſc.25. n.25., Rota dec.31. n.8. par.11., dec.133.
per totam par. 16. recen., & in Camerinen. Cen-
ſuum 2. Decembris 1699. §. Pro eliminatione coràm
R.P.D. meo Pio*.

Et ità, utraque &c.

ROMANA PRETENSÆ IMMISSIONIS
SUPER ARTICULIS.

Veneris 7. Martii 1704.

ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Articuli in materia objectiva, ut eſt falſitas ſub-
ſcriptionis, non admittuntur, niſi detur fumus,
qui ſemiplenam conſtituat probationem.*
2 *Teſtis lite pendente extrajudicialiter deponens, ſe
non recognoviſſe alicujus ſu ſcriptionem in in-
ſtrumento, quando habet contra ſe publicum in-
ſtrumentum, & alium inſtrumentarium teſtem
fide dignum, nullo modo admittitur.*
3 *Recognitio per comparationem litterarum om-
nium probationum debilior, & fallax habetur.*
4 *Nec eſt ullo modo admittenda cum agitur de pro-
banda ſubſcriptionis falſitate.*

DECISIO CCCVIII.

PRætendente Bernardina Maggia probare fal-
ſitatem chirographi mandati procuratorę Do-
minici Maggi; quo mediante deventum fuit ad
celebrationem inſtrumenti dationis in ſolutum
controverſæ domus favore quondam Dominici
Boſſii patris, & authoris Joannis Baptiſtæ; in-
ſtetit pro admiſſione articulorum; ſed illos *non
eſſe admittendos*, fuit hodiè reſponſum.

Quoniam, cum in preſenti agatur de mate-
ria objectiva, qualis eſt falſitas ſubſcriptionis;
1 nunquam articuli admittendi veniunt, niſi de-
tur talis fumus; qui ad ſemplenam probatio-
nem accedat; *per Text. in Auth. Apud eloquen-
tiſſimum C. de fide inſtrumentorum, Rota coràm
Cavaler. dec.512. num.1., & dec. 13. n.6., & 7.
par.12. rec.*

Talis autem efficaciæ eſſe non poteſt proba-
tio per Bernardinam exhibita; conſiſtens tum
in depoſitione alterius ex illis teſtibus, qui re-
cognoverunt coràm Notario ſubſcriptionem
chirographi prędicti, nunc negantis ſe eam re-
cognoviſſe, & aſſerentis ſe recognitioni non in-
terveniſſe: tùm etiam in fide duorum ama-
nuenſium; qui per comparationem cum quibuſ-
dam aſſ. epiſtolis Dominici Maggi aſſerverunt
ſubſcriptionem controverſam diverſi caracthe-
ris eſſe ab illo ejuſdem Dominici.

Nam quoad depoſitionem dicti teſtis; hæc
penitus eliſa remanet; ex quo facta fuit extra-
2 judicialiter, & lite pendente; ac non ſolùm ha-
bet contra ſe recognitionem Hyacinthi Arcan-
geli alterius conteſtis viri ſatis notæ integrita-
tis, & maxima fide digni: verùm etiam publi-
cum inſtrumentum recognitionis tempore non
ſuſpecto confectum: ideòque nullo modo venit
attendenda; ut monent *Menoch. conſ. 431. nu-
mer. 27., Gratian. diſc. forenſ. cap. 144. num. 4.,
Surd. dec.135. num.11., Rota poſt Zacch. de obli-
gat. Camer, deciſ. 185. n. 8., & in rec. dec.316.
num. 21. par.19.*: quo verò ad fidem amanuen-
ſium; cum fundata reperiatur in ſimplici com-
paratione caractheris, & iſta ſit nimis pericu-
3 loſa; ac in jure præ cæteris aliis probationibus
debilior, & fallax reputetur; ut advertit, *Ri-
dolphin. in prax. par. 1. cap. 2. num. 140.*, & fir-
mat *Rota coràm Durano dec.363. num.3., & in
Foroſempronien. Teſtamenti 17. Februarii 1698.
§. Idcircò coràm R. P. D. meo Anſaldo, & in Pe-
ruſina Affictus ſuper aſſociatione 3. Februar. 1702.
§. Verùm coràm eodem*: ideò non eſt admitten-
da; nec ullum probationis falſitatis gradum
conſtituere valet, ad effectum admiſſionis arti-
culorum.

Et ità, utraque &c.

FERRARIEN. PRIMOGENITURÆ.

Lunæ 10. Martii 1704.

ARGUMENTUM.

Deſcendentia quomodo probata ſufficiat cum
agitur de ſucceſſione, in qua teſtator ad fami-
liam in genere reſpexit, & lis eſt cum extraneis?
Legitimitatem lineæ uſque ad ſtipitem mon-
ſtrare neceſſe non eſt, quando teſtator in ſolis
vo-

vocatis legitimitatem voluit. Decendentia ab eo, qui fuit Eques Hieroſolymitanus, non probat illegitimitatem, niſi conſtet, tunc fuiſſe profeſſum. nec obeſt illegitimitas eorum à quibus non procedit deſcendentia. Et legitimitas à quibus convincatur? Privatus ex teſtatoris præcepto in caſu ſequutæ confiſcationis, quomodo bona recuperet in caſu, quo ad principis gratiam fuerit plenè reſtitutus, vel ſi illa ad filios tranſiverint. Nato ultimo ſine filiis patri prædecedente libera non evadunt, ſed in eis pater tanquam novus homo ſuccedit?

S U M M A R I U M.

1 *Immiſſio verificatis extremis non denegatur.*

2 *Immiſſio danda eſt exiſtenti de familia vocata aliis renunciantibus.*

3 *Enunciativa plures in antiquis inſtrumentis emiſſæ relevantiſſimam probationem deſcendentiæ conſtituunt.*

4 *Præſertim in antiquis ultra 300. annos.*

5 *Identitas cognominis, & armorum ad probandam deſcendentiam ponderatur.*

6 *Et publica reputatio, & fama.*

7 *Tractatus ſerii, & proportionati agnitionis conſanguinitatis, palam geſti coram judice, & in publicis inſtrumentis concludenter deſcendentiam probant.*

8 *Præſertim ſi ſint emiſſi ab auctoribus illorum, qui eandem contendunt.*

9 *Deſcendentiæ per gradus diſtinctos probatio ad effectum ſuccedendi non eſt neceſſaria, ſed ſufficit generica, cum teſtator ad familiam in genere reſpexit, ſine ulla gradus præfinitione.*

10 *Declara cum quæſtio non eſt cum agnato, ſed cum extraneo.*

11 *Deſcendentia à communi familia per teſtatorem vocata non eſt neceſſe probetur per legitimum matrimonium in ulterioribus aſcendentibus, ſed ſufficit in ſucceſſuro, quando teſtator legitimitatem linealem non expoſtavit uſque ad ſtipitem, ſed tantummodò, quod proximior vocatus eſſet de legitimo matrimonio.*

12 *Filius natus ab eo qui fuit Eques Hieroſolymitanus illegitimus non præſumitur, niſi probetur tunc profeſſionem emiſiſſe.*

13 *Filius præſumitur legitimus.*

14 *Maximè ſi uti talis probetur à patre in teſtamento inſtitutus.*

15 *Et ſi poſtea bona emphiteutica, & feudalia ad ſolos legitimos ex littera conceſſionis devolvenda poſſediſſe probetur.*

16 *Et ſi civicos honores, officiaque poſſedit, quæ illis ſunt dumtaxat reſervata, qui ſunt de vera, & legitima agnatione.*

17 *Potiſſimùm ſi id eveniat ſcientibus, & patientibus aliis de ſanguine, qui aliàs non permiſiſſe cenſentur.*

18 *Qualitas legitimitatis non eſt examinanda in eo, à quo non provenit deſcendentia.*

19 *In familiis nobilibus naturales ſimul, ac legitimi procreati reperiuntur.*

20 *Filius ante matrimonium ſuſceptus per ſubſequens legitimatur.*

21 *Et ideò benè in teſtamento à patre legitimus nuncupatur.*

22 *Teſtatoris poſſeſſio bonorum uſque ad obitum probatur, ſi illa uti ejus hæreditaria inventariata, apprehenſa, & poſſeſſa fuerunt.*

23 *Confeſſio auctoris nequit ab ejus hærede impugnari.*

24 *Privatus in caſu confiſcationis, ex quibus in gratiam Principis remiſſus, & gratiam reſtitutoriam bonorum habuiſſe convincatur?*

25 *Privatus in caſu delicti non quod teſtator delinquentem odio habuerit, perpetuoque incapacem declaraverit, ſed quia bona extra familiam etiam per ſententiam judicis confiſcantis exire noluit; ſi bannum ſit caſſatum, & filiis in tali caſu ſubſtitutis ſupravixit nequit à ſucceſſione repelli.*

26 *Et tunc tanquam novus homo ſuccedit.*

27 *Iura in monaſterio ex perſona religioſi, qui primogenitura potitur, libera non remanent, exiſtentibus illis de linea contemplata.*

28 *Primogenitus ultimus de linea vocata, poteſt de bonis primogenialibus ad libitum diſponere.*

29 *Exceptiones fideicommiſſi antiquioris altiorem requirentes indaginem non admittuntur in judicio immiſſionis vigore recentioris fideicommiſſi.*

DECISIO CCCIX.

COmes Hercules Trottus ſcripto ſibi univerſali hærede Ferrante Trotto conſanguineo; ejus filium primogenitum ex legittimo matrimonio procreatum, & ſucceſſivè primogenitum ſuperſtitem, alioſque deſcendentes in infinitum, eidem ſubſtituit: decedente autem Ferrante ſinè filiis, ut ſuprà, ejuſque linea terminata, Horatium ipſius fratrem eodem ordine ad ſucceſſionem vocavit: ſed, expirata utriuſque linea, mandavit hæreditatem deferri ad proximiorem ultimo morienti de familia Trotta, deſcendentem à linea maſculina, & genitum ex legitimis natalibus.

Ex prædictis ſobolem tantùm ſuſcepit Horatius: per cujus obitum ſuperſtitibus tribus filiis, ſcilicet Hippolyta, & Julia, ac Alphonſo; apud iſtum tota hæreditas Herculis conſolidata remanſit, quo etiam defuncto, ſorores hæreditatem fratris adjuerunt: verùm quia Hieronymus, qui ſe primogenitum proximiorem tunc temporis oſtendebat: judicium introduxit in Rota Ferrarienſi contrà dd. Sorores pro obtinenda immiſſione; & poſteà tàm ipſe, quàm ejus filii propriis juribus renunciarunt; hinc Marchiones Antonius Gajetanus, & Galeatius fratres deſcendentes à Vitaliano, ipſorum, & Herculis fideicommittentis communi ſtipite: ac uti proximiores Alphonſo ultimo loco defuncto, agnoſcentes ad eorum favorem per dictam renunciationem apertum fuiſſe jus ſuccedendi in bonis primogenialibus renunciatis; judicium præcedenter introductum proſequuti fuerunt contrà Marchionem Franciſcum Roſſettum, eadem bona primogenialia ex perſona Juliæ uxoris poſſidentem: & quamvis in prima inſtantia ſuccubuiſſent, tamen in gradu appellationis eadem Rota Ferrarienſis revocando priùs ſententiam præcedenter latam, immiſſionem actoribus conceſſit: à quo judicato provocante Marchione Roſſetto, cauſaque mihi commiſſa: dedi dubium: *An ſit concedenda immiſſio*: *& affirmativa* prodiit reſolutio.

Siquidem verificantur in actoribus omnia extrema

Digitized by Google

1 trema ad hunc effectum neceſſaria: quibus ſtan-
tibus eiſdem immiſſio denegari non poterat:ad
tradita *per Ruin. conſ. 28. num.2., & ſeqq. lib.5.
Honded. conſ. 64. num.16., & ſeqq. lib.1., Pere-
grin. de fideicom. art.2. num.60., & ſeqq., &
art. 48. num.20., Rocca diſput. jur. cap.10. n. 1.,
& 2., Rota coram Merlin. deciſ.244. num.14., co-
ram Coccino dec. 167. num. 2., coram Cavaler. de-
ciſ.204. num.4., coram Alex. VIII. dec.242. n.5.,
& coram Emerix dec. 39., & dec. 1263. utrobi-
que num.1.*

Poſita enim exiſtentiam fideicommiſſi, &
bonorum identitate; quæ hinc indè admitte-
bantur; purificatio ejuſdem favere actorum
viſa fuit indubitata per extinctionem totalem
lineæ maſculinæ Ferrantis, & Horatii: cumque
præter Hieronymum, ejuſque filios, qui jam
2 ſolemniter renunciarunt; nullus alius compa-
reat; qui ſit de eàdem agnatione, & familia;
ſolùmque de illa ſuperſint Actores; ſatis dici-
tur conſtare de purificatione; *Ad notata per
Alex. conſ. 20. num.12., & conſ.39. n.2. lib.1.,
Rota deciſ.408. num.3. par.5., & dec.277. num.4.
par.13. rec.*

Et ſanè, quod illi ſint de eadem familia, &
agnatione; & deſcendant à Vitaliano communi
ſtipite;à quo provenit etiam Hercules fideicom-
mittens nedum verificatur ex pluribus antiquiſ-
ſimis enunciativis emiſſis in publicis inſtrumen-
tis; de quibus *in Summario ſuper deſcendentia di-*
3 *ſtributo à n. 1. ad 25.*, quæ relevantiſſimam pro-
bationem conſtituunt; *Gratian.diſcept.893.n.3.
Rota coràm Emerix dec.892. num.6., & dec.202.
num. 1. par. pr., & dec. 724. num.2. par. 2. rec.*
præſertim:quando verſamur in antiquis; & in-
4 tercedit longa ſeries tercentum, & ultra anno-
rum: ut in præſenti, Rota *deciſ.234. num.10.,
& 11. par.10. rec., & in Aſculana Beneficiorum
25. Aprilis 1698. §. u que cor. R.P.D. meo Capra-
ra, & in Avinionen., ſeu Vaſionen. Primogeni-
tura 5. Decembris 1701. §. Prædictheque coràm
R.P.D. meo Muto.*

Verum etiam ad evidentiam reſultat;ex quo
præter generales demonſtrationes, nempè iden-
titatis cognominis, & armorum, publicæ re-
putationis, & famæ, quæ àd effectum proban-
di deſcendẽtiam à Doctoribus ſolent pondera-
ri;ut de identitate cognominis, & armorum *Bar-*
5 *tol. in l. tutelas ff. de capit. diminut., Peregrin.
de fideicom. art. 22. num.26., & 27., Rot. coràm
Dunozett. ſen. deciſ.224. n.6., & in rec. deciſ.169.*
6 *num.7 par.1.*, & de publica reputatione, & fa-
ma *Peregr. conſ. 49. num. 15. lib. pr. Rota coràm
Coccin. dec. 1261. poſt. num. 24., & coram Priol.
dec. 384. num.5.*

Cõcurrunt tractatus ſerii,& proportionati pa-
lam,& publicè geſti ab illis de ſanguine,& agna-
tione Trotta; videlicet ab Alphonſo patre Fer-
rantis, & Horatii; ac etiam ab ipſomet Hora-
7 tio Auctore mediato Marchionis Roſſetti; qui
intereſſendo contractibus initis ab Aſcendenti-
bus actorum coràm Judice, aliiſque conſan-
guineis aſſeruerunt,ipſos eſſe proxiores attinen-
tes ex latere paterno præfatorum contrahen-
8 tium, *Summ. ſuper deſcendentia num.16., & 19.*
quæ ſolẽmnis agnitio præſefert concludentiſſi-
mam probationem deſcendentiæ, & tanquam

emiſſa ab Auctoribus Roſſetti contra eum plenè
probat; *Rota coràm Cerro deciſ. 440. num.2. &
in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 5.
Decembris 1701. §. Quinta demum coràm R.P.D.
meo Muto.*

Nec obſtat, quod ex juribus ſuperius recen-
ſitis deſcendentia non probetur concludenter
per gradus undique diſtinctos: prout opus eſ-
ſet in præſenti: quoniam præmiſſo, quod teſta-
9 tor ad familiam in genere reſpexit ſine ulla gra-
dus præfinitione, ibi: *ſucceda quello della Caſa
Trotti*, & infrà *E' così ſeguitando in infinito, finchè
durerà la Caſa Trotti*: quo caſu ſatis eſt genericè
verificare conſanguinitatem, & deſcendentiam
ab eodem ſtipite; *Mareſcot. var. reſol. cap. 70.
num.4., Rota coràm Buratto dec.260. num.10., co-
ràm Bich. dec.154. num. 15., coràm Pentiger. de-
ciſ.319. n. 4., & in rec. dec. 422. num.11. par.18.*
dum quæſtio modo non eſt cum agnato, ſed
10 cum Roſſetto pœnitus extraneo; qui bona uti
libera retinere contendit: in his circumſtantiis;
generica probatio exuberat;ut diſtingunt *Ma-
reſcott. var. reſol. lib.1. cap.70. num.3., Rota co-
ràm Comitulo dec.141. num.18., in rec. dec. 399.
num.10., & 11. par.9., deciſ. 268. num.17., &
dec. 472. num.39. par. 19.*

Sicut minus relevant aliæ geminæ exceptio-
nes; quæ fuerunt adductæ per Marchionem
Roſſettum; & prima, quod actores non pro-
bent deſcendere à perſonis; quæ fuerint ex le-
gitimo matrimonio procreatæ; ut ſupponitur
præſeferre illa verba: *ſucceda quello della Caſa
Trotti, che ſarà più proſſimo in grado all'ultimo
moriente, che haverà le predette conditioni d'eſſere
di linea maſcolina, e nato, e concepito di legitimo
matrimonio*; ſecunda vero, quod non docetur,
poſſeſſionem controverſorum bonorum exti-
tiſſe penes Herculem fideicommittentem de
tempore illius obitus.

Nam quoad primam,adverterunt DD., quod
teſtator poſt obitum Ferrantis, & Horatii, eo-
rumque deſcendentium, non exoptavit in ſuc-
11 ceſſivè ſubſtitutis legitimitatem linealem uſ-
que ad ſtipitem; ſed tantummodo contentus
fuit quod proximior eſſet natus, & conceptus
ex legitimo matrimonio: juxta quem ſenſum
ſufficit actoribus ex propria perſona vocatis,
ipſos natos eſſe ex legitimis parentibus ad hoc,
ut iidem, neglecta incapacitate ulteriorum
aſcendentium, ſuccedere poſſint; *Caſtill. contr.
jur. lib.5. cap.129. n.11., & ſeqq., Molina de Pri-
mogenit. lib.3. cap.5. n. 41. & 42., Rota dec.479.
num. 29. & ſeqq. par. 5. tom. 2., & dec. 235. n.3.
& 4. par. 6. rec.*

Ultra quod, ex abundanti, irrelevantia dictæ
exceptionis ſatis, ſuperque agnita fuit: dum
nec reſpectu ullius ex aſcendentibus actorum
ſubſiſtit: illa enim quæ dumtaxat opponitur
Alphonſino ſecundo ipſorum Tritavo; non
probatur, ex quo fuerit ſuſceptus ab Alphonſi-
no primo equite Hieroſolymitano. Etenim non
12 conſtitit eum unquam profeſſionem emiſiſſe:
ideoque cenſeri debet; quod de tempore ſuſce-
ptionis prolis eſſet in ſtatu libertatis, & à quo-
libet nexu ſolutus, & per conſequens omnis præ-
13 ſumptio ſtat pro legitimitate Alphonſini Secun-
di; *Rot. dec. 273. n.1. p.6., & dec. 367. n.20.
par.16. rec.*

Maximè quia condito per Alphonſinum pri-
mum patrem, teſtamento, ſibi in illo ſcripſit
14 hæredem præfatum Alphonſinum tanquam fi-
lium legitimum, & naturalem ex Hieronyma
legitima uxore ſuſceptum: & ſucceſſive idem
15 Alphonſinus filius bona feudalia, & emphyten-
tica ex littera conceſſionum devoluenda ad fi-
lios legitimos, & naturales poſſedit, fuitque
16 ulterius aſſumptus ad civicos honores, & ad
officia reſervata dumtaxat illis, qui ſunt de
vera, & legittima agnatione ſcientibus, &
17 patientibus aliis de ſanguine: imò etiam Au-
ctoribus Roſſetti: quod certè non permiſiſſent;
ſi qualitas deſcendentiæ, & ligitimitatis ali-
quam dubietatem involuiſſet; *Rota deciſ. 246.
n.14. par. 15. rec., & in dicta Avenionen., ſeu
Vaſionen. Primogenituræ 25. Iunij 1700. §. Quo
vero coràm bo.me. Iacometto.*

Quibus non adverſatur, quod Hercules alter
filius dicti Alphonſini primi, obtinuerit diſpen-
ſationem ob illegitimitatem natalium. Omiſſo
enim, quod & ipſe fuit eques Hieroſolymitanus,
& commendatarius; ad quem effectum prodiit
18 diſpenſatio: opus non fuit illius qualitatem
examinare; cum ab eo non deſcendant actores:
licitumque non ſit ab uno ad alios arguere;
19 quia novum non eſt; quod in familiis nobilibus
naturales ſimul, & legitimi procreati reperian-
tur: hoc unum certum eſt; quod tanquam ma-
20 jor natu, licèt ante matrimonium ſuſceptus
fuiſſet; per iſtius tamen ſupervenientiam legi-
timatus remanſit: proindèque mirum non eſt;
ſi ex hac ratione etiam ipſe pro legitimo à pa-
21 tre in teſtamento nuncupatus fuit; *Tex. in cap.
tanta Qui filii ſint legitimi, Rota coràm ſan.mem.
Alexandr. VIII. dec. 251. num. 65., & ſeqq., &
dec. 647. n. 45. par. 19. tom. 2. rec.*

Quo verò ad alteram exceptionem reſpicien-
tem poſſeſſionem bonorum, quæ ſunt primo-
genituræ ſubjecta, & à fideicommittente de-
ſcripta fuerant in teſtamento: quod illa penès
22 ipſum uſque ad obitum extiterint; convinci-
tur non ſolùm ex inventario, ſed etiam ex poſ-
ſeſſione capta à Ferrante, & Horatio ejuſdem
hæredibus, continuata ab Alphonſo, & ſucceſ-
ſivè à Julia auctoribus Roſſetti; qui ſicut dicta
bona poſſederunt tanquam hæreditaria Hercu-
23 lis; ità eorum confeſſio nequit hodiè à Mar-
chione herede impugnari; *Rot. cor. Bich. dec. 406.
num. 1., & 580. num. 15., & 16., & in rec. de-
ciſ. 141. num. 8., & 164. num. 7. par. 11.*

Haud refragante, quod hujuſmodi bona
proveniant à primogenitura ordinata per Al-
phonſum nuncupat. della Barba; qui in caſum
delicti gravatos commodò hæreditatis priva-
vit; alioſque ſubſtituit: undè inferebatur pro
Marchione Roſſetto; quod cum Hercules fidei-
committens propter delictum fuiſſet inter alias
pœnas omnibus bonis per confiſcationem pri-
vatus; & iſta deindè tanquam provenientia ex
fideicommiſſo dicti Alphonſi ſenioris, perve-
nerint ad Alphonſum, & Vincentium filios,
quorum poſtremus, qui alteri ſupervixit; cum
Religioni nomen dediſſet bona ex ejus perſona
libere quæſita fuerunt Religioni; in qua pro-
feſſionem emiſit: & à qua jus metitur Marchio
Roſſettus; qui ampliſſimam ceſſionem jurium
ab eadem reportavit.

Huic enim objecto duplex occurrit reſpon-
ſio: altera, quod dictus Hercules fuit ampliſſi-
24 mis verbis in gratiam Principalis reſtitutus, &
plenarie reintegratus ad bona per confiſcatio-
nem ablata, & fiſco non incorporata: quorum
poſſeſſionem videntibus, & patientibus filiis
reaſſumpſit, in eis perſiſtendo uſque ad obitum;
ut reſultat tùm ex ſolutionibus dariorum ex-
pletis per ipſum Herculem; tùm ex eorumdem
locatione: & quod magis eſt, de illis in teſta-
mento diſpoſuit; eorumque poſſeſſionem uti
hæreditariorum Herculis apprehenderunt Ho-
ratius, & Ferrantes hæredes ſcripti: quibus ſuc-
ceſſit Alphonſus: & poſt iſtius obitum ſorores,
inter quas Julia auctrix Marchionis Roſſetti,
bona adeptę fuerunt tanquam heredes Alphon-
ſi fratris prædefuncti: quæ ſane obſervantia in-
terpretativa ex tot, tantiſque actibus elicita
vel concludit effectuationem gratiæ reſtituto-
riæ; vel probat qualecumque jus competens
ejuſdem Herculis filiis favore patris fuiſſe re-
miſſum.

Altera verò eſt; quod quatenus etiam hæc
omnia corruerent; adhuc tamen cum Alphon-
ſus della Barba antiquus fideicommittens odio
25 non habuerit delinquentes; nec illos in perpe-
tuum declaraverit incapaces; ſed tantum no-
luerit, quod propria bona exirent extra fami-
liam etiam per ſententiam judicis confiſcantis;
ſtatim ac Hercules propriis filiis ſupervixit;
ſublataque remanſit præcedens incapacitas per
ſubſecutam caſſationem banni; nequibat à ſuc-
ceſſione repelli; *ut benè Michalor. de fratribus
par. 3. cap. 31. num. 7., Rota deciſ. 25. num. 7., &
ſeqq. & deciſ. 313. num. 19. par. 18. rec.*, ſed tan-
26 quam novus homo, ac ultimus primogenitus
ſuperſtes ad primogenituram ſucceſſit in exclu-
ſionem monaſterii; à quo nulla jura poterant
27 cedi favore Roſſetti; dum exiſtentibus illis de
linea contemplata; bona penes ipſum libera
evaſerunt: quinimò, ſicuti ad fideicommiſſum
Alphonſi della Barba, ſolum vocati erant ma-
ſculi deſcendentes à Franciſco Maria; ita iſtius
linea expirata per præmorientiam Vincentii, &
Alphonſi junioris in Religione, licuit Herculi
28 de bonis in dicto fideicommiſſo antiquiori con-
tentis, ad libitum diſponere, ordinando ſuper
illis alterum fideicommiſſum ſibi bene viſum; ut
ait *Torr. de Majorat. par. 1. cap. 9. num 2., &
par. 2. quæſt. 21. num. 5.* addendo inſuper pro
29 coronide; quod in hujuſmodi privilegiato ju-
dicio immiſſionis non attenduntur exceptio-
nes antiquioris fideicommiſſi, altiorem inda-
ginem requirentes; *ad Text. in leg. 1. §. Quod ait
prætor ff. quorum legator., Rot. coràm Pœna de-
ciſ. 503 num. 4., & 5., & deciſ. 755. num. 2., &
ſeqq. par. 2. rec.*

Et ità, utraque &c.

LUCEORIEN. MATRIMONII.

Ven. 11. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Habetur à ſuperiori deciſ. 153. hic confirmata.

S U M M A R I U M.

1 *Metus in contractu matrimonii probatur inſimul conſideratis actibus antecedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus.*

2 *Reclamationes mulieris abnuentis ex multis actibus ex quibus probantur hic recenſentur.*

3 *Proteſtatio ſuper nullitate matrimonii metu contracti ſat eſt, ſi una cum aliis cauſis illam quoque metus contineat.*

4 *Præſertim ſi ſit facta ab alio de mulieris mandato, cui, ex omiſſione cauſæ metus præjudicar. nequit.*

5 *Et cum mulier, defecto eo, qui metum inferebat, nullitatem ex metu, & coactione deduxit.*

6 *Cum teſtibus numero pluribus de particularibus diſſenſus mulieris ad matrimonium formiter deponentibus, concurrere non poſſunt alii numero minores generaliter deponentes, & non formiter examinati.*

7 *Metus ab amita ſatis incuti poteſt puellæ ſub ejus cuſtodia viventi.*

8 *Metus in puella minor, quam in maſculo ſufficit.*

9 *Amita nepoti ſub ejus cura degenti ſatis metum incuſſiſſe dicitur, ſi eſt mulier ferox, ſolita minas exequi, eamque percuſſit.*

10 *Matrimonium contractum per metum à muliere incuſſum, quę puellam percuſſit, minaſque exequi ſolet, eſt invalidum.*

11 *Subſequentia metum probant.*

12 *Metus ſuadetur in matrimonio, ſi mulier poſt mortē metum inferentis ſtatim ac potuit à viro aufugit*

13 *Statim id fieri dicitur, quod ea majori celeritate efficitur, quam ſubjecta materia patitur.*

14 *Sententiis latis in locis, ubi qualitas perſonarum, mores regionis ſunt notæ, circa illa venit etiam deferendum ad augendum allatarum probationum robur.*

15 *In cauſa meticuloſi matrimonii omnia ſimul conſideranda veniunt.*

DECISIO CCCX.

IN præterita hujus cauſæ propoſitione, favorabilis Antoninæ Carnieskæ, ipſa tantùm informante; emanavit reſolutio pro infirmatione ſententiæ Rotalis; eo quia ex noviter tunc deductis conſticit primum matrimonium ab ipſa cum Caſimiro Clanieki fuiſſe per vim, & metum contractum: & hodiè iſto etiam audito 7 DD. in *deciſis* perſtiterunt.

Omiſſo enim examine; an matrimonium verè contractum fuerit coràm Parocho, & in faciem Eccleſiæ: adhuc ſubſiſtere viſa fuit probatio metus incuſſi ad extorquendum ab Antoni-
1 na effectuationem illius, attentis tàm actis antecedentibus, illudque concomitantibus, quàm ſubſequentibus; quos inſimul ad hunc effectum eſſe ponderandos, tradunt *relati in mea præterita deciſione* §. *Et quidem cum duobus ſeqq.*, & plenè etiam firmavit *Rota coràm Emerix deciſ. 732., & deciſ. 733. utrobique num. 2., cum aliis ibi adductis.*

Abſque eo, quod juvare poſſit reſponſio; quod Antonina poſt contractum matrimonium nunquam reclamaverit: imò licèt ſuper divortio proteſtata fuerit; tamen metum non allegavit; ſed expreſſit, ſe ad id devenire; ut impediret prætenſam dilapidationem ſuæ dotis; & ex quo vir gravi morbo vexabatur: Etenim quoad reclamationes; de illis una quoque cum lacrymis ſatis, ſuperque conſtat ex teſtibus; qui non ſolùm in genere deponunt; ſed etiam deſcendendo ad actus particulares, probant reluctantiam antè celebrationem matrimonii: quodque Parocho interroganti, nullum dare voluit reſponſum: ideòque fuit ab amita percuſſa; ut affirmativè reſponderet: & tandem, quod non ſolùm noluit ſeſe veſtibus nuptialibus induere; ſed, quod magis eſt, annulum ſibi in digito violenter appoſitum, ſtatim avulſit; & in terram projecit: ex quibus, aliiſque in præterita deciſione ponderatis, ceſſant ea, quæ dicuntur de conſenſu; cùm imò major diſſenſus dari non poſſit; ut de ſe patet.

Quo verò ad proteſtationem ſuper divortio emiſſam; licèt cauſas diverſas contineat;
3 tamen in ea pariter dicitur; quod coactè collocata fuit in matrimonium: ultrà quod nec ex
4 ea tanquam facta ab ejus conſanguineo potuiſſet Antoninę ullum prejudicium irrogari: pre-
5 ſertim quia, ipſamet poſt mortem amitæ, nullitatem præciſè ex metu, & coactione præter alias cauſas deduxit; exibuitque plures articulos ad prędictorum omnium comprobationem; *ut in Summ. Caſimiri num. 7.*

Nec ſubſiſtit replicatio; quod teſtes non coarctent negativam conſenſus in actu matrimonii; cum potuerit ſponſa Parocho interroganti reſpondere, & tamen ipſi non audiverint; tantòque magis, quia dantur in contrarium alii teſtes; qui de conſenſu deponunt: & in omnem caſum non coſtet de tali metu; qui ad iſtum effectum ſufficiat; cùm ſupponatur provenire ab amita; ergà quàm ſicut minor reverentia debebatur; ità & ſuaderi nequit; quod potuerit minis, aliiſque violentis cogere ad matimonium ineundum. Quoniam teſtes ultimo loco examinati, præter alias violentias, & percuſſiones in actu traductionis ad Eccleſiam, & in ipſamet Eccleſia à ſe viſas, & auditas; ſatis concludunt negativam reſponſionis interrogationis factæ à Paroco; dùm deponunt; quod nullum verbum protulit, & hoc videns Sacerdos dixit amitæ illam cogenti; quomodò poſſet matrimonium benedicere; quando ſponſa nolebat effari verba neceſſaria ad illud; cui amita replicavit; Ego pro ipſa reſpondeo:
6 quibus non contradicunt aliis teſtes in contrarium pro libertate inducti; quia vel non ſunt formiter examinati, vel generaliter deponunt de conſenſu Antoninę, nec ad actus particulares deſcendunt: undè non poſſunt concurrere cum aliis teſtibus; qui ſunt formiter examinati, ſunt numero plures, & deponunt in ſpecie, *Rota coràm Gregorio deciſ. 449. num. 6., & coràm Buratto deciſ. 572. num. 12., & coràm Emerix jun. deciſ. 31. num. 3., & deciſ. 1167. num. 14., & in rec. deciſ. 2. num. 7. par. 18.*

Tandem DD. non dubitarunt, quod metus, ut ſuprà, probatus, ad hunc effectum ſufficiat, cùm agatur de puella in tenera ætate conſtitu-
8 ta, quæ ſub cuſtodia amitæ metum incutientis, vivebat: in quibus terminis ſufficit ſolus metus cadens in fœmina, in qua requiritur minor, quàm in maſculo, *Gloſſ., & DD. in Cap. cum locum de Sponſa Coſtren. conſ. 174. num. 3. lib. 1.*, & firmatum fuit *in Ianuen. nullitatis profeſſionis*

3 In-

3. Iulii 1702. coràm Rm̃o Domino meo Decano; for-
9 tius, quia amita erat perſona ferox; & ſolita
minas exequi; adeò ut Homines etiam eam
metuerent, eademque pluties verberibus per-
cuſſit puellam; ut habetur *ex Summ. Antoninæ
n. 10., & 21.*, & demonſtratum fuit *in mea præ-
terita deciſione 5. Neque pariter*: ex quibus ſequi-
tur; quod ubi præter minas concurrunt verbe-
10 ra, & qualitas minantis ſolitæ illas exequi;
clarum eſt matrimonium ità contractum reddi
prorſus nullum, & irritum; ut notant *Paſchal.
de patr. poteſt. par. 3. cap. 2. n. 37., Ventrigliol. in
prax. for. Civil. annotat. 4. §. 1. num. 32., Rota
deciſ. 23. num. penult. par. 12. rec.*

Multoque magis comprobantur hæc omnia
11 ex actibus ſubſequutis poſt matrimonium, &
poſt obitum amitæ; quæ metum incuſſerat; ut
12 habetur ex teſtibus. Statim enim ac potuit, è
domo viri aufugit: & ſi ibi aliquam moram
traxiſſe dicatur; hoc evenit; quia commodè
non poterat illicò conſumari egreſſus, tàm ob
puerum, quem gerebat in utero, quàm ob ab-
ſentiam conſanguineorum Puellæ, *ut in Summ.
Antoninæ num. 7. lit. B.*: undè ſequitur; quod
13 id, quod fit ea majori celeritate, qua patitur
ſubjecta materia; ſtatim fieri dicitur, *Ventri-
gliol. ubi ſup. in dicta annotat. 4. n. 13. verſ. quod
intellige, Rota deciſ. 156. num. 3. par. 18. rec.*

Vimque ſupradictis addunt geminæ ſenten-
tiæ; quæ ſuper nullitate dicti Mattimonii pro-
dierunt in partibus tempore magis actui pro-
ximo; altera nempè Vicarii Capitularis Eccle-
ſiæ Luceorien., altera Epiſcopi Poſnanienſis
tanquam judicis à Sede Apoſtolica delegati:
ex quibus tanquam latis in loco, ubi erant no-
tæ qualitas perſonarum, mores regionis, & aliæ
14 circuſtantiæ ad probationem metus conferen-
tes; DD. illis etiam deferendum eſſe putarunt;
ut pondus aliarum probationum, quæ ſuper
adductæ fuerunt; ſemper magis, magiſque
15 augeatur; & omnia ſimul unita ponderanda
veniant; ut reſpondit *Rota coràm Emerix deciſ.
870. num. 15., & in Cracovien. Matrimonii ſuper
validitate 4. Iulii 1698. §. ſed ulterius coràm R.
P. D. meo Priolo.*

Et ità, ſuffragantibus omnibus DD., utra-
que verò parte Informante, reſolutum fuit.

ROMANA NOMINATIONIS DOTIUM.

Ven. 11. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Locus pius cui capitale relictum fuit ad dotandas puellas, reſervato à teſtatore favore uxorum primogenitorum ab ipſo inſtitutorum aliquarum nominatione, non exiſtentibus uxoribus, prætendere non poteſt jus nominandi in ipſum conſolidatum; ſed pertinet ad ipſos primogenitos: qui cum prima nominatio effectum non habuerit, poſſunt alias nominare, quin in Cedulis dotium vincula eidem præjudicialia ſibique favorabilia d. locus pius poſſit apponere. Nec ſi à Pontifice obtinuerit abſque mentione hujus juris gratiam applicationum talium dotium, primogenitis Papam præjudicare voluiſſe præſumitur.

SUMMARIUM.

1 *Locus pius, cui capitale relictum fuit, ex quo puellæ dotarentur, reſervata aliquarum nominatione ad tertios, quòad iſtas tanquam executrix teſtamentaria cenſetur, nec ullum nominationum iſtarum commodum poteſt reportare.*

2 *Et quando illi, quibus nominatio fuit indulta defecerunt, nominatio ſpectat ad ipſum locum pium.*

3 *Contrarium juxta* deciſ. 171. num. 4. coràm Duran.

4 *Conſolidatio, & jus accreſcendi favore legatariorum, altero deficiente, non datur, quando legatum fuit diſtinctum in certas, diſtinctaſque partes.*

5 *Ius nominandi à conſanguineis promogeniti eorum uxoribus relictum, contemplatione primogenitorum factum cenſetur, & his non exiſtentibus ad primogenitos devolvitur* juncto num. 7.

6 *Donatum uxoribus à conſangineis primogenitorum ipſis primogenitis dicitur donatum.*

8 *Obſervantia longiſſima pluries repetita, & nunquam controverſa teſtatoris voluntatem declarat.*

9 *Nominatio puellarum ad dotes à loco pio preſtandas, ſi affectum non ſortiatur, ad nominantem redit, & non ad locum pium, & quare?*

10 *Neque locus pius, qui eſt nudus admiſtrator vincula cedulis dotium ad proprium commodum, in præjudiciū habentis juſnominandi poteſt apponere.*

11 *Obſervantia ſine ſcientia, & patientia illorum, quibus præjudicium affertur validè introduci nequit.*

12 *Acquieſcentia anteceſſorum non præjudicat ſucceſſori ex propria perſona venienti.*

13 *Quod liberè teſtator alicui licere voluit, ab exequutore vinculis gravari nequit.*

14 *Gratia Pontificis præjudicialis, & ſubreptitia non debet attendi.*

15 *Pontifex non informatus de jure tertiis quæſitio, eiſdem præjudicium inferre noluiſſe præſumitur*

16 *Et tunc gratia reſtringitur ad ea, quæ tertio non nocent.*

17 *Princeps de aliena re non cenſetur voluiſſe diſponere, niſi id litteraliter expreſſerit.*

DECISIO CCCXI.

MAndavit in ſuo ultimo teſtamento Jo: Antonius Senior de S. Petro; quod ab hæredibus ſuis aſſignaretur Ven. Archiconfraternitati S. Hieronymi de Charitate Urbis annuus redditus ſc. 160., ut ſingulis annis ex eo diſtribuerentur dotes quatuor virginibus pauperibus; quarum unam nominari voluit ab uxore Aloyſii, alteram ab uxore Joannis Baptiſtæ de S. Petro, & primogenitorum deſcendentium ab illis; reliquas verò duas à prædicta Ven. Archiconfraternitate: Erectaque poſtmodum perpetua primogenitura favore præfati Aloyſii, ejuſque deſcendentium maſculorum, iſtis deficientibus ſubſtituit Jo: Baptiſtam, & primogenitos maſculos ab eo deſcendentes.

Cum autem extincta tota linea maſculina Aloyſii, nedum primogenitura, ſed etiam jus nominandi puellam ad ſubſidium dotale relictum uxori Aloyſii, & ipſius primogenitorum, delatum fuerit ad lineam Joannis Baptiſtæ: hinc Jo: Antonius junior de S. Petro modernus primogenituræ poſſeſſor, nullà primogeniti

niti uxore exiſtente, juxtà ſtylum anteceſſorum
genuinas puellas ſemper pacificè nominavit,
cum ſubſecuta dotis conſignatione: verùm quia
archiconfraternitas de annis 1699., & 1700. ce-
dulas liberè puellis ſic nominatis conſignare
recuſavit; idem Jo: Antonius recurſum habuit
ad A. C., qui mandatum relaxavit pro ſolutio-
ne dotium; & ulterius ſententiam protulit;
qua declaratum fuit, jus nominandi duas ex
quatuor puellis ſpectare ad ipſum uti poſſeſſo-
rem primogenituræ, & poſt eum ad alios primo-
genitos pro tempore; doteſque traditas, & ſuc-
ceſſivè tradendas, ſivè nominatæ diſceſſerint
ab Urbe; & vitam inhoneſtam duxerint; ſivè
innuptæ, & ſinè prole deceſſerint; ſemper reverti
debere ad ipſos nominantes, ad effectum alte-
ras puellas nominandi, & propterea Archicon-
fraternitati licitum non eſſe apponere in cedu-
lis vincula reverſionis favore ſui ipſius: à qua
ſententia interpoſita per ipſam appellatione,
mihique cauſa commiſſa; quæſitum hodiè fuit
— *ad quem ſpectet nominatio duarum puellarum;
& dotes ad quem revertantur in caſu, quo nu-
ptiæ non ſequantur; vel nulla ſuperſit proles; &
quæ vincula apponi poſſint in cædula* — *& favo-
re Ioannis Antonii, ac primogenitorum*, prodiit
reſolutio.

Etenim reſpectu facultatis nominandi, non
dubitarunt DD., eam ſpectare ad Joannem
Antonium actorem ex ipſa lege teſtamenti; in
quo licèt teſtator reliquerit Archiconfraterni-
tati nominationem duarum dotium, & aſſigna-
mentum annuum ſc. 160.; tamen eũ honorificũ
jus nominandi alias duas puellas, ſpectare vo-
luerit ad uxores primogenitorum in infinitum
ſinè ulla conditione, & onere: quoad iſtas Ar-
chiconfraternitas prædicta non eſt habenda in
1 conſideratione; quia reputari debet tanquam
executrix, & nuda miniſtra à teſtatore ſimplici-
ter electa; ut per ejus medium, juſſu nominan-
tis, actus conſignationis cedularum expleatur:
& per conſequens nullum ſibi commodum no-
minationis aſſumere valet; *Rot. coràm Gregorio
deciſ.* 544. *num.* 2. 3., *& coràm Cerro deciſ.* 677.
num. 4., & articulo formiter diſcuſſo circà has
dotes firmavit *coràm Durano deciſ.* 171. *num.* 4.

In nihilo relevante; quod jus eligendi, & no-
minandi puellas teſtator reliquerit uxoribus
primogenitorum: ideoque eis non exiſtentibus
hæc facultas vel per viam conſolidationis uſuſ-
2 fructus cum proprietate, vel per jus accreſcen-
di, ſpectare debeat ad ipſam Archiconfrater-
nitatem legatariam aliarum duarum dotium;
penès quam reſidet proprietas legati pii, & an-
nuum aſſignamentum ſc. 160., nec non jus di-
ſtribuendi cedulas: nunquam autem ad primo-
genitos; de quibus teſtamentum non loquitur.

Quoniam ſemper recurrit ſupradicta reſpon-
3 ſio; quod Archiconfraternitas eſt nuda mini-
ſtra; ut præciſè firmatur *in dicta deciſione* 171.
num. 4. *coràm Duran.* juxtà ſtylum ſupponen-
4 da: & proindè inapplicabiles ſunt termini
conſolidationis, & juris accreſcendi: maximè
quia iſtud nec datur favore alterius legatarii;
quando, prout hic legatum fuit diviſum in cer-
tas, & diſtinctas partes; & ex quatuor dotibus
fuit Archiconfraternitati relictum jus duas
tantùm puellas nominandi; ut pluribus cumu-
latis probat, *Bellon. de Iur. accreſc. capite* 5. *quæſt.*
17. *num.* 6., *&* 7., & optimè *Rota deciſ.* 256. *à
num.* 23. *cum. plur. ſeqq. par.* 16. *rec.*, *& in Bo-
nonienſi Fidicommiſſi de Bedoris* 21. *Aprilis* 1690.
§. fin. coràm Reverendiſſimo Turonen.

Addito etiam, quod uxorum expreſſio à te-
ſtatore facta cenſetur vel ad allicieudas mulie-
res ratione hujus honorificentiæ ad nuptias con-
trahendas cum primogenitis, vel ut uxores inve-
nire poſſent perſonas, quæ intuitu harum do-
tium attentius eiſdem inſervirent: non autem
ex eo, quod teſtator principaliter eas fuerit con-
5 templatus, nam cum illæ eſſent omnino extra-
neæ, & eidem penitus ignoræ; nulla alia mo-
veri potuit affectione ad illis legaudum dictum
jus honorificum; niſi quam ſimplici, & pura
contemplatione primogenitorum ſuæ familiæ:
ac proinde intrat ea juris propoſito; quod omne
6 donatum uxoribus à conſanguineis primogeni-
torum, ipſis primogenitis dicitur donatum,
ut tradunt *Bartol. in l. ſed ſi plures §. in arrogato
num.* 4. *& ibidem Alex. num.* 13. *ff. de vulgar. &
pupillar.*, *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7.
gloſ. 3. *par.* 6. *num.* 92., *Theſaur queſt. forenſ. lib.* 3.
queſt. 15. *num.* 5., *Michalor. de fratr. n.* 1. *cap.* 29.
& ſeqq. num. 1., *Gratian. diſc. foren. cap.* 189. *n* 3.,
& Rota coràm Merlin. deciſ. 885. *ſub n.* 11.: for-
tius quia iidem primogeniti fuerunt vocati ad
integram ſucceſſionem bonorum: quapropter
licèt in concurſu cum uxoribus non fuerint ad-
miſſi ad jus nominandi; tamen illis non extan-
7 tibus omnis ratio ſuadet; quod dictum jus ad
eos devoluatur; non autem ad archiconfrater-
nitatem: quæ nullum commodum tanquam
executrix habere poteſt; *l. ſi quis Titio*, *& l. Lu-
cius §. à te peto ff. de Legat.* 2., *Bartol. in l. pecuniæ
num.* 1 *ff. de adimend. legat.*, *Addend. ad Greg.
deciſ.* 544. *lib.* 5. *dub.* 2. *num.* 41.

Subſtulitque omnem difficultatem longiſſi-
ma obſervantia; dum ſpatio centum, & ultrà
annorum ità ſemper practicarunt primogeniti;
qui etiamſi matrimonium non contraxiſſent;
adhuc ipſi nominarunt puellas: ex quibus acti-
8 bus pluries repetitis, & nunquam controverſis,
potuit declarari, imò declarata remanſit teſta-
toris voluntas quatenus dubia dici poſſet; *l. ſi
de Interpræt.*, *& l. minimè ff. de legib.*, *Rota coràm
Buratto dec.* 432. *n.* 8., *& dec.* 244. *n.* 13. *par.* 16.,
& dec. 99. *num.* 8. *par.* 19. *rec.*

Firmata ex prædictis pertinentia juris nomi-
nandi favore actoris, & primogenitorum pro
tempore: ex ea de plano ſequitur; quod etimſi
dotes revertantur ad archiconfraternitatem in
caſu, quo puellæ deceſſerint ſinè prole, aut
nullo matrimonio contracto; non tamen iſta
acquirit jus nominandi; ſed illud etiam tunc
redit ad præfatos primogenitos; ut ita legatum
relictum pro maritandis puellis ſuum effectum
conſequatur; & mens teſtatoris complemen-
tum recipere valeat per alteram nominationem
faciendam ab eo, pœnes quem tale jus reſidet,
ut ratiocinatur *Rota coràm Cerro dicta deciſ.* 677.
num. 1., *& dicta dec.* 171. *num.* 3. *coràm Durano*:
verum etiam reſultat excluſio vinculorum; quæ
in cedulis apponi prætendebantur; nam eo ip-
10 ſo, quod archiconfraternitas habet qualita-
tem

tem nudæ adminiſtrationis; nequit vincula ſibi
magis bene viſa ad proprium commodum apponere in præjudicium illius, cui facultas nominandi pleno jure debetur.

Nec obſtat allegata inveterata conſuetudo in contrarium deducta, tum quia hujuſmodi obſer-
31 vantia ſine ſcientia, & patientia primogenitorum legitimè, & valide introduci non valuit; ut requirunt Doctores *allegati per Roman. conſ. 171. num.3., Menoch. conſ.341. num.13.*, quos ſequuta fuit *Rota dec.513. num.14 par.19. tom. 2. rec.*: & in omnem caſum anteceſſorum acquieſcientia actori ex propria perſona venienti non
32 nocet *Rot. in Compſana Abbatiæ 6. Aprilis 1699. §. Ex quibus coràm Reverendiſſimo Domino meo Decano, & in Maceraten. fideicommiſſi 17. Iunii ejuſdem anni §. Demum coràm me*: tum quia abhorret a voluntate teſtatoris; quod dotes, quas ſimpliciter dari juſſit ad nominationem
33 illorum de S. Petro ſine ulla oneris adjectione; poſſint modo ab archiconfraternitate vinculis gravari; *per Text. in l. unica §. Accedit, ubi gloſ. in verb. fecerit C. de rei uxor. action., Rota coràm Cerro dec. 677. num.1., & ſeqq., & coràm Durano dicta dec. 171. num.6., & 15* cum aliis ibidem allegatis.

Nullatenus refragante gratia à ſan. memor. Alex. VIII. obtenta per archiconfraternitatem; qua ipſi conceſſa fuit facultas applicandi operibus piis dotes quaſcumque, & ſignanter illas relictas in teſtamento de quo agitur; caſu, quo puellæ matrimonium non contraherent, vel filios non procrearent; quoniam cum in ea vocari non fuerint illi de S. Petro, de cujus præjudicio principaliter agebatur; minuſque Summo Pontifici fuerit expreſſum; quod jus nominandi ſpectabat ad dictum Joannem Antonium actorem; quodue agebatur de jure tollen-
34 do futuris primogenitis; vel ea tanquam præjudicialis, & ſubreptitia non debet attendi; *Rot. decis.123. num.3. par.16., decis.41. num.6., & 7, dec.543. num.1. par.18. rec.*

Vel præſumendum eſt; eumdem Summum Pontificem de præſentibus non informatum,
35 præjudicium inferre noluiſſe juribus jam tertio quæſitis; *Roman. conſ. 340. ſub num.8., Lotter de re beneſ. lib.2. quæſt.23. num.1.* cum aliis cumulatis *per Rot. dec.180. num.13. par.18. tom.1. rec.*: ipſumque, etiam mentionem faciendo in
36 gratia de hiſce dotibus, ſolum intellixiſſe de illis proprio jure ſpectantibus ad archiconfraternitatem: non vero de aliis, quarum nominatio debebatur primogenitis de S. Petro: cum Princeps non cenſeatur diſponere voluiſſe de re aliena: niſi id litteraliter expreſſerit; *Card. de Luc. de jurepatron. diſc. 70. num.15., & de regular. diſc.6. ſub n.4., Rota coràm Emerix dec.333. ſub num.4.*

Et ita, utraque &c.

Finis Tomi Primi.

VA1
1531234

Digitized by Google

Digitized by Google

165
S
16

Digitized by Google